6
3-a
25 M

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
3 C
41



6 3 a 25

Digitized by Google

Nic. Hoppii
Philom. 1716.
liberalitas me Joh:
Rodolpho Brunero φιλοχρ…
D. D. D.

Ἄνευ μισθῶν οὐδὲν εὔχαρι
Ἄνευ χαρίτων οὐδὲν εὔμισθον

Digitized by Google

XXXIV.13.13.

~~XXXII.1.14~~

Digitized by Google

CHRISTIANI BECMANI
BORNENSIS

MANUDUCTIO AD LATINAM LINGUAM.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EM. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTIANI BECMANI

BORNENSIS

MANUDUCTIO AD LATINAM LINGUAM:

nec non

DE

ORIGINIBUS LATINÆ LINGUAE:

QUIBUS PASSIM ALIA MULTA PHIlologiæ propria, pro meliori vocum ac rerum cognitione inſerta ſunt.

AMBO

Nunc quintum & quidem multo auctius, ſed & melius atq; correctius, edita.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,

Impenſis

JOHANN. HEINRICI ELLINGERI.

Anno M. DC. LXXII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTIANUS BECMANUS ERUDITO LECTORI

S.D.

QVæ hactenus ſive naturæ proprię, ſive optimatum melioris literaturæ, SCALIGERI & CASAUBONI, ſuaſu conſcriſperã; hac aurei veris faventia qvaſi illice relegere, &, ut in hiſce talibus ſolet, addere, qvæ deerant; demere, qvæ ſuperfuerant, atque, ut verbo abſolvam, reddere meliora viſum eſt. Idem fecerunt alii ante me: & præ me meique ſimilibus viri ſupra vulgum principes, & quos mirari aliàs, qvàm imitari proclivius. Idem facit etiam ipſa hæc natura. Per vices & lentè exſerit vires ſuas: teſtudinem imitatur, non canem: graditur, non ſalit. Arbuſcula dum creſcit occulto æuo, & prius quâm procera arbor fit, quoties deperdit viride illud foliorum capillitium! quot ramulos, quot ſtolones amittit, & ſuo quidem bono! Animalis priùs qvàm tenella ſolidentur, uvida ſiccentur membra, & ita

Digitized by Google

ad præſtitutam ſibi ἀκμὴν perveniant; multi interveniunt mutationum giri, quibus accedunt multa, quibus inſuper decedunt multa. Nec qvidqvam in hoc orbe ſublunari affectum, ſimul & ſemel conficitur; multo minus perficitur. Sunt initia rerum omnium, & progreſſus, & incrementa, & apex denique. Et quomodo in humanis aliter ſiue opificis ſiue artibus? Detur opus, machina, moles, quæ non crebras artificium manus experiatur, quæ non per initia paulo rudior, poſtea cum temporis acceſſione & ſolerti artificum indagine concinnior fiat, & ſuo modo perfector! Quod hîc ἀποθύρας monendum fuit, eorum cauſa; qui moroſo qvopiam ſupercilio ſemel recta omnia, perfecta omnia, ſibi quaſi iure poſtulare: &, ſi vel tantulum deſit, indignati aſperius dicta ſolent rependere. At cogitent illi; multa ita à multis fieri in publico, utilitatis publicæ causâ: priuatis vel otio vel commodo inſuper habitis. Cogitent: & æquius, ſcio, iudicabunt. Sed & cogitent iidem, quàm aliâs infirmi homines & ἐφήμεροι, qvàm varia undiq; negotia, quàm ipſæ artes linguæq; difficiles, quàm remoræ obiiciantur ex omni angulo. Cogitent: & pro re natâ proque voto

iudi-

judicabunt. Cæteros verò harum muſarum, qui illa omnia intus & in cute norunt, non eſt, quod multis compellem eo nomine aut interpellem. Illi, BONI & DOCTI faciēt, quod alibi & aliis ſolent facere, hoc eſt, ſtudio illi meo favorem: minus dextre aut commode dictis, in tam vago varioque argumento, veniam dabunt. Ita det illis omnia, quæ expetunt, ILLE; qui dat omnia omnibus, qvæ expediunt. Cujus etiam beneficio factum dico, gratusque prædico: ut hic LIBER jam ultimâ curâ à me recognitus, etyma quæque exhibeat optima & ſelectiſſima & inde proprjas vocum ſignificationes, pro ipſarum rerum cognitione: qvibus alia, quæ alicujus momenti ſint, ſupperaddi vix poterunt. 1626. Idibus Auguſti.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EULOGIA DOCTORVM ALIQVOT DE LATINA LINGVA, QVAE, VT EIVS DIgnitas mage pateſcat, viſum illico præmittere.

MARCVS TVLLIVS CICERO.

NOn tam præclarum eſt ſcire Latine, quàm turpe neſcire: neque tam id mihi oratoris boni, quàm civis Romani proprium videtur.

Idem pro Archia.

Græca leguntur in omnibus fere gentibus. Latina ſuis finibus, exiguis ſane, continentur. Hæc ille. At iam olim: & ita etiam fuit: ſed nunc cõtra obtinet. Latina enim lingua hodie latiꝰ patet Græca; immo latiſſimè omnium. Nec regio vlla, aut vrbs orbis frequentata, vbi non Latinitatis aliquid ſuperet. Teſtantur hoc *αὐτήκοοι*, qui hodœporica nobis ſcripſere. *Perſia* toto quaſi cœlo à nobis diſtat: & tamen quis credat, ibi quoq; eſſe, qui Latine ſciant? Recens adhuc & calidum eſt, quod RODOLPHUS II. Imperator Romanus Anno 1602. eo legatum miſerit, *Stephanum Kakaſch*, virũ nobilem è Tranſylvania. Atq; is ora-

Digitiz gle

is orationem ad Regem Perſiæ habendam Latine cōcepit, quæ publice exſtat, hoc antelogio: *Sereniſſime, potentiſſime, ac magnanime princeps ABAS, Rex Perſarum, Medorum atque Armeniæ.* Cumque Legatus ille *Kakaſch*, in via moreretur, & omnes iuxta comites, præter vnum fato haut dubie ſervatum; hic in aula Perſica nactus quemdam Latinæ non ignarum interpretem (*Renegat* ibi vocant) omnia Latine, nec infeliciter, nomine Cæſaris Rom. expedivit.

LAVRENTIVS VALLA, IN PRÆfat. Libr. Elegant.

AN verò Ceres quod frumenti, Liber quod vini, Minerua, quod olei inventrix putatur, multique alii ob aliquam huiuſmodi beneficientiam in Deos repoſiti ſunt: *Linguam latinam* nationibus diſtribuiſſe minus erit, optimam frugem, & vere divinā, nec corporis, ſed animi cibum? Hæc enim gentes illas, populoſq; omnes omnibus artibus, quæ liberales vocantur, inſtituit: hæc optimas leges edocuit: hæc viam ad omnem ſapientiam munivit: hæc denique præſtitit, ne barbari amplius dici poſſent.

IVLIVS CÆSAR SCALIGER, IN Epiſtola ad Sebaſtianum Gryphium.

LINGVAE nostræ (*latinæ*) tum ad ipsum (vt ita dicam) habitum nitidiorem, tum ad ornamenta non ignobilia respiciens, & admirabar maiorum nostrorum fortunam, qui eam nobis condidissent: & ætatis nostræ sapientiam laudabam, quæ longinquo squalentem exilio pristinæ dignitati restituisset.

IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER, in Epistola Iohan. Caselium.

QVANTVM me affecit indoles orationis tuæ pura, casta, Romana? Multi enim loquuntur *Latine*: pauci *Romane*: & si qui forte Romanè; at raro genium illum Ciceroniani seculi assequuntur.

PHILIPPVS MELANCHTHON.

ETSI parum est, quod scimus in linguis: tamen hoc nobis gratius esse debet omni auro, aut imperio Turcico. Ego minimum scio; tamen nolim pro illa cognitione accipere, quidquid auri est in omnibus regnis mundi.

M. ANTONIVS MVRETVS Orat. 15.

ITALICE loquentem soli Itali intelligent. Qui tantum Hispanicè loquatur, inter Ger-

Germanos, pro muto habebitur: Germanus inter Italos nutu ac manibus pro lingua vti cogetur. Qui Gallico ſermone peritiſſimè ac ſcientiſſime vtatur, vbi è Gallia exierit, ſæpe ultro irridebitur. Qui Græce Latineque ſciat, is quocunque terrarum venerit, non intelligetur tantum, ſed apud plerosque admirationi erit.

FRIEDERICVS TAVBMANVS DE Latina Lingua.

AN ſtudium linguæ Latinæ adeo ſit neceſſarium, vt eo carere nullo hodie poſſit liberalis diſciplina? Ad hoc reſpondeo, non tribus quidem, quod ſolet dici, verbis, ſed vno; NULLA. Nec illiberalis quidem diſciplina; & parum abeſt, quin in calore addam, vix vlla pars Chriſtiani orbis. Mihi profectò lingua Latina vinculum quoddam gentium in hac Europa videtur, diuinâ prouidentiâ quaſi cœlitus demiſſum.

Idem ibidem, de ſententia etiam ERASMI.

Dicere non verear, Facilius eſſe in triplici Facultate Doctorem hodie fieri, quàm orationem Romanam elaborare.

MAT-

MATTHÆVS DRESSERVS, IN *præfat. l. 3. Rhetoricæ.*

EQVIDEM Latini ſermonis vſum expetendum eſſe omnes boni ad vnum ſentiunt. Quippe qui tam late hodie patet, vt non unius facile uſquam gentium angulus reperiatur, vbi non aliquis ſit, qui vel Latine loqui ſciat, vel certe Latine loquentem intelligat. Si ergo ſermo iſte tantopere probatur: quid eſt, quod non eiſdem etiam ametur puritas?

ISAACVS CASAVBONVS AD Annales Eccleſiaſticos Baronii Exercitat. 9. 3.

SI linguarum inter ſe comparatio ſit inſtituenda, vt quæ ſit omnium præſtantiſſima dignoſcatur: peſſimam inveniendi veri rationem inivit BARONIUS. Vt enim equi aut mancipii vera laus in eo eſt poſita, vt ad illa miniſteria ſint aptiſſimi, quibus fuerint deſtinati: ſic illa præ cæteris magni fieri lingua debet, quæ ad exprimenda ſenſa animi eſt conuenientiſſima. Is namque eſt vſus linguarum, cuius tantum gratia à ſapientibus & diſcuntur & vſurpan-

ſurpantur. Antiquitas præterea, cauſa alia eſt, quur lingua aliqua præſtare alii merito credatur; præſertim ſi matrix altera fuerit alterius, altera tradux, & ab illa orta. Tertiam cauſam ſtatuere licet, dignitatem eorum, qui lingua vtantur, vel fuerint vſi; & Quartam, ſi qua lingua vſu patet latius, quàm altera. Si prima ratio ſpectetur, lingua Græca ſine controuerſia omnes antecellit; ſi Secunda, Hebraica omnium proculdubio longe nobiliſſima: Græca item nobilior Latina: ſi Tertiam, nulla eſt lingvarum omnium quæ ad dignitatem Hebraicæ accedat: quam Deus initio rerum formavit: quam divina maieſtas ſæpe uſurpavit: que oracula cæleſtia continet; que nomen Dei illud admirabile quod priora ſecula ſacro ſilentio ſemper ſunt venerata, ſola novit. Proxima dignitas Grecę linguę; quâ ſcribi Deus voluit ſalutis noſtræ doctrinam; qua etiam ſcientię omnes primitus ſunt traditę, & à præſtantiſſimis ingeniis prope conſummatę. Quarta ratio Latinę non parum decoris hodie conciliat, qvatenus in Europa iam omnium ferme eruditorum communis ea facta eſt. Quare ſi tres iſtę inter ſe comparentur,

Hebraica, Gręca, Romana: omnium sine controuersia vt antiquissima, sic nobilissima est Hebraica. Græca nobilior Romana: hæc quo se iactet aduersus duas priores nihil habet; habet, quo aduersus reliquas omnes alias. Primo quod in titulo Crucis Domini nostri Hebraicæ & Græcæ adiuncta, ministerio tam excellente à cæteris separata est, & quodam modo sanctificata. Accedit, quod olim lingua fuit Dominantium. Quo referri debent; quæcunque à Baronio sunt congesta è Suetonio, Dione, Cicerone, Valerio Maximo; At probaret Romanos rerum Dominos, vsum linguæ suę vnà cum dominatione propagasse, quoad eius fieri poterat. Quod sane neque mirum est, neque probationis egebat. Duabus enim de caussis id ab illis factum. Prior fuit; quia plerique Romanorum magistratuum Græce nesciebant, aut certe periti Sermonis Græci adeo nō erant, vt commode atque expedite Græce possent loqui. Nam qui poterant, cum tulit occasio, fecerunt. Sic apud Livium libro XLV. Paulus Æmilius in Macedonia sedens pro tribunali, *Latine quæ Senatui, quæ sibi ex concilii sententia visa essent, pronunciavit*: ac statim: *Cn.*

Octa-

Octavius Prætor, [nam & ipſe aderat] interpretata ſermone Grabo referebat. Accedit & alia cauſa; nam ſpecimen aliquod dominationis in eo multi poſuerunt, vt apud ſubjectas gentes, lingua populi dominãtis vſurparetur. Quare etiã iudicia in conventibus lingua Romana per provincias, ut plurimum, celebrabant. Vnde illa farrago vocũ forenſium Romanarum, quæ ſermoni Græco & Syriaco reperiũtur inſerræ, vt vel ex Nouo Teſtamento apparet. Et in Aruch plurima vocabula Latina eſt invenire. Quæ, ſi obſervaveris, deprehendes ferme omnia, vel forenſia eſſe vel militaria. Nam ex eadem cauſa etiam, Leges doceri in Syria Beryti voluerunt lingua Romana. Qua de re inſignis locus eſt apud S. Gregorium Thaumaturgum in laudatione Origenis. Ibi Gregorius cauſam quur fermè Græcè loqui dedidiciſſet, hinc reddit: οἱ θαυμαστοὶ ἡμῶν νόμοι. οἷς νῦν τὰ πάντων τῶν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν κατευθύνεται πράγματα, οὔτε συγκείμενοι, οὔτ᾽ ἐκμανθανόμενοι ἀταλαιπώρως. ὄντες μὲν αὐτοὶ σοφοί τε καὶ ἀκριβεῖς, καὶ ποικίλοι, καὶ θαυμαστοὶ, καὶ συνελόντα εἰπεῖν, Ἑλληνικώτατοι. ἐκφρασθέντες δὲ καὶ παραδοθέντες τῇ Ῥωμαίων φωνῇ, καταπληκτικῇ μὲν καὶ ἀλαζόνι, καὶ συσχηματιζομένῃ αὐτῶν τῇ ἐξουσίᾳ τῇ βασιλικῇ, φορτικῇ δὲ ὅμως ἐμοί. Fecerunt hoc, inquit, *iſta admirabiles*

biles nostræ leges: ex quarum præscripto nunc omnium, qui Romano subiiciuntur imperio, negotia administrantur: ac hæ nec erutæ sunt aut adinventæ, nec cognoscuntur seu perdiscuntur sine labore: sapienter quidem scriptæ sunt, accuratæ, variæ, admirandæ, atque ut uno verbo dicam, Græca eruditione refertissimæ; conceptæ vero sunt ac traditæ Romanorum lingua, terribili illa quidem, superba, & imperium quod obtinet præ se ferente, cæterum mihi molesta & barbara. Istę rationes sunt, quur Romani vernaculum sibi sermonem, apud subditos Imperio suo populos voluerint vsurpari: non autem quod ipsam per se linguam Romanam Græca putarent esse digniorem: cuius vanitatis, nunquam, opinor ipsis in mentem venit.

Hæc Casaubonus.

CHRISTIANI
BECMANI

MANUDUCTIO AD LATINAM LINGUAM

Anno 1608.

CAPUT PRIMUM.

PRÆFATIO.

Tot hodie de Latina lingua libri & priſcorum & recentium cura editi circumferuntur: ut vix numeres, nedum perlegas, &. quæ meliora, in uſum tuum colligas. Parum mentiar, ſi illud Homeri uſurpem:

ἄλλω γὰρ φύλλοισιν ἐοικότες ἢ ψαμάθοισιν. ——— ———

Vetus eſt: *cui non dictus Hylas?* Nove, ſed verè poſſis: Cui non dictum aliquid de Latio? Non tantum Philologi & Philoſophi hic ſategerunt; ſed etiam Jureconſulti, & quidem egregie. Etiam Medici non ſecus, quod mirum: etiam, quod magis alicui mirum, Theologi. Non opus, ut quemque nomine vocem: quia in manibus & ore omnium verſantur. Hinc tam multæ exſtiterunt Grammaticæ. Veterum plusquam triginta contulit *Elias Putſchius*, juvenis eximius, qui in flore ætatis ſuæ abiit hinc in communem locum. At recentium adhuc plures quis enumeret? Quot ſunt *Nomenclatura, Vocabularia, Dictionaria, Lexica, Phraſes, Synonyma,* *Multa Grammatica.*

nyma, Compendia, Selecta, Analecta, Theſauri, Sylvæ, Elegantiæ, Admonitiones, Obſervationes, Iſagogæ, Colloquia, Florilegia, Cornucopiæ, & quid non? Nempe eò omnes adſpirarunt, ut humanioribus literis ita melius eſſet: ut Latina lingua facilius & purius veluti ex ipſis fontibus combiberetur. Qui tot igitur optimorum & doctiſſ. Virorum conatus illos & bene merendi ſtudium inſectetur aut cavilletur, niſi ab omni humanitate averſum, puto eſſe neminem. Nec etiam vitio vertet ullus; ſi qui hodie poſt anteceſſorum ſuorum operas, ſi non in meditullio, ſaltim in margine & finibus Latii pedem ponat, & quædam ſcitu utilia proponat. Quod majoribus noſtris licuit: quur nobis non liberum ſit? Multa ab illis omiſſa ſunt: multa ab aliquibus non ſatis expoſita: multa veteribus inviſa & inaudita, noſtro ſeculo Viri etiamnunc ſuperſtites, explicarunt: multa adhuc in tenebris recondita ſequens ætas in lucem protrahet, *Lud. Vivem* juvat audire l. 1. de cauſ. corrupt. art. *Malè de natura cenſet, quicumq; uno illam, aut altero partu, effœtam eſſe arbitratur: quur ſe non putent aliquid excuſſuros, ſi adnitantur? cum nulla ſit tam facilis atq; humilis ars, in qua non infinita occultantur, quæ poſſint multa ingenia diutiſſime exercere. Et recentiores haut ſane pauca extuderunt, nonnunquam acutius, ſæpe etiam verius.* Quare, pro ſe quisque, juvet rempub. noſtram literariam: meliores literas ſcrutetur, augeat: ſuos poliat, emendet: ſed ſtudio ſemper veritatis & utilitatis. Ad quid tua refert? dicat aliquis. Quur tu in hac ſcena? Fateor, debebant alii, quibus plus & ætatis & judicii. Ego in junioribus ſum; & loco poſteriori. Sed pleriq; ſilent, &

quaſi, cum caletur, cochlea in occulto latent.

Multi tamen ſtrenue ſuum faciunt officium. Quorum veſtigia liceat mihi, quæſo, legere, & aliquot ariſtas colligere ex opima illa meſſe. Quæſo, mihi liceat. Quia vereor, ut temperet ſibi à me intemperies quorundam. Voculas jam audio: morſiunculas præſentio. Hic novitatis, iſte oſtentationis, ille ſubtilitatis, alter vanitatis,

tis, alter me alius nomine traducet. Quid tum? cum & veritatis & utilitatis ſcopo à me ſcribatur: tale judicetur Doctis atque bonis. Momos, Zoilos & horum ſemina, morus ego, ſi morer; qui

Uti muſcæq; culicesq; pedesq; pulicesq;
Otio & malo & moleſtiæ, bono uſui ſunt nulli.

Quia ipſi latent, latrant: quia non capiunt, carpunt denique alieni nominis ruina gradum ſibi faciunt ad laudem ſuam, immo ad labem.

CAPUT II.

De uſu Latinæ linguæ.

ESTNE verò tanti Latinitas, ut illius cauſa tantum laborem ſubeamus? talem invidiam? Omnino. Omnia metimur uſu & commodis noſtris. Etiam vulgus, ubi quid agendum, ante omnia quærit: *cui bono?* cui uſui? Ager ille optimus, qui plurimos annuatim fructus cultori ſuo refert. Pindaro eſt ὕδωρ ἄριστον: quia innumeras fundit utilitates. Quæ cauſa, quod quidam nomen *Aquæ*, non tam vere, quam appoſitè, dictum volint, quaſi *à qua* omnia, & ſine qua vita noſtra non conſiſteret. Quid multa? Uſus commendat rem. Si igitur multiplex etiam Latinitatis uſus apparuerit: certè digna erit, quam ſerio curemus, cui aliquot horas impendamus. Hebræa ſancta eſt & prima. Græca & ipſa antiqua, & valde locuples. Germanica nobis domeſtica, & altioris cujusdam ſpiritus. Omnes conducibiles aut neceſſariæ. Hæc quidem nobis, ut vel privatim mutuo intelligamur: iſta medicis, ut Hippocratem & Galenum: Philoſophis, ut Platonem & Ariſtotelem, eorumque interpretes liquido ac penitus aſſequantur. Illa Theologis, ut ex ultima radice pandant myſteria. Atqui Latina non uni vel arti, vel genti ſervit: ſed omnibus, quæcunque ſunt, ubicunque ſunt, & artibus & gentibus. Quidquid olim latuit in ſcriniis ſive Hebr. ſive Græcis, ſive aliis, in Latinum idioma converſum eſt. Ita quod olim laborioſe ac longo tempore, jam facilius percipitur, & paucioribus annis. Quidquid à majoribus noſtris ſcriptum: quidquid hodie

die ab *Eruditis* ſcribitur; id omne beneficio Latinæ linguæ exponitur. Hæc, cum nuſpiam hodie vernacula aut materna ſit, ideo ab ineunte ſtatim ætate pueris diſcenda datur. Hæc ab adoleſcentibus, viris, ſenibus tractatur. Hac, quodcumque ſit, in Scholis & Academ. docetur. Hac, quaſi vinculo, tam variæ, tam diſſitæ copulantur nationes. In quamcunque oram, ad quemcumque populum venies; invenies, qui te Latine loquentem intelligant: ſecus loquentem, quod tu intelligis, non tantum non audiant, ſed etiam quandocunque rideant. Verbo dicam: ubi homines habitant, ibi una habitat Latinitas. Et quod Plutar. olim in quæſt. Platon. ὡς δοκεῖ μοι περὶ ῥωμαίων λέγειν, ὧν μὲν λόγῳ νῦν ὁμοῦ τι πάντες ἄνθρωποι χρῶνται: id verius hodie dicemus. At Hebr. tamen ſanctior eſt: Græca antiquior & opulentior. Non nego. Ab utraque iſta priori, illa prima oritur univerſa Latinitas, ut & omnes aliæ dialecti. Nec quidquam vel Hebr. vel Græcæ laudibus detractum volo: potius adderem, ſi tantum in me eſſet. Hoc tantum ajo: uſum Latinæ præ iſtis hoc noſtro tempore eſſe longe ampliſſimum: & icciroo eam videri digniſs. quæ ſubinde diligentius ac majori fide ex origin. ſuis & majorum gentium autoribus tractetur. At, inquit *Titius Cotta*: aliis quidem diſciplinis Lat. lingua conceditur utiliſs. non item ſtudio ſacro, quod tantum *Reale*, linguarum adminiculis nihil juvatur: ſatis, ſi idioma, quod cum lacte materno quaſi ſuximus, etiam hic modo teneamus; nec aliis peregrinis fruſtra implicemur. Quæ opinio planiſſime ἀπαιδεύτου eſt, nec admodum refutationis indiga: cum præſertim doctiſſimi quique contrarium probent. Quia enim vetus teſtam. Hebræa, Novum Græca lingua primitus ductu Spiritus ſancti conſcriptum eſt, utriusque cognitionem magnopere decet nos acquirere. *Sæpe monui*, inquit Lutherus, *ut Hebr. linguam diſceretis, nec ita eam negligeretis. Etſi enim ejus linguæ nullus alius eſſet uſus: tamen pro gratiarum actione diſcenda erat; quod pars quædam religionis & cultus Dei eſt, eam linguam docere*

Vel

Digitized by Google

vel diſcere, quæ ſola, quidquid uſpiam divini eſt, docet. Auditur enim in ea Deo loqui: audiuntur ſancti. Hæc ille. Et licet univerſa Biblia, vel hoc noſtro tempore puriſſimè converſa exſtent in multarũ gentiũ idiotiſmos: quis tamen ita impudens aut ineptus, qui ipſos adire fontes prohibeat? Cum in illis multa ſæpe planiora, magis propria & ἐμφατικώτερα occurſent, quàm in rivulis. Et ubi homines ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι ſua interpretamenta jactitant; non meliùs, quam his ipſis fontib. ut ſic dicam, ſuffocantur. *Scio, quantum mihi Hebr. lingua contra meos hoſtes profuerit: quare pro hac quantulacunq; cognitione infinitis millibus aureorum carere nolim*, ait iterum magnus ille Lutherus. Neq; ipſe hoc ſolum fatetur: ſed novimus fere omnes, quam linguarum ope innumeros detexerit errores, quos ſuperiorum temporum barbaries, ignorantia bonarum literarum ſibi veluti blandita, admiſerit. Exemplorum hic aliquot meminiſſe lubet, juventutis cauſa, ut ſerio diſcat: Nihil utilius eſſe ſtudio linguarum, nihil divinius. Ita ſtatim Gen. 3. 15. verterunt: *Ipſa conteret caput tuum.* Quod hodieq; & γνήσιοι tueri quidam ſuſtinent. At in Hebr. non eſt fœmineum τὸ הִיא *Hi*, ipſa: ſed τὸ הוּא *Hu*, Latinis κυρίως καὶ πρώτως, Ipſe. Quale etiam omnino requirit maſculinum זֶרַע *ſerah*, i. e. ſemen: nec non יְשׁוּפְךָ *ieſchupebecha*, i. e. conteret tibi LXXII. interpr. αὐτός σου τηρήσει κεφαλήν, i. e. ipſe Meſſias, vel ipſum ſemen mulieris conteret caput tuum. Quomodo etiam legi oportere docet ipſe Hieron. Quæſt. in Gen. Hebraicis. Et non ita pridem hunc locum [*ipſe conteret*] peculiariter contra Papiſtas vindicavit *Abr. Coſterus* Antverp. Aliud. Gen. 23. 3. ita vetus interpres legit: *Cum ſurrexiſſet Abraham ab officio funeris* Hîc Bellarm. l. 1. de purg. c. 15. vocem *officium*: adeoque ex eo etiam ipſum *purgatorium* exſculpere nititur. Quàm fruſtra. Ita enim Hebr. veritas: מעל פני מתו i. e. *ſurgens Abraham à facie mortui ſui.* Græci LXXII. ſimpliciter: ἀπὸ τοῦ νεκροῦ. Jonathan voce *conſpectus* adjecta, ſententiam per ſe planam reddidit planiorem. Aliud. Gen. 36.

Probatur per exempla.

 24. alu-

24. alucinata eſt vetus verſio: *Ana qui invenit aquas calidas in ſolitudine.* Græce ὗτος ἐναι ὃς εὗρε τὸν ἰαμὶν ἐν τῇ ἐρήμῳ. *Aquas calidas*: quaſi eſſet à מַיִם *maïm* aquæ: & quaſi ille in deſerto inveniſſet thermas. *Diod. Tarſen.* in expoſit. Gen. ὁ σύρος καὶ ὁ ἑβραῖος τὸν ἰαμεὶν ὕδωρ βούλονται λέγειν· ἀντὶ τούτου, εὗρε πηγὴν ἐν ἐρήμῳ. In Hebr. autem exſtat יֵמִים *iemim*, muli, ἡμίονοι. Quomodo etiam Rabbi Salomon interpretatur. Græci inde ſervarunt ἰαμὶν vel ἰαμείν. Hebræis alio nomine פְּרָדִים *peradim*, muli 2. Reg. 5. ALIUD. Gen 49. 11. *Ligans ad vitem aſellum ſuum & ad tenellum generoſæ vitis ſurculum filium ſive pullum aſinæ ſuæ.* Pro quo vetus verſio: *Ligans ad viniam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam.* Quaſi ſit ἀποστροφὴ ad Jehudam. At non ita. In Hebr. quidem eſt בְּנִי אֲתֹנוֹ. At enim *iod* in *beni* non eſt affixum: ſed hoc loco κατὰ παραγωγὴν Hebræis frequentiſſimam, ornatus cauſa, additur. Ergo non vertitur *filius meus*, nec *fili mi*: ſed *filium*. Teſtes aut arbitros arceſſimus Hebr. linguæ ſcientiſſimos. Neq; aliter Græci: δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. ALIUD. Hezræ 9. 8. ut dimitterentur nobis reliquiæ & daretur nobis pax illius in loco ſancto ejus. *Pax illius* pro Paxillus, vel clavus, πάσσαλος. Hebr. יָתֵד *iatéd*. Nec abludit Græc. στήριγμα quod eſt fulcrum, fulmentum: τοῦ καταλιπεῖν ἡμᾶς εἰς σωτηρίαν καὶ δοῦναι ἡμῖν στήριγμα ἐν τόπῳ ἁγιάσματος αὐτοῦ. ALIUD Pſ. 1. *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit*: ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν. In Hebr. eſt לֵצִים *Lezim* i. e., illudentium aut deriſorum. Nec quadrat λοιμός, niſi κατὰ μεταφορὰν καὶ αὔξησιν: ut ſit idem, qui κακὸς, ἄθεος, σχετλιώτατος, ſumme impius, pernicioſus, exitialis; quomodo Latinis & *peſtis* ac *pernicies* Et ita vertendum fuiſſet λοιμῶν, *peſtium*, uti de Spectac. habet Tertull. non peſtilentiæ; ſeu potius λοιμωδῶν ἢ ὀλεθρίων, i. e. peſtilentium aut exitialium: *poſito ſic genere pro ſpecie*, id eſt, pro illuſoribus, ἐμπαίκταις: ſicuti recte Lutherus tranſtulit ex Hebr. ALIUD. Pſ. 2. *apprehendite diſciplinam*: δράξασθε παιδείας. Ad in Hebr. eſt נַשְּׁקוּ־בַר oſculamini

mini filium: fatente ipſo Bellarm. l. 1. de verbo Dei cap. 2. Verbum נָשַׁק *naſchak* eſt oſculatus eſt, ἐφίλησε, appliсuit, admovit ſe blande. בַּר *bar*, filius. ALIUD. Pſ. 90. *anni noſtri ſicut aranea meditabantur:* τὰ ἔτη ἡμῶν ὡσεὶ ἀράχνη ἐμελέτων. Verum הֶגֶה, *hegeh*, nunquam eſt ἀράχνη: ſed meditatio, μελέτη, murmur, garritus, nugæ: ut Lutherus optime reddidit. Ab origine הָגָה *hagah*, quod eſt meditari & poſtea eloqui muſſitare, gemere. ALIUD. Pſ. 110. *Ex utero ante luciferum genui te:* ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Inde eo abutuntur Ariani ad impugnandam Filii Dei divinitatem, quaſi ea temporanea ſit & Phyſica. Ex indole vero Hebraiſmi ita exprimitur: *In ſplendoribus ſanctitatis ex utero auroræ tibi ros juventutis tuæ.* Vel, ut alii: *in decoris locis ſanctitatis inde ab utero, tibi aderit ros juventæ tuæ accuratiſſime.* Vel, ad verbum: *matutina inquiſitione.* ALIUD. Prov. 16. *& opera ejus omnes lapides ſeculi,* vel, ut alii, *jaculi:* Τὰ δὲ ἔργα αὐτοῦ στάθμια δ' κισ. *Seculi* aut *jaculi* pro *ſacculi* vel *loculi:* ſicut Sirac. 18. *& non eſt tibi nihil in ſeculo* pro *ſacculo.* Hebr. hoc modo: כָּל־אַבְנֵי־כִיס *Kol afne Kis.* I. e. omnia pondera crumenæ. כִּיס, *Kis* eſt ciſta, unde Latin. hoc, ſicut & Græc. Κίστη, item Germ. Kiſte / Koſte: poſtea etiam marſupium, crumena, ſacculus. ALIUD. Sap. 1. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum & hoc quod continet omnia ſcientiã habet vocis.* PRO, *hic qui continet, nempe Spiritus vel idem continens:* πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην, καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα γνῶσιν ἔχει φωνῆς. ALIUD. Sirac. 18. *qui vivit in æternum creavit omnia ſimul:* ὁ ζῶν εἰς τὸν αἰῶνα ἔκτισε τὰ πάντα κοινῇ. Κοινῇ, i. e., communiter vel communi lege Hic nonnulli, (*inquit Joh. Poſſel.*) inter quos & Auguſt. fuit, ratiocinati ſunt, non intervallo ſex dierum, ſed ſimul & ſemel, eodem temporis momento, omnes res à Deo conditas eſſe: cum ſententia ſit, omnia ſine ulla exceptione, non ſimul tempore, ſed communiter, generaliter, & univerſaliter condita eſſe. Nam adverbium κοινῇ, non determinat verbum

ἕκπεσι,ſed univerſalem particulam πάντα.Non igitur ad
tempus creationis referri debet: ſed ad univerſalita-
tem.Hæc ille.ALIUD Matth.4.*Et abiit opinio ejus in totã
Syriam.Opinio* pro *fama* aut *rumor*:κ) ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ
εἰς ὅλην τὴν συρίαν. Ut 24. *opiniones præliorum*,ἀκοὰς πο-
λέμων,pro *rumores bellorum*,ALIUD Matth.6. *Panem no-
ſtrum ſuper ſubſtantialem da nobis hodie*: τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν
ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον.Sed exponitur ſic ὑπερούσιον, pro
ἐπιούσιον. Ut Damaſceno Θεὸς dicitur οὐσία ὑπερούσιος: id
eſt,*Superſubſtantialis*.At ἐπιούσιος eſſet, *adſubſtantialis*,ſi
Latinitas pateretur. Alii malunt, *ſupereſſentialem* pa-
nem. Alii *eximium*,ἐξαίρετον: alii *peculiarem*. Sed neu-
trum τῷ ἐπιουσίῳ ſatisfacit. *Eximium* enim eſt, quod exi-
mitur, ſeligitur.*Peculiare* eſt proprium,à *peculium*.Hi-
eron.in c.6.Matthæi: pro ἐπιούσιον,ait,ſe legiſſe in Evan-
gelio Hebr.מָחָר, *machar*, quod notat craſtinum, fu-
turum. Sed de hoc alii viderint. Neq; hic de Hebr. *ma-
char*, agitur: quod & ipſum aliquâ ambiguum, cùm
etiam ſignet quodvis tempus poſterum, diem ſubſe-
quentem ſive propinquum ſive remotum.Ita illud Gen.
30.amant exponere: *Cras reſpondebit mihi juſtitia mea*:
hoc eſt,perendie,in poſterum.*Varino* ἐπιούσιος eſt ἐπερ-
χόμενος,adveniens: quaſi ab ἔπειμι fluat. Quidam hodie
Profeſſor Græc. literar. Gieſſæ ſcribit: ἐπιούσιος *non eſt
ab* ἐπὶ & οὐσία: *ſed ab* ἐπὶ & ἰοῦσα, ſcilicet ἡμέρα, *dies in-
ſtans, vel ſubſequens, ſive veniens. Quomodo* ἐπιούσῃ νυκτὶ
uſurpatur. Act.23. Eſt igitur ἐπιούσιος, *qui ad ſubſequentem
diem pertinet, vel pertingit. Alias dicendum fuiſſet* ἐπού-
σιος, *ſicut* ἐπουσιώδης.Hæc ille. Atqui cum illo non fece-
rim.Uſitato ἐπιοῦσα eſt quæ adeſt, ſequens, ſuccedens.
Gloſſ.ἐπιοῦσα, *poſtera*.Et ita plurifariam multis addi-
tur.Demoſth.contra Midiam: ἐπιοῦσα ἐκκλησία. proxime
ſequens concio. Præſertim verò nominibus temporum
gaudet. Syneſio, ἐπιοῦσα ἡμέρα. Prov.27. τί τέξεται ἡ ἐπιοῦ-
σα; ſcil. ἡμέρα.Interpr.LXXII. Deut.32. habent, ἐπιόντα
χρόνον, ſequens vel ſuccedaneum tempus. Plato, ἐπιόντα
ἐνιαυτὸν. Demoſth. ἐπιόντα μῆνα. In Evangeliſtis verò
ſubintelligi non poteſt ἡμέρα: cum τὸν ἄρτον ἡμῶν præce-
dat:

dat: & neceſſario ſequatur, τὸν ἐπιούσιον, ſcilicet panem. Neque quidquam obtinet, ἐπιούσῃ νυκτὶ ex Actis. Ambo quippe ſunt θηλυκά. Neque ἐπιούσιον eſt ab ἐπιοῦσα: quando tale *adjectivum* à nullo ejusmodi *fœminino* veniat. Sed eſt ab ἐπὶ & οὐσία: ſicut ἐνούσιον, αὐτούσιον, ὑπερούσιον & reliqua. Nullum à verbo εἶμι vel ἴω. At ideo non dicendum, ἐπούσιον. Nam ultima *præpoſitionis* litera non ubique abſorbetur. Ita ἐπιόψομαι eſt ap. Homer. ἐπίουρος & ἐπίουροι, ap. eund. ἐπίορκος & ἐπιείκελος, ap. Heſiod. ἐπιεικὴς & ἐπιείκεια, ap. Ariſtot. Iſocr. Plutarch. alios Immo dicitur περιούσιον, περιουσία περίειμι: item ὁμοούσιον. Quamvis & ἐπούσιον analogicè admittatur, velut ὁμούσιον. At ſic ἐπιούσιος panis idem, qui ſubſequens, ad diem ſequentem pertinens: ac repugnat textui: *Panem noſtrum ἐπιούσιον da nobis hodie.* Anne craſtinum ſive futurum nobis dari petamus, & quidem hodie? Panis ergo ἐπιούσιος eſt *quotidianus*, ſicuti Lucas ipſe c. 11, 3. addit. καθ' ἡμέραν: vel *neceſſarius*, qui ad οὐσίαν facit & vitæ conſervationem. Salomon Prov. 30. v. 8. panem vel *cibum demenſi* indigitat. Syrus habet, *panem neceſſitatis noſtræ*: quod notat *deſunkanan*, דְסוּנְקָנַן à verbo סְנַק, indigere. Chryſoſt. in orat. dom. ἄρτον ἐπιούσιον, i. e. ἐπὶ τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος διαβαίνοντα. Suidas, ἄρτος ἐπιούσιος, ὁ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἁρμόζων, ἢ καθημερινός, panis ſubſtantiæ noſtræ aptus, vel quotidianus. Baſil. in quæſt. compendio explicatis: ἄρτον τὸν πρὸς ἐφήμερον ζωὴν τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν χρήσιμον ὄντα panem ad quotidianam vitam ſubſtantiæ noſtræ utilem, reddit. Theoph. τὸν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συστάσει ἡμῶν αὐτάρκη, noſtræ ſubſtantiæ & conſtitutioni ſufficientem: vel ut, Camerar. *cum quo contenta eſſe poſſit natura atque conſtitutio noſtra.* Et quid plura? Ἐπιούσιον plerique ab οὐσία ducunt: uti teſtatur *Matth Martin.* in voce *Quotidianus.* Ἐπιούσιον ſanè (*inquit idem ibidem*) dici poteſt, quod ad ſubſtantiam corporis noſtri advenit & pertinet. Aliud. Matth. 9. *Non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores.* Omiſſum eſt, *ad pœnitentiam.* οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Quod etiam Lucas habet c. 5. οὐκ

ἐλήλυθα καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. ALIUD. Marc. 3. *Sed reus erit æterni delicti:* Pro *judicii:* ἀλλ᾽ ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως. ALIUD Marc. 6. *Et cum dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui:* pro *natalitiis ſuis.* καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε Ἡρώδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ. ALIUD. Luc. 16. *mortuus eſt autem & dives & ſepultus eſt in inferno.* Elenchus hic κατὰ σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν. Ita enim Græcè: ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη. Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς. Id eſt, mortuus eſt verò & dives, & ſepultus eſt. Et in inferno attollens oculos. ALIUD. Luc. 18. *deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam ab illo.* Sed ἢ ἐκεῖνος, non eſt *ab illo.* Eraſmus, *deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam magis, quàm ille.* Atque ita ſonat, quaſi Phariſæus etiam ſuis operibus juſtificatus ſit: magis tamen ὁ τελώνης. Sed τὸ μᾶλλον in Græco non eſt. Κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος. Id eſt, *præ illo:* ut optimè Lutherus reddidit. Τὸ ἢ enim ſæpe vim quandam obtinet διοριστικὴν: etiam dum nota eſt disjunctionis in oratione, ut & Latinum, *Aut, ſive, ſeu.* ALIUD. Lucæ 20. *Illi verò qui digni habebuntur ſeculo illo & reſurrectione ex mortuis.* Exinde labes conjugio, neſcio quas, ſanctuli quidam adſpergere conati ſunt. *Habebuntur* pro *habiti ſunt:* Cùm non de hac, ſed illa altera vita loquatur. Οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν. ALIUD Roman. 5. *peccatum non imputabatur, cùm lex non eſſet.* Pro *peccatum non imputatur aut eſſe putatur, cum nulla eſt lex.* Ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ· ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου. ALIUD. 1. Tim. 3. ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. ubi vox ἑδραιώματος tripliciter verſa. Aliis eſt *fundamentum:* aliis *firmamentum:* aliis *ſtabilimentum.* Qui verò eccleſia ſit fundamentum veritatis, vel etiam ſtabilimentum, difficilius exponitur. *Vict. Strigel.* poteſt paſſivè hoc dictum intelligi: Eccleſia fulcitur ſuſtentatur non opinionum commentis, quæ dies delet; ſed veritate, quam tempus confirmat. *Th. Beza:* Eccleſia eſt columna & ſtabilimentum veritatis, ho-

minum reſpectu, non autem ſimpliciter. Nam alioquin ipſum hoc firmamentum lapide illo angulari nititur, id eſt, Chriſto, ut dictum eſt Eph. 2. 20. Eccleſia non procreatrix, ſed teſtis eſt dumtaxat, altrix, & conſervatrix inter homines: ut ipſa à verbo, non contrà verbum ab ipſa pendeat. *Keckerm. in Syſt. Theol. l. 3. c. 6.* Eccleſia ſic dicitur κατ' ἐξοχήν, reſpectu capitis Chriſti, non reſpectu membrorum. Nam ſicut magiſtratus etiam poteſt dici pars reip. ita Chriſtus caput Eccleſiæ, principalis Eccleſiæ pars eſt, de qua parte hoc elogium enunciat Apoſtolus, quòd ſit columna & ἑδραίωμα veritatis. Quia verò arctiſſima eſt communio inter caput & membra, ideo propter illam unionem, quod capiti propriè competit, de toto corpore enunciatur. *Hæc ille.* Hieron. in Job. 26. *Eccleſia, quæ eſt Sanctorum omnium congregatio, pro æterna ſibi in Domino ſtabilitate, columna & firmamentum dicitur veritatis.* Atq; adeò ſumma omnium eò redit. Eccleſiam eſſe fidiſſimam cuſtodem veritatis, conſervare eam, non fulcire, non fundare. Sed (ignoſcant mihi ſacras literas docti) ſi principem ac propriam τοῦ ἑδραιώματος notionem inſpexero, illud non eſt fundamentum vel ſtabilimentum: ſed potiùs *ſedes, domicilium*, ubi quid locatur, reponitur, aſſervatur. ἕδρα eſt ſella, ſedes: ἑδραῖος ſeſſilis, ſedentarius: ἑδραιόω, loco, ſedem pono: ἑδραίωμα ſedes poſita, locata: locus, ubi ſedere & quieſcere licet. Et hoc eſt, quod *Til. Heshuſ.* notat: Eccleſia, *inquit*, columna eſt ſtabilis, domicilium perpetuum, ſedes certa veritatis: quicunque expetit veritatem, neceſſe habet eam in Eccleſia addiſcere. Exinde ἑδράζω, ἑδραιόω, eſt ſtabilio: ἑδραίωμα ſtabilimentum: quatenus cum itione, curſu, vel alio motu confertur. Quæ enim ſedent & conquieſcunt, dicuntur ſtabilia, firma, κατὰ λόγον συγκρίσεως. Plura talia in hunc locum non opus eſt, ut compingam, etſi infinita poſſim, quæ vel alii, vel quæ ipſe privarim conſignavi: & jam tum alicui nimiùm digreſſus videbor ab inſtituto meo. Quod tamen minimè factum exiſtimo. Quidquid enim hactenus de Hebr. &

Græcæ

Græcæ dignitate diſſerui: ſuo etiam jure ad Latinam redundat. Neque id tantùm, quia hæc filia eſt aut propago, illæ parentes: ſed etiam quia Hebr. & Græca comprehendi hodie non poteſt, niſi per Latinam: & hac negligenter habita, illas quoque negligi oportet. Quod ſuperiorum illa ſeculorum ruditas abunde teſtatum facit. Nemo igitur Latinam parui faciat. Nemo inutilem ſacris literis aut minùs commodam, ſenſu alicujus *Titii*, pronunciet. Præſertim cùm ad antiquos etiam illos Eccleſiæ doctores, quos alioquin *patres* vocamus, rectè intelligendos faciat; in quorum plerorumq; ſcriptis inſignis eruditio juxtà & latiniſſima dicendi forma elucet. In eorum claſſe eſt *Tertull.* inculpatæ Latinit. autor, judicio Caſaub. Græcè & Lat. peritiſs. referente Dreſſero *Arnob.* (inquit Hieron. in catal. ſcript. eccleſ. ſub Diocletiono Principe, Siccæ apud Africam florentiſſimè Rhetoricam docuit. *Arnob.* (inquit Lipſ. 1. epiſt. Quæſt. 20.) Chriſtiani nominis ſcriptorum quaſi Varro eſt; antiquæ & reconditæ doctrinæ, quâ in verbis. De *Cypriano* ait *Lactant.* l. 5. Inſt. Unus præcipuus & clarus exiſtit Cyprian. Rhetor. inſignis Prof. ingenio faceto, copioſo, ſuam, &, quæ maxima ſermonis virtus eſt, aperto, ut diſcernere nequeas, utrumne ornatior in eloquendo, an facilior in explicando, an denique potentior in perſuadendo, ita, ut meritò Cicero aliquis Chriſtianus dici queat. Hæc Lanctant. qui ipſe quoque fluvius Tullianæ eloquentiæ dicitur *Hieron.* in epiſt. ad Paulinum. Ut *Hilar.* eidem tuba Latini ſermonis. Quid autem *Hieron.* ipſo eloquentius? quid magis oratorium? quid bene dicendi ſolicitius, ſtudioſius, obſervantius? ait *Valla.* De *Auguſt.* etiam omnes æquè conſentiunt, quod Lat. Græcæ, artium humaniorum, eloquentiæ, hiſtoriarum cognitione excelluerit. Sed & *Ambroſ.* eloquentia præditus fuit ſuavi, erudita, gravi, & ab omni aſſentatione atque blandimentis aliena, ſecundum Auguſt. Etiam *Bernh.* *Clareuall.* tam dulci orationis copia uſus eſt, ut *melliflui doctoris* cognomen meruerit. De cæteris numero ſanè

Tertullianus. Arnobio. Cyprianus. Lactantius. Hilarius. Hieronymus. Auguſtinus. Ambroſius. Bernbardus.

ſanè plurimis tam priſcis, quàm recentibus, & vel hac noſtra ætate claris nihil hic dicam: ſedconclu do, tres illas linguas Hebr. Græc. & Latinam ut ἐν ἐπιγραφῇ ἐπὶ σταυρῷ conjunctas; ita in ſtudio ſacro conjungi oportere: concludo, inquam, verbis *Augſt. l. 2. de doct. Chriſt. c. 11.* Et Latina quidem, *inquit*, lingua homines, quos nunc inſtruendos ſuſcepimus, & duabus aliis ad ſcripturarum divinarum cognitionem habent opus: Hebræa ſcilicet & Græca, ut ad exemplaria præcedentia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit Latinor. interpr. infinita varietas. *Hac Auguſtinus.*

CAPUT III.

De Appellationibus.

DE nominibus aliquid hujus linguæ ſi præmittam, *Latina.* nihil inſolens aut incommodum fecero. Dicitur *Latina* & *Romana*. *Latina* ſive *Latialis*, à Latio terra, cujus propria fuit & peculiaris. *Feſtus:* Latinè loqui à Latio dictum eſt. *Latium* appellarunt: quia ibi Saturnus delituerit, cùm fugeret Jovem. Adde, quòd item Saturnus nominetur à latendo; è principiis Hebr. à סָתַר *Sathar:* de quo in Origin. *Romana* κατ' ἐξοχὴν. Potiſſimum enim Romæ floruit, quæ οὐρανόπολις καὶ *Romana.* ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης, Athenæo. Univerſa quidem Italia fuit aliquandiu ſedes Latinitatis, diffuſo ejus uſu, & communicato commercio, ut poſtea dicemus: ſed alicubi minus cultæ, politæ, elegantis. Hinc Cic. fatetur 3. de orat. ipſos Italos abiiſſe in pronunciando à *ger-* *Quinct. l. 8. c. 1.* *manitate* illa, quæ in Romanis. Et in Livio *Patavinitas* quædam notata eſt à Pollione: in aliis alia. Sola præcelluit Roma.

Natura hic poſuit, quidquid ubiq; fuit.

Etiam florem & munditiem linguæ ſingularem. Ita hodie in Thuſcis Florentiæ aut Senis major puritas viget ſermonis Italici, quàm alibi. Ita, ne longiùs abeam, univerſa Miſnia & Oſitia æquè utitur Germanica ſed

Digitized by Google

ſed Lipſiæ præ aliis, etiam vicinis, dominatur elegantia & nitor. Quod J. C. Scalig. inprimis laudat:

Lipſia ſe oſtentans ſublimibus aurea tectis;
Lumina dum ſaturat, mens perit iſta fame.
Vecta quibus ratibus longinqua marmora terræ?
Unde frequens flavit pura nitela Tagi?
Huc Cyprum, huc Temeſum, huc Arabas huc Serica, dices
Sedibus evulſa huc Indica regna ſuis.
Cum gemmâ bibitur, vincuntur nectare gemmæ:
Sed linguæ varius vincit utrunq; nitor.

Auſonia. Deniq; Poetis dicitur etiam *Auſonia*: itidem à regione. Ea proprie Auruncorum eſt terra inter Campanos & Volſcos, juxta mare: ut in Lycophronem notat Iſac. & Joh. Tzetzes. Sed lingua Lat. appellaturne etiam *Italica*? *Italica.* Video ita velle aliquos è noſtris, eo potiſs. argumento, quòd Italia ſedes olim fuerit Latinitatis. Verùm non à loco principaliter aut regione; ſed potiùs à gente aliqua & diſtincta annorum ſerie æſtimantur linguæ. Atque ſi ſedes nomenclationem quaſi affricare poſſit, quidni Hebr. vocaverim, vel Ægypt. vel Babyloniam, quando & Ægyptus & Babylon ut populum ipſum; ita etiam linguam detinuerit. Ita Græca lingua dici poſſit *Italica*: cùm in Italia antiquitus loqvuti ſint Græcè. Quod Ovid 4. Faſt ait:

Nec tibi ſit mirum, Græco rem nomine dici:
Itala nam tellus Græcia major erat.

Quia verò adhuc ἀμφισβητήσιμον eſt, utrum *Italica*, quæ hodie exſtat, intelligatur; an priſca illa, diſtinctius reſpondendum aſt. Quod *Italica*, ut hodie vocamus, *Latina* ſit, nemo facile affirmabit. An ignoras (*verba ſunt J. C. Scalig.*) *In epiſt.* linguam Gallicam, qua nunc utimini, Lat. linguæ abortum eſſe: quemadm. & Ital. & Hiſpanicam? Materia namque è Latio eſt, forma depravata, infractis adſpirationibus, diſtortis vocalium ſonis ad deformes diphthongos, adeo, ut ne nunc quidem quibus elementis ſcribatis inter vos conſtet. *Hæc ille.* Nec quidquam ſolidè infertur: Italica hæc fluxit è Latina, vel, ut Scaliger ajebat, Latina eſt materia Itali-

Italicæ, ut & aliarum: Ergo Italica eſt eadem quæ Latina Neque enim Chald. eſt Hebræa, licet hujus quaſi quidam ſurculus ſit. Neque Lat. eſt Græca, licet hanc agnoſcat matrem. *Forma* igitur, impertit τὸ τί ἦν εἶναι, ſive οὐσίαν, & ita unum ab altero diſcriminat: non item *materia*. Quia igitur forma & propria Græcæ, Lat. Ital. Gallicæ ſunt diſſimilia: quidni illæ etiam ipſæ? Quod ſi de veteri Italica ſermo ſit, negandum quoque, hanc cum latina fuiſſe planè eandem. Quia Latina à conditu, aut etiam aliquo incremento gentis Romanæ fuit ferè anguſtiis contenta tempore benè longo, manſit, nec ad Volſcos, Oſcos, Hetruſcos & cæteros Italiæ populos, ſi voculas aliquot excipias, manavit: etiam poſt bella Punica paulo tardiùs cum aliis communicata. Pòſt verò opinione citiùs, non tantùm per Italiam, ſed alias etiam oras ſe copioſè diffudit: ita tamen, ut hæ aliquas de ſuis idiomaſi reliquias illi admiſcuerint. Plin. hoc docet l. 3. Hiſt. natur. c. 5. Terra omnium terrarum alumna eadem & parens, numine deûm electa, quæ cœlum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum diſcordes feraſque linguas ſermonis commerciò contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breviterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Et Auguſt. l. 9. de civ. c. 7. *Data eſt opera, ut civitas imperioſa non ſolùm jugum: verùm etiam linguam ſuam domitis gentibus per pacem ſocietatis imponeret.* Hæc autem diffuſio Latinæ linguæ non facit, ut propterea Italica ſit dicenda: cùm nullius claſſici autoris hic appareat ſubſidium. Alias eadem quoque diceretur *Hiſpanica*, quoniam æquè hic etiam dominari viſa eſt, atque in Italia. Strabo de Hiſp. οἱ περὶ τὸν Βαῖτιν, τελέως εἰς τὸν ῥωμαίων μεταβέβληνται τρόπον, οὐδὲ τῆς διαλέκτου τῆς σφετέρας ἔτι μεμνημένοι. i. e. *qui ad Bætim colunt plenè planeque converſi jam in Romanos ritus, adeo ut nec ſermonis ſui patrii meminerint.* Sic eadem *Latina* diceretur item *Gall. Pannon. Britan.* alia, ſi à locis, quos permeavit aut inſedit, ubique nominanda eſſet.

Latina lingua ſe diffudit.

Cæte-

Cæterùm de initiis, progreſſibus,& amplitudiue hujus linguæ διὰ μακροτέρων diſſerit Muret. ap. Lipſ. c. 3. de recta pronunc. Lat. ling. & diſſerit, ut nemo melius: ideoque partem inde huc tranſcribere mihi liceat, cùm ad liticulam hanc decidendam optimè, ſi ullum aliud, pertineat. *Lingua Latina* Lingua igitur, *inquit*, quam Latinam appellamus, exiguis olim finibus,ut ipſa gens contenta, circa Romam ferè & finitima infero Tiberi hæſit. Italiam cæteram adeo non pervaſit, ut quæq; gens ſuo uſa ſit & diverſiſſimo ab hac ſermone. Volſci, inquam, Oſci, Etruſci,Samnites,Brutii, Apuli peculiares & ſuæ indolis linguas uſurparunt: quas diu,aucto etiam imperio,tenuerunt. Nam Romanis,etſi arma inferre finitimis acris cura fuit: non etiam mores,ſacra linguam. Quin contrà aliquandiu arcuiſſe iſta videntur,& communicari ea cum aliis cenſuiſſe non pro bono. Certè ut beneficium indulſere, & venia ad eam rem opus ac permiſſu. Liv. clarè ſuggerit,lib.XL. *Cumanis*(Oſca aut Græca eorum lingua) *eo anno petentibus permiſſum, ut publice*(id accipio de ſcriptis decretisq; publicis)*Latinè loquerentur,præconibusq; Latinè vendendi jus eſſet.* Hoc narrat ſub annum urbis DLXXIII. Ut videatur etiam tunc,poſt Punica bella,finibus valdè auxiſſe lingua. At mox immenſum: & diu coercita, velut rupto obice, ſe effudit. Occaſione quidem & cauſa duplici. *Miſſus coloniarum.* Miſſu primùm coloniarum: deinde, communione civitatis. Nam de coloniis; cùm Romani eas ſpargerent, firmando imperio, per omnes gentes; neceſſariò unà etiam linguam. Quia numeroſi iſti coloni: & æquabant plerumque aut ſuperabant civium veterum partem. Ita ſi commercia aut colloquia futura inter eos: alteros in alterorum linguam migrare paulatim neceſſum erat. Et quos potius, quàm qui victi? Ingenium natura ipſa ita fert, ut flectant ſe omnia ad mores, cultumque victoris. Et inprimis ſermo: cujus lenis & lenta mutatio gravis nemini, curioſis nonnullis ſuavis. Diſcendi enim ſpeciem habet & ſciendi. Hæc ratio incredibile, quàm cito, quàm la-

tè,

zed by

tè, diffuderit Romanum hunc ſermonem & frugifera ſemina ejus jecerit per orbem terræ. Non aliter quàm Græcos olim, hac ipſa via, propagaſſe obſervo ſuum, Coloniis enim interſperſis, Aſiam illam totam minorem impleruntſcientiæ & linguæ: inde Rhodum, Cyprum, inſulaſque finitimas. Sed & loca mox ſita longius, Siciliam, Italiam (ora enim illa maris quæ magna Græcia dicta habuit & linguam:) quin Maſſilienſium opera Galliam ipſam & Hiſpan. per Emporienſes. Denique in Syria, & Orientis magna parte, immò apud ipſos Parthos, auctores mihi, valuiſſe & increbuiſſe hunc ſermonem. Jam cauſa altera, communio civitatis. Romani videlicet paulatim munes magis & benigni, jus illud grande ſuæ urbis, non ſolùm cum adſitis gentibus communicarunt, Etruſcis, Umbris, Samnitibus aliiſque Italorum: ſed & cum diſſitis. Nec pudor iis, non dicam Græcos & palliatos, ſed barbatos & braccatos miſcere ſuæ togæ. Res clara. Atqui donati eo jure, quomodo uti frui honeſtè eo poterant, ſine conſcientia linguæ? quomodo cives Romani haberi & cenſeri, niſi ut Romanè intelligerent ac ſonarent: Quin adeo neſciſſe id, non turpe ſolum, ſed periculo junctum: ut exſtent exempla, ob unam hanc noxam, ademtæ civitatis. Claudius certè Imperator, *Splendidum virum Græciæq; provinciæ principem, verùm Latini ſermonis ignarum, non modò albo judicium eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit.* Et poſt: Ita ſparſa igitur, bono generis humani, hæc lingua: tam longè, latè, ut Plutar. ſcripſerit: *Omnes ferè homines, ſuo ævo, ea uſos.* Sed ſparſa tamen verſus Occidentem Septentrioneſq; maximè: quia Græci & Orientales, haut æquè faciles cedere & faſces ſubmittere ſermoni, quem præ ſuo putabant parùm cultum. At Afri, Galli, Hiſp. Pannonii, Britanni, avidè arripuerunt: & inducto novo, paulatim abolitum iverunt veterem ſermonem. *Hæc ille.*

Communio civitatis.

CAPUT IV.

De Elementis sive Literis,

ALtius ordiamur. Simplicissima linguarum omnium principia, Platoni & Arist. στοιχεῖα ἀδιαίρετα, sunt LITERÆ. Eæ nunc pronunciantur, ut aures, nunc scribuntur, ut oculos afficiant: utræque ut penitrent intellectum. Illæ τὰ ἐν φωνῇ Græcis dicuntur: hæ τὰ γράμματα. Illæ primo mortalium unà inditæ, in universam posteritatem cum semine quasi fluxerunt. Apud omnes populos eædem sunt. Dico, quoad *essentiam*: licet quibusdam *accidentibus* (ita vocamus) alicubi distent. Eruditi enim & opidani rectius enunciant; inertes, ac ruricolæ, confusiùs, & crassiùs: ubiq; tamen numero conveniunt. Nec impedit, alibi plures, alibi pauciores numerari passim. Hæbreis, si unà vocales (vulgò *puncta*) accenseas, omnium plurimæ videntur. At totidem futuræ, quot vel Græcis, vel Lat. vel Germ. vel cæteris: si simplices, id est, veræ literæ, quæ singulæ unam sibi formam vendicant, hoc est, *potestatem*, discernantur à compositis, ubi gemina potestas & sonus. Ergo Hebr. ח, quia è כ & ה: Græc. ψ, quia è πσ: ξ è κσ: Latin. *X* è *CS*, ut & alia, conflata sunt: rectè à simplicibus segreges, Quod si facias, tot Latinis, quot Hebr. quot Græcis, quot aliis, Elementa simplicia deprehendes. At quot? inquis. Cedò numerum certum! Non ausim ego. Nimis hoc invidiosum foret. Jam tum enim mihi tinniunt aures. Scio, dicturi sunt: absurdum esse: adversum esse doctrinæ Aristot. si literæ ferantur ubique eædem. Sed neutrum accidit. Non est absurdum, quod ratio certa & ipse sensus communis comprobat. Nec repugnat alibi Aristot. Verba, quæ è περὶ ἑρμηνείας citant, attinent literas, ut scribuntur. οὐδὲ γράμματα πᾶσι τὰ αὐτὰ, inquit, hoc est figuræ. Has & ipse agnosco multum dissimiles & miror. Omnes ex eodem puncto ac linea figurantur: omnium gentium eadem ratio, à qua: eadem manus per quam formantur omnes: idem usus ubique, ut junctæ significent

Literæ eædem.

Forma literarum.

Martinius in litera X.

Materia literarũ.

Effi-

ficent ea, quæ in animo. Et tamen conſpiciuntur tam variæ, tam diſpares, tam mirificæ etiam quædam & nonnulli ridiculæ, ut cum Plauto muſſitet: *ciens cauſa. Finis.*

An obſecro hercle, habent quoq; gallinæ manus?

Nam has quidem gallina ſcripſit ———

Alii characteres ſunt Hæbreor. alii Arab, alii Græcor. Alii fuerunt olim, qui nunc mutati. Apud Æggptios quondam effigies animalium loco literarum erant. Lucan. l. 3. *Nondum flumineas Memphis contexere biblos* *Ægyptiorũ literæ.*

-Noverat, in ſaxis tantum volucresq; feraq;

Sculptaq; ſervabant magicas animalia linguas.

Literæ Hæbr. quibus jam utimur, novæ ſunt, ſi Hieronymo fides, & ab *Hezra* Legispetito inventæ, aut ſaltim interpolatæ: quod facilius creditu. Græcorum veteres fuerunt eædem pæne, quæ nunc Latinor. Quod indicat Delphica tabula ex ære, quæ Romæ in palatio, Minervæ dicata conſpiciebatur, Plinii, ut ipſe teſtatur, temporibus. Inde colligere promptum: quod ſicuti voces; ita literæ Latinorum, puta characteres, à Græcis trahant originem. Nec hodiernæ utrorumque multum diſcrepant. Et quomodo Latinæ à Græcis ortæ, ſuo more, i. e. erudite differit I. C. Scal. de cauſ. L. L. Ita ſine mutatione *Aa* ex Aα. *Bb* ex Bϐ. *C.* ex dimidio Græca eſt. Subtracta namque columna ipſius K, cuſpis nuda remanſit. *D* rotundius fecerunt, demto angulo Δ. Id enim facilius. Et minuſcula, *d* δ, adhuc viciniora. *Ee* ex Eε. *F* ex *E*, amota inferiori linea. Poteſtate verò eadem eſt ferè cum φ. Etiam ex Æolico *digamma* ſive poteſtatem; ſive figuram ſpectes, non ineptè facias. Id enim nil aliud, quam Gamma ſuper Gamma poſitum, F vel Ⅎ olim: quod Claudius inter literas etiam haberi voluit: uti Lipſ. ad II. Taciti monet. Hoc digamma etiam hodie in lapidibus Claudianis: TERMINAℲIT AMPLIAℲITQUE & DIℲI AUGUSTI, viſitur. *G*, cujus *Carbilius* Grammaticus autor, dimidio circuli aſſumto, vice anguli, ex Γ, aut ex *C.* *Ii* ex Iι. *L* à Λ. differt poſitu. *Mm* ex Mμ: *Nn* ex Nν: *Oo* recta ex Oο.

Hebraicæ. *Græcæ.* *lib. 7. c. 58.* *Latinæ è Græcis.* *Gamma Æolicũ* *Plutarchus quæſt. Rom. 54.*

Ex π, quod abscidissent de Π, finxerunt ipsum P. Circuli enim, quàm anguli ductus facilior, propterea quod unica litera unico absolvitur motu. At angulus duabus lineis: ergo duobus motibus. Igitur quiete interposita. Postea cum Latinum hoc P concurreret cum illorum litera, quam *caninam* vocat Pers. Sat. 1. quam App. Claud. JCTUS primùm Romanis dedit: ut ab illa distaret, caudam addidere, *R*. E' Σ creavere *S*, subducta basi & angulo hebetato: ut non amplius Scythicum arcum imitaretur: id quod notabat Athenæus ex priscis fabulis. Minuscula verò, σς, propius s & productius ſ Latinum accedit. *T t* ex T τ simpliciter. *V u* ex *Y υ*. Sed unde *Q* & *H* emersit? *Q* è *G* vel *C* & *V* compositum est. Unde pro *Q* usurpant *C*: ut *quotidie cotidie*: in vetustis monumentis *pequniam* pro pecuniam. Item *cancam*, alicubi, pro *quanquam*. Ejus igitur figuram placuit comminisci è principio, nempe C, cum productiori cauda. Integro postea circulo clauserunt *Q*. Matth. Martin. in Lexico: Latini suum Q, q, ex Hebr. ק manifesto fecerunt: Sed, ut Latini legunt viâ Hebræis adversa: Ita figuram inverterunt, &, qua parte hiabat, totam clauserunt. Legatur Vict. Afer, I. C. Scal. de caus. L.L. c. 8. & 10. & Prisc. l. 1. *H* verò, quoad figuram respondet Græco H. quoad potestatem, spiritui aspero. Quod occasionem dedit errori, ut H è censu literarum aliqui exemerint: Sed imprudenter & perperam. Qvur enim locum dant inter literas, si litera non est, aut pars dictionis indivisibilis? Qvur Hebræa, linguarum antiquiss. habet ח, quod certe nil aliud, quam *H*: quod etiam Latini figuram, linea superiori ad medium redacta, creat. Nec Græci prorsus carent. Quippe latet in φ & χ. At quid de formæ respondebunt? Ea certa illi est, peculiaris, à cæteris distincta: scilicet *potestas*. Inde dictiones non unas constituit: ab aliis separat: *ara, hara: abeo, habeo: amo, hamo*. Denique, quod inter alia urgent; sæpe etiam *efficit positionem*, ut vocant. Virg. 6. Eclog.

Etiam H est litera.

Ille latus niveum molli fultus hyacintho.

Con-

Concilia Elyſiumq; colo: huc caſta Sibylla. l.5.Æn.
Lucinam, juſtosq; pati hymenæos —— l.3. Georg.

Nec deeſt ſimile exemplum. Ita *S* nunc ubiq; facit *poſitionem* (ut vocant) ubi ab alia conſona excipitur. Olim etiam correptè ponebant, aut abjiciebant. Ennius:

Egregie cordatus homo, catus Ælius Sextus. Et Lucill.
Penula, ſi quæris, canterius, ſervus, ſegeſtre
Utilior mihi quàm ſapiens ————

Legatur *Joſ. Scalig.* in Euſeb. *Fr. Sylburg.* in alphabeto Græco *Eras. Schmidt* in Hypomn. Gramm. de orthog. c. 2. Sed quorſum extra oleas? Redeo ad characteres noſtros, quos è Græcia maximam partem liquet oriri. At potuiſſent etiam aliter fieri: quidam fortè melius. Nempe ſi unicè habita fuiſſet ratio pronunciationis & ſoni. Quomodo *O* ab oris rotunditate quaſi picta & expreſſa: I unâ lineâ perpendiculari facta eſt, ob exilitatem ſoni. Cæterarum poteſtates ad hanc faciem, ut lingua, dentibus, labiis formantur; ita lineolis velut adumbrare longè difficillimum eſt. Igitur Latini ſuperſederunt eo labore, & Græcos imitari ſatius eſſe duxerunt: Græci Hebræos. Quanquam hic paulò obſcurior imitatio: ſi literas intueamur, ut hodieq; à typis excuduntur. Nam vetus illa Hebræa & Græca ſcriptura, ut in bibliothecis oſtenditur, multo ſimilior apparet, quàm quæ nobis, aut olim majoribus noſtris, uſitata fuit. I.C. Scal. de c.L. L. c. 40. *Alpha* à Syris fieri putat. Sed hodiernum ſi videas, non parum diſſimile eſt. Tres tamen lineæ: & inde Græc. *A*, ſi ſuperiori in latere, transverſum locetur, ut triangulus appareat. ב ſi invertatur & ſuperioris ac inferioris lineæ apices introrſum reflectantur, inſtar hami, facit *β*. ג facilius τὸ *γ*. ד verò creat *δ*. Δ, linea adjecta, ut ſit triangulus. *Scheva* dedit principia τῷ ε. Fit enim è tractu punctorum. Unde ubique breve eſt, non ſecus ac Hebraicum. Z fit è צ, levi facta trajectiunculâ. ט ſi integrè in circulum ducatur, à Θ non multum abhorret. *Iota* ι, liquidò reſpondet τῷ *Iod*, י. Velut etiam λ τῷ ל: μ τῷ מ, ם: ν τῷ נ A' K ſi columellam ſeponas &, rotundius pingas, ſicut Latinum C,

Figuræ Græcarum ex Hebræis.

 emer-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

emergit à כ. *O* ex ו: si *Vau cholem*, quod ferè ἡμικύκλου figura, omninò circumflectatur. Π ex פ, sed faciliùs Latinum P. E' ר si invertas, fit τὸ ρ: Adhuc clarius ס facit σ. Atque ratio hæc deductionis alicubi inæqualior & paulò insuavior est, præcipuè in cæteris, fateor: sed ita tamen, ut ex eo aliquà perspicias; Græcos debere sua elementa Hebræis: ut Latini sua Græcis. Quod manifestius adhuc redditur, si nomina quoque literarum inter sese conferamus. Ut sunt *Aleph*: ap. Græc. primùm *Alepha* & post ἄλφα, Alpha. Ap. Latinos nomen à potestate non differt: ut & cæterarum vocalium. *Beth*, βῆτα, *Beta*, à quo Latin. *Be*: *Beta*, inquam, non *Bita*, aut *Vita*, tam Hebræorum, quam Græcor. autoritate. Iuven. Satir. 14.

Nomina Græcarum literarum ab Hebræis.

Hoc discunt omnes ante alpha & beta *puelli*

Dicas licebit beta *me togatorum*. Mart. l. 5. Epigr. 27

Gimel quasi *Gamal*: Græcis communiter γάμμα, *Gamma*: Ionibus peculiariter γίμμα, teste Eustathio: Latinis iterum brevius *Ge*, ut etiam *De*. Hæbreis *Daleth*; unde μετὰ θηλυκῶς Græcor. δέλτα, D*elta*. *He*, quo Græci jam carent, Latinis est *Ha*. τῷ *Cheth* quodam modo respondet Græcor. χῖ, *Chi*: aut etiam τῷ ἦτα, quod antiquitus nota adspirationis erat ap. Athenænm l. 9. Ita in columna Ionica viæ Appiæ HO est ὁ: HOΔOI est ὁδῷ. In antiquitatib. Hub. Golzii HΥΨAC legitur pro Hypsas: item HIΠΠONIKΩN pro Hipponicon. Latinè *Eta*, non *Ita*. Terentianus Maurus:

Literam namq; E *videmus esse ad* Eta *proximam*.

Ex Hebr. *Teth*, vel *Theth*, nascitur τὸ θῆτα, *Theta*. Ita enim proferendum. Pers. Sat. 4.

Et potis es nigrum vitio præfigere theta. Et Mart. l. 7.

Est opera precium discere theta *novum*.

Iod, Syris *Iud*: ἰῶτα, *Iota*. *Caph* κάππα, *Cappa*, *Ka*, quod & aliæ nationes habent. Auson: *Cappa fuit quondam Bœotia, nunc Latium K*. *Lamed*, λάμβδα, *Lambda*. Syris *Lamda*. *Mem*, μῦ, *My*. Iones vocant μῶ. imitatu Hebræor. non incommodè esset *Me*, sicut Latinis *Em*. *Nun*, Nῦ, quod efferendum *Nu*, vel Hebræi illius principii causa

Latini

Digitized by Google

Latini & hic ὕστερον πρότερον admiſerunt, *En*, ſicut *El*, *Em*: pro quibus æquè aut rectius *Le*, vel *La*: *Me*: *Ne* vel *Nu*. Et ſic per initia fuiſſe puto, quæ poſtea tyrannis conſuetudo corrupit. *Samech*, σῖγμα, *Sigma*: Phœnicium eſt *Simcha*. Dores vocant σὰν, *San*: ſicuti etiam antiqui Aramæi appellarunt, S*an*: & ſic referunt Hæbræor. *Schin*, vel *Sin*. *Peh*, πῖ, *pi*: Latinum verò rectius *Pe*. Etiam Græc. φῖ, *Phi*, ejuſdem originis. *E Tſade*, vel *Zade*, Ζῆτα, *Zeta Zet*: non igitur τὸ *Zita* genuinum. *Reſch*, ῥῶ, *Rhôo*: Latinis *Er*; rectius, ſi *Re*, aut *Res* feciſſent: ſicut fecerunt *Te*: quod mutandum in *Ta* vel *Tau*, ex *Thau*: unde & Ταῦ, non *Taf*, ſed *Tau*. Quis verò autor illius tralationis? aut quis primò è Græcis Latina; Græca aut utraque ex Hæbræis formavit? Id ſi me inquirere jubeas, aut alium:

Iubeas una opera me piſcari in aere;
Venari autem rete jaculo in medio mari.

Latet enim & ita latet, ut nunquam ab ullo eruendum. De Hebr. auſim affirmare, quod *Figuras* illas (intelligo primas & antiquiſſ.) Adam ὁ πρωτόπλαστος tradiderit ſuis. Nam quis dubitet? fuit ſapientiſſ. &, cum Philoſopho loquor, ἐν ἀσκίστῳ χρόνῳ, rerum omnium affectus & naturas pervidit. Fuit inter homines primus ὀνοματοθέτης. Quidni etiam πρωτογράφος? Ab hoc avo ſuo didicerunt Filii Sethi, qui Ioſepho & Euſebio ſtatuuntur inventores literarum. Aliis Chamus. Aliis Abraham. Aliis Mo- *Plin.*
ſes. Aliis Phœnices. Aliis Theuth, dæmon Ægyptius. *l.7. c.56*
Aliis Menon Rex in Ægypto. Aliis Calliſtratus apud *Plut.*
Samios. Aliis alii. Et de Phœnicibus ita Herod. Hali- *Symp.*
carn. ſcribit l. 5. Hiſt. οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ *9. qu.3.*
ἀπικόμενοι, τῶν ἦσαν οἱ Γεφυραῖοι, ἄλλα τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώρην, ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, ὡς ἐμοὶ δοκέει. Πρῶτα μὲν, τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέονται Φοίνικες. Μετὰ δὲ, χρόνου προβαίνοντος, ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων. i. e Phœnices iſti, qui cũ Cadmo advenerunt, quorũ Gephyræi fuere dũ hanc regionẽ incolunt, cùm alias multas doctrinas in Græciã introduxere, tùm verò literas,

ſed Lipſiæ præ aliis, etiam vicinis, dominatur elegantia & nitor. Quod J. C. Scalig. inprimis laudat:

Lipſia ſe oſtentans ſublimibus aurea tectis;
Lumina dum ſaturat, mens perit iſta fame.
Vecta quibus ratibus longinqua marmora terra?
Unde frequens flavit pura nitela Tagi?
Huc Cyprum, huc Temeſum, huc Arabas huc Serica, dices
Sedibus evulſa huc Indica regna ſuis.
Cum gemmâ bibitur, vincuntur nectare gemma:
Sed lingua varius vincit utrunq; nitor.

Auſonia. Deniq; Poetis dicitur etiam *Auſonia*: itidem à regione. Ea proprie Auruncorum eſt terra inter Campanos & Volſcos, juxta mare: ut in Lycophronem notat Iſac. & Joh. Tzetzes. Sed lingua Lat. appellaturne etiam *Italica*? *Italica.* Video ita velle aliquos è noſtris, eo potiſs. argumento, quòd Italia ſedes olim fuerit Latinitatis. Verùm non à loco principaliter aut regione; ſed potiùs à gente aliqua & diſtincta annorum ſerie æſtimantur linguæ. Atque ſi ſedes nomenclationem quaſi affricare poſſit, quidni Hebr. vocaverim, vel Ægypt. vel Babyloniam, quando & Ægyptus & Babylon ut populum ipſum; ita etiam linguam detinuerit. Ita Græca lingua dici poſſit *Italica*: cùm in Italia antiquitus loqvuti ſint Græcè. Quod Ovid 4. Faſt ait:

Nec tibi ſit mirum, Graeco rem nomine dici:
Itala nam tellus Græcia major erat.

Quia verò adhuc ἀμφισβητήσιμον eſt, utrum *Italica*, quæ hodie exſtat, intelligatur; an priſca illa, diſtinctius reſpondendum aſt. Quod *Italica*, ut hodie vocamus, *Latina* ſit, nemo facilè affirmabit. An ignoras (*verba ſunt J. C. Scalig.*) linguam Gallicam, qua nunc utimini, Lat. linguæ abortum eſſe: quemadm. & Ital. & Hiſpanicam? Materia namque è Latio eſt, forma depravata, infractis adſpirationibus, diſtortis vocalium ſonis ad deformes diphthongos, adeo, ut ne nunc quidem quibus elementis ſcribatis inter vos conſtet. *Hac ille.* Nec quidquam ſolidè infertur: Italica hæc fluxit è Latina, vel, ut Scaliger ajebat, Latina eſt materia *In epiſt.*

Itali-

Italicæ, ut & aliarum : Ergo Italica eſt eadem quæ Latina Neque enim Chald. eſt Hebræa, licet hujus quaſi quidam ſurculus ſit. Neque Lat. eſt Græca, licet hanc agnoſcat matrem. *Forma* igitur, impertit τὸ τί ἦν εἶναι, ſive οὐσίαν, & ita unum ab altero diſcriminat : non item *materia*. Quia igitur forma & propria Græcæ, Lat. Ital. Gallicæ ſunt diſſimilia : quidni illæ etiam ipſæ? Quod ſi de veteri Italica ſermo ſit, negandum quoque, hanc cum latina fuiſſe planè eandem. Quia Latina à conditu, aut etiam aliquo incremento gentis Romanæ fuit ferè anguſtiis contenta tempore benè longo, manſit, nec ad Volſcos, Oſcos, Hetruſcos & cæteros Italiæ populos, ſi voculas aliquot excipias, manavit : etiam poſt bella Punica paulo tardiùs cum aliis communicata. Pòſt verò opinione citiùs, non tantùm per Italiam, ſed alias etiam oras ſe copioſè diffudit : ita tamen, ut hæ aliquas de ſuis idiomaſi reliquias illi admiſcuerint. Plin. hoc docet l. 3. Hiſt. natur. c. 5. Terra omnium terrarum alumna eadem & parens, numine deûm electa, quæ cœlum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum diſcordes ferasque linguas ſermonis commerciò contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breviterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Et Auguſt. l. 9. de civ. c. 7. *Data eſt opera, ut civitas imperioſa non ſolùm jugum : verùm etiam linguam ſuam domitis gentibus per pacem ſocietatis imponeret.* Hæc autem diffuſio Latinæ linguæ non facit, ut propterea Italica ſit dicenda ; cùm nullius claſſici autoris hic appareat ſubſidium. Alias eadem quoque diceretur *Hiſpanica*, quoniam æquè hic etiam dominari viſa eſt, atque in Italia. Strabo de Hiſp. οἱ περὶ τὸν Βαῖτιν, τελέως εἰς τὸν ῥωμαίων, μεταβέβληνται τρόπον, οὐδὲ τῆς διαλέκτου τῆς σφετέρας ἔτι μεμνημένοι. i. e. *qui ad Bætim colunt plenè planeq; converſi jam in Romanos ritus, adeo ut nec ſermonis ſui patrii meminerint.* Sic eadem *Latina* diceretur item *Gall. Pannon. Britan.* alia, ſi à locis, quos permeavit aut inſedit, ubique nominanda eſſet.

Latina lingua ſe diffudit.

Cæte-

Cæterùm de initiis, progreſſibus,& amplitudiue hujus linguæ διὰ μακρηγοριῶν diſſerit Muret. ap. Lipſ. c. 3. de recta pronunc. Lat. ling. & diſſerit, ut nemo melius: ideoque partem inde huc tranſcribere mihi liceat, cùm ad liticulam hanc decidendam optimè, ſi ullum aliud, pertineat. Lingua igitur, *inquit*, quam Latinam appellamus, exiguis olim finibus,ut ipſa gens contenta, circa Romam ferè & finitima infero Tiberi hæſit. Italiam cæteram adeo non pervaſit, ut quæq; gens ſuo uſa ſit & diverſiſſimo ab hac ſermone. Volſci, inquam, Oſci, Etruſci,Samnites,Brutii, Apuli peculiares & ſuæ indolis linguas uſurparunt: quas diu,aucto etiam imperio,tenuerunt. Nam Romanis,etſi arma inferre finitimis acris cura fuit: non etiam mores,ſacra linguam. Quin contrà aliquaudiu arcuiſſe iſta videntur,& communicari ea cum aliis cenſuiſſe non pro bono. Certè ut beneficium indulſere, & venia ad eam rem opus ac permiſſu. Liv. clarè ſuggerit,lib.XL. *Cumanis*(Oſca aut Græca eorum lingua) *eo anno petentibus permiſſum, ut publicè*(id accipio de ſcriptis decretisq; publicis)*Latinè loquerentur,præconibusq; Latinè vendendi jus eſſet.* Hoc narrat ſub annum urbis DLXXIII. Ut videatur etiam tunc,poſt Punica bella,finibus valdè auxiſſe lingua.At mox immenſum: & diu coercita, velut rupto obice, ſe effudit. Occaſione quidem & cauſa duplici. Miſſu primùm coloniarum: deinde, communione civitatis. Nam de coloniis; cùm Romani eas ſpargerent, firmando imperio, per omnes gentes; neceſſariò unà etiam linguam. Quia numeroſi iſti coloni: & æquabant plerumque aut ſuperabant civium veterum partem. Ita ſi commercia aut colloquia futura inter eos: alteros in alterorum linguam migrare paulatim neceſſum erat. Et quos potius, quàm qui victi? Ingenium natura ipſa ita fert, ut flectant ſe omnia ad mores, cultumque victoris. Et inprimis ſermo: cujus lenis & lenta mutatio gravis nemini, curioſis nonnullis ſuavis. Diſcendi enim ſpeciem habet & ſciendi. Hæc ratio incredibile, quàm citò, quàm latè,

Lingua Latina

Miſſus coloniarum.

tè, diffuderit Romanum hunc ſermonem & frugifera ſemina ejus jecerit per orbem terræ. Non aliter quàm Græcos olim, hac ipſa via, propagaſſe obſervo ſuum, Coloniis enim interſperſis, Aſiam illam totam minorem implerunt ſcientiæ & linguæ: inde Rhodum, Cyprum, inſulasque finitimas. Sed & loca mox ſita longius, Siciliam, Italiam (ora enim illa maris quæ magna Græcia dicta habuit & linguam:) quin Maſſilienſium opera Galliam ipſam & Hiſpan. per Emporienſes. Denique in Syria, & Orientis magna parte, immò apud ipſos Parthos, auctores mihi, valuiſſe & increbuiſſe hunc ſermonem. Jam cauſa altera, communio civitatis. Romani videlicet paulatim munes magis & benigni, jus illud grande ſuæ urbis, non ſolùm cum adſitis gentibus communicarunt, Etruſcis, Umbris, Samnitibus aliisque Italorum: ſed & cum diſſitis. Nec pudor iis, non dicam Græcos & palliatos, ſed barbatos & braccatos miſcere ſuæ togæ. Res clara. Atqui donati eo jure, quomodo uti frui honeſtè eo poterant, ſine conſcientia linguæ? quomodo cives Romani haberi & cenſeri, niſi ut Romanè intelligerent ac ſonarent? Quin adeo neſciſſe id, non turpe ſolum, ſed periculo junctum: ut exſtent exempla, ob unam hanc noxam, ademtæ civitatis. Claudius certè Imperator, *Splendidum virum Græciæq; provinciæ principem, verùm Latini ſermonis ignarum, non modò albo judicium eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit.* Et poſt: Ita ſparſa igitur, bono generis humani, hæc lingua: tam longè, latè, ut Plutar. ſcripſerit: *Omnes ferè homines, ſuo ævo, ea uſos.* Sed ſparſa tamen verſus Occidentem Septentrionesq; maximè: quia Græci & Orientales, haut æquè faciles cedere & faſces ſubmittere ſermoni, quem præ ſuo putabant parùm cultum. At Afri, Galli, Hiſp. Pannonii, Britanni, avidè arripuerunt: & inducto novo, paulatim abolitum iverunt veterem ſermonem. *Hæc ille.*

Communio civitatis.

CAPUT IV.

De Elementis sive Literis,

ALtius ordiamur. Simplicissima linguarum omnium principia, Platoni & Arist. στοιχεῖα ἀδιαίρετα, sunt LITERÆ. Eæ nunc pronunciantur, ut aures, nunc scribuntur, ut oculos afficiant: utræque ut penitrent intellectum. Illæ τὰ ἐν φωνῇ Græcis dicuntur: hæ τὰ γράμματα. Illæ primo mortalium unà inditæ, in universam posteritatem cum semine quasi fluxerunt. Apud omnes populos eædem sunt. Dico, quoad *essentiam*: licet quibusdam *accidentibus* (ita vocamus) alicubi distent. Eruditi enim & opidani rectius enunciant; inertes, ac ruricolæ, confusiùs, & crassiùs: ubiq; tamen numero conveniunt. Nec impedit, alibi plures, alibi pauciores numerari passim. Hæbreis, si unà vocales (vulgò *puncta*) accenseas, omnium plurimæ videntur. At totidem futuræ, quot vel Græcis, vel Lat. vel Germ. vel cæteris: si simplices, id est, veræ literæ, quæ singulæ unam sibi formam vendicant, hoc est, *potestatem*, discernantur à compositis, ubi gemina potestas & sonus. Ergo Hebr. ח, quia è ב & ה: Græc. ψ, quia è πσ: ξ è κσ: Latin. *X* è *CS*, ut & alia, conflata sunt: rectè à simplicibus segreges, Quod si facias, tot Latinis, quot Hebr. quot Græcis, quot aliis, Elementa simplicia deprehendes. At quot? inquis. Cedò numerum certum! Non ausim ego. Nimis hoc invidiosum foret. Jam tum enim mihi tinniunt aures. Scio, dicturi sunt: absurdum esse: adversum esse doctrinæ Aristot. si literæ ferantur ubique eædem. Sed neutrum accidit. Non est absurdum, quod ratio certa & ipse sensus communis comprobat. Nec repugnat alibi Aristot. Verba, quæ è περὶ ἑρμηνείας citant, attinent literas, ut scribuntur. οὐδὲ γράμματα πᾶσι τὰ αὐτά, inquit, hoc est figuræ. Has & ipse agnosco multum dissimiles & miror. Omnes ex eodem puncto ac linea figurantur: omnium gentium eadem ratio, à qua: eadem manus per quam formantur omnes: idem usus ubique, ut junctæ signi-

Literæ eædem.

Forma literarum.

Martinius in litera X.

Materia literarũ.

Effi-

ficent ea, quæ in animo. Et tamen conſpiciuntur tam *ciens*
variæ, tam diſpares, tam mirificæ etiam quædam & *cauſa.*
nonnulli ridiculæ, ut cum Plauto muſſitet: *Finis.*

An obſecro hercle, habent quoq́ gallinæ manus?
Nam has quidem gallina ſcripſit ———

Alii characteres ſunt Hæbreor. alii Arab, alii Græcor.
Alii fuerunt olim, qui nunc mutati. Apud Æggptios *Ægy-*
quondam effigies animalium loco literarum erant. Lu- *ptiorũ*
can. l. 3. *Nondum flumineas Memphis contexere biblos* *literæ.*

Noverat, in ſaxis tantum volucresq́ feraq́
Sculptaq́ ſervabant magicas animalia linguas.

Literæ Hæbr. quibus jam utimur, novæ ſunt, ſi Hiero- *Hebra-*
nymo fides, & ab *Hezra* Legiſpetito inventæ, aut ſal- *ica.*
tim interpolatæ: quod facilius creditu. Græcorum ve-
teres fuerunt eædem pæne, quæ nunc Latinor. Quod *Græca.*
indicat Delphica tabula ex ære, quæ Romæ in palatio,
Minervæ dicata conſpiciebatur, Plinii, ut ipſe teſta- *lib. 7.*
tur, temporibus. Inde colligere promptum: quod ſic- *c.58.*
uti voces; ita literæ Latinorum, puta characteres, à
Græcis trahant originem. Nec hodiernæ utrorumque
multum diſcrepant. Et quomodo Latinæ à Græcis or- *Latinæ*
tæ, ſuo more, i. e. erudite diſſerit I. C. Scal. de cauſ. L. L. *è Græ-*
Ita ſine mutatione *Aa* ex Αα. *Bb* ex Ββ. *C.* ex dimi- *cis.*
dio Græca eſt. Subtracta namque columna ipſius K,
cuſpis nuda remanſit. *D* rotundius fecerunt, demto
angulo Δ. Id enim facilius. Et minuſcula, *d* δ, ad-
huc viciniora. *Ee* ex Eε. *F* ex *E*, amota inferiori li-
nea. Poteſtate verò eadem eſt ferè cum φ. Etiam ex
Æolico *digamma* ſive poteſtatem; ſive figuram ſpectes,
non inepte facias. Id enim nil aliud, quam Gamma *Gam-*
ſuper Gamma poſitum, F vel Ⅎ olim: quod Clau- *ma*
dius inter literas etiam haberi voluit: uti Lipſ. ad *Æolicũ*
II. Taciti monet. Hoc digamma etiam hodie in la- *Plutar-*
pidibus Claudianis: TERMINAℲIT AMPLIA- *chus*
ℲITQUE & DIℲI AUGUSTI, viſitur. *G*, cujus *quæſt.*
Carbilius Grammaticus autor, dimidio circuli aſ- *Rom.*
ſumto, vice anguli, ex Γ, aut ex *C.* *Ii* ex Iι. *L* à Λ *54.*
differt poſitu. *Mm* ex Mμ: *Nn* ex Nν: *Oo* recta ex Oο.

Ex π, quod abscidissent de Π, finxerunt ipsum P. Circuli enim quàm anguli ductus facilior, propterea quod unica litera unico absolvitur motu. At angulus duabus lineis: ergo duobus motibus. Igitur quiete interposita. Postea cum Latinum hoc P concurreret cum illorum litera, quam *caninam* vocat Pers. Sat. 1. quam App. Claud. JCTUS primùm Romanis dedit: ut ab illa distaret, caudam addidere, *R*. E' Σ creavere *S*, subducta basi & angulo hebetato: ut non amplius Scythicum arcum imitaretur: id quod notabat Athenæus ex priscis fabulis. Minuscula verò, σς, propius s & productius ſ Latinum accedit. *T t* ex T τ simpliciter. *V u* ex Υ υ. Sed unde *Q* & *H* emersit? *Q* è *G* vel *C* & *V* compositum est. Unde pro *Q* usurpant *C*: ut *quotidie cotidie*: in vetustis monumentis *pequniam* pro pecuniam. Item *cancam*, alicubi, pro *quanquam*. Ejus igitur figuram placuit comminisci è principio, nempe C, cum productiori cauda. Integro postea circulo clauserunt *Q*. Matth. Martin. in Lexico: Latini suum Q, q, ex Hebr. ק manifesto fecerunt: Sed, ut Latini legunt viâ Hebræis adversa: Ita figuram inverterunt, &, qua parte hiabat, totam clauserunt. Legatur Vict. Afer, I. C. Scal de caus. L.L. c. 8. & 10. & Prisc. l. 1. *H* verò, quoad figuram respondet Græco H: quoad potestatem, spiritui aspero. Quod occasionem dedit errori, ut H è censu literarum aliqui exemerint: Sed imprudenter & perperam. Qvur enim locum dant inter literas, si litera non est, aut pars dictionis indivisibilis? Qvur Hebræa, linguarum antiquiss. habet ה, quod certe nil aliud, quam *H*: quod etiam Latini figuram, linea superiori ad medium redacta, creat. Nec Græci prorsus carent. Quippe latet in φ & χ. At quid de formæ respondebunt? Ea certa illi est, peculiaris, à cæteris distincta: scilicet *potestas*. Inde dictiones non unas constituit: ab aliis separat: *ara, hara: abeo, habeo*: *amo, hamo*. Denique, quod inter alia urgent; sæpe etiam *efficit positionem*, ut vocant. Virg. 6. Eclog.

Etiam H est litera.

Ille latus niveum molli fultus hyacintho.

Con-

Concilia Elyſiumq; colo : huc caſta Sibylla. l.5.Æn.
Lucinam,juſtosq; pati hymenæos —— l.3. Georg.

Nec deeſt ſimile exemplum. Ita *S* nunc ubiq; facit *poſitionem*(ut vocant)ubi ab alia conſona excipitur. Olim etiam correptè ponebant,aut abjiciebant. Ennius :

Egregie cordatus homo,catus Ælius Sextus. Et Lucill.
Penula, ſi quæris, canterius, ſervus, ſegeſtre
Utilior mihi quàm ſapiens ————

Legatur *Joſ. Scalig.* in Euſeb. *Fr. Sylburg.* in alphabeto Græco *Eras. Schmidt* in Hypomn. Gramm. de orthog. c. 2. Sed quorſum extra oleas ? Redeo ad characteres noſtros,quos è Græcia maximam partem liquet oriri. At potuiſſent etiam aliter fieri : quidam fortè melius. Nempe ſi unicè habita fuiſſet ratio pronunciationis & ſoni. Quomodo *O* ab oris rotunditate quaſi picta & expreſſa : I unâ lineâ perpendiculari facta eſt, ob exilitatem ſoni. Cæterarum poteſtates ad hanc faciem,ut lingua,dentibus,labiis formantur ; ita lineolis velut adumbrare longè difficillimum eſt. Igitur Latini ſuperſederunt eo labore , & Græcos imitari ſatius eſſe duxerunt : Græci Hebræos. Quanquam hic paulò obſcurior imitatio : ſi literas intueamur,ut hodieq; à typis excuduntur. Nam vetus illa Hebræa & Græca ſcriptura,ut in bibliothecis oſtenditur, multo ſimilior apparet, quàm quæ nobis,aut olim majoribus noſtris,uſitata fuit. I.C. Scal. de c.L. L. c. 40. *Alpha* à Syris fieri putat. Sed hodiernum ſi videas,non parum diſſimile eſt. Tres tamen lineæ : & inde Græc. *A*, ſi ſuperiori in latere, transverſum locetur,ut triangulus appareat. ב ſi invertatur & ſuperioris ac inferioris lineæ apices introrſum reflectantur,inſtar hami,facit β. ג facilius τὸ γ. ד verò creat Δ,linea adjecta,ut ſit triangulus. *Scheva* dedit principia τῷ ε. Fit enim è tractu punctorum. Unde ubique breve eſt,non ſecus ac Hebraicum. Z fit è צ, levi facta trajectiunculâ. ט ſi integrè in circulum ducatur , à Θ non multum abhorret. *Iota* ι, liquidò reſpondet τῷ *Iod*, י. Velut etiam λ τῷ ל : μ τῷ מ, ם : ν τῷ נ A' K ſi columellam ſeponas &,rotundius pingas, ſicut Latinum C,

Figuræ Græcarum ex Hebræis.

BIBLIOTECA V... ROMA VITTORIO EMANUELE

emergit à כ. *O* ex ו: si *vau cholem*, quod ferè ἡμικύκλῳ figura, omninò circumflectatur. Π ex פ, sed faciliùs Latinum P. Ε ר si invertas, fit τὸ ϱ: Adhuc clarius ס facit σ. Atque ratio hæc deductionis alicubi inæqualior & paulò insuavior est, præcipuè in cæteris, fateor: sed ita tamen, ut ex eo aliquà perspicias; Græcos debere sua elementa Hebræis: ut Latini sua Græcis. Quod manifestius adhuc redditur, si nomina quoque literarum inter sese conferamus. Ut sunt *Aleph*: ap. Græc. primùm *Alepha* & post ἄλφα, Alpha. Ap. Latinos nomen à potestate non differt: ut & cæterarum vocalium. *Beth*, βῆτα, *Beta*, à quo Latin. *Be*: *Beta*, inquam, non *Bita*, aut *Vita*, tam Hebræorum, quam Græcor. autoritate. Iuven. Satir. 14.

Nomina Græcarum literarum ab Hebræis.

Hoc discunt omnes ante alpha & beta *puelli*

Dicas licebit beta *me togatorum.* Mart. l. 5. Epigr. 27

Gimel quasi *Gamal*: Græcis communiter γάμμα, *Gamma*: Ionibus peculiariter γίμμα, teste Eustathio: Latinis iterum brevius *Ge*, ut etiam *De*. Hæbreis *Daleth*; unde μετὰ δέλτα Græcor. δέλτα, *Delta*. *He*, quo Græci jam carent, Latinis est *Ha*. τοῦ *Cheth* quodam modo respondet Græcor. χῖ, *Chi*: aut etiam τοῦ ἦτα, quod antiquitus nota adspirationis erat ap. Athenæum l. 9. Ita in columna Ionica viæ Appiæ HO est ὁ: HOΔOI est ὁδοῖ. In antiquitatib. Hub. Golzii HYΨAC legitur pro Hypsas: item HIΠΠONIKΩN pro Hipponicon. Latinè *Eta*, non *Ita*. Terentianus Maurus:

Literam namq; E videmus esse ad Eta *proximam.*

Ex Hebr. *Teth*, vel *Theth*, nascitur τὸ θῆτα, *Theta*. Ita enim proferendum. Pers. Sat. 4.

Et potis es nigrum vitio præfigere theta. Et Mart. l. 7.

Est opera precium discere theta *novum.*

Iod, Syris *Iud*: ἰῶτα, *Iota*. *Caph* κάππα, *Cappa*, *Ka*, quod & aliæ nationes habent. Auson: *Cappa fuit quondam Bœotia, nunc Latium K*. *Lamed*, λάμβδα, *Lambda*. Syris *Lamda*. *Mem*, μῦ, *My*. Iones vocant μῶ. imitatu Hebræor. non incommodè esset *Me*, sicut Latinis *Em*. *Nun*, Νῦ, quod efferendum *Nu*, vel Hebræi illius principii causa.

Latini

Latini & hic ὕστερον πρότερον admiſerunt, *En*, ſicut *El*, *Em*: pro quibus æquè aut rectius *Le*, vel *La*: *Me*: *Ne* vel *Nu*. Et ſic per initia fuiſſe puto, quæ poſtea tyrannis conſuetudo corrupit. *Samech*, σίγμα, *Sigma*: Phœnicium eſt *Simcha*. Dores vocant σὰν, *San*: ſicuti etiam antiqui Aramæi appellarunt, San: & ſic referunt Hæbræor. *Schin*, vel *Sin*. *Peh*, πῖ, *pi*: Latinum verò rectius *Pe*. Etiam Græc. φῖ, *Phi*, ejuſdem originis. *E Tſade*, vel *Zade*, Ζῆτα, *Zeta Zet*: non igitur τὸ *Zita* genuinum. *Reſch*, ῥῶ, *Rhô*: Latinis *Er*; rectius, ſi *Re*, aut *Res* feciſſent: ſicut fecerunt *Te*: quod mutandum in *Ta* vel *Tau*, ex *Thau*: unde & Ταῦ, non *Taf*, ſed *Tau*. Quis verò autor illius tralationis? aut quis primò è Græcis Latina; Græca aut utraque ex Hæbræis formavit? Id ſi me inquirere jubeas, aut alium:

Iubeas una opera me piſcari in aere;
Venari autem rete jaculo in medio mari.

Latet enim & ita latet, ut nunquam ab ullo eruendum. De Hebr. auſim affirmare, quod *Figuras* illas (intelligo primas & antiquiſſ.) Adam ὁ πρωτόπλαστος tradiderit ſuis. Nam quis dubitet? fuit ſapientiſſ. &, cum Philoſopho loquor, ἐν ἀσκίαστῳ χρόνῳ, rerum omnium affectus & naturas pervidit. Fuit inter homines primus ὀνοματοθέτης. Quidni etiam πρωτογράφος? Ab hoc avo ſuo didicerunt Filii Sethi, qui Ioſepho & Euſebio ſtatuuntur inventores literarum. Aliis Chamus. Aliis Abraham. Aliis Moſes. Aliis Phœnices. Aliis Theuth, dæmon Ægyptius. Aliis Menon Rex in Ægypto. Aliis Calliſtratus apud Samios. Aliis alii. Et de Phœnicibus ita Herod. Halicarn. ſcribit l. 5. Hiſt. οἱ δὲ Φοίνικες ὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, τῶν ἦσαν οἱ Γεφυραῖοι, ἄλλα τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώρω, ἐσήγαγον διδασκαλία ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, ὡς ἐμοὶ δοκέειν. Πρῶτα μὲν τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέονται Φοίνικες. Μετὰ δὲ, χρόνου προβαίνοντος, ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων. i. e Phœnices iſti, qui cū Cadmo advenerunt, quorū Gephyræi fuere dū hanc regionē incolunt, cùm alias multas doctrinas in Græciā introduxere, tùm verò literas,

Plin. l. 7. c. 56
Plut. Symp. l. 9. qu. 3.

quæ apud Græcos, ut mihi videtur, antea non fuerunt. Et primæ quidem illæ exstiterunt, quibus omnes Phœnices utuntur: progressu verò temporis, unà cum sono mutaverunt, & modulum literarum. Lucan. l. 2.

Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Videatur I. Scal. animad. in Euseb. At verò, si diligentius seriem inspicias, non loqvuntur illi de prima literarum inventione: sed vel de restitutione, vel interpolatione, vel tralatione: omniumque sententiæ, nisi fallor, eò redeunt, ut Hebræi videantur autores & sapientiæ omnis & notularum, quibus ea discitur, hoc est, dictionum ac literarum.

CAPUT V.

De Origine Latinæ Linguæ.

Iohannes Goropius.

MUlta ingeniorum portenta sunt: multa opinionum prodigia. Quæ inter non minimū illud *Ioh. Goropii Becani*, patrum memoria, de πρωτεία linguarum

Monstrum horrendum, informe, ingens ———

Ecce enim Cimbricam, sive German. nostram nugatur esse reliquarum primam & vetustiss. Nugatur, inquam. Ita enim Docti judicant, quorum aliquibus risum, aliquibus bilem movit. Refutarem hic prolixius, ni jam ante à Lips. in epist. à Claudio Dureto Gallo in thesauro historiæ linguar. & ab aliis factum: ni planè ineptum sit, cui nemo assentitur, nisi qui omnia in dubium vocat, etiam candorem nivis cum Anaxagora. Age tamen: quia *tria* inprimis sunt argumenta, quibus triumphare sibi videtur, huc ea resumamus, & ad stateram syllogismi Logicam examinabimus. Primum est:

Lingua simplicissima, est etiam prima:
1. Argumentū. *Germanica nostra est simplicissima:*
Ergo omnium prima.

Majorem roborat hoc pacto: quod omne simplex ex ordine creatorum antecedat compositum; & quo quid simplicius, eo etiam prius. *Minorem probat* ἐκ τῆς γῆς vocum,

cum, ut quæ omnes monoſyllabicæ ſint. Quod etiam ante Goropium monuit Joh. Cuſpin. in proœmio in vitam Leopoldi. *Reſpondeo* I *ad majorem propoſitionem:* eam adhuc languidam eſſe & dubiam, quod lingua aliqua primatum aliis præripiat ſimplicitate. Sinenſes (*inquit. Lipſ.*) ecce plerasque voces hodie uniſyllabas habent, easque variæ ſignificationis (ita ex iis locis ſcribunt) nec niſi accentu aut tono in pronunciando diſcernendas. Itaque ii de palma certent. *Hæc ille* in epiſtola contra Gorop. Immò & Hebræa eodem telo certet, aut potius vincat, quando omnes illius *radices*, ut vocant, aut voces primigeniæ tribus tantùm literis abſolvantur. Quod de German. vel Cimbrica, vel Belg. vel alia, quæcunque ſit, dici minime poteſt. *Reſpondetur.* *1.*

II. At *probatio* nec ipſa καθολικὴ eſt & certa. Neque enim terra prius eſt cœlum, licet ſimplicius proptereaque Philoſopho ἀγένητος, ἄφθαρτος, ἀναλλοίωτος. Neque corpore ſuo prius eſt anima: prius inquam κυριώτατα κατὰ τὸν χρόνον. Neque ſabulum aut arena prior eſt gleba aliqua, aut ſaxo. Neque atomi quonis hoc corpore ſunt priùs, licet ſimpliciſſima & individua *2.*

Corpora, quæ in ſolis radiis turbare videntur. *Lucretius.*

Neque *ſpecies* genere aliquo priores ſunt. Contrà enim Ariſtot. c. 13. Categ. τὰ δὲ γένη τῶν εἰδῶν ἀεὶ πρότερα. Quamvis hic potiſſimum loquatur de *priori*, quoad ordinem naturæ. III. Sed probationem hanc *majoris*, etſi fortè aliqua veritatis alumnam eſſe largiamur: quid autem *minori* fiat? Ea mirum, quàm claudicet, cati ἐπαγωγὴ adjungatur. Sive *nomina* examinemus, ſive *verba*, (ut Grammatici diſtinguunt) non omnia unius ſyllabæ ex æquo apparebunt. Fac periculum, quisquis es, ita eſſe invenies. Immò pleraque *verba*, ſi non omnia unam ſemper excedunt ſyllabam; maximè ſi caput cœterorum, hoc eſt, *modum indicativum* expendas, quem etiam Ariſtoteles vocat ſecundum eminentiam τὸ ῥῆμα, cætera πτώσεις ῥήματος. Alterum argumentum: *3.*

2. Argumentũ.

E qua cætera oriuntur, illa prima eſt.

E Germanica cætera oriuntur:
Ergo etiam prima est.

Minorem bellè videtur sibi probare dum plurima aliorum ex German. velut matrice ducit. V. c. *Terra* vel *Tera*, ἔρα, *Erez* fit illi à nostro Erd. *saccus*, σάκκος, *Sak*, à Sack. *Misceo* μισγέω, μίσγω, *masxch* à mischen. *Uro*, *buro*, πυρέω, πῦρ, *bar*, à Fewr. *Pyrgo*, πύργος, *Biracu* à Burg. *Turris*, τύρσις, τύρσις, *Zur* à Thurn. Ad hoc exemplum multa quoque alia format plurima etiam ridiculè atque ineptè. Etiam nomina multorum, quæ Cimbris & terræ huic septentrionali omnino incognita, è Cimbrica trahit: qualia *balsamum*, *manna*, *oleum*, *vinum*, *ficus*, *cedrus*, *byssus*, *purpura*, *elephas*, *camelus*, *leo*, *tigris*, alia quæ in ditibus illis & beatis oris primum nata, & aliò importata sunt. Quàm igitur putridum & putidũ hoc fundamentum sit omnes intelligunt, nisi quos ἀρρωστία διανοίας impedierit. Et an non eodẽ jure, sive potius meliori, illa omnia ex Hebræa fieri dixerimus? Quando sacræ ipsæ literæ & prisci patres comprobant, non modo linguã, sed etiam stirpem Hebræorũ omnium esse primam principem. Ubi enim in vetustiss. illis monumentis vel verbulo mentio fit Germanæ sive gentis sive idiomatis? Aliæ quidem nationes quod antiquitatem suam ostentarint, nonnihil legimus: de Germanis verò tale nihil. Ap. Athenienses, αὐτόχθονες: ap. Thebanos σπαρτοὶ: Latinis à vetustate *Opici Indigenæ*, *Caji* dicti sunt. Ap. Herod Hal. l. 2. Ægyptii putarunt ἑαυτοὺς πρώτους γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων. Contrà verò tenderunt Phryges: qui tandem etiam judicati sunt πρεσβύτεροι Ægyptiis, ex eo, quòd pueri duo, jussu regis Psammetichi, seorsum ab hominib9 enutriti; bimatus exacto tempore, τὸ βέκκος, vel (ut alii legunt) κεκὸς, clamarant, quod Phrygibus est panis. Sed & huic experimento nihil certi tribuendum. Sine dubio enim voculam illam βεκ hauserunt à capra, à qua lactabantur, cujus proprium est τὸ μηκᾶσθαι vel μηκάζειν. Lud Vives in Ann. super C. 11. l. 16. August. de civ. Dei: non mirum est, inquit, istos pueros *Bec* dixisse, utpote qui inter capras essent educati. Ex recentioribus *Aben Ezra* dispu-

ſputat, Alemannos ſive Germ. eſſe Chananæos, qui fugerint à facie filiorum Iſraël. Sed nihil probat. *Hadr. Junius* reducit originem Germanor. ad *Gomer*, filium Japhet, nepotem Noah: unde dicti Cimmerii & Cimbri, qui cum principio tenuiſſent interiora Aſiæ loca pulſi à Scythis in Scandiam primùm, inde in cimbricã Cherſoneſum trajecerint. Ejuſdem verò triplex iterum propago: *Aſchcenaz, Riphath, Thogarma.* Ab *Aſchcenaz* prodiiſſe vult Scandianos: à *Riphath* Riphæos, i. e. Sarmatas & Henetos, qui Nomadum ritu vitam ſuſtinebant in plauſtris: à *Thogarma* Germanos, unde & nomen ipſum. Cui favet etiam Chaldaica paraphraſis. Ezech. 27. & 38. ubi Hebr. habet: *domus Thogarma*: ibi Paraphraſtes vertit, *Provinciam Germaniæ*. Sed genealogia hæc λήρημα Goropii nihil reficit: potius jugulat. Quippe dum ortum refert Germanor. ad Hæbræos, & ſic conſequenter etiã linguam. Niſi fortè & nomina hæc, *Adam, Heva, Habel*, alia, quæ primi homines & ab his cæteri in florida iſta ætate geſſerunt, item *Jehovah* quod ipſe Deus ſibĩ indidit, Cimbrica ſunt, non autem Hebræa. Quamvis Hebræa eſſe non moroſe concedat noſter Gorop. ſed tamen è Cimbrica profluxiſſe. Si quæras, cujus teſtimonio norit? Quia, *inquit*, nos ſumus radix: cæteri rami, aut frondes, aut folia: nos ſumus primævi & indigenæ: aliĩ omnes è nobis & à nobis. Si urgeas, unde hoc revelatum ſit? Tacet & ora pallor albus occupat. Ut non immerito exagitet eum Lipſius: *Noſne hic in frigido axe primi hominum? nos ſoli (ô cœli beneficiũ!) intemeratam linguam & ſine mixtione ſervavimꝰ? nos ad alios, coloniis credo miſſis, propagavimꝰ? Riſum, vix oppoſitionẽ, merentur: & mentem qui per volumina temporũ, per vaſta hæc terrarũ mittet: inveniet à prima illa confuſione linguarũ, ſacris libris expreſſa, infinitum eaſdem mutaſſe, variaſſe, multiplicaſſe: ut gentes hominũ confuſæ mixtæq; inter ſe fuerunt, & iterum propagatæ.* Hæc ille. Nos tertium nunc videamus argumentum: *Suffragium 1. Lipſii.*

Humillima aut ſpretiſſima lingua prima non eſt. 3. argumentum.
Hebræa eſt talis.
Ergo prima non eſt.

De

De *majori* securus; *minorem* ex eo inferri somniat: quod mysteria divina Hebr. descripta primum sint, h. e. tenui & abjecto stilo: sicut alias humilia & depressa Deus eligat, relictis iis, quæ celsa habentur & eximia. Atque hæc est fere summa istius argumenti, in quo poliendo aut fulciendo multum verborum facit: scilicet, ubi exesa & semiruta maceria, ibi multa requiruntur fulcra. Si enim ita modo responderem, sufficeret. Quanquam & *majoris* rationem oporteret reddi. At ita tamen esse largiamur ex supervacuo: Anne propterea Germana fuerit prima, quod Hebræa vilis sit, aut viliss. Nulla hic ἀνάγκη συλλογιστική. Et sitne verò Hebræa vilissima! cui tandem persuadebit, licet ipsissima Suada nil nisi mella aut nectar fundat? *Scal.* vir incomparabilis judicii: Omnia momenta, *inquit*, quæ natura possint in explicatione vocis expediri, in hac contineri lingua, jactant Judæi, nec temere: *Hæc illa exerc. 259. ad Cardan.* Sed attendatur hic etiam lepida *probatio:* Vilis est Hebræa; quia sacra in se complectitur. Mirabile caput! Immo alias merito ea causa provocat & vincit. Ita Græcam olim, quod quasi fœta arcanis humanæ sapientiæ fuerit, magnifice extulerunt, cæteris titulo barbariei appenso. At, *inquit noster,* Deus ad opera sua omnia sua conficienda utitur spretissimis. Non ita verò. Contrarium enim docent scholæ Theologor. quas hoc loco solicitare non libet. At, *instat,* humilia Deus spectat: ὑψῶσαι ταπεινούς. *Respondeo:* aliud est agere de virtute, quæ opponitur superbiæ, id est, humilitate, qua Deus omnino delectatur: aliud est loqui de indignitate alicujus linguæ, ut hic fit. Ergo fit μετάβασις ἐκ γένους εἰς ἄλλο γένος. Hoc est, ad problema hoc Philologicum de linguar. antiquitate & præstantia, consuit ratiunculas ex Ethica Christ. Quur non etiam arcessit ex Arithmetica aut Mechanica? At mittamus tandem ineptiam. Quî aliter appellem, aut quid in hanc acrius inquiram, omnia pariter argumenta discutiendo?

Hebræa præstãtissima.

Verum amo, verum volo mihi dici mendacem odi.

He-

Hebræa vere prima eſt, etiam Spiritus S. teſtimonio. *Hebræa*
Quod ſi Deo non credimus, cui credemus? ait Ambroſ. *prima*
Hæc lingua ad immanem illam turris Babylonicæ ædi- *Confu-*
ficationem confuſa eſt. Hoc eſt, quarundam vocum *ſio lin-*
ſignificatio mutata, quarundam abolita eſt, quarundam *gua-*
priſtina manſit: quarundã literæ abjectæ, quarundam *rum.*
feræ ablatæ ſunt omnes, quarundã etiam cunctæ manſerunt. Atq; inde ita exſtiterunt aliæ dialecti. Quot, quales fuerint, an adhuc ſint, ego neſcio, & mecum alii, forte omnes. (Simul videatur Perer. l. 16. in Gen. diſp. 9. & 10.) Haut dubiè inter illas Græca quoque una emerſit. Diu enim eſt, cum floruit, & in ea adhuc ſatis *Græca*
lucida Hebr. ſermonis indicia. *Iſ. Caſaub. l.* 1. *de* *ſunt o-*
Satira c. 2. antiquiſſ. quæque Græcor. verba Hebr. ſunt *riginis*
originis, ſicut liquido probamus alibi. Herodot. l. 2. *Hebra-*
σχεδὸν δὲ καὶ πάντα τὰ οὐνόματα τῶν θεῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐλήλυθε ἐς *icæ.*
τὴν Ἑλλάδα i. e. Ac omnia ferè nomina deorum ex Ægypto venerunt in Græciam *Clem. Alexandr.* & *Euſeb.* oſtendunt: Græcos ſapientiæ ſuæ faculam accendiſſe ab orientali illo ſole. Quod iidem etiam illi Philoſ. ſatis teſtati ſunt jam olim & *verbis* & *factis* ipſis. *Verbis*: ut Plato in Timæo Græcos comparatos cum barbaris (intellige populos illos orientales, barbaros appellatione Græcorum, reipſa cultiſſimos) vocat *pueros*. Idem in Epinomide ait Syros accuratiſſime primo notaſſe ſtellarum motum. Etiam Ariſtot. 1. de cœlo, barbaros ait Græcis eſſe præferendos. *Factis*: ita Pythag. peregrinatus eſt in Ægyptum *ad Memphiticos vates* (ait Hieron. Epiſt. 103.) ubi & *Oenu-* *Pytha-*
phim Heliopolitam audiſſe Plutarch. *Sonchedum ar-* *goras.*
chiprophetam Clemens tradiderunt. Adiit Babylonem etiam, & perſarum magos atque adeo *Nazarethi* *1.*
Aſſyrii diſcipulum fuiſſe. qui nonnullis Ezechiel vates pu- *Strom.*
tatur, narrat, etſi improbat, idem Clemens Fl. Joſephus contra Appion. 1. Pythagoras Samius, *inquit*, inter veteres, qui ſapientia & erga Deum pietate, cenſendus eſt omnes, qui unquam Philoſophati ſunt, excedere, is dico, Pythagoras palam non ſolum novit no-

ſtra

ſtra & Judæorum inſtituta,ſed etiam in multis ſecutus ea & æmulatus eſt. *Hæc ille.* Et addit Hermippum autorem, qui in vita ejus prodidit, *multa à Judæis in ſuam Philoſophiam tranſtuliſſe.* Illud vero Clementi traditum, neſcio an liquido admittendum, *circumciſum & recutitum* Judaico ritu fuiſſe.

Plato. De Platone Athen. de Democrito & aliis nemo item dubitat quin Ægyptũ & ſimiles oras, meliorum artium cauſa, luſtrarint. Numenius: τί ἐστι πλάτων, ἢ μωϋσῆς ἀττικίζων; quid eſt Plato, niſi Moſes Atticiſſans? Sunt enim qui platonem ſua dogmata è ſacris libris: Tertull. à Triſmegiſto illo hauſiſſe maximè, ejusque ſcriptis, putat.

Thales. Etiam Thales primus (ap. Græcos) aſtrologiæ ſecreta rimatus, à Diog. Laertio traditur: & Solis deliquia converſionesq; notaſſe. Et hæc omnia nullo præceptore uſus, niſi quod cum Ægyptiis Sacerdotibus, eo profectus, familiariter eſt verſatus. Itaq; hunc quoque hauſiſſe è fonte barbarico (rectius divino) verum eſt. Immo ipſum fuiſſe barbarum plerique aſſerunt, è Phœnicia oriundum, Judææ finitimâ. Sicut Pythagoram è Syria aut Tyro: Orpheum è Thracea: Homerum ex Ægypto, ut plerique, certe in ea doctum, ut omnes: Zenonem è Phœnicia item extitiſſe, affirmant. Immò unæ Cyrenæ plures dederunt, quam ipſæ Athenæ; & nobiles eos magnosque. Eæ autem Ægypto finitimæ, & hæc Judææ. Denique uno verbo, ab oriente ſapientia orta: & ſimul etiam voces, tot poſtea gentibus diſtributæ. Igitur, ut ex eo etiam concludam, origo Latinitatis eſt & Hebr. &

Latina unde. Græca. Illa prima: hæc proprior & longe manifeſtior. Indicio ſit paritas literarum, quàm ante notavimus. Argumento ſit cognatio *declinationis*, uti vocamus, *conjugationis, conſtructionis, phraſeon, & aliorum.* Nimis longum foret afferre exempla, quæ præ manu ſunt, innumera, ut probem ἐπακτικῶς. Præſens in tempus omittam, & teſtimonia *Autorum* aliquot in rem obvia proferam. *Quinctil. l. 1. Inſt. c. 9.* Continet in ſe mul-

Æolica dialectus. tam eruditionem, ſive illa ex Græcis orta tractemus, quæ ſunt plurima, præcipuè Æolica ratione, cui eſt ſermo

noſter

noſter ſimilius, declinata, ſive ex hiſtoriarum veterum notitia. *Scal.* Grajis ipſis originem debemus, ſicuti pænè univerſæ linguæ noſtræ. *Scaliger in Feſtum:* Romanos Græcos appellat Ennius:

> *Contendunt Græcos, Grajos memorare ſolens ſos,*
> *Quod Græca lingua longos per tempori' tractus*
> *Hos* pavi ——————————————

non Romanos Græce loqui ait, cum Romulus urbis conditor Latine loquutus ſit: ſed, quod olim lingua Græciæ gentis fuerit eadem cum Latina, parum declinatione mutata. *Et poſt:* Merito ait Romanos ab omnibus certatim Græcos & Grajos vocari: cum Cato hoc videns in ſenatu exclamaverit, ſe non poſſe pati Græcanicam urbem. Vides igitur ex ſolo primo Ennii verſu imperite interpretatum eſſe à Verrio Ennii ſenſum, ut jam diximus. Quamquam verum eſt, quod ait in fine, eandem pænè cum veteri Græca veterem Latinam linguam fuiſſe. Nam & easdem pænè veterum Latinorum cum Jonum literis fuiſſe teſtatur Plin. l. 7. Quin & Linguam Romanor. Græcam fuiſſe, autor Varro & Dionyſ. extremo l. 1. *Hæc ille* Verba Plinii ſunt l. 7. c. 58. Veteres Græcas fuiſſe eaſdem pænè, quæ nunc Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ eſt hodie in palatio, dono principum Minervæ dicata in Bibliotheca: cum inſcriptione tali: ΝΑΥϹΙΚΡΑΤΕϹ. ΤΙϹΑΜΕΝΟΥ. ΑΘΕΝΑΙ[illegible]Ϲ. ΚΟΡΑΙ. ΚΑΙ. ΑΘΕΝΑΙ. ΑΝΕΘΕΚΕΝ. Hodie legimus: Ναυσικράτης τισαμενοῦ Ἀθηναῖος κόρᾳ καὶ ἀθηνᾷ ἀνέθηκεν. Verba Dionyſii Halic. Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας libro primo ſunt: Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν οὔτ' ἄκραν βάρβαρον, οὔτ' ἀπηρτισμένως ἑλλάδα φθέγγονται, μικτὴν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστιν ἡ πλείων αἰολίς, τοῦτο μόνον ἀπολαύσαντες ἐκ τῶν πολλῶν ἐπιμίξεων, τὸ μὴ πᾶσι τοῖς φθόγγοις ὀρθοεπεῖν. i. e. *Romani linguam neque extreme barbaram, neque exacte Græcam loquuntur, ſed mixtam quandam ex utraque: idque maximam partem Æolica eſt. Hoc tantum vitii habentes ex multa miſtione, quod non omnibus ſonis recte pronuncient.* Ex his colli-

Romani vocantur Græci.

Lingua Romanor. Græca

colligimus; Latina fere omnia rectâ derivari à Græcis: nec illa perfecte disci posse, nisi addiscantur etiam ista. Scio, quid Accursius contra: *Græcum est, ergo legi non potest, aut debet.* Culpâ fortasse non tam sua, quàm seculi. Ego aliter existimo. Quid ego? Viri doctiss. qui subinde acclamant

Accursius non ex toto ignarus Græcæ linguæ.

——— ——— *Vos exemplaria Græca*
Nocturna versate manu, versate diurna.

Immo etiam Hebrææ. Illa quippe exactissima demum cognitio, quæ non in propinquis, sed ultimis principiis, qua datur, subsistit.

CAPUT VI.

De Autoribus.

QUi primum latinitatis autorem curiosius quærit, næ acum in acere, &, ut ille ait; *Quærit quod nusquam est gentium,* nec librorum. Etiam ille ipse, qui in antiquissimis aliquid capere se putat & sapere, hic deficit, aut non sufficit. *Omnia rerum principia parva sunt,* inquit Cicero. Ita linguarum, ita Latinitatis. Nempe hæc per initia sua, arctis veluti limitibus circumscripta fuit, ut & deinceps aliquandiu: etiam tempore adhuc Ciceronis, ut ipse fatetur pro Archia: *Græca leguntur in omnibus fere gentibus: Latina suis finibus, exiguis sanè, continentur.* Postmodum vero suis usa progressionibus in tantum succrevit, ut omne latus mundi compleverit, ut jam ante notavimus. Ab Historicis, ni fallor, in classe vetustissimorum, quæ nobis nota, ponuntur *Carmentæ, vatis Martii, & Saliorum carmina, Liv. Andron. Cæcilius, Varro Attacin. Ennius, Pacuvius*: quorum dictio horrida, rudis apparet, totaque fere compositio insuavis. Inde opera *Catonis Censorii, Lucillii, Attii* & inprimis *Plauti* multo venustiorem, quam ante, speciem nacta est Latinitas. Omnium vero venustissimam: ubi os suum extulit *Terent. M.T. Cic. Jul. Cæs. Salust. Liv. Virgil. Lucret. Ovid. Tibull. Propert. Catull. Horat. Gratius, Sabinus.* Hos sequuti istis iterum inferiores, ut censent: *Seneca Quinctil.*

Vetustissimi Latini.

til. Quinctus Aſconius Pædianus, Valer. Max. Plin. Secund. Sueton. Tacit. Florus. Juſtin. Agell. Curt. Colum. Victruv. reliqui. Et inter Poetas: *Mart. Stat. Juven. Perſ. Luc. Silius Boeth. Claudian. Sulpit.* Cæteros utriusque generis, quorum copia multo maxima;

ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλά,

præſertim recentium, omitto ſciens, & committo aliis vel recenſendos, vel ſecundum ætatem & eruditionem juſta ſerie diſponendos. Aliis dico, qui

Cano capite atque alba barba ——

diu in autoribus majorum gentium ſingulari cum fida & induſtria hæſerunt. Qui enim juvenis talia præſtet? Nunc de exemplaribus etiam autorum, quibus uti deceat, aliquid monendum: ſi prius quædam ex *Iſidoro Hiſpal. Epiſc.* & *J.C.Scal.* attexuero, ut quæ dixi, aliqua firmentur, quæ non dixi, inde hauriantur. Ille igitur l. 9. *Origin.* Latinas, *inquit*, linguas quatuor eſſe quidam dixerunt. Id eſt, *Priſcam, Latinam, Romanam, Miſtam. Priſca* eſt, qua vetuſtiſſimi Italiæ ſub Jano & Saturno ſunt uſi incondita, ut ſe habeant carmina Saliorum. *Latina*, quam ſub Latino & regibus Tuſciæ cæteri in Latio ſunt loquuti: ex qua fuerunt duodecim tabulæ ſcriptæ. *Romana*, quæ poſt reges exactos à populo Romano geſta eſt: quam Nævius, Plaut. Enn. Virg. Poetæ: ex oratorib. Græcus (*forte legendum Grachus*) & Cicero, vel cæteri effuderunt. *Mixta*, quæ poſt imperium latius promotum, ſimul cum moribus & hominibus in Romanam civitatem irrupit: integritatem verbi per ſolœciſmos & barbariſmos corrumpens. *Hic c. 1. Hypercritici de ætatibus Poeſeos Latinæ:* Rudimenta quædam primi illius exortus agnoſcimus: flexumq; ætatis tanquam per adoleſcentiam, à Livio atque Ennio, per Accium, Nævium, Plautum, ad conſummatum florensque tranſmiſſum robur: quod in Terent. Catull. Tibull. Horat. viget. in Virgil. etiam luculenter ſplendet, à quo ad Martial. Juven. Silium, Statium devergens, paulatim efflorescit. Tum autem quarto

Teſtimonium Iſidori Diſtinctio Latinæ linguæ.

Teſtimonium Scaligeri.

veluti decurſo ſpatio, hæſit in ſenii veſtigiis cum Sereno, Sidonio, Severino, Auſonio. Atquæ hæc quidem præ ſe ferre videbantur hactenus imaginem quampiam inæqualis vitæ noſtræ. Verum longo poſt hoſce tempore, non ſecus atque intermortua, tandem pæne derepente ſatis magna, veluti Tages alter extitit. Nam tametſi de integro rediviva novam ſub Petrarcha pueritiam inchoaſſe, atque inde Philelphi ſtudio clara admodum incrementa cepiſſe viſa eſt: haut exiguam tamen illam tum fuiſſe puto, quam conſtat pænè illico multorum illuſtriſſ. ingeniis confirmatam, cum antiqua illa optima certare potuiſſe. Etenim ſi unum modo Virgilium excipias (is enim non ſolum humana ſuperavit ingenia, verum etiam ſeſe quaſi parem extulit naturæ) Palingenium, Aonium, Politianum, Cerratum, Vidam, Pontanum, Sanazarum, Fracaſtorium habes, quos cum cuivis veterum compares, multis, ſed non ignobilib9, anteponas *Hæc ita Scaliger.* Exemplaria vero quod attinet, quibus potiſſimum utendum, ſunt illa non unius notæ aut generis. Quædam vel vetuſta, vel recentia ſunt: quædam vel manu exarata, vel typis excuſa. Et hæc ut varia ſunt; ita peſſime in multis ſæpe locis depravata, nunc ab ipſis typographis, nunc ab indoctis quoque & temerariis, qui minus intellecta, mox immutarunt, multa infarſerunt, multa quoq; ſuſtulerunt. Neq; injuria hæc tantum contigit priſcis illis Lat. linguæ conditorib: verum etiam orthodoxis Eccleſiæ ſcriptoribus: ut Tertull. Auguſt. Ambroſ. Hieron. aliis, in quorum libris multa verba & phraſes vel omiſſæ, vel inquinatæ ſunt, multæ periodi ab improbis mutilatæ & in peregrinum ſenſum detortæ: ſicut *Eraſm. Roterod. Fr. Iunius, Ioh. Rainold. Iſ. Caſaub. Abr. Scultet. Fr. Sylburg. Andr. Rivet. Robert. Cocus, Iac. Laurent.* & multi alii de ea fraude merito quiritantur. Hic omnino igitur cauto opus eſt: & quidem libri ſeligantur potiſſimum ſedulo impreſſi ex optimis *monumentis* & *manuſcr.* Quibus illis? Quæ nunc juſta rerum ac verborum inter ſe connexio & cum aliis convenientia: nunc

Virgilii laus.

Nota manuſcriptorum.

nunc ſcriptura autoris ſive amanuenſis ſive docti alicujus: nunc ipſa vetuſtas & temporis annotatio: nunc fides aſſervantium: nunc candor teſtantium: nunc communia deniq; eruditorum vota, commendata reddunt. Deinde, quia non cujusvis eſt in ſcopuloſo antiquitatum oceano feliciter navigare, *editiones* inſuper procurentur, quas viri docti notis librisq; commentariis illuſtrarunt: Scaligeri, *Melancht. Camerar. Turn. Steph. Lipſii, Grut. Caſaub. Heinſ. Taubm.* & cæteri ab ſe notiſſimi: & quorum plerosq; apte congeſſit eruditiſſ. *Caſp. Barth.* in epiſt. de Lat. Lingua. Atq; ea duo monita, qui bene obſervabit, ad optatū facile portum appellet, multoq; celerius, addo & rectius, addiſcet, quæcunque dubia & ſcrupuloſa obvenient; quam qui inemendatis codicibus inſueverit. Quod ut amplius hic confirmem, cauſa nulla eſt: niſi videri velim ipſo meridie facem accendere. Neq; tamen forte peccavero, ſi juventutis gratia aliquid huc depangam ex illis, quæ nunc nuper ipſe in Prudent. Chriſtianiſſ. poeta, deprehendi; ubi *editiones* aliquot pervulgatas cum *Manuſcr. Palatino* quod miſerat Heidelb. *Ian. Gruter.* conferebam. Verbi cauſa: hæ legunt in Pſychomach. *Prudentius*

Tu præceps ad mortis iter, tu janua lethi.

Præceps, active pro præcipitans ſive præcipitanter, impellens, uti explicat Ælius Antonius Nebriſſenſis. Sed in Manuſcr. rectius:

Tu princeps ad mortis iter——————

Id eſt, dux quaſi quidam ad mortem: quod ſequentia etiam ſtabiliunt. *Et Cicero* ſimiliter de Amicitia: amor princeps eſt ad benevolentiam conjungendam.

In eadem Pſychomach:

Talia vociferans rapidum calcaribus urget
Cornipedem, laxisq; volat temeraria frenis,
Hoſtem humilem cupiens impulſum bovis equini
Sternere ——— ——— At nullus hic

ſenſus ——— *impulſum bovis equini*:
Sive *impulſum bonis* ——— ut alii habent. MSS. ergo ſanat hoc vulnus ex divulſione ortum:

——— ——— *impulſu umbonis equini,*
id eſt facti è corio equi. In Hymno ad Galli cantum:

Auferte, clamat, lectulos
Ægros ſopores deſides:

Sopores deſides: ſcilicet ab effectu; quia nimius ſomnus deſidiam & languorem parit, ut ait Æl. Anton. Nebriſſ. Sed hac ἐξηγήσει nihil opus. Non enim *Sopores,* ſed *ſoporos* agnoſcit MSS: & tria illa ἐπίθετα ſimul ad *lectulos* pertinent, quot ita deſcripſit Prudentius. *Soporus* verò κατ' ἀναλογίαν formatur: ut ab odor odorus: à ſonor ſonorus: ab honor honorus.

Hymno ante cibum Cathem:

Neu piger immodicis dapibus
Viſcera tanta gravet ſtomachus:

Alii — *viſcera tota* —— Sed minus commodè. Neque interpretatio Æl. Anton. Nebriſſ. probabilis: *Stomachus gravet viſcera tota;* quaſi dicat, ſatis eſt ipſum eſſe aliquatenus cibo gravatum: ſed non occupet alia membra. Quædam exemplaria in margine adſcripta habent pro tanta, *tenſa.* Et ſic MS. *Viſcera tenta* — Quod omnino rectum. Quia nimiâ ciborum copiâ diſtenduntur ac dilatantur viſcera. Hymno omni hora Cath.

Fert qualis ter quaternis *Accubantum millia,*
Ferculorum fragmina, *Quinque panibus pereſis*
Affatim referta jam ſunt *Et gemellis piſcibus.*

Ὑστερολογία in hiſce verſibus eſt. MSS. longe ordinatius & quomodo Evangeliſtæ narrant:

Quinque panibus pereſis *Accubantum millia:*
Et gemellis piſcibus, *Ferte qualus ter quaternis*
Affatim referta jam ſunt *Ferculorum fragmina.*

Quidam legunt, *Fert qualis*—ſed ita verſus mutilatur. Alii *Fertq; qualis* —— At quis fert? Sententia non cohæret. MSS: *Fert æqualis*—— Inde corrigo: *Ferte qualis* ——ut Chriſtus Joh. 6. jubet: συναγάγετε τὰ περισσεύσαντα κλάσματα. *Qualis,* ut ap. Virg. Horat. Feſtum Matth. c. 14. Marc. c. 6. Luc. c. 9. ut & Johan. vocant κοφίνους. In Hymno ad Laurentium:

Miniſter inſani ducis:
Exactor haurit ſanguinis. Aliis:

Exactor

Digitized by Google

Exactor hariet sanginis.

Lege inquit Æl. Ant. Nebriss. *Exactor hausti sanguinis.* i. e. qui acerbè exigebat vectigalia usque ad effusionem sanguinis. Optimè hic subvenit MSS.

Exactor auri & sanguinis.

cui tam præcedentia verba, quam sequentia favent:

Versat famen pecuniæ *Exactor auri & sanguinis.*
Præfectus urbis regiæ, *Qua vi latentes eruat*
Minister insani ducis *Numos, operta existimans.*

in fine ejusdem hymni.

Audi benignus supplicem *Et servientem corpori*
Christi reum Prudentium *Ablue vinclis seculi.*

Ablue vinclis — Non tantum ipsa loquendi forma nihil est, sed etiam vitiat metron. Ideoque rectè MSS.

Absolve vinclis seculi.

In Hymno in laudem Vicentii:

Jus & sacratum & publicum, *Nec te jubente fervide*
Cui cedit humanum genus: *Instans periclũ promovet.*

Tertius ille versiculus laborat *Nec te jubente* — Quo enim jubente, aut quid jubente? MSS. ergo medetur:

Nec te juventa fervide.

Quomodo Horatius — florente juventa Fervidus.

Ibidem paulo post:

His contra Levites refert:
Suam tuorum perspicis
Languere virtutem canum.

MSS. verò: *Si jam tuorum* — Neq; enim Latine dixeris: *perspicis languere virtutem suam canum tuorum.*

In Hymno martyrum Fructuosi & Augurii:

Ac ne quis socios minor feriret,
Præceptor vehemens eundo firmat,
Inceditque fidem calore Christi.

Nugatorium hoc, si quidquam aliud

Socios minor feriret.

MSS. autem *Socios timor feriret.*

Timor enim, effectus ejusmodi validus & quasi animum percutiens? præsertim ubi periculum, quale hic martyres subeunt. *Cicero*: Civitas perculsa magno

timore. Pariter τὸ *percutere* sæpius apud Lucretium ad animum transfertur *J. C. Scal. Exerc. 312.* Pavor est idem, quod percussio: Græca origine *παίειν. Cic. 4. Tuscul.* pavor est metus mentem de loco movens. Hymno in Romanum Martyrem:

Nec terrearis turba circumstantium:
Hoc prædo solum quod peribit omnibus:
Regi, clienti, pauperique & diviti.

MSS. *Hoc per dolosum quod peribit* ---- sed levis facta est trajectio. Ita enim legendum: *Hoc perdo solum quod peribit omnibus:* Id est, aliquantillam hujus lucis usuram, qua me privat mors, omnibus æquè imminens. In eod.

Damnatus & favilla jam tenuis fies.

Sed Jambus hic τὸ *fies* in ultima non patitur. MSS. ---- *& favilla jam fumans eris.*

In Pass. Hippolyt.

Prorumpunt alacres, cæco & terrore feruntur,
Qua sonus atque tremor, qua furor exagitant.

Rectius MSS. —— *alacres cæcoque errore feruntur.*

In Apotheos: contra Judæos:

Quam tu carne colis; sed Christo fixa, meamq;
Spem pariter ut oro ————

Ita quædam legunt: sed meliora ut & MSS.

Spem paritura utero ———— ————

In Hamartigen. adversus Marcionitas:

Una per immensam cœli caveam resolutos
Præbet flamma dies ———— ————

MSS. vero ———— *cœli caveam revolutos*
Præbet flamma dies —— Id est, qui revolvuntur identidem aut redeunt: quomodo alii etiam poetæ de tempore usurpant verbum *voluere, revoluere.* Ibidem paulo post:

Adsignare Deos proprios, suc cuique jura:

Ultima paululũ transponantur, nec dissimilante MSS. ———— ———— *sua jura cuique.* ibidem post:

Mortifero splendore micant, radiantque micantq;.

Quod aperte ταυτόλογον MSS. ita
———— *micant radiantq; necantq;.*

In

In Symmachum de libro:

Gemmantis patere spumis, multoq; falerno. Perfundens

MSS. & alii etiam codices: *Gemmatis patera* ———

In eundem de Senatu Roman:

Quin & olibriaci generisq; & numinis hæres,
Adjectus fastis, palmata insignis ab aula.

Multo aptius MSS. ——— *& nominis hæres*
Adjectis fastis, palmata insignis abolla,

Gloss. *abolla*, toga. ἱμάτιον. In eundem:

Armorum dominos, venerantes flore juventa.

Pro quo MSS.

——— *vernantes flore juventa.*

In eundem:

An veterum tantum modo rem ratione relicta.

MSS. autem verius:

An veterem tantum morem ratione relicta,
Eligis, & dici id patitur sapientis acumen.

Disputat enim Poeta contra Symmachum, qui mores & ritus antiquos majorum crepando, idola sua tuebatur. Verba Symmachi sunt: *Suus cuique mos. suus cuiq; ritus est. Jam si longa ætas autoritatem religionibus faciat; servanda est tot seculis fides: & sequendi sunt nobis parentes, qui feliciter secuti sunt suos.*

In eundem.

Quur non hæc eadem de regione colenda
Consultat? quur non prospectat libera cœlum?

MSS. ——— *quur non suspectat libera cœlum:*

Vigil. 1. Georg.

——— bucula cœlum
Suspiciens patulis captavit naribus auram.

In eundem:

Et crocodilus idem, quod Juno, Laurena, Priapus.

Alii sic: — *quod Juno, Lavena, Priapus.*

Rectè autem MSS.

——— *Juno, Laverna, Priapus.*

Laverna, vel *Laberna* id est, dea furum.

Et hæc ita, quanquam paucula è multis, satis indicium faciunt, quo loco esse MSS. debeant: quo codices item men-

Digitized by Google

mendosi. Cætera, quæ in eodem Poeta animadverti, cum semel hic jacta sit alea, forte aliud tempus excipiet: nisi quid ex transverso, quod fere solet, interturbet, & nisi amicus faciat, quod dudum minatus dicitur, hoc est, operam nostram antevertat.

CAPUT VII.

De Autoribus, qui maxime legendi.

ARgulosim, qui totus fuit oculeus, vix omnium Latinorum Scripta, quæ publicè exstant, vel obiter pellustrare possit. Et qui id tentare velit, nisi sit felicioris ingenii; næ faciat cum reliquarum linguar. jactura; cum pulcherrimarum utilissimar. rerum, quibus nati, quibus facti, dispendio. Seligamus igitur è tanto numero, quos legamus, quos imitemur, i. e. vere eximios vere egregios. Bene Quinctil. *Diu non nisi optimus quisq; & qui credentem sibi minime fallat, legendus est. Sed diligenter & pæne ad scribendi solicitudinem: nec per partes modo scrutanda omnia, sed perlectus liber utiq; ex integro resumendus.* At quinā vero optimi? illo aureo fuerunt seculo, quo Roma sub aliquot Augustis & lingua & potentia & opibus maxime valuit. Nempe Cic. & Virgil. sunt primi. Ille prosæ, iste metricæ orationis, sine dubio, princeps. *Ille* (usurpamus verba Quinct.) *dono quodam providentiæ genitus, in quo totas vires suas eloquentia experiretur. Non immerito ab hominibus suæ ætatis regnare in judiciis dictus est, apud posteros vero id consequutus, ut Cicero jam non hominis, sed eloquentiæ nomen habeatur. Hunc igitur spectemus. Hoc propositū sit exemplum. Ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit. Multa in Asinio Pollione inventio, summa diligentia, adeo ut quibusdam etiam nimia videatur & consilii & animi satis: à nitore & jucunditate Ciceronis ita longe abest, ut videri possit seculo prior.* De Virgilio. *Hic solus* (ut verbis dicā J. C. Scal.) *poetarum deus est. Hic selegit ex horrida vetustate tanquā auri nitelas ex arena. Quas ita composuit, ut si quid addas, aut mutes, id sane arena sit: si demas, destruas. Hic imitationis poeticæ exemplum, regula, principium, finis esse debet. Hujus flosculi delibandi nobis sunt, si cælestia mella facere volemus.* Uterq; igitur pro Latinitatis

Lib. 10. Inst. c. 1.
Ciceronis encomium.
Virgilii laus.

tatis

tatis elegantia contra barbariem obtinenda ſignifer eſto: & Cicero & Virgil. Commilitent tamen alii: & in una legione, non unus ſaltim centurio aut tribunus. Dicam planius: Uterq; & ORATOR & POETA, quantum poteſt, ſtudioſiſſime legatur atq; relegatur. Sed non ſolum. Ut non omnis fert omnia tellus: Ita iſti ambo non omnes res complexi ſunt, nec potuere etiam: & ſic non omnes voces, quæ opus, aut neceſſe. Nec etiam ambo univerſam orationis formam ac modum repræſentarunt: qui ut multiplex, ita non niſi à multis & ad multos. Aliter ſcribit *Philoſop*, aliter *Philolog.* aliter *Hiſtoric.* aliter *Poeta*: aliter *Orator*. Hunc ſublimia, iſtum humilia, illum media delectant. Eſt, qui preſſe loqui mavult: eſt, qui ſe diffundit. Et qui ſinguli, ut nunc ſunt homines, majeſtatem Tullianam & Maronianam capiant, licet cupiant? Omnia mutantur: omnia in pejus ruunt: etiam ante mille jam annos, & quod excurrit. Qualia puteshac ſenecta mundi ætate? Non perinde etiam ingeniorum vires tabeant, quaſiq; conſeneſcant? Poetæ quidam è Germania, aliquot è priſcis & æquarunt & vicerunt noſtra ac patrum memoria. Inter quos Paul. Meliſſ. Sched. Franc. Et Eulogium de I. C. Scal. notum eſt: *Si is felix illud ingenium & inventionum invidendum acumen cura temper aſſet & lima, coronari contra omnes Poetas potuiſſet ab illo ipſo avo priſco.* At nemo unquā per omnia ſimilis Maroni auditus eſt, nedum par, nedum ſuperior. Ipſe Scaliger de divinitate Virgil. ita judicat, ut illam perinde atq; faſtigium quovis humano ingenio altius admiretur, eiq; aras ſtatuat in fine Hypercritici. Martiali igitur quantillum fidei!

Variæ ſermonis formæ.

L. Lipſius.

Sint Mecœnates: non deerunt, Flacce, Marones:
Virgiliumq; tibi vel tua rura dabunt.

Sint Mecœnates, quicunque ſunt
——— ——— *Solis ab ortu Solis ad occaſum* ———
educent, edoceant ſuos, exteros, quantum poteſt: alter tamen Virgil. nunquam procreabitur. Naſci forte poſſit, benigniore fato: fieri non poteſt. Sed quorſum in laudes Poetæ? Rrdeo ad illos, qui & Ciceroni

&Virgilio, tanquam ducibus, à latere certo consilio adjungantur. Scilicet sunt *Plaut. Terent. Varro, Cæsar, Sallust. Liv. Seneca, Ovid. Tibull. Propert. Catull. Horat. Pers. Martial. Stat. Juven. Lucan.* & si qui hujus generis alii. Hi enim, judicio orbis eruditi, omnes probi, elegantes, tersi, limati: omnes ad mundam Latini sermonis supellectilem parandam unicè; pro se quisque, faciunt, & satis esse possunt nobis: aut fortasse illorum unus atque alter. Sed nobis, qui

——*viles pulli, nati infelicibus ovis.*

Hoc est, qui & ingenio & libris & sumtibus & bonis interdum præceptoribus deficimur: invitiq; sæpe nescio quid, certe non semel inamicum in caveis agimus, aut si non agimus, mente meditamur. Illis vero, quibus adest, immo superest, quod deest nobis, qui tendunt ad summam Latinitatis perfectionem, qua humanitus licet, non sufficiunt autores jam nominati. Immo nec sufficiunt, qui habentur, universi Latii omnes, sive antiqui sive recentiores. Quo fit, ut plures sibi exoptent, ut de incuria hominum, de injuria temporum, qua non pauci perierunt, conquerantur. Illis igitur, inquam, quidquid Latii, sed veri & genuini, etiam è rudissima ætate, cognoscendum. Ita enim veterum ritus, mores, historiæ, uno verbo, multa patefiunt. Ita autores, qui in omnium manibus sunt, recte intelliguntur: quidquid in illis adhuc obscurum, mutilum, luxatum, tollitur. Ita dictionum, phraseon, quæ exstant, ortus, ratio eruitur. Ita, ut quælibet res suo nomine vocanda sit, non alieno: ut in tanta rerum copia Latinitas locupletanda amplius sit: denique ut Latinitatis perfectio habenda sit, traditur.

CAP. VIII.

De Plauto Comico.

PRo dignitate Plauti & bonarum literarum jam satis multa erudite & feliciter dicta sunt à *Taubmano*, singulari patriæ & Academiæ suæ ornamento. Et quid lucis à me umbra accedat illi Umbro? Parum fortasse

Digitized by Google

taſſe. Non poſſum tamen mihi temperare, quin obiter aliquid adjiciam, partim de ſententiis & egregie dictis: partim de proprietate ſermonis, quam ille præter ſelecta verba, figuras, phraſes frequentiſſime obſervavit, ſi qui alii. *De ſententiis.* Tales ſunt in Amph. Prolog. *Senten-*
Virtute ambire oportet, non fabitoribus. Simile eſt illud *tia à*
Cic. 2. Offic. male ſe res habet, cum, quod virtute effici *Plauto.*
debet, id tentatur pecunia.

Ibidem act. 2. ſcen. 2.

——— *Virtus præmium eſt optimum,*
Virtus omnibus rebus anteit profectò.

Ibidem act. 1. ſcen 1.

In ſerbitute expetunt multa iniqua.

Ipſe Cicero amplius exaggerat 2. Philip. Servitus poſtremum malorum omnium, non modo bello; ſed morte etiam repellendum. Ibidem act. 2. ſcen. 2.

Haut æquum facit, qui quod didicit, id dediſcit.

In Aſinaria act. 2. ſcen. 2.

Iſta birtus eſt, quando uſus eſt, qui malum fert fortiter:
Fortiter malum qui patitur, idem poſt potitur bonum.

Virtus pro *fortitudo*, ut alias ſæpe. *Cicero in Off.* Nomen *Vox*
virtutis antiquitus fuit ſolius fortitudinis. *A biro*, ſen- *Virtus.*
tentia ejusdem 2. Tuſcul. ſicut ἀρετὴ, ἐνάρετος ab ἄρης: ἀνδρεία ab ἀνήρ. Gloſſarium: virtus, ἀρετὴ ἀνδρεία, ἰσχύς.

Ibidem act. 3. ſcen. 3.

Non omnia eadem æque omnibus ſuabia eſſe ſcito.

Cicero de Fato idem per διαφερόμενον: Multæ in naturis hominum diſſimilitudines ſunt, ut alios dulcia, alios ſubamara delectent: alii libidinoſi, alii iracundi, aut crudeles, aut ſuperbi ſint.

Ibidem act. 5. ſcen. 1.

Decet berecundum eſſe adoleſcentem. Quæ ſententia eſt etiam Ariſtotelis: & *Cicero*: Cuſtos, *inquit*, virtutum omnium verecundia.

In Aulul act. 2. ſcen. 2.

Si animus eſt æquus tibi ſatis habes, qui bene bitã colas.

Animus æquus, id eſt, nec timidus, nec audax, nec abje- *Ani-*
ctus nimium, nec elatus, ſed ἐν μεσότητι, ſive virtute ar- *mus æ-*
matus, *quus.*

matus, quæ æquabiliter inter extrema sua, id est, nimium & minimum, versetur.

Ibidem act. 2. scen. 2.

Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.
Nemini credo, qui largè blandus est dives pauperi.

Istud παροιμιῶδες nec sacris incognitum. Ut Matth. 7. quanquam alio sensu: ἢ τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος ὃς ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ;

Ibidem act. 2. scen. 2.

Hoc magnum est periculum, ab asinis ad boves transcendere.

Quod declaratur sequenti hoc act. 3. scen. 4.

—— *Facinus audax incipit,*
Qui cũ opulento pauper homine cœpit habere negotium.

Idem etiam multis argumentis probat Ecclesiasticus cap. 13. Ibidem act. 2. scen. 2.

Dotatæ. *Dummodo morata rectè veniat, dotata est satis.*

Et post act. 3. scen. 5.

Dotatæ mactant & malo & damno viros.

Quod plane etiam congruit sapientiæ Ecclesiast. c. 25.

In Captiv. act. 1. scen. 2.

Omnes profecto liberi lubentius sumus, quam servimus.

Ibidem act. 2. scen. 2.

Fortuna humana fingit, artatq; ut lubet.

Verbũ Artare. Meursius reponit, τὸ *aptat*. Sed nihil opus ita legere. Sensus est: fortuna in humanis sola utramq; paginam facit, ut ait Plinius Secundus: ludit pro libitu; & fingit, uti vult: diffingit aut tollit quæ vult, quod est *artat*. Ab arceo arctum & artum, unde *arto*: ut à farcio farctum & fartum: à sarcio sarctum & sartum. Ulpianus L. quæritur §. 3. de Æd. Ed. Mulierem ita *artam*, ut mulier fieri non possit, sanam non videri constat. Prudent. in Peristeph. etiam utitur:

Hi sunt alumni luminis
Quos corpus artat debile.

uti quidem optimum MSS. legit. Gloss. *artat*, στενοχωρεῖ. *Artentur* συνελαυνέσθωσαν, συνσφιγγέσθωσαν.

Ibidem act. 3. scen. 2.

Quid est suavius, quam bene rem gerere bono publico?

Ibi-

Digitized by Google

Ibidem act. 3. scen. 4.

Est miserorum ut malevolentes sint atque invideant bonis.

Qui aliis invident, vere miseri sunt : & sua ipsorum tormenta, ut Q. Curtius ait: & Horatius, *Invidia*

Invidia Siculi non invenere tyranni
Majus tormentum ——

In Curcul. act. 1. scen. 1.

Malus clandestinus est amor, damnum est merum.

Ibidem act. 3.

Qui homo mature quæsivit pecuniam,
Nisi eam mature parsit, mature esurit.

Ibidem act. 1. scen. 3.

Nulli est homini perpetuum bonum.

Quod fere repetit in Cistell act. 1. scen. 3.

Ut sunt humana, nihil est perpetuum datum.

In Casina, act. 2. scen. 3.

Neq; salsum, neq; suave esse potest quidquam, ubi amor non admiscetur. *Amor.*

Quod idem etiam Lucretius in vestibulo lib. 1. canit:

Nec sine te quidquam pias in luminis oras
Exoritur ; neq; fit lætum, nec amabile quidquam.
Sine te, id est, venere aut amore mero.

In Epict. act. 3. scen. 3.

Nihil homini amico est opportuno amicius. *Amicus*

Et ante in eadem Comœdia act. 1. scen. 2.

Is est amicus, qui in re dubia, re juvat, ubi re opus.

Re juvat: non verbis tantum, sed ipsa re & opera. Nam *quid refert beneficium esse oratione, si rem auxilium emortuum est?* ait paulo post idem Comicus, Igitur ὁμωνύμως sunt amici aut nulli, qui *Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide*: quod idem noster inquit in Bacchid. act. 3. scen. 6.

In eodem Epid. act. 1. scen. 2.

Miserum est, ingratum esse hominem, id quod faciat bene.

Ibidem act. 2. scen. 2.

Hic poterit cavere recte, jura qui & leges tenet. *Cavere*

Et belle conjungit, *cavere, jura, leges*. Nam ut I. Scal. probat, JCtorum proprium *cavere*.

Ovid.

Digitized by Google

Ovid. 1. de arte amandi.

Ille ſæpe loco capitur conſultus amore:
Quiq; aliis cavit, non cavet ipſe ſibi.

Ibidem act. 5. ſcen. 1.

Quod boni eſt, id tacitus taceas jure tecum & gaudeas.

In Bacchid. act. 1. ſcen. 2.

Mali ſunt homines, qui bonis male dicunt.

Ibidem act. 3. ſcen. 3.

Ego illum periiſſe duco, cui quidem periit pudor.

Ibidem act. 3. ſcen. 6.

Nequam hominis ego parvi pendo gratiam.

In Moſtella: act. 1. ſcen. 1.

——*Hoc ſcito, nimio celerius*
Venire quod moleſtum eſt, quam id quod cupide petas.

Rotundius exprimit Æſchylus: Ταχεῖα δ᾽ ἄτη πέλει.

Ibidem act. 1. ſcen. 3.

Inſperata accidunt magis ſæpe, quam quæ ſperes.

Ibidem act. 1. ſcen. 3.

Ego ſi bonam famam mihi ſervaſſo, ſat ero dives.

Ibidem act. 3. ſcen. 2.

Non bonus ſomnus eſt de prandio. Quod ſcholæ medicorum fuſius explicant.

Ibidem act. 3. ſcen. 2.

Vita quam ſit brevis, ſimul cogita.

In Menæch. act. 2. ſcen. 1.

In ſcirpo nodum quæris. Quo proverbio etiam utitur Ennius.

In Milit. Glorioſo: act. 3. ſcen. 1.

Bonum conſilium ſurripitur ſæpiſſime.

Ibidem act. 3. ſcen. 1.

Facile eſt imperium in bonis.

Ibidem act. 3. ſcen. 3.

Nemo ſolus ſapit. Cauſa petitur & à mente noſtra, quæ obſcurata valde eſt; & à rebus ipſis, quæ nimis multæ, dubiæ, nec non obſcuræ nos fugiunt.

In Pſeud. act. 1. ſcen. 2. de ignavis, male habitis & infidis:

Mavelis lupos apud oves linquere, quam hos domi cuſtodes.

Ibidem

Ibidem prologo.

Qui quærit alta, is malum videtur quærere. Quod exemplo Phaetontis & Icari probat in Metam. Ovid.

Ibidem act. 1. ſcen. 3.

In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Ibidem act. 2. ſcen. 1.

Omnes res perinde ſunt ut agas, ut eas magnifacias.

Ibidem act. 2. ſcen. 3.

Ut quiſq; fortuna utitur, ita præcellet.

Ibidem act. 4. ſcen. 1.

Memorem immemorem facit, qui monet, quod memor meminerit.

Ibidem act. 4. ſcen. 7.

De improbis viris auferri præmium & prædam decet.

In Pænulo: act. 1. ſcen. 2.

Modus omnibus in rebus optimum eſt habitu. Quod Græci brevius, μέτρον ἄριστον.

Ibidem act. 1. ſcen. 2.

Aurum in fortuna invenitur, natura ingenium bonum. Propterea Græcis eſt εὐφυία: ut quæ innaſcitur.

Ibidem act. 1. ſcen. 2.

Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt.

Ibidem act. 1. ſcen. 2.

Proba merx facile emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt.

Ibidem act. 4. ſcen. 2.

Male partum, male diſperit. Salluſtius: Male parta, male dilabuntur. Quod ita Euripides in Elect.

Τὰ γὰρ κακῶς οἴκους εἰσελθόντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν.

In Perſa: act. 5. ſcen. 1.

Improbus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit. Uno verbo, *Ingratus.*

In Rudent. act. 4. ſcen. 2.

Nimis homo nihili eſt, qui piger eſt. Vigilare decet hominem, qui vult ſua tempori conficere officia.

In Stich. act. 4. ſcen. 1.

Res amicos invenit. Donec eris felix, multos numerabis amicos.

Ibidem

Ibidem act. 5. scen. 6.

Suum quemq; decet.

In Trinum: act. 2. scen. 2.

Tu si animum vicisti, potius quam animus te, est quod gaudeas.

Non absimilis ille Mimus Publii Syri: Bis vincit, qui se vincit in victoria. Ibidem act. 3. scen. 1.

Nimium difficile est reperiri amicum, ita ut nomen cluet. Nusquam tuta fides.

In Trucul. act. 2. scen. 1.

Actutum solent fortunæ mutarier.

Sed hæc ita sufficere exempli loco possunt: nam omnia huc colligere velle, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα esset progredi.

Proprietas sermonis Plautini. Nunc ad alterum, de proprietate sermonis. Nempe quod Camerar. ait: *Manifesto in scriptis Plautinis proprietas & natura linguæ latinæ conspicitur:* ecce tibi per exempla. In Amphit. act. 1. scen. 1.

Nausea. *Lassus sum hercle è navi ut vectus huc sum; etiam nunc nauseo.* Et in Mercat. act. 2. scen. 3. CH.

Verum in portum huc ut sum advectus, nescio qui animus mihi dolet.

DE. *nausea edepol factum credo.*

Nausea enim à navi: ναῦς, ναυτία & Ionice ναυσία.

Verbū. I. C. Scal. c. 110. de c. L.L. *Verbi* vocabulum ab ipsa aeris materia, quæ *verberaretur*, propterea quod vox esset aeris impulsi sonus. Sic Plaut. in Amph. voce facit verberari aures Mercurii. Verba Plauti sunt amph. act. 1. scen. 1. *Mihi dextera vox aures, ut videtur, verberat.* Et Trucul. act. 1. scen 2. *Me illis quidem hæc verberat verbis.*

Familiaris. Ibidem: *Advenisse familiares dicito.* Et in Milit Glorioso: *Modo nescio quis inspectavit vestrorum familiarium,* id est, è familia vestra. Inde enim dicitur *familiaris.* Gloss. Familiaris, ἑταῖρος, οἰκεῖος, συνήθης

Inquisitum. Ibidem: *Quæstio inquisita:* ut *in* hic neget aut minuat: ut apud eundem, *immerito meo:* Et in Milit. Glor. *Facta infecta,* pro non facta.

In Aulul. *Adeunt, consistunt*: id est, simul stant *Cum* est notula conjunctionis, συναγωγῆς. Ut in Curcul. *Constant,*

Digitized by Google

ſtant, conferunt ſermones. Et in Amphit. *Ita ſtatim ſtant* **Statim.**
ſigna. Ut paulo ante: *Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat.* Id eſt, dum ſtat, aut ſtando, ſive conſtanter. A ſtatum ſtatim: ut à raptum raptim: à cæſum cæſim.

In Captiv. *Et te & hunc amittam hinc.* Et paulo poſt: **Amit-**
Ego me amitti non poſtulo. Eſt amitto idem, quod ἀπο- **tere.**
πέμπω proprie vel hinc mitto, aut dimitto. Vulgo capitur pro perdo, nec diſſentientibus tamen autoribus. Ita Cæſar l.1. de bello Gall. *Nocte intermiſſa.* i e. quæ inter- **Inter-**
cedit. *Hotomanus:* mire dictum, pro noctis interventu. **miſſus.**

In Epid. *Expeditum ex impedito faciam.* Formantur **Expe-**
enim iſta verba, à *pede:* impedimentum ἐμπόδιον, **ditum.**

Ibidem: *Ego iſtuc faciam ſedulo. Ego dico ſedulo.* Id **Sedulo.**
eſt, ἀδόλως, absq; dolo: *ſe* enim eſt μόριον ϛερητικὸν. Igitur *ſedulitas* non eſt idem, quod diligentia, aut aſſiduitas: pro qua toties ponitur.

In Bacchid. *Non ego iſtud facinus mihi, mulier, condu-* **Facinus.**
cibile eſſe arbitror. Eſt quippe facinus ποιητικὸν, à facio. *Cic.* 2. epiſt. 8 Quantum facinus feceris. *Eidem*, facinus pulcherrimum. Poſtea, pro flagitio aut vitio communiter; utpote quod crebrius, aut quo magis propendeamus.

Ibidem: *Navem exemplo ſtatuimus.* Vulgo etiam *ſta-* **Statue-**
tuere eſt, opinari, exiſtimare. Ibi vero proprie, à *ſta-* **re.**
tum. Virg 7. Æn.

----Veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis---- Lucretius lib. 4.
Qui capite ipſe ſuo inſtituit veſtigia retro.

Gloſſ. Statuit, ἵστησι, ὥρισεν, παρέστησε. Quod mihi refricat memoriam illius, de quo Ph. Scherb. *Verbum inquit,* τιθέναι *proprie eſt eorum qui calculis rationes putant: ut & nomen ſyllogiſmi: & Latine etiam ex Plinii epiſtolis* **Τιθέναι**
dicimus, ponere calculos. Sed id quod ponit, non probat. Aliud eſt ponere: aliud ponere calculos: & ſic τιθέναι. Nam licet utantur illi, qui calculis rationes putant: non tamen ideo eorum ſit proprium; cum & alii æque utantur. Gloſs. ſimpliciter notat: τίθημι, loco, pono.

E Ibidem:

Mactare. Ibidem: *Macto ego illum infortuito.* Id est, magis quasi cumulo aut obruo. Est enim *macto*, quasi *magis augeo*: mactus, magis auctus. *Cicero:* mactant honorib.

Obedire. Ibidem: *Desinebat esse dicto obediens.* Ita dicimus: *Dicto audiens.* Est *obedio*, ab audio. Et dicta seu voces proprie audimus. Idq; ob sonum, qui τὸ ὑλικὸν vocis.

Affatim Ibidem: *Affatim est*, inquit Philoxenus; ubi jam satis verborum factum erat. Nam à *fatum* est. Id est, abunde; à multiloquentia: quomodo *bifariam, trifariam* dicitur, διφάτως, τριφάτως.

Accuratum. Ibidem: *Quod in se fuit accuratum habuit*: id est, probe curatum, ἐπιμελὲς: ab ad & curo.

Territo Ibidem: *Quid illum morte territas?* Terror est metus concutiens ac validus: & quidem ex origine Græca & Hebr. Bene ergo ad mortem; quæ maximè formidabilis. *Aristot.* l. 3. ethic. ad Nicom. mors est φοβερῶν φοβερώτατον.

Exigo. Ibidem: *Hodie exigam aurum hoc.* Exigo, ἐξάγω: ab ago: *Ex* innuit motum de loco. Ita in Mercat. *Viro sit causa; exigitur matrimonio.* Terent. Prolog. Hecyr. *partim sum earum exactus, partim vix steti.* Ubi *exigi* & *stare* belle opponuntur. Prudent. in Symmach.

Et quibus exactas placeat servare tenebras

Cogere. Id est, expulsas aut ademtas. Pariter ut *exigo*: ita *cogo* accipitur pro *cum* aut *simul ago*. Plaut. Mil. Glor. Glor. *Ut sibi latrones cogerem & conscriberem.* Virgil. 1. Georg.

Cogitare. - - - - quid cogitet humidus auster, id est, moliatur aut in unum quasi agitet.

Prudentius Hamartig.

Condidit ipse hominem, lutulenta & membra coegit.

Nequior. Mostel. *Nequior jam factus est usus ædium*: Ut & Pseud. *Athenis te si nemo nequior.* A *ne* & *æquum*, quod est, ubi omnia plana, nihil prominens aut exstans: & ex eo *æquor* ita appellatum.

Atramentũ. Ibid: *Una opera ebur atramento candefacere postules.* Recte atramentũ opponitur ebori. Ut à calceatum calceamentum; à nugatum nugamentum: à munitũ munimentũ: ita ab atratum atramentum, i.e. quidquid atro colore imbuit aut tingit.

Ibi-

Ibidem: *Nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ:* ſtabulum, ubi quid ſtet aut conſiſtat. Gloſſ. quidem exponit per ὑποστάσιον, ὁροστάσιον πανδοχεῖον. Sed multo latius patet. Ut enim à *latitum* ſupino exoleto (unde *latito* uſitatum) latibulum: ſic à ſtatum ſtabulum. *ſtabulum.*

Ibidem: *Scies impoſuiſſe in undam.* Et in Mercat. *parata navi imponit.* Populariter *imponere* eſt decipere: vel non ponere: ut IN ſit ἀρνητικὸν: quale etiam *de* in *decipio*. Gloſſ. *imponit* ἐπιτίθησιν. Impoſitum ἐπιτεθέν. *Imponere.*

Ibidem: *Scelus factum eſt jamdiu antiquum & vetus.* Vetus ſiquidem majus ſive efficacius, à βυετὴς: quaſi multorum annorum. *Vetus.*

Ibidem: *Nihil ego formido, pax mihi eſt cum mortuis.* Formido à formis, de quibus inibi ſermocinantur J.C. Scal. Exerc. 312. à formis, i. e. ſpectris. *Formido.*

Ibidem: *Mane caſtigabit eos bubulis exuviis:* ab *exuendo*. Exuviæ enim ſunt quæcunq; exuuntur aut detrahuntur, non tantum veſtes ſive ſpolia. Bubulas exuvias vocat in Aſinar. act. 1. ſc. 1. κατὰ συνεκδοχὴν *mortuos boves*: totum pro parte, i. e. corio diſſecto & contorto, ſive flagello. Similiter & *anguilla* capitur, item *Scorpius*, σκορπίος. Iſidor. l. 5. orig. c. 27. *anguilla* eſt, qua coërcentur in ſcholis pueri. Pl. l. 9. c. 23. Tergus contra anguillis craſſius, eoque verberari ſolitos, tradit Verrius σκορπίος, Latine etiam *Scorpio* eſt idem, quod flagellum ex hamulis quibusdam & cuſpidibus complexum, forma aculei in cauda Scorpii, aut quod ſic pungat ut Scorpius. In tormentis *Scorpionem* Cretas inveniſſe, iterum ſcribit Plin. l. 7. c. 56. In ſacris quoque invenitur. 1. Reg. c. 12. ὁ πατήρ μου ἐπαίδευσεν ὑμᾶς μάστιξι, καὶ ἐγὼ παιδεύσω ὑμᾶς ἐν σκορπίοις. Hebr. eſt בְּעַקְרַבִּים Vetus verſio poſuit, *Scorpionibus*, Tremel. & Jun. ut explicaret, *flagellis aculeatis*. עַקְרָב, *akraf*, eſt Scorpius: & fit ab עָקַר *akar*, quod extirpandi, evellendi, item enervandi, τοῦ νευροκοπεῖν ſignificatum habet. Sed & *Scorpio* eſt, quo in bello utuntur. Macbæor. l. 1. c. 6. σκορπίδια εἰς τὸ βάλλεσθαι βέλη: Scorpios admittendas ſagittas; vel ut *Tremel. & Jun.* ſcorpiones ad injicienda tela,

Exuviæ *Mortui boves.* *Anguilla.* *Scorpio* *Scorpio in bello*

tela. *Tertull. adverſ. Gnoſt.* Bellicam machinam, & retractu tela vegetantem de *Scorpio* nominant. Id ſpiculum & fiſtula eſt patula tenuitate in vulnus, & virus, qua figit, effundit. Hunc ſequitur *Iſidor. l. 8. orig. c. 8.* Scorpio eſt ſagitta venenata, arcu vel tormentis excuſſa; quæ, dum ad hominem venerit, virus qua figit (ita enim legendum, non *quod*) infundit. *Veget. l. 4. c. 22. ſcorpiones* dicebantur, quas nunc manuballiſtas vocant; ideo ſic appellati, quod paruis ſubtilibusq; ſpiculis inferant mortem. Ejusdem meminit etiam Amm. Marcell. l. 23. Hadr. Turneb. l. 18. Adverſ. cap. 1. Lipſ. l. 3. polior. dial. 4. Sed nos ne obliviſcamur noſtri Comici. Is ergo, ibidem: *Mane atq; aſſiſte illico.* Et: *illico intra limen adſtate.* In Mercat. *Sumq; index illico* Illico, i. e. *in loco.* Ideo recte L. geminatur.

Illico.

Defendere.

Ibidem: *Maximam qui his injuriam foribus defendat.* In Mercat. *Ni oculos lacrimæ defendant.* Defendo proprie eſt arceo, averto. Scut & *Cicero*: defendere pericula civium. *Idem*, defendit ſolis ardores.

Nupta.

In Menæch: *viro me malo male nuptam.* Fœminarum eſt *nubere* aut *nubi* olim enim facies ſponſæ velabatur. *Suetonius in Jul. Cæſare:* quæ C. Marcello nupta erat. Prudent. Apotheos.

Nubere

Orbe repentinis caput obnubente tenebris.

Id eſt, tegente operiente. Nubere enim *ἰδίως* eſt operire, velare.

Deſiſto, Deſtituo.

Ibidem: *Quid ille abs te iratus deſtitit?* A præpoſitione *DE*, quæ notat plurimum ſeparationem: ſicut & in *deſtituo:* quod poſt ibid. *Quid illã iratã abs te deſtituis?*

Oſcitatio.

Ibidem: *ut pandiculans oſcitatur.* Oſcitatio eſt *oris citatio* ſeu diductio: poſtea quia indicium ignaviæ & pigritiæ, pro eadem quoq; uſurpatur. Gloſs. oſcitatur χασμᾶται.

Percipere.

Ibidem: *prius quam percipit inſania*, id eſt, penitus capit, aut occupat. Per eſt αὐξητικὸν: ut in *pertento, perficio, perſono.* Terent. Eun. Neque urbis odium me unquam *percipit.*

Stulti-

In Milit. Glor. *Niſi ſupprimis tuum ſtultiloquium.*

Imica-

Digitized by Google

Imitatur Hieron: Stultiloquium & scurrilitas non decent Christianum. Idem in Mercat. *multiloquium*, *pauciloquium*. Nec video, qui una voce facilius vertas μακρολογίαν, πολυλογίαν, μικρολογίαν. Ita etiam Mimus Pub. Syri: Lingua est *multiloquax* mentis indicium malæ. August. *soliloquium* ἀναλόγως dixit. Tertull. de Resurr. carnis, *Spurciloquium*. Et Isidoro Hisp. μακρολογία est *longiloquium* & ἐλφρανς *circumloquium*: ἀλληγορία alieniloquium: l. 1. orig. c. 36. Et Lips. *minutiloquium* Stoic. Philos. diss. 4.

Loquium. Multiloquium. Pauciloquium. Soliloquium.

In Mercat. *Jam plenus ætatis, animaq; fœtida.* Ut in Asinar. *dic amabo, an fœtet anima uxoris tuæ*, id est, flatus, sive halitus, qui proprie est *anima*, consensu omnium autorum.

Anima.

Sed quo tandem labor? qui finis, si omnia loca, ubi proprie loquitur, huc conscribam? Sunt enim innumera: & vel istius nomine majoris fieri debebat. At, *inquiunt*, stilus Plauti, ut proprius sit, elegans non est, nec satis idoneus. Quî hoc sciunt? Latinus de lingua sua: Protogenes aliquis judicet de Apellæis lineis. Vere J. C. Scal. in Hyperc. *Plautinæ dictionis genus non est nostrum emendare, qui illi sane barbari sumus; aut si Latini, Latini profecto illius beneficio.* Et in Teretisma:

- - - - tibi nomina Plautus
Det, det verba habeas, coluit quæ sancta vetustas.

Agell. l. 7. c. 17. *Plautus homo linguæ atq; elegantiæ in verbis Latinæ princeps.* Varro Parmen. apud Non. *In argumentis Cæcilius poscit palmam: in Ethesi Terentius: in sermonibus Plautus.* His & multis aliis, quæ post Dousam Taubman. etiam collegit in editione Plautina, credamus potius, an aliis qui non Latini? *Ajunt*: è priscis tamen uni atque alteri displicuit Plautus. Quid tum autem?

- - - - - - - - - - ὐδὲ γδ ὁ Ζεὺς
οὔθ' ὕων πάντας ἀνδάνει ὔτ' ἀνέχων.

Et quis, vel olim vel hodieque etiam optimus & doctissimus omne tulit punctum? Quem non carpsit aliquis

Nec Cicero omnibus placuit. aliquis Zoilus? Ipsum Ciceronem & suorum homines temporum incessere audebant, ut tumidiorem, & Asianum & redundantem, & in repetitionibus nimium, & in salibus aliquando frigidum, & compositione fractum, exultantem, ac pœne, quod procul absit, viro molliorem: teste Quinctil. l. 12. c. 10. Sed & obscœniora verba exprobrant comico, proptereaque è repub. literaria exulare jubent. Si ita: una & Terent. & Virg. & Ovid. & Horat. & alii, immo ipsæ etiam sacræ literæ exeant necesse est. Verum

Utinam ne in nemore Edeno, obscœnitatibus
Infectum ab imo, humanum cecidisset genus!

Utinam ne animus noster à natura tam proclivis ad mala, quam imber quando pluit! Utinam vita hominum peregre ac domi non plena sit omni obscœnitatum colluvie! Nam libri illi quid aliud, quam speculum animi & vitæ nostræ? Mala atque turpia memorant, ut fugias, non ut imiteris. In hanc mentem plurima à. J. C. Scal. Camerar. Taubm. Mart. Haineccio, aliis, eleganter & graviter disputata sunt. Quæ si adducam, actum videar agere. Legat, qui volet. Satis mihi sit, digitum ad fontem intendisse.

CAPUT IX.

De antiquis vocibus: & item Græcis, quæ insperguntur Latinis.

ILlud pæne omissum: etiam antiquitatem immane quantum objiciunt Plauto, putantque juniores maculari, si adeant theatrum, ubi tot exoleta, prisca, vix Oedipo intelligenda. Simile est, quod toties Aristoteli occurrunt: Uti enim stilo nimium brevi, perplexo, ad hæc nostra secula minus accommodato. Atque culpa inde vel Comico vel Philosopho? Hic Græce: ille Latine: uterque optime: uterque suo seculo scripsit, & à suis intellectus est. Jam quid illi possunt, si nobis barbaris & peregrinis non omnia

Digitized by Google

omnia obvia? Quur non Græce & Latine diſcimus, ut intelligamus? Sint tamen nonnulla in Plauto nimis ſetuſta, ut opinantur, ideoque nec intelligenda, nec ferenda. Anne propterea totum abjicias? Minime gentium. Quanquam

Armat ſpina roſas mella tegunt apes:

tamen nec mel ob exigua illa incommoda ſegnius curamus. Sed & aliud eſt quod reſpondeam, ſi iſto nondum ſatiaris: Plauti antiquitatem, quam prætendunt, & obſcuritatem, opera doctiſs. virorum ita ſublatam eſſe, ut fere totus, etiam in tironibus intelligatur: ut, qui veluti mortuus erat, & denſiſſima caligine ſepultus, jam redivivus quaſi ſurgat & niteat, non aliter, quam ubi

------- nitet diffuſo lumine cœlum.

Quod ſi vero obſtinatius me urges: Plautum oportere negligi, ob priſca aliquot vocabula: at quid ſimilibus item feceris? Ergo neque legentur Latina Biblia, ut antiqua, ita vulgo Hieronymo adſcripta: neque Latini alii, nominatim illi, qui Bibliorum interpretes, ſacra nobis ſcripta reliquere. Nam paulo antiquiora, nec omnibus æque intelligenda, non raro afferunt. E variis exempla dare libitum. Ambroſ. libr. de benedict. Patriarch. c. 4. id, quod Geneſ. 49. Interpretib. *Anaboladium*
LXXII. eſt περιβολὴ, *anaboladium legit: Et ſanguinem uvæ anaboladium ſuum.*

1. Sam. 9. Panis defecit in *Sitarciis* noſtris. Ubi Tremell. & Jun. ita: Panis defecit ex inſtrumentis noſtris. *Ciſtartiis*, aut etiam *Siſtartiis*, quod minus Latinum, alicubi viſitur, non niſi ab ἀμαθῶ inſultum. At, *Sitarcia*, eſt ap. Iſid. Hiſp. l. 20. orig. c. 9. *Sitarcia.*

Amplius 1. Sam. 26. ubi David è tentorio Sauli haſtam & φακὸς ὕδατος abſtulit, vetus translatio, quam citat Lucifer Caralitanus. l. 1. pro Athanaſio, *lentem aquæ*, reddidit. Et ſic *lenticula* exſtat ap. Hieron. in Habak. c. 3. ap. Iſid. l. 20. c. 7. *Lens. lenticula.*

Daniel 3. καὶ τὰ σαράβαρα αὐτῶν οὐκ ἠλλοιώθη:

Saraballa. Etiam *Saraballa* eorum non fuisset immutata. Neque aliter Theodot. & Aquila. Publius: ut quid ergo in ventre tuo Parthi *Sarabara* suspenderunt?

Celte. Jobi 19. Quis mihi det, ut exarentur in libro, stilo ferreo, & plumbi lamina, vel *celte* sculpantur in silice. Et in pervetusta ac facetissima Sertii parasiti, apud Salonem Dalmatiæ inscriptione, hæc inter alia habentur: Quam ægre veritas adhuc se mecum conciliat. Nam neque hic atramentum, vel papyrus, membrana ulla adhuc, se malleolo & *celte* literatus silex.

Pastophoria. Lib. 1. Macabæor. 4. Et dedicaverunt portas & *pastophoria* & imposuerunt eis januas.

Viria. *Tertull. de Pallio* utique sicut vestigia cæstuum *viria* occupavit. *Et Ambros. lib. de Abraham Patriarch. c. 9.* Has inaures habebat, quæ non gravarent aures: has *virias.* Hujus diminutum est *viriola*, quod in Pande-

Viriola ctis etiam reperitur. In Gloss. *Viriola*, ψελλια, ποικίλια, ψέλια

Baxea. *Tertull:* si Philosophus in purpura, quur non & in *baxea* Tyria calciare, nisi aurum minime Græcatos decet. *Ita Apulej. l. 7. de asin.* palmeis *baxeis* indutum.

Arnob. l. 7. Quid sibi hæc volunt, *apexabo, isicia, silicernium, longavo?*

Metaxa. Ap. Justinian. l. 8. c. de pig. & hypoth. habetur vox *metaxarii.* Sicut *Metaxa* est ap. Martian. l. 39. D. de pig. Victruv. l. 7. c. 3. Gloss. *metaxa*, σηρικ.

Hama. *Hama* usurpatur à Catone de Re rust. c. 135. *Hama, urna olearia, urcei aquarii.* Plin. l. 10. epist. 42. Et alioqui nullus usquam in publico sipo, nulla *hama*, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. Paulus c. 3. D. de off. præf. vig. Sciendum est, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere & coerrare calciatum cum *hamis* & dolabris. Item Ulpian. c. 12. D. de fund. instit. Sic in Augustin. occurrunt, *Framea*, *Cyniphes*, *Subscudines, epiri:* in Hieron. *psiathium, lebitonarium theristrum:* in Isidor. *galnapis, periscelides, sculponea culpa:* in Prud. *mastruca.* Atq; omnia

omnia quis mihi tandem percenſeat? Nemo igitur tam inepte erret, ſolins Plauti comœdias abundare vocibus aliquot priſcis: cum eædem in aliis etiam autoribus paſſim emineant, ut modo dixi: & talibus ultra centum paginas implere ocius poſſim. Dum vero hæc ita diſſero: nemo putet, me antiquariis frigidam ſuffundere aut patrocinari velle, qui ex quovis angulo & arcula undique caſea, abolita & velut intermortua vo- *Exoleta*
cabula conquirunt, ſine judicio, ſine neceſſitate con- *omit-*
ſarcinant, & ſic lepidi, ac præ aliis ſapientes videri cu- *tantur.*
piunt. Non ita ego. Alia mihi mens. Alius mihi riſit Apollo. Ciceronis ſententia, etiam mea eſt. *Non utendum verbis iis, quibus jam conſuetudo noſtra non utitur: niſi quando ornandi cauſa, parce.* Nempe inſaniunt, qui ab omni uſu remoris temere utuntur, quæ nec ipſi ſatis intelligunt: nec alii. Quod etiam pluribus in locis monuit Caſaub. At (*dicit antiquarius*) eruditiores Philologi intelligunt? Non negaverim. Sunt n. omnia vel è Græco, vel alio idiomate: & illis opus eſt cognitione omnium, quæ in Latio, vel antiquiſſimorum, ad perfectionem Latinæ linguæ. Sed illi pauciores. Alii plerique, & rectiſſimè quidem, alio cogitationes & operas ſuas conferunt, nec niſi perſpicuitate & elegantia ſermonis delectantur. Illud Ariſtot. oraculorum eſto: *ταῖς μὲν ὀνομασίαις τὰ πράγματα προσαγορευτέον, καθάπερ οἱ πολλοί.* Ergo, *inquis*, plane omnia antiquata conculcemus? Velim, mitius agamus & omnia ſuo loco relinquamus: ſi nimia, ſi ab uſu remota, ſi præter neceſſitatem, ſi alia in promtu communia ejuſdem ſignificatus. Ita non eſt, quur *Toper* malis, pro *celeriter*, ut ſolent. Hæc enim pro re ſignatiſſima vox, etiam *Celeri-*
quatuor iſtis ſyllabis, quæ ſingulæ breves & quaſi cur- *ter.*
rere videntur aut motum illum deſignare. Quur *arua arua* ponas pro *aruum? Præmetia* pro *primitia? Præme-* *Præme-*
tia vero rectum, à præmetendo, in Feſto. Ne facile u- *tia.*
ſurpetur *Amtruare* pro circum currere ſe movere. *Nenum* pro Non. *Uls* pro ultra. *Gnarures* pro gnari: *gnarurare* pro *γνωρίζειν*. *Bovinator* pro tergiverſator aut

deceptor. *Grandiri*, pro augeri vel majus incrementum capere. *Pavire* παίειν aut percutere. *Reciperare* pro recuperare. *Parvissimus* pro minimus: quanquam Istud exstat in Lucretio, Varrone, Festo, item in Novellis Constit. *Voces illæ rariores & priscæ, mihi crede eloquentiam non faciunt: & quanquam lectionis aut doctrinæ aliquod specimen præferunt: tamen jure hanc κακοζηλίαν damnat & appellat Augustus*, inquit ille in Epist. Ita non est, quur sequaris Baptistam Pium Mantuanum, qui scripsit: *Pegasus qui me tollutim successit apud Campanæ pelvis Copam erit: inde petito, phoretrumq; ex eo tempore præcidito.* Sed enim quædam omnino antiqua tantum abest, ut omittamus, ut ab aliis omissa, cum Eruditis jure quodam restituamus: si medico, si in tempore usurpata; si meliora tritis, si res ipsæ necessario urgeant. Talia sunt, opinione quorundam, obsoleta. *Duellum*) Quo Horat. utitur: Et post hunc Prudent Psychomach.

1. Lipsius.

Quæ Antiqua toleranda.

Prima petit campum dubia sub sorte duelli.

Collutulare) Plaut. Trinum: Act.3. sc.2. Et me collutulet, si sine dote duxerit.

Vespillo) Martialis Eph. 2.

Qui fuerat medicus, nunc est Vespillo - - -

Festus: *Vespillones* dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt: quia vespertino tempore eos efferunt.

Pollinctor) apud veteres νεκροθάπτης, qui ungebat demortuos, in Plauto & aliis.

Fuat) Virgil. Tros Rutulusve fuat. Terent. Hecyr. Fors fuat.

Volupe) Terentius Phorm. Venire salvum volup est.

Satias) pro sacietas. Terent. Eunuch. Act. 5. s. 6. Ubi satias cœpit fieri, commuto locum. Lucretius l.5.

- - - - atq; juvabant Cum satiate cibi: & alibi.

Eodem quoque Liv. Sallust. 3. Histor. Solin. c. 21. & 25. & alii ita utuntur.

Protelum) Plinius, protela boum, id est, tractus boum.

Et

Digitized by Google

Et quasi pro telo stimulatur fulgure fulgur. Lucret. lib. 4.

Terent. Phorm. Act. 1. sc. 4. *Ne te iratus suis sævidicis dictis protelet.* Sic omnino legendum asserit Gifan. ex veteri cod. in Indice Lucretii.

Revenire) Cic. de Orat. cum miles domum revenisset. Plaut. amph. victores victus hostibus reveniunt domum. Prudent. apoth.

---- veniam quibus ille revenit
calcata de morte viis ----

Augmen) ut à notum nomen; à motum momen : sic ab auctum augmen. Lucr. lib. 1.

Augmine vel grandi, vel parvo ----

Acersecomes) ἀκερσεκόμης, intonsus. Juvenalis sat. 8.

---- ---- si nemo tribunal
Vendit acersecomes ---- ----

Coniscare) aut rectius *conissare*, quia hoc ἀναλόγως & respectu Græci dicitur.

Lucretius lib. 2. Et satiati agni ludunt, blandeque conissant, Id est, in pulvere luctantur. Imitatus est Georg. Buchan. Ps. 69.

Gratius hoc illi, quàm si cadat hostia ad aram.
Vitulus tenellus jam conissans cornibus,

Potis) Virgil. sub finem 9. Æn.

Ille quidem, hoc cupiens, potis est ----

Silimiter *affamen* ap. Juvenal. *illex* ap. Plaut. Asin. 1. 3. *obrussa* ap. Cicer. & similia. Quibus si meliora dantur ex ordine magis usitatorum, præsertim ubi versus ita postulat, illico ille omnia uno impetu jugulabimus. Sin minus : quidni usurpes? Sed, cum Cicerone, *parcè* & pro tempore. Audi quid noster Quinctil. lib. 1. inst. Orat. cap. 10. *Verba à vetustate repetita, non solùm magnos assertores habent, sed etiam afferunt orationi majestatem aliquam, non sine & delectatione. Nam & autoritatem habent, & quia intermissa sunt, gratiam novitati similem parant. Sed opus est modo, ut neq; crebra sint hæc, nec manifesta : quia nihil* *Quali antiqua quodammodo usurpanda.*

nihil est odiosius affectatione: nec utiq; ab ultimis & jam obliteratis repetita temporibus. Hæc ille.

De Græcis inter Latina. De Græcis, an & ubi Latinis inseri conveniat. Distinguendum verò priùs inter *sententias* autorum integras, itemque *versus:* & inter *verba.* Sententiæ, ut & versus, nec non phrases, si aliqua efficacia, venustas, & elegantia insit, prout autores ipsi usi sunt, Latino contextui inspergantur: sed cum modo & judicio; ne confusio, aut etiam tædium inde existat. Et quamvis Græca in Latinum verti soleant, nec immodè possint circuitu ac peraphrasi: sæpè tamen ipsissima autorum verba audire juvat, cùm ut plurimum Latinis nervosiora sint. Sic illud Isocraticum gratius accidit: ἐὰν ἦς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής: quàm Latinè versum. Quæ causa est etiam, quòd verba singula, non nominato autore, adhiberi debent; sed iterum modicè, nec ubique aut in quavis sermonis forma. Debent inquam: ubi Latinis meliora sunt; id est, manifestiora & σημαντικώτερα, hoc est, magis sive propiùs significant. Ita clariora & ἐμφατικώτερα sunt: ἐντελέχεια, quàm actus: νεκύσια, quàm parentalia: πρωτοπολῖται, quàm proceres, vel primores vel optimates: πανδοχεῖον, quàm diversorium: εὔφορον, quàm fertile seu fructuosum: ἀντεραστής, quàm rivalis: παῤῥησία, quàm libertas, sive audacia, ut quidam vertunt: πολύτροπος quàm varius: ἰσχυρογνώμων, quàm pertinax: ἰδιοσοφός, quàm sibi sapiens: χθονοπαθής, quàm terrestris aut depressus. Sæpissime etiam, ubi res breviter una aliqua voce exprimenda venit, Latini eam non habent, propterea que Græcis supplicare malunt, quàm barbaras & inelegantes admiscere. Huc pertinent illa Quinct. l, 12. cap. 10. *Res plurimæ carent appellationibus, ut eas necesse sit transferre aut circumire, etiam in his quæ denominata sunt: summa paupertas in eadem nos frequentissimè revolvit: at ille* (Græcis) *non verborum modò, sed linguarum etiam inter se differentium copia est.* Hæc ille. Verbi causa: ista à Latinis unâ voce reddi commodè nequeunt.

Græca Latinis sæpe meliora

Ἀντοικοι) Id est, qui domos nobis adversas sive obversas

verſas inhabitant: alias dicti *antipodes*. Gloſſ. Latinè *adverſipedes*.

Σκιατραφὴς) in umbra educatus, in loco umbratili. Plautinum, Truc. 2. 7. *umbraticola*, quodammodo reſpondet.

Ἀφθαρσία) immunitas à corruptione. Tertull. eſt *incorruptela* l. 5. contra Marcionem.

Ταλαιπωρὸς) quaſi ὁ τλάων τ̀ πῶρον, qui ſuffert luctuoſam miſeriam, ærumnoſus. Tertull. l. 4. contra Marc. συνταλαίπωρον vocat *Commiſeronem*.

Ἰδιογνώμων) qui propriam fovet ſententiam. Germ. eigenſinnig probè reſpondet. Sicut etiam aliâs lingua Germanorum Græcæ ſimilis eſt.

Θαυμασταὶ) qui admirantur. Tertull. de præſcript. adverſ. hæret. audet dicere, *Miriones*.

Ἀνόητοι) inſipientes, aut fatui: à νοῦς, νοέω. Lactant. l. 5. c.14. vertit *excordes*, qui non ſentiunt.

Σκληροκαρδία durities, aut repugnantia cordis. Tertullianus fidenter dixit, *duricordia*: ut miſericordia.

Ἰσόχρονος) tempore æqualis: quibusdam *contemporaneus*, ſed abſque autoritate. Tertulliano *contemporalis*.

Φιλοορισία) ap. Galen. i. e. nimium definiendi ſtudium aut ſuperſtitio quorundam, ut etiam olera ementes definiant.

Καχέκτης) habitu vitioſo præditus.

Ἀποθέωσις) in numerum Deorum relatio: novè *deificatio*.

Εὐημέρημα) bonus ſeu felix diei ſucceſſus.

Ἀπολιτικώτατος) à civilibus alieniſſimus ſive moribus ſive gubernatione.

Εὐτυχία) bona vel ſecunda fortuna. Ejus verò ἀντικείμενον, nempe δυστυχία, nec non ἀτυχία, commode exponitur per *infortunium*, ap. Terent.

Λειτουργία) nonnullis eſt *ſacrificium*: contra vocis originem. Aliis *miniſterium*: aliis *officium*. Sed neutrum ſatisfacit. Cum enim λειτὸν ſit publicum, λειτουργία erit miniſterium aut munus publicum: vel, ut

Camerar.

Camerar. vertit, præcipuum quoddam ministerii munus in populo.

Δωροφάγος) qui donis capitur & quasi pascitur: ὁ δῶρα λαβὼν, ut LXXII. interpr. Ps. 15. vertunt. Quidam ausint ponere *donivorus*. Quod Græco quidem respondet: sed apud neminem classicorum invenitur. Interim σαρκοφάγος, Plinio est *carnivorus*.

Ἀναμάρτητος) qui est absque peccato. Tertull. *delicti immunis*, l. 2. contra Marc. Agell. l. 17. c. 19. est *impeccabilis*. Quomodo & Hieron procem. 4. comm. in Jerem. *impeccantiam* dicere ausus est.

Προξενητὴς) à ξένος. Aliquibus est pararius. Gloss. προξενητὴς, conciliator, *proxeneta*. Glossæ Isidori: *proxeneta*, homo præcurrens quodcumque negotium. *Proxeneta*, quasi inter emtorem & venditorem, vel anteambulo. Verum satius fuerit Græcum admittere in Latium, *Proxeneta*: quo utitur ipse etiam Mart. l. 10.

Ἀποκαραδοκία) expectatio solicita, & quasi exserto capite.

Ἀχαριστία) ingrati animi crimen: quamvis *ingratitudo*, non ab omnibus respuatur, cum nec analogia desit.

Πολυγραφώτατος) multa plurima scribens: aliquibus, *lucubratissimus*: quod etsi forte toleretur: aliud tamen est multa scribere, aliud *lucubrari*, id est, λυχνοβίζειν.

Ἀδύνατον) ita Cic. prima Epist. ad Attic. Vulgo *impossibile*: quod exstat etiam apud Quinct. l. 5. Inst. c. 10. Justin. l. 2. Tertull. de Bapt. Minut. Felic. in Octavio: etiam ap. JCtos. Labeo tamen & Julianus hanc vocem fugerunt & Græce ἀδύνατον dixerunt. Et vero si veterum Latinor. elegantiam juxtaque ἀναλογίαν metiamur: τὸ *impossibile* vix usurpabitur: nisi docendi causa: uti J. Scal. in l. 1. Manilii, ac pro re Philosophi & Theol. faciunt.

Ἀγραυλεῖν) ab ἀγρὸς & αὐλίω, quod ita etymi causa ponitur: cum aliis αὐλίζομαι Græci admittant. Lucæ 2. 8. exstat ἀγραυλεῖν. Ambros. vetus interpres, Erasmus

Iatius vertunt *vigilare.* Alii *prrnoctare.* Neutrum Græco ſatisfacit: & *pernoctare* Græcis eſt διανυκτερεύειν, παννυχίζειν, uti etiam Gloſſ. exponit. Boza ἀγραυλεῖν interpretatur *excubare.* At Græcum adhuc ſuperat. Alii circumſcribunt: *ſub diu agere.* Verum etiam nautæ in mari ſub dio agere recte dicuntur. Latinorum *ruſticari* non male attingit: & ſatius videtur, ut τὸ ἀγραυλεῖν explicemus per phraſin *in agro morari* aut *in agro degere.* Quomodo Arabs pro ἀγραυλοῦντες dixit, *paſcentes in agris & vigilantes.* Et Theophraſtus: ἐν ἀγροῖς αὐλιζόμενοι.

Περιφέρεια) *Orbem* dicimus. Etiam *circumferentia* pro Græco exſtitit: quamvis absque autore melioris ſeculi. Tamen ita Scalig. in Ariſtot. hiſt. de animal. l. 1. c. 9. Recentiores *circumferentiam* dicunt, voce admodum ſcita: neque pudeat uti.

Περίττωμα) à περιττόν. Lexicon Græcolat. Cirilli: περιττὸς *ſuperfluus, ſupervacuus:* περίττευμα *abundantia.* Plin. l. 14. c. 1. habet *ſuperfluitatem.* Sed Græco non ſatisfaciat Scal. in Ariſtot. hiſt. anim. c. 1. Περιττώματα *ſuperfluitates* noſtri Barbari ſignatiſſime. At Ciceroniani maluerunt dicere *excrementa:* cum tamen apud illum nulla talis exſtet vox: neque ſane omne ſuperfluum excernitur: idque quod nondum excernitur, ſuperfluum erit, excrementum non erit.

Hæc igitur & infinita alia Latinis interiungi poſſunt: ſed non ubique, aut in qualibet ſermonis forma, ut principio monui. Aliud enim eſt ſcribere proſum, aliud metricum. Aliud eſt oratio: aliud diſſertatio: aliud hiſtoria: aliud commentarius ſive explicatio aut interpretatio: aliud Theſes, ut hodie vocamus: aliud dialogus: aliud denique epiſtola. Et quidem Græcorum definitiones, regulæ, ſententiæ, gnomæ, proverbia aut quomodocunque appellentur, item verſus & phraſes, maxime decent commentarios ac themata, præſertim medica, Philoſophica, Theologa: interdum vero Epiſtolam & Dialogum:

gum: raro hiſtoriam & diſſertationem: rariſſime orationem & carmen. Cauſam jam ante dedimus. Scalig. l. 3. Poet. c. 98. *An vero liceat Græca Latinis interſerere? Sane hoc irridet Horatius. Interpoſuit tamen Juvenalis ſemel atque iterum. Verum ſemel, ubi referebat amantium lenocinia; qui putidula ac Græcula uterentur oratione.*

Verba Græcorum ſimplicia.

At verba (ita enim diſcrevimus) Græcorum ſingula, niſi forſitan alludatur ad nomen aliquod, & niſi res ipſæ neceſſario jubeant, planiſſime è carmine, ut & oratione publice habenda, exemplo Virgil. & Tullii, abſint. In utroque enim cum varietas & copia merito dominetur; non neceſſe eſt, ut res ſingulæ tot etiam ubique voculis exponantur. In *diſſertatione* vero, quæ humilior oratione eſt aut ſedatior, nec congeries illas, figuras & pigmenta rhetorum æque recipit, Græca verba, ſed raro tamen & ubi cauſa probabilis, ponuntur: rarius in hiſtoria, item dialogo, & epiſtola: niſi hæc pro tempore obſcurius exaranda ſit & ad eum, qui impenſe Græcis delectatur. Quod à Cicer. factum novimus in Epiſt. ad Attic. Sed ubi theſes & commentarii ſcribuntur, interpretationes, ἐξηγήσεις, δηλώσεις, Notæ, animadverſiones, & alia hujus generis, inprimis à medicis, philoſophis & theologis; ibi Græca, non tam intercurrunt, quam exuberant. Neque tantum Græca; ſed etiam non raro Hebr. immo etiam quandoque aliarum linguarum vocabula. Ut eſt *compaſſus*, hodiernis Græcis κομπάσσο; vox Italica, pro pyxide nautica: quam Hermolaus Barbarus non recte vocat *vorſoriam* è Plauto, cum ab eo, funis intelligatur, quo velum vertitur. J. Scal. ad Manil. *verſura*, τροπή eſt. *Verſuram* in porticib. dixit Victruv. quam *vorſoriam* Plautus. Trin. 4. 3. Item *Scborbutus*, vox Danica: Straboni & Plinio στομακάκη, *ſtomacace:* Barbaris *ſtomacaxia:* Marcello lib. de Medic. c. 11. *Oſcedo.* Item *Alchymia, Almanach, Almageſte:* quæ conditæ ſunt ex articulo Arabico *AL* & Græcis χυμεία, μαναχός, μεγίστη. Et quidem ſine non alio, quam ut eo commodius rerum cognitioni inſerviatur. Ea propter Platoni ὄνομα eſt

eſt ὄργανον διδασκαλικὸν καὶ διακριτικὸν, id eſt, iſtrumentum quo docemus & dijudicamus. Et veteres dixere: δεῖ γὰρ πρῶτον τὸ τῆς φωνῆς σημαινόμενον ἐξετάζειν εἰς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν, hoc eſt, primum oportet vocis ſignificatum inquirere, ad recte aliquid docendum.

CAPUT X.

An omnia uſurpanda, quæ in Cicerone, quæ in cæteris, nec præterea quidquam.

MAgnum opus, imitari Ciceronem. Quod eſt, non ſublegere verba è Nizolio & in unam periodum ſolicite concludere. Majoris operæ eſt, nec unius dieculæ. Ipſum legas, nec ſemel, nec frigide: ſed cum cura quadam & perpetuitate. Verba, phraſes, ordinem, periodos, harum initia, media, fines, connexiones, tranſitiones: item inventionem rerum ac diſpoſitionem, & totam denique orationis compoſitionem perpendas, inque ſuccum tuum & ſanguinem quaſi convertas, ut inde aliquid ſimile efficias. Hoc eſt, niſi fallor, imitari. Quando autem nomina, quibus opus, neque Tullius, neque alii ſufficiunt: quid facias? Ne hæreas in illa hæreſi, quæ magnos olim viros decepit, quibus perſuaſum, nefas eſſe vocem aut phraſin admittere non Ciceronianam. Inter eos *Bembus*: qui cum rectius ſcribere poſſet, maluit pravo elegantiæ ſtudio interdum flectere orationem & enervare. Sic propugnaculum ſive agger è terra, eſt illi, *turris terrea.* Fides noſtra, eſt *perſuaſio.* Excommunicatio, *aquæ & ignis interdicti pœna.* Peccata morituro remittere, *deos ſuperos maneſque placare.* Sacræ literæ ſunt illi *antiquæ literæ*: templum, ſæpe *fanum*: peccatum, *animorum contracta labes*: quaſi ſcilicet corpus ſit ἀναμάρτητον. Ita ponit, *Divinæ mentis auram ſuppliciter precari*, pro Spiritum S. orare: quem etiam l. 3. epiſt. 21. vocat

Bembi imitatio.

 auram

auram zephyri cæleſtis: quod vix poetæ indulgeatur. Verba ejus ſunt: *aura zephyri cæleſtis afflati ad veram pœnitentiam revertentes.* Sed hanc ineptam & vere odioſam imitandi rationem Docti jamdudum ſatis exploſerunt, & quæ melior via ſequendi priſcos, quaſi indice digito monſtrarunt. In pauca verba hic conferam. Nempe quæ Ciceronis, quæ Virgilii ſunt, quæ reliquorum è nobiliore cenſu, diligentiſſime uſurpemus: ſed non omnia, ſed non ſola. Non omnia: quia ætas noſtra, aut res ipſæ minime patiuntur. Talia ſunt: *dicere ad clepſidram* (niſi præfatiuncula mollias *deſcendere de roſtris: curiam in roſtris defendere; patres conſcripti*, pro ſenatu opiduli: *depontanus*, pro ſene: *cineres* pro cadavere: *buſtum* pro ſepulcro apud nos: *mehercle, mecaſtor, edepol, pol*, pro certe, næ, profectò. Quia iſta omnia nos penes amplius non ſunt: qua cauſa repetam voces, quæ talium notæ? *Auguſtin. l. 1. Retractat. c. 1.* Non mihi placet, toties me appellaſſe *Fortunam.* Quamvis non aliquam deam voluerim in hoc nomine intelligi, ſed fortuitum rerum eventum, vel in corporis noſtri, vel in externis bonis aut malis. Unde & illa verba ſunt, quæ nulla religio dicere prohibet *Forte, Forſan, Forſitan, Fortaſſe, Fortuito.* Qod tamen totum ad divinam revocandum eſt providentiam. Hoc etiam ibi non tacui, dicens: Etenim *fortaſſe*, quæ vulo *Fortuna* nominatur, occulto quodam ordine regitur, nihilque aliud in rebus *caſum* vocamus; niſi cujus ratio & cauſa ſecreta eſt. Dixi quidem hoc: verum tamen pœnitet, me ſic illic nominaſſe *fortunam*, cum videam homines habere in peſſima conſuetudine & ubi dici debet: *Hoc Deus voluit*, dicere: *Hoc voluit fortuna.* Hæc Auguſt. Ita Sebaſt. Caſtalio illud, Pſal. 122. vertit: *In domum Domini ibimus cum bonis avibus.* At cum hæc phraſis ab εἰδωλομανία gentium, quam Deus ipſe deteſtatur, genita ſit: viderint *Eruditi*, quomodo divinis odis conveniat. Poetarum *licentia* indulgeri aliquid tale ſoles, ſcio: vix illi,

Non omnia veterum in uſurpanda.

illi, qui interpretem ſacræ paginæ vult agere. Ita etiam perperam à nonnullis nomina Ethnicorum, verius nomina, cum vero DEO confunduntur. Ut: *Dii immortales*, *dii ſuperi*, *dii cœlites*, pro ſancta Trinitate. *Jovis*, *Jupiter*, *Dieſpiter*, *Apollo*, pro Deo. Quanquam *Jovis* forte tolerandum videtur, quando venit è *Jovah* Judæorum. *Prudent.* tamen Periſteph. *Jovem* vocat *ſpurcum*.

Et in Symmachum:

Jupiter inceſtus ſpurcavit ------

In eumdem.

Hæ ſunt deliciæ Jovis infernalis ------

Ut igitur *Jovis* vox origine ſua optima: Ita peſſime in gentilitate corrupta fuit, ideoque merito rejicienda: cum etiam *Jehovah* vel *Jovah* illius loco nobis ſit. J. C. Scal. l. 6. Poet. c. 4. *Bembus*, inquit, *cum Dominum Jeſum* Heroa *vocat*, *valde me commovit: ſane vox impia & utroque indigna: ne argutetur quiſpiam Heroem è ſemiſſe deum, ex altero ſemiſſe hominem. Non poſſunt monſtrorum figmenta vero Deo noſtro convenire.* Aliter vero res habet: quando magnates & quidquid eminet, dicimus *numen*, *deos*, *divos*. Quippe ductu ſit ſacrarum literarum. Item, quando nominibus artium & aliarum rerum utimur κατ' ἐξοχὴν: præcipue in verſu: Ut *Sophiæ*, *Themiſtos*, *Vacunæ*, *Veneris*: ſane non peccamus. Veteres enim omne, quod in ſuo genere excellebat, id eſt, τὴν ἰδέαν, titulo divinitatis honorabant. Καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα τινα, θεῖος ἀνὴρ, φασὶν, hoc eſt, Sicut Lacones conſueverunt affari, quando aliquem nimis attollunt ſeu mirantur, *divinus vir* eſt, inquiunt. Et quidem non male: Ut nos accipimus hodie. Illa enim omnia divina: hoc eſt, à DEo, ad DEum. Ut *Themis* pro Juridicina: *Hygea* pro medicina: *Minerva*, *Pallas*, *Mnemoſyne* pro artibus humanioribus: *Venus* pro amore & cupidine: *Mars* pro bello: *Aſtræa* pro juſtitia: *Charites* pro favore & gratia: *Ceres*

Pſal. 82. v. 6.

Ariſt. l. 7. Eth. ad Nicomach.

pro frumentis. Neque aliud origenes nominum volunt, quam ea, quæ poſuimus. Ita ap. Plaut. in Bacch. *ſpes*, *virtus*, *dies*, *ſol*, dii nominantur, non niſi κατ' ἐξοχήν. Ita olim *canis*, *felis*, *allium*, *cepa*, *dies*, *nox*, *ignis*, *luna*, *ſtellæ* & innumera id genus alia, quaſi quædam numina à ſuperſtitioſis colebantur. An ideo nomina minus toleremus, cum & res ipſæ ſint nobis, & deſint meliora, quib. appellemus? Ad ſummam: quib. illi abutuntur, nos utimur & porro etiam utamur. Quod ſi aliquis vero gentilium morem, impia levitate, ſectetur: & vel nomina vel etiam numina, quamvis falſo credita, deorum alienorum, amplius cohoneſtet, utique nullo modo admittimus. Tum illud è cœlo oraculum obtinet: Exod. 23, 13. *Nomen deorum alienorum ne recordamini, ne auditor in ore tuo.* Sed manifeſtum hoc. Digredior ad alterum, quod dixeram: Non ſola, quæ Ciceronis & reliquorum ſunt, nobis adhiberi poſſe. Quia res quædam innovantur: quædam novæ, acie humani ingenii excuduntur: an non tanti, ut novis quoque appellationibus gaudeant? Nemo repugnat. Et hinc Theologi, JCti, Medici, Philoſophi, quiſque in ſua arte, peculiarib. fruuntur verbis & loquendi modis. Platoni ſunt λόγοι τεχνικοί: Ariſtot. λόγοι κατ' ἐπιστήμην: Tertull. ſunt *verba legitima*: ut JCtis, *ſolennes verborum formulæ.* Quibus etiam inferiores diſciplinæ abundant, ut ars militaris, equeſtris, architectonica, pictoria, plaſtica, nautica, venatoria, textoria, fabrilis, hortenſis, agricultura, & cæteræ omnes. Ita in Victruvio plurima eminent architectonica: In Vegetio militaria: In Varr. & Columella ruſticana, quæ in Tullii codicibus non reperias. Si ea cauſa reprehendas, iniquus: ſi alia ſubſtituere velis, ineptus ſis. Age, optio tua eſto, elige utrum malis: Aut neſcire, aut noſcere res, quæ Ciceronis ævo non fuerunt noſtro ſunt. Vis neſcire? Omnium ſtultiſſimus es. Vis noſcere? Ne-

Nova nomina neſſe eſt, ut nova recipias vocabula: utpote quibus tanquam rerum ſymbolis, aut organis, ſcientia com-

para

Digitized by Google

paratur. Ejus generis ſunt, *Trinitas*, *Triunus*, *unio hypoſtatica*, *idiomata*, *baptiſmus*, *excommunicare*, *initiator*, *proſelytus*, *æternitatis candidatus*, i. e. pius, ap. Tertull. libr. contra Judæos c. 2. *vaſallus*, *hypotheca*, *reſcriptum*, *ſyrupus*, *electarium*, *bronteum*, *ſclopetum*, *bombarda*, *eliminium*, *improles*, Græce ἄτεκνος: *collactaneus* in Auguſt. item in veteri Gloſs. *conlactaneus*, ὁμογάλακτος, σύντροφος: *commater*, ſicut *compater*, & multa alia. In talibus obſervandum: ut neceſſitas ea facere jubeat; ut analogia exemplo ſit; ut eruditorum autoritas conſentiat. Nam temere pro libitu nova nomina introducere velle in civitatem Romanam, nemini licitum. *Tu Cæſar civitatem dare potes hominibus, verbis non potes;* dicebat M. Pompon. Marcell. ad Tiberium.

CAPUT XI.

De Perſpicuitate ſermonis.

APud Cicer. l. 2. de Divinat. Pacuvian. Amphion,

Quadrupes tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera
Capite brevi, cervice anguina adſpectu truci,
Eviſcerata, inania cum animali ſono,

cum dixiſſet obſcurius; tum Attici reſpondent: Non intelligimus, niſi aperte dixeris. At ille uno verbo, *Teſtudo.* Non potueras hoc igitur à principio cithariſta dicere? Alexarchus Marmon ita ſcripſit aliquando ad Caſſandrenſium imperatores: *Primis gaudere ſolares ovium: novi cum relinquerem divinorum operum victores fatali fortuna confirmatos, Dei fontibus ſe abſtergentes, montanosq́ cuſtodes.* At nebula hæc eſt: non epiſtola. Quis enim facile intelligat? Clare itaque loquamur. *Nobis prima ſit virtus perſpicuitas*, ait Quinct. l. 8. c. 2. Et Ariſtot. lib. de Poet. c. 22. λέξεως δὲ ἀρετὴ σαφῆ καὶ μὴ ταπεινὴν εἶναι, id eſt, ſermonis vero virtus eſt, ut ſit perſpicua & non humilis. Fit autem oratio perſpicua: *ſi aliqua verborum & phraſium copia adhibeatur: ſi voces ut phraſes uſitatæ: ſi ordinatæ & diſtinctæ:*

Quomodo oratio clara fiat.

1. Apta copia. *distincta: si certa & propria sint.* Copia requiritur aliqua pro natura rerum, nunc minor nunc major, immo sæpe exuberans, semper autem sufficiens, ut periodus texatur plena, integra, solida, & ita quod necessarium sit, addatur: ut ita lux intelligentiæ præferatur. Brevitas nimia. Concisa enim brevitas, ubi ellipses meræ sunt, quid nisi tenebras offundit? Horatius in arte poetica:

----- ---- Brevis esse laboro

Obscurus fio ----

Brevitas, inquam, intempestiva, & affectata; ubi plus triplo oportet intelligi, quam legitur. Alias cum illo Doctiss. *Nihil melius brevitate sed si simplex, pro re nata. Nihil pejus brevitate, sed si affectata immo etiam fucata.*

1. Lipsio

2. Usitata verba. *Secundo:* verba sint usitata, hoc est, nec nove pro arbitrio unius alicujus conficta, nec plane exoleta, sed mundioris ævi autoribus familiaria, nec nostris incognita. Quod etiam de phrasibus, quæ è verbis fiunt, intelligatur. Aristot. 6. Top. c. 2. πᾶν ἀσαφὲς τὸ μὴ εἰωθὸς, i. e. omne inusitatum obscurum est. Inusitata. Ibidemque ait Platonem usum esse μὴ κειμένοις ὀνόμασι: dum oculum dixit ἀφρυόσκιον, i. e. *ciliumbrem* aut φαλάγγιον σηψίδακες, id est, *medullam ossigenam.* Jul. Cæs. ap. Agell. *Tanquam scopulum, sic fugias inauditum atque insolens verbum.* Quinct. l. 8. 2. *obscuritas est in verbis ab usu remotis.* Qualis certe in isto epigrammatio, nescio cujus: quod, si ita serium, Doctis merito intolerabile videatur.

Sic est. Nam nenum laciunt uls Manaca; præfest
Andreas: ipsus hortitor ergo cruo -
Dividiam estricem ut genii averruncet & ultro,
Calpar, si pote, Lura insipet omnimodis;
Calpar quod nymphis nenum ebrium, at Argeliarum
Zytho, quod nostra hac vincia dapsiliter.

Degu-

Digitized by Google

Degulat hà frux obgræcare:haut numina porcent,
Prodinit, topper morta modo orta necat.

Tertio, verba ſint ordinata & juſte diſpoſita. Scite Xenophon: ἐδὲν ὕτως ὔτ' εὔχρηστον, ὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις: Ita etiam hic omnia colloces bono vel legentis vel audientis, ut bene, ut cito intelligat. Quomodo autem? *Verba*, ut vocant Grammatici: ne nimio intervallo aut ſequantur, aut antecedant *Nomina*. Neque etiam toties interſpergantur, ut per *parentheſin* ſolet, quæ ad rem minus faciunt, nec è re ſunt, quibuſcum agitur. Adeoque ipſa multitudo tam rerum, quam verborum immoderata procul faceſſat, una aliqua periodo comprehenſa. Hinc enim ἀταξία emergit, & ἀσάφεια conſequenter. Quinct. l. 8. c. 2. *Sermo nec ſic tam longus, ut eum perſequi non poſſit intentio, nec trajectione tam tardus, ut in hyperbaton finis ejus differatur. Quibus adhuc pejor eſt mixtura verborum. Et jam trajectione, qua & oratores & hiſtorici frequenter utuntur, ut medio ſermone aliquem inſerant ſenſum, impediri ſolet intellectus, niſi quod interponitur, breve eſt.* Cic. 1. de Invent. *Conſiderandum erit, ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur: ne quam in aliam rem tranſeatur: ne ab ultimo repetatur: ne ad extremum prodeatur: ne quid, quod ad rem pertineat, prætereatur:* Et Ariſt. 3. Rhet. c. 5. δεῖ δὲ ἕως μέμνηται, ἀνταποδιδόναι ἀλλήλοις, καὶ μήτε μακρὰν ἀπαρτᾶν, μήτε σύνδεσμον πρὸ συνδέσμου ἀποδιδόναι τοῦ ἀναγκαίου, id eſt, oportet vero, quoad memoria patitur, redditionem inſtituere, nec nimis longe extrahere, nec conjunctionem ante conjunctionem reddere neceſſariam. Exemplum hoc ſubjicit idem Philoſophus: *Ego vero, poſtquam mihi dixit, venit enim Cleon, rogansq; & obſecrans profectus ſum, aſſumens eos mecum.* Sic epiſt. 1. l. 7. cujusdam epiſtolographi hæc periodus exſtat: Verũ cum optimam vivendi rationem ſummãq; probitatem, & eximiam mulieris temperantiam tam amplo in Imperio poſitæ, cæterasque ejus præſtantiſſimas

3. Ordinatæ dictiones.

Bembi Periodus longa.

virtutes animo repeteremus, & ſimul hujus vitæ miſerias atque horum temporum incommoda perturbationesque reſpiceremus, in eam ſententiam adducti ſumus, ut bene cum iis actum eſſe ſtatueremus, qui hoc tempore mortem cum vita commutaviſſent. Denumque Opt. Maxim. Annam Reginam ad ſeſe, tanquam de terrarum æſtu & fluctibus in portum, aut tanquam de flebili hoſpitio ad plenam hilaritatis paternam domum, cœlum ipſum beatorumque concilium vocaviſſe, magnopere exiſtimaremus: ubi illa bene actæ vitæ præmia, & cum liberalitatis atque beneficentiæ, quibus duabus virtutibus ſupra mulierum captum enituit, tum vero etiam temperantiæ patientiæque ſuæ ſperatos fructus læta feliciſſimaque perciperet. *Hæc ille.* Sane periodus hæc paulo laxior eſt, præſertim in Epiſtola: & ita etiam minus explicata aut aperta. Ut ergo omnia liquido animis quaſi influant & intelligantur; periodus maximè *bimembris*, & dein *trimembris*, ac *quadrimembris* fiat; aliquando etiam *membra* ſive *cola*, interſint. Eſt iſta quidem ad ſermonem ſimul προφορικὸν καὶ ἔγγραφον pertinent. Quoad προφορικὸν vero, peculiariter notandum, ut vox aptè formetur, & ipſis quaſi rebus, ac notionibus, quæ in animo, attemperetur. Alia enim vox in ſimplici & communi aliqua *narratione* requiritur: alia in *mimeſi*, ubi aliorū dicta vel facta illudente quadam imitatione referimus: alia in *ironia*, ubi loquendo alium ludimus: alia in *interrogatione* & ſic in aliis. Sic Davum peſſimum ac nequiſſimum, cum appellat herus, *virum bonum*; illico ſentit auditor ad irriſionem dictum illud enunciari. Quia ipſa etiam flectitur pronunciatio. Ita aliud eſt, ſi interroges: *Non verum eſt? DEus non vindicat mala?* Si verò ſimpliciter non elevando & quaſi acuendo vocem efferas, invertitur ſenſus: *Non verum eſt. Deus non vindicat mala.* Quando enim interrogando ais: *Non Deus vindicat mala?* idem eſt: *Deus vindicat mala.* Porro dictiones integre & recte efferantur cum omnibus ſuis literis, ut & ſervata quantitate.

Periodi quales.

De pronunciationis modo.

titate. Recte enim: *habeo agrum:* mendoſe, *abeo agrum*, dicitur. Sed & lingua ne præcipitetur, ſed cum mora quadam decenter, quæ jungi oportet, τῇ προφορᾷ jungantur, juſtaque temporis interſtitia ſerventur. Nunc ſuſtineatur ſermo: nunc ſuſpendatur: nunc deponatur. Et quidem *Comma* monet eum ſuſtineri: *Colon* ſuſpendi: *Punctum* deponi. Quorum neglectus, non exiguæ obſcuritatis parens eſt. Ut ſi dicas: *Carmen antelucanum*: pro *carmen ante Lucanum*. Si παιδίος, cum illo ſacerdote Hammonis, erras: ſi disjungas, erit παῖ Διὸς, id eſt, fili Jovis.

Sequitur λόγος ἔγγραφος, id eſt, oratio quæ ſcribitur. Huc quæ cap. 18. pro perſpicuitate notabo, advocentur, & in primis *commata* ſeu *virgulæ, cola, ſemicola & ſtiopercta* ſolicite interponantur. Ubi autem? *Comma, comma* (dicam verbis Lipſii) *ubi minima reſpiratio eſt, & cola ſemicirculo notamus. Semicolon, ubi paulo major, nec ad puncta. Colon tamen accedit, notamusq́; ; quod locum ſæpe habet in contrariis, aut* Disjunctis, *aut varia* Partitione. *Colon autem, ſententia in parte perfecta, ſed etiam creſcente, & ſignamus duo puncta. At Periodi nota eſt punctum, longæ ſive brevis. Nam & breves Periodi ſunt (in epiſtolis creberrime) quaſi membra: & hæc ipſa Punctus ſignet: ſed cum diſcrimine, ut grandiore capitali litera non excipiantur.* Et hæc diſtinguendi ratio faculam allucet orationi univerſæ, ſi quidquam aliud. Propterea etiam Nicanor Hermiæ filius Alexandrinus aliquot libros compoſuit de Punctis. Suidas: περὶ στιγμῆς τῆς καθόλου βιβλία ἕξ, de interpunctione in genere libros ſex, ſcripſiſſe ait, in Νικάνωρ. Contra autem *confuſa tota lectio & intellectio, niſi notæ ſuæ dividant & quaſi manuducant*; inquit ibidem Lipſius. Quod oſtendit vulgaris ille verſiculus:

Diſtin- *Centur. Miſcell. epiſt. 39.*

Janua aperta bono nulli claudatur honeſto.

Ubi una virgula litem dirimit. Ap. Horat. l. 1. oda. 34. ita legitur:

- - - - Namq́; Dieſpiter
Igni coruſco nubila dividens,

Plerumque per purum tonanteis.
Egit equos volucremq; currum.

Ita, inquam, legitur, ut comma voci *Dividens* subjiciatur. Veluti ap. Turneb. l. 9. Adverſ. c. 9. & 13. & l. 22. c. 20. & l. 24. c. 31. & l. 29. c. 29. nec non in editionib. Horatii, quas Glarean. Fabr. Muret. Stephan. Lambin. Torrent. Cruquius, Heinnus, Bresman. & alii procurarunt, videre licet. At verò tonitru rariùs puro serenòve aere auditur. l. 6.

Nam cælo nulla sereno
Nec leviter densis mittuntur nubibus unquam.

Et post:

Denique cur nunquam cælo jacit undique puro
Jupiter in terras fulmen?

Quid est igitur, quod Horatius contrà nititur?

Plerumq; per purum tonanteis. Egit equos.

Nota voculam *plerumque*, notam frequentiæ & copiæ. Atqui unicum *comma* ſuo loco, h. e. post τὸ *plerumque* positum, tollit hanc controverſiam, & Horatium aliis consonantem, nobisque reddit perspicuum. Ita nempe.

Diespiter igni corusco nubila dividens plerumq;.

Hoc est communiter, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον & ordinariis causis fit tonitru cœlo nubilo. At rariùs, ἐν αἰθρίαις, id est, aere sereno, quem *purum* hîc vocat Horat. Idque non modò hîc ipse Horat. ſed & alii Ethnici loco prodigii habebant. Atque hanc distinctionem & inde planam ſententiam primus, quantum ſcio, ἀκριβῶς deprehendit Clariſ. Joh. Ulric. JCtus & Conſil. Palat. Ambergæ, admirator & cultor Horatii. Tale quoque exemplum Auguſt. l. 3. de doctr. Christ. c. 2. affert: Ait Apostolus: *Et quid eligam ignoro, compellor autem ex duobus, concupiſcentiam habens diſſolvi, & eſſe cum Christo: multo enim magis optimum, manere in carne neceſſarium propter vos.* Incertum enim est, utrum *ex duobus concupiſcentiam habens*, an, *compellor autem ex duobus*: ut illud adjungatur, *concupiſcentiam habens diſſolvi & eſſe cum Christo.* Sed quoniam ita ſequitur, *multo enim*

magis

magis optimum, apparet cum ejus optimi diceret ſe habere concupiſcentiam, ut cum ex duobus compellatur, alterius tamen habeat concupiſcentiam, alterius neceſſitatem. Concupiſcentiam ſcil. eſſe cum Chriſto, neceſſitatem manere in carne. Quæ ambiguitas uno conſequenti verbo dijudicatur, quod poſitum eſt, *enim*: quam particulam qui abſtulerunt interpretes, illa potius ſententia ducti ſunt, ut non ſolum compelli ex duob., ſed etiam duorum habere concupiſcentiam videretur. Sic ergo diſtinguendum eſt, *& quid eligam ignoro, compellor autem ex duobus:* quam diſtinctio ſequitur, *concupiſcentiam habens, diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* Hæc ille ALIUD. In reſcriptio Theodoſii adverſus Gentilium cultum l. 16. ita legimus: *Nullus omnino hominum, in nullo peritus loco ſimulacris ſenſu carentibus vel inſontem victimam cadat, vel ſecretiore piaculo larem ignem erogenium, penates odore veneratus accendat, lumina imponat, tura ſerta ſuſpendat.* Ita, inquam, legimus: & quidem in edit. 1566, quam titulus promittit emendatiſſimam. Sed & Cæſar Baronius annal. eccleſ. tomo 4. anno 392. Num. 16. itidem citat ſic *erogenium.* Quale verò monſtrum ſit *erogenium*, nemo facilè dixerit. At reſpice tu mihi paululum ritus gentiles & interpunctiones ſuo loco fige: nihil erit clarius. Nempe *Secretiore piaculo larem igne, mero genium, penatus odore veneratus, accendat lumina, imponat tura, ſerta ſuſpendat.* ALIUD. Hymnus Periſteph. ap. Prudent. notus eſt. Sed & omnes fateantur neceſſe eſt, qui legerunt, in eodem, ut vulgo inprimitur, aliquoties, prode dixerim, vicies aut ultra, ſententiam pendere & implexam eſſe. Neque alia de cauſa, quam quod diſtinctiones illæ per *commota, cola, puncta,* ſive *poſituras*, ut vocat Iſidorus, vel omittantur, vel non ſuo loco figantur. Id vero ut clariſſime φιλομούσοις pateat, initia ejus hymni tranſcribere mihi hic liceat, ut è MSS. Palatino emendavi, &, ut debuit, diſtinxi. Inde cætera facile æſtimabuntur:

Scripta

Scripta ſunt cœlo duorum
Martyrum vocabula,
Aureis, quæ Chriſtus illic
Annotavit literis:
Sanguinis notis ea idem
Scripta terris tradidit.
Pollet hoc felix per orbem
Terra Hibera ſtemmate:
Hic locus dignus tenendis
Oſſibus viſus Deo,
Qui beatorum pudicus
Eſſet hoſpes corporum.
Hic calentes hauſit undas
Cæde tinctus duplici:
Illitas cruore ſancto
Nunc arenas incolæ
Confrequentant, obſecrantes
Voce, votis, munere.

4. Dictiones propriæ ac certæ.

Ultimo, ut ſermo ſplendeſcat, voces ſint certæ atque propriæ, id eſt, quæ ſignificent res ipſas, & eas quidem unas, quibus ab initio certis de cauſis inditæ fuerunt. Vel, ut Cicero ait 3. de Orat. *Propria ſunt, & certa quaſi vocabula rerum penè una nata cum rebus ipſis.* Quod dudum Ariſtot. quoque inculcavit. Ut 3. Rhet. c. 2. τῶν δ᾽ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σαφῆ μὲν ποιεῖ τὰ κύρια, id eſt, ex nominibus autem & verbis perſpicuam quidem orationem efficiunt propria. Et lib. de Poet. c. 22. σαφεστάτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἐκ τῶν κυρίων ὀνομάτων, id eſt. maxime evidens eſt oratio, quæ ex propriis nominibus. Quæ alibi ἴδια vocat, hic κύρια appellat: nempe quæ primo ac principaliter ſignificant. Propria enim ſignificatio non tantum prior eſt, ſed etiam dignior. Contra verò, ut propria ſunt perſpicua: ita metaphorica, & quæ multis modis efferuntur, Græcis ἀμφίβολα ἢ ἐπαμφοτερίζοντα, ſunt obſcura. Quod iterum Philoſophus affirmat 6. Topicorum c. 2. πᾶν ἀσαφὲς τὸ κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον, hoc eſt, omne id obſcurum, quod metaphorice dictum. Et l. 1. de cœlo

Tropica obſcura.

c, II.

11. πᾶν πολλαχῶς λεγόμενον ἀσαφὲς, i.e. omne multipliciter dictum, obſcurum eſt. Nam tropica non directè rem aliquam notant: ſed ejus cum alia cognationem ac ſimilitudinem. Ut dum ille ap. Terent. vocatur *caudex, ſtipes, aſinus:* fit καθ' ὁμοιότητα, propter ineptiam, ruditatem, ignaviam. Tropica etiam, ut & ambigua, non unum quid ſignificant: ſed duo, aut tria, aut quatuor, immo pluria. Scilicet à quo: & ad quæ transferuntur. Ita *Taurus* admodum πολύσημον eſt, ut apud Quinctil. l. 8. Cum notet & animal & virum & montem in Aſia, & ſidus cœleſte, & radicem arboris & aviculam ex genere carduelium & ſcarabæum ap. Plin. l. 10. c. 42. & l. 30. c. 30. Ita ſignificationes *Loci* viginti circiter, Lexica Latina numerant. Et hujus generis plane ſunt omnia. Ut igitur multæ viæ oculos: ita multæ ejusmodi notiones animum turbant & diverſum abripiunt. Scalig. l. 6. in Th. de pl. c. 1. *Nihil magis à Philoſophiæ majeſtate alienum, quam uti verbis æquivocis ac metaphoricis.* Neque tantum à Philoſophia id alienum eſt: ſed ab aliis quoq; diſciplinis, quando obſcuritati & ita multis erroribus quaſi feneſtra aperitur. Auguſt. l. 2. de doctr. Chriſt. c. 12. Ex ambiguo linguæ præcedentis plerunque interpres fallitur, cui non bene nota ſententia eſt, & eam ſignificationem transfert, quæ à ſenſu ſcriptoris penitus aliena eſt. Sicut quidam codices habent, *Acuti pedes eorum ad effundendum ſanguinem.* ὀξὺς enim ap. Græc. & *acutum* & *velocem* ſignificat. Ille ergo vidit ſententiam, qui tranſtulit, *veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.* Ille autem alius ancipiti ſigno in aliam partem raptus erravit. Et talia quidem non obſcura, ſed falſa ſunt, quorum alia conditio eſt. Non enim intelligendos, ſed emendandos tales codices potius præcipiendum eſt. Hinc eſt enim etiam illud: Quoniam μόσχος, *moſchos,* Græce vitulus dicitur, μοσχεύματα, *moſcheumata* quidam non intellexerunt eſſe plantationes; & *vitulamina* interpretati ſunt. Qui error tam multos codices præoccupavit, ut vix inveniatur aliter

Tropica quomodo ſignificent.

Taurus

Pſ. 13.

ter ſcriptum, & tamen ſententia manifeſtiſſima eſt
Sap. 4. quia clareſcit conſequentibus verbis. Namque adulterinæ plantationes non agunt radices altas: convenientius dicitur quam vitulamina, quæ velut pedibus per terram gradiuntur, & non hærent radicibus. *Hæc ille.* Quia ergo Tropica & homonyma male audiunt, quaſi orationem offuſcent, quid illis faciendum? Sane prorſus eliminari, neque debent, neq; poſſunt: quia τὰ πράγματα τ̃ ἀριθμὸν ἄπειρά ἐστι, ut ait Ariſtoteles in Soph. Elenchis. Immo utiliter ſæpe Tropica adhibentur, in orationibus præſertim ad populum habendis: ſed modus tamen adſit: nec omnes æque periodi ſcateant metaphoris, allegoriis, proverbiis, ænigmatis, parabolis & ſimilibus. Sint ut ἡδύσματα, non ut ἐδέσματα, ut loquitur Philoſophus lib. 3. Rhetor. cap. 3. Ipſæ quoque metaphoræ (ut & cæteri Tropi) ſint jucundæ, faciles, verecundæ, à rebus obviis ductæ, ut ſenſum quaſi feriant: non remotæ nimis, aut moroſæ, aut duræ, aut ferreæ. quales interdum in Pindaro deprehendi ait Scalig. Nec minus & vocabula homonyma, ſive τὰ ἀλλοείδως λεγόμενα, de quibus Philoſophus agit 1. Topic. cap. 15. patitur oratio; ſi iterum modica ea, ſi diſtincta, aut limitata ſint. Ariſtot. οὐκ ὀκνητέον τ̃ διαιρεῖν, non eſt ceſſandum diſtinguere. Galen. l. 1. de meth. c. 15. *Sine diſtinctione vocis ambiguæ velle ad rei contemplationem venire, eſt velle tempus perdere.* Diſtinguuntur vero: Vel ἐπιθέτῳ, additione nominum adjectivorum, ſubſtantivorum, item verborum: *Ut canis cœleſtis: aſellus piſcis: acutum, dum ſecat: ſtella cadens.* Quia & *videre perſpicere* ὁμώνυμα ſunt, recte aliquid additur diſtinctionis cauſa. Terent. *Hiſce oculis vidi.* Et in Hecyra: *partim quæ perſpexi hiſce oculis, partim quæ accepi auribus.* Nullus hic pleonaſmus eſt aut περισσολογία. *Vel deſcriptione*, periphraſi, aut explicatione alia qualicunque: ut *vinea, inſtrumentum bellicum: gallus, avis illa lucis criſtita* ap. Martial. *Ignem è nubibus rapidum jaculari* i. e. fulmen ap. Virgil. *Riſus* vox de δυνάμει intellecta, ap. Philoſoph.

Homonyma diſtinguantur & quomodo.

1.

pro

pro qua aliis non diſplicet *reſibilitas*, maxime quando agunt Logice. *Vel denique ipſa ſcriptione:* ut literæ pro- 26
priorum nominum capitales exarentur grandius. Ut *Liber* ad differentiam ꝧ liber : *Stella* ap. Martialem nomen puellæ : *Prudentius* , *prudentius* : *Auguſtus*, *auguſtus*: *Hercules*, *hercules* : *Commodus* , *commodus*. Et hæc ſunt adminicula illa præcipua, quibus oratio noſtra ἀμφιφανὴς redditur. Uſurpemus: nec illi nobis duces ſint, qui de induſtria hic umbras & tenebras quaſi conſectantur, id jam demum eleganter atque exquiſite dictum rati, quod difficile, quod obſcurum, quod interpretandum ſit. Quod vitium ut peſtilens eſt; ita non adeo novum; vel huic ultimo orbis ſeculo imputandum: *Cum jam*, ut ait Quinct. l. 8. c. 2. *ap. Tit. Liv. inveniam fuiſſe præceptorem aliquem, qui diſcipulos obſcurare quæ dicerent, juberet, Græco verbo utens, σκότισον. Unde illa ſcilicet egregia laudatio : tanto melior, ne ego quidem intellexi.* Hæc ille

CAPUT XII.

De ambiguitate & obſcuritate autorum tollenda.

QUANDO autem in lectione autorum vel vox vel ſententia ambigua, tropica, & obſcura obrepit, ut ad unam aliquam & evidentem ſignificationem revocetur, hæc agantur.

Primo : Codices ſive MSS. ſi occaſio ſit : ſive impreſ- 1.
ſi, ſi copia, conſulantur. Vel hac una quaſi ſpongia innumeræ obſcuritatum ſordes deterguntur : quod ſupra quoque παραδειγματικῶς notabam, aliquot verſibus è Prudentio adductis. Hic unum ex Ariſtot. ſufficiet. lib. 2. Prior. Anal. cap. 27. communiter legunt : ἐνθύμημα ἂν ἐστι συλλογισμὸς ἀτελής. Alii vero *Enthy-*
Enthymema pertendunt ſyllogiſmum eſſe perfectum *mema*
rationibus, quas cum pluma comparare non auſim. *an ſyllo-*
Utrinque vero ante omnia ad libros provocant, *giſmus*
qui præſidio ſint. Et *Jul. Pacius* quatuor nobilia *imper-*
MSS *fectus.*

MSS. laudat, quæ τὸ ἀτελὴς non agnoſcant, ut quod è gloſſemate irrepſerit. Quam ſententiam ſplendidis quoque armis defendit præſignis ille Philoſoph. in Acad. Lipſ. *Joh. Neldelius.*

Aliud· Juſtinus martyr in dial. cum Tryph. ἡ τῆς σεμιδάλεως δὲ προσφορά. Vetus interpr. δαμάλεως legit: & inde vertit *vaccam.* Eſt enim δάμαλις *juvenca.* At libri meliores & MSS. quibus Stephani, & poſt illos Sylburg. uſi ſunt, legunt σεμιδάλεως, i. e. *ſimilæ* aut *farinæ.* Eſtque non vacca, ſed ſimila, τύπος τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας: qua de comparatione loquitur ibi Juſtinus. Aliud. Gregor. M. l. 4. epiſt. 38. ad Johann. Epiſcop. Conſtantinop. *Rex ſuperbiæ*, inquit, *prope eſt*, &, *quod dici nefas eſt, ſacerdotum ei præparatur exercitus: quia cervici militant elationis, qui ad hoc poſiti fuerunt, ut ducatum præberent humilitatis.* Hic non niſi crimen falſi ingeminant Papæ Romani ſectatores, & valide pertendunt, non *exercitus*, ſed *exitus*, legi oportere. Atqui ipſa phraſeologia & verba ejusdem ſoni *rex*, *militant*, *ducatum*, non *exitum*, ſed *exercitum*, nobis ingerunt. Quod libri etiam veteres minusque ſuſpecti firmant amplius. Ita liber Venetus anno 1504. per Lazar. Soardum excuſus, legit *exercitus.* Quem librum non modo Dux Venetor. ſingulari privilegio: ſed etiam ipſe Pontifex Rom. Julius II. ſcuto autoritatis ſuæ munivit. Et in fine additur: *Ex regiſtro ſunt pontificatꝰ acceptæ diligentiſſimeq́; caſtigatæ magna diligentia per Laz. Soardum.* Etiam ita allegat Bellarm. l. 3. de pontif. Rom. c. 13. Pari ratione cum ait Gregor. *Sacerdotum ei præparatur exercitus;* non vult dicere ſacerdotes, ut ſacerdotes, ad *exercitum* antichriſti pertinere: ſic enim ſeipſum quoque in illo *exercitu* collocaſſet: ſed ſacerdotes ut ſuperbos ad antichriſti *exercitum* pertinere. Hæc ille.

II. *Secundo:* videndum quis ſit autor, quis uſurpator, ſive vocis ſive ſententiæ dubiæ. Nempe ſit ille πεπαιδευμένος & alicujus nominis, qui vel doctiorem vel meliorem efficiat. Quorſum cuivis ſomnia,

præ-

præſertim ludionis novitii & tenebrionis, venemur aut veneremur? Cum nec ſcienti illa proſint, nec ignoranti obſint. Ita nihil refert ſcire, quid ſit *Catapodialiter:* quod fatuellus quidam in diſputatione crebrius ſonuit, ad ſolvenda ſcilicet argumenta. Vulgatum eſt *ſim-* *Sim-*
plex homo, duplex nequam. Sed quia ἀδιάφορον, tanti non *plex*
eſt, ut multis pallietur. Neq; etiam poteſt. Alterum *homo,*
quippe ſubvertit alterum. Nam *ſimplex* idem, qui can- *duplex,*
didus, apertus, ἄδολος: nec ullibi monſtrabitur pro *bi-* *nequã.*
linguis, fucatus. Qui ergo *ſimplex*, non erit nequam: ſicut virtus nunquam eſt vitium. At poteſt aliquis ſimulare & mentiri ſimplicitatem! Poteſt, fateor: ſed is tamen propterea ſimplex dici nequit, cum ea etiam vocis ſignificatio nuſpiam appareat. Alias quoque audaculus, qui aliquid fortitudinis prætendit, *fortis:* item prodigus, qui liberalitatẽ præ ſe fert, *liberalis* recte vocandus ſit.

Tertio: Videndum quomodo animatus fuerit autor III.
& quem ſcopum ſibi deſtinarit hac vel illa ſive voce ſive ſententia uſus. Ita in Satyris Horat. Juven. Perſ. aliorũ multa incidunt nubila & ænigmatica. Et de Perſio judicat Scal. quod is cum legi vellet quæ ſcripſiſſet, intelligi noluit, quæ legerentur. Sed illis propoſitum id fuit, velut aliud agendo & quaſi ex inſidiis vitia hominum taxare, cum aperta fronte tutum non eſſet. Cic. 2. de Invent. *meritrix coronam auream ne habeto: ſi habuerit, publica eſto.* Scopus eſt, coronam debere eſſe publicam; non iſtam, quæ habuerit. Contra eum, *inquit Cicero*, qui meritricem publicari dicat ex lege oportere, poſſet dici, neq; adminiſtrationem eſſe ullam publicæ meretricis, neq; exitum legis in meretrice publicanda: at in auro publicando & adminiſtrationem & exitum facilem eſſe & incommodi nihil ineſſe. Aliud.
In definitione ſyllogiſmi Ariſtotelica *genus* eſt ὁ λόγος: *Syllo-*
quod verbum, quia πολλαχῶς λεγόμενον, multifaria *giſmus*
Logicorum ſeqvuta eſt interpretatio. Aliis idem eſt, *eſt λό-*
quod *argumentatio*: aliis *ratio*: aliis *oratio interna:* aliis *γος.*
oratio externa: aliis *utraq;* ſimul. At vero, ſi penitiꝰ ſcrutemur, quid conſilii fuerit Philoſopho in adornanda

hac arte syllogistica, utrum colloquia tantum externa cum aliis, an vero etiam juxta intimam ac privatā mentis agitationem spectarit, dubii parum forte restiterit.

IV. *Quarto*: origo & occasio prima sive vocis sive sententiæ indagetur, & qua causa alio tralata fuerit. Ita *Solarium* diversim capitur: & multi cum *Salarium* confundunt. Etymon verò dijudicat. Ulpian. l. 68. ad Edict. *Vectigal enim hoc si appellatur solarium, ex eo, quod pro solo pendatur.* Quod & *locarium* in Jure Civili dicitur. Dein *solarium* a *Sole*, est locus in ædificio eminentior, & soli expositus: iterum ap. Ulp. Plaut. in Milit. *Scio neque solarium neque hortum.* Gloss. Cyrilli: *Solarium* ἡλιαστήριον. Etiam *solarium* est horologium ad solem, quo declarantur horæ. Varro l. 5. de L. L. *Solarium dictum id, in quo horæ in sole inspiciebantur.* Ammian. l. 23. *Venter unicuique solarium est.* A Sole. *Salarium* vero à *sale*, i. e. merces sive stipendium pro labore & opera. Plin. l. 31. c. 7. Sal honoribus etiam militiæque interponitur, *salariis* inde dictis, magna apud antiquos autoritate. Legatur Lips. l. 5. de mil. Rom. dial. 16. Gloss. Salarium, ὀψώνιον, παροχὴ, ἁλατικὸν. Huc etiam facit Græc. ἁλώνητος, sale emtus. Convicium in servos, à vilitate precii. ALIUD. Idem Ulpian. l. 8. disputat. *Peremtoriū inde hoc nomen sumsit, quod peremeret disceptationem: hoc est ultra non pateretur adversarium tergiversari. Peremere* autem antiquitus erat prohibere, ap. Festum. ALIUD. In Polluce: βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν: *bos per linguam inambulavit.* Intelligitur pecunia; quæ multorum linguas ita afficit, ut sæpe non loquantur & sileant, aut loquantur, quæ non debebant. Occasio proverbii est: quia apud Athenienses pecunia figura bovis signabatur: quomodo *pecunia* etiam ipsa primum à *pecude* dicta est.

Solarium.

Salarium.

Peremtorium.

V. *Quinto*: videatur, in quo orationis genere exstet & ad quam disciplinam sive vox sive sententia pertineat. Aliæ enim voces & sententiæ sunt philosoph. aliæ oratorum: aliæ poetar. & sic deinceps. Ita *persona* Theologis est idem, quod ὑφιστάμενον: Latinis auto-

Persona.

autoribus idem, quod habitus externus, ſeu quod eſt περὶ σῶμα. Aliud.

Plaut, Milit. Glor. act. 2. ſc. 5.

Nihil moror negotioſum mihi eſſe tergum———

Quia vero hoc comicum, etiam comice explicetur: ſcilicet de verberibus aut plagis. Ita enim Plautus jocari ſolet: *manu crepabunt malæ: veſtra faciam latera lorea: ſupplicium ſtimuleum datur*, in eadem comœdia.

Sexto: cum aliis vocibus & locis ſive ejusdem autoris ſive aliorum conferatur tam vox, quam ſententia. Hac via intelligitur, quid ſit *Gallinæ filius albæ*, apud Juvenal. Sat. 13. Ea enim phraſis cum inſequente verſu conferatur: *Nos viles pulli nati infelicibus ovis.* Alba Gallina (undecunque tracta ſit primitus loquendi ratio) ſplendidam & illuſtrem præ aliis familiam: viles pulli inferiorum natalium ac tenuioris fortunæ homines notant. Luculenta ἀντίθεσις. Et ſucclamat verſus ibidem antecedens: *Te nunc delicias extra communia cenſes Ponendum.* Non ita pridem eo ſenſu ipſe admiſeram in verſus hexametros; *natum infelicibus ovis:* me eleganter & cum poeta loqui ratus. Sed ecce, quidam cenſor ocius, & ſine cauſa, reprehendit in libro Germanico, controverſiis quibusdam ſacris deputato: mihique ex eo notam ἀχαριστίας & quidem horrendæ, uti loquitur, erga parentes meos audet impingere. Fruſtra profecto. Nihil in me, nihil in ipſo illo verſu, quod ea cauſa quiſpiam juſte reprehendat: niſi φιλομεμφὴς & qui ex mero affectu bene dicta in malam rapiat partem. Aliud. ap. Horat. l. 1. Od. 12. VI.

——————— *cujus recinet jocoſæ.*

Nomen imago.

Obſcuriuſculum hoc videtur Scalig. *Echo interpretamur*, inquit, *potius dato, quam accepto indicio ſignificatus. Eſt enim vocis imago; quam vocem niſi addideris, nihil ſonat.* Sed quod nihil aliud, quam Echo ſit, aliunde etiam diſcimus. Nam & Lucret. vocat imaginem verbi. Echo.

——*Interdum fruſtratur imagine verbi.*

Iterumque Horatius lib. 1. Od. 20.

———————*simul & jocosa*

Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago.

Euripidi similiter est πέτρας ὀρείας παῖς, id est, montanæ rupis filius. Sicut Ausonio, *aeris & linguæ filia.* Item Rabbinis בַּת קוֹל *Bath-Kol,* filia vocis.

Aliud. Ap. Epiphan. l. 1. hær. 30. legitur: κατ' Συκυρίαν δὲ γυνή τις ἐλευθέρα ἔτυχεν ἐν τῷ λουτρῷ. Ian. Cornar. ita vertit: *Iuxta Sycyriam vero fæmina quidem libera in balneo erat.* Et Abr. Ortel. geogr. inde conjicit, id esse loci alicujus nomen circa Gadara. Uterq; frustra. Legendum enim κατ' συγκυρίαν i. e. *casu, forte.* Quod universa Epiph. narratio satis testatur. Ipsa vero eadem phrasis extat Lucæ 10. 31. κατ' συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν. Est συγκυρία ἢ συγκύρημα casus, quod forte accidit: à κυρέω, κύρω, quod est incido.

Aliud. Ap. Hieron. præf. l. 1. in Jerem. ita legitur, *Pelagius stolidissimus & scortorum pultibus prægravatus.* At nescio, quæ manus *scortorum* illeverit: certe præter Hieron. mentem. *Scottorum* hic scripsit. Quomodo idem præfat. in lib. tertium, eundem Pelagium, *progeniem Scoticæ gentis de Britannorum vicinia,* vocat. Neq; alio sensu Pelag. ab August. dicitur *Brito* epist. 106. quia è Britannia fuerit ortus: ut historicor. fidem hoc loco prætermittam.

VII. *Septimo*: Series antecedentium in eodem contextu & consequentium inspiciatur. Joh. 5. ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς: scrutamini scripturas: ut sit *imperativus.* Quia vero τὸ ἐρευνᾶτε ambiguum, aliqui malunt, *Inquiritis,* ut sit Indicativus. Quam bene, etiam τὰ ἑπόμενα ostendunt. Aliud. Ap. Horat. l. 1. Od. 12.

Sævis inimica virgo belluis———

Sed *Liber præliis audax,* quod præcedit: & *Phœbus sagitta metuendus,* quod sequitur, indigitat deam intelligi oportere: sicut & oda illa majori ex parte aliquot deorum encomiis redundat. Est ergo dea venatrix, *Diana,* Græc. θηρευτὸς, τοξότις, κυνηγέτις: ut eidem Latini attribuunt *arcum, pharetram, jaculum, tela.* Ovid. 3. Metam. Aliud. Simili modo, id est, dum antecedentia

&

Prolixa explicatio illius Terẽt. *Extrema linea amare.*

& conſequentia penſitantur, illud Terentianum quid ſit, *Extrema linea amare*, intelligitur. Eunuch. Act. 4. S. 2. Mirum, quam interpretes hic laborent; & pleriq; etiam à recta linea excidant. Ipſos primum audiamus: deinde paulo latius hoc, quidquid fuerit, explanabimus. *Donatus:* Quia quinque lineæ perfectæ ſunt ad amorem: prima viſus, ſecunda loqui, tertia tactus, quarta oſculi, quinta coitus: an ſic dixit, *extrema linea*, quemadmodum dicatur longis lineis quid fieri, id eſt, de longinquo. Hujus expoſitionem dilaudat *Muret.* l. 10. var. lect. c. 18. Et plerique omnes ſectantur. *Saresberienſis* l. 6. c. 23. Viſus & alloquium, contactus, & oſcula, factum, ſicut ſe præcedunt ordine, ita & ex neceſſitate doloris inferunt partum. *Guid. Juven. Cenom.* Lineæ ergo extremæ ſunt *viſus* & *opus*: niſi dicatur extrema linea, quemadmodum dicitur *longis lineis* quid fieri, i. e. de longinquo: *amare*, i. e. amore frui. At *Matth. Berg.* quamvis forte ex alio: Commento, *inquit*, de quinque amoris lineis nihil eſt frigidius & futilius. Sed hoc poſtea videbimus. *Rhodig.* l. 5. c. 14. Longis lineis quid fieri, eleganter dicitur, quod è longinquo fit: velut extrema linea amare. *Hadr. Jun.* cent. 9. prov. 75. Proverbialiter utitur Tertull. *A lineis excidere*, pro eo quod eſt, ab inſtituto & propoſito aberrare, libro adverſus Hermog. *Et poſt*: Neque ſilentio prætereundum eſt, quod annotat Donatus in Eun. Terent. *Longis lineis fieri*, pro eo quod de longinquo. *P. Faber* 3. Semeſt. c. 9. Nec vero novum eſt, ut diverſis rationibus idem ſit primum atque ultimum. Ergo cum prima in conciliando amore ſit oculorum atque aſpectus linea, ubi eam videt quiſpiam, quam amat; hanc tamen lineam extremam à Phædria Terentiano dictam cum Donato Grammatici eruditiores plerunque pronunciant. *Eraſm. Chil.* 4. *cent.* 5. *prov.* 46. Quoniam olim initium, unde curſus incipiebatur, ducta linea notabatur: rurſus *extremum* linea ſignificabatur, iccirco à linea incipere, ſive ad lineã redire dicebantur, qui rem ab initio repetebant. Et

quod in quaque re poſtremum eſt, extremam lineam appellabant. Ita Terentianus Phædria: *Poſtremo extrema linea amare non nihil eſt. Turneb.* l. 12. Adverſ. c. 10. Amare extrema linea eſt amare impenſiſſime: ducta translatione à curriculis vel ſtadiis, in quibus *prima* linea curſus erat in carceribus; *ultima* in fine, quæ & calx dicebatur; quod ſcilicet calce vel creta notaretur. Ultra autem calcem nihil ſupereſt, quo curſus tendatur: ſpatiaque palæſtrarum & curriculorum lineis erant incluſa. Tertull. adverſus Hermog. Adjiciam & ego propter non intelligentes; quorum Hermogenes *extrema linea* eſt. Idem *in iisdem lineis* dimicare, dicit, pro in eodem gradu. Quia ſic interdum collato pede pugnabatur, & lineæ ductæ pedem ſemper inſiſtere oporteret, nec inde referri. Hæc Turneb. *Fr. Fabric. Marcod.* in Terent. Extrema linea eſt ἡ ἄκρα γραμμὴ, ſumma linea & eytremus terminus: ut hic ſummus amor ſignificetur. Cæterorum opinionibus jam miſſis, ſummam illarum modo colligamus. Ergo *extrema linea amare*, aliis eſt de longinquo aut remote amare: aliis impenſiſſime amare: aliis amore frui: aliis eſt ſummus aut ultimus amor: alii tactum volunt, ut qui circa extremitates. Sed ante, quam locus ille Terentii ſane ἀμφίδοξος rite explicetur, quid *extremum* proprie, quid *linea* ſit, diſpiciendum nobis eſt. Proprie *extremum* non eſt ultimum, ut volunt: ſed id, quod admodum extra eſt, ἐξώτατος. Ut ab intra intimum; ab ultra ultimum; à poſt poſtimum, poſtumum, & poſtremum: ita ab extra, extimum & extremum. Jam ut *intimum* non eſt primum: ſic *extremum* aut *extimum* non eſt idem, quod ultimum. Item *extrarius, extraneus exterus*, non eſt qui poſteriori loco; ſed qui extra, qui aliquos extra fines aut ſimilia. Lucret. l. 2.

Extremum quid proprie

Corporis eſt ſenſus, vel cum res extera ſeſe
Inſinuat ———

Extera, id eſt, quæ ἔξω non quæ poſterior aut ulterior. *Cicero* de Divin. Cœlum ipſum, quod extremum atque ultimum mundi eſt. *Extremum*, id eſt, ἐξώτατος, quod

extra

extra cætera hujus mundi corpora. *Extremitas* Agenno Urbico eſt, finitima linea quæ intervenit, aut per iter publicum, quod tranſcendi non poteſt. Patet igitur, quod *extremum idius* ſit id, quod extra aliud. ita in Geometria *extrema* lineæ ſunt duo puncta: *duo extrema* ſuperficiei ſunt duæ lineæ. In Aſtronomia poli ſunt *duo extrema* axis: quæ in libro de Mundo δύο ἀκίνητα σημεῖα dicuntur. In Arithmetica duo numeri *extrema* ſunt. In Logica ſunt duo *extrema* Ariſtoteli δύο ἄκρα, *majus & minus*, quæ terminum medium includunt. In Phyſica ſunt *duo extrema* motus, ſive termini, à quo & ad quem. In Ethica ſunt *duo extrema vitia*, quæ virtutem circumſtant. Quis dicet, extrema ibi eſſe ultima? Summatim, cujuscunq; rei duo ſunt ἄκρα, extrema, ſive duo extra, ἔξω: principium ac finis. Ex eo igitur *extremum* & primum & poſtremū notat: ſcil. σχετικῶς, diverſo reſpectu, πρὸς ἡμᾶς, ἢ κατ' ἄνθρωπον. Quod in motu ſatis manifeſtū. Ejus terminus qui modo primus: mox ultimus eſt & contra. Linea eadem in ſuperficie nunc prima, nunc ultima eſt, prout velis. Et ſic quoque in aliis. *Extremum* eſt *primum* in Plauto. Quod notat *Nic. Perottus*: ſignificat, *inquiens*, extremum modo initium alicujus rei. Plaut. *ab extremo narrare incipiam*, h. e. ab initio. Sic Virgil. *& tu ſanguinis ultimus autor*, i. e. primus. Modo finem: cujus exempla nemo deſiderat. *Muret.* l. 20. var. lect. c. 18. Neque cuiquam mirum videri debet, eandem lineam quæ prima eſt, *extremam* vocari. Prima enim eſt in conciliando amore, quaſiq; munienda via ad id, quod amantes concupiſcunt. Sed ſi quis à fine, qui ut ait Ariſtot. omnis actionis principium eſt, retro verſus numerare incipiat, eadem efficitur extrema, ut ἐν ἀναλύτῃ διαγράμματι extrema ſunt, quæ in componendo fuerant prima: ut quod in deliberando ultimum eſt, idem in exequendo conſilio primum eſt. Ut nullo modo abſurdum ſit, idem *primum* & *extremum* nominari. Ap. Græc. ἄκροις δακτύλοις ἅπτεσθαι, extremis, i. e. primoribus digitis attingere. Jam quid *linea* autem? *Linea* Eſt fluxus quaſi punctorum, principium ac finis *quid*.

ſuperficiei. Ut enim è punctis linea: ſic è lineis ſuperficies fit. *Scal.* l. 1. de c. L. L. c. 4. *Linea eſt minima corporis dimenſio.* Et *Euclides*: Linea eſt μῆκος ἀπλατὲς ἧς πέρατα σημεῖα, longitudo ſine latitudine, cujus extrema ſunt duo puncta. Recte ergo κατ' τὸ ὄνομα *linea* proprie eſt filum tenue ac ſubtile, videlicet è *lino*. Atq; inde *linea* eſt idem, quod ſtamen, funiculus, perpendiculum, & ſic quævis longitudo ſeu extenſio ſine latitudine. Gloſſ. Linea γραμμή, σειρά, μέτρον. Atque ulterius eſt quoque finis, terminus, ora, non ſimpliciter: ſed ἐκ προσθέσεως. Ut ap. Horat. Mors *ultima linea* rerum, quæ Ariſtoteli τὸ πέρας. Ap. Euripid. eſt, ἄκρα γραμμὴ τῶν κακῶν. Non eſt ergo, quod *Petr. Nannius* queratur, ſe nondum inveniſſe, qui linea pro gradu aut termino capiatur. Eruta enim vocis principe notione, tropicæ ultro ſe dant. Verba ejus ſunt *in Miſc. c. 20.* Unde linea pro gradu ſive ordine dicatur, & quid huic metaphoræ occaſionem dederit, nondum ad liquidum inveni: niſi hoc ipſum ſit, quod jam dicam. Eſt autem ea pars theatri, ubi ſpectatores ſedent, primum diviſa in cuneos, poſtea in lineas; quaſi in quædam interſepta, ne compreſſio alicubi orta in totum theatrum inundet & univerſos ſpectatores affigat. Unde illud quoque Ovidii, ad puellam vitabundam alterius conſeſſus ait: *cogit nos linea jungi.* Atque ita factum arbitror, ut ultima linea pro ultimo ordine dici cœperit. *Hæc ille.* At *linea* ſive in theatro, ſive in curriculo, ſive in ludo, ſive in agro, ſive in Muſica, ſive in manu, ſive in aliis appellentur, κατ' τὴν μεταφορὰν fit, quæ etiam ad propriam ſignificationem facile revocatur: quando certum eſt, lineam πρώτως καὶ ἰδίως eſſe *ſuperficiei*, nomenque, ut ita minima corporis dimenſio notetur, à *lino* ſubtiliter diſcerpto, & quaſi ſine latitudine, fluxiſſe. Nunc ambiguitate vocum exploſa, quid ſit, *extrema linea amare*, ſcimus. Nempe eſt, & *in primo & in ultimo amoris termino hærere*: Sicut enim amor ſuum initium: ita progreſſus etiam ſuos, atque finem habet. Quod denotant lineæ illæ amoris protritæ: initium & finem extremæ lineæ: pro-

progreſſus mediæ. Ut haſce qui neget, juxta eadem opera neget & aditum & continuationem & finem amoris. Sed nondum vero Terentii loco ſatisfactum. Etiam nunc hæret ſcrupulus. Propterea, quod ab initio monitum, ea quæ antecedunt & quæ ſequuntur, luſtrabimus. Antecedunt: *ſi non tangendi copia eſt, eho, ne videndi quidem erit? ſi illud non licet: Saltim hoc licebit.* Sequuntur; *haud nihil eſt.* Loquitur ergo Phædria de initio amoris & aliquo ejus proceſſu. Illud eſt viſus: hic vero tactus. *Viſus*, inquam extrema linea i.e. primus quaſi terminus à quo, aut initium, unde amor primitus innaſcitur. *Propert.* l. 2. Eleg. 15. ſi neſcis, oculi ſunt in amore duces. *Virgil.* 1. Æn. ardeſcitque tuendo. *Achilles Tatius* l. 1. Leucipp. & Clitoph. ὀφθαλμὸς γὰρ ὁδὸς ἐρωτικοῦ τραύματι. *Euripides* Hippolyto Coronifero: ἔρως, ὁ κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον. *Sophocles*: ἔρωτος ἀστραπὴν τὴν ὀμμάτων ἔχει. Nullum amplius hîc dubium. Et quod Phædria per extremam lineas intelligat hoc initium ſive viam amoris, i. e. viſum, ſequentia docent: *Haud nihil eſt*, i. e. aliquid. Nempe dum tangendi copia non eſt, interea videre licebit. Quod amanti vero aliquid. Immo hoc initium amoris quandoque ſatis fervidum ac impenſum. Etiam belle expreſſit Ovid. 3. Met. —*liceat, quod tangere non eſt, Adſpicere & miſero præbere alimenta furori.* Plaut. Curcul. act. 1. ſc. 3, *Ipſus ſe excruciat, qui homo quod amat videt, nec potitur tamen.* Neque tamen quidquam ita *Turnebum*, etiam à *Mureto* aliqua refutatum, juvat: cui extrema linea amare, eſt *impenſiſſime* amare. Nam aliud eſt *extrema linea*, i. e. primordiũ amoris aliud vero id, quod iſti primordio interdum adhæret. Gradus ac modus rei non eſt ipſa res. Et quæ interdum accidunt, non omnibus ſane inſunt. Hoc loco inquiritur. Quid ſit extrema linea amoris: non quid iſti extremæ lineæ aliquando accidat. *Inquis*: Quur Phædria non æque intelligat συνουσιασμὸν, apicem & complementum amoris: quando hoc ipſum & *extrema linea* deſignet? Duo obſtant. *Unum*, quod illius nuſpiam meminerit, ſed *viſus*, ac quidem bis & continuo: &

Viſus prima linea amoris.

ideo

ideo describit: Videre amicam eminus est aliquid, præsertim cæteris quando cariturus sim, quando tangendi copia non fiat, est certe aliquid. *Alterum* quia συνουσιασμὸς amatori non est aliquid, sed multum, aut omne id, cujus ergo maceratur: est ἐπιθυμουμένων τέλος, in quo appetitus & labor ejus universus acquiescit. Quod attinet *Erasmum*, qui in Chaliadib. superadjicit: *Postremo extrema linea*, illud nihil probat: cum Τὸ *postremo* in nullo codice Terentii conspiciatur: Et *Erasmo* temere excidisse putandum. Sed nimis nimisque: regrediundi est.

VIII. *Ultimo*: Notæ & explicationes interpretum & artificum optimorum assumantur. Virgil. 6. Æneid.

Tellus extra sidera.

—— *jacet extra sidem tellus.*
Extra anni solisq; vias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Quæ sit ea *tellus extra sidera* admodum trepidant interpretes. *Donatus*, qui Scaligero anima Virgilii appellatur, nihil minus hic est quam anima. Inter alia ait: *Faciet Cæsar, quod Saturnus: & eo amplius, domabit gentes & terram quæ jacet extrà sidera & extra anni vias & solis. Vult esse ulterius aliquid poeta, quod sol nesciat & mundus excludat.* Servius: Nulla est tellus, quæ non subjaceat sideribus. Unde perite addidit, *Extra anni solisque vias*: ut ostenderet duodecim signa, in quibus est circulus solis. Significat autem Maurorum Æthiopiam, ubi est Atlas. Consentit *Pomp. Sabinus*: si qua tellus ultra lineam Tropicam capricorni, versus meridiem, erit Pop. Romani. *Extra anni solisque vias* dicit propter 12. signa, per quæ it sol, Æthiopiam intelligit. Scitissime *Lips.* hanc ἀμφισβήτησιν tollit in epist. *ad Taubmann.* Ego arbitror, *inquit*, ultra τὴν κεκαυμένην populos intelligi: i. e, ἀντίποδας nostros. Novus, inquam, orbis indicatur, quem scivere tamen magis illi, quam novere. Et l. 2. Physiol. Stoic. *Extra sidera?* Qui potest? cœlo certo tegitur: sed majora sidera accipe, aut planetas, qui intra Tropicos decurrunt. Ideo addit, velut interpretans, *extra anni & solis vias.* Ergo ultra τὴν κεκαυμένην, id est Torridam, locat: nempe

ἀντίχ-

ἀντίζουσαν illam nobis, & temperatam. Nam de Atlante quod ſcribitur, non de illô Africæ intelliges, ſed de iſto, quem Plato celebravit & regnaſſe iis locis ſcribit. Eo, inquit, Auguſtus *proferet imperium.*

Nunc caput hoc concludam; & obſignando ἐπιπί-πλεον ex Ariſtot. Dicebatis ante: Metaphorica eſſe ἀσαφῆ. At 3. Rhet. c. 2. invertit: τὸ σαφὲς καὶ τὸ ἡδὺ ἐστὶ μάλιστα ἡ μεταφορά, id eſt, maxime evidens & jucunda eſt metaphora. Et Cicero: *Translata orationem quaſi ſtellæ quædam illuſtrant.* Nodus hic: ſed non Gordius: nec enſe, ſed diſtinctione facile ſolvendus. Nempe aliter *Eruditi*: aliter *populus* in cognitione rerum occupantur. Illi ſagacitatem mentis & probam ratiocinationem potius ſequuntur: hi ſenſus. Illi τὰ οὐσιώδη & interna ſpeculantur: hi ore hiante circa externa & ſimilitudines hærent. Quæ cauſa, quod utriusque alia ſint vocabula. Utpote quæ πραγμάτων ὁμοιώματα καὶ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα. Eruditis clara ſunt; quæ rem, ut eſt, proprie, nude, ſine ornatu, ſine tralatione, animo repræſentant: iisdem obſcura, quæ oblique, quæ metaphorice ſeu ex ſimilitudine quadam ſignant. Contra populo illa obſcura ſunt: hæc clara. De quibus loquitur Philoſophus in Rhetorica, ubi oratorem pro populo inprimis inſtruit. Et Quinct. l. 8. c. 6. Translatio permovendis animis plerunque & ſignandis rebus, ac ſub oculos ſubjiciendis reperta eſt. Sic idiotæ facilius complectuntur, ſi dicam: *avaritia eſt radix malorum*: *Lex eſt anima civitatis, eſt omnium divinorum & humanorum regina*: *Logica eſt manus, eſt clavis: homo eſt bulla: anima eſt halitus tenuis, eſt harmonia, eſt lumen corporis: Sol eſt oculus mundi: locus eſt ſpatium in terra, in aere, in aqua.* Nam quod & quî locus ſit πέρας, id eſt, extremum vel ſuperficies ex Ariſtot. aut *cavum intra corpus* ex Scal. necdum omnibus Phyſiologis enucleatum. Ita plebs eadem melius eruditur de Eccleſia, ſi comparetur cum *ovili*: de verbo Dei, ſi comparetur cum *ſemine* in agrum ſparſo: de regno Dei, ſi conferatur cum *nuptiis*, cum *agricolatione*, quã ſi aliam viam

Metaphorici qui ſint perſpicua.

Ariſtoteles περὶ ἑρμηνείας.

viam insistas. *August. l. 2. de doctr. Christ. c. 6.* affert exemplum è cantico canticorum, quod plane huc quadrat. Dentes, *inquit,* tui sicut grex detonsarum adscendentes de lavacro, quæ omnes geminos creant, & non est sterilis in illis. Num aliud homo discit, quam cum illud planissimis verbis, sine similitudinis hujusmodi adminiculo audiret? Et tamen nescio quo modo suavius intueor sanctos, cum eos quasi dentes Ecclesiæ video præcidere ab erroribus homines, atque in ejus corpus emollita duritia quasi demersos mansosque transferre. Oves etiam jucundissime agnosco detonsas, oneribus secularibus, tanquam velleribus, depositis, & adscendentes de lavacro, id est, de baptismate creare omnes geminos, id est, duo præcepta dilectionis, & nullam esse ab isto sancto fructu sterilem video. Sed quare suavius videam, quam si nulla de divinis libris talis similitudo promeretur, cum res eademque cognitio, difficile est dicere & alia quæstio est. Nunc tamen nemo ambigit, & per similitudines libentius quæque cognosci, & cum aliqua difficultate quæsita multo gratius inveniri. *Hæc Augustinus.*

CAPUT XIII.

De Puritate & Elegantia: item suavitate.

Munditia, ait Comicus, *illecebra animo est amantū.* Gratior cibus, ubi patinæ tersæ & nitidæ. Ita res libentius & majori cum jucunditate noscuntur, puris atque elegantibus verbis ornatæ. Et hæc constans est omnium, quod scio, doctorum sentia; nec deserenda nobis: licet unus & alter, aut etiam tertius, velut

——— ——— *amico luto sus.*

Puritas & elegantia qui paretur. cœno barbaræ ac sordidæ dictionis se polluat. Qui autem puritatem illam & elegantiam consequamur? *Si quidquid singulare & eximium in classicis Latinæ linguæ autoribus deprehendimus, quæ verba, quæ Phrases, tam proprias quam Tropicas, quæ deniq; ordinem & structuram, presso pede sequimur: quidquid contrarium, fugimus.* August. de doctr. Christ. l. 1. c. 13. Quid est est integritas loqu-

quutionis, niſi Latinæ conſuetudinis conſervatio loquentium veterum autoritate firmata *Scal l.6.poet.* Non quævis vox, non quævis junctura vel vocum vel numerorum inter genuinas legitimasque referri debet. Ea ſingula ſint vere Romana ſeu Latina, id eſt, cum judicio & delectu ex optimis autoribus ſumantur, & quidem eo ſignificatu à nobis uſurpentur, quo ipſis. Quod colligitur ex originibus, è tota orationis ſerie, & unius loci cum altero comparatione. *Valla* in eo multus eſt *ſex libris elegantiarum,* qui merito ab Eruditis magnifiunt, majoris futuri, ſi ipſe minor eſſe voluiſſet. Jam ingenio fretus ſuo alios non ſemel inique vellicat, ut has literas docti animadvertunt.

De Elegantiæ verborum.

Valla.

Ita non barbare loquimur, judicio Vallæ l.6. c.10. ſed eleganter: *quotcalendis, quotmenſibus,* id eſt, ſingulis calendis menſibus: quia illud Plauti Stich. act. 1. ſc. 2. hoc Varronis l. 4. L. L. & quidem ſalva analogia, *ut quotannis quotidie.* Sic etiam Græci dicunt ὅσαι ὧραι, ἡμέραι, νύκτες, μῆνες Homer. odyſſ. ξ: ὅσσαι γὰρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐκ Διός εἰσι: Quorquot enim noctesque & dies ex Jove ſunt.

Quotcalendis.

Paſtus homini convenit, ait idem l. 4. c.53. Sed eleganter etiam brutorũ dicitur Cic.2. de natur.deor. *quis pecudum paſtus?* 1. Offic. *paſtum, latibula.* 2.de Finibus: à beſtiis, quibus ipſa terra fundit ex ſeſe paſtus varios.

Paſtus.

Idem Valla l. 4. c. 18. *apud Ciceronem vix unquam indulgentia reperitur.* Quod σφάλμα μνημονικὸν arbitror: cum aliquoties in Cicerone legatur. *Ut de legibus.* 1. Homines inter ſe naturali quadam indulgentia & benevolentia contineri.

Indulgentia.

Idem Valla l. 5. c.57. verbum *præoccupare,* ſuſpectum habet: *ſæpe vero ante capere eſt & (ut aliqui loquuntur) præoccupare.* At Cic. ipſe ſic loquitur: Phil.10. *Quas partes ipſe mihi ſumſeram, eas præoccupavit Antonius.* Ut taceam Cæſarem de bello civ. l. 2. Liv. ab urb. cond. l. 4. Colum. l.7.c.12.& alios, quibus *præoccupare* verbum familiare ſatis. Ita *Quartana* vox pura, quia Cic. l.7. Epiſt. ad Attic. *Decretorius* in eadem: *Ejus teſtamentum decretorium.*

Præoccupare.

Decretorius.

ineptia *torium*. Item pura vox est, *ineptia*: quia Terentii: quem sequitur Prudent. in Symmachum:

Desine, si pudor est, gentilis *ineptia*, tandem
Res incorporeas simulatis fingere membris.

Consitura:& hujus generis alia. Nec ineleganter dixeris, *consitura*: quia Cic. utitur de repub. quomodo alia αἰαλόγως formantur. Ut *temperatura, cubitura* ap. Varron. *positura, flexura*: ap. Lucr. *junctura*, ap. Agell. *conditura* ap. Senec. *incisura* ap. Plin. *contractura* ap. Victruv. Et usitata illa, *dictatura, pratura, quæstura*: ad quorum similitudinem hodie ficta sunt, *Lectura, Doctura, Professura*. Sic Ciceronis est *dulcitudo, lenitudo, anxitudo, mollitudo*. Qua forma multa alia exstiterunt, forte etiam aliqua licentius. Ut Sallust. *claritudo*: Plauti *bilaritudo, mæstitudo, aritudo, canitudo*: Varronis *celeritudo*: Catonis *duritudo*: Actii *honestitudo*: Agellii *acerbitudo*: Turpilii *necessitudo*: Columellæ *raritudo*: Suetonii *teneritudo*: Victruvii *acritudo*: Paccuvii *pænitudo*: Hieronymi *disertitudo* & similia.

Babara. Contraria elegantiæ sunt vocabula barbara & lutulenta quorum alia sues, alia catulos, alia capras, alia semitas ac trivia olent. Intelligo *barbara*, non more veterum, qui ita vocabant omnia exotica, etiam sanctissimam gentem, à qua & sapientiæ aliquid & linguam suam hauserant: sed, cum præter omnem rationem vel è German. vel Græc. vel aliis, vel Latin. quoque contra analogiam & usum verè Latinum, Latina miserè consuuntur. Quibus non utimur, nisi cum ex aliis docendi causa citamus, cumque puris & usitatis conferimus. Talia sunt: *Bannitus, bastardus transsubstantiatio, adunatio, plasmatio, adessentia, inexistentia, abscaseus, putativum, rectificare, retaliatio, chorissatio, logissamentũ, intitulare, appodiare, certiorare, odivit, scopabit, crapulatus, appretiant, interrasilis, deminoratio, coutitur, indisciplinatus, nimietas, insubsidiatus, excopiare, victualia, reverentialis, qualificatus, infallibilitas, auferebilitas, cordialiter, paternaliter*, & id genus alia. Quorum farraginem comportavit *Corn. Crocus*: sed non sine errore.

Multa

Multa enim inſulſe explicuit, nec pauca in ſordidorum ordinem redegit, quæ bonis autoribus cognitiſſima. Illis vero barbaris, quæ ſtatui, cave annumeres ea, quæ ex inopia, *κατ' ἀναλογίαν*, & eruditorum conſenſu facta aut ficta ſunt. Tantum abeſt, ut orationem infuſcent, ut illuſtrent magis, quando belle rebus ſuis reſpondent, & florem priſcæ Latinitatis ſuaviter redolent. *Vide c. 10. ſub finem.*

De phraſibus & loquendi modis. Atque hi ab autoribus Latii ſæpe jam laudatis petendi nobis: nec temere fingendi alii. Ut ap. Cicer. *privilegium ferre: infamiam concipere: in cogitationem venire: audientiam facere: conceptis verbis jurare: inclinatio temporum*, pro mutatio: *convivia inire*, pro ire ad convivia: *Laxam diem ſtatuere*, i.e. tempus bene longum conſtituere, aut diem prorogare. *Habeo dicere* more Græcanico ap. Cic. pro Cornel. Balbo Plutarch. ὅπως αὖ ἔχω εἰπεῖν. Ap. Plaut. *poſcere ad ravim: ſuffundere aquulam: eſſe in fermento*, i.e. ita fervere: ὀργὴ ἐπὶ ζέσις, ap. Philoſophos. Et quis omnia numeret? Ita eleganter dixeris: *Hæc ſubjeci, ut rideas*. Exemplo Cic. l. 2. Epiſt. ad Att. univerſa res eo eſt deducta, ſpes ut nulla ſit, aliquando non modo privatos, verùm etiam magiſtratus liberos fore. *Et* l. 1. puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, ut frontem ferias *Terent. Adelph. Act. 1. Sc.* 1. Ea ne me celet, conſuefeci filium. *Plaut. Capt.* Feciſti ut redire liceat ad parentes. *Idem Bacch.* poſtremò impetravi, ut ne quid ei ſuccenſeat. Ap. Terent. *facere verba: facere ſe hilarem: viſere ad aliquẽ.* Adelph. Ego hinc ad vos proviſam. *Hecyra* Act. 1. 2. Noſtra illico it viſere ad eam. *Et ibidem:* Act. 2. 1. Nemo voluit viſentem ad eam te intro admittere. *Plaut. Mercat.* ad me inviſam domum. *Lucret. l. 5.* ad hanc quia ſigna reviſunt. Item Sulpit. Apollin. in pericocha Andriæ Terentii: *Soror falſa credita:* pro quo vulgariter *ſoror putativa.* Ap. eundem in fine Comœd. *Calliopius recenſui.* Sic ut *Salluſt.* En C. Cotta conſul facio. *Liv. in primo:* Hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero *Suet.* Tantis rebus geſtis C. Cæſar condemnatus eſſem. Et quidem præeuntibus Græcis: ut *Euripide:* ἥκω πολύδωρος. Itẽ

Elegantiæ Phraſium.

Demoſth.

Virgilius elegans. *Demosth.* aliis. Ap. Virgil. verò quàm limpida *elegantiarum* manent flumina, passim ostendit Scalig. in Poet. & nominatim l. 5. c. 3. ubi Virgilium comparat cum Homero. Nec verò Germanismus est 2. Æneidos.

—— *intentiq; ora tenebant.*

Nihil enim quidquam Latium illud vetus à Germanis mutuari potuit. Et quod interdum aliqu... consonant phrases, sicut & dictiones, fit, quia commune omnibus gentibus est principium, id est, ratio unde *ἰυμεταπτώσεις* proficiscitur. L. 4. Æneid. quàm exquisitis coloribus depingit *Famam:* inter alia,

Fama.

—— mox sese tollit in auras.

Ingrediturque solo & caput inter nubila condit.

Cavillati sunt---*inter nubila condit:* cum Homer. quem imitatus sit, in cœlo caput Eridis constituat. Sed latuit eos vis judicii Maroniani. Abscondit enim famæ caput nubibus: propterea quod famæ caput, i. e. autor rumorum incertus est. Et dixit *Nubila,* non cœlum: quia ad nubes usque pervenire è terra clamor potest. Quid illo Æneid. 8. purius & simplicius?

Evandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus.

Vidi, qui ita immutaverat, ut scilicet imitatus Virgilium videretur:

Martinum ex humili lecto lux alma reducit,
Et matutinarum avium per culmina cantus.

Idem 11. Æneid.

——*aut pacem Trajano ab rege petendum.* Servius: cùm per *Gerundii* modum aliquid dicimus, per accusativum elocutionem formemus necesse est.

Pariter Lucret. l. 1.

Multa novis verbis præsertim cùm sit agendum.

Lib. 2. *Addendum partes alias erit.* ——

Cicero in *Cat. majore.*

Volumus sanè, nisi molestum, Cato, tanquam longam aliquam viam confeceris, quam nobis quoque ingrediundum sit. Virgilius 3. Æneid.

Progredior portu, classes & litora linquens.

Sunt,

Sunt, qui inelegans putant, versum ita terminari.

Et Servius: *Notandum sane*, inquit, *finitum esse versum participio: quod raro apud Latinos fit, & apud Græcos est vitiosissimum.* Sed hoc *Servii* paradoxon contra ingenti versuum, qui eo modo clauduntur quasi modio facile obruerem, si quàm facile, tam necessarium esset. Pugillo hic contenti simus. *Homer.* certe Græc. Poetar. Apollo in singulis prope paginis ita claudit aliquot versus.

Iliad. δ. — ἀχαιῶν ἄλλ® ἐπελθών.
Iliad. ι. — ὅτι δὴ κατέμαρπτε διώκων.
Iliad. η. — θέει πεδίοιο κεραίων.
Odyss. θ. — ἀλιγεντάτι κόμαις πάχων.
Odyss. ι. — ὁ δ' ἰθ' ἴζατο χαίρων.
Odyss. ρ. — ὅκει τέρπησιν ἀείδων.

HESIODUS.

— ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων.
Idem: — ἀλόχε πεφρικυῖα ῥέζων.
Lucret. l. 1. *Cætera consimili mentis ratione peragrans.*
Idem l. 3. — *cassa formidine torpens.*
Ibidem: — *tectis quasi ferre ardentibus instans.*
Lib. 4. — *capitis velamina quassans.*
Ibidem. — *Torrenti flumine potans.*
Virgil. 1. Æneid — *fatis contraria fata rependens.*
Lib. 2. — *gemitus imo de pectore ducens.*
Lib. 3. *dixerat & genua amplexus genibusq; volutans.*
Lib. 4. — *ingeminant curæ rursusq; resurgens.*
Lib. 6. — *longo ordine cernens.*
Lib. 7. — *qua sol utrumq; recurrens.*
Ovid 1. Metam. — *quo cum murmure labens.*
3. Metam. *Per nemus ignotum non certis passibus errans.*
4. Metam. — *gelidis in vultibus oscula figens.*
7. Metam. — *ad quæ sua brachia tendens.*

Alia hujus generis huc coacervare piget cùm jam satis liqueat, quur inelegans & vitiosum censeri non debeat, quod consentiens omnium autorū ψηφισμὸς probavit.

Barbara sunt: *opus operatum facere sermonem, multū Barbade se tenet, venit in magnam impietatem, stat pro speculo, rePbm-*

equitat in asino, pro mea persona, pro posse & velle nostro, legere bibliam, bonum strepitum bibere, omnem scientiam scire, facere se inutilem, facere contumeliam: quod etiam Cicero ipse reprehendit in Antonio, qui existimabat, probè & Latinè dici, *Facere contumeliam*, ut facere damnum; pro pati contumeliam. At ea quidem si seorsum sumas, omnia sunt Latinissima. Conjuncta, degenerant: quia sine exemplo & usu castæ antiquitatis. Cæterùm, quia mentio barbarorum facta est, ut ab iis pura adhuc rectius discernantur, non ἀπροσδιόνυσον fuerit; si, quid aliis *Barbarismus* sit, ut & *Solœcismus*, huc descripsero. *Aristot.* σολοικίζειν ποιεῖν. τοῦτο δ' ἐστὶ, τὸ ποιῆσαι τῇ λέξει βαρβαρίζειν ἐκ τοῦ λόγου τὸν ἀποκρινόμενον, i.e. ut solœcismum committere faciant: h.e. efficiant argumentatione, ut respondens barbarè loquatur, quod fit, cum aliquis cogitur admittere orationem barbarã, & contra linguæ regulas. *Suid.* ἔστι βαρβαρισμὸς ἐκ τῶν κακιῶν λέξις παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδοκιμούντων ἑλλήνων. σολοικισμὸς δ' ἐστὶ λόγος ἀκαταλλήλως συντεταγμένος. ὡς τὸ, ἐγὼ περιπατῶν, ὁ τοῖχος ἔπεσεν i.e *Barbarismus* est, dictio è vitiis, contra consuetudinem celebrium Græcor. *Solœcismus* verò, est oratio incongruenter composita: v. c. *Ego deambulans, corruit murus. Eustath.* ὁ μὲν βαρβαρισμὸς, ἁμαρτία ἐστὶ προσφορᾶς περὶ λέξεις ἢ τόνους γινομένη· ὁ δὲ σολοικισμὸς, περὶ σύνταξιν ἐννοίας σῶον λόγον αἰκίζων, i. e. *Barbarismus*, est vitium pronunciationis, quod fit circa dictiones aut tonos: *Solœcismus* verò est in constructione sententiæ, integram orationem fœdans. Autor ad *Herenn.* l. 4. Vitia in sermone, quo minus is Latinus sit, duo possunt esse. Solœcismus, & Barbarismus. *Solœcismus* est, cùm verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur. *Barbarismus* est, cum verbum aliquod vitiosè effertur. *August.* l. 2. de doctr. Christ. c. 13. *Solœcismus* nihil aliud est, quàm cùm verba non ea lege sibi coaptantur, quà coaptaverunt, qui priores nobis non sine autoritate aliqua loquuti sunt. Utrum enim *inter homines*, an *inter hominibus* dicatur, ad rerum non pertinet cognitorem. Item *Barbarismus* quid aliud est, nisi verbum

Barbarismus & Solœcismus.

bum non eis literis vel ſono enunciatum, quod ab èis qui Latinè ante nos loquuti ſunt, enunciari ſolet? Utrum enim *ignoſcere* producta tertia ſyllaba, vel correpta, dicatur, non multum curat, qui peccatis ſuis Deum ut ignoſcat petit, quolibet modo illud verbum ſonare potuerit, *Siber.* in Epiſtol. inſtit. *Barbariſmus* eſt, cum verbum aut planè non Latinum, hoc eſt, merè peregrinum aut barbarum eſt, aut natales ingenuitatis præ ſe fert, nec habet: quod fit cum contra Latinè loquentium morem atque uſum formatum eſt. Itaque in hoc genere mera peregrinitas eſt, quod vocabula aut non Latina aut male Latina, aut ſpuria ſunt. *Solœciſmus* autem eſt, cùm vocabula ſingula Latina quidem ac Romæ quaſi nata ſunt, ſed mala inſtitutione degenerant, & in aliquam Grammaticæ partem offendunt, & impingunt. Itaque *barbariſmus* propriè in Latinitatem: *ſolœciſmus* in Grammaticam peccat, qui tamen ſublato errore natalibuis ſuis reſtitui facile poteſt. Plura in hanc rem ibidem exſtant ſatis accuratè digeſta & exemplis ad ſacietatem illuminata, quæ videre candidato bonarum literarum utile fuerit.

Nunc ad reliquias penſi mei progrediar: videlicet ad *ſtructuram ſermonis, ſive ordinem.* Et is planè divina res eſt, omniſque munditiæ, & elegantiæ, & ſuavitatis initium. Tanto magis enitendum nobis, ut ubiq; illum obſervemus: quantò languidius curant alii. Quinct. l. 9. c. 4. *Feliciſſimus ſermo eſt, cui & rectus ordo & apta junctura, & cum his numerus opportunè cadens contingit.* Obſervamus ex poſitu dictionum, qui tam exemplo autorum, quam judicio aurium dirigitur: & quidem in *principio, medio, meta* orationis vel ligatæ vel pedeſtris. Autores ita ſectemur, ut ſedem, qua ſingulas illi dictiones etiam quandoque minutiſſimas locarint, curioſè perluſtremus: ita ordiamur, ut illi: ita continuemus quaſi fluxum ſermonis, ita finiamus. Cic. Ut *tibi neceſſe eſſet in conſpectu populi Romani vomere.* Transfer hoc ultimum, minus valebit, aut elegans erit. Nam totius ductus hic eſt, quaſi mucro, ut per ſe fœdæ vomen-

Structura ſermonis.

I. Poſitus dictionum.

vomendi necessitati, jam nihil ultra exspectantibus, hanc quoque adjiceret deformitatem, ait Quinctil. Idem Cic. *Non solum ipsa fortuna cæca est: sed eos etiam plerumque efficit cætos quos complexa est.* Recte & Latine alius diceret, sed non eleganter aut jucunde: *Est non fortuna cæca ipsa solum: sed efficit cæcos eos etiam plerunque.* Virgilius 8 Æneid.

Qualis ubi oceani perfusus lucifer unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cælo, tenebrásque resolvit.

Profectò ne ambrosia quidem dulcior est, inquit *Scal.* At si paululum dissipes, aut invertas, nihil futurum sit horridius. Nempe cuique linguæ propria ac peculiaris quasi congenita est convenientia ac series; quam si mutes, hoc est, si postponas, quæ solet præponere, & contrà, jam decus elegantiæ tabescit. Ut Virg. *atq. equidem memini.* Inversim, *equidem memini atq.* Ad hanc enim faciem quidam in versu ponunt *adverbium.* Ita in Germanica, si quis *verbum* præponat *Nomini*: si *substantivum adjectivo*: si *pronomen nomini*, à plebecula ridebitur.

II. Collocatio literarum blanda. Exempla horridioris soni.

Deinde collocemus literas, ut blandus quidam sonus inde resultet, quantum potest, sine asperitate. Nam ubi congerimus multas ejusdem soni, aut cognati, improvidè, sine causa; fit κακοφωνία & lepor elegantiæ ac suavitatis perit. *Cic. 3. de Orat.* Collocationis est componere, & struere verba sic, ut néve asper eorum concursus, néve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & lenis. *Quinctil. l. 9. c. 4.* pessimè longè, quæ easdem inter se literas committunt, sonabunt. Ut si dicas: *Multorum horrendorum: & corrigendorum factorum reus,* Item:

Hostis strix sit aut styx ipsa. Talis est ille versiculus
Arx, stridens rostris sphinx, prester, torrida seps, strix.

Et rursum:

Baccæ aneæ amœnissimæ impendebant.

Et amplius: *O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti:* l. 4. ad Herennium. Sic Catullus epigr. 1.

arida

arida modo pumice ——

Poterat *arido.* Prohibebat concursus trium O. Virgil. 3. Eclog.

Dic mihi Damæta, cujum pecus —

Servius ad illud: *Cujum* antiquè, aut vitans ὁμοιοτέλευτον, ne diceret: *cujus pecus. Plautus Trinum*: quin pessumè ei res vorterit, cujum fuit. Alius ita versum fecit:

—— & conjice grandia saxa.

Virgil. 4. Georg. maluit:

Transversas salices & grandia conjice saxa.

Horat. Od. 10. l. 1.

Voce formasti catus & decoræ
More palestræ.

Ad illud Scal. melius, *lege palestræ.* Resonatio namque illa insuavis, *decoræ More.* Sed ea tamen lege non obstringitur; qui de industria literas sive easdem sive cognatas jungit, ut *paronomasia*, condimentum illud orationis, si modice adhibeatur, existat: qua de re uberius c. 16 agam. Vel etiam ut convenienti literarum potestate & positu, affectus rerum aliqui aut soni velut delineentur. Quod multi egregie attentarunt. Lucret. l. 4. ut gravitas soni vel asperitas quasi pingeretur, asperum hunc versum commentus est; ut recte legit Ob. Gifanius: *Paronomasia.* 1. 2.

Et reboat raucum retro cita barbara bombum.

Catullus de Nupt. Pel. & Tetidos:

Multaque raucisonos efflabant Cornua bombos.

Iterum Lucretius de Serra:

—— serræ stridentis acerbum
Horrorem ——

Virgilius similiter æmulatus est clamorem cornicis, dum pluviam provocat, sexies *A* repetendo; 1. Georg.

Et sola in sicca secum spatiatur arena.

Idem de crabrone 4. Georg.

Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis.

Ad descriptionem vero ejusmodi faciendam, simul & cavendam κακοφωνίαν temerariam; præstiterit literarum potestas sensu aurium ponderare; quas in ejus

 gratiam

ideo deſcribit: Videre amicam eminus eſt aliquid, præſertim cæteris quando cariturus ſim, quando tangendi copia non fiat, eſt certe aliquid. *Alterum* quia συνουσιασμὸς amatori non eſt aliquid, ſed multum, aut omne id, cujus ergo maceratur: eſt σκοπιμώτατον τέλος, in quo appetitus & labor ejus univerſus acquieſcit. Quod attinet *Eraſmum,* qui in Chaliadib. ſuperadjicit: *Poſtremo extrema linea,* illud nihil probat: cum *Tὸ poſtremo* in nullo codice Terentii conſpiciatur: Et *Eraſmo* temere excidiſſe putandum. Sed nimis nimisque: regrediundi eſt.

VIII. *Ultimo*: Notæ & explicationes interpretum & artificum optimorum aſſumantur. Virgil. 6. Æneid.

Tellus extra ſidera.

—— jacet extra ſidem tellus.
Extra anni ſolisq; vias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Quæ ſit ea *tellus extra ſidera* admodum trepidant interpretes. *Donatus,* qui Scaligero anima Virgilii appellatur, nihil minus hic eſt quam anima. Inter alia ait: *Faciet Cæſar, quod Saturnus: & eo amplius, domabit gentes & terram quæ jacet extrà ſidera & extra anni vias & ſolis. Vult eſſe ulterius aliquid poeta, quod ſol neſciat & mundus excludat.* Servius: Nulla eſt tellus, quæ non ſubjaceat ſideribus. Unde perite addidit, *Extra anni ſolisque vias:* ut oſtenderet duodecim ſigna, in quibus eſt circulus ſolis. Significat autem Maurorum Æthiopiam, ubi eſt Atlas. Conſentit *Pomp. Sabinus:* ſi qua tellus ultra lineam Tropicam capricorni, verſus meridiem, erit Pop. Romani. *Extra anni ſolisque vias* dicit propter 12. ſigna, per quæ it ſol, Æthiopiam intelligit. Scitiſſime *Lipſ.* hanc ἀμφισβήτησιν tollit in epiſt. *ad Taubmann.* Ego arbitror, *inquit* ultra τὴν κεκαυμένην populos intelligi: i. e, ἀντίχθονας noſtros. Novus, inquam, orbis indicatur, quem ſcivere tamen magis illi, quam novere. Et l. 2. Phyſiol. Stoic. *Extra ſidera?* Qui poteſt? cœlo certo tegitur: ſed majora ſidera accipe, aut planetas, qui intra Tropicos decurrunt. Ideo addit, velut interpretans, *extra anni & ſolis vias.* Ergo ultra τὴν κεκαυμένην, id eſt Torridam, locat: nempe

ἀντίχ-

αὐγάζοντα illam nobis, & temperatam. Nam de Atlante quod ſcribitur, non de illô Africæ intelliges, ſed de iſto, quem Plato celebravit & regnaſſe iis locis ſcribit. Eo, inquit, Auguſtus *proferet imperium.*

Nunc caput hoc concludam; & obſignando ἀντιπί-πτον ex Ariſtot. Dicebatis ante: Metaphorica eſſe ἀσαφῆ. At 3. Rhet. c. 2. invertit: τὸ σαφὲς καὶ τὸ ἡδὺ ἐςὶ μάλιςα ἡ μεταφορά, id eſt, maxime evidens & jucunda eſt metaphora. Et Cicero: *Translata orationem quaſi ſtellæ quædam illuſtrant.* Nodus hic: ſed non Gordius: nec enſe, ſed diſtinctione facile ſolvendus. Nempe aliter *Eruditi*: aliter *populus* in cognitione rerum occupantur. Illi ſagacitatem mentis & probam ratiocinationem potius ſequuntur: hi ſenſus. Illi τὸ σπουδῆ & interna ſpeculantur: hi ore hiante circa externa & ſimilitudines hærent. Quæ cauſa, quod utriusque alia ſint vocabula. Utpote quæ πραγμάτων ὁμοιώματα καὶ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα. Eruditis clara ſunt; quæ rem, ut eſt, proprie, nude, ſine ornatu, ſine tralatione, animo repræſentant: iisdem obſcura, quæ oblique, quæ metaphorice ſeu ex ſimilitudine quadam ſignant. Contra populo illa obſcura ſunt: hæc clara. De quibus loquitur Philoſophus in Rhetorica, ubi oratorem pro populo inprimis inſtruit. Et Quinct. l. 8. c. 6. Translatio permovendis animis plerunque & ſignandis rebus, ac ſub oculos ſubjiciendis reperta eſt. Sic idiotæ facilius complectuntur, ſi dicam: *avaritia eſt radix malorum*: *Lex eſt anima civitatis, eſt omnium divinorum & humanorum regina*: *Logica eſt manus, eſt clavis: homo eſt bulla*: *anima eſt halitus tenuis, eſt harmonia, eſt lumen corporis*: *Sol eſt oculus mundi: locus eſt ſpatium in terra, in aere, in aqua.* Nam quod & quî locus ſit πέρας, id eſt, extremum vel ſuperficies ex Ariſtot. aut *cavum intra corpus* ex Scal. necdum omnibus Phyſiologis enucleatum. Ita plebs eadem melius eruditur de Eccleſia, ſi comparetur cum *ovili*: de verbo Dei, ſi comparetur cum *ſemine* in agrum ſparſo: de regno Dei, ſi conferatur cum *nuptiis*, cum *agricolatione*, quā ſi aliam viam

Metaphorica qui ſint perſpicua.

Ariſtoteles περὶ ἑρμηνείας.

viam insistas. *August. l. 2. de doctr. Christ. c. 6.* affert exemplum è cantico canticorum, quod plane huc quadrat. Dentes, *inquit,* tui sicut grex detonsarum adscendentes de lavacro, quæ omnes geminos creant, & non est sterilis in illis. Num aliud homo discit, quam cum illud planissimis verbis, sine similitudinis hujusmodi adminiculo audiret? Et tamen nescio quo modo suavius intueor sanctos, cum eos quasi dentes Ecclesiæ video præcidere ab erroribus homines, atque in ejus corpus emollita duritia quasi demersos mansosque transferre. Oves etiam jucundissime agnosco detonsas, oneribus secularibus, tanquam velleribus, depositis, & adscendentes de lavacro, id est, de baptismate creare omnes geminos, id est, duo præcepta dilectionis, & nullam esse ab isto sancto fructu sterilem video. Sed quare suavius videam, quam si nulla de divinis libris talis similitudo promeretur, cum res eademque cognitio, difficile est dicere & alia quæstio est. Nunc tamen nemo ambigit, & per similitudines libentius quæque cognosci, & cum aliqua difficultate quæsita multo gratius inveniri. *Hæc Augustinus.*

CAPUT XIII.

De Puritate & Elegantia: item suavitate.

MUnditia, ait Comicus, *illecebra animo est amantū.* Gratior cibus, ubi patinæ tersæ & nitidæ. Ita res libentius & majori cum jucunditate noscuntur, puris atque elegantibus verbis ornatæ. Et hæc constans est omnium, quod scio, doctorum sentia; nec deserenda nobis: licet unus & alter, aut etiam tertius, velut

——————— *amico luto sus.*

Puritas & elegantia qui paretur. cœno barbaræ ac sordidæ dictionis se polluat. Qui autem puritatem illam & elegantiam consequamur? *Si quidquid singulare & eximium in classicis Latinæ linguæ autoribus deprehendimus, quæ verba, quæ Phrases, tam proprias quam Tropicas, quæ deniq; ordinem & structuram, presso pede sequimur: quidquid contrarium, fugimus.* August. de doctr. Christ. l. 1. c. 13. Quid est est integritas loqu-

quutionis, niſi Latinæ conſuetudinis conſervatio loquentium veterum autoritate firmata *Scal l.6.poet.* Non quævis vox, non quævis junctura vel vocum vel numerorum inter genuinas legitimasque referri debet. Ea ſingula ſint vere Romana ſeu Latina, id eſt, cum judicio & delectu ex optimis autoribus ſumantur, & quidem eo ſignificatu à nobis uſurpentur, quo ipſis. Quod colligitur ex originibus, è tota orationis ſerie, & unius loci cum altero comparatione. *Valla* in eo multus eſt *ſex libris elegantiarum,* qui merito ab Eruditis magnifiunt, majoris futuri, ſi ipſe minor eſſe voluiſſet. Jam ingenio fretus ſuo alios non ſemel inique vellicat, ut has literas docti animadvertunt.

De Elegantia verborum.

Valla.

Ita non barbare loquimur, judicio Vallæ l.6. c.10. ſed eleganter: *quot calendis, quot menſibus,* id eſt, ſingulis calendis menſibus: quia illud Plauti Stich. act. 1. ſc. 2. hoc Varronis l. 4. L. L. & quidem ſalva analogia, *ut dies. quotannis quotidie.* Sic etiam Græci dicunt ὅσαι ὧραι, ἡμέραι, νύκτες, μῆνες Homer. odyſſ. ξ: ὅσσαι γὰρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐκ Διός εἰσι: Quotquot enim noctesque & dies ex Jove ſunt.

Quot calendis.

Paſtus homini convenit, ait idem l. 4. c.53. Sed eleganter etiam brutorũ dicitur Cic.2. de natur. deor. *quis pecudum paſtus?* 1. Offic. *paſtum, latibula.* 2. de Finibus: à beſtiis, quibus ipſa terra fundit ex ſeſe paſtus varios.

Paſtus.

Idem Valla l. 4. c. 18. *apud Ciceronem vix unquam indulgentia reperitur.* Quod σφάλμα μνημονικὸν arbitror: cum aliquoties in Cicerone legatur. *Ut de legibus.* 1. Homines inter ſe naturali quadam indulgentia & benevolentia contineri.

Indulgentia.

Idem Valla l. 5. c.57. verbum *præoccupare*, ſuſpectum habet: *ſæpe vero ante capere eſt & (ut aliqui loquuntur) præoccupare.* At Cic. ipſe ſic loquitur: Phil.10. *Quas partes ipſe mihi ſumſeram, eas præoccupavit Antonius.* Ut taceam Cæſarem de bello civ. l. 2. Liv. ab urb. cond. l. 4. Colum. l.7. c.12. & alios, quibus *præoccupare* verbum familiare ſatis. Ita *Quartana* vox pura, quia Cic. l.7. Epiſt. ad Attic. *Decretorius* in eadem: *Ejus teſtamentum decretorium.*

Præoccupare.

Decretorius.

ineptia *torium.* Item pura vox eſt, *ineptia*: quia Terentii: quem ſequitur Prudent. in Symmachum:

Deſine, ſi pudor eſt, gentilis *ineptia*, tandem
Res incorporeas ſimulatis fingere membris.

Conſitura: & hujus generis alia. Nec ineleganter dixeris, *conſitura*: quia Cic. utitur de repub. quomodo alia ἀναλόγως formantur. Ut *temperatura, cubitura* ap. Varron. *poſitura, flexura*: ap. Lucr. *junctura*, ap. Agell. *conditura* ap. Senec. *inciſura* ap. Plin. *contractura* ap. Victruv. Et uſitata illa, *dictatura, prætura, quæſtura*: ad quorum ſimilitudinem hodie ficta ſunt, *Lectura, Doctura, Profeſſura.* Sic Ciceronis eſt *dulcitudo, lenitudo, anxitudo, mollitudo.* Qua forma multa alia exſtiterunt, forte etiam aliqua licentius. Ut Salluſt. *claritudo*: Plauti *hilaritudo, mœſtitudo, aritudo, canitudo*: Varronis *celeritudo*: Catonis *duritudo*: Actii *honeſtitudo*: Agellii *acerbitudo*: Turpilii *neceſſitudo*: Columellæ *raritudo*: Suetonii *teneritudo*: Victruvii *acritudo*: Paccuvii *pænitudo*: Hieronymi *diſertitudo* & ſimilia.

Babara. Contraria elegantiæ ſunt vocabula barbara & lutulenta quorum alia ſues, alia catulos, alia capras, alia ſemitas ac trivia olent. Intelligo *barbara*, non more veterum, qui ita vocabant omnia exotica, etiam ſanctiſſimam gentem, à qua & ſapientiæ aliquid & linguam ſuam hauſerant: ſed, cum præter omnem rationem vel è German. vel Græc. vel aliis, vel Latin. quoque contra analogiam & uſum verè Latinum, Latina miſerè conſuuntur. Quibus non utimur, niſi cum ex aliis docendi cauſa citamus, cumque puris & uſitatis conferimus. Talia ſunt: *Bannitus, baſtardus tranſſubſtantiatio, adunatio, plaſmatio, adeſſentia, inexiſtentia, abſcaſeus, putatiuum, rectificare, retaliatio, choriſſatio, logiſſamentũ, intitulare, appodiare, certiorare, odiuit, ſcopabit, crapulatus, appretiant, interraſilis, deminoratio, coutitur, indiſciplinatus, nimietas, inſubſidiatus, excopiare, uictualia, reuerentialis, qualificatus, infallibilitas, auferebilitas, cordialiter, paternaliter,* & id genus alia. Quorum farraginem comportavit *Corn. Crocus*: ſed non ſine errore.

Multa

Multa enim inſulſe explicuit, nec pauca in ſordidorum ordinem redegit, quæ bonis autoribus cognitiſſima. Illis verò barbaris, quæ ſtatui, cave annumeres ea, quæ ex inopia, *κατ' ἀναλογίαν*, & eruditorum conſenſu facta aut ficta ſunt. Tantum abeſt, ut orationem infuſcent, ut illuſtrent magis, quando bellè rebus ſuis reſpondent, & florem priſcæ Latinitatis ſuaviter redolent. *Vide c. 10. ſub finem.*

De phraſibus & loquendi modis. Atque hi ab autoribus Latii ſæpe jam laudatis petendi nobis: nec temere fingendi alii. Ut ap. Cicer. *privilegium ferre: infamiam concipere: in cogitationem venire: audientiam facere: conceptis verbis jurare: inclinatio temporum*, pro mutatio: *convivia inire*, pro ire ad convivia: *Laxam diem ſtatuere*, i.e. tempus bene longum conſtituere, aut diem prorogare. *Habeo dicere* more Græcanico ap. Cic. pro Cornel. Balbo Plutarch. *ἔχω σοι εἰπεῖν*. Ap. Plaut. *poſcere ad ravim: ſuffundere aquulam: eſſe infermento*, i.e. ita fervere: *ὀργὴ ἐπὶ ζέσις*, ap. Philoſophos. Et quis omnia numeret? Ita eleganter dixeris: *Hæc ſubjeci, ut rideas.* Exemplo Cic. l. 2. Epiſt. ad Att. univerſa res eo eſt deducta, ſpes ut nulla ſit, aliquando non modò privatos, verùm etiam magiſtratus liberos fore. *Et* l. 1. puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, ut frontem ferias *Terent. Adelph. Act. 1. Sc.* 1. Ea ne me celet, conſuefeci filium. *Plaut. Capt.* Feciſti ut redire liceat ad parentes. *Idem Bacch.* poſtremò impetravi, ut ne quid ei ſuccenſeat. Ap. Terent. *facere verba: facere ſe hilarem: viſere ad aliquē.* Adelph. Ego hinc ad vos proviſam. *Hecyra* Act. 1. 2. Noſtra illico it viſere ad eam. *Et ibidem:* Act. 2. 1. Nemo voluit viſentem ad eam te intro admittere. *Plaut. Mercat.* ad me inviſam domum. *Lucret. l. 5.* ad hanc quia ſigna reviſunt. Item Sulpit. Apollin. in pericocha Andriæ Terentii: *Soror falſa credita:* pro quo vulgariter. *ſoror putativa.* Ap. eundem in fine Comœd. *Calliopius recenſui.* Sic ut *Salluſt.* En C. Cotta conſul facio *Liv. in primo*: Hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero *Suet.* Tantis rebus geſtis C. Cæſar condemnatus eſſem. Et quidem præeuntibus Græcis: ut *Euripide:* *ἑκὼν πολύδωρος*. Itē *Elegantia Phraſium.*

Demoſth.

Virgilius elegans. *Demosth.* aliis. Ap. Virgil. verò quàm limpida *elegantiarum* manent flumina, passim ostendit Scalig. in Poet. & nominatim l. 5. c. 3. ubi Virgilium comparat cum Homero. Nec verò Germanismus est 2. Æneidos.

—— *intentiq́ ora tenebant.*

Nihil enim quidquam Latium illud vetus à Germanis mutuari potuit. Et quod interdum aliqu… consonant phrases, sicut & dictiones, fit, quia commune omnibus gentibus est principium, id est, ratio unde *ὁμοιοπάθεια* proficiscitur. L. 4. Æneid. quàm exquisitis coloribus depingit *Famam*: inter alia, *Fama.*

—— mox sese tollit in auras.

Ingrediturque solo & caput inter nubila condit.

Cavillati sunt---*inter nubila condit*: cum Homer. quem imitatus sit, in cœlo caput Eridis constituat. Sed latuit eos vis judicii Maroniani. Abscondit enim famæ caput nubibus: propterea quod famæ caput, i. e. autor rumorum incertus est. Et dixit *Nubila*, non cœlum: quia ad nubes usque pervenire è terra clamor potest. Quid illo Æneid. 8. purius & simplicius?

Evandrum ex humili tecto lux suscitat alma,

Et matutini volucrum sub culmine cantus.

Vidi, qui ita immutaverat, ut scilicet imitatus Virgilium videretur:

Martinum ex humili lecto lux alma reducit,

Et matutinarum avium per culmina cantus.

Idem 11. Æneid.

——*aut pacem Trajano ab rege petendum.* Servius: cùm per *Gerundii* modum aliquid dicimus, per accusativum elocutionem formemus necesse est.

Pariter Lucret. l. 1.

Multa novis verbis præsertim cùm sit agendum.

Lib. 2. *Addendum partes alias erit.* ——

Cicero in *Cat. majore.*

Volumus sanè, nisi molestum, Cato, tanquam longam aliquam viam confeceris, quam nobis quoque ingrediundum sit. Virgilius 3. Æneid.

Progredior portu, classes & litora linquens.

Sunt,

Sunt, qui inelegans putant, versum ita terminari.

Et Servius: *Notandum sane*, inquit, *finitum esse versum participio: quod raro apud Latinos fit, & apud Græcos est vitiosissimum.* Sed hoc *Servii* paradoxon contra Ingenti versuum, qui eo modo clauduntur quasi modio facile obruerem, si quàm facile, tam necessarium esset. Pugillo hic contenti simus. *Homer.* certe Græc. Poetar. Apollo in singulis prope paginis ita claudit aliquot versus.

Iliad. δ. — ἀχαιῶν ἄλλ@ ἐπελθών.

Iliad. ε. — ὅτι δὴ κατέμαρπτε διώκων.

Iliad. η. — θέει πεδίοιο χαράσσων.

Odyss. θ. — ἀλιγενάτι κόμαζε πάγχων.

Odyss. ι. — ὁ δ' ἐθέλεκτο χαίρων.

Odyss. ς. — ὅκει τέρπηται ἀείδων.

HESIODUS.

— ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων.

Idem: — ἀλόχε απηφρικαίεσα ῥέζων.

Lucret. l. 1. *Cætera consimili mentis ratione peragrant.*

Idem l. 3. — *cassa formidine torpens.*

Ibidem: — *tectis quasi ferre ardentibus instans.*

Lib. 4. — *capitis velamina quassans.*

Ibidem. — *Torrenti flumine potans.*

Virgil. 1. Æneid — *fatis contraria fata rependens.*

Lib. 2. — *gemitus imo de pectore ducens.*

Lib. 3. *dixerat & genua amplexus genibusq; volutans.*

Lib. 4. — *ingeminant curæ rursusq; resurgens.*

Lib. 6. — *longo ordine cernens.*

Lib. 7. — *qua solutrumq; recurrens.*

Ovid 2. Metam. — *quo cum murmure labens.*

3. Metam. *Per nemus ignotum non certis passibus errans.*

4. Metam. — *gelidis in vultibus oscula figens.*

7. Metam. — *ad quæ sua brachia tend ns.*

Alia hujus generis huc coacervare piget cum jam satis liqueat, quur inelegans & vitiosum censeri non debeat, quod consentiens omnium autorũ ψηφισμις probavit.

Barbara sunt: *opus operatum facere sermonem, multũ Barbade se tenet, venit in magnam impietatem, stat pro speculo, reP bmequi-ses.*

equitat in asino, pro mea persona, pro posse & velle nostro, legere bibliam, bonum strepitum bibere, omnem scientiam scire, facere se inutilem, facere contumeliam: quod etiam Cicero ipse reprehendit in Antonio, qui existimabat, probè & Latinè dici, *Facere contumeliam*, ut facere damnum; pro pati contumeliam. At ea quidem si seorsum sumas, omnia sunt Latinissima. Conjuncta, degenerant: quia sine exemplo & usu castæ antiquitatis. Cæterùm, quia mentio barbarorum facta est, ut ab iis pura adhuc rectius discernantur, non ἀπροσδιόνυσον fuerit; si, quid aliis *Barbarismus* sit, ut & *Solœcismus*, huc descripsero. *Aristot.* σολοικίζειν ποιεῖν. τοῦτο δ' ἐστὶ, τὸ ποιῆσαι τῇ λέξει βαρβαρίζειν ἐκ τοῦ λόγου τὸν ἀποκρινόμενον, i.e. ut solœcismum committere faciant: h.e. efficiant argumentatione, ut respondens barbarè loquatur, quod fit, cum aliquis cogitur admittere orationem barbarã, & contra linguæ regulas. *Suid.* ἔστι βαρβαρισμὸς ἐκ τῶν κακιῶν λέξις παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδοκιμούντων Ἑλλήνων. σολοικισμὸς δ' ἐστὶ λόγος ἀκαταλλήλως συντεταγμένος. ὡς τὸ, ἐγὼ περιπατῶν, ὁ τοῖχος ἔπεσεν i.e *Barbarismus* est, dictio è vitiis, contra consuetudinem celebrium Græcor. *Solœcismus* verò, est oratio incongruenter composita: v. c. *Ego deambulans, corruit murus. Eustath.* ὁ μὲν βαρβαρισμὸς, ἁμαρτία ἐστὶ προφορᾶς περὶ λέξεις ἢ τόνους γινομένη· ὁ δὲ σολοικισμὸς, περὶ σύνταξιν ἐννοίας τῶν λόγων αἰκίζων, i.e. *Barbarismus*, est vitium pronunciationis, quod fit circa dictiones aut tonos: *Solœcismus* verò est in constructione sententiæ, integram orationem fœdans. Autor ad *Herenn.* l. 4. Vitia in sermone, quo minus is Latinus sit, duo possunt esse Solœcismus, & Barbarismus. *Solœcismus* est, cùm verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur. *Barbarismus* est, cum verbum aliquod vitiosè effertur. *August.* l. 2. de doctr. Christ. c. 13. *Solœcismus* nihil aliud est, quàm cùm verba non ea lege sibi coaptantur, quà coaptaverunt, qui priores nobis non sine autoritate aliqua loquuti sunt. Utrum enim *inter homines*, an *inter hominibus* dicatur, ad rerum non pertinet cognitorem. Item *Barbarismus* quid aliud est, nisi verbum

Barbarismus & Solæcismus.

bum non eis literis vel ſono enunciatum, quod ab eis qui Latinè ante nos loquuti ſunt, enunciari ſolet? Utrum enim *ignoſcere* producta tertia ſyllaba, vel correpta, dicatur, non multum curat, qui peccatis ſuis Deum ut ignoſcat petit, quolibet modo illud verbum ſonare potuerit, *Siber.* in Epiſtol. inſtit. *Barbariſmus* eſt, cum verbum aut planè non Latinum, hoc eſt, merè peregrinum aut barbarum eſt, aut natales ingenuitatis præ ſe fert, nec habet: quod fit cum contra Latinè loquentium morem atque uſum formatum eſt. Itaque in hoc genere mera peregrinitas eſt, quod vocabula aut non Latina aut male Latina, aut ſpuria ſunt. *Solœciſmus* autem eſt, cùm vocabulá ſingula Latina quidem ac Romæ quaſi nata ſunt, ſed mala inſtitutione degenerant, & in aliquam Grammatticæ partem offendunt, & impingunt. Itaque *barbariſmus* propriè in Latinitatem: *ſolœciſmus* in Grammaticam peccat, qui tamen ſublato errore natalibuis ſuis reſtitui facile poteſt. Plura in hanc rem ibidem exſtant ſatis accuratè digeſta & exemplis ad ſacietatem illuminata, quæ videre candidato bonarum literarum utile fuerit.

Nunc ad reliquias penſi mei progrediar: videlicet ad *ſtructuram ſermonis, ſive ordinem.* Et is planè divina res eſt, omniſque munditiæ, & elegantiæ, & ſuavitatis initium. Tanto magis enitendum nobis, ut ubiq; illum obſervemus: quantò languidius curant alii. Quinct. l. 9. c. 4. *Feliciſſimus ſermo eſt, cui & rectus ordo & apta junctura, & cum his numerus opportunè cadens contingit.* Obſervamus ex poſitu dictionum, qui tam exemplo autorum, quam judicio aurium dirigitur: & quidem in *principio, medio, meta* orationis vel ligatæ vel pedeſtris. Autores ita ſectemur, ut ſedem, qua ſingulas illi dictiones etiam quandoque minutiſſimas locarint, curioſè perluſtremus: ita ordiamur, ut illi: ita continuemus quaſi fluxum ſermonis, ita finiamus. Cic. Ut *tibi neceſſe eſſet in conſpectu populi Romani vomere.* Transfer hoc ultimum, minus valebit, aut elegans erit. Nam totius ductus hic eſt, quaſi mucro, ut per ſe fœdæ

Structura ſermonis.

I. Poſitus dictionum.

arida modo pumice ——

Poterat *arido.* Prohibebat concursus trium O. Virgil. 3. Eclog.

Dic mihi Damæta, cujum pecus —

Servius ad illud; *Cujum* antiquè, aut vitans ὁμοιοτέλευτον, ne diceret: *cujus pecus. Plautus Trinum*: quin pessumè ei res vorterit, cujum fuit. Alius ita versum fecit:

—— & conjice grandia saxa.

Virgil. 4. Georg. maluit:

Transversas salices & grandia conjice saxa,

Horat. Od. 10. l. 1.

Voce formasti catus & decoræ
More palestræ.

Ad illud Scal. melius, *lege palestræ.* Resonatio namque illa insuavis, *decoræ More.* Sed ea tamen lege non obstringitur; qui de industria literas sive easdem sive cognatas jungit, ut *paronomasia*, condimentum illud orationis, si modice adhibeatur, existat: qua de re uberius c. 16 agam. Vel etiam ut convenienti literarum potestate & positu, affectus rerum aliqui aut soni velut delineentur. Quod multi egregie attentarunt. Lucret. l. 4. ut gravitas soni vel asperitas quasi pingeretur, asperum hunc versum commentus est, ut recte legit Ob. Gifanius: *Paronomasia.* *1.* *2.*

Et reboat raucum retro cita barbara bombum.

Catullus de Nupt. Pel. & Tetidos:

Multaque raucisonos efflabant Cornua bombos.

Iterum Lucretius de Serra:

—— serræ stridentis acerbum
Horrorem ——

Virgilius similiter æmulatus est clamorem cornicis, dum pluviam provocat, sexies *A* repetendo: 1. Georg.

Et sola in sicca secum spatiatur arena.

Idem de crabrone 4. Georg.

Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis.

Ad descriptionem vero ejusmodi faciendam, simul & cavendam κακοφωνίαν temerariam; præstiterit literarum potestas sensu aurium ponderare; quas in ejus

 gratiam

rendum sonat, violentiam aut impetum notans. Ideo hispidum ῥῶ vocat Terentianus Maurus. Hinc dictiones, *τόῤῥαξις, tantara, terror, territo, tonitru.* Virg. 11. Æn.

—— clauso fit gurgite murmur.

Lucret. l. 6.

—— murmura percurrunt cœlum.

Catull. de Nupt. Pel.

Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.

S, sibilat ac strepit, utque Scal. ait, *ad spiritus elisionem facit: sale saxa sonabant.* Item *tussis, ἀσθμαίνειν, στεναγμός, σιφλόω.* Ubi verò τὸ *C*, adjungitur, ut in *X*, illa asperitas augetur: *Coaxo, κοὰξ ξίειν.* Sequuntur *B, C, D, G, P, Q, T.* Inde *B, C, D,* sonant leniter & augentur pro ratione vocalium. Adhuc pressius *P* & *T*: quod etiam timori inservit, *At, at, G* verò cognatum est τῷ *C.* Rarius occurit τὸ *Q*. Quod ex *C* & *V* constans, è vocali sua inprimis æstimatur. Et tantum de literis; quatenus in dictionibus & earum collocatione suavitatem sermoni afferunt. Quamvis hoc nondum sufficiat. Multo enim plura requiruntur, ut oratio vel invitum alliciat sive ad audiendum sive legendum. Ad quatuor non incommode referentur. *Oratio ut suavis fit.*

Primum est varietas, tam dictionum & phraseωn, quam ipsarum rerum. Nempe ut *I. Varietas.*

Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem:

& ut crambe bis cocta insuavis palato est: ita auribus & animo, si unum aliquod toties iteretur. Ut solent, *nempe, nimirum, ergo, præterea. cæterum* & alia. *Cic. 3. de Orat.* ad aures nostras & sermonis suavitatem nihil est vicissitudine, varietate & commutatione aptius.

Secundo, accedant huc metaphoræ dulces, venustæ & quasi floridæ, nec non similes Tropi. Quibus oblectari omnes affirmat *Cic. 3. de Orat.* & fieri idem miratur, sed & causam probabiliter eruit. Atq; hoc in genere (*inquit*) persæpe mihi admirandum videtur, quid sit, quod omnes translatis, & alienis magis delectantur verbis, quam proprius, & suis. Id accidere credo, vel quod ingenii specimen est quoddam, transilire ante *II. Metaphora. Quur Tropi ea delectent.*

 pedes

pedes posita, & alia longe repetita sumere. Vel quod is, qui audit, alio ducitur cogitatione, neque tamen aberrat quæ maxima est delectatio. Vel quod singulis verbis res, ac totum simile conficitur. Vel quod omnis translatio, quæ quidem sumta ratione est, ad sensus ipsos admovetur, maxime oculorum, qui est sensus acerrimus.

III. Dictiones reconditæ.

Tertio, dictiones quædam abstrusiores, raræ, & paululum antiquæ intermisceantur, sed pro re nata & cum modo Aristot. 3. Rhet. c. 2. δεῖ ποιεῖν ξένην τὴν διάλεκτον θαυμασταὶ γὰρ τῶν ἀπόντων εἰσίν· ἡδὺ δὲ τὸ θαυμαστόν, id est, oportet efficere peregrinum sermonem: admirabiles enim sunt absentium: admirabile vero jucundum. Idem quoque asserit *Cic. Quinctil.* ut citabam c. 9. & alii.

IV. Numerus Oratorius.

Ultimo, præsto sit concinnitas numeri, qui è *pedibus* (ut Poetæ vocant) constituitur, & κατ' ἐξοχὴν vocatur *Oratorius*, quod in pompa orationum publica valde dominetur. Quamvis idem etiam suaviter afficiat epistolas, & dialogos & historias, & commentarios, & similia scripta, tempestive adhibitus, & cum quadam vicissitudine. Scalig l. 4. Poet c. 6. *Nullum sane dicendi genus sine numero est.* Et c. 1. *Numerus est conveniens sententiæ sonus ex compositione & dispositione partium. Compositionem appello verborum ex elementis & syllabis, ac membrorum ex verbis. Dispositione rationem modumq; compositionis Oportet enim verba & esse talia, & tali ordine collocata.* Quali vero ordine? Qualem & aures & autores, inprimis Cicero, probant: ne scilicet integri versus vel dimidii præsertim Hexametri & Pentametri existant. Cic. ad Brut. *Versus sæpe per imprudentiã dicimus quod vehementer est vitiosum.* Sit etiã varietas quædã *numeri*, nec eodem periodus eadem, aut sequens, vel inchoetur vel finiatur: etiam ille affectionibus rerũ accommodetur, nempe *pyrrichius* celeritati; *spondeus* tarditati, & sic in reliquis. *Cic. in Orat.* Genus illud tertiũ explicetur, quale sit numerosæ & aptæ orationis. Quod qui non sentiunt, quas aureis habeant, aut quid in his hominis simile sit, nescio

neſcio. Meæ quidem perfecto, completoque verborum ambitu gaudent & curta ſentiunt, nec amant redundantia: quid dico meas? conciones ſæpe exclamare vidi, cum apte verba cecidiſſent: id enim expectant aures, ut verbis colligetur ſententia. *Hæc Cic.* multa etiam Quinctil. multa alii, quos adiri malim & audiri ipſos de hoc argumento fuſiſſime loquentes, quam ut fruſtillatim ex illis plura decerpam; quando etiam *oratores* peculiariter id ſibi hactenus vindicarunt.

CAPUT XIV.

De brevitate ſermonis & prolixitate.

Brevitas hîc intelligitur non exſucca illa, ſine carne & ſanguine; quæ pleraque tantum oſtendit quaſi eminus ut pictor in tabula anguſtiori capita modo vel eorundem cacumina perſtringit. Ubi, ſi quid intelligere velis, non niſi Oedipi alicujus & Delii conjectura utendum ſit. Talis, inquam, brevitas vitium ſermonis eſt, non virtus; nec tam brevitas dicenda, quam ariditas quædam & macies. Sed ea nec ulli facile expetitur, niſi cui domi ſuæ latitare & tantum ſibi ac ſuis muſis canere placeat, id eſt, inepto aut febriculoſo, ne quid gravius dicam. At objiciuntur mihi Lacones! Verum quidem eſt, gentem illam parciſſime olim loqui ſolitam, & ſæpe non tribus verbis ad longiuſculam orationem reſpondiſſe; ſed vix uno. Inde appellati ſunt βραχύλογοι & λακωνισμὸς communiter eſt breviloquentia. Verum excuſaverit eos genius forte peculiaris aut natura, quæ ad multa potius egregie facta, quam multiloquia propendebat. Quamvis nec ubique, certe non in aſſidua converſatione, conciſa illa & obſcura brevitas locum habuerit. Loquebantur enim, ut ſentiebant; nempe multis, quia multis opus erat: & ideo loquebantur, ut mutuo intelligerentur; & quidem ex tempore. Ubi autem cum hoſte ipſis res fuit, pungentes ejusmodi verborum aculeos conſulto, nec infeliciter, ejiciebant. Ut enim mucro, vel etiam ſpina citius penitrat, quam lancea: ita magis ſæpe cruciat. Simile

Macies ſermonis.

Laconiſmus.

Ubi Lacones brevi loqui.

quid de verbis existimare licet. Et vel hodieque in lau-
de ponitur, quando illustres & graves personæ brevi-
bus se absolvunt, atque ita multa aliis cogitanda relin-
qvunt. Verba regum & dominorum sint μονοσύλλαβα,
vulgo dicitur. Rixabantur olim Lacedæmonii & Argivi
de finibus: & hi cum per epistolam satis verbosam mul-
ta mala minarentur, ni illi cederent: nil aliud Lacedæ-
monii rescripserunt, quàm αἴκα, id est, si. Quod magis
pupugit Argivos, quam alioquin forte chiliades vocum.
Iidem *Philippo* Macedon. regi, cum Spartanos jam fines
ingressus, quæsisset: utrum velint, se amicum venire,
an hostem? οὐδέτερον, responderunt. Ad eundem quo-
que non plus scripsisse memorantur, quam: *Lacedæmo-
nii Philippo. Dionysius Corinthi.* Quod sic explicant:
*Dionysius cum aliquando præpotens tyrannus fuerit, uti tu
es; nunc tamen regno exutus, privatam Corinthii vitam a-
git. Vide, ne, dum aliorum libertatem studes opprimere,
idem tibi quoq; contingat.* At strictior illa loquendi bre-
vitas ut gentilitia fuit, & suo loco utilis: ita hic non re-
quiritur vel historiis, vel epistolis decora, ut *cap. ultimo*
dicetur. Sed ea, quæ breviter, duodecim quasi legibus
1. circumscripta. Perspicuitati ne officiat aut tollat. Nihil
2. 3. supervacuum & redundans adsciscat. Res tamen quas-
4. cunq; necessarias complectatur. Quæ ita cohærent, aut
quæ ita se mutuo antecedunt & seqvuntur, ut alterum
5. ex altero intelligatur, alterutrum ponat. Periodi sint
6. δίκωλοι potissimum & τρίκωλοι, nec raro κῶλα, i.e. *mem-*
7. *bra* adsint & *incisa*. Verba sint selecta & nervosa. Ple-
rumq; absint descriptiones, distributiones, expolitio-
8. nes, dilatationes, congeries & cæteri ambitus. Omittan-
9. tur συνώνυμα καὶ ἰσοδυναμοῦντα, quæ vel idem vel minus
vel majus significant. Ἐπίθετα, qualia etiam sint, parcius
inspergantur, nisi vox aliqua distinguenda, vel res de-
10. claranda sit. Simplicia verba loco phraseωn assuman-
11. tur. Etiam Græca, ubi rotundius signant, quam Latina.
12. Ultimo adsint *asyndeta, ellipses, syncopæ, præteritiones,
interrogationes, connexiones* occultæ & his similes. Et ea
causa brevitas *Sallustiana* ab omnibus fere jactatur;
quia

quia utitur aſynderis,omittit verba,non circumdducit, non interponit,tribus vocibus integras explet ſententias,ut de cæteris taceam.*Cic.l.1.de Invent.* Brevis erit,ſi unde neceſſe eſt,inde initiũ ſumetur, & non ab ultimo repetetur: & ſi cujus rei ſatis erit ſummam dixiſſe, ejus partes non dicentur.Nam ſæpe ſatis eſt, quid factum ſit dicere,non ut enarres, quemadmodum ſit factum : & ſi non longius,quam quod ſcitu opus eſt, in narrando procedetur: & ſi nullam in rem aliam tranſibitur: & ita ſi dicetur, ut nonnunquam ex eo quod dictum ſit, id quod dictum non ſit intelligatur: & ſi non modo id, quod obeſt, verum etiam id, quod nec obeſt, nec adjuvat. præteribitur: & ſi ſemel unumquodq; dicetur: & ſi non ab eo in quo proxime deſitum erit, deinceps incipietur. Ac multos imitatio decipit brevitatis,ut cum ſe breves putent eſſe,longiſſimi ſint:cum dent operam, ut res multas breviter dicant, non ut omnino paucas res dicant & non plures,quam neceſſe ſit.Nam plerisq; breviter dicere videtur,qui ita dicit: *Acceſſi ad ædes: puerũ evocavi. Reſpondit: quæſivi dominum: domi negavit eſſe.* Tametſi tot res brevius non potuit dicere: tamen quia ſatis fuerat dixiſſe,*domi negavit eſſe*, fit rerũ multitudine longus.Quare hoc quoq; in genere vitanda eſt brevitatis imitatio,&non minus rerũ non neceſſariarũ,quam verborum multitudine ſuperſedendum eſt.*Hæc ille.*Brevitati opponitur prolixitas & quædam opulentia ſermonis.quam mediocriter hactenus dicta,largiſſime autem libri *Rhetorum* ſuppeditant: ut iliada poſt Homerũ ſcribere videar,ſi tale quid auſim. Sic vero augeatur oratio,& ſuis pigmentis ornetur, ne in battologiam & garrulitatẽ degeneret:ubi toties pleonaſmi,ταυτολογίαι, περισσολογίαι, ἐμβολαὶ, ὑπέρβατα,monſtroſæ periodi, nimiæ etiam deſcriptiones, ac periphraſes concurrunt. Quo vitio nihil odioſius: & ex eo Lucanus recte Scaligero dicitur,*tædii pater.* Sæpe enim ita fluit,aut ruit, ut ægre conſiſtat. Qui morbus quodammodo etiam infeſtat *Majorag.* alias oratorem non è multis: ut cum fructu exoptato minime legi poſſit, niſi unà

quoque

quoque luxuries illa amputetur. Quanta etiam cum redundantia (sæpius certe inutili) non modo Dionysiaca, sed etiam paraphrasin Iohannis Sacram, adornaverit Nonnus Panopolit. has literas docti notarunt. Verbi causa cujus bono aut quo scopo laternam Ioh. 18. 3. sex septem versibus circumscripsit? Multa poetis indulgentur, scio: & plura, quam aliis. Sed tamen illud etiam hic obtinet, *Ne quid nimis*. Recte Cleomenes Græcus: Ὤ, inquit, μοι μικρῶν πέρι μεγάλα φροιμιάζῃ, ὅσον γὰρ ἂν ᾖ πρᾶγμα τοσοῦτον καὶ ὁ λόγος, ᾧ χρῆσαι: quid mihi de parvis magna facis procemia? Quanta enim res fuerit, tanta sit & oratio, qua uteris. Laudante quodam Rhetorem, quod oratione copiosa exaggerare res parvas valeat: respondit Agesilaus magnus: οὐδὲ σκυτοτόμον ἡγοῦμαι σπουδαῖον, ὃς μικρῷ ποδὶ ὑποδήματα μεγάλα περιτίθησι: Ne sutorem quidem existimo probum esse, qui parvo pedi calceos magnos circumponit: uti memorat in Apophth. Lacon. Plutarchus.

CAPUT XV.

De accurata loquendi ratione.

POTES Latine loqui: etiam bene Latine: etiam perspicue: etiam eleganter: nec tamen accurate. Quanquam elegantiæ cultus, nec non perspicuitas quæ è *propriis*, viam sternit ad apicem velut accurationis. Hæc igitur quibus adminiculis indaganda, videbimus. At quid refert? inquias. Certe plurimum. Si commode, si accurate ex æquo Eruditi (nam populi non est) loquerentur, res intellectu faciliores essent: nec tantæ λογομαχίαι, quæ non parum concordiæ & veritati insidiantur. Quid enim post verba aliud, quam verbera & pugnæ? Exempla ante pedes interque manus sunt obvia nostras. Ita quondam imperator *Fridericus Ænobardus* bellum intulit acerrimum *Hadriano IV. Papæ*, occasione è voce *Beneficii*: quam aut ille sinisterius accepit, aut hic potius male usurpavit. Unius literulæ erratum (*ait Muret.*) interdum eas etiam eruditiss. hominib. offundit tenebras, ut tanquam in illuni no-

ĉte errantes, quovis potius perveniant, quam quo volunt. *Melanchț.* l. 1. dialect. in vocula *Prius*: ſæpe tetri errores in graviſſ. negotiis oriuntur ex inſulſa ſermonis interpretatione. Et pulchre *Iul. Scal. exerc. 88 ſect. 2*, quid intelligam, ſi tua ſit perverſa oratio? Alibi hoc genus hominum, quod ſupine loqui ſibi licere vult, aitque non eſſe verborum curam Philoſopho, caſtigavimus. Hic quid ſuper hac re ſenſerit divinus præceptor, videamus. *Ariſtoteles.* In primo Topicorum oſtendit, quomodo ſit nominibus utendum: neque ſuperſtitioſe, neque ſupine. Illud enim faciunt publici: hoc proprii nominis decoctores. Itaque quod uſum concedit vulgo, modeſtiam; quod ſibi retinet *proprietates*, ſapientiam profitetur. Quamobrem in ſecundo *accurate* ſcribendum atque loquendum jubet: *2. Top. 2.* ἁμαρτάνουσιν οἱ τοῖς ἀλλοτρίοις ὀνόμασι τὰ πράγματα προσαγορεύοντες.

Duplici autem modo, ni fallor, *accurate & exquiſite* loquimur. Primò, *ſi ad naturas rerum, de quibus loquimur, voces unice conformemus.* Altero, *ſi eæ voces propriæ ſint, & congruæ,* *Modus accurate loquendi*

De primo. Vox cum re, tanquam ſignum cum ſignato ſuo aptiſſime, &, ſi poteſt, κατὰ πάντα, conveniat. *1.* Nec majus, nec minus, nec aliud, nec alio ordine dicamus, quam res, de qua dicimus; ſinit. Res enim menſura dictionis eſt. Abſint igitur ὑπερβολή, περισσολογία, ταυτολογία, μείωσις, συνεκδοχή, μετωνυμία, ὕστερον πρότερον, ὑπερλογία, ἀναστροφή, ὑπέρβατον, ἔνδεια, κατάχρησις & ſi quæ alia: quibus ſuo loco ab oratore & Poeta adhibitis, populi aures & animi permulcentur. Sic non loquimur accurate, *Eclipſis Solis vel obſcuratio.* *Phraſes minus accuratæ.* Sol enim lucis principium & quaſi fons, non obſcuratur aut deficit: nec tanta umbra ſpargi poſſit ab opaca terra. Nos igitur amittimus lumen Solis; non ipſe: ſcilicet ubi interjicitur luna. Neque accurate & pro re loqueris, ſi dicis: *obſcuratur & offunditur luce Solis, lumen lucernæ.* Item, *lumen majus offuſcat minus.* Potius enim tegit. Nam idem illuminare, idem obſcurare minime poteſt. Talia ſunt etiam: *atramentum viride: atramentum rubrum*

rubrum in Nomencl. Frischl. Pugnant enim inter se, atrum & viride & rubrum: sicut ap. Græc. dicitur σιδηρόξυλον. Item, *Tripudium in aura*: quia vere in terra. Item, *Propagabitur ad seram usq. posteritatem, si quæ futura est*. Unum quippe interimit alterum. Aut omittatur *Sera*.

Simile est & illud:

Solibus æthereis, altoq; recanduit æstu.

Unus Sol. Nec pro diebus accipitur. Obstat, *æthereus* & quæ seqvuntur. Item

Et pariter vultusq; deo plectrumq; colorq;
Excidit ———

Color & vultus copuletur. Alias ἄπαντι. Item

Nec pueris, nisi summa fames premat esuriesq;

Legatur Scaligeri hypercriticus ταυτόλογον. Qualo & hoc: *Quo te animo, quo te pectore, mente canam*: Ita Scal. reprehendit eum, qui *vacuum* per *inane* descripsit: qui *virgineos partus*: qui *verendos partus* dixit? cum unus sit & unicus. *Idem*: neque de cervo uno, capita, in plurali numero:

Aeria victor fixi capita ardua quercu.

Idem: neque bonum illud? *sive mutato jaculis veneno*. Mutatur enim jaculum veneno? non jaculo venenum.

Idem;

Interea dulces somnos noctiq; soporem.

Exuberat *sopor* post somnum. Idem ibidem:

Qui cœlo radient ignes, quæ sidera mundo
Labantur tacito, stellis quibus emicet ardens
Signifer ———

Et superflua sunt & male disposita.

II. *De altero*, id est, proprietate nunc agendum. Sed qua semita? cujus ope? Libere dico: E philologis, quos legi, quos vidi; legi autem multos, vidi plurimos, neminem nominare possum: qui ex professo ostendat nobis modum, quo ἰδιότης dictionum capessenda sit. Clamant: *proprie loquaris, proprie*. Sed quomodo? Ad Grammaticos me ablegant? Hi non satis. Tantum enim monstrant rationem emendare loquendi, & quidem ex autoribus meliorum gentium; quibus anima Grammaticorum

corum debetur. Autores mihi commendant? Accipio: ſed non una, aut ſatis explicite, quod volebam. Etenim quia Cic. Virg. Terent. alii, una dictione varie, non de una re, utuntur: quî ſcio, ubi proprie, ubi Tropice? Exempli gratia: *ſuperbus* vulgo dicitur arrogans & e- *Super-*
lati animi. Cic. *rex ſuperbus*; *ſuperbum ſe præbuit in* *bus.*
fortuna, id eſt, elatus fuit. Virg. *Belloq; ſuperbum*, hoc eſt nobilem, excellentem, ut explicant. Idem: *Tibur ſuperbum*, id eſt altum. Idem: *ſpoliis ſuperbi*, id eſt ornati. Idem: *ſuperbum Rhamnetem*, id eſt opulentum. Plaut. amph. a.1. ſc. 1. ME: *faciam ego hodie te ſuperbum, ni hinc abis.* SO: *quonam modo?* ME: *auferere.* Ita *pupula*, *Pupula*
pupilla Cicer. Lucret. Horat. Plinio eſt nigrum illud & *Pupilla*
volubile in medio oculi Lucretius:

——— ſi pupula manſit
Incolumis, ſtat cernendi vivata poteſtas.

Virgilius in Culice:

Hac ſenioris erat naturæ pupula telo
Icta levi ———

Catullus: *cupit ipſa pupula ad te ſibi dirigere aciem.* Dicant, utrum proprie, nec ne? ſi proprie: dent cauſā neceſſe eſt. Nam *pupa* (unde & *pupula* & *pupilla*) eſt minor puella, item icuncula; ap. Martial. Perſ. alios. Veluti *pupus* eſt puer parvulus ap. Varron. ex quo *pupulus*, *Pupus.*
pupillus. Quanquam hic uſitate dicitur impubis, qui *Pupil-*
in poteſtate patris eſſe deſiit morte, vel emancipa- *lus.*
tione. Cic. *mortuus eſt, reliquit pupillum parvum filium.* Cum igitur *pupilla* aliud, aliud *pupa*, aliud *pupus*, aliud *pupillus* notet: quodnam eorum primo ac proprie? ſunt quippe ejuſdem originis. Ita ajunt: *Modulari*, *Modu-*
proprie eſt ad exactam menſuræ & numerorum rationē *lari.*
quaſi modificari. *Ordiri*, verbum eſt proprium artis Mi- *Ordiri.*
nervæ. *Tempe*, proprie ſunt loca amœna Theſſaliæ: abu- *Tempe.*
ſive cujusvis loci amœnitas. *Compellere*, paſtorale ver- *Com-*
bum eſt: & autore Servio, proprie in unum locum vel di- *pellere.*
verſa vel diverſorum animalia cogere. *Luſtrare*, autore *Luſtra-*
Nonio, proprie eſt circumire. *Carina* proprie trabs na- *re.*
vis infima, totiusque fabricæ fundamentum & ſtatu- *Carina*

men

Æger. men *Æger*, proprie qui & animo & corpore laborat: *Ægrotus.* *ægrotus* tantum corpore. Ita *ægrotatio* & *ægritudo*: illa proprie in corpore; hæc in animo nomen habet. *Petere.* Serv. 1. Æneid. *petere* non solum adire, sed etiam est proprie insidiari. Idem Serv. *Latex* proprie aqua est. *Latex.* Et Pomp. Scabin. *Latex* proprie aquæ humor dictus, quod in venis terræ lateat. Idem Serv. 3. Æn. Apparatus *Funus.* mortuorum *funus* dici solet: exstructio lignorum, *rogus*: subjecto ignis, *pira*: cadaveris crematio, *bustum*, locus *ustrina*: operis exstructio, *sepulcrum*: nomen inscriptum, *monumentum*. Iterum Servius ad illud 6. Æneid.

——— *stellis ardentibus aptum.*

Aptũ. *Aptum*, id est, vicinum. Alii quæ ordine juncta sunt certo & cohærent quasi cathena aliqua, *apta* esse dicunt. Et infinita sunt alia, quæ propria esse non aliter confirmant, quam vel τῷ αὐτὸς ἔφα: vel compage aliquot exemplorum, quæ tamen sæpius invicem discordant. Mihi sic videtur, salva cujusque sententia: Triplici modo proprietatem vocis erui: *vel ετεis, vel autoribus, vel originibus.* *Propria unde eliciantur.*

I. *Primo*, ubi præeunte natura, dictio convenienti literarum potestate & positu respondet sono rei, cujus symbolon; tum illius propria judicatur. Ut sunt *bambalio*, *serra*, *susurrus*, *murmur*, μορμύζειν, *sibilus*, *frendere*, *strepere*, *garrire*, ἐλελίζειν, & multa alia. Ita *baubari* à voce canum majorum fecere. Et Aristoph. in Vespis, cum canes æmulari vellet, αὖ αὖ, *au*, *au* commentus est. *Tinnire*, vel aurium judicio, est rerum exiliter sonantium, ut laminæ vel sistri. Ita suis *grunnire* proprium est. Ejus enim vox non alia. Si homini nem grunnire dices; metaphorice loqueris.

II. *Deinde*, ubi Autores, quique in sua disciplina, eodem modo semper aut maxima ex parte vocabula usurpant; & potissimum primigeniæ, i. e. Hebr. linguæ; cæteræ quippe ex ea profluunt: tum inde propria colligitur significatio. Hic enim ὀνοματοθέτης ut primus; ita perfectissimus causa nobis fit, qvur res ita nominetur:

Digitized by Google

netur: quamquam ſine cauſa ab illo ita nominata non ſit. Ut שִׁיר ubique eſt canticum. שַׂק apud omnes eſt ſaccus. תְּמוּנָה perpetuo eſt imago, ὁμοίωμα. Item הֵילִיל ubique eſt ejulavit. Item יָנָה ſemper eſt oppreſſit. Ergo proprii illi ſunt ſignificatus. Nam quid ulterius moliri aut velis aut valeas, non video.

III. *Ultimo*, ubi Latinum ex alio Latino, vel hoc ex Græco, vel utrumque ab Hebræo traducitur, ſed appoſita ſemper cauſa: ibi per illum flexum aperitur proprietas. Ut *ſextans* à ſex: hoc ab ἕξ: utrumq; à שֵׁשׁ *ſcheſch*. *Hemina* & ἡμίνα à חֵמֶת *chemeth*. *Metallum*, μέταλλον à מְטִיל, *Metil*. Ita *ſuperbum*, à *ſuper*, eſt quidquid in ſuperiori loco eſt, ſive eminens. *Egregium* è *grege* ſumtum, ſelectum: ut *ovis egregia*, *ovis eximia*, ab eximendo. *Ingenuum* eſt ingenitum, nativum, γνήσιον, ab *in* & *geno*. Ita *pupus*, *pupa* à בָּבָה. *Pupula* & *pupilla* ſunt Deminutiva; & dicunter de oculi medio, quod Germanis eſt *malum*, à figura, non ἰδίως: ſed quia inibi icuncula viſitur. *Quintil. l. 8. c. 2.* dicitur *proprium* inter plura, quæ ſunt ejusdem nominis, id unde cætera ducta ſunt: ut *vortex* eſt contorta in ſe aqua, vel quidquid aliud ſimiliter *vertitur*. Inde propter flexum capillorum pars ſumma capitis, & ex hoc quod eſt montibus eminentiſſimum. Recte inquam dixeris hæc omnia *vertices*: *proprie* tamen, unde initium eſt. Sic *ſoleæ* & *turdi* piſces, & cætera. *Hæc ille.* Nec non ὁμόφωνοι ſunt JCti. Unus inſtar multorum ſit celeberr. Everh. in *Arg. Leg. loco ab Etymol.* Subſequitur nunc locus ab etymologia, à quo ductum argumentum eſt probabile, utile, & multum frequens. *Et poſt:* Neque mirum alicui videri debet, bonum eſſe argumentum à nomine ſey etymologia *dat verbis proprium ſignificatum*, quando definitio non repugnat. *leg. notionem* §. *inſtrumentorum*, *in verb. proprie.* Et poſt: Eſt enim etymologia reſolutio vocis in proprium effectum rei, quæ

ſextans. Hemina. Metallum. Superbum. Egregium. Ingenuum. Pupus.

demonstratur, secundum *Bal. in c. 1. §. si quis de manso de controv. investi. in usibus feu.* Et post: sumitur proprium significatum alicujus nominis vel ex etymologia, vel ex definitione, vel ex autoritate, & semper definitio præferenda est etymologiæ, ut *not. dicit Bart. in d. l. omnes populi, in 6. q. principali, in ver. quæro unde sumatur.*

CAPUT XVI.

De usu originum, ex aliis: de propriis, & translatis ex Augustino: item de paronomasia.

NIhil etymo aptius esse, ad venandam proprietatem & explicandam aliquam vocem, ut cognitio rei eo expeditior sit, jam olim & præcipue in vestibulo Originum mearum pluribus ostendi. *Bucco* aliquis forte & *Lentulus* contra pugnat; sed ex mero affectu & præjudicio: nec ullius specie argumenti; quam multu ridicula falsa, & inepta etyma solere interspergi. Atqui ita caput causæ non tangitur. Aliud est res ipsa, aliud vitium rei. Illa propter hoc ne vapulet. Et quæ uspiam disciplina datur tam pura puta, quam homines inepti non deformarint? quæ aliquot erroribus non subjaceat? Nullum corpus, vel Helena formosius est, quod non suos habet nævulos. Nullum triticum tam perpurgatum est, cui non lolia aut steriles avenæ innascuntur. Nullus hortus tam diligenter colitur, qui non etiam aliquas spinas vel vepres vel sentes ferat. Sed bene habet, quod contra *Bucconem* & *Lentulum*, sententiæ meæ fundos & subscriptores habeo viros ex omni parte literatissimos, qui sapientia & virtute sua Europam hanc nobilitarunt. Tædiosum foret, si omnium sententias huc corrodam: & *quatuor* quasi per saturam recitasse satis sit, è quibus reliqui æstimentur.
Utilitas etymorum 1. *Avenar. πολύγλωττος* & Theol. eximius in præfat. Lexici Hebr. ad lect. Habet (*inquit*) hoc exercitium derivandi, magnas & infinitas utilitates. *Primo* enim ex

ex hoc uſu derivandi, manifeſte apparet & conſtat, primam matrem omnium linguar. eſſe Hebr. ideoque digniſs. & maximi faciendam. *Deinde* ex obſervatione derivatorum vocabulorum, quæ antea nobit nota ſunt, facilius etiam Hebræa percipi & tenacius retineri poſſunt. *Poſtremo*, in multis locis ſcripturæ, ubi interpretum expoſitionib. & Rabbinor. commentariis (quæ ut ubique non rejicio, ita & in plerisque locis illorū ſomnia non admitto) ſæpe nihil prorſus fui adjutus; ibi ſola linguar. collatione propriam vocabuli ſignificationem venando reperi, unde ſcripturæ ſententia multo illuſtrior redditur. *Gentilis* in lib. Orig. ad Pandect. Antiſtium, *inquit*, Labeonem accepimus, cum omnis doctrinæ præſidiis inſtructum ad jus Civile cognoſcendum, explicandumque acceſſiſſe: tum vero innumerabiles ejus velut nodos non alia re magis, quam vocabulorum originis, quam Græci ἐτυμολογίαν, Plaut. *Veriverbium* appellant, diligenti inveſtigatione expediviſſe. Gaii vero ejus, qui ad legem 12. Tabul. politiſſimos commentarios ſcripſit, ſeptimus de vocabulorum origine laudatur ab Agellio liber. Quo numero, ſi is tamen numerus, ut exiſtimo, fuit, Catonis quoque Originum libri, teſte Æmilio Probo, continebantur. Sed Gaii magis vocabulor. fuerunt; Catonis magis rerum. Quos ſi haberemus, pulcherr. ſcientiæ fructus perciperemus. Nunc quæ ruina præclariſs. ingeniorum ferme omnium lucubrationes obruit, eadem illos quoque oppreſſit & extinxit. nec ex illis quidquam nobis ſupereſt, præter deſiderium. *Keckermann.* l. 2. Gymn. Log. Definitio nominis, *inquit*, commendatur ea inprimis, quæ dicitur κατ' ἐτυμολογίαν, quæque vocem è ſua origine ſeu notione declarat. Quia origo vocis, plerumque eſt index naturæ, id eſt, proprietatis & finis, ad quem res ordinata eſt? ut vel ex ſolo nomine *Jehovah* liquidum eſt. Hujus nimirum origo ſi expendatur, quod dicatur ab *haiah*, id eſt, exiſtendo, lucem magnam affert cognitioni naturæ

I 2 Dei

Dei, quæ à creaturis in eo potiſſimum diſtinguitur, quod exiſtentia ſit ipſi eſſentialis & neceſſaria: cum creaturis ſit accidentalis & contingens. *Matth. Martin. in præf. Lexici* - Certis, *inquit*, etymis inter alias commendationes & iſta debetur: Quod falſo dictas vocum ſignificationes, animabus ſæpe noſtris & corporibus noxias, refellit, & multas res ſcitu præclares in hiſtoria & omni antiquitate, quæ alioqui tenebris merſæ laterent, detegit. Et nulla eſt diſciplina, quæ non ad expediendas dubitationes aliquando ab Etymologia conſilium petat & opem, philoſophiæ partes omnes, Theologia, Jurisprud. maximeque medicina, ſive in partib. humani corporis rite diſcernendis, ſive morbis diſtinguendis, ſive remediis ex tota naturæ penu decerpendis & ad humani corporis fugandam intemperiem modificandi. *Hæc illi* de originib. per quas propria & translata dicebam modo internoſci. De utriſque etiam quæ *Auguſtini* mens ſit audiamus, *L. 3. de doctr. Chriſt. c. 24.* Maxime inveſtigandum eſt, utrum propria ſit, an figurata loquutio, quam intelligere conamur. *Et l. 2. c. 10. Propria* dicuntur, cum his rebus ſignificandis adhibentur, propter quas ſunt inſtituta, ſicut cum dicimus *bovem*, intelligimus pecus, quod omnes nobiſcum Lat. linguæ homines hoc nomine vocant. *Translata* ſunt, cum & ipſæ res, quas propriis verbis ſignificamus ad aliud aliquid ſignificandum uſurpantur: ſicut cum dicimus *bovem*, & per has duas ſyllabas intelligimus quod iſto nomine appellari ſolet: ſed per illud pecus rurſus intelligimus Evangeliſtam, *Huc uſque Auguſt.* De numero vero & diſtinctione tam troporum quam figurarum alii copioſiſſime pertractarunt & è noſtris aliqui, nominatim Keckerm. noſter, tam egregie, ut palmam fecerint priſcis ambiguam, addam. Hic ergo nihil, præterquam de *paronomaſia*, auctarii loco, addam. Quia enim à nonnullis, præter meritum tamen, invaditur? obtendamus clypeum, aut ſaltim paremus. Serv. ad 1. Æneid.

Proprius.

Translata.

Paronomaſia.

Pandun-

Panduntur portæ, juvat ire, & Dorica caſtra:

Mala, inquit, *eſt compoſitio, ab ea ſyllaba incipere, qua ſuperior finitus eſt ſermo: nam plerunque & κακέμφατον facit.* At Serv. ne aures habet tam delicatas, tam puriter lotas, ut percipiat ipſe ſolus male ſonare, quod certatim omnes alii & Græci & Latini probant? *Turneb. l. 7. c. 19.* Non eſt (*inquit*) quur vel à Quinctil. vel Juvenali ſatira 10. verſus Ciceronis.

O fortunatam natam me conſule Romam,

irrideatur, ob iterationem earundem ſyllabar. Hoc n. veteres in deliciis habebant. Quod etiam monet Scalig. in Orat. contra Eraſm. Roterod. Et *Siberus* illum Cicer. verſum ambagioſa copia defendit Oratione de Cicer. 1612. prid. Cal. April. VViteb. habita. Legatur ipſa in hanc rem. Iterum *Scalig. l. 3.* Poet. c. 56. Eſt alluſio rei à re deducta cum præſcriptione, mutatatis, aut additis, aut detractis elementis. Ea raro convenit gravioribus poematibus. Epigrammati & Satiræ & comœdiæ major neceſſitudo. *Et poſt.* Frequentes in in ea priſci. Videamus vero aliquot exempla.

Iterum *Virgilius*:

Date tela. 9. Æn. Fama malum 4. Æn. ruit oceano nox. 2. Æn. adverſo ſole colores, 4. Æn. reque quelis 4. Æn. frondenti tempora ramo 7. Æn: avia tum reſonant avibus 2. Georg. Lybicis terris. 4. Æn. ſedens 7. Æn. Puppesque tuæ pubesque 4. Æn. Tales caſus Caſſandra canebat. 3. Æn. Non comtæ manſere comæ 6. Æn.

Plautus comicus:

Amens amansque --- More moro --- à porto apporto - Quanta ſumini abſumedo, quanta callo calamitas: & alias ſæpiſſime. *Terent.* amans amens: amoto metu: æquum eſt, vos cognoſcere atque ignoſcere. *Propert.* l. 2. El. 1. Laus in amore mori. *Tibull.* 1. Eleg. Quam ferus & vere ferreus ille fuit. *Catull.* carm. 70. bella puella. *Liv.* non hoſpes, ſed hoſtis. *Prudent.* Armorum morumque feros manſueſcere ritus. *Cicer.* vero quoties? Eo loco locati ſumus. Villa puſilla. Piliæ & filiæ

salutem. Tres res invisæ visæ. Quantum tum beneficium. Qui sunt, fuerunt, erunt. Eodem gladiatore latore. *Hac ille.* Mitto cæteros, ut & Græcos. Id notabile, quam veteres illi Ecclesiæ doctores hac παρηχήσει suas orationes decorarint: quamvis interdum videatur modum alicubi transiliisse. *Tertull.* utique idoneus est reficere, qui fecit: quanto plus est fecisse, quam refecisse: initium dedisse, quam reddidisse. *Lactant. de orig. erroric. l. 2. c. 9.* Deus facit cibi ipse materiam, quia potest. Posse enim Dei est. Nam si non potest, Deus non est. Homo facit ex eo, quod est: quia per mortalitatem imbecillis est: per imbecillitatem definitæ, ac modicæ potestatis. *Ambros. de Pœnit.* Ubi quis credit, ira Dei discedit, vita autem accedit. *Augustin.* amavit te Dominus, & fecit se propter te hominem. Deus subjecit se, & exaltavit te. Inclinavit se, & suscepit te. Exinanivit se majestate, & implevit te divinitate. Descendit usque ad te, ut tu adscenderes usque ad eum. *Idem:* Descende, ut adscendas: humiliare, ut exalteris: ne exaltatus humilieris. *Bernhard.* Deus dilexit nos tantus, tantum & gratis, tantillos & tales. *Idem:* considera homo unde veneris, & erubesce: ubi es, & ingemisce: quo vadis, & contremisce. *Isidor.* magna est virtus, si non lædas, à quo læsus es. Magna est fortitudo, si etiam læsus remittas. Et his similia ex omni parte nobis obviant. Quidni ergo concludamus: *Paronomasiam* esse figuram lepidam & dulcem: si tamen in tempore & parcius usurpetur, nec ut morosus quæsita (quomodo ab Apollinari Sidonio poeta factum, sed ultro quasi oblata nobis & nihil tale molientibus, videatur. Peccant igitur, quorum oratio perpetua illa agnominatione & alliteratione, ut sic dicam, circumfluit, ut non secus atque Echo silvicultrix resonet. Modus, inquam, servetur: Ut mel nimium in fel abit: ita etiam hæc figura parit fastidium toties repetita.

CAPUT XVII.

De Pronunciatione.

ORthoepea dirigitur inprimis à natura, & vel in *literis* conſiſtit, vel in *quantitate.* Literæ, ut hic ſpectamus, totæ ſunt opus animæ noſtræ, ſed per inſtrumenta peculiaria, quæ natura addidit. Nempe ſunt pulmo, arteria aſpera, guttur, palatum, lingua, dentes, labia & cætera: quorum motu & conformatione ſonus aut vox efficitur tam diverſa, tam varia; atque ita literæ ſingulæ conſtituuntur & ab aliis diſtant. Ut igitur omne, quod à natura, certum eſt ac diſtinctum: ſic quoque literæ. Philoſophi clarius: *omne quod eſt, ſuam habet eſſentiam, per quam eſt.* Quidni etiam Literæ? Ea eſt *poteſtas*, ut vocant, quæ in pronunciatione conſiſtit, indeque dignoſcitur. Hoc principium ſi admittis, & quur non admittas? *Primo*: I.
una litera unius erit ſoni. Nec *A* ſive leniter, ut in *amo*, *facio*: ſive craſſe ut in *ara*, *effari*, efferas, ſit alia. *Gradus non variant eſſentiam*, inquit Philoſophus. *Secundo*: poteſtas unius non miſceatur cum II.
altera. Ita C quando ab initio vocis præcedit ἀμέσως & continuo vocales *A*, *O*, *V*: item *L*, *R*, more veterum & Græcor. effertur. Ut *cacumen*, *conor*, *curo*, *claudo*, *crimen*. Et recte quidem. Ea enim poteſtas eſt. Ergo non mutabitur, quando C ab initio præmittitur, *E*, *Æ*, *OE*, *I*, ut *cella*, *cæcus*, *cœtus*, *cinis*, *cimba*. Nec video, quid obtendas, præter conſuetudinem. Et hoc idem monet etiam Schmidt in Hypom. Gram. de orth. c. 4. Sic *h* in *mihi*, *in nihil* cum *CH* confundimus. Uti peculiari libello oſtendit Joh. Theodor. Sic etiam Tò in *peius*, *ejus*, *ajo* cum *G* miſcemus. Sic Græcanicum *H* male proferimus per I Indicio ſit vox ovium βῆ βῆ Iliad. δ: *Bee Bee*, non *Bi Bi*, Euſtath. βῆ βῆ φωνῆς προβάτων, σημαντικόν: citatq; hunc Cratini verſum, qui eſt ap. Æl. Dionyſ. ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει, i. e. Is vero fatuus velut ovis *bee bee* dicens badiſſat. Jam vero balatus ovium, vel aurium arbitratu non eſt *bi*, ſed *bee.*

III. *Tertio:* ubi duplex sonus, ibi non vera litera. Hæc enim elementum simplex & indivisibile. Ut ψ, χ, ut supra etiam ostensum.

IV. *Quarto:* bivocalis non unius simplicis, sed utriusque vocalis, tanquam principii, sonum retineat. Ut A V *autor*, non *af*: E V, *Eurus*, non *ef*. Sic etiam A E *cædo*, non E: OE *cœtus*, non E. Quæ causa, quod Poetæ quoque AE diduxerunt, *aulai*, & in priscis tabulis *Aimilia*. Itemque sint exemplo Græc, qui *αι, ει, ευ*, ita reliquas diphthongos divisere. De cæteris eruditæ illæ animæ, Jul. Scal. & Lips. subtiliter disserunt: quo te remitto. Me ad quantitatem, quæ à motu est vel celeri vel tardo: aut, ut vulgo, à tempore vel brevi, vel longo. Ubi litera brevis: properet lingua & raptim efferat: ubi longa, cunctetur & morulam trahat. Ita antiqui *aara*, *feelix*, *poopulus* pro arbore, *fecei*, *castreis* dicebant: ut esset discrimen â brevibus syllabis, quales *bara*, *fero*, *populus*, *facibus*, *sibi*. Unde autem cognoscitur quantitas? Vel è *Poetis*, vel *Originibus*, vel *Analogia* vel *Natura*.

Lib. de caus. Lat. ling. Lib. de pronun. Lat. ling.

Quantitas unde.

EXEMPLA E POETIS.

I. *Quotidianus*) Catull. ad Mall. Conjugis in culpa flagravit quottidiana.

Euripus) Ovid. l. 1. de Ponto eleg. 9. Stagna quoque Euripi, virgineusque liquor.

Hemina) Pers. Sat. 1. Fregerit heminas Areti ædilis iniquas.

Druida) Mantuanus:

Phœnices, Persasq; magos, Druidasq; severos

Alioqui) Horat. l. 1. Sat. 3. Quod mœchus feret aut sicarius aut alioqui.

Competitor) Horat. l. 3. Odor. Descendat in campum petitor.

Catinus) Juven. Sat. 11. ponebant igitur Thusco ferrata catino.

Mulieris) Martal. l. 1. Epigr. 97. Amethystinasq; mulierum vocat vestes.

Mercuri) Horat. l. 1. Op. 10. Mercuri facunde, nepos Atlan-

Digitized by Google

Atlantis. Sic etiam *Martialis*: ô nullis Ovidi tacende linguis

Recensitus) Claudian. in Eutrop. l.2. v.60. Prisca recensitis evolvite secula fastis. *Et Prudent. Peristeph.* Quumque recensitis constaret partibus ille.

Triduum) Martial. Si totus tibi triduo legatur. *Prudent. Peristeph.* Pepigere tempus tridui.

Vietus) Horat. Epod. l.2. od.12. quis sudor vietis ---

Meridies) Catullus carm. 33. Jube ad te veniam meridiatum. *Et Martial.* Interjungit equos meridiana.

Copula) Ovid. latrantem frustra copula dura negat. *Lucretius*: Denique res auro argentum concopulet una.

Pituita) Catullus: Muccusque & mala pituita nasi. *In Horatio, nisi cum pitvita molesta est, ὡς τετρασύλλαβον* legitur.

Mica) Prudentius Enchirid.

Implentur nimio micarum fragmine corbes. Immo ante ipsum Horatius l.3. carm. od. 23. *Farre pio & saliente mica.*

Secius) Virgil. 2. Georg. --- nec secius omnis in unguem Arboribus positis secto via limite quadret.

Secus) Idem 2. Æn. Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.

Salubris) Idem 1. Georg. --- fluvio mersare salubri. 3. *Georg.* --- nec somnos abrumpit cura salubres. *Tibullus l.2.* nec potuit curas sanare salubribus herbis.

Cophinus) Juven. Sat. 3. Judæis quorum cophinus fœnumque supellex. *Et Prudent. Apoth.* Post cœnam cophinos, crudus conviva resudat.

Compila) Horat. 1. Sat. 1. Nec te compilent servi.

Intrico) Horat. Mercedem aut numos unde unde extricat. Et *Martial.* Sunt apinæ tricæque & si quid vilius istis.

Præsto) ultima etiam brevi. Prudent. Peristeph. Ceu præsto semper adsies Tuosque alumnos urbicos.

Oppedo) Horat. 1. Sat. 9. Vin' tu curtis Judæis oppedere? --

Scaturis) Virgil. in Phal. Loci vermiculis ſcaturientes. *Prudentius*: Scaturientis prodat ut loquacitas.

Rejicio) Virg.3. Georg. Rejice, ne maculis infuſcet vellera pullis. Quod autem objiciunt ex eodem Aene. 5. *Ore rejectantem* --- Sciendum, legi oportere ex fide optimorum codicum:

Ore ejectantem: ap. Macrob. l.4. Sat.

Petoritum) Horat.2. epiſt. pilenta, petorita.

Inquino) Horat.l.1. Serm. merdis caput inquinet albis corvorum. Prudent. Periſteph. Luto & cloacis inquinat. *Et in Symmach.* Splendorem dentis nitidi ſcrobis inquinat atra.

Ignoſco) Ovid. 8. metam. Debuit illius miſereri, ignoſcere nobis. Nonnulli perperam τὸ ET imponunt: *& ignoſcere nobis.* (bi forte.

Vide Perſ. Sat. 1. Auriculas vide ſis ne majorum ti-

Agaſo) Scal. in Teretis: Adde & agaſones, devota heu pectora furtis.

Cui) Mart. ſed norunt cui ſerviunt leones. Eſt enim hendecaſyllabos.

II. EXEMPLA PRO ORIGINIBUS.

Depeculor) penult. longa, quia à *peculium*. Virg. nec cura peculi. 1. Ecl.

Vitupero) prioribus correptis: à *bitium* & *paro* i. e. labem adſpergo.

Neutiquam) media brevi: à *ne* & *utiq;*, *utiquam*.

Ego Charine neutiquam officium eſſe liberi puto. Terentius: Et Douſa l.2. Epod.

Moleſtus ipſe neutiquam forem tibi. Scal. in Hippon. *Neutiquam Silenus. Hoc tuo furno.* Ubi *neutiquam* diviſis primis ſyllabis legendum eſt.

Meteoron) Sicut & *meteoris*: quia dicimus μετέωρον, μετεώρις: ἀπὸ τ̃ αἰώρας.

Paraſceve) media longa, quia παρασκευὴ.

Idolum) prioribus longis, quia εἴδωλον. Quod verò Prudent mediam toties corripuit, alii per Syſtolen excuſant: alii per ἔνδειαν, id eſt, defectum τ̃ ι. Scal. in l.2. Auſon. c.25. veteres in Græcis nominibus non quantitatem,

tatem, ſed accentum ſpectaſſe putat. Quod etiam notat *Servius* in Lib. de accentib.

Suffoco) media longa. Ut lautum lotum, plauſtrum, ploſtrum, aula olla: ita dicebant *ſuffauco*, *ſuffoco*, à faux. Ovid. in Ibin: Suffocent animam dira venena tuam. *Suffocare* autem altera brevi, autoritate Propert. l. 4. eſt πυρῶσαι: à *foco*. Verbum è priſcis ſacrificiis.

Vitulor) prima brevi à *vitulus*, ſententia Varronis. Antiqui *Italum* vel *vitulum* bovem dixerunt, & quod in lætis rebus eum mactarent, tractum inde *vitulari*. Græcis eſt μοσχιᾶν: quod etiam Germani imitantur.

Induciæ) ſecunda longa, ab *inductum*. Prudent. in Peristeph.

Unum ſed orans flagito
Induciarum paululum.

Catadupi) longa penult. κατάδουποι, ἀδουπέω: ſc. à ſonitu illo maximo. Plin. l. 5. c. 9. Nilus incluſus montibus, nec alibi torrentior vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui *Catadupi* vocantur. Cic. in ſom. Scip. hoc ſonitu oppletæ aures obſurduerunt: nec eſt ullus hebetior ſenſus in vobis; ſicut in illis, ubi Nilus ad illa, quæ *Catadupa* nominantur, præcipitat ex altiſſ. montibus; ea gens, quæ illum locum accolit, propter magnitudinem ſonitus, ſenſu audiendi caret. Legatur etiam Seneca l. 4. quæſt. natur. c. 2.

Caduceum) prioribus longis, à κηρύκειον, κηρύκιον.

Hinc ſe ſuſtulerat parib. caducifer alis Ovid. 2. Met.

Amabo) media longa; quia à *futuro* aut ipſum futurum eſt verbi *Amo*. Catull. carm. 29. Amabo mea dulcis Hypſithylla.

Statim) prima brevi, à *ſtatum*. Cutull. Verum ſi quid agis, *ſtatim* jubeto. Feſtus producte: Tum ſucciſa ceres *ſtatim* cum mergite culmi. Nam & ſupinum illud anceps eſt: ut in compoſitis, *præſtatum*, *præſtitum*.

Quatuor) prima brevi, à *quater*. Enn. ap. Cicer. de Divin. *Cedunt ter quatuor de cœlo corpora ſancta.*

Jamq; adeo quatuor partium --- Soſipater l. 1.

Affatim) media correpta, à *fatim*: unde *fatigo*, *fatiſco*.

Ne pulvere victa fatiſcat Virgilius l. 1. Georg.

Tum

Tum jecore opimo farta & ſatiata affatim. Attius: Prudentius Cathem. in Sapphico:

Affatim plenis, quibus imbuatur Prona voluptas.

Videatur hic inſuper Agell. l.7.c.7.

Summano) media brevi, à *manus*. Et ita Scalig. poſuit in Ata. *Summanus* media longa à *manes*, quod idem habet in eadem Ata.

Socordia) prima longa, à *ſe* particula ſeparandi, & *cor*: apud Feſtum *ſecordia*. Prudentius Apoth.

Non ſolis ſanctorum oculis, ſed lumine caſſis,
Cæcorum cæcos loquar, aut ſocordia quorum
Corde tenebroſo verum perpendere neſcit.

Ubi pro *aut* in vulgatis codicibus obrepſit, *atra ſocordia.*

III. EXEMPLA PRO ANALOGIA.

Clandeſtinus) penultima longa: ut matutinus, veſpertinus.

Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma: Manil. l.1.
Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum. Silius l.7.

Patrimus) media longa: ut *matrimus*, *bimus*, *trimus*, *quadrimus*. Catull. epigr. 1. Qualecunque: quod, ô patrima virgo, id eſt, Minerva ἀμάτωρ: ut docuit ibi Scalig. contra Politian.

Tradux, traducis) mediâ brevi. Uti *redux reducis*: & ſimplex *dux ducis*. Et ita etiam conſtat differentia nominis ac verbi *Traducis*, mediâ longâ. Severus:

Traduce materiâ & terris per proxima fatis.

Apparitor) penult. brevi, ut *exhibitor*. Prudent. Apparitores ſed furenti ſuggerunt.

Tegula) prima longa: ut à rectum *regula*: ſic à tectum regula.

Læſit & objectum tegula curta caput. Propert. l. 4. el. 7.

Bobus) prima brevi, ut cæteri obliqui omnes, *bovis*, *boves*, *boum*. *Bobus* verò primam producit, ut in Lucr. Horat. Ovid. videre eſt. Lucret. l.9.

Conſimili ratione venit bubus quoq; ſæpe

Auſonius *bobus* corripuit:

Als

Æs veluti spirans cum bobus exagitas.

Præstolus) media brevi, quia est deminutivum. Ut à ventus ventulus, à comtus comtulus: ita à *præstus* (unde residuum est *præsto*) *præstulus*, pro quo etiam *præstolus* reperitur, & ex eo formatur verbum *præstolor*. Cujus medium etsi Despauterius lib. 3. Versificatoriæ produci affirmet: nobis tamen analogia potior est.

Torcular) media brevi, ut *specular*: & descendit torcular, à *torculus torculum*, quæ sine dubio mediam corripiunt.

Æquivoca) penult. btevi. Ut enim à consono consonus: ab incubo incubus: Sic ab *æquivoco æquivocus*. Unde etiam *æquivocans*, *æquivocata*, *æquivocatio*: quæ originem ꝟ *voco* (non *vocis*) apertè ingerunt. Et vocem hanc propterea addo, non quia ex antiqua elegantia: Sed quia ad Græc. ὁμώνυμ☉, ὁμώνυμα, facta, Logicorum subsellia hactenus occupavit.

Ultimo, ipsa veluti natura monet, quod H *α*, *αυ*, *ει*, *ευ*, *οι*, & reliquæ, fiant longe necessariò, itemque ubi duæ *mutæ* concurrunt, ut *ardor*, *annus*, *aliquando*: cujus penultimam, qui correpte enunciant, pianissimè ineptiunt. Geminatur enim tempus, & ita mora evenit atque productio. Ita *pædagogeum*, *Alexandria*, *Antiochia* vel *Antiochéa*, longa penult. recte dicitur: idque ob *ει* diphthong. Serv. 1. Æneid. ad vocem *Eoas*, *E inquit*, naturaliter longa est: scilicet propter H, ἠώς. Contrà ι & ο, quia absque cunctatione, quasi propero spiritu efferuntur, nunquam non corripi videmus. Sic prima in *rescisco*, *resto*, *respondeo*, producitur: quia S. natura sua sibilat, & ita tempus aliquantulum longius facit, quàm alia litera post *RE* ut *retribuo*. Quanquam nec poetarum calculus hic desit, qui concorditer producunt. Nam illud Ovidii sanum non est: *Ense rescindendum est*. Recte enim: *Ense recidendum est*. IV.

CAPUT

CAPUT XIIX.

De scriptione.

ORthographia est artis institutum, & absolvitur, si initium scriptionis, si literæ, si voces singulæ spectentur.

I. *Initium* ducunt Hebræi & Ægyptii à dextra ad sinistram introrsum. In beatorum *insulis* meridiem sitis à superiori parte, recta linea descendendo, ad inferiorem Latini & aliæ gentes à sinistra dextram versus extrorsum. Nec verò ἀνατρίως. Nam motus manus nostræ naturalis extrorsum est. Quare pugna quoque sic cietur, & cætera opera, extento brachio, non retracto, peraguntur. Præterea nobis relinquitur sub oculis ad contemplandum, quid, quantumque descriptum sit: quod istis calamo ac manu tegitur. Illud autem quanti? Omnes literas, præter unam atque alteram, cujus initium, dum scribitur, à parte superiori capitur: modo perpendiculari; à sinistra inchoant Judæi, & magna ex parte easdem in dextram terminant. Quæ igitur partium ratio, ista etiam sit totius: & quemadmodum linearum tractus; ita literarum quoque ordo servandus.

Ratio scriptionis.

II. *De Literis.* Harum & *quantitas* & *figura* inspiciatur. Veteres, ut *quantitas* illico oculis subjiceretur; ubi longa, vocales duplicarunt. Victor. Afer: *Nævius & Liv. cùm longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebant. Ut* aara, voocem, feelix. *Sequuta ætas usurpavit pro geminatione lineolam, quæ superposita ā ē ō ū: i verò longiori figura produxit:* vIvus, ædIlis. Hodie non multum absimile, quod scribimus: *mâlum, musâ, amârunt, quîs, fructûs:* aut linea simplici, instar acuti & gravis ap. Græc. *édit, pópulus, cárus, castè, sedulò.* Quæ non solùm quantitatem illico significant: verùm etiam perspicuitati orationis aliquando serviunt. *Quinct. l. 1. c. 12.* Totam, ut mea fert opinio, subtilitatem, in dubiis habet, ut longis syllabis omnibus apponere apicem ineptissimum est, quia plurimæ natura ipsa verbi,

Quantitas literarũ.

verbi, quod ſcribitur, patent: ſed interim neceſſarium cum eadem litera alium atque alium intellectum, prout correpta vel producta eſt, facit: ut *malus*, arborem ſignificet, an hominem non bonum, apice diſtinguitur. *Palus* aliud priore ſyllaba longa, aliud ſequenti ſignificat. Et cum eadem litera nominativo caſu brevis, ablativo longa eſt; utrum ſequamur plerunque hac nota monendi ſumus.

Figuræ, ut nunc ſunt, à Romanis tramiſſæ, integræ retineantur, nec quid aliunde miſceatur. Quamvis enim Latina fluat ex antiquiori origine: tamen ut multa ſibi peculiaria arrogavit: ſic etiam proprias literarum figuras. Scilicet ut diſcrimen eſſet ab aliis, & abeſſet confuſio. Ergo ne ſcribatur *Pſalmus:* nec *lacryma, ſylva, Φiloſophus*. Quia voces illæ fruuntur jure civitatis Romanæ: etiam togam induant neceſſe eſt, hoc eſt literas. Ecce ſuffragium Gifanii: *Quæ Romana ſunt vocabula, licet Græcia originem debeant ſuam, non tamen ideo ſcripturam ſequi debent. Verbi cauſa: ocius, hiems, ſtilus, ſilva, tus, Tuſcia, inclitus, duplus, clipeus, ligurrio, ſcena, lacrima, Ulixes. Conſuerunt enim Latini quædam ab aliis ſumta nomina ita conformare & conſignare, ut originem ipſi agnoſci nolint, ſuaque prorſus eſſe, ut exiſtimetur. Silva nunc ſcribunt omnes & hiems Latino, quæ tamen à Græcis profecta.* *Figuræ literarum.*

De vocibus. Hæ ſingulæ ut rectius exarentur, faciunt *Manuſcripta, Monumenta, Uſus Eruditorum, origo, Analogia*. Manuſcriptis, ſi conſentiant, ſi à Literatis ſint; multum debemus fidei: ut & monumentis antiquis; minus tamen, quam illis. Nam qui iſta ſculpſerunt, ſæpe fuere rudes ac plebei. Igitur uſui Eruditorum aliquando, præ illis diſſentientibus, plus credimus; plurimum *originationi* & *analogiæ:* qua, ſi & manuſcripta, numi, lapides, & tabulæ è meliori ævo aſſonent; nihil certius. Exemplorum aliquot meminiſſe lubet. Ita recte ſcribimus: *III. Scriptio vocum.*

Tropæum, quia Græc. eſt τρόπαιον, à τρέπω, verto. Turonenſis codex & optimus quisque habet *Tropæa*. Neq; aliter

aliter prisci lapides: ut ille, in quo, vel ipso Donato teste, hæc leguntur: ARCUM SIMULACRIS EORUM TROPÆISQUE DECORAT. Et hanc scriptionem absque H multis asserit contra Marcell. Donat. Casaub. l. 1. in Sueton. c.11.

Culcita, non *culcitra*, ab *inculcando*. Et *culcitam* asserit Manutius ex antiquiss. libror. autoritate & ex Cypriano Veron. majusculis literis ante mille annos perscripto.

Ancora, ex ἄγκυρα. Neque ratio apparet, quare ei H imponatur.

Deliciæ, non *delitiæ*; quia fit à *lacio*: & scribimus *delicatus*. Etiam *deliciæ* per C. lapides & libri veteres, ac nominatim Virgil. Carp. ostendunt.

Novitius, non *novicius*: quia *noviter* & *novatum* dicimus.

Strategema, ex στρατήγημα: à στρατὸς & ἄγω.

Felix, ab ἥλιξ. *Felix* sine diphthongo, libri ac numi veteres, nec non lapides Capitolini exhibent, apud Manutium.

Genitrix, non *genetrix*. Quia ἀμέσως oritur à *genitum*. Ut enim ab altum altrix, ab expultum expultrix: ita à genitum *genitrix*. Etiam dicimus *genitor*, non *genetor*; *genitus* non *genetus*, ab eodem illo *genitum*. Sed & Manut. *genitrix* in antiq. saxis inveniri attestatur.

Cœmeterium, non *cœmiterium*, non *cemeterium*: quia Græcum est κοιμητήριον. A κοιμάω.

Frenum, à *frendo*: quod ad dentes refertur; & significat etiam frango. Isid. l. 20. Orig. c. 15. *frena dicta, quod equi frendant, id est, inprimant dentibus & obmordeant.* Etiam *frenum* per E, non *frænum*, in libris vet. & in Virg. Carp. Manut. invenit.

Pæne per Æ libri veteres & lapides omnes habent, ait Manutius. Et sic etiam differt à *pene* & penis.

Hadria & inde *Hadrianus*, semper cum adspiratione in vetustis libris, numis, ac lapidibus constanter inveniri, Pontan. & Manut. affirmant. Græci suo jure detraxere adspirationem.

Cœpi

Cœpi per OE pro incepi, libros veteres & lapides in via Oſtienſi oſtendere, memorat Manut. Etiam ita à *cepi* & capio diſtinguitur.

Lacryma & Latinius *Lacrima*, ſine adſpiratione: quia fluit à Gr. δάκρυα, olim etiam *Dacrima*. Idemque veteres libri ac lapides firmant. *In duobus* (inquit Manut.) *maxime veteribus libris, Cypriano & Virgil. Carp. Lacrimas, per I, ſcriptum animadverti ſicut & in quibusdam lapidibus.*

Inchoo rectius ſcribitur, quam *incobo* Ita enim Pomp. Feſtus, Terent. Scaurus, Servius & alii plures faciunt. Ita veteres lapides ap. Manut. exhibent. Ita vult etymon. Quippe inchoo fit ab ἐν & χάος; quaſi *inchao*. Diomed. l. 1. *Inchoavi ab inchoo: ſic dicendum putat Julius Modeſtus: quia ſit compoſitum à chao, initio rerum.* Ab initiis & rudimentis rerum, inchoamus omnia.

Apenninus, unico P & duplici NN, habent libri & conſuetudo Græca.

Hyæna, non *hyena*, quia Græcum eſt ὕαινα, ab ὗς, σῦς, ſus. Quia ipſius dorſum veluti ſetis ſuillis riget.

Tædet per Æ, raro *tedet*, libri ac lapides vetuſti habent: teſte Manutio.

Illuſtris, ſcribit Scaurus & cum eo Manut. aliiq;. Et vel auribus gratius accidit *illuſtris*, quam *inluſtris*: cum hoc inſuper ingerat ὁμωνυμίαν, ſi maxime *in-luſtris* ſcribatur aut etiam efferatur.

Oſtium, ſine adſpiratione, non *hoſtium*. Ita libri veteres, Virgil. Carp. & lapides, ap. Manut. Fitq; *oſtium* ab obſtando, quaſi *obſtium*. Etiam ſic ab *hoſtium* & hoſtis ſecernitur.

Allectus: ut *collectus*, non *conlectus*. Allectus ſcribo (inquit Manutius) non adlectus, aurium judicium ſequutus, nec diſſentientibus lapidibus.

Læva per Æ exſtat in lapidibus priſcis, in Feſto & aliis. Etiam origo minime fallax. *Lævus*, à λαιὸς: ſi inſeratur gamma Æolicum λαιϝός.

Suboles i.e. propago. Ita recte ſcribitur, omnium & libro. & lapidum aſſenſu: ut Manut. Lipſ. Giſan, aliique

que Critici confirmant. Et fit à *ſuboleo*: ut *proles* à prooleo: ut *adoleſcens* ab adoleſco, adoleo. Nec unquam τὸ V in Sub, migrat in aliam. Gloſs. Phil. *Suboles*, ἐπιγονὴ, γονὴ, σπορά. Et Gloſs. Cyrilli: ἐπιγονὴ, *Suboles*, Vulgo *Soboles*: & nos vulgo interdum obſequimur. Simul audiamus, quod Gifan. JCtus reponat in Indice Lucret. Non, *inquit*, ſcribo quidem ὀρθογραφικά: reprimere tamen meque continere non potui, quin teſtatum relinquerem, hanc vocem vulgo perperam ſcribi, *Soboles*, cum in vet. libris Lucretii, Cicer. Virgil. Horat. Prudent. Pandectis Florent. Feſto, alior. denique omnium, *Suboles*, ſcriptum invenerim. Eamque ſcripturam notatio ipſa confirmat planiſſime. Nam ab oleſcere & ſub deductum eſt. Hæc ille.

Tus, ſine H libri veteres & nominatim Virg. Carp. Etiam Varro, Serv. in Virgil. Clariſ. l. 1. Inſtit. & Scal. l. 1. de plant. *Tus*, à *tuſum* & *tundo* faciunt.

Septentrio per M ſcilicet à *Septem trionibus*, hoc eſt, bobus ap. Varr. l. 6. de L. L. Idem libri lapideſque edocent. Sed & *ſeptembir*, nec non *ſeptember* dicimus: pati ἀναλογία *Septemtrio*.

Palæſtra, non *paleſtra*: quia Græci agnoſcunt παλαίστρα. Neque aliter ſcriptum in probatæ fidei libris ac lapidibus, teſte Manutio.

Jupiter. At Fabric. in 1. Æn. Juppiter duplici litera ſcribitur, antiq. conſuetudine: ut in numo argenteo Neronis, *Juppiter Cuſtos*. Idem etiam Fulv. Urſin. & Manut. è vet. libris numiſque confirmant. Interim origo *Jupiter*, quaſi *Jovis pater*, non inique aſſerit.

Litus, non *littus*: à Gr. λιτὸς. Hinc Pierius per unicum T ſcribendum ait, ex antiq. libris. *Sic etiam* (inquit Manut.) *ſcriptum eſt in Virg. Carp.* Alii alia etyma quæſiverunt: ſed ita, ut iiſdem *litus* per unum T confirmetur.

Conſidero cum I, non *conſydero*: quod frequenter in monachorum libris memini me obſervare. Eſt enim Latin. vox, non Græca: *conſidero*, ut *deſidero*. Et ita veteres ſcripſiſſe notavit Manutius. Ducitur

vero

vero à *ſidus:* quod ita ſcribatur, non *ſydus*; ſcilicet ab εἶδος. Iterum Manut. in Virg. Carp. aliquis veter. libris *ſidus* exſtare ait. Et numi duo veteres Antonii Auguſtini ita: DIVA. FAUSTINA. PIA. SIDERIBUS RECEPTA.

Bucina, unico C, in Virg. Carp. in aliis veter. libris & lapidib. inveniri confirmat Manut. Idem etyma inferunt, licet diverſimode eruta. Iſid. l. 18. c. 4. *Bucina dicta à voce, quaſi vocina.* Perott. *Nos bucinam à bovum potius voce deductam putamus, & per ſimplex C. ſcribi debere.* Ap. Feſtum *bucina* fit à βυκάνη. Quid igitur? Exiſtimo primum eſſe *butina*: deinde vel ſoni cauſa geminatam eſſe literam, *buccina*.

Salluſtius per LL. ſcribitur: & quidem autoritate poetar. libror. lapidumque. Numus æreus (inquit Manut.) quem Romæ vidi an. 1566. menſe Julio, ita habet: SALL. BARBIÆ. ORBIANÆ. AUG.

Torus, non *thorus*. A τόρος: aut à *tortum*. Torus (inquit Scal. in 4. l. Varr.) eſt quivis funis ex loris *retortis*: unde nomen habet. *Torus* ſine adſpiratione habent Virg. Carp. libri & lapides.

Poplicola, non *publicola*: quia dicitur quaſi *populicola*, quod à *populo coleretur*, ut Liv. l. 2. meminit. Et Val. l. 4. c. 1. P. *Valerius populi majeſtatem venerando, poplicolæ nomen aſſequutus eſt.* Etiam lapides Capitolini aliique *Poplicola* manifeſto oſtendunt: teſte Manutio. Ap. Plutarch. ποπλικόλας.

Amœnus per OE libri veteres, Virgil. Carp. & Vatican. ſcriptitant, ap. Manut. Et ducitur *amœnus* à mœnibus: ſicuti *pomœria* à *pone* & *mœros* i. e. muros, ap. Varron. l. 4. de L. L. *Mœros*, à μοῖρος. Etiam *mœnia*, non *menia*, in Virgil. Carp. & in ſimilibus libris ac lapidib. viſitur.

Vulcanus. At libri vet. Virgil. Carp. & Vatic. habent *Volcanus*. Etiam *Volcanalia* exſtat in lapidib. Capitolinis: aſſentiente Calendario vet. Romano aliisq; lapidib. inquit Manut. Ut volpes, vulpes: ut voltus vultus: Ita ſimili permutatione dici Volcanus & Vulcanus, arbitror.

Conjux ſic recte ſcribitur: non *conjunx*, non *coiux*. Derivatur enim à *conjugo*, quod à *jugum*: quomodo σύζυξ fit à Gr. ζυγὸν. Alludit Catul. in Argonaut: Cum Thetidi pater ipſe *jugandum* Pelea ſenſit. Et Virg. 1. Æn. Cui pater intactam dederat primiſque jugarat Ominibus -- Dicimus etiam *ſubjux*; & ita *conjux*. Unde etiam fluit *conjugis*, non *conjungis*. Ita quoque Niſus Grammat. Ald. Manut. aliique in vetuſtis libris pervolutati *conjux* ſcriptitant. Sed abrumpo ſtamen, & ad alia abhinc progredior.

IV. Ultimum, quod huc facit, eſt: Male divelli dictionem in fine lineæ ita: *hom-ines*, *ra-tio*, *om-nis*, *o-bruo*,
1. *a-deo*, *ic-tus*, *ap-tus*. Regulæ ſunt I. Syllaba integra ſit,
2. nec ſcriptione trajiciatur. Ut, *ho mines*, *ra-tio*. II. Literæ partium in compoſitis ne diſjungantur. Recte
3. contra in hunc modum: *ob-ruo*, *ad-eo*. III. Præter illa duo, quæ ſimul à principio vocis ſumi poſſunt conſonæ, eæ recte in eadem ſyllaba conjunguntur. Ut *o-mnis*, quia mnemoſyne: *i-ctus*, quia cteſipho: *a-ptus*, quia ptiſana, dicimus.

CAPUT XIX.

Epilogus.

HActenus τὰ οὐσιώδη Latinæ linguæ, ſicut & pleraque ἐπουσιώδη pro modo ingenii perſequutus ſum: nec quidquam adeo ſupereſt, quam ut monſtrem, ubi & in quibus ſermonum formis ἐπουσιώδη illa locum occupent. Formæ ſermonum mihi ſunt potiſſimum, oratio, poema, diſſertatio, hiſtoria, epiſtola, dialogus, theſes, commentarius ſeu quæcunque explicatio erudita. Huc quædam ἐπουσιώδη ſine exceptione referuntur: ut ſunt, *perſpicuitas*, *elegantia*, *puritas*, *ſuavitas*, *recta pronunciatio* & *ſcriptio*: abſint vero *obſcuritas*, *ambiguitas*, *barbaries*, *ſolœciſmus*, *aſperitas* & quidquid cum Orthoepea & Orthographia pugnat. At quædam ἰδιαιτέρως reſtringuntur ad certa ſermonis genera: ut *inſperſio* antiquorum & Græcor. de qua jam dictum: *delectus autorum*, *Tropi*, *figuræ*, *prolixitas*, *brevi-*

tas, *accuratio*. Singula hæc paulululum expendamus. Atque autores hic ſeligi, præ omnibus maxime neceſſarium eſt, niſi quis monſtrum parere velit, quale Horatius ab initio artis ſuæ expingit. Cicer. *aliud eſt epiſtolam*, *aliud hiſtoriam: aliud amico*, *aliud omnibus ſcribere*. Nempe oratoria caute diſtinguantur ab epiſtolicis: utraque è poeticis & ſic deinceps. Orator potiſſimum attendat Ciceronem & qui eum rite ſequuti ſunt, ut & hiſtoricos: Poetas oculo velut tranſeunte luſtret & parce illorum lilia & roſas intexat. Epiſtolographus ſectetur filum ejusdem Ciceronis in epiſtolis, Senecæ, PlInii, Manutii, & qui hodie claret maxime I. LipsI, aliorumque. Hiſtoriographus Salluſtio operam det, Tacito, Floro, Suetonio, Curtio, reliquis. Poeta agat poetice: quæ mere oratoria ſunt aut Philoſophis aut aliis debita, relinquat. Et vero ſcripturus heroica, exemplum ſibi proponat Virgil. & inde Lucan. Statium, ac ſimiles. Comœdia atque Tragœdia ſcitiſſime fit imitatione Plauti, Terentii, Senecæ. Elegia ex Ovidio, Tibullo, Propertio & cæteris perficitur. Satira ex Horat. Perſ. Juvenali: Lyricum iterum ex Horat. Phalæcium ex Catul. Epigramma ex Martiali. Et ſic in aliis. Quæ propterea non dico, quaſi vitioſum putem, è multis & iis quidem variis ſtilum conformare: ſed loquor de primaria imitandi cura, quæ pro uno argumento autores unius familiæ arripiat.

De uſu Troporum & figurarum. Quanquam utraque per omnia ſermonum genera latiſſime funduntur, ut è nulla parte vel arte, propter infinitam rerum multitudinem, excludantur: præcipue tamen *orationes*, *diſſertationes* & *carmina* frequentent; in quibus, ut in valle aut prato floſculi, in cœlo ſidera, ſcintillant. Easdem quoq; orationes, diſſertationes, ac poemata, ſed heroica, elegiaca, comica & ſimilia decet prolixitas & amœna illa tam rerum quam verborum copia: quod multi & Rhetores ac Poetæ inprimis ſole hoc clarius demonſtrarunt. Brevitas vero competit Epigrammati,

mati, Lyrico, hiſtoriæ, epiſtolæ, dialogo, theſibus, commentariis, & ſi quæ talia. Cauſa petitur à ſcopo illis omnibus ſingulatim præpoſito: nec deſit autoritas. De Epigrammate *Scal. l. 3. Poet. cap. 126.* Epigramma, *inquit*, eſt poema breve cum ſimplici cujuſpiam rei, vel perſonæ, vel facti indicatione, aut ex propoſitis aliquid deducens. *Et poſt:* Epigrammatis virtutes peculiares: Brevitas & argutia. De Lyrico idem *l. 5. c. 124.* Quæcunque in breve poema cadere poſſunt, ea Lyricis numeris colligere jus eſt. *Et iterum:* Brevitate delectatus eſt Horatius. Nihil enim ſuavius, quam poſſe plures epulas deguſtare. De hiſtoria *Cicero in Bruto:* Nihil eſt in hiſtoria, pura & illuſtri brevitate dulcius. De Epiſtola ut & Dialogo *Demetr. Phaler.* Magnitudo epiſtolæ modica & contracta eſto, ſicut & dictio. Valde autem longæ & eloquutione magis inflatæ, non per fidem epiſtolæ ſunt, ſed libri aut ſcripta *ſalvere* illud habentia: ſicut Platonis plurima ſunt & Thucydidis. Idem quoque tradit Greg. Nazianz. in epiſt. ad Nicobul. περὶ τοῦ πῶς γραπτέον ἐπιστολάς. Ultimo, quod theſes, commentarios & quaſcunque expoſitiones alias, ubi intima rei viſcera tentantur, non modo breviter, ſed etiam accurate ſcribi oporteat, extra controverſiam eſt. Exemplo ſit ſtilus Ariſtot. qui in *acroamaticis*, ut vocant, ubi πραγματικῶς καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων κατ' ἀλήθειαν agit, brevis admodum, ſubtilis & accuratus eſt: in *exotericis* multo diffuſior & cuique, niſi fungus ſit, cognitu facilis. Et hoc innuit *Cic. 5. de finibus:* de ſummo bono, quia duo genera librorum ſunt, unum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellant: alterum limatius, quod in *commentariis* reliquerunt; peripatetici non ſemper idem dicere videntur. Et Scalig. Exerc. 307. ſect. 20. *Declamationes ambitioſorum opera, otioſorum cibi ſunt. Naturæ divinitatisque negotiis impedito animo, ſtudendum eſt ei brevitati, quæ res æquat verbis: demonſtrationes certas habeat pro nectare.* Quo egregie dicto manuductionem hanc meam concludo, Deumque

ſupplex

ſupplex veneror, ut linguas, quarum ipſe ſupremus autor & auctor eſt, contra illuviem barbarorum, etiam deinceps nobis conſervare velit.

MANTISSA E CASAUBONI PROLEGOMENIS, in quibus de Baronii annalibus candide diſputatur; & inter alia παραδειγματικῶς docetur, quam & quantum Criticæ ac Philologiæ ſtudium utile ſit.

DE Philologi & Critici perſona, quam ſibi *Baronius* induit, latus eſſet dicendi campus, niſi multa me, ut orationis vela contraham, admonerent. Magna, procul dubio, cupiditas bene merendi de ſacrarum antiquitatum ſtudioſis, illum impulit, ut duram hanc provinciam ultro, in contexenda historia, novo exemplo, ſuſciperet. At vellem, humeros ſuos primus conſuluiſſet, ut exploratis viribus ſuis cognoſceret, quid illi ferre valerent, qui recuſarent? Nam illuſtrare naſcentis præſertim Eccleſiæ inſtituta, hiſtoriæ Evangelicæ his annalibus inſertæ lucem fœnerari, ſcripta Patrum & aliorum ſcriptorum obſcura illuſtrare, & explicare, nemo profecto poteſt qui Hebraicæ Græcæque linguæ peritia, & omnium veterum antiquitatum notitia non ſit quam inſtructiſſimus. Cum igitur teſtimoniis ſcriptorum Hebraic. & Græcor. hic præſertim tomus primus ſit refertiſſimus; quærat jure aliquis, an parem tanto incepto cognitionem illarum linguarum, & antiquæ eruditionis copiam Baronius habuerit. Atqui hoc ſingulis fere paginis iſti Annales clariſſime negant; teſtimonia exhibentes, quæ luculentiſſime demonſtrent, illorum autorem, neque Hebr. literaturæ, neque Græcæ ulla notitia fuiſſe præditum. Satis hoc probatum eſt in his exercitationum locis quam plurimis, ut dubitari de eo nequeat. An. 34. 29. tractans locum ex Actis, 5. 37. αὐτὰ exponit πίεζω: neque intelligit, ad eam ſenten-

tiam, quam probabat, tam eſſe ineptum πίεζειν, quam μετὰ. A. 36. 5. agens de loco ex Actis 7. 58. ob non intellectam vocem νεανίας, hoc eſt, adoleſcens, quantos in ſimpulo fluctus movet? ea eſt dictio, quæ apud Joſephum non intellecta, ad falſam & ridiculam de annis Herodis opinionem Baronium adegit, ut probatum eſt à nobis A. 56. 16. exponitur mira ſubtilitate vox ἐξομολόγησις, h. e. confeſſio; ἐξ, inquit, *præpoſitio idem eſt quod foris, & ὁμολογία, quod eſt, ut declarat Suidas, confeſſio.* De præpoſitione eſt puerilis error. Nam ſi ἐξ in compoſitione *ſignificat* ſemper *foris*, ut poſtulat expoſitio Baronii, igitur ἐκνήφειν erit *foris vigilare:* non ut nos putabamus, ex ſomno tranſire ad vigiliam: ἐκπνεῖν erit *fortis ſpirare*, neque poterit domi aliquis expirare, quia ἐκ ſignificat *foris:* ἐκπειράζειν non erit graviter aliquem tentare, ſed *foris tentare*. Itaque domi nullus erit ἐκπειρασμὸς, h. e. gravis tentatio, nulla ἔκπνευσις, h. e. exſpiratio, ac ne ἐξομολόγησις quidem. Sed beat nos, cum advocata Suidæ autoritate, probat rem valde ignotam; ὁμολογία *eſt confeſſio.* A. 57. 61. in verbis Pauli 1. Corin. 9. 5. urget, quod non ſit adjectus articulus; ſed nemo Græce peritus, illi concedet, ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν. h. e. *ſororem uxorem circumducere*, non poſſe per Helleniſmum recte exponi, circumducere aliquam mulierem, quæ mihi ſit & ſoror in Chriſto, & uxor. De vera ſententia nihil pronuncio; de locutione Græca tantum loquor. Sic ſtatim Phil. 4. 4. Σύζυγε, h. e. *compar*, vult eſſe proprium nomen. Quod etſi quidam è Græcis Scholiaſtis ante ipſum dixerunt; vix tamen per Helleniſmum poteſt admitti, propter vocis γνήσιε, h. e. *germane*, proprietatem. A. 59. 7. verba Pauli ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, h. e. *in toto prætorio*, Phil. 1. 13. cum inveniſſet expoſita *in omni prætorio:* non animadvertit, *omne*, ibi poſitum eſſe, *pro totum.* Deinde hoc errore admiſſo ſane puerili alium excogitavit ipſe plus quam puerilem. Vult ſenſum eſſe, actum eſſe de cauſa Neronis, non ſolum coram Nerone, ſed & apud collegium Pontificum, atque

que ut ipſe loquitur, *in omni urbis prætorio:* Quam hæc ridicula? A. 175. 5. ignorat *Sympheruſa* verum eſſe nomen piæ Martyris: συμφέρουσα, h. e. *commoda.* ſæpe n. Græcis nomina propria fiunt à Participiis, ut *Alexamenus*: vel ut fere ſcribitur, *Symphoruſa* aut *Symphoroſa*; συμφοροῦσα à συμφορεῖν, h. e. *congerens*, à *cogerendo*; quod diverſum eſt à συμφέρειν, h. e. commodum ſeu utilem eſſe. Baronius nomen inauditum Græcis hominibus σύμφερος nobis profert, quod Analogia confutat ac rejicit, & ſimul quidquid ibi ſcribitur. Sed Baronius hoc jus ſibi perſæpe vindicat, ut Græcarum dictionum ex ingenio ſuo numerum augeat. Inde eſt ὅσιος, vocabulum, quo Græcæ linguæ opes auxit in A. 359. 89. Inde τελεμάχιος, quaſi dicas, *in fine pugnans:* à τέλος, h. e. finis & μάχη, pugna. Nomen martyris, qui ſpectaculo gladiatorum finem impoſuit, ut ait ad 1. diem Jan. in Martyrologia. Si legiſſet unquam Baronius nomen illud apud Græcos τηλεμάχιος q. d. *è longinquo pugnans:* ut apud Theodoritum, lib. 5. c. 26. abſtinuiſſet à conjectura tam abſurda. Ad diem 22. Septembr. decimationis, pœnæ militaris, facit mentionem & ait à Polybio vocari δεκασίαν. Quis, malum, decepit virum bonum, & ei perſuaſit, vocem illam, quæ apud Græcos non legitur, eſſe probum verbum Polybianum? Origeniſtæ Orthodoxos olim irridentes *Peluſiotas* per contemtum vocabant, ut autor eſt Hieronymus ad Pammachium, adverſus Johannem Ieroſol. & ad Pamm. & OC. de erroribus Origenis. Ipſe convicium explicat, *Peluſiotas nos appellant & luteos*, πηλὸς lutum πηλουσιώτης, luteus. Sic apud Latinos convicium erat, *lutum es*, Perſius; *udum & molle lutum es*; h. e. ad verbum, πηλὸς εἶ, vel πηλουσιώτης. Ita nos quidem exiſtimabamus: ſed Baronius in anno 313. corrigi Hieronymi codices jubet, & ſcribi *Piloſiotas*, non autem *Peluſiotas, ut depravate legitur*, inquit. Vide, quid ſit Romæ eſſe. Nam nos Tranſalpini hæc myſteria ignorabamus. Quod Gallice vocamus, *une copie*, exemplar ex alio deſcriptum; Græci appellant

K 5 ἴσον.

ἴσον, vel ἐξ ἴσου : quæ voces leguntur initio multorum Autorum & Epiſtolarum, in collectionibus Conciliorum Sic plane Latini, *à pari*: ut initio aliquot Epiſtolarum Zoſimi Papæ, in anno 417. & Hormiſdæ, in anno 519. dicunt pro eodem, & *à paribus*. Quod non intelligens Baronius, quam inſigniter operam ludos facit, & in anno 591. 4. 1074. 61? Vel hæc pauca ſatis oſtendunt, quam imparatus à Græca literatura ad ſcribendum ſe contulerit pater Annalium: quem in Exercitationibus probavimus Græcos ſcriptores, non niſi ex aliena fide tractaſſe: ac proinde toties in eo erraſſe, quoties parum fidelem nactus eſt interpretem. Quid autem intereſt, male ipſe vertas, an malam verſionem probes? Omittò dicere de literis Hebraicis, quarum peritiam quantam habuerit conditor Annalium, oſtendimus Exerc. 13. diatriba 37. & ſæpe alibi.

Hæc Caſaubonus.

CHRI-

CHRISTIANI BECMANI

DE PROPRIA SIGNIFICATIONE VOCUM IN LATINA LINGVA, QUOD ET QUI EX ORIGINIBUS ELICIATUR.

VOces, dum & animi noſtri cogitata & res ipſas in Natura, tanquam ſymbola quædam indicant, duum ſunt generum: PROPRIÆ & TRANSLATÆ. Cic. ait de opt. gen. orat. Et Scal. l. 13. dec. L. L. c. ult. *Unius vocis una tantum eſt ſignificatio propria ac princeps: cæteræ aut communes aut acceſſoriæ, aut ſpuriæ.* Pro- **Propria** pria certis quibusdam de cauſis κατὰ συνθήκην facta: primo ac principaliter rem aliquam exprimunt. Seu, ut Auguſtinus explicat lib. 2. de doct. Chriſt. cap. 10. *Propria ſunt vocabula, cum his ipſis rebus ſignificandis adhibentur, propter quas ſunt inſtituta.* Translata, **Trans-** quæ propter naturalem rerum omnium inter ſe con- **lata.** venientiam ab uno ad aliud, partim neceſſitatis: quia τὰ πράγματα τῷ ἀριθμῷ ἄπειρά ἐστι: partim ornatus ac delectationis gratia, varie traducuntur. Ambo in omni pariter orationis forma inveniuntur: nec ullus uſpiam autor, qui alterutra ſolum uſurpet: aut etiam commode uſurpare poſſit. Interim melius ille facit, & majus quid præſtat, qui mage propriis: minus, qui mage utitur translatis. Præſertim, ſi quippiam accurate, ſolide & ex intima quaſi rei medulla proponi debeat: non leviter, in gratiam & applauſum plebeculæ. Omnis enim vox tropica quandam parit obſcuritatem. Ariſtoteles l.6. Topic. c.2. πᾶν ἀσαφὲς τὸ κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον. Quur? Quia non ipſam rem, ſed ejus tantum analogiam & ſimilem cum alia cognationem oſtendit. Immo nec unum aliquid, ſed duo, aut plura etiam ſæpe intellectui noſtro repræſentat. Unum, à quo: alterum, ad quod transfertur. Jam, iterum verbis

verbis Philoſ. 3. Metaph. 4. τὸ μὴ ἓν σημαίνειν, οὐδὲν σημαίνειν ἐστί. Et 1. de cœl. 11. πᾶν πολλαχῶς λεγόμενον ἀσαφές. At contra vox propria orationem efficit perſpicuam, omniumque intellectui obviam: quia unum modo declarat, & applicatur rei, cui ab initio impoſita. Evidentia vero & facilitas ſignificandi, quanta virtus in ſermone; apud omnes, qui vel modice ſapiunt, in confeſſo eſt. Idem etiam meliores quique magiſtrorum diligenter inculcant. Ariſtot. l. 3. Rhet. c. 2. ὡρίσθω λέξεως ἀρετὴ, σαφῆ εἶναι· σημεῖον γὰρ ὅτι ὁ λόγος, ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. Auguſt. l. 4. de doct. Chriſt. c. 10. *quid prodeſt loquutionis integritas, quam non ſequitur intellectus audientis? cum loquendi omnino nulla ſit cauſa ſi, quod loquimur, non intelligunt ii, propter quos, ut intelligant, loquimur.* Agell. l. 1. c. 10. Quinct. l. 1. Inſt. c. 10. *Oratio, cujus ſumma virtus eſt perſpicuitas, quam ſit vitioſa, ſi egeat interprete. Melancht. l. 4 Logicæ:* principalia argumenta ex proprie dictis ſumenda ſunt; ut in dogmatibus, legibus, ſententiis Judicum inprimis neceſſaria eſt proprietas ſermonis & pondera verborum dextre illuſtrata, multum lucis afferunt explicationi. *Heinr. Stephan. in 1, palæſtra:* Non ignoras, in uſu Lat. linguæ, ſicut & Græcæ (& cujus non linguæ?) magnam eſſe habendam proprietatis rationem. Lipſ. Epiſt. Inſt. c. 8. *Semel hoc imbibe: Summum in ſermone vitium eſſe; non ſolum non capi, ſed etiam ægre capi.* Et poſt: *Clarus ſermo erit, præcepto triplici: ſi verba in eo propria, uſitata, ſi collocata.* Siber. in præfation. Gem. *Crebro illud cogitationi veſtræ ſubjicientes ipſi, in proprietate non eſſe tenuem gloriam & commoditatem orationis.* Friſchlin. in Epiſt. dedic. Nomencl. *Nomen quo convenientius eſt rei, maximeque proprium: eo propius oſtendit rei cujusque naturam atque eſſentiam.* Quid multa? Nemo tam ab omni judicio alienus eſt, qui afferat contrarium, hoc eſt, Tropica & obſcura potius anteponat propriis: cum illorum quoque ratio non niſi ex his ipſis traduci poſſit. Itaque illud inprimis jam quæritur: unde & cujus ope, prima ac germa-

germana significatio alicujus vocis inquirenda, quo modo invenienda. Scio, illico obtenditur hic mihi autoritas eruditæ antiquitatis, & consuetudo, additis eulogiis.

Publica forma placet sermonis ---

Verba valent usu, sicut numi.

Cicer. *Non utendum verbis iis, quibus consuetudo nostra non utitur.* Quæ, ut & plura, tantum abest, ut rejiciam, ut liquido & clara voce tester: Autoribus majorum gentium, Cicer. M. Ter. Varroni, I. Cæsari, Sallust. Liv. Virgil. Plauto, Terent. Ovid. Horat. Catul. Tib. Propert. Lucret. aliis hujus notæ aut ævi; Latinitatem vere Romanam ex asse deberi: nosque optimè & purissime loqui, si cum illis. Addo etiam: Ciceronem sæpe loqui proprie, Virgilium; & inprimis Plautum, qui eo nomine veræ Latinitatis studioso in manibus sit. Sed enim, dum iidem vocem non semper uni rei accommodant, sed pluribus: qui sciam, ubi proprie, ubi secus ista vox fuerit adhibita? Utamur exemplis. *Arduum* quot modis dicitur? Cicer. *ascensus arduus: opus arduum: cogitatio ardua.* Ovid. l. 2. Metam. *ardua prima via* -- l. 4. Eleg. *gloria ardua.* Horat. 2. Carm. Od. 13. *æquam memento rebus in arduis servare mentem* --- Ecce res diversas sex! Cui harum primo, cui proprie una vox *ardui* congruet? Ita Ciceroni dicitur *homo imbecillus: accusator imbecillis: valetudine & natura imbecillis: animus imbecillus; corporis imbecillitas.* Plinio in Paneg. *ingenium imbecille.* Cæsari 2. Bel. civ. *imbecillitas consilii.* Ubi hic genuina *ἰδιότης*? Enim vero ex autoribus ipsis, qui usi, sine alio adminiculo, in tanta rerum varietate, non extrahes. Cicer. 3. de Fin. est *subtile differendi genus.* l. 15. ad Caton. *Subtile judicium.* Eidem, *Subtilis oratio: Subtilis descriptio: Subtilis definitio: Subtilis vir: Subtilis Scriptor* Horat. *Subtile palatum.* Colum. *Subtilis gula.* Plin. l. 11. c. 5. *Succus subtilissimus.* Vulgo dicitur esse proprie λεπτομερὲς & tenuium partium. Sed falso. *Valla* l. 4. Eleg. c. 14. Ordo est (inquit) digestio, & in suo loco cujus-

Arduum. *Imbecillis.* *Subtile* *Ordo.*

cujusque rei collocatio, velut in acie. *Idem c. 32.* Nos Poetas cæteroſq; operum conditores, *autores* vocamus: & illum, qui fecit aliquod opus, qui egit bellum, egit pacem, *autorem operis, autorem belli, autorem pacis*, dicimus, nunquam *actorem*. Ita proprie *Cornelio Frontoni*, dicitur *Satiatus* ventris: *ſaturatus* animi. Eidem, *horret* corpus: *trepidat* motus animi. Eidem, *vultus* propriè hominis: *os* omnium: *facies* plurium. Eidem, *querimonia* certæ rei eſt: *querela* ſupervacua eſt. Eidem, *grande* eſt incrementi: *magnum* amplitudinis: *immane* præcipuæ amplitudinis. Eidem, *corruptela* ipſa res eſt: *corruptio* cortumpentis adminiſtratio. Eidem, *ſerum* ad negotium pertinet: *ſerò* ad tempus. *Fl. Capro*, eſt *mæſtum* animo: *triſte* adſpectu. Eidem, *pauperies* damnum eſt: *paupertas* ipſa conditio. Eidem, *fidus* amicus eſt: *fidelis* famulus. Eidem, *accidere* aliquid adverſi: *contingere* aliquid pulchri, dicitur. *Servio Honorato*, *angues* proprie aquarum ſunt: *ſerpentes* terrarum: *dracones* templorum. Eidem, *candidum* eſt quadam nitenti luce perfuſum: *album*, quod pallori conſtat eſſe vicinum. Eidem, *dapes* regum ſunt: *epulæ* privatorum: vel dapes deorum ſunt, epulæ hominum. Eidem, *fundere* eſt ſupina manu libare, quod fit in ſacris ſupernis: *vergere*, eſt converſa in ſiniſtram partem manu ita fundere, ut ſupernè convertatur, quod in infernis fit. Unde nonnemini *vergo* dicitur, ab ἱερὰ & ἄγω: ut ſit idem, quod ἱερὰς ἄγειν. Eidem Servio *rura* dicuntur ſilvæ & paſcua: *ager* is, qui colitur. Eidem, *humidum* eſt, quod extrinſecus habet aliquid humoris: *Uvidum*, quod intrinſecus. Eidem, *timor* de futuro eſt: *odium* de præſenti. Eidem, *tellus* dea dicitur: *terra* verò elementum. *Ælio Donato*, *aggredi* dicitur de longinquo: *adoriri* ex inſidiis & è proximo. Eidem, *damnum* rei eſt: *malum* ipſius hominis. Eidem, *expectatio* certorum: *ſpes* incertorum. Eidem, *facilis* ad peccatum: *benevolus* ad iram refertur. Eidem, *genus* ad nobilitatem: *Familia* ad copiam refertur. Eidem, *honeſtum* ad formam: *liberale* ad vultum propriè. *Sex. Pomp. Feſto*, *properare* aliud eſt, aliud *feſtinare*.

Qui

Qui unum quodque maturè tranſigit, is properat: Qui multa ſimul incipit neque perficit, is feſtinat. Videatur Agell. l. 16. c. 14. Eidem Feſto *ſacrum* ædificium conſecratum Deo: *ſanctus* murus, qui ſit circum opidum: *religioſum* ſepulcrum, ubi mortuus ſepultus, aut humatus ſit. Eidem, *ſpeculator* hoſtilia ſilientio perſpicit: *Explorator* pacata clamore cognoſcit. *Nonio Marcello*, *Cupido* inconſideratæ eſt neceſſitatis; *amor* judicii. Eidem, *audentia* fortitudinis eſt: *audacia* temeritatis. Eidem *gaudium* in ſapiente in rebus bonis ſemper eſt: *Lætitia* etiam in malis & turpibus eſſe poteſt. Eidem *deſpicere* gravius, quàm *contemnere*. *Fla. Soſipatro Chariſio*, *brevis* eſt in natura: *puſillus* in corpore: ut brevis dies, puſillus homo. Eidem, *labra* modica: *labia* immodica. Eidem, *Saturitas* in cibo tantum dicitur: in cæteris vero *ſatietas*. Eidem, *una* locum: *ſimul* vero ſpatium deſignare dicitur. Fronto ita: *ſimul* locum demonſtrat: *una* congregationem. Atque hiſce talibus omnes paginæ ſcatent eorum, qui vel olim de induſtria voces Latinas ſibi enucleandas ſumſerunt. Ubi aliud fere nihil videas, quàm, *proprie hoc ita capi, hanc eſſe nativam ſignificationem; hoc proprie uti Plautum, aliter alium*: & quæ plura ſolent. At cauſam hic merito quis deſideret, quur iſte ſecus, ille proprie, loquutus ſit. Et non id vero αἰτεῖσθαι τὸ ἐν ἀρχῇ ſit? Quia Saluſt. ait: *Poſt defectionem ſociorum & Latii.* Quia Terent. *Prodidiſti & te & illam miſeram & gnatum*, Ergo propriè *deficit ſocius, prodit parens*, uti quidem Æl. Donat. infert. Immo hoc ipſum eſt, quod anquiritur. Sed & *Cicer. in Caton*: eſt defectio ſolis & lunæ. *In 4. Tuſcul.* intemperantia eſt defectio à recta ratione. *Lucret. l. 3.* ſenſus deficit. *Jul. Cæſari*, Sanguis vireſq; deficiunt. Qui ergo ſocii deficere ἰδίως ex Saluſtio dicantur? Ita Nonius Marcel. argutatur: *Probatum & ſpectatum differunt, quod hoc vis majoris eſt.* Quare autem? Quia *Lucill. Sat. 26.* Tuam probatam mihi & ſpectatam maxime Adoleſcentiam. At *Cic de orat.* invertit: Cæterarum artium homines *ſpectati & probati*. Idem Nonius; *Cogitare*

eſt

eſt dubitare: Deliberare eſt confirmare. Sed quâ cauſa? Quia *Turpilius* ait: Quæſo cogita ac delibera. Jam *Cicero* & alii utrumque longe aliter capiunt. Ut ita certum ſit, genuinam alicujus vocis notionem ex ipſis autorib. non ſic erui: ſed aliunde cauſam adduci quoque oportere, ut mox dicetur. Jam prius hoc de autoribus velim obſerves; ſi illi, ut Latini, Græci ac Hebræi potiſſimum rem aliquam una ſemper voce unanimiter appellent: tum aliâ latente cauſa, uſus ille perpetuus erit cauſa proprietatis. Ut *hyſſopus*, quantum ſcio, herbam illam notiſſimam in hortis apud omnes Autores ſignificat. Ergo vox erit propria. Quæ cauſa? Quia illi inter ſe congruunt concorditer. Sic *crocum*, ſic *bdellium*, ſic *cinnamomum*, ſunt propria: quoniam Hebræis tantum de unis dicuntur. At Plautus figurate utitur, quando anus ita de vino Curcul. act.1. Sc.2.

Tu mihi ſtacte, tu cinnamomum, tu roſa,
Tu crocum, & caſia es, tu bdelium ---

Ergo ex convenienti Autorum uſu, etiam *Proprietas* aliqua eruitur: ſed ut plurimum in vocibus, ut vocant, *primitivis*, Hebræorum præcipue. Nam in deductis & Hebraicis & aliarum inprimis linguarum res ſe habet aliter. Ibi aliud ſubſidium eſſe oportet, ſi diſtinctam & unam dictionis, quæ varie uſurpatur, proprietatem deſideres. Id vero nullum aliud, quam *Originatio*, ut ap. Quinct. l. 1. cap. 9. nominatur: Græcis ἐτυμολογία, id eſt, *veriloquium*, aut *notatio*, Ciceron. in Topic. Scalig. l. 3. poet. c. 90. *vocis ratio*: Metaphoricè *derivatio*. Quia vocem è ſcatebra quaſi ſua deducit: & rem, de qua prædicatur, notam facit, ut ait Boethius. Atque hoc ipſum & Grammatici, quos modo citabam, haut obſcure alicubi innuunt. Cornel. Fronto: *Comminus* & *Eminus* de jaculis dicitur: quod illud à *manibus* non recedit, hoc è *manibus* emittitur. Caper: Vir *ducit:* mulier *nubit*, quia pallio *obnubit* caput ſuum genasque. Soſip. Chariſ. *æditimus* dicitur qui ædem ſervat, quaſi *ædis* intimus: *æditu*us, ab *æde tuenda*. Idem, *Chilones* cum adſpiratione ex Græco, à la-

Etym.

à labiis improbioribus, quæ illis χείλη: unde Chilones, improbius *labeati*. Serv. *hiſtoria* eſt eorum temporum, quæ vidimus vel videre potuimus dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, à videndo. *Annales* ſunt eorum *annorum* & temporum, quæ ætas noſtra non novit. Feſtus: *Ambitus* honoris affectati dici cœptus eſt: à *circumeundo*, ſupplicandoque *ambitio* eſt ipſa actio *ambientis*. Nonius Marcell. *auſpicium* eſt avium inſpectio, & quæ ex volatu avium ſignificentur & vocibus. Idem: virgo prius quam petatur, *Sperata* dicitur, dehinc *Promiſſa*, *Dicta*, vel *Pacta* vel *Sponſa* dici poteſt. Plaut amph. Amphitruo uxorem ſalutat lætus *ſperatam* ſuam. Virg. 11. Æn. Conjux quondam tua *dicta* relinquor. Et idem alio loco: Gremiis abducere *pactas*. Hæc ille Quinctil. l. 8. c. 2. dicitur proprium inter plura, quæ ſunt ejusdem nominis, id unde cætera ducta ſunt; ut *Vortex* eſt contorta in ſe aqua, vel quidquid aliud ſimiliter *Vertitur*. Inde propter flexum capillorum, pars ſumma capitis, & ex hoc quod eſt in montibus eminentiſſimum. Recte inquam dixeris hæc omnia *vertices*: proprie tamen unde initium eſt. Hujus ſententiæ quoque ſunt, quantum ſcio, *Tertull. Hieron. Auguſt. Arnob.* & cæteri: quod eorum ſcripta ſatis docent. Athanaſ. de definit. ἐτυμολογία ἐστὶ, ἡ τῆς δυνάμεως τοῦ ὀνόματος ὀρθότης, ἐξ αὐτοῦ τοῦ νόος ἐμφανιζομένη. Ut nihil dicam de Theologis noſtro tempore, *Mart. Luth. Melancht. Chemnit. Beza*, *Avenar. Druſio*, *Fr. Junio*, *Joh. Rainoldo*, *Abr. Scult. Dav. Pareo*, *Kirchero*, *Joh. Piſcatore*, *Argent. Matth. Martin. Fuller. Sixt. Amama. Joh. Tarnov.* & aliis: qui, ut primam ac principem vocis vel Græcæ vel Hebr. vel etiam Latinæ ſignificationem eruerent, catiſſime ἐτυμολογεῖν ſoliti ſunt. In multis (inquit *Avenar.*) locis Scripturæ, ubi interpretum expoſitionib. & Rabbinor. commentariis, ſæpe nihil prorſus fui adjutus; ibi ſola linguar. collatione propriam vocabuli ſignificationem venandi reperi, unde Scripturæ ſententia multo illuſtrior redditur. E JCtis hic neminem ſolicitabo, præter unum, qui pro omnib. loquatur,

Proprium Vortex.

quatur, *Nic. Everhard.* in agr. Leg. loco ab Etymol. Neque mirum, *inquit*, alicui videri debet, bonum esse argumentum à nomine seu etymologia: quia etymologia dat verbis proprium significatum, quando definitio non repugnat. *leg. notionem §. instrumentor. in verb. proprie.* Et post: Est enim etymologia resolutio vocis in proprium effectum rei, quæ demonstratur, secundum *Bal. in cap. 1. §. Si quis de manso. de controv. investi. in usibus feu.* Hæc ille.

Definitio etymi. Est igitur *etymologia deductio vocis vel à sono ipsius rei proprio: è voce alia simpliciori & priori ob certam causam, sive in eodem linguæ alicujus idiomate fiat sive diverso, ut ita vocis proprietas constet, & præparatio ad Rei cognitionem.* Estq; duplex originatio. Vel à natura signati sive rei quæ indicatur: Vel è voce alia, ut dixi *Illa* cum per literas, quæ nunc gravi, nunc acuto, nunc intermedio efferuntur tono; jam sibilum, jam stridorem, jam alias soni qualitates edunt; affectum alicujus rei exprimimus, ut vox sono respondeat. Talia sunt σίζω, *grillus*, γρύλλος, γρυλλίον, γρυλλίζω: χρέμπτομαι *screo, screatus*, κέρχω, asperum sono: *Chremes*, id est, senior screans: μυκάω, μυκῶμαι, *mugio scropha*, γρύζω grunnio. *Gesner.* in Mithrid. In omnibus sane linguis vocabula quædam natura sunt facta, ut quæcunque ad soni imitationem & per onomatopœiam composita dicuntur. *Et paulò post:* Ipsa etiam avium nomina, ut vetus quidam Grammaticus scribit, ad vocis suæ imitationem fere sunt expressa. Hæc ille. Altera *è voce* vel simpliciori, vel priori contingit, *Simpliciori:* ut *Cornicem* à cornu & Cano. *Bibliotheca* à βίβλος, βιβλίον: & θήκη, τίθημι, *Effigies* à fingo. *Trapezita*, à τράπεζα, quod à quatuor pedibus: A τέτταρες quatuor: πέζος, pes. Hæc enim prima ac simplex mensarum forma ab initio erat. *Priori:* ut *fama*, à φήμη. *Deus*, à θεός. *Jovis* à *Jova* Hebræor. *Pater*, à πατήρ. *Nemus*, à νέμος. *Marsupium*, à μαρσύπιον. *Ævum*, ab αἰών. *Lux*, à λύξ.

Duplex etymon

1. (beside "per literas")

2. (beside "fere sunt expressa")

1. (beside "vel priori contingit")

2. (beside "ac simplex mensarum")

De cæteris in posterum. Jam hic sistunt me paululum quorundam sciolorum objectiunculæ & vellicationes: qui-

quibus ſatis faciam prius, ſed breviter; quia ἀνώνυμον εἰς δίλογον τρία ἔπεα διεξελθεῖν. Poſtea ad propoſitum redibo. *Ajunt:* univerſam *Philologiam* & inprimis ejus partem. *Originationem* admodum, nec à paucis deſpici: homine liberalis ingenii, & rerum potius cognitioni dedito indignam, planeque infrugiferam eſſe. Tria afferunt. *Primum* nemo quidem negat. *Secundum* plurimi: ut & *tertium*. Nam quid contemtus? Non rei quoque alteri immo univerſæ evenit, ut: *Argumenta contraria.*

——*Laudetur ab his, culpetur ab illis?*

Cic. *in natura hominum diſſimilitudines ſunt, ut alios dulcia alios ſubamara delectent:* Ita etiam hic. Tritum eſt: nec Jupiter ipſe omnibus placet, ſive ningat, ſive pluat, ſive tonet, ſive cœlum ſerenet. Quomodo igitur nos & noſtra æque omnibus? Sed & eadem cauſa omnes diſciplinæ Humanitatis negligi deberent: quare? quia à pleriſque ſpernuntur. Pecunia primum quæritur. *Virtus poſt numos.* Aut ut ille ait:

——*Aurum in ſummum ſucceſſit honorem.*

Mirum itaque non ſit, quod ſtudium philologiæ à nonnullis floccipenditur: quorum alii nolunt: alii non poſſunt intelligere, quid & quale illud ſit: alii deniq; ſingularem quandam gloriolam ſibi captare videntur, dum curioſe quovis involant, ut muſcæ: quodvis allatrant, ut canes: omnia reprehendunt, ut Momus. Quibus illud nobile par Scal. & Iſ. Caſaub. oppono. Ille ſic l. 1. de plant. *Qui verborum curam putat indignam viro ſapiente; is homines nos eſſe dedocet. Qui ſiet ut intelligas, ſi quſpiam pro libidine loquatur aliter, aliter pro re ſentiat? Eſt primum Sapientis officiū bene ſentire, ut ſibi vivat: proximum bene loqui, ut patriæ vivat.* Hic ita: *Scribit Arrianus*(inquit) *ſapientiſſimum ſenem illum Epitectū, impietatis in Deum eos inſimulaſſe, qui in Philoſophiæ ſtudiis* ἀπαγγελτικὴν δύναμιν, *ſive ſermonis curam aut Philologiam tanquam rem levem aſpernarentur. Quoniam quidem, ajebat vir divinus,* ἀσεβοῦς ἐστιν ἀνθρώπου τὰς παρὰ τοῦ θεοῦ χάριτας ἀτιμάζειν. *En Germanum Philoſophum! En vocē auream!* Hæc Caſaub. Et quanquam, ut dixi, immmo

res ipsa loquitur; sunt, qui studium illud parvi faciunt: tamen non desunt contrà quæ magni faciunt, sanè maxima & illustrissima ingenia, ab ævo prisco usque in hunc diem. Adducam aliquot? Ita convenit: sed paucis, atq; ex aliis, ut ita major fides sit & autoritas.

Philologi celebres.

Plato in vocum originibus adeo laboravit, ut totum eis librum consecrarit. Ejusdem diligentiam mirum in modum laudat Dionys. Halicarn. qua utebatur in componendis verbis, probatque studium ipsius, qui cum pectus haberet refertum plurimis scientiis, jamque ad octogesimum ætatis annum pervenisset, non cessaret tamen expolire sermones illos suos; præcipuè autem recta constructione verborum ipsos ornaret.

In præfatione in lib. de causis Lat. linguæ.

Nonnè *Aristot.* (verba sunt Scalig.) adeo ad sese pertinere arbitratus est, ut sæpenumero ipsa emendet vocabula, alia explicet, quædam vel investiget, vel etiam pariat? Scripsit ille de Poetica: de Rhetorica scripsit. Amatoria vero atque alia ejusmodi ut omittam, perpetuo commentario id egit, ut sciremus, quot modis quippiam significare possit. Cujus profecto judicio, Grammaticam non solum esse Philophiæ partem, id quod nemo sanus negat: sed ne ab ejus quidem cognitione dissolvi posse intelligeremus. Hinc tam cebræ admonitiones. Ut 2. Topic. 6. ἔτι τὸ ἐπιχειρεῖν μεταφέρειν τοὔνομα ἐπὶ τὸν λόγον, ὡς μᾶλλον συνήθως ἐκλαμβάνειν ἢ ὡς κεῖται τοὔνομα. 3. Metaph. 2. πανταχοῦ κυρίως τοῦ πρώτου ἡ ἐπιστήμη καὶ ἐξ οὗ εἴρηται. *Galenus* quot locis, quantum producit moræ, unam modo ut explicet voculam? quot miris modis Archigenis dictionem vellicat, ejus quoque minutissimas quasque rimans particulas, in 2. de locis male affectis? Exstat etiam *Etymologicum magnum*, quod Fr. Sylburg. accuratè recensuit & de novo edit. *M. Terent. Varro*, vir Romanor. eruditiss. judicio Quinctiliani, peritiss. Ling. Latinæ omnis antiquitatis. *Sex Pomp. Fest.* quem Scalig. autorem gravem, veterumque sententiar. accuratum & narratorem & interpretem vocat: *Isidor. Episc. Hispal.* ex professo (quod ajunt) hoc studium quærendi radices vocum sequuti sunt; pari

forte

forte conatu, ſed impari ingenio & eventu aſſequuti: cum Iſidorus quandoq; nil niſi nugas agat, & riſum lectori moveat. Jam *Cicero, ille cæleſtis* (ut ait Fabius) *in dicendo vir, cujus nomen non hominis, ſed eloquentiæ habetur*; quantum hic laborarit, ſed & præſtiterit, cum alia docent, tum inprimis libri duo de natura deorum Multa (inquit in Topicis) in diſputando notatione eliciuntur ex verbo. *Verborum* (inquit 1. Acad) *explicatio probatur, id eſt, qua de cauſa quæq; eſſent nominata, quam Etymologiam appellant.* Et quæ ejus generis plura idem alibi docet. *Meſſala* orator è clariſſima Corvorum gente librum integrum de unica litera S. compoſuit. *Claudius* Imperator quanta cura & pæne dicam ambitione tres novas literas invexit, iisque Romanam linguam auxit? *Julius Cæſar* de analogia, i. e. infimis Grammaticorum obſervationib. binos libros conſcripſit, & triumphales illas epulas variare & interſtinguere non erubuit ſcholica hac dape. Quamvis hi libri interciderint temporum culpa: Uti *Valla* teſtatur præfat. l. 2. Elegant. *Auguſtu* majeſtatis ſuæ usque eo retinens princeps, ut Deorum ſibi honores vindicaret adhuc vivus quam ſolicite, quæ nepotes ſui, quid & quomodo ſcriberent, cavit? Quin & ipſe eos & literas, & notare, aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit, teſte Suetonio, ac nihil æque laboravit, quam ut imitarentur Chirographum ſuum. *Hadrianus* Imperator usque adeo Græcorum literis invigilavit, ut à nonullis vocaretur Græculus. *Mithridates* Ponti & Buthyniæ Rex duarũ & viginti gentiũ linguas calluit, nunquam interprete ad eas uſus. Satin' hi multi? *Nam ſi autumem omnes, nimis longus ſermo ſit,* Satin hi magni, qui Philologian curarunt? Nemo opinor, repugnat, niſi *Vervecum in Patria craſſoque ſub aere nati.* Superaddo tamen unum & alterum ex recentioribus: quorum alii cum priſcis componendi, immo alii iisdem aliquibus anteponendi. *Mart Lutherus* vir magnus & ϑεόπνευςος edidit opuſculum, in quo nomina propria Germanorum è nativis fontibus declarantur. Præfixa eſt ejus hæc adhortatio: *Exemplum*

dedi vobis, ut plura & meliora faciatis. Hunc bene sequitur Andr. Helvig. qui *Originib.* linguæ German. pulchram impendit operam. Eodem refertur Etymologicum Teutonicæ linguæ *Corn. Kiliani*, quod Lipsius hoc phalæcio exornat:

Quisquis Belgica amare, Belga, verba
Audes: hunc quoque amare KILIANUM
Aude. qui egregio suo labore
Sermonem tibi patrium propinat,
Jam purum nitidumque ——

Videatur Philipp. Jacob. Maussacus in prolegom. Histor. de Animal. Aristotelis & Scaligeri præmissis.

Scaliger natus in miraculum & gloriam nostri ævi, centum & decem libros de *Originib.* composuit, ut & tredecim de *causis Lat. linguæ.* Illi non sine insigni politioris literaturæ dispendio perierunt: hi eximio cum fructu, addo etiam delectatione, non nisi à veræ sapientiæ candidatis evolvuntur. Hujus opera, operta quæ fuerere, aperta sunt, sane plurima: ut & filii *J. J. Scaligeri.* Uterque in ampliss. illo *originandi* oceano mihi erit instar siderum, quæ ducant, quæ doceant: alter Helice; alter Cynosura. Hugo Sanfordus Coomflorius Anglus conscripsit opus de *Descensu Christi ad inferos*, editum Amstelr. anno 1611. opus multijugæ eruditionis plenum: in cujus libro primo multa deorum gentilium nomina ad fontes Hebr. ex professo redigit *Fungerus* superiori tempore opus Etymologicum ex variis undique scriptoribus concinnatum, magna cum laude & utilitate evulgavit *Sc. Gentil.* JCtus per Europam celeberr. publicavit cum Parergis ad Pandect. librum singularem Origin. in quo sane de plurimis erudite disputat. Etiam *Galdeus* JCtus nostro ævo eminentiss. comment. in Tit. XVI. Libri L. pandect. *De verb. & rer. Signif.* non ita pridem edidit in quo Philologi munus obiit egregie, vel ipsa invidia allaudante. Nec minoris æstimantur *Brissonii* de Form. & solenn. populi Rom. verbis libri 8. omnibus melioris literaturæ & inprimis Jurisprudentiæ studiosis valde utilis. Sed & *Jac. Cujacius* quam se gnavum gravemque doctorem hic exhibuerit:

rit: omnes norunt eruditi. Et eorum loco unus loquatur Lipſ. Elect. l. 1. c. 7. *Iac. Cujacius vir, de quo non aliud dixerim, quàm quod de Carthagine olim Criſpus.* Et mox: *Vide unicum illam Aſtrææ & muſarum ſacerdotem.* Atque ita illi JCti ſuo exemplo illud Quinctiliani probarunt, qui ait, *JCtorum ſummum circa verborum proprietatem laborem eſſe.* Cui aſſentitur Giſanius præfat. in partit. Feud. *CL. Rittershuſii.* Unde etiam in ampliſſ. Juris corpore membrum unum & quidem ingens, eſſe voluerunt *de verbor. ſignificatione.* Quem titulum aliàs quoque *aureum* vocare non dubitarunt, nihil moti autoritate Bartoli, qui ait: *De verbibus non curat Jureconſultus,* ut citat Lud. Vives l. 1. de cauſ. cor. art. Nuper etiam Bremæ auſpicio *Matt. Martini,* viri doctiſſ. prodiit liber, in quo Græca, noſtro plane ſenſu, ad ſcatebras Hebræor. deducuntur. Marpurgi vero Harmonia Linguar. quatuor Hebr. Græc. Lat. & German. nata eſt ſtudio *Crucigeri,* Profeſſ. Opus eximium & in linguis illis condiſcendis per quam utile. Sed quid? Illorum jam ſitulis puteum hunc rebar exhauſtum eſſe. Fruſtra fui. Quippe *Alſtedius* noſter in hoc etiam decurrere ſibi pulchrum duxit. Hinc encyclopediæ ſuæ, anno 1620. plaudente muſarum choro editæ, iſtam quoque nobilem ſanè laciniam, hoc eſt, etyma Græcæ & Lat linguæ, voluit ſubtexere: ne aliquid ita Operi perfecto deeſſe videatur. Exinde anno 1622. Roſtochi prodiit *Coldingi* etymologicum Latin. in quo dictiones Latinæ ab originibus, definitionibus, ſignificationibus, & exemplis breviter ac dilucidè traduntur (uti præ ſe fert titulus) additâ etiam Danicâ interpr. Anno 1623. Clariſſ. *Matt. Martini* Lexicon Philol. & præcipuè Etymolog. *Brema* nobis ſubmiſit. Opus certè laudabile: & quod non modò longa dies poliit: ſed etiam erudita vocum, atque ex his rerum expoſitio reddit omnibus commendatum, niſi quorum mens læva leviſque alucinetur. Neque prioribus cedit, eodem anno in lucem emiſſa ὀνομαστικὴ ſacra, hoc eſt, evolutio no-

minum propriorum, quæ in sacris Bibliis occurrunt, autore *Gregor. Franco*, viro planè eximio & præclaro: quem antehac Lipsiæ mecum non modò Theologicis, sed etiam philosoph. ac philolog. vacasse studiis commemini. At enimverò pluribus quid opus? Satis inde apparet & alteram adversæ partis calumniam labi: hoc est, studium Philologiæ & inprimis ***Originationis***, homine veræ eruditionis avido plane condignam esse. Si forte tamen amplius eosdem ipsos, quos modò citavi, quod ad inferiora hæc literarum subsellia descenderint, nasutuli isti reprehendant: equidem quid aliud faciam, nescio, quam ut inclamem:

Danda est hellebori multo pars maxima ——
Quanquã vix potest hæc res hellebori jugere obtinerier;

Ut ad saniorem mentis usum redacti liquido perspiciant, quod inscite carpserint multos, qui in hominibus fastigium humanum excesserunt, quorum sapientiam si adhuc vel senes ex ima semita suspicere possent, beati essent. *Ultimum* erat de Philologiæ utilitate: vere ultimum & minimi precii. Nam utilitas nec una est, nec exigua: ut vel hoc nomine adversarios quasi demulcere, suamque cum aliis dignitatem tueri possit.

Utilitas Philologiæ.

1. ***Prima***, & quidem Etymologiæ, qua de hic potissimum agitur, est, quam & ante statuimus: quod sit medium noscendi proprietatem vocis deductæ: ne promiscue una pro altera infarciatur. Ut, *bustum* pro sepulcro apud nos. Ut *Clepsydra* pro quovis horologio aut sciotерio, aut eo, quod arenæ plenum. Ut ***abundare flamma: baculus imbecillis: capillus capitis: inculco manibus***. Ita in versu cujusdam novitii;

Sed superis visum secus oppedentibus æquo Judicio ——

Pedo, βδέω, nonne obscœnum? Ad superos tamen (melius deum) & quidem à Christiano transfertur. Ita Scal. Ex. 9● taxat H. Cardanum, quod, ***atramentrum rubrum*** dixerit, cum sit ab *atro*. Idem l. 7. poet. c. 6. ***Ridere*** Latin. est: & ridere prata, ita Latinum, ut aliud à proprio

prio ſignificet. His,quæ dixi,addit etiam lingua Hebr. pondus ſuum. Quod eo gravius; quo illa gravior, omniumque encomio magis honeſtata. Nam nihil in illa lingua crebrius occurrit, quam ut deductæ voces pro indole *Radicum,* quas vocant, curioſiſſime exponantur, illuminentur. Bene Tertull. *Fides nominum, ſalus eſt proprietatum*: Uti etiam pro ſe Lipſ. l.3. polior. dial. 2. citat. *Deinde* ſervit Etymologia ipſarum rerum cognitioni, quam ante omnia expetimus: ut ita falsò quidam novo nomine *Reales* dicti glorientur, ſe ſolos habere rerum nucleos, alios earundem modo cortices, i. e. vocabula Hanc utilitatem alicui forte incognitam, quod vix eſt ut credam; ſatis evidenter confirmat id, quod in omnibus theſibus & ſcriptis ſive theologica ſint, ſive juridica,ſive medica,ſive Philoſophica, *explicationes,diſtinctiones, Sinonymæ, & Etymologiæ* vocum, quantum fieri poteſt,data opera præmittantur: non aliam ob cauſam, quam ut aditus ad faciliorem rei cognitionem patefiat. Vetus eſt: δεῖ πρῶτον τὸ τῆς φωνῆς σημαινόμενον ἐξετάζειν εἰς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν. Et *Galen. l. 1. de meth. med. c.5. Principium in omni diſputatione & re eſt nomen.* Atque in hunc finem etiam meliores Philoſophi in ſuis Logicis, quæ inſtrumenta in cognitione rerum nos ducentia exhibent, de *definitione* agunt κατ᾽ ἐτυμολογίαν, quæ vocem è ſua origine declarat: itemq; quomodo à *Notatione* nominum & *conjugatis* argumentari par ſit. Idem Galen. l.3. de ſimpl. Med. ἡ τῶν ὀνομάτων χρῆσις ταραχθεῖσα καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιταράττει γνῶσιν, i. e. conturbatus vocum uſus, & rerum ipſarum cognitionem conturbat. Quibus adde illud Quinctil. l. 1. *hoc ſtudium* (inquit) *habet aliquando uſum neceſſarium. Quoties interpretatione res, de qua quæritur, eget. Ut cum M. Cœlius ſe eſſe hominem* frugi *vult probare,non quia abſtinens ſit (nam id ne mentiri quidem poterat) ſed quia utilis multis, id eſt,* fructuoſus*: unde ſit dicta* frugalitas. *Ideoq; in definitionibus asſignatur Etymologiæ locus. Nonnunquam etiam barbara ab emendatis conatur diſcernere. Continet in ſe*

 mul-

multam eruditionem Idem ante: *Scrutabitur mille praeceptor, acer atq; subtilis origines nominum.* Plato in Cratylo: primi gradus ad cognitionem rei sunt, ὄνομα καὶ λόγος. Idem nominat, ὄνομα ὄργανον διδασκαλικὸν καὶ διακριτικὸν δήλωμα καὶ μίμημα πράγματος. Et in Gorgia: ὃς αὖ τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα, i. e. qui dictiones novit, noverit etiam res. *Isid. l. 1. orig. c. 28* Etymologia est origo vocabulorum, cum vis verbi vel nominis per interpretationem colligitur. Hanc *Aristot.* σύμβολον: *Cic.* annotationem nominavit: quia nomina, & verba rerum nota facit, exemplo proposito, ut puta *flumen*, quia fluendo crevit à fluendo dictum. Cujus cognitio sæpe usum necessarium habet in interpretatione sua. Nam cum videris, unde ortum est nomen, citius vim ejus intelligis. Omnis enim rei inspectio etymologica cognita plenior est. *Hæc ille.* Agell. refert *Labeonem Antistium* Latinar. vocum origines rationesq; percalluisse, eaq; scientia ad enodandos plerosq; juris laqueos usum fuisse. Cui Valla & Quinctil. adstipulantur. *Omne jus aut in verborum interpretatione positum est, aut æqui pravig; discrimine. Et quantum momenti in verborum interpretatione sit, ipsi JCtorum libri maxime testantur.* Scal. Ex. 1. *Oportet prius ipsius vocis usum cognoscere, à quo sæpenumero provehimur in rei perceptionem.* Idem lib. 5. comm. in lib. Theoph. de ca. plan. c. 14. *Est à nominis origine rei natura sæpe manifesta.* Et c. 4. de c. L. L. *Ante* (inquit) *quam literam definimus, sicut fit in omni definitione, nomen ipsum est explicandum. Quippe ex cujus interpretatione facilius rei ratio nota fit.* Togam *enim definiturus, eam si norim à* tegendo *dictam, sane vestigando ejus genus sic invenimus: esse lanam textam ad tegendum.* Idem Scal. l. 1. de Hist. Anim. c. 2. *Neq; quispiam obstrepat nobis in historia hac vocum rationes perscrutantibus. Simul enim aperit sese res cum verborū etymologia.* Hinc etiam Aldrovand. Philos. ac Med. Bonon. spissam illam de Animalib. historiam ita persequitur: ut simul etyma, synonyma & alia vocum παθήματα pro meliori rerum cognitione ubiq; diligenter intertexat.
Came-

Digitized by Google

Camerar. in vita Melancht. Studio, *inquit*, origines nominum ſcrutandi & vetuſta nomina interpretandi, ad certam rerum & firmam cognitionem atq; ſcientiam vix aliud eſſe poteſt efficacius. Vel ſine illo hæc potius fluctuat ſemper & labaſcit. *Hæc ille.* Quantopere etyma herbarum morborumq; cognitionem provehant, & ita medico proſint: perpetuo oſtendit volumine *Joh. Gorræus Pariſ.* Similiter Barth. Maranta Venuſ. l.1. meth. cogn. Simpl. c.4. κατ' ἐπαγωγὴν *probat*: *Quod ex nominibus, ut ipſe ait, aliquam naturam in medicamentis ſignificantibus in multorum ſimplicium cognitionem venire poſſumus.* Matth. Mart. in præf. Lexici: *Etymologia manuducit ad res, quæ vocum ſymbolis indicantur. Nulla eſt dictio, niſi quæ temere eſt conficta (quales paucæ ſunt) quæ non de natura rei aliquid intimet. Tenta, ſodes, & vel unum nomen per diverſas* μυρίων ἀλλοθρόων *linguas deductum conſidera. Auferes hinc nonnunquam* ὀνοματώδεις *(ut vocant) definitiones multis aliorum* πραγματώδεσιν ὁρισμοῖς *præſtabiliores, quæque de natura rei ſignatæ & evidentius te inſtituant & compendioſius atque plenius.* Hæc ille, & plura ibidem. *Porro etiam Oratoribus* etymon hoc præſtat, ut cognita proprietate ſciant, quæ vis & efficacia inſit voci: quam priori, quam media, quam poſteriori ſtatione locari oporteat. *Etenim verborum delectus, origo eſt eloquentiæ*: inquit Cæſar ap. Cicer. in Bruto. Item: oratio creſcere debet, non decreſcere. Et: ἐμφατικώτερον ſequitur, levius antecedit. Ita dicat mihi aliquis, priusne *dilectio*, an *amor*: *deſidero*, an *appeto*, an *aveo*: *opto*, an *voveo*: *peto*, an *oro*: *ſtudium*, an *diligentia*, an *induſtria*, an *ſedulitas*: *vicinum* an *propinquum*, *valetudo*, an *ſanitas*: *fallacia*, an fraus, *utile*, an *commodum*: *ſuave*, an *jucundum*, poni debeat in oratione, & quam ob cauſam. Immo in carmine etiam. Nam & idem poetas ſpectat: inprimis vero hoc, ut norint rem ſua veſte tegere, ſuo colore tingere, non alieno. Non pictor ille probus & commendabilis, qui ſcite quamque rem colore exprimit? Idem poeta, qui verbis. Idque ipſius naturæ exemplo, cujus æmulus. Ea

enim

4. enim suum cuique tribuit. Consulit item Etymologia communiter omnibus, præcipue vero poetis iterum, dum multis in locis indigitat *quantitatem syllabar.* quam qui negligit: næ ille merito tanquam barbariem revocaturus, ab eruditis notatur atque traducitur. Ut factum à Stephano Epig. in Marcum quendam:

Dum laudaretur Marco facundia *Galli,*
Fraudata est metro vox ea sæpe suo.
Laudibus ac tandem miscens ubi vota precatur:
Ut longum hac terras lingua facunda *colat.*
Tunc ego: quam terris longum vis, Marce, morari,
Omine non fausto cur facis esse brevem?

5. *Quanti vero istud?* Eadem originatio docet sæpissime: qui dictio rectius exaretur, ne quid omittatur necessarium, vel inseratur ineptum. Ne *cetera* pro *cætera*: *hæmina*, pro *hemina*: *nænia* pro *nenia*: *erumna* pro *ærumna*: *Læneus* pro *Lenæus* exaretur. Ita scribendum *melleus*, quia à melle: *Stramineus*, quia à stramine. *Penitro*, quia à penitus. *Fabricius*, non fabritius: quia dicis fabrico. *Adventitius*, quia adventarum, ventito. *Ædilitius*, quia ædilitas. *Novitius*, quia novitas, noviter. *Repetitius*, quia reptum, reptatum. *Puniceus*, quia punicus. *Patricius*, quia patritus, pater. *Emissitius*, quia mitto, missum, misso, missitatum. *Commendatitius*, quia commendatum. *Factitius*, quia factum, factito. *Duritia*, quia duriter, duratum. *Conditio*, quia conditum, condo. *Lætitia*, quia lætatum. *Delitia*, quia latio, delicatus. *Blanditiæ*, quia blanditum. *Exercitium*, quia exercitum, arceo. *Segnitia*, quia segniter, ignitus. *Amicitia*, non *amicicia*, quia amicatum, inimico, inimiciter. Litera enim originum, quantum fieri potest, servetur, quæ evidentius sæpe in Deductis exseritur, ut in exemplis videre est.

Videatur c. 18. manuduct. ad Lat. linguã.

6. Sed & præsidium memoriæ nostræ hic paratum vide. Memoriæ inquam: maxime dum aliquis in studio linguarum occupatus est. Voces Latinæ, Græcæ, Hebr. sunt multo plurimæ, minutæ atque exiles, & pro modulo τῶν πόνων (numerus id manifeste docet) longe, quam ipsæ res difficilius nobis

nobis inhæreſcunt. At dum vero multæ dictiones ad unum quaſi caput, multi ſignificatus ad unum & quidem principem, revocantur: dum Græca cum Lat. vel utraque cum Hæbr. vel alia item cum aliis, concinne junguntur ac conferuntur; illam difficultatem aliqua emolliri oportet. Quod Italica hodiè aut Gall. lingua ocyus ab eo, qui Latine ſcit, arripitur; nulla alia cauſa eſt, quam quod utraque ex Latina fluit. *Abenar. in antelogio lexici Hebr.* Ex obſervatione (*inquit*) derivatorum vocabulor. quæ antea nobis nota ſunt, facilius etiam Hebræa percipi, & tenacius retineri poſſunt. *Hæc ille.* Quibus etiam ibidem *παραλλήλως* quædam Hebr. & Græca, in exemplum, ſubjicit. Idem nunc nuper in opere Mnemonico fecit excellentis ingenii ac judicii vir juvenis, *Altſtedius*, amicus noſter, qui ut & memoriam noſtram juvet, omnia, & ſane feliciter, tentat. Hoc loco paucula, tironum cauſa, *παραδειγματικῶς* apponam. Hæc ita ſimul ac ſemel ediſcentur: & multo citius, quam ſeorſum.

LATINA ET HEBREA EJUSDEM SIgnificatus.

Grumus, *	גֶּרֶם	*gerem.*
Piger,	פִּגֵּר	*pigger.*
Paſſus,	פָּסַח	*paſach*: vel פָּשַׂע *paſah.*
Manna,	מָן	*man.*
Grus,	עָגוּר	*hagur.*
Mors,	מות	*muth.*
Altus,	עַל	*hal*, & עָלָה *halah.*
Durare,	דור	*dor.*
Domare,	דום	*dom.*

GRÆCA & HEBRÆA.

Καλέω,	קוֹל	*Kol.*
Παλαιός,	בָּלָה,	*balah.*

Ἀμαξ-

Ἀμαρτία,	מָרַד,	*marad.*
Ἴς	אִישׁ	*isch.*
Ἀγείρω,	אָגַר	*agar.*
Ἀράσσω.	הָרַס	*haras*
Βῆμι, βάω,	בּוֹא,	*bo*
Χαράττω,	חָרַת	*charath.*
Μαθέω,	לָמַד	*Lamad.*

GERMANICA & HEBRÆA.

Riechen / geruch /	רֵיחַ	*reach,*
Zinne /	צִנָּה	*zinnah.*
Mensch /	אֱנוֹשׁ	*enosch.*
Begeren / begierd /	בִּקֵּר	*bikker.*
Hack.	חָח	*chach.*

GERMANICA & LATINA.

Sugere,	Saugen.
Solidum, ſoldum,	Sold.
Clauſtrum, cloſtrum,	Kloſter.
Vulgus, Volgus,	Volck.
Stipula,	Stupeln.
Offerre,	Opfern.
Parare,	Bereiten.
Hora,	Uhr.

GRÆCA, LATINA & GERMANICA.

Lux,	λύξ, λύκη,	Liecht.
Calamus,	κάλαμος,	Halm.
Ango, anguſtia,	ἄγχω,	Angſt.
Nomen,	ὄνομα,	Nahm.
Nebula,	νεφέλη,	Nebel.
Medium,	μέσον,	Mitten.
Mola,	μύλη,	Müle.

Pro-

Procella,	θύελλα,	Wellen.
Hora,	ὥρα,	Uhr.
Pix,	πίσσα,	Pech.
Pœna,	ποινή,	Pein.

HEBRÆA, GRÆCA, LATINA & GERMANICA.

Saccus,	σάκκος,	Sack/	שַׂק, *sak.*
Terra,	ἔρα,	Erd/	אֶרֶץ, *erez.*
Metallum,	μέταλλον,	Metill/	מְטִיל, *metil.*
Girus,	γῦρος,	gehrn/	גָּהַר, *gahar.*
Camelus,	Κάμηλος.	Kamel/	גָּמָל, *gamal.*
Misceo,	μισγέω,	mischen/	מָסַךְ, *masach.*
Turris,	τύῤῥις, τύρσις,	Thurn/	צוּר, *Zur.*
Genus, gens,	γένος,	גּוֹי, goi:	גּוֹיִם, *goiim.*
Guberno,	κυβερνῶ,		גָּבַר, *gabbar.*
Vis,	ἶς βία,		אִישׁ, *isch.*
Magus,	μάγος, magister,	Meister/	מְהַגִּים *magim.*
Pyrgus,	πύργος,	Burg/	בִּירָה *birah.*
Sal,	ἅλς,	Saltz/	מֶלַח *malach.*
Pupus, pupa,	Puplein/		בָּבָה, *babbah.*
Mater,	μήτηρ,	Mutter/	אֵם *Em.*
Mare,	Meer/	amarus,	מָרָה *marah.*
Uro, Buro,	πῦρ.	Feur/	אוּר, *Ur.*
Pes,	ποῦς,	Fuß/	בּוּס *bus.*
Cornu,	κέρας,	Horn/	קֶרֶן *keren.*

Et hæc pro tempore sufficiant. Ultimo voluptatis sinceræ plenum est, cernere quam apte unum ex alio quasi gradatim descendat. Rivulorum & frontium scaturigines scire cupis & aliorum, quæ extra te: multorum, quæ supra te: multorum, quæ nihil ad te: qvur non potius vocem, quæ in te est: qua uteris assidue: sine qua vitia

vita nostra vitalis non esset? Melle dulci dulcius est, proposita causa & eruta vocum cognatione cum rebus, reducere illas à tot millibus, per aliquot millia annorum tritas, partim ad Naturam ipsarum rerum: partim ad antiquissimos mortalium, & sæpe ad Primum, qui maxime ἀγχίνοος fuit, & princeps, ut Philosophiæ, ita Philologiæ, omnisq; humanæ sapientiæ apex. *Sibi sua habeant regna reges: sibi divitias divites*; dum mihi detur statio, ubi Deum inprimis pie pureq; venerer; deinde sapientiæ studia & harum literar. tractem, & quidquid ad usum aut cultum animorum.

Sed prius, quam hinc pergam, audi, quid Melancht. eam in rem: *Etsi* (inquit) *parum est, quod scimus in linguis: tamen hoc nobis gratius esse debet omni auro, aut imperio Turcico. Ego minimum scio: tamen nolim pro illa cognitione accipere, quidquid auri est in omnibus regnis mundi. Multa res non possunt intelligi sine linguarum cognitione. Ideo servat Deus scholas mirabiliter, adversantibus tyrannis & venenatis hypocritis, qui nunc plus nocent scholis, quam tyranni.*

Andr. Silv. Brug. in antelog. quo Hier. Mercurialis libr. var. Lect. ornat. Socrates, *inquit*, eos accusare gravissime solebat, qui rerum atque verborum scientiam, cohærentes natura res atq; copulatas, opinione distraxissent. *Et paulo post:* Linguarum intelligentia graviorum rer. contemplationi, quasi instrumentum, comparanda est: & illa, de qua se jactant, rerum cognitio, neq; percipi nisi vocibus intellectis potest; neq; tradi sordidis atq; inquinatis verbis debet. Itaq; illud in omni studiorum ratione tenendum est, ut & vocum cognitio cum rerum intelligentia: & rerum scientia cum notitia verborum, ita uti natura conjuncta sunt atq; colligata, itidem à nobis conserventur. Quod qui assequuti sunt, eos cum ego adminari atq; suspicere vehementer soleo, tum vero is esse mihi *Mercurialis* videtur. Cujus primum curriculum omne in his studiis excolendis ita est elaboratũ, ut eum Græcæ atq; Lat. linguæ singularem intelligentiam cum summa philosophor. cognitione

con-

Digitized by Google

conjunxisset, utraque ea ad ornandam atque amplificandam scientiam Medicinæ traduceret. *Hæc ille.*

Nunc ad reliquias reprehensionum. Urgent amplius: *Alia Valla* inquit l.6.Eleg:c.7.& una alii: N*ihil habet magis* ἀντι-*ridiculum hæc, de qua loquimur, scientia quam Etymologiam,* Itaq; tanti non fiat, quasi inde proprietas eximatur. *Responsio* in promptu est per *distinctionẽ. Valla* loquitur non de omni, nec de sana & vera etymologia: alioquin esset sibimet ipse contrarius: (sæpe enim in *sex libris Elegantiar.* & contra *Anton.Raudensem* nititur etymis.) verum de facetis allusionib. itemq; ridiculis & ineptis sæpe alliterationib. quas et ignorantia inprimis linguar. natas, libenter ipsis autorib. relinquimus, &, ubi serii, aversamur. Quales ap. *Varron.* dum omnia è Latinis infeliciter trahit *Isidorum* Episc. Hisp. *Petr. Lombard. Durand. Zach. Chrysopolitan. Jac. de Voragine, Accurs.* ap. JCtos & similes nonnunquam occurrunt. Ut *Pascha* à πάσχω: *diabolus* à duobus bolis: *locusta,* longa pedibus sicut hasta, *Donatus,* quasi à Deo natus: *Marcellus,* quasi arcens malum, vel quasi maria percellens: *Fabianus,* quasi fabricanus, fabricans beatitudinem: *Sebastianus* dicitur à sequens & beatitudo & *astin,* quod est civitas, & *aria,* quod est sursum. *Euphemia* dicitur ab eo, quod est bonum & *femia,* quasi bona femina: aut quasi *euphonia,* quod est suavis sonoritas. *Colossus,* quasi colens ossa: quod etymon etiam adducit Gobelinus Persona l. 1. cosmod. c. 6. Ita hodie quidam *Zachæus Faber* examen facit ab ἐξ & ἀμὴν: contra omnem Latinæ Græcæq; linguæ rationem. Quia enim alteram ꝟ *examinis* in versu prius ille corripuerat: ideo hoc vitium postea sanare & in chartis quidem publicis, ineptissimo etymo ausus est: ut dubites, utrum majori cum inscitia, an impudentia idem conflictetur. Alia occurrunt alibi.

χλευα.

Nec valet: Multi abusus & ineptiæ comitantur hoc vel illud: Igitur nullum est, nec tolerabile. Non sequitur, inquam. Immo res quanto corruptior est, & magis contaminata: tanto laborandum magis, ut genuinæ ac

debitæ suæ integritati restituatur. Sicut Logici quidam id conati sunt, egregie: dum veras Etymologias ab alludentibus, ineptis & falsis discrevere. Sed posito, non tamen concesso: quod *Valla* & aliquot alii *omnem plane, Etymologiam* vocant ridiculam. Quid tum postea? Una & altera & tertia, immo & quarta hirundo non facit ver: nec totidem dies. Dicant:

——At non ego credulus illis.

Quid ego? Plurimi, sed non è multis: qui supra laudatis veræ sapientiæ magistris contra putidos nugatores assentiunt. Sed audiatur aliud ἀνϑυπόφορα. Quidquid pugnes (*inquiunt*) interim manet; quod infirma satis & imbecilla argumenta ducuntur ab *Etymologiis*: Quid huic reponam? Par pari: id est, quod hoc ipsum quoque argumentum satis infirmum atque imbecille sit, ut eo vix moveant nos, nedum à vero dimoveant. Sed tamen *respondeo* iterum per *distinctionem*. *Primo*, quando ab Etymologiis ad res fit argumentatio, tum quandoque vacillat: non nego. Et tum est μάρτυς ἀλάζων secundum Galenum: vitio hominum, qui abutuntur, non per se. Quandoque etiam, nec raro, firme consistit. Cujus rei

Non ita difficile est rationem reddere——

Quia minus necessario nexu copulatur *signum & signatum*, sive *vox & res*: sed tantum κατὰ συνϑήκην; quæ cum & vulgi pariter sit & sapientum, inde quoq; variatur vocis tam significatio, quam Etymologia: si cum re

Sententia Logicorũ. conferetur. Logici ita; 1. Cum Notatio latius patet. consequentia tantum valet negative. Non est *ingenitum*. Ergo nec *ingenium*. Non est victus communis, κοινὸς. 1. Ergo nec *cœna*. Non est pars anni *madida*, ὥρα ὑέλιος. Er-2. go nec *hyems*. 2. Cum Notatio est adæquata ipsi Notato, & affirmative & negative fit consequentia. *Jesus* est. Ergo *salvat* populũ. Propheta est. Ergo prædicit futura. Hæc domus *integra*. Ergo *intacta*. Attigit *metam*. Ergo terminum, quem ante destinaverat. Poetica *divina* est. Ergo à Deo orta. Pius *desiderat* ἐπιλύτρωσιν. Ergo vehementissime & supra modũ expetit. Pugno excipiuntur. Ergo

Digitized by Google

Ergo παλάμη contracta aut denſa. *Securus* vivit. Ergo *ſine cura. Sedulo* affirmat. Ergo ἀδόλως, ſine fraude. *Auceps* eſt. Ergo aves capit. Proin *aucupari* ὀρνιθεύειν tempus Tropice dicitur. Ut & verborũ *aucupia*, literarũ tendiculæ, in Cicerone. *Baubatur*. Ergo canis eſt. *Cucurrit*. Ergo gallus. Et contra. Quid hiſce verius, aut firmius? Deinde, cum ab Etymo ad vocis ipſius ſignificationem, proprietatem, aut alium affectum educitur argumentatio: tum nullum majus, nullum certius in hoc quidem genere dari poſſe exiſtimo. Ibi enim vox ſub notione rei ſpectatur, ut ejusmodi ſigna alibi etiam ſolent. Ut *imbellis* ſit à bello. Ergo idem qui ineptus ad bellum. *Humilis* eſt terræ propinquus: quia ab humo. *Iners* eſt rudis & ſine arte: quia ab in & ars. *Vehemens* eſt idem, quod validæ mentis: ergo proprie flumini aut vento non convenit. *Sponte* eſt voluntarie agentis: quia à ſpondeo, σπονδή. Pulchre in hanc mentem Scal. l. 2. de c. L. L. diſſerit: *Diſcere dicimur, cum ignotum per indicia quædam percipimus animo. Hoc bifariam eſſe poteſt. Namq; indicium illud interdum eſt poſterius eo quod diſcimus: veluti cum ſignificatio vocis hujus* Glorioſus, *intelligitur poſſe accipi in bonam partem per exempla ſumta de Cicerone. At ſane id prius ſignificavit, quam ſi Cicero utendum ſumeret: & tamen per Ciceronem ita mihi notum ſit. Eſt alterum indiciorum genus natura prius & cauſa quaſi quædam ejusce rei, quam diſcimus. Ut cum per* gloriæ *ſignificatum ac per flexum illius vocis deſcendo ab origine ad uſum eum, quem in Ciceronis libris deprehendi. Ac prior quidem notior ac felicior eſt: alter ut paulo obſcurior, ac minus ſæpe notus nobis, ita excellentior tanto, quanto certius ſcimus, cum per cauſam, quam per accidentia, cognoſcimus*. Et hæc pauca hactenus contra obtrectationes pro dignitate Philologiæ, ac potiſſimum *Originationis* dicta ſint: plura, ſi opus: plurima dicentur, ſi fuerit neceſſarium. Quæritur ulterius: an rite ex Græco & Hebr. fonte Latina deriventur? Joh. Gorop. Becan. negat. Alii multi, addam fere. Omnes, qui ſapientia & virtute ſua totum hunc orbem illuſtrant: contra diſſerunt.

Diſcere

De Græco. *De Græco.* Quinctil. l.1. instit: *Sive illa ex Græcis transtemus, quæ sunt plurima, præcipue Æolica ratione, cui est sermo noster simillimus.* Scal. l.1. de plant. *Grajis ipsis originem debemus, sicuti pæne universæ linguæ nostræ.* Idem c.29. L.L. *Aliqui, inter quos Varro, etiam maligne eruerunt omnia è Latinis; Græcisq; suas origines invidere. Nos cum sciremus Magnæ Græciæ nomine priscos Ausones atq; Latinos frequentatos, reddidimus suis quamq; natalibus vocem. Scal.* in Festum: Verum est, quod ait in fine, eandem pæne cum veteri Græca veterem Latinam lingu. fuisse. Nam & easdem pæne veterum Latinor. cum Ionum literis fuisse, testatur Plin. l.7. Quin & Linguam Romanam Græcam fuisse, autor *Varro* & *Dionysius* extremo l.1. *Hæc ille.* Plin. vero, quem allegat, ita ait l.7. c.58. *Veteres Græcas fuisse easdem pæne, quæ nunc sunt Latinæ, indicio est Delphica tabula antiqui æris, quæ est hodie in Palatio, dono Principum Minervæ dicata in Bibliotheca, cum inscriptione tali:* Ναυσικράτης Τισαμένου Ἀθηναῖος κόρᾳ καὶ ἀθηνᾷ ἀνέθηκεν. *Dionys. Halic.* Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας *libro 1.*: Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν οὔτ᾽ ἄκρως βάρβαρον, οὔτ᾽ ἀπηρτισμένως ἑλλάδα φθέγγονται, μικτήν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστιν ἡ πλείων αἰολὶς, ἓν τοῦτο μόνον ἀπολαύσαντες ἐκ τῶν πολλῶν ἐπιμίξεων, τὸ μὴ πᾶσι τοῖς φθόγγοις ὀρθοεπεῖν: i.e. *Romani linguam neq; extreme barbaram, neq; exacte Græcam loquuntur, sed mixtam quandam ex utraq;: eaq; maximā partem Æolica est. Hoc tantum vitii habentes ex multa mistione, quod non omnibus sonis recte pronuncient.*

Gesner. in Mithrid. Latini innumera non solum artium vocabula à Græcis: sed etiam rerum mutuati sunt. *Megiser.* in Frontisp. thes. Polygl. Latina lingua in antiquitatis certamine Græcæ postponenda est: propterea quod Latini à Græcis complures voces mutuentur. Quoad vero originem gentis, etiam Græci priores. Ex Aboriginibus enim orti sunt Latini: quod testatur *Dionys. Halic.* Anno à mundo condito 2321. Aborigines ex Peloponneso profugi fixerunt sedes in Italia. Quibus se postmodo adjunxerunt etiam alii populi: è Thessalia Pelasgi, ex Arcadia comites

Græci priores Latinis

Evan-

Digitized by

Evandri: è Peloponneſo Pheneates & Epii. Vel ex eo æſtimetur antiquitas Aboriginum: cum anno à Mundi conditu 2112. jam culta ſit Peloponneſus, & in ea regnum exſtiterit, ductu & conſiliis Inachi, quod Argivum fuit appellatum, ab Argis, *Euſeb.* Quinam vero Aborigines & unde? Sane gens Græca, & ex Oenotriis, itidem Græcis, *Dionyſ. Halic.* Oenotrii deſcenderunt ab Oenotrio: ὀινωτρία: quem à vino ita nominarunt: ſicuti etiam *Janum* ab Heb. יין: Ut ita origo iſtarum gentium non iniquè vel ad ipſum Noah deduci poſſit: quod Chronologis relinquo. *Goltz.* & *Caſp. Peucer.* de divin. Extiſpicum: A Græcis propagata traditur gens Latina. Horum enim coloniis primo impletam eſſe ſcribunt terram, quàm à ſitu Heſperiam vocarunt. Vetuſtiſſimi in hac gente celebrantur Oenotrii, orti ex Arcadibus & Pelasgis; & Tyrrheni Jonum coloni. Ab Oenotriis deſcenderunt Aborigines pervetuſti Italiæ cultores. Sed & *Dionyſ. Halic.* Antiq. Rom. l. 1. affirmat ipſos incolas & conditores urbis Romæ fuiſſe Græcos: adeoque certum, Servii Tullii leges literis Græcis ad ſuam uſque memoriam exaratas fuiſſe. Audiamus quoque *Virgil. 1.* Æneid.

Eſt locus. Heſperiam Graji cognomine dicunt:
Oenotrii coluere viri, nunc fama, minores
Italiam dixiſſe —

Ovidius 4. Faſtor.

Nec tibi ſit mirum, Græco rem nomine dici:
Itala nam tellus Græcia major erat.

Et *Juvenalis* in Satyra de Romanis:

——— Omnia Græce:
——— Concumbunt denique Græce.

Nihil hic urgeo, quod & noſtram juvet ſententiam ſimilitudo literar. in utraque lingua: paritas quandoque *terminationum* in voc. *generum, caſuum, declinationum, conjugationum, Syntaxeon, regularum* & ſimilium. Unde concludimus: latinitatem è Græca oriri: nec illam ſine iſta, ſatis percipi poſſe. Ut ita merito arguatur *Pompon. Lætus Calaber*, qui ſibi Latina diſcenda

da proposuit, ut Græca non ausus fuerit attingere : ne forte illa contaminarentur. Sed multa (*inquit*) è Latio pervenerunt ad Græcos, & hinc ad alios. Qua ergo fide, Latina è Græcis pleraq; eruentur ? Non equidem nescio, non tantum Latina à Græcis recipi. Sed etiam Græca à Latina à Syris, à Germanis, alia ab aliis. V. c. ista non nisi à Latinis sunt : δικτάτωρ, dictator : ἐγέστα, egesta, κυστωδία, custodia, δηκόκτα : decocta : κάγκελλος, Cancellus : ταβελλίων, tabellio : πωμήριον, pomerium : μοῦστον, mustum : σουδάριον, sudarium : κοδράντης, quadrans : μάκελλον, macellum : φραγγέλλιον, flagellum & similia. Ita etiam Syris multa aliunde. Ut : Colonia κολωνία, קולוניא Kulàunia. Ancora, ἄγκυρα, אנקורא ankora : Speculator, σπεκουλάτωρ, ספוקלטרא Spuklatera. Prætorium, πραιτώριον. לפרטורין Lapreturin. Christianus, χριστιανὸς ברסטינא, Christeiane. Ἀσῶζα, asututha, אסוטותא. κεφαλὴ, κεφάλαιον, קפלאון, Kephaleon. Stola, στολὴ, Estelà, אסטלא. Cithara, κιθάρα, קיתרא, Kithara. Sic Judæis similiter pro Nicodemus dicitur *Nacdimon* : pro Δοσίθεος, *Dosthai* : pro Jesus, Ἰασὼν : pro Τρύφων, *Tarphon* : pro Dorotheus, *Dorthai*. Plura nunc non accumulo. Et vel inde nostra sententia confirmatur : miscellas invicem esse linguas; & unam ad alteram reduci oportere. Quod à Græcis factum, non certè ab illis priscis; sed à recentibus factum : cum magis populi miscerentur. Etiam à Syris quædam exotica assumta sunt, eo scilicet tempore, quo politia Judaica fatalem illam metam attigerat. Ut gens varie dispersa aut confusa est : ita ejusdem lingua. Qui igitur è recentib. Græcor. & Hebr. libris, vel Græcam vel Hebr. æstimat ; nondum satis quid res sit intelligit. De Græca veterum loquimur : at is de recentium. Et sic quoq; de Hebr. Ea, inquam, prima & vetustiss. est alior. idiomatum quasi mater, immo sancta. Nam reliquæ linguæ, teste Augustin. signa sunt aut τιμώρεια iræ & justitiæ divinæ, quam in Babyloniis fa-

Hebræa prima.

ctu

ſtu turgidis declaravit. Gen. 2. 11. & alibi. Orig. homil. 11. in Num. *Euſeb.* l. 9. c. 4. l. 10. c. 2. *Joſeph.* antiq. l. 1. c. 4. *Auguſt*, l. 16. de civit. Dei c. 11. *Hieron.* Soph. 3. Hæc lingua ſola eſt pura, nihil aliunde mutuata, ſancta, & æternæ quoque vitæ (ut præcipui Theologi ſentiunt) propria futura, inquit *Keckerm.* c. 1. Syſt. Log. Neque *Geſnerus*: Ex linguis, *inquit*, Hebraica, ut prima & antiquiſſima omnium eſt: ita ſola videtur pura & ſincera: reliquæ mixtæ ſunt pleræque omnes. Nulla enim eſt, quæ non ab Hebraica derivata quædam & corrupta vocabula habeat: in Mithrid. c. 1. Omnia momenta, quæ à natura poſſint in explicatione vocis expediri, in hac contineri lingua jactant Judæi, nec temere: ut cenſet *Scal.* Exerc. 259. Joſ. Scalig. in epiſt. ad Richard. Thomſ. *Concludamus unam linguam vetuſtiſſ. eſſe eam, qua ſacra Biblia conſcripta ſunt: eam primum integram & incorruptam in Aſſyria fuiſſe, deinde peregrinorum commerciis contaminatam.* Perer. l. 16. in Gen. diſp. 8. idem multis aſſerit. Liſer. in Noachi c. 11. de Ling. *Omnino* (inquit) *certum eſt, reliquas linguas omnes maxima ex parte primigenia, tanquam rivulos ex fonte profluere. Et docti quovis tempore hoc ſtudio delectati ſunt, ut inveſtigarent, quomodo per inverſionem, transpoſitionem & mixtionem literarum, inter linguas maxime peregrinus ſumma eſſet, quoad literas radicales, cognatio.* Funger. *Ne cuiquam mirum videatur, norit pleraque nomina Hebræa apud Græcos, vel detractis, vel auctis ſyllabis inveniri.* Waſer. Hebræa eſt, quam Deus noſtros primos parentes in Paradiſo docuit, & hi poſtea ſuos poſteros. Unde porro ad alios tanquam vernacula eſt propagata. Quod arguit, linguam Hebraicam vetuſtiorem & excellentiorem reliquis omnibus eſſe: ut quæ ab ipſo Deo, ceu ſummo Bono, prolata, inque vera Eccleſia conſervata fuit. Adde, omnes gentes in univerſo orbe nobis cognitas, vocabula nonnulla Hebr. adhuc retinere. Quod inprimis in Chald. Syriaca, Arabica, Ægypt. Perſ. Æthiop. Troglodytica, Punica, quanquam in

una magis, in altera minus, notarunt ii, qui cognitionem harum linguar. habent. Idem judicant de Græca, Lat. Gothica, German. Hispan. Ital. Angl. Ruthen. Sarmat. Vandal. adeo, ut negari non possit. Hebr. linguam scaturiginem & matricem, sicut Hieron. eam scite vocat, & ab ea omnes reliquas in orbem propagatas esse. Hæc ille in comm. Mithrid. Gesneri Fr. Jun. Bit. in orat. de Heb. Ling. inter alia: Primum (*inquit*) proprietatem Hebræis vocibus maximam inesse assero, cum singularib & propriis, tum καθ' ὅλου dictis. *Et addit causam:* Quid enim mirum, tam convenientes aptasq; rebus suis appellationes attributas esse, cum idem rerū autor appellationumq; sit Deus, & interpretes Adam ex mandato Dei? *Et iterum:* Lingua Hebr. cum suis virtutib. & bonis, tum aliarum vitiis, est omnium linguar. princeps, omnium jucundiss. inprimis utilis & necessaria, omnium judex, omnium maxima: princeps antiquitate, jucundiss. simplicitate & gratia, utilissima summeq; necessaria argumento, judex constitutione sui æquissima & incomparabili, maxima genitura & propagatione, quæ tam numerosos fœtus tam multis locis regionibusq; peperit. *Hæc ille. Fuller. l. 4. Misc. Sacr. c. 4.* Qui cæterarum linguar. cum Hebræa comparationem & contentionem artificiosam aliquando instituerit, & operam non ignavam, sed justam ac strenuam in ea facienda posuerit, sine dubio non solum probabile, sed etiam plane verum esse comperiet, qnod testatur vir sanctus Hieron. comm. in Sophon. c. 3. 18. *Lingam Hebr. omnium linguarum esse matricem.* Cujus testimonio eo majorem fidem adhibendam arbitramur, quo studiosiorem eum, atque diuturno usu peritiorem trium linguar. Latinæ, Græcæ & Hebr. fuisse scimus. Cernimus clariss. viros cum alios nonnullos, tum maxime Scaligerum in verborum, sive Græcor. sive Latinor. *originibus* scrutandis, ad Hebr. fontes passim recurrere. Idque optima ratione fieri constat. Hæc & plura ibidem *Fullerus.* Etiam *Christian. Avian* & *Hadr. Scricekius Rodor.* peculiarib. libris ostenderunt. Linguam

guam Hebr. eſſe omnium primam & antiquiſſ. Legantur iidem ipſi. Sane ex illis omnib. non difficile eſt colligere: Hebr. eſſe primam & maxime propriis uti vocibus utrumque, cum Deus conditor illius ſit. Etiam ex ea cæteras fluxiſſe: & ad eam veluti normam, cæteras exigi oportere. Ergo ratio loquendi vel propria, vel tropica inde pendet. Quod tam eſt liquidum, ut nemo neget, niſi cui fides ſacrarum literarum ſuſpecta ſit. Nunc ad *Gorop.* qui ait? ille hic non modio, non trimodio, ſed ipſo horreo maximas nugas admetitur nobis, indeq; hanc ſibi famam apud Eruditos conciliavit: Plus ibi vanitatis, quam veritatis: plus ibi ſtolidi, quam ſolidi eſſe. Iter alia enim docere nititur ſparſim in l. 9. Hermathenæ: in l. 16. Hieroglyph. iu Vertumno: in l. 5. Gallicor. l. 4. Francor. l. 7. Hiſpan. & alibi, linguam Belgic. vel German. & Hebræa & quavis alia eſſe vetuſtiorem. Quibus rationib. *probabilibus*, ut ipſemet fatetur, in præf. l. 5. orig. Antvverp. Quarum aliquæ riſum, vix oppoſitionem merentur, ut ait *Lipſ.* Ep. 44. Cent. 3. ad Belgas. *Et Scalig.* Nunquam legi majores nugas, nunquam inſigniorem temeritatem vidi, neque audivi; ut qui omnes linguas à ſua barbara deducere velit, adeo ut ipſam Hebr. linguam poſteriorem Cimbrica aſſerat. *Hac ille.* Argumenta ejus duo ſunt alicujus forte ſpeciei. *Primum*: quia voces multæ ſunt Hebr. Græcis, Latinis, quæ aſſonant vel conſonant. *Reſpondet* Lipſ. citato in loco: Quid tum? Non magis hoc argumentum ſit, à nobis illos, quàm non ab iis ſumſiſſe. Fatendum ſane eſt, & ego obſervo, ut ratio communis hominum, ſic & verba alibi eſſe: ſive traductione & gentium mixtione, ſive caſu potius, an genio adminiſtrante. Sed in quibusdam major convenientia, aut crebrior ut in Perſica, quod miremur. *Et paulo poſt*: Immo contra ego certius dixerim, quædam à Latinis ſumta; cum ii imperium in noſtras has oras promoverent, & ſimul, ad limites Germaniæ utriusque. Quis abnuet *vinum, oleum, ficus* & talia ab iis ducta, cum nec rem ante haberemus? *Et poſt*: Satis docui, & ante

De Goropio.

Argumenta Goropii.

ante me alii, miſcellas inter ſe linguas eſſe: nec firmum id telum, quod de primatu pugnent. Etſi varationes, aut originationes, quas Becanus affert, quis ſæpe ſine indignatiuncula aut riſu legat? Vix Heraclitus, ſi vivat, aut Lucillianus ille Craſſus.

Argumentum ejus alterum l. 2. Hermathenæ: Antiquiſſima, quæ ſimpliciſſima. Talis eſt noſtra lingua. Ergo & prius. Quod ſimpliciſſ. ex eo patet: quia tota ferè monoſyllaba. Et verum eſt examinanti. *Sunt iterum verba Lipſii.* Quid tum autem? antiquiſſima? *Negatur.* Si in rerum natura & genitura manes, fateor, ſimplicia præire: non idem in ſermone, ſi cum altero comparetur. Neque enim iſte talis & talis à natura eſt, ſed ab inſtituto, arte, caſu. Et tamen poſitioni ſi annuam, nec ſic obtinebit. Nam SINENSES ecce plerasq; voces hodie uniſyllabas habent, easque variæ ſignificationis (ita ex iis locis ſcribunt) nec niſi accentu aut tono in pronunciando diſcernendas. Hæc ille. *Major* itaque *ſyllogiſmi* hujus alterius vacillat. Non quidquid ſimplicius, etiam prius. Licet hæc etiam natura atque univerſitas inſpiciatur: nedum ſermo. Certè anima noſtra ita ſimplex eſt, *ut nihil admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, aut duplex* in ſe habeat: anne verò proptera hoc univerſo prior, vel tantum ſuo corpore, ſi prima origo repetatur? Atomi ſunt omniũ minima & ſimpliciſſima corpuſcula: ideóne vero priores toto aliquo corpore & ante hunc mundum? Nemo affirmabit: niſi Leucippi &

—— *Epicuri de grege porci.*

Lacones omnium maximè brevitati ſermonis ſtuduerunt, inde proverbio notati. Sæpius prolixæ orationi una vocula SI, ut ſimili reſponderunt. Ex eo Goropius argumentetur: quia ſimpliciſſimè loquuti fuerint, etiam primam & antiquiſſimam eſſe oportere proſapiam: ejusque ſermonem primum. Partium enim & totius par ratio. Sed ad *Minorem.* Neq; hæc καθ' ὅλα eſt. Igitur rectè addit Lipſius, *Ferè.* Examinet aliquis & quidem

quidem primigenia, utique videbit. Quia ubiq; obvia, quur hic addam? In pleriſque autem efficit pronunciatio nimium velox & mutila; ut unius ſyllabæ eſſe videantur: cùm reapſe non ita ſint. Vocales ubiq; ſunt: inde ſyllabæ. Ubique efferuntur: alibi liquido: alibi velut præmorſæ, ut ſic dicam, præſertim à vulgo. Fieri enim nequit, ut in fine duæ pluresve Mutæ, ſine vocalibus proferantur. Eſſet contra naturam & *poteſtatem* iſtis propriam · quæ in eo eſt, ut per ſe mutæ ſint, & aliis conſonent. At plurima tamen ſunt unius ſyllabæ! Non nego. Sed id eſt huic commune cum omnibus aliis. Fitque ideo, quod illi, qui invenere & uſi ſunt, tanquam compendii & brevitatis per naturam ſtudioſi, multa ab initio decurtarunt & corruperunt: uti etiam nunc in uſu eſt. Sicuti de majori quodam ſilice pars aliqua deteritur, quæ eidem officio, cui ante totus, ad ignem excudendum, adhibetur: Ita ex longiori aliqua voce brevior facta & contracta eſt, ejusdem cum illa ſignificatus: quæ ſane poſterior eſt, ut pars toto ſilice.

Unum & ultimum ἐκ περιοσῦ: *Ea vocabula:* (inquit Becan. l.2. Hermath.) *optima ſunt, quæ rerum ſignificandarum naturam, quàm optimè imitantur.* Aſſero jam contra illum: *longa potiùs, quàm breviuſcula id præſtant. Igitur his potiora ſunt.* Quia inter ſignum & ſignatum quo major analogia; eo melior. Jam utra proportio, eane, quæ inter *ſyllabam unam & rem:* an illa, quæ inter *plures ſyllabas, & rem eandem*; major ſit, unusquisque, niſi Hipſeâ cæcior, videt. Plures enim ut lineæ clarius imaginem aliquam exprimunt: ita plures Literæ & Syllabæ rectius ipſam rem ſignificant, quàm una ſyllaba: quia idioma Germanor. magnam partem continetur. Ita vox, *Jehovah*, ſignificantior eſt Germ. Gott. Quia eum ſignificat, qui & *eſt & fuit & erit*, i. e. infinitum atque æternum. Quantum denotet ἐντελέχεια præ *forma*, acutiſſimè explicavit Scal. Ex. 307. ſ. 12. & 39. Ita commodiùs τὸ *Balare*, quàm βῆ apud Suidam, voci ovium convenit. Melius ſignat Græcor. ἐπιχειρεῖν, quàm Latinor. *capere*, aut Germanor. Quia & modum

ἐπὶ

ἔπι, & organon i. manum indicat. Sed quid opus lucerna Diogenis, ubi sol meridianus? *In viam & lineam* redeo, modumque, quo fiat Originatio è voce alia, per certa themata delineo.

Modus τοῦ ἐτυμολογεῖν.

1. Vocem Latinam voco, quæ Romanorum literis pingitur, habet eorundem *terminationem, comparationem, declinationem, conjugationem, genus, numerum, syntaxin, pronunciationem,* & similes affectus, quæ conjunctim sumta linguam aliquam constituunt; licet quoad originem, vel Hebr. vel Græca, vel alia sit.

2. Assentitur *Cic. 3. de finib.* Ea verba, quibus, instituto veterum, utimur pro Latinis; quoniam usu recepta sunt, nostra ducamus, ut *Philosophia, Rhetorica, Dialectica.*

3. Istius Etymologia, quæ fit per priora & notiora, elicitur variè interdum à variis. Sicut enim λόγοι ἐντεχνικοὶ multi sunt: Ita Etymologiæ.

4. Interim ea melior, quæ propius & certiori notione rem attingit: sicuti *signum* illud, quod aptè & facilè, rem vel ignaris ostendit; alteri antefertur, quod difficulter & remotè.

5. Nec tamen omnium quæratur Etymologia, ut à Stoicis factum sane perperam & frustra. Ut in rebus naturalibus nullum infinitum: ita nec in vocibus. Divertendum est enim ad unum, quod si radix & principium, in quo conquiescas; quod aliorum causa sit, ipsius nulla sit causa.

6. Itaque primogeniorum, quæ sunt Græci idiomatis, aut vere solius Hebræi, causas cognoscere necesse non est, nec etiam fieri potest: sed συνθήκῃ & arbitrium inventoris, ut primi, ita sapientissimi, pro causa habere satis sit.

7. In Etymologia cum *materia*, id est, literæ & sonus: tum *forma*, i. e. significatio vocis attendatur: ista tamen magis, quàm illa: quia magis præstat:

8. Interdum & *materia* & *forma* integra mansit. *Materia*, i.e. literæ ut enunciatur. Ut פִּגֵּר *pigger*. Piger fuit. Cytisus, κύτισος. Discus, δίσκος. Concha κόγχη. *Mœchus*, μοιχὸς,

ροιχὸς, non mechus. *Cannabis*, κάνναβις: ἀκχόνη: poetis etiam canabis. *Trutina*, τρυτάνη, à τρύω. *Coloſſus*, κόλοσσος, παρὰ τὸ κολύειν: ſtatua ingens. *Cetus*, κῆτος: *Cete*, κήτη: à magnitudine: κῆτος enim capacitatem ſignificat, inquit Scal. in Ariſt. hiſt. de anim. l. 2. c. 16. *Campe*, (ap. Columel. l. 10.) κάμπη, à κάμπτω, vermis qui ſe flectat. *Spira*, σπεῖρα, quod flectitur in girum, ita ut in ſe non redeat: quale eſt volumen ſerpentis ſinuoſum aut funis. *Lapathum*, λάπαθον, à λαπάζειν, quod alvum mollit & exinanit. *Cothurnus*, κόθορνος. *Smegma*, σμῆγμα: à σμήχω, σμάω. *Scomma*. σκῶμμα à σκώπτω. Interdum utriusque mutatio, nunc major, nunc minor accidit. Qua ante omnia confuſionis Babylonicæ admonemur & noſtræ labis.

9. Ubi ſignificatio diſpar; *materia* autem vocis vel eadem vel leviter immutata: ibi unum pro altero poſitum eſſe conjicimus: idque conſuetudine antiquorum & præcipue vulgi, penes

Quod ſæpè arbitrium eſt & vis & norma loquendi.

Ut κάπρος, Caper. Aliâs enim κάπρος ſignificat aprum. *Primi* (inquit Scalig. c. 110. L. L.) *qui ſermonem invenere, agreſti animo mortales, ut quæq; ſeſe dabant, ita excepere.*

10. E *forma* adhuc vel planè integra, vel modice alienata: quamvis *materia* nunc magis, nunc minus corrupta, ſed tamen non penitus ſublata; fit indicium de origine ex hac vel illa lingua. Ut ἄντρον, antrum, ἰξὸς viſcus. Tubal Cain, Vulcanus. חח *bamus*.

11. Iſta corruptio è Varrone nota eſt l. 4. de L. L. *Non omnis impoſitio verborum extat, quod vetuſtas quædam delevit: nec quæ exſtat ſine mendo omnis impoſita: nec quæ recte impoſita, cuncta manet. Multa enim verba literis commutatis ſunt interpolata.* Et poſt: *Vetuſtas non pauca depravat, multa tollit. Quem puerum vidiſti formoſum, nunc fides deformem in ſenecta.*

12. Nempe vetuſtatem facit cauſam depravationis iſtius cum poeta: *damnoſa quid non imminuit dies?*

Et amplius:

Tempus edax rerum, tuq; invidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis —— apud Ovid. 15. Met.

13. No

13. Nos potius ad ipsos homines referimus, qui justitia divina, quæ ad structuram turris Babylonicæ primum apparuit; etiam nunc proni ad corruptionem, præcipue vulgus iners. Cui adde defectum tum aliorum adminiculorum, tum inprimis typographiæ, cujus ope, per Dei gratiam plurima jam ab *Eruditis* restituta & emendata contra nævos & vitia popularia asservantur.

14. Cum vox sit *signum rei & conceptus*; ubiq; cum re analogiam & similitudinem aliquam, sive major ea sit, sive minor; habeat necesse est. Oportet enim signum æquari rei, cujus signum est: ait Scal. c. 93. L. L.

15. Inde omnia fiant etyma, appositis semper *causis*, sine quibus tam stultè credimus, quàm arroganter profitemur. Id est, citetur vel *efficiens*, sericum à σῆρες. Vel *materia*, homo ab humo. Vel *forma* tridens à tribus cuspidibus, quasi quibusdam dentibus. Vel *finis*, focus à foveo. Vel *effectus*, pluo à πλύνω. Vel *objectum*. Flora à floribus. Vel *subjectum*, αὐτόχθονες à terra. Vel *proprium*, ales ab ala. Vel *accidens commune & qualecunq;* ut σκίουρος, sciurus, à σκιὰ & οὐρὰ: quia sub cauda, tanquam umbra & tegimento latet. Simili modo vocatur κομψίουρος apud Hesychium. Vel petatur etymon à *contrariis*: hinc ἀντίφρασις, ut συμφορὰ, à συμφέρω. Vel *à parte ad totum* fiat denominatio: ut πέκος, pecus.

16. Nec mirum ulli aut absurdum videre debet, inprimis cui constitutio linguarum, & vulgo & sapientibus debita, innotuit: quòd sæpè levis solùm ratiuncula in deductione allegetur. Non idem vides in aliis disciplinis? Et ne longè abeas, paulisper conjice oculos in sacraria illa prisca.

17. Ibi *talpa* חֲפַרְפֵּרוֹת dicuntur à fodiendo terram: à verbo בָּפַר fodit. *Formica* נְמָלָה ex eo, quod præcidit quasi aut præmordet granula: à verbo נָמַל circumcidit. *Sinai* mons סִינַי, à rubis & spinarum frequentia. Etenim סְנֶה est rubus. *Juncus*, סוּף, quia in margine aut finibus fluviorum & stagnorum crescit. סוּף est finis, πέρας. *Folium* עָלֶה, quia sursum excrescit, adeoq;

levi flatu in altum propellitur: à verbo עָלָה, adſcendit. *Calceus*, נַעַל, à נָעַל, clauſit, obſervavit: quia calceus eſt operimentum pedis.

18. Talia apud Græcos etiam, ſanè plurima habes. Et quidni aliquot Romanis quoq; indulgeantur? Cùm & Græcis & Hebr. gaudeant principiis.

19. *Analogia*, quæ eſt æqualitas quædam, ſecundum quam ſimilia ducimus è ſimilibus: vel quando ad faciem unius probam alia exiguntur; *Originationi* ſæpe manum porrigit. Ut *ſtragulum* à ſtratum: ita *Repagulum* à repactum. Amplius ut *Regula* à rectum, rego: ita *tegula* à tectum, tego. Amplius ut à rodo roſum *roſtrum*: ita à rado raſum *raſtrum*. Eſtque *roſtrum* propriè cornea illa bucca avium, & ita dicitur, quia ſit inſtrumentrum *rodendi*. Gloſſ. Philoxeni: *roſtrum* ῥάμφος καὶ ῥύγχος. Gloſſ. Cyrilli: ῥάμφος ὄρνιθ roſtrum. *Roſtra* apud Romanos ita à *roſtris* navium ex hoſtibus captarũ dicta ſunt, ap. Varr. de L. L. l 4. Liv. l. 7. decad. 1. Plin. l. 16. c. 4. At *rodo* dicitur à ῥύω & ἔδω: ut ſit quadam vi dentibusque impreſſis abſumo & detero. *Raſtrum* eſt inſtrumentum dentatum, quo *raditur* terra: ap. Varr. de L. L. l. 4. *Rado* proprie eſt, quod ſuperficiei aſperæ eſt & ſic tactu difficile, redigere ad planam ac facilem. Scilicet à ῥάδιον: ut ſit τὸ τραχὺ, ποιῶ ῥάδιον καὶ λεῖον. Sed & *Raſi*, *raſum* ingerunt: *Rado* eſſe à ῥάσσω, quod eſt amputo, pulſo, illido.

20. Caute diſtingui oportet *literas* οὐσιώδεις à *communibus & aliis obviis*: (vulgus accidentia vocat) & præcipue caudam i. e. terminationem vocis ultimam, cuique linguæ propriam, à principio: ne id quod appendicis loco hæret, pars compoſitionis eſſe putetur. Sic in Cantare, C. A. N. T. ſunt ςοιχεῖα οὐσιώδη. A. R. E. communia ſunt cum aliis, ut AmARE, par ARE. Ita in Pater, PAT ſunt eſſentialia: ER, RIS, RI, ſunt aliena, cumque aliis communia: ut matER, matRIS, matRI.

21. Quæ ſi diligenter animadvertas, facilior erit originatio: ut PAT ab אָב. Ita in *Culex*, *oratio*, *calceamentum*,

tum nutrix; EX, IO, MENTUM, RIX sunt terminationes Latio familiares, & alibi obviæ: ut in *pulex*, *oratio*, *excrementum*, *meritrix*.

22. Interdum vero postrema quoque elementa peculiariter aliquid signant: quod ἀνόχω ex *convenientia cum re, ex longitudine vel extentione, ex analogia & cum aliis comparatione* statim patescit. Ut *sordes*, *condo*, *ædifico*, *meditullium*, *exlex*.

23. In transmutatione vocum ex Lingua Hebr. & Græca in Latinam, sæpe vertitur *masculinum* in *fœmininum*; *neutrum* in *masculinum*, & contrà: ut margarita, metreta.

24. Causas rectus aliquando ab obliquis flectitur: & vice versa: ut *canis*, κυνὸς. Scal. c. 26. L. L.

25. Interdum nomina à nominibus; interdum verba à verbis: interdum nomina à verbis: interdum verba à nominibus proficiscuntur: ut scapha à σκάπτω: voia à ἰὸς.

26. Adspiratio Græcor. ap. Latinos cum primis in S. migrat: ut ὑπὲρ *super*. Interdum abjicitur omnino: interdum præter necessitatem adjicitur. Qua de re Agell. & Quinctil.

27. Ille *sic* l. 2. c. 3. H. literam inserebant veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus eorum esset viridior vegetiorque. Atque id videntur fecisse studio & exemplo linguæ Atticæ. Sic *lachrymas*, sic *sepulchrum*, sic *vehemens*, dixerunt. In his enim verbis omnibus literæ seu spiritus istius nulla ratio visa est, nisi ut firmitas & vigor vocis quasi quibusdam nervis additis intenderetur.

28. Hic ita *l.* 1. *Instit.* Rarissimum usum ap. veteres fuisse ejus, ut qui *ircus*, *ædus*, citra flatum dixerint: demum seculis aliquot observatum, ut consonans omnino non adspiraretur: unde adhuc suo seculo duret *Graccus*, *Triumpus*. Sed mox irrepsisse immodicum ejus usum, ut & *Chorona* & *Chenturio* diceretur.

29. Breviter: Servanda est adspiratio, si *origo*, *si rei significatio*, *si euphonia* jusserit. Ut *hippus*, *lurcho*, *triumphus*,

Calpurnius, καλπούρνι☉: à Calpo Numæ filio, teſte Plutacrh. & Manut.

80. Literæ aliquando, præſertim in *compoſitione* vertuntur in ſequentes primariæ vocis, præcipue initiales: ut *ſupprimo*, non ſubprimo: *Succurro*, non ſubcurro: *adſpiro*, vel *aſſpiro*, non aſpiro. Idque ob pronunciationem, quæ S geminat. Neque enim a-ſpiro dicis. Aliquando eædem integræ manent, ut *admiror*, non ammiror, *obnixè*: non onnixè: *abnuo*, ut ſit diſcrimen inter *Annuo*.

31. Literæ ſæpe tranſponuntur per μετάθεσιν, ut עָתַר, *athar*, *rath*, unde ἐρωτάω: μορφὴ, forma. קָצַר *Kazar*, id eſt, decurtavit, vel breve fecit: inde noſtrum Kurtz. Sæpe adduntur per αὔξησιν, ut *navita*. Sæpe omittuntur per ἔλλειψιν: & quidem in principio, in medio in fine. Idque pro ratione vocis vel longæ vel brevis, ut *ignarus*, non *ingnarus*, aut *iggnanus*.

32. Non modò literæ Hebr. & Græcæ in Latinas ejusdem *poteſtatis* cum illis vertuntur, ut א - α in A: κάλαθ☉, calathus: *Schedia* vel huic ſimilis vocalis, & ε in E, ἐγὼ: ל λ in L, ut מְטִיל, *metil*, μέταλλον, metallum: αι in ae, αἰὼν, ævum: ει in E longum, ut βραβεῖον, brabeon: vel in Ei ſecundum aliquos, ut *andreia*, ἀνδρεία, *brabeion*: item in I longum, ut *Thalia*, Antiochia, Alexandria: in E ſit omiſſum, η in E *cœmiterium* vulgo κοιμητήριον: recte *cœmeterium*. De cæteris idem judicium.

33. Verum etiam aliæ omnes creberrime permutantur invicem, præſertim ubi major quædam *cognatio*, quæ ex *poteſtate* facile deprehenditur. Inde extitit ἀντίστοιχοι. Ut σηψ σηπτός. *Fama*, Phama. *Scilla*, ſquilla, σκίλλα. *Congruus* & conger, γόγγρ☉. Sic Itali *Rafano*, Raphanus. Sic Friſchl. Meliſſus, alii ſcribunt *triumfus*, *limfa*. Ita *Cygnus*, κύκν☉: *Deus*, θεὸς: *quotidie*, cotidie: quia Q. è C. componitur. Reliqua in poſterum. Nam ſi omnia huc conſcriberem ceu in tabella: obſcurus fierem. & bis facerem, quod ſemel ſufficeret.

N 34. Con-

34. Consule tamen prius, si vacat Scal. l. 1. LL. in quo pleræq; tam vocalium, quàm consonantium μεταβολαὶ habentur: sed quoad Græcas modò origines. *Satis enim nobis sit* (inquit c. 69.) *scire multa à Græcis deducta esse, in quorum principiis sani fuerit hominis acquiquiescere.*

35. Recte quidem: ubi aliud principium vel nullum, vel obscurius, vel ineptius. Alioquin, si fieri potest, à Græcis transeundum ad Hebr. Ibi quies: ibi principium. quo nihil prius, nihil verius, adde, nihil sanctius.

36. Ἀντίστοιχα verò seu commutationes literar. Hebræar. in Græcas & Latinas diversæ potestatis, vel è sequentib. ut dixi, vel è Lexicis & Grammaticis hauriantur, ac inter alia studiose *Vocales*, quas *puncta* vocant, cum *Radicalibus* trutinentur.

37. Cæterum omnes tam figuræ quam mutationes
1. hucusque memoratæ eveniunt. 1. εὐφωνίας gratia, cui in-
2. primis studendum: ut *meridies*, non medidies. 2. differentiæ causa, ut *lupus*, λύκος quo distinguatur à lu-
3. co. 3. compendii gratia, ut *sino sivi, sinivi* olim. *Nutrix, nutritrix* à nutritum. Ita citius, quod scriptionem, F
4. quam PH absolvitur. 4. ob consuetudinem, quæ licet interdum prava, quoniam semel insedit, tanquam altera natura, legis vim alicubi obtinere solet. Interim consuetudo Eruditorum sola, præ vulgi ineptiis, triumphat. Tantum de modo: quantum in præsentia opus: Nunc ad rem cum BONO DEO: si prius corollarii loco utilissimam Aristotelis admonitionem subjecero, quod non ubique, nec in omnibus pariter disciplinis, certe non in Philologia, par ἀκρίβεια & subtilitas cum aliis parari debeat, aut saltim possit. Habetur ea l. 1. Eth. Nic. cap. 3. atque ita habet: τὸ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον, ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς δημιουργουμένοις: addo ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς κατὰ φιλολογίαν. Tantum.

CHRISTI-

CHRISTIANI BECMANI
DE ORIGINIBUS LATINÆ LINGUÆ.

AB per Apocopen, ἀπὸ: quod & patet in OB. Neque enim neceſſe habeas dicere OBS: ſed per Apocopen ὄπως. Namque ὄπι fuit ſimplex: ὄπως compoſitum, ait Scal. c. 34. de c. L. L. Etiam OB commodè ab ἐπ' ἐπὶ ducitur. *Ab* ἀπὸ: Π migrat in B mollius. Interdum vero manet, ut *apage, apſolutum, apjicio*, & alia, in antiquis tabulis. ἀπὸ autem fit ab A, quod στερητικὸν, & vim habet auferendi. Unde etiam Latinor. A, alias præpoſitio. AC non eſt ab A: ſed decurtatum ex ATQUE. Itaque producitur: & idem ſignificat. *Serv. Maur. Hon.* putat AC, idem eſſe quod AM, ἀμφὶ: ex illo Maronis; *Acciſis coget dapibus* -- id eſt, undique conſumtis, aut undique cæſis. Et hoc, *Anſancti valles*, id eſt, undique ſancti. Sed alucinatur. Τὸ ἀμφὶ, AM nuſpiam migrat in C, ut ita illud, *Anſancti valles*, ſit παρὰ μέλος. Formatur enim *Accido*, ex AD & *cado*: ut accedo, accio, accuſo. Et infert τὴν ἐγδύτηνα: quod etiam in illo Virgiliano videre eſt. AC igitur idem, quod *atq*: niſi probetur contrarium.

Abarea & *Abazea* potius, ἀβάζεια: Feſta à Dionyſio inſtituta, cumque ſilentio peracta, ſine ſtrepitu. ἄβαζος eſt ſilens: à βάζω, & per iterationem, βαβάζω, id eſt, loquor, blatero: βάζω à בָּטָא, *bata*, id eſt, blateravit, effutivit.

Abel, ἄβελ, id eſt, luctus nomen urbis. Item *Abelmaim*, luctus aquarum. Heb. אָבַל, *afal, abal*, eſt doluit, lamentatus eſt. Etiam frater Caini, vulgo eſt *Abel*. Sed rectius *Habel*, vel *Hebel*: quia ita in Hebr. Cauſa eſt, quod minoris ab Heva factus ſit præ Caino πρωτογόνῳ. הֶבֶל, *befel, bebel*: in Regim. הֲבֵל, *baſel, babel*, vanitas, vilitas. Verbum eſt הָבַל *baſal, babal*, viluit, vanus fuit.

Abrotonum. Interpres Nicandri scripsit, dici, quod conspectu tenerum, molle ac delicatum sit. Ἀβρότονον ἁβρὸν est molle: & sic scribendum ἁβρότονον. Aut potius, à gravi illo odore, quem halat, ἀβρότονον: ab a, βαρὺς & τείνω, quasi *Aborotonum.* Alludit Lucr. l. 4. abrotonique graves.

Absis: immò *apsis.* Ita enim profers, non molliusculè. Ut Græc. ἀψὶς, id est, arcus, curvatura rotæ: ab ἅπτω? quod ab Heb. אָפַד, *aphad, apt*, id est, aptavit, vestiit. Unde etiam אֵפוֹד *Ephod*, amiculum. Exod. 28. vers. 6. LXXII. nunc ἐπωμὶς, nunc στολὴ, nunc ποδήρης, nunc ἱερατικὰ vertitur. August. in Judic. l. 7. c. 41. exponit *superindumentum*, ἐπενδύτην, *superhumerale.*

Absinthium. Si ἀκριβολογίῳ & Græcos presse sequaris *apsinthium*: ἀψίνθιον, quasi ἀπίνθιον, hoc est, impotabile, à πίνω. Hinc Etymologus scribit: Comicos quosdam vocare ἀπίνθιον. Est planta maximæ amaritiei, nec ideo grata animalibus. Hinc *Lucret.* Sed veluti pueris absinthia *tetra* medentes. Item Ovid. 3. de ponto: *Tristia* deformes pariunt absinthia campi. Et in *Thren. Jerem. c. 3. 15.* Satiat me summa amaritudine, inebriat me absinthio. Legatur Clariss. Bauhin. qui de *Absinthiis* integrum libr. edidit.

Abyssus, ἄβυσσος. Ab ἀ & βυσσὸς, quod Jonicum pro βυθὸς, hoc est, fundus, pars ima. Ut *abyssus* sit ἄβυθος, id est, vorago profunda, ubi fundum non contingas. Ita descripsit Mantuan. abyssum intrare profundam. Βυθὸς, ut & βάθος ab Hebr. fluere, tam liquidum est, ut vix neget aliquis, nisi forte impos animi. A פָּחַת, *pahath, path*, fovea aperta, fossa putida: item בָּתָה *batah, bat*, est vastitas, τὸ βάθος, desolatio.

Academia, ab ἄκος & δῆμος: quasi medela publica sive populi. Aliis dicitur quasi ἀγὴ ἢ ἀγωγὴ τῶν δήμων, ut sit congregatio aut conventus tribuum & familiarum. Aliis ab *Academo*: sive, ut quidam malunt, *Echedemo*; unde quoque ἐχεδημία dicta ap. Plutarch. in Theseo. Post ἀκαδήμεια & ἀκαδήμεια. Invenitur tamen & *Hecademus*

ap.

apud Timonem, & Suidam Diog. Laert. Platone: Reverſus Athenas Plato commorabatur in Academia. Eſt autem hoc gymnaſium ſuburbanum, nemoroſum, à quodam heroe, cui nomen fuit Academo, dictum. Quemadmodum & Eupolis in Aſtrateutis dicit: ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ: in ambulacris umbroſis *Academi* dei. Hor.l.2. Epiſt.2.

Scilicet ut poſſent curvo dignoſcere rectum,
Atque inter ſilvas *Academi* quærere verum.

Dicimus, ἀκαδημία & ἀκαδήμεια: quorum hoc apud Stephanum; ut lib. 2. de re met. notavit Micyllus, qui etiam pro diverſitate ſcriptionis corripi & produci poſſe, ait penultimam, *Cicero* vero produxit lib. 1. de Divinat. Inque academiâ, umbriferâ nitidoque Lyceo Fuderunt claras fœcundi pectoris artes. Contra *Mantuanus*: ſanctaque nobiſcum longos Academia ſoles claudit---. Nec abs re quis colligat: quia *academia* à δῆμος, dicendum ἀκαδημία, ut ἐνδημία, πανδημία: ſcilicet lege τῆς ἀναλογίας. Ad Ciceronem quod attinet: is produxit, ut apud nos ſolet, *Philoſophia*, φιλοσοφία, propter accentum Græcum. Ita *anatomia*, ἀνατομία: & ſic debebamus, *hiſtoria*, ἱστορία: aut unicam viam inſiſtere, ut certitudo aliqua ſit. Cæterum quoad originem Academiæ: *Fr. Junius* eam paulo altius eruit è ruderibus priſcæ hiſtoriæ, & linguarum exterarum comparatione: *libell. de Academ. cap. 1.* Quia erudita ſunt, quæ affert, & aliorum quoque ſimilium explicationi videntur *Kadmus*, Phœnicium nomen eſt, ex Hebræa matre lingua ductum, & ſignificat antiquum vel anticum, ut promiſcue ſcribebant veteres. Quemadmodum autem vocem *anticus*, Latini olim & Latinorum progenitores Tyrrheni, id eſt, Oſci & Ethruſci à Phœnicibus orti uſurpabant: ſic Phœnices ſuam appellationem Kadmi. Nam ab his Tyrrheni, & per hos Latini, ut filii, nepoteſque ab avis & majoribus ſuis, voces quam plurimas, uſum verò univerſum linguarum ſuarum acceperunt. Illis igitur *Kadmus*, his *anticus* vel *antiquus* dictus eſt, quiſquis tempore, ſitu, loco, ordine, dignitate, officio, vel a-

ctione & procuratione anteſtabat cæteris. *Tempore*, ut cum Maro diceret. 1. Æn.

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,
Karthago Italiam contra --- Lib 9. Epiſt. 11.

Atque hoc ſenſu Tullius eleganter Attico, *Treis*, inquit, *epiſtolas tuas accepi poſtridie Iduum : erant autem III. IIII. pridie Id. datæ : igitur antiquiſſimæ cuiq; primum reſpondebo*. *Situ* aut θέσει ut *cum antica* aut *poſtica* pars templi ex auguraculo deſignabatur qua ratione veteres *anticam*, ait Verrius, pro *janua* poſuere. Atque hoc per literam C ſcribi διακριτικῶς jam uſus obtinet. *Loco*, ut quum ea quæ ante nos ſunt in conſpectu noſtro volumus intelligi, & ortum Solis anticam cœli partem nominamus, quemadm. Hebr. & Syri *Kedem*. *Ordine*, ut quum principes in Senatu Rom. ſententiam rogabantur, quem vocat Tullius (l. 5. in Verrem): *antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum*, & victores in luctis *antegerionem* (ſic enim habetur in Gloſſ. vet.) obtinere. *Dignitate & pretio*, ut eſt apud Virgil. 2. Æn.

Nec mihi jam patriam antiquam ſpes ulla videndi.

Et narrat Cicero, *antiquiorem Regi Deiotaro fuiſſe laudem & gloriam, quàm regnum* & *poſſeſſiones ſuas*. *Officio* dignitate conjuncto, ut quum in templis & ſacris *Antiſtites*, in Academiis *Anteceſſores* dicerentur, nimirum, quia officio placuit dignitatem & locum reſpondere. *Actione* denique & *procuratione*, ut quum homines, aut etiam ordines alii aliis occurrunt, & fiunt quolibet congreſſu inter ſe obviam: quomodo *anteveniendi*, verbum priſci Latini uſurparunt: & Κάδμον hominem cæcum, qui in omnia incurrit & impingit obvia, dixerunt Salaminii. Ac *Kadmum* quidem illum cujus hiſtoriæ frequenter meminerunt, nec à tempore *antiquum* dici conſtat, nam fuerunt longe antiquiores alii: nec à ſitu aut loco, nam magis Orientales alii, quàm hic fuit, pariter in Græciam migraverunt: ordine multo minus: nam αὐθάδεις Græci homini extero primas nunquam fuiſſent conceſſuri & in Illyricum deinde pulſus eſt Græcor. invidia, ut narrant hiſtorici. Reſtat igitur ut aut à di-

à dignitate officioque (ut credibile eſt) aut ab actionibus ſuis habuerit appellationem *Kadmi*. A dignitate ergo officioque cum dignitate juncto , velut *προεστῶτα* fuiſſe apud ſuos dictum , res ipſa loquitur , & præclaras actiones ejus ex officio conſequutas. *Kadmi* enim hæc fuit dignitas , quod filius fuerit Agenoris Tyriorum regis in Phœnice agro : officium quod dux fuerit , migrantibus copiis à patre : actio , quod & opere & ſermone omnibus præiverit. Hunc vero autores alii Ægyptium , alii Phœnicem , alii Mileſium fuiſſe putant : alii diverſos fabulantur extitiſſe : ſic innumeræ fabulæ ex hoc , velut equo Trojano & progenie Cadmea , prodiverunt. Etenim Ægyptii hunc hominem vindicare ſibi cupientes , à ſe prædicabant ortum. Ἀπὸ Μισὼρ (inquit Philo ap. Euſeb. l. 1. Præpar. Evang. cap. ult. ex Samconiathone) Τάαυτος , ὃς εὗρε τὴν τῶν πρώτων στοιχείων γραφήν· ὃν Αἰγύπτιοι μὲν Θωὼρ (lege Θωὼθ) Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θωὺθ , Ἕλληνες δὲ Ἑρμῆν ἐκάλεσαν. i. e. Ex Miſor , (hic autem eſt Ægyptius) genitus eſt Taautus , qui primorum Elementorum ſcripturam invenit : hunc Ægyptii Thoot , Alexandrei Thouth , Græci vero Mercurium ἑρμῆν appellaverunt. Eundem ſibi Libyes arrogant , Herculem appellantes. Fuiſſe Tyrium Phœnices gloriantur & fatentur Græci. Verumtamen hi , ut aliquid deripiant de Phœnicum laude , & vertant in rem ſuam , Cadmum alterum fuiſſe narrant genere Mileſium , qui primus oratione proſa condere inſtituit hiſtoriam. Omnes autem unum & eundem fuiſſe fatentur Mercurium , qui literas Ægyptios & Græcos docuerit , quamvis diverſis appellationibus , & in Africam præterea detulerit. Hic ergo Hermes Græcor. ſive Mercurius propterea Kadmus fuit nominatus , quod cum literarum ornamento inſtructus eſſet , ab omnibus eſt princeps habitus dignitate officioque , & hominum congreſſus expolivit humaniorum literarum & ſtudiorum adjumento. Atque hoc jam olim fuit Mercurii in Græcia Epitheton , Varino teſte : ex quo Bœoti illum ὑπορεσπάδης dixe-

dixerunt Καθμίλον, ut eſt apud Lycophronem. Hic autem ipſe, ſive *Kadmus*, ſermone Phœnicio, ſive *Taautes*, ſive *Taautus* Ægyptio, ſive Lybico *Hercules*, ſive *Hermes* & *Cadmilus* Græco, pro ſua ſapientia ubicunq; locorum fuit, inſtituit literarum ludos, & homines ad vitam humaniorem & liberalia ſtudia revocavit, fodinas lapidum metallorumque & conflaturam, (ut ajunt) invenit; ut ego ſentio demonſtravit multis: expoſuit denique congreſſuum, commerciorum, & negotiationum commoda navigationibus. Quapropter etiam navigium, comparutum ad navigationes inſtrumentum, Hebræis & Syris appellatur *Theba*, quam Græci appellant πλοῖον: ex quo urbes *Thebæ*, apud Ægyptios & Græcos dictæ, regio *Thebais*, & conjugata omnia. Horum vero beneficiorum omnium veſtigia paſſim remanſerunt. Hinc enim *Cadméa* ſive *Cadmia* in re metallica, & *cadmitis* dicta in gemmario genere. Inprimis autem nobilia & illuſtria rei literariæ documenta comparent in locorum appellationibus. Nam in Ægypto, Heptanorum regio atque Thebaica nomos *Chinnuc-politen* (quem corrupte *Cynopoliten* dixerunt) *Hermopliten*, *Heracleopoliten*, *Athenopoliten*, *Lycopoliten* vel *Lyceopoliten*, *Hermothiten* habuit: opida *Chinnucpolin*, vulgo *Cynopolin* dictam, *Hermopolin*, *Antæos*, *Lyceopolin* ſive *Lycopolin*, *Heracleopolin*, *Hermium*, *Hermonthida* & innumera id genus alia ex adventu & inſtitutione *Kadmi*. Ut verò in Joniam commigravit, eam complevit iisdem ferme nominibus. Mons *Cadmus* habitationi fuit, regio *Lyconia*, gymnaſia ſecundum flumen *Lycum*, *Heracléa* duplex, & ex Cadmilo, per Aphæreſin *Miletus* dicta (unde literæ *Mileſia* pro *magicis*, & vicus eodem nomine quondam) *Bargilia*, *Milaſſa*, quam *Mylaſſam* ſcribunt, mons *Phœnix* & vicus eodem nomine, ut in Africa *Libyphænices* ſub Karthagoniis & opidum *Hermæa* dictum. Ex Jonia vero in Bœotiam proceſſit Kadmus, ubi *Cadméam* ſive *Cadmiam* arcem Thebarum gymnaſiumque ſtatuit, *Thebas*, *Tanagram*, *Gephyram*, pro eo, quod eſt *Cephyram*, vel *Cephuram*, id eſt, τελετῆς, initiationis & purgationis locum; & montem

Helyco-

Helyconem effecit celebrem, qui vulgo non ſine vitio ſcribitur *Helicon.* Poſtea Argivi *Cadméos*, Bœoti *Gephyræos* Tanagrica ſede ejecerunt. Itaque hi Athenas diverterunt, id eſt, in Athenarum δήμους ſive pagos: à quibus in civitatem recepti, doctrinis quam plurimis, præſertim literarum ſtudiis humanioribus coluerunt illam, ut Herodotus in Terpſichone narrat & confirmat luculentiſſime. Qua autem ratione *Thebis* in Bœotia gymnaſium *Kadméa* ſive *Kadmia* fuit appellatum, eadem quoque Athenis factum. Etenim à *Tanagræis*, id eſt, (ſi etymon ſpectes) παραδόσεις ſtudiorum exponentibus in medium hoſpitibus *Athenæ* dictæ ſunt, ut ſedes τῶν παραδόσεων doctrinarumque omnium, & Ἀθήνα dea ſtudiorum ficta, Minerva ſeu Pallas: à Cadmeis vero *Kadméa* ſive *Kadmia* appellata, locum ſtudiorum à Gephyræis advenis inſtitutus. Eſt enim hæc Proſtheſis a vel e, Cadmeo generi cum in Libya, tum in Atthide uſitata. Libyes & Afri στοὰν *Eſtoam* dicunt, *Stephanum*, *Eſtephanum*, *Cholam*, *Acholam* *Tzephin*, *Aſpin* opidum & ſimilia multa. Attici vero in eundem modum στεχλὼ ἄστεχλω, σταφίδα ἀσταφίδα. Θλώαν, Αθλώαν, Θλώας, Ἀθλώας, Λυκῶντα ἐλυκῶντα (mala ἐλικῶντα) Καδμείαν ſive Καδμίαν quoque Ἀκαδημίαν vel Ἐκαδημίαν pronunciant.

Acanthus ἄκανθος & fœminina terminatione ἄκανθα: ſicut κόγχος κόγχη· ὄρχος πόρχη. Dicitur ab ἀκή, acumine vel aculeo: & ἄνθος, flos. Plin. l. 22. c. 22. *acanthus*, topiaria & urbana herba eſt, elato longoque folio, crepidines marginum adſurgentiumque pulvinorum toros veſtiens. Ex ejuſdem l. 24. c. 12. illud Virgilii Æn. 1. exponitur, *cycladem Helenæ* ornatam fuiſſe ad imaginem flexuoſi acanthi. Hoc enim virgultum ſive herba, à pictoribus, textoribus, ſculptoribus, architectis etiam incolumnarum baſibus & epiſtiliis paſſim ſimulabatur. 3. Eclog. Et molli circum eſt anſas amplexus *acantho.*

Acatium, in Iſidoro. l. 19. c. 3. & in Polluce l. 1. Genera velorum ſunt ἀκάτιος, ἐπίδρομος, δρίμων, δόλων, ſi parum, mendicium. *Acatium* velum, *inquit idem*, maximum eſt & in media navi conſtitutum. Ἀκάτιος, ab ἄκατος, genus

navigii actuarii ab ἄγω. *Epidromos*, velum ſecundæ amplitudinis, ſed ad puppim, ἀρτέμω. *Artemon* dirigendæ potius navis cauſa commendatum, quam celeritatis, ait Iſidor. Bayſius ex Alciato: *Artemon eſt minus illud velum, quod velis majoribus appendi ſolet: unde & nomen:* nempe ab ἀρτᾶν. *Dolon*, minimum velum & ad proram defixum. Item δόλων, quo aliquem δολερῶς petimus, ut ſica, pugio: δόλος. *Siparum* à *Sipo*. velum habens unum *pedem*, quo juvari navigia ſolent, quoties vis venti langueſcit, inquit Iſidorus. Lucan --- Summaque tendes *Sipara* velorum perituras colligit auras. Quod vero & *pedis* meminerat, ſciendum, quod pars utraque inferior veli, ubi funibus diſtenditur, *pes* dicitur, & quidem pro lateribus, dexter aut ſiniſter. *Catul. Carm.* 4. --- ſive utrumq; Jupiter. Simul ſecundus incidiſſet in *pedem*. *Lucan. l.* 5. obliquat lævo *pede* carbaſa, i.e. ſiniſtro fune. Nam & funis, quo tenditur velum, *pes* dicitur *Servio Æn.* 5. Una omnes fecere *pedem*. Etiam Græci vocant πόδας. Ap. Plaut. act. 2. ſc. 3. Menæc. ſunt *navales pedes*, hoc eſt, vel remi, vel remiges, vel utriq; ſimul. Ultimo *mendicium*, aut, ut Feſtus vocat, *mendicum*, eſt velum, quod in prora ponitur, ut idem ait.

Achamenes, ἀχαιμένης. Nomen Regis ap. Perſas, autore Herodoto. Ab eo Perſæ nominati ſunt *Achamenii* & *Achamenidæ*: itemq; regio *Achamenia*. Scalig. in Catull. πυραιθεῖα quæ vocat, ſunt חַמָּנִים, quæ toties Prophetæ populo Dei objiciunt, cum ſignificant illum εἰδωλομανῆ populum ritus Perſicos didiciſſe. Quod enim *Chammanim* iſta ſint, docet idem Strabo: Ταῦτα δ' ἐν τοῖς Ἀναΐτιδος καὶ Ὠμανοῦ ἱεροῖς νενόμισται. Ὠμανὸς enim eſt חַמָּן *chamman*. Qui Prophetar. linguas didicerunt, mihi aſſentientur. Herod. illos ignes, de quib. hic loquitur πυρεῖα vocat, καὶ ἐν ὑψηλοῖς τόποις conſtitui ſolita ait. Propterea conviciumcœlitus in illum populum, *ſacrificare in excelſis*. Quæ ipſi *Bamoth* vocant, h.e. τὰ ὑψηλά. quæ vox Heb. eſt. At חַמָּנִים, *chammanim*, Perſica. Licet Rabbini eã à ſole derivent. Quæ vox tũc eſſet Hebr. Ab eo *Achamenii* dicti ſunt. Nã addita *aleph* in capite plane facies *Achamã*. Sed ne fortaſſe putes, hæc me ſomni-

ſomniaſſe, audi interpretem Statii veterem in 1. Theb. Nunc (inquit) *Achæmenii* dicuntur, ubi Apollinem ſolem dicunt, cives & ſacrorum ritus inveniſſe dicuntur. Hæc Scaliger. חַמָּן. id eſt, ſolarium, item ſimulacrum *Hammonis* ſeu Jovis extructum in excelſo loco, calorem ſolis excipiente. Item templum Hammonis, quod alii *Heliocaminum* vocant. Verbum חמם *chamam*, id eſt, caluit, æſtuavit: unde חַמָּה, *chammah*, id eſt, ſol, calor Ieſa. 17. 8. חַמָּנִים *Abenarius* vertit ſimulacra, vel templa aut ſolaria Hammonis. *Pagninus*, imagines ſolis. *Tremellius*, ſubdiales ſtatuas. Neque aliter Buxtorf. Sunt qui dicunt lingua Ægypt. *Ammonem* Jovem vocari ap. Plutar. de Iſide & Oſiride. Ab Hebr. itaque eſt *Hammon* aut *Ammon & Achæmenas*. *Ammoniacum* eſt gummi quia in arenoſa Libya ad templum Jovis Hammonis inveniatur. Lucan. id templum deſcribit l. 9.

Achilles, Nazianzeno ab α & χιλὸς: quod medulla cervorum altus ſit & educatus à Chirone: Aliis à χεῖλος, quaſi ſine labio & hi reſpiciunt fabnlam Argonaut 4. ab Apollonio deſcriptam. Tertull. de Pallio: *Ille ferarum medullis educatus, unde & nominis conſilium, quandoquidem labiis vacuerat ab uberum guſtu.* Aliis ab ἄχος λύειν. Idque ob medicinam, quam à Chirone didicit. Ἀχιλλεὺς: itaq; etiam *Achilleus* legitur, cujus obliquum ſecundum poſuit *Horat.* Heu pervicacis ad pedes *Achillei*. Ab Achille, tanquam inventore, diſcipulo Chironis, nominata eſt herba, *Achillea*. Cæterum ab ἄχος eſt etiam *Acheron*: & ῥεῖν: quod fluat luctuoſis undis. *Platoni in Phæd.* ab α & χαίρειν: quod ſit illætabilis unda. Prius tamen melius.

Achores, ſunt manantia capitis ulcera, à diverſis humoribus orta: quæ nomen inde traxiſſe *Galenus* prodidit, quod non amplum locum occupent, ſed anguſtis ſpatiis includantur, tenuemque humorem contineant: παρὰ τὸ χώρου. Suidas exponit τὸ πιτυρῶδες κεφαλῆς.

Aclides. Virg. 7. Æ teretes ſunt *aclides* illis tela. Serv. in eum locum: *Aclides* ſunt tela quædam antiqua adeo, ut nec uſquam commemorentur in bello. Legitur tamen,

men, quod ſint clavæ, cubito ſemis factæ, eminentibus hinc & hinc acuminibus; quæ ita in hoſtem jaciuntur, religatæ loro vel lino, ut peractis vulneribus poſſint ad dominos redire. Putatur tamen eſſe teli genus, quod per flagellum in immenſum jaci poteſt. *Turnebus* lib. 30. Adv. c. 21. jacula anſata vel amentata exponit: quia ſequitur *lento flagello*, hoc eſt, loreo amento. Videatur & Lipſius Polior. l. 4. dial. 4. Origo Græca. Vel ἀκὶς interpoſito λ, vel ἀγκυλίδες ἀπὸ τοῦ ἀγκυλᾶν, voce conciſa.

Acribes, ἀκριβὴς, J. C. Scalig. in The. de plant. quod tam ſubtiliter perpenſum eſt, ut vix egeat ampliatione, τῶν ὀκρίοεντος. Itaque Latini dicunt *exactum*. Quod non eſt amplius repetendum. Idem lib. 3. Poet. c. 33. Eſt ἀκριβὲς τὸ ἐπὶ τὸ ἄκρον βαῖνον. *Exactum* Latini dicunt, id eſt, *abſolutum* Sicuti Terent. *defunctum*. Quod opera noſtra non amplius eget: ſed eſt ei ſuprema manus impoſita. Ἀκρίβεια eſt *acrimonia*: ſicut & *acre* τῷ ἄκρῳ reſpondet. Hebr. חָדַד *chadad*, id eſt, acris fuit, acutus eſt. Item *alacre* forte quaſi *adacre*, id eſt, quod viget ſenſibus univerſis (ut inquit Aſconius) erectum & ſublime. Gloſſarium, *alacer*, γοργός, ὀξωπὸς, πρόθυμος. *Alacris*, ἀδάκρυς Joſ. Scaligero. *Acroſtichis* dicitur, cum deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis *ait. Cic. 2. de div.* Ab ἄκρος & στίχος. Ex quo pendet etiam *Ocris*, ὄκρις, ἄκρις, id eſt, eminentia oblonga, cacumen, ſummitas montis. Cretice ὄθρυς id. ſignat. *Ocrea* eſt calceamentum militare, & quidem aliquanto longius, ex eodem: ut *Feſto* placet, quod inæqualiter tuberata eſſet. ὀκριόεις eſt longas prominentias habens: qualis *ocrea*, quæ pro calceo, ad ſuperiora membra extenditur. J. C. Scaliger. in Ariſt. hiſtor. de Animal. l. 1. c. 15. Ocrea cruris indumentum, quaſi *obrus*. Sed ratio utriusque etymi eodem tendit.

Acus, *aceris*, differt ab *acus*, *acu*, Acus, aceris à J. C. Scal. c. 26. de L. L. ducitur ab ἄχυρον, id eſt, ariſta excuſſa, palea, acus. *Et alibi* ἄχυρα, ariſtæ & glumi, qui ſunt in ſpica frumenti conditoria. Inde apud Nonium *panis acerosus*, id eſt, è farre minus purgato. Ἄχυρον non iniq; duxe-

duxeris ab עָכַר, *achar*, quia varie excutiendum diſpellitur. *Acerbus* ab aſperitate *acerum*; ut *acervus*, *acerum* congeries, Valla lib.4. Ele. c. 49. *acervus* (inquit) minutarum proprie rerum congeries eſt, ut frumenti, & leguminis, ut ſalis. Verum, *acus*, *acicula* eſt ab ἀκὶς, ἀκή, id eſt, cuſpis, acies ferri. Ex quo fœcunda ſuboles. Nam ab ἀκῆ, eſt verbum *aceo*, quod ſignificatum ſuæ originis retinet. Ab aceo *acidum*: ut ab albeo albidum. Acida enim penitrant. Ab aceo *acies*: ut à facio facies. Poſtea *acies* κατὰ μεταφορὰν pro cohorte militari. Idque ob figuram pyramidalem & inſtar acuminis concluſam. *Dulcacidum* in Gloſſ. eſt ὀξύγλυκον. Etiam *Saucio* dicitur quaſi σείω ἢ σόω ἀκῇ i. e. impello ac *lædo acie*. Inde enim vulnus. Hinc Nonius; *Saucii dicuntur proprie vulnerati*. Hæc ille. Ab *acus* eſt etiam *aculeus*, ἀκωκή, Gloſſar. *aculeum* γερόνιον. *Cos*, quaſi *acos*: ab acuendi officio: ἀκόνη enim verbum peperit Latinum, ab ἀκὴ: Scalig. Exer. 108. Ab acutum *acumen* (ut à ſtatutum ſtatumen, unde *ſtatuminare* apud Plinium, vox emphatica: à lætatum lætamen.) Eſt quidquid in longum ac tenue, inſtar cuſpidis, aut ſpinæ deſinit. Prudent. periſteph. Vitæ dolores ac dolorum *acumina*, hoc eſt, quæ acriter, modo ſpinæ aut ſtimuli pungunt. Methaphorice dein *acumen* ingenii: item vir *acutus*, id eſt, præ aliis eximie doctus ac perſpicax, qui abſtruſa facile rimatur & prima rerum principia ſolerter eruit. Apud Hebræos Gen.4.v.22. qui *acuit* omnem fabrum, id eſt, erudivit. *Cacumen* ejuſdem originis & ſignificatus. Tantum à capite acceſſit τὸ C, quod non inſolens, maxime Græcis & Hebræis. *Cacumino* eſt acutum facio, acumino. Ovidius 3. met. de Actæone in cervum mutato. --- *Summasq; cacuminat aures*. Quod cervis proprium. Montis *cacumen* eſt apex ille montis ſive ſummitas, ἄκρον ὄρους. Scaliger. in Theo. de plant *acutum*, ὀξὺ Græcis: hoc ſonat Latinis vox: ut apud Ictos & agricultorum œconomicos libros vinum *acuere*, quod alibi aceſcere, & ὀξὺ acetum. Barbari tamen noſtri hoc Ponticum dicunt. *Acer* autem acutum. *idem in eodem: Acerbum* nos communibus cum *acido*, *acuto*, *acri*, vocis rationib.

Acus

Acus enim ſutorium inſtrumentum movet admodum ſenſum. Græcum integrum vocabulum ἀκίς. *Oxalis*, ὀξαλὶς, lapathi genus ab acido ſapore ita dicitur. *Oxia* apud Agell. l. 10. c. 25. ὀξεῖα ναῦς. *Paroxyſmus*, exacerbatio, ab ὀξὺς: παροξύνω exacerbio. *Acetum* quoque non aliunde. Eſt enim ſapor valde penitrabilis & *acutus*. Idque imitatione Græc. quib. ὄξος acetum: ὀξὶς *acetabulum*: ὀξίζω aceo: ab ὀξύς. Ut Hebræor. חֹמֶץ propter acrimoniam à חָמֵץ Apud Varron: *aceta* in plurali. *Acetarium*: antiqui frugalitatis ſtudioſi, olera hortenſia *acetaria* dixerunt, ὀξύβαφα: quia cum aceto edebant. *Acetum* quandoque pro acumine & prudentia capitur. Plaut. Pſeu. a. 2. ſc. 4. Ecquid habet is homo *aceti* in pectore? Perſ. dicit aurem Stoici acri *aceto* lotam: quod ejus auris exercita in dialecticis concluſionibus ſtatim perciperet fallacias: & mens polleret acumine. *Acinus* ab acie: *Acinacium*, vinum quod ex uvarum folliculis atque *acinis*, expreſſo muſto, affuſaque aqua fit ap. Ulpian. Græc. eſt δευτέριον: Latin. *lora*. Item ab acie, ἀκῆ, ſi Græcos audiamus, eſt *acinaces*, ἀκινάκης: Latinis *Harpe*, enſis falcatus, item gladius Perſicus vocatur. Heſych. ἀκινάκις, δόρυ περσικὸν, ξίφος. Suid. μικρὸν δόρυ περσικόν. Herodot. etiam l. 7. Abjecit περσικὸν ξίφος, τὸν ἀκινάκην καλέουσι. i. e. Perſicum gladium, quem acinacem vocant. *Aconitum*, veneni genus celebratiſſimum ab ἀκόνη; quia in cautibus oriatur Ovid. 8. Met.

Quæ quia naſcuntur dura vivaria caute

Agreſtes aconita *vocant* ---- Plin. l. 27. c. 3. naſcitur in nudis cautibus, quas *aconas* vocant. Et ideo *aconitum* aliqui dixere, nullo juxta, ne pulverem quidem nutriente. κόνις enim pulvis eſt. Theophr. l. 9. c. 16. dictum putat ab Aconis, vico Periandynorum: uti pluribus monet Hier. Mercur. l. 3. Var. Lect. c. 4. Aliis *aconitum* eſt ab ἄκων ſeu ἄκος, id eſt, jaculum (quanquam & hoc ab ἀκὴ) propterea quod olim barbari ſua tela illenebant veneno. Similiter enim *toxicum* explicatur. Etſi enim Plin. l. 16. c. 10. quaſi *taxicum* à *taxo* arbore venenata

nata (quæ & *proverbium* peperit) deducit : tamen rectius Feſtus & Scalig. 1. de plant. παρὰ τὸν τόξον, id eſt, arcus, telum. Ejus enim ſucco tela tingebant barbari. Quod hodie quoque faciunt Alpini latrones, & Pyrenæi. Virg. 9. Æneid.

--- Quo non felicior alter.
Ungere tela manu ferrumq; armare veneno. Lucan.
--- Tinxere ſagittas.
Errantes Scythiæ populi ---

Diſcor. l. 6. c. 20. & Paul. Æginet. l. 5. τὸ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ὀνομάζεσθαι, ἐκ τοῦ τὰ τοξεύματα ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐν αὐτῷ χρίεσθαι. Τόξον ab Heb. קֶשֶׁת *keſchetb, teſch, tecs*, ſi paululum elementa trajicias, id eſt, arcus. Alias quoque animal eſt ejus nominis : *Taxo, Taxus* ab Hebr. תַּחַשׁ *tachaſch*; Germ. Dachs. De *veneno*. Scalig. mallem ego (inquit) ſi Græcis receptum eſſet, βελένιον vocabulum (ſcribunt enim ἑλένιον, quod ſane tantum abeſt venenum ut ſit, ut illi potius reſiſtat) noſtrum Latinum inde deducere, quam quod *venas* petat, dictum putare. βέλος autem telum eſt. Neque nihil dicit, qui *venenum* à φόνω traducit. Quippe perimit hominem.

Adeps, è Græcis nunquam eruetur hæc vox, quantum intelligo. Facile ex Hebr. שָׁמַן, id eſt, adipatus fuit, craſſo fuit adipe aut pinguedine, *Adipatus* & *adipalis* ap. Cicer. in Orat., Arnob. l. 3. poſtes virorum *adipali* unguine oblinerentur ab ſponſis.

Adytum à δύω, id eſt, locus inacceſſus. Lucret. l. 1. eſt *adytum cordis*. Quomodo idem l. 5. habet, *Templa mentis*. Δύω ab Heb. *iadah, dah, du*, i. e. ſubiit.

Adiantum nominatu, quod folium iſtius herbæ aqua perfuſum non madefiat, ſicco ſemper ſimile. Theophraſt. l. 7. de hiſt. c. 13. Aut potius ita dicitur : Quia pertinacius aquam reſpuit, ut pennæ anatum ſolent: nec tam cito madefit, ut aliæ plantæ. Alias ſi adiantem paulo diutius aquæ immergatur. (quod Plin. lib. 22. cap. 21. negare videtur.) non ſecus atque aliæ plantæ, madeſcit. Quod notat etiam Renodæus lib. 1.

de

de mat. med. c. 16. & 17. Verbum ἀρδεύω eſt irrigo, humecto: ἀρδερὸν humidum.

Adulor. Valla l. 5. El. c. 66. *adulari* eſt inſervire & captare, ut favorem emereamur, quoquo modo, vel voce vel geſtu: eſtque tractum ἀπὸ τοῦ δούλου, quod eſt ſervus. Et ſane *adulari* ſervile eſt, ſerviſque proprium. Merito igitur mediam producit. Lucret. l. 5. Longe alio pacto gannitu vocis adulant. Ovid. 14. Met. Noſtraque adulantes comitant veſtigia. Aliis, & recte, quaſi *adaulari* ab aula: ut *adulator* ſit qui χύτραν, *aulam* ſive *ollam* affectatur, qui ventris cauſa omnia facit: Phocyllidi τραπεζοκόρος, menſarum tonſor: alias paraſitus. Videatur P. Nannius l. 1. miſcell. c. 14. Eodem ſenſu capitur *aſſentari*, *Aſſentator* qui aſſentit ubique, & conſentit omnibus. *Gnatho Terentianus Eun. act. 2. ſc. 2.* Quidquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque: negat quis? nego. ait? aio. Poſtremo imperavi egomet mihi omnia *aſſentari.* Legatur libellus Plutarchi; quomodo adulator ab amico internoſci poſſit. Alii ita volunt: *aſſentari* duplex eſt: unum à *ſenſu* dictum; quod Græcis eſt κολακεύειν. Alterum à *ſemita*, quaſi *aſſemitari*, vel *aſſentari*, dixeris, Græcis συναπάγεσθαι. Tertullianus contra Marcion. l. 5. c. 14. illud Pauli Rom. 12. v. 16. Τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι, vertit, *humilibus aſſentantes.*

Aer, ἀὴρ*: quoniam* ἀεὶ ῥεῖ, id eſt, in perpetuo motu eſt. Seu ab ἄω, ἄημι, id eſt ſpiro. *Cicero alludit 3. de nat. Deor.* Principio terra ſita in media parte mundi, circumfuſa undique eſt hac animabili ſpirabilique natura, cui nomen eſt Aer. *Arduum,* id eſt, celſum, ab aere. Item *ardea.* Et ab hujus volatu vagabuntur, *Ardelio*, id eſt, ἀλλοτριοπράγμων. Ardelio Græcis eſt πολυπράγμων. De quo vitio Plutarchus libellum ſcripſit. JC. Scalig. Exer. 233. Ardearum duo faciunt genera venatores. *Aeronum* Italus utrunque vocat, quaſi *aerium*, à volatu *arduo.* Unde nomen Latinum Græca origine: ἀέρος δύειν. Virg. 1. Georg. exprimit. ---- *Supra altam volat* ardea *nubem.* *Spiro,* quaſi περὶ ἀέρα. Nam primò ac propriè ſpiro eſt traho aerem, flo, halo. Ut halitus ab halo; ita *ſpiritus* à ſpiro, hoc

hoc eſt, flatus aeris, *πνοή, πνεῦμα*. Exinde ad alia funditur ſignificatio. Qui ſcribit *aerius, ætherius* originem ſpectat, *ἀέριος αἰθέριος*: qui *aereus, æthereus*, is ſequitur analogiam Latinam, *igneus, flammeus, melleus*: licet originis ſint Græcæ. igitur utrunque *ἀναμάρτητον*.

Ædes, Servio ab *edendo*, Varr. l. 4. ab *aditu*. Feſto ab *edito*: aliis, quod inibi *ævum agatur*. Aliis alia placent: ad quæ aliquis nauſeet, & cum Poeta ſecum muſſitet:

——— *Hic nigræ ſuccus loliginis, hoc eſt*
Ærugo mera ———

Ipſe etiam amplio, uſque dum melius detur. Interim hoc pono, loco *προπαρασκευῆς*. *Ædes* ab Heb. *Eden*, vel *aden*, אֶדֶן id eſt, baſis, ſuſtentaculum. Vel ſi Græc. malis: *Ædes*, ab *ἀΐδης*, quod primo ſuo ſignificatu domum opacam exprimit: ab *α* & *ἰδεῖν*. Omnis enim domus, ſi ad campeſtria, ad prata, aliaque patentia conferas, opaca eſt, ſine luce: utpote quam defendit nimiam. Sed & prima mortalium ætate ædes fuerunt antra, ſpelæa, in ſilvis latibula, è frondibus & gramine congeſta. Gen. 19. 8. exſtat *umbra tigni*. Neque modò (ut Græcum obiter explicem) vigore originis *ἀΐδης*, *ᾅδης*, eſt obſcurus, & inadſpicuus: ſed etiam autoritate probatâ. *Hippocr. de Diæta*: *νομίζεται δὲ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὲν διὰ ᾅδου εἰς φῶς αὐξηθὲν γίνεσθαι*: i. e. *exiſtimatur verò ab hominibus, illud quidem quod ex Hade in lucem excrevit naſci*. Ibi *ᾅδης* eſt *ἀόρατος*. Orph. vocat *νύκτα*: quia nox obſcura eſt & tegit *τὰ ὁρατά*. Hermes Ægypt. paſſim nominat *τὸ ἀφανές*. Et inſignis ille Platonicus *Dionyſius Eccleſ. Hierarch. c. 2*, ait mortem eſſe, *τὴν τῶν ἡνωμένων διάκρισιν, εἰς τὸ ἡμῖν ἀφανὲς ἄγουσαν*, id eſt, *unitorum ſeparationem, ad id, quod nobis occultum eſt, ducentem*. Maximus Scholiaſtes Dionyſii: *τοῦτο τὸ ἀφανές, τινὲς ἔφησαν εἶναι τὸν ᾅδην, τοῦτ᾽ ἐστι τὸν ἀειδῆ καὶ ἀφανῆ γινόμενον τῆς ψυχῆς χωρισμόν*, id eſt, *iſtud occultum quidam dixerunt eſſe Haden: id eſt, invisibilem & non apparentem factam animæ ſeparationem*. Ex eo apparet etiam, quare *ᾅδης* notet *ſepulchrum*. Heſych. *εἰς ὄλεθρον εἰς ᾅδην. ἀΐδας τύμβος, τάφος. ἀΐδιον μέλαν ἢ ἀφανιστικόν. σκοτεινόν.* Unde etiam LXXII. interpr. Hebr. שְׁאוֹל

O (quod

(quod communiter est *sepulcrum*) vertunt plerumque per ᾅδην. Et Apoc. 20. 13. ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκρούς. Et v. 14. ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός. Hic ᾅδης significat itidem *sepulcrum*. Etiam ᾅδης est *orcus*, locus impiorum: quia putabatur locus subterraneus vel antrum ingens sine sole & lumine. Hug. Sanfor. Comflorio Anglo ἀΐδης, ᾅδης, Latine *Hades*, ducitur ex Hebr. אֲדָמָה *adamah*, Arabibus *Mahad*, quod est terra. Quod non modo ex sacris literis, sed etiam ex Ægyptior. Arab. Græc. Latin. aliorumque sententiis firmat: in De descensu CHristi ad inferos l.1. Quia dissertatio ea prolixior, ut inibi ipsa evolvatur satius est. Cæterum Alius conjicit *ædes* fieri ab ἕδος; mutata quantitate. Nec significatus abludit. *Sedes* non raro est domus. *Cicer. pro Cluent*, Sceleratorum sedes atque regio. *Tibull. l. 3.* Est visus nostra ponere sede pedem. Ab ædes fit *æditimus*, id est, ædem servans, Charisius: non *æditumus*; utut Varro l. 1. de re rust. c. 2. & Agell. l. 12. c. 10. docet: æditimus verbum Latin. est & vetus, ea forma dictum, qua *finitimus*, & *legtimus*: sed pro eo à plerisque nunc *æditumus* dicitur nova & commentitia usurpatione, quasi à *tuendis ædibus*. Anne utrumque *æditimus* & *æditumus* probabitur? Significatus non abhorret. Sed & Lucretius l. 6. sub finem: Hospitibus loca quæ complerant ædituentes. Et Aldus Manutius de orthog. testatur: Se in antiquis lapidibus, *Æditumus*, non *Æditimus*, scriptum reperisse.

Ægis, αἰγίς: clypeus aut scutum Palladis: *Horat.* Contra sonantem Palladis ægida. Et *Lucan.* Palladia stimulet turbatos ægide currus.. Proprie illud, quod è pelle caprina: sicut *galea*, quod è felina. αἴξ est capra, ab Heb. עֵז *ez*, *ex*, quod idem. *Ægidius*, ægide munitus. *Ægilops*, αἰγίλωψ, quasi dicas, caprinus oculus: item vitium oculi, capris fere proprium ac solens. Propterea que herba, quæ ad sinuosos oculorũ abscessus, quos Græci *ægilopas* vocant, & ad duritias discutiendas facit, ut ait Matthiol. in l. 4. Dioscor. c. 134.

Ægrum quibusdam ab αἶ αἶ, voce doloris Scalig. in Theoph. de pl. τὸ ἀργὸν activa & passiva significatione capitur. De agro inculto, ut diximus in historiis, passive, in quo nullum fit opus. χατέρξει ἔργῳ. Privat hic actionem. Est enim ἀεργός. Unde nomen *æger*. Malim tamen cum *P. Festo* derivare ab ἀνιηρὸν, id est, contristans, molestum, extrito N: ab ἀνία, quod ab ἰῶ, quod tamen non in usu, i. e. sano ἰάομαι. Unde & *Jason*: item ἴα: præfixoque A cum N. Nisi arrideat potius alicui Hebr. עָנָה *ianah ania*, id est, afflixit, oppressit. Cicero, *ægritudo*, est in animo, tanquam *ægrotatio*. in corpore.

Ægyptus Scal, in Festum: Hic (inquit) Æthiopas accipiendum pro nigris hominibus, non tantum pro natione. Nam Ægyptium vocabant, nigrum seu fuscum. Gloss. *Ægyptium*, φαιὸν. In quo sequuti sunt Græcos, qui αἰγύπτιον μέλαν vocabant, ut & αἰγυπτιῶσαι, μελανῶσαι. Unde Plautus colorem fuscum dixit *vulturinum*, Nam αἰγυπιὸς vultur. Græci cum scirent ab ipsis Ægyptiis Nilum שִׁיחוֹר, (à rad. שָׁחַר i. e. obscurus, fuscus fuit) vocari hoc est, μέλανα, ἰσοδυνάμως verbo suo Αἰγύπτιον reddiderunt. Nam αἰγύπτιος, ut jam monuimus, μέλας. Sic cum scirent *Edom* (à rad. אָדַם rubuit) ἐρυθρὸν Græce reddi, ab eo, τὴν θάλασσαν ἐρυθραίαν appellarunt sinum Arabicum. Quod autem Nilum αἰγύπτιον vocarint, satis patet testimonio Homeri, qui αἰγύπτιον fluvium illum vocat.

Æneas Scalig. poet l. 3. c. 12. Non est Homerus audiendus, qui à Venere *Æneam*, quasi αἰνὸν, tristiore auspicio scribit appellatum; Sed quod ab omni, ut inquit ille, parte laudandus erat. Hoc enim est αἰνεῖν.

Ænigma, αἴνιγμα, ὁ αἰνιγμὸς· αἰνίσσομαι & αἰνίττομαι, i. e. obscure loqvor, significo. Hebr. est חִידָה i. e. πρόβλημα, vel ænus: à חוּד proposuit ænigma, locutus est ænigmatice. Inde sed abstrusius, αἰνίττομαι· clarius, θέω, τίθημι. Item αἶνος est fabula, obscure dictum. Scalig. l. 3. poet. c. 84. Est sane αἶνος ignota multis vox, & maxima autorum parte præterita, ac pro laude quidem vulgatissi-

gatissima est: at pro eo, quod hic statuimus, rara. Significavit igitur dictum non qualecumque, sed id tantum, quod propter obscuritatem solis sapientibus notum esset. Unde apertius ac vulgatius vocabulum Ænigma, à verbo inde ducto, αἰνίσσεσθαι vel αἰνίττειν. Iccirco αἶνον quoque grave significavit. Et ajunt autem idem esse aliquando αἶνον, quod αἴνιγμα. Est ænigma, oratio obscura, rem notam, quam significat, ambagibus tegens. Agell. l. 12. c. 6. quæ Græci *ænigmata*, hoc genus quidam ex nostris veteribus *scirpos* appellaverunt. Ubi *scrupos* legi oportere Rhodig. l. 23. antiq. c. 11. existimat. Siquidem ænigmata quasi injiciunt scrupulum. Scal. mavult *sirpos*. Adjiciam ejus verba ex Conject. *Sirpare* est à sirpo, σχοίνῳ, ex quo omne πλέγμα fiebat. Unde quæstiones obscuræ *sirpi* olim Latinis: Græcis vero γρῖφοι dicebantur; quod ut *griphi* γρῖφοι erant πλέγματα ἁλιευτικὰ ex sirpo: ita etiam ex sirpo nassæ piscatoriæ, quæ dicebantur *sirpiculæ*. Itaque improbe fecerunt, qui apud Agellium ex *sirpis* fecerunt *scrupos*. Hæc ille. Ut vero γρῖπος & γρῖφος ex γρῶ est ex sententia vet. Grammaticor. quia ἑλκόμενος ξύει τὰ ὑπ' αὐτόν: ita *sirpus* à σύρω, id est, traho: συρτὸς, συρφετός. Aliis *sirpo* derivatur à *sero*: ut *sarpo* à *saro*. Sed à σύρω tam commodè trahitur. *Stirpea* est vehes è crate. Varro l. 4. de L. L. *Sirpea, quæ virgis sirpatur, id est, colligando implicatur* Est enim *sirpare* ibidem Varroni, ligare. *Sirpus* & postea *scirpus*: quia itidem ad *sirpandum* habilis. Festus: *scirpus est id, quod in palustribus locis nascitur, leve & procerum: unde tegetes fiunt.* Gloss. Philox. *Scirpus*, φλεῶς, πάπυρος. Dodonæus putat, typham palustrem ab Ovid. *scirpum* vocari: quod 6. Fast. *Scirpeam mattam* dicat. Estque *matta* nihil aliud, quàm storea, teges. Gloss. Philox. *mattu* ψίαθος, teges, terratoria, *matta*. Vox sapit Hebr. Nam מִטָּה, *mittah*, est lectus, κλίνη. Sed redeo ad prius. A Græco σύρω, est *syrma*, σύρμα: propriè quod *trahitur*, vel res tracta. Inde σιδηκῶς vestis longa, quæ *trahitur* à tergo. A σύρω etiam exstitit *Syrtis*, σύρτις: Latinè *tractus*. Locus in mari, ubi arenam, immò etiam saxa ingentia fluctus *trahunt*:

vel

vel *Syrtes* dicuntur, *quod omnia ad ſe trahunt*, ut ait Salluſt in bello Jugurth. Hinc eaſdem vocat *æſtuoſas* Horat. 1. od. 22. Virgil. 1. Æn. conjungit: *In brevia & ſyrtes.* Eaſdem prolixè deſcribit Lucan. l. 9.

Æquor proprie eſt ubi omnia *æqua*, plana, nihil eminens, aut ſalebroſum. *Cic. 2. de Acad. quæſt.* quid tam planum, quam mare? E quo & *æquor* illud Poetæ vocant. Virg. Sterneret *æquor* aquis. Idem: vaſtum maris *æquor* arandum. Lucret. l. 3. *æquor* campi, id eſt, æqualitas, planities. Eidem l. 4. *Æquor* ſpeculorum, ob levitatem. Eidem l. 6. *Æquor* mundi, quia ejus σχῆμα σφαιροειδές. J. Scal. *æquor* ab *æquus*. εἰκός, Dorice αἰκός: unde *æquum*. *Iniquum*, id eſt, non æquum, ἀνώμαλος. *Nequam* à ne & æquum, quod de iſto negatur. Varro de L. L. l. 9. *nequam* facit à *ne* & *quicquam*, mediâ extritâ ſyllaba. Perottus facit, à *ne* & *queo*. Sed *nequam* à *ne* & *æquum* rectiſs. dicitur. Ut nequam ſit ἄδικος, κακός, ἀχρεῖος. Quod etiam deductum arguit: À *nequus* (pro quo utimur nequam) *nequitia*: ut à malus malitia. *Animecum* in Gloſs. ἰσόψυχον: quaſi *animæquum*: In Gloſs. Iſid. *animæquus*, id eſt, patiens animo. Quo etiam vetus Bibl. interpres Marc 10. Actor. 27. & alibi utitur. In Gloſs. exſtat etiam *Æquitalitas*, ἰσοῤῥοπία.

Æra, ſingulorum anno annorum conſtituta eſt à Cæſ. Auguſto; quando primum cenſum exegit, ac Romanum orbem deſcripſit. Dicta autem *æra* ex eo, quod omnis orbis *æs* reddere profeſſus eſt reipub. inquit Iſid. l. 5. c. 36. Leguntur vero ea Iſidori verba in pleriſque Euſebii cod. Sed negat exſtare in antiquiſſimis Chacon. Lucill. l. 29. Hæc ratio perverſa eſt: *æra* ſummæ ſubducta improbe. *Nonius: æra* numeri nota. *Geneſius Sepulveda:* Veteres, inquit, initiò (ut equidem pro comperto exploratumq; habeo) ſcripturas claudentes, tempus ad hunc modum adſcribebant: Acta fuerunt hæc e. g. Cordubæ pridie Calend. Maj. Annus erat Auguſti Cæſaris centeſimus quinquageſimus. Deinde brevitatis cauſa ſic verba ad annum pertinentia ſignabant. *A. ER. A.*

CÆS. CL. initia duntaxat verborum punctis distincta pro totis verbis notantes, vetustiss. properantium libror. more. Postea librariorum tabellionumque temeritate & inscitia ablatis punctis scribi cœpit: ÆRA CÆS. Quo errore latius serpente quævis annor. ab aliquo velut capite deducta ratio primum ab Hispanis, inde à cæteris Astrologis æra vocari cœpit. *Hæc ille.* Sed quid reponat J.Scal. l. 5. de emend. temporis videamus: Quærunt multi (*inquit*) quid sit *Æra*, & unde dicta. Sepulveda Cordub. in libello, quem de anni emendat. edidit, ait vitiosè interpunctum A E R A, pro A. ER. A. Idque esse dicit, ANNUS ERAT AUGUSTI. Mirum est hominem doctiss. ac præterea Hispanum, cum tot monumenta extent in Hispania, in quib. hujus rei mentio sculpta est, ne unum quidem vidisse. In illis nunquam AERA, sed ERA exaratum est. Sed esto: in omnibus exaratum fuerit, AERA. Quis unquam legit, *Annum* singulari A, in compendiis scriptionis antiquæ, aut in veterib. monumentis? Quare A singulare *Annum* potius, quàm *Agrum*, aut *aurum*, aut aliud potius significet? Cur vero ERAT duabus literis, non singulari E, notatum est? Denique cur ex duobus AA singulariis, alterum *Annus*, alterum *Augusti* significat in tribus tantummodo verbis? Ridicula, ridicula, & puerilia sunt ista: tamen illi viro erudito adeò placuit commentum suum, ut ejus rei gratia duntaxat scriptionem illius libelli de anni emendatione suscepisse videatur. Postremò, quare *Augusti* annos interpretatur, quos Hispani semper Julio Cæsari attribuerunt? ὅπως τ̃ ἀδεσχίας. Sciamus igitur ERAM perperam pro *Æram* scriptum illo barbaro seculo. Id probat Nonius Marcell. qui ab *Ære* deducit. Nam quamvis is grammaticus ÆRÆ nomen ap. Lucill. extare falso putat: tamen rectum & verum est tum etymon ab *Ære* tum etiam *Æram* numerum significare. Ita enim usurpat Faustus Reginens. primo de spiritu sancto: *Sacer* (inquit) *numerus, dicimus: quia trecenti in æra, sive supputatione signum crucis T.* Isidorus ex canonibus Evangelicis Græcis Eusebii Cæsariensis semper *æras* dicit, quod

quod græcus scriptor ἀριθμοῦς. *Per singulos*, inquit, *Evangelistas numerus quidam capitulis affixus adjacet; quibus numeris subdita est æra quædam minio notata, quæ indicat, in quoto canone positus sit numerus, cui subjecta est æra. Verbi gratia: Si est æra prima, in primo canone.* Hæc ille. Ubi *æra* est titulus numeri, aut per numeros conceptus. In vetere Breviario codicis Theodos. *Imperator Theodosius ERA* XXII. ERAM, sive *Æram* vocat tituli numerum. Hildericus Gallus æqualis Isidoro, *æras* dierum dixit, pro numeris dierū *Æra* igitur sine controversiâ est numerus. Quod nomen seculum ineruditum, ex neutro in fœmininū μεταπλάσμῳ: quemadmodum in veteri lingua latina *Ostiam* opidum ab *ostiis* Tiberis fluminis: & in Ecclesiastico idiotismo *Ætheram* ab *Æthere* consuetudo derivavit. Deinde Enallage numeri commissa est, à plurali ad singularem, ut & in *OSTIA* videmus? Et idiotismus *Epactam* dicit, tametsi plures sint *epacta*. Veteres enim illi, qui pure locuti sunt, partes assis & cujuslibet integri numerarii *æra* vocarunt. Quales sunt *sextula*, *unciæ*, *silici*, & cæteræ minimæ partes assis, quas *minutias* vocant, ex quibus scilicet summa conficitur: Unde *æra* summæ dicuntur, quasi μέρη τοῦ ὅλου. Lucill: *Hæc ratio perversa est: æra summæ subductam improbè.* Cicer. in Hortens. *Quid tu, inquam, soles, cùm rationem à dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit, non probare?* Varro: *Veteris consuetudinis, ut retrò æra dicerent, ita, ut semisquintus, semisquartus, semistertius pronunciarent:* Volusianus Mœcian. *sive denaria, sive sestertiaria ratio conficeretur, iisdem notis, id est, libellarum & singularum, & teruntiorum præposita nota denarii, vel sestertii, ut erat ratio, æra exprimebantur.* Manifestissimè his verbis τὸν κόλλυβον, ἢ τὸ κερμάτιον *æra* vocari apparet. Quare, ut *æra* Latinis est verbum mensariorum, campsorum, collybistarum: sic etiam apud Hebr. recentiores, פרט, apud Arab. עֵרֶךְ Rursus quemadmodum *æra* pro quovis ratiocinio, & numero,

etiam extra rem monetariam sumitur: Ita etiam illud Hebraicum, atque Arab. quod jam dixi. Item propriè *Æra* sumitur in Abaco logistico pro numero subjecto millenariis, nempe centum, nonaginta, sexaginta, &c. Ae eundem modum illa duo Hebr. & Arabicum. Hactenus Scaliger.

Ærumna. Charis. *Erumna*, scribit, ab eruendo. Ennius per OE, à mœrore. Utrique & analogia & consensus eruditor. & verius etymon contradicit. Significant vero *ærumnæ* labores onerosos, ut ait *Festus*: item furcillas. *Cic. 2. de fin.* Majores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen verbo, *ærumnas* etiam, ut video, nominarunt. Et 4. Tusc. *ærumna est ægritudo laboriosa*. Plauto *ærumnatus*, id est, ærumnis expositus. Lucret. l. 6. *ærumnabile*, id est, ærumnosum. Oritur ab αἴρω, ἄρθμαι: αἰρομένη: *arumina*, & post *ærumna*. Sicut ἐλαμβρὸν aut ἠλαμβρὴ, *lamina* & *lamna*. Igitur male duplici M. scribitur, ex traditione *Gifanii*. Nobis origo certior: nec nulla Chirographa, quæ assonant. Quanquam & aliqua quibus ille nititur, *lamma*, habent. Sed quam facile *n*, in *m*, scribendo vertitur: Ἔλασμα, ἐλασμός. id est, lamina, quæ ducitur: ἐλαύνω, ἐλάω, ago, incito, item ductile opus facio. Plutarch. in Camillo λεπτὰς ἐληλαμβρὸν σίδηρον, id est, *ferrum in laminas ductum* appellat. Apud Hebr. est הלם *halam, lam*, id est, conquassavit aliquid diducendo, velut in laminam, multis ictibus mallei aliquid contudit.

Æstus, Serv. in 11. Æneid. *æstus propriè est maris incerta commotio crescentis & decrescentis*. At nil probat. Exempla è Plauto & Virg. testantur *æstum* γενικῶς capi, pro calore aut fervore, sive maris, sive aeris, sive alterius. Id. firmat Etymon. *Æstus* enim, ut & *æstas* fit ab Hebr. אש *esch, es*. Inde quoque Græc. ἐσχάρα. Gloss. Cyrilli, ἐσχάραι *hi foci*. Ex eo *Scara* & *scarra* focus. Sæpe occurrit in libris Græc. medicor. nempe pro crusta ferro candente inducta. Etiam *Asia* ab eodem, אשיה quasi tu dicas, *Ignis domini*: quem in Persia, aliisque oris sacrum coluerunt. Herod. in Melpom. ad uxorem Promethei transfert: ἡ δὲ

Ἀσία

Ἀσίην, ἀπὸ τ͂ Προμηθέως γυναικὸς τὴν ἐπωνυμίην. Verum res eódem redit: si paulum expendatur fabula de igniculo, quem cœlo Prometheus surripuisse traditur ab Hesiodo & aliis.

Æs, plerumque faciunt ab Heb. ארץ, *erez*. Et recte. In terra enim latet & inde eruitur. Effodiuntur opes, *inquit ille*. Antiqui primitus utebantur numis ex *ære*. Inde adhuc nobis promiscue pro moneta quavis, *æs, alieno ære obstringi, ærarium* locus, ubi repositum fuit æs, *æruscare*, æs undique conficere aut colligere Scalig. c. 31. L. L. Ab ære non fit *æneus*, ut mutetur R. in N. cujus rei argumentum est, quod etiam *æsneus* dixere. Itaque fuit *ærineus*. Postea contractius *æneus*. Simpliciter verò ab *æreus*: ut à melle melleus. *Æneatores*, id est, cornicines. *Æneolum*, ex ære factum: item *ænulum*, vas ex ære parvum. *Ære diruti*, id est, milites, quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur, Festus & post eum Lips. l. 5. de mil. Rom. dial. 18. *Æreficium* quod fit ex ære, Varro. Virgil. Fixerit *æripedem* cervam. J. Scal. in Auson. l. 1. Dixit ex Græcor. fabulis, qui eam cervam vocant χαλκόποδα: quia talem revera eam cervam fingunt fuisse Poetæ. Perperam igitur nonnullos Grammaticos, etiam veteres, interpretatos esse *aeripedem* ἀερσίποδα aut ἱερόποδα. Et post: omnes cervos Poetæ χαλκόποδας dicunt: neque tantum cervos, sed omnia, quibus celeritas attribuitur. *Hæc ille*. Quia verò Græcis est & ἀερόπους, ἀερσίπους & χαλκόπους: utrumque Latinis etiam concedi posse existimo: & *ærìepes*, post contracte *æripes*: & *æripes*, ab ære: scilicet quando de animalibus loquimur. χαλκόπους quidem ob soliditatem ungularum, & quoniam pedes aliquorum ære, ac ferro muniuntur: ut ap. Ovid. & Homer. ἵππος χαλκόπους: quem Virgil. cornipedem *ferrata calce* appellat. Quanquam & hæc ipsa vox de operibus artis industria factis legatur, ut in Euripide, τρίπους χαλκόπους. Ut ita *aeripes* usu melius videatur, quando de nimio cursu sermocinamur. Ducta metaphora ab *aere*, qui in continua motione. Et Poetæ, quidquid celeriter fit, & procurrit, cum vento, aura, euro, aere comparant.

 Æther,

Æther, αἰθήρ. Arist. l. 1. de cœl. cap. 3. αἰθέρα προσωνόμασαν τὸν ἀνώτατω τόπον ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, τὸν ἀΐδιον χρόνον θέμενοι τὴν ἐπωνυμίαν αὐτῷ. Ἀναξαγόρας δὲ καταχρῆται τῷ ὀνόματι τούτῳ οὐ καλῶς. ὀνομάζει γὰρ αἰθέρα ἀντὶ πυρός. Apul. de deo Socratis: *Æther vocatur, non quod ignitus sit & succensus, sed quod cursibus rapidis semper rotetur.* Nisi resipiat fontem cœlestem Hebræor. Siquidem אַדִּיר *addir*, est illu-lustris, splendidus, magnificus. *Æthra*, αἴθρα: *proprie* est cœlum illustre, vel coruscans. Etiam interdum idem quod aer: quomodo οὐρανὸς, cœlum, æther solet usurpari. Scilicet propter vicinitatem & similitudinem. Nam & aer διαυγὲς φωτὸς ὂν ὄχημα. Qui ita distinguunt: *Ætherem esse elementum ipsum; æthram vero splendorem ætheris: item αἴθραν esse proprie aeris serenitatem, vel aerem sudum*; qui inquam ita distinguunt; sive majorum, sive minorum gentium Grammatici; videant, ne ubi istam opinionem tueri jubentur, vel ex autoribus, vel aliunde, turpiter deficiant & pipulo differantur. De *Urano* & *Olympo* idem Philosophus 1. de cœl. & c. 6. de mundo: quod sic interpretatur *Budæus*: Deus in excelso situs est, purus ipse, in puro loco. Quem locum tum οὐρανὸν ab origine vocis dicimus, quasi terminum extimum supremorum corporum, ὅρον τῶν ἄνω: tum etiam olympum, ut usque quaque lucidum, ab omni caligine secretum, motuque omni incondito, cujusmodi sunt, qui apud nos fiunt, venti & tempestates: οἷον ὁλολαμπῆ. Apulejus de mundo: *Græci οὐρανὸν recte vocant: ut qui sit altitudinis finis. Et iidem eadem ratione eum ὄλυμπον nominant, quem ab omni fuscitate ac perturbatione vident liberum.* Acutius Scalig. c. 26. L. L. *quod ajunt α in υ ap. Græcos verti eo exemplo, ὄλυμπος, quasi ὅλος λάμπων, falsi sunt. Est enim ὅτι ὀλλύει πόδας, ὀλύπους: montis nomen ob altitudinem: quem cum ascenderent, interrogati quo irent, dicebant in cœlum, unde cœlo communicata vox.* Et hoc Scaligeri Etymon (ὄλυμπος quasi ὀλύπους) ita accipitur: quà mons ille altus adscendentium pedes fatigaverit & quasi *corruperit*. Quod tamen & alius etiam mons efficit. At verò quia idem ipse mons *olympus* luce perfusus nitet; & quia eadem dictione

one cœlum quoque appellatur: rectius ὄλυμπος dicitur, quaſi ὅλος λάμπων: vel οἷον ὁλόλαμπος: ut notat etiam Euſtathius. Sed & eadem ratione οὐρανὸς ab אור rectè nominabitur: itidem à *luce* & *fulgore*. Unde enim rectius? Nam lux, tanquam pulcherrima & jucundiſſima, immò divina qualitas, primò cœlo ineſt & inde etiam cum hiſce ſublunaribus communicatur. Ab *æther* eſt *æternus*, quaſi *ætherinus*: quia cœlum ſit ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον καὶ αἰώνιον, in ſchola Peripateticorum. Antiquâ ſcripturâ *aiternus*: Et ita propius tangit Græcam originem. Forma talis, ut à *ſuper* ſupernus: ab *infer* inferus, infernus: ſic ab *æther aiternus*. *Sempiternus* quaſi *ſempaternus*, à *ſemper æternus*. Igitur ſecundam producit, quod vult Scal. de c. L.L. c.31. Diſcrimen: *æternitas* finem tollit: *perpetuitas* interruptionem. Illa extrema: hæc medium deſignat, h.e. perpetuitas eſt continuitas, cùm non intermittitur aliquid. Qui loquuntur aliter (inquit Scalig. l. 1. de plant.) eos neq; pro Latinis haberem, neque in numero Philoſophorum. *Æviternus* ab ævo: plus eſt quàm æternus.

Æthon, αἴθων: ab αἴθω. Hebr. אוד *ud*, *ad*. torris, aduſtio. Ex eadem origine fit αἴτνα, Ætna. Ardet enim; & *atram prorumpit ad æthera nubem turbine fumantem piceo & candente favilla*: ut Virg. l. 3. Æn. elegantiſſimè deſcribit. Lucretio eſt *ignis Ætneus*. Senecæ, Ætna *fervens*: Lucano *ardens*: Statio *ignifera*. Ariſtot. de mundo: ἐμπεριέχει δὲ καὶ πολλὰς ἡ γῆ ἐν αὐτῇ καθάπερ ὕδατος, οὕτω καὶ πνεύματος, καὶ πυρὸς πηγάς. Nominat πηγάς. Sic ap. Pindar. pyth. 1. eid. 1. πυρὸς ἁγνόταται πηγαί. de eodem monte.

Ævum, αἰών, quaſi αἰεὶ ὤν, vel ὄν: ſicuti Philoſ. l. 1. de cœl. docet. Et de mundo: ἐν αἰῶνι δὲ οὔτε παρελήλυθεν οὐδὲν, οὔτε μέλλει ἀλλὰ μόνον ὑφέστηκεν. Ap. Suid. ex Antiph. viſitur ἀειστώ, παρὰ τὸ ἀεὶ ἑστάναι: à perpetuo ſtatu. *Maurus*: *ævum propriè æternitatis eſt*. Inde Arnobio *longævus* eſt immortalis, Græcis μακραίων. Gloſs. Μακρόβιος, γηραιός, *Longævus*. Ævum enim eſt longum illud, ſine fine. Et per *longum*, ἐκ παραστήκης, exprimitur tam duratio ipſa, quam collatio cum hoc noſtro ſive ſeculo, ſive vita, ſive tempore. Omnia iſta perbrevia. Horat. 2. Serm. Sat. 7. *Viva*

Vive memor quam sis ævi brevis ------

Et Silius: ------ *Currit mortalibus ævum.*

Scilicet ævum pro tempore, aut vita: Uti solent Poetæ Similiter Herod. τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα, finire vitam. Non proprie, ut diximus. Et superaddam Damasceni illud: ὅπερ τοῖς ὑπὸ χρόνον ὁ χρόνος, τοῦτο τοῖς ἀϊδίοις ὁ αἰών: quod iis, quæ tempori subjecta sunt, est tempus, id æternis illis est ævum. *Ævitas*, ap. Arnob. l. 2. contractè *ætas*. Antique *Etas*, ut videatur potius fieri ab ἔτος, quod ab עת, *eth*. *Vetus* ab ætatis magnitudine, quamve infert, apud Agell. l. 16. c. 5. Aut potius dictante J. Scal. vetus quasi βαθετὴς, βα intendit. Ab ἔτος. Ab eodem *Trieteris*, τριετηρὶς: spatium τριῶν ἐτῶν, i. e. trium annorum. *Veteratores*, callidi dicti à multa rerum gerendarum vetustate. Isid. l. 10. *Inveteratus*, quod sit multi veterisque usus in malitia. Ita ex Græco Dan. 13. dicitur: *inveterate* dierum malorum. *Veteranus*, miles vetus. Suid. βετεράνος ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας. Alias tamen natura ista sunt γηραιά. *Senex* (verbum est *seneo*, quo & Catullus usus est, à quo *ætas senecta*: & *virgo senecta* apud Tertull. advers. Valentin. c. 5.) dicitur quasi *seminex*, id est, seminecis, seu morti propinquus. Gloss. vet. ἡμιθνὴς, *seminex*. Aut *senex* rectius ab Hebr. זָקֵן id est, senex fuit, senuit. Etiam alludit שָׁנָה, quod Arabibus סנה annus: quia senex annosus, πολυετὴς. *Senior*, magis senex. Unde Gallic. *seigneur*: & Italic. *Signore*. A senex *senecio*, herba. Græc. ἠριγέρων: quasi ἦρι γέρων, vere senescens. Nam cito & ipso quidem vere senescere videtur. A sene *senatus*: quia hunc *senes* tam ætate, quam dignitate constituunt. Cic. Cat. Maj. asserit: A senibus appellarunt majores *Senatum*. Isidor. *Senatui* nomen ætas dedit, quod seniores essent. Idem ait Festus. Plutarch. alii. Itaque Priscianus non recte: q. *Senatus* sit à *natus*. Ovid. 5. Fast. Nomen & ætatis mite *Senatus* habet. *Senaculum*, id est, locus Senatorum, Festo: aut ubi senatores consisterent, Varroni. *Senecam* Cassiodorus dici putat, quod canus, quasi *senior*, natus sit; cui primitus id nomen inditum. Ut de Ergino Argonaute

Digitized by Google

naute à Pindari Scholiaſte traditur: de Tarcone Tyrrheno & Cygno Trojano ab Euſtat. & Cœlio l. 13. cap. 27. *Triſecliſenex* apud Nævium de Neſtore, & trium ſeculorum ſenex: qui γεραιὸς Homero: τριγέρων epigr. l. 1.

Ager, ἀγρὸς: quod eſt ab ἄγω & ἀγρῶ. Ut ita alludat Varro: l. 4. de L. L. Ager dictus eſt, in quam terram quid *agebant*, & unde quid agebatur, fructus cauſa. Hebræis אִכָּר *ikar, akar*, eſt agricola. Varro: *agroſus*, ἄγροικος, ἀγροικός. *Agellus* deminutum. Unde *Agellius* approbante Lipſio in Quæſt. Epiſt. 8. Epiſt. Talia enim nomina Romanis conſueta olim fuerunt; ut notavimus. Alia eſt A. Gellius. Sed *Priſcianus* & *Gifanius* improbant, è priſcis codicibus & monumentis. Plures autores pro ſcriptione ᵹ Agellius affert Barthius l. 35. Adverſ. c. 7. Varro, *Ager arvus*, eſt conſitus; *paſcuus*, florens. *Idem de re Ruſt.* exponit *arvum*, quod aratum, nec ſatum eſt. *Plautus Trucul.* Non *arvus* hic, Sed *paſcuus* eſt ager. *Ager novalis* (inquit Paulus) eſt terra proſciſſa, quæ anno ceſſat, & quæ à Græc. ὁ καὶ ἡ νεὸς καὶ νέωμα vocatur. In quo autoritatem Varronis ſequutus videtur, dicentius lib. 4. Lat. Ling. *Ager reſtibilis*, qui reſtituitur ac reſeritur quotannis. Contra qui intermittitur, à novando *novalis ager*. Aut recte ex analogia: *reſtibilis*, à reſtando, qui reſtat: ſicut *proſtibile & proſtibulum* à proſtando. J. C. Scal. in Theoph. de plant. *reſtibilis* ager is eſt, qui tulit ſegetem ac rurſus ſeritur. Plin. 18. c. 19. Hoc in novali atque requieto neceſſarium eſt. *Novale* eſt, quod alternis ſeritur annis. Idem quoque ſentire videtur *Pomp. Feſtus* qui dicit: *Novalis* ager novæ relictus ſementi. Sunt, qui volunt novalem eſſe arvum, tunc primum ad ſementem proſciſſum. Quorum eſt Servius, qui inquit: dicimus & has *novales* & hæc *novalia*. Proprie novales tunc primum arva proſciſſa. Quod ita ſenſiſſe Virgilium palam eſt illo verſu: Tam culta *novalia* miles habebit. Valla l. 6. c. 42. *Vervactum* dicitur, *à ver & actum*: quod vere agitatum ſit, quo tempore in aliis ſit ſeges, Plin. l. 18. c. 19. J. G. Scal. in Theoph. Ab ager fit *peragro*, i. e. agros obeo. Uſitatum *peregrè*: ab antiquo *peregris*. Ulpianus

nus Tit. de Caduc. *pereger* (inquit) factus est. *Peregrinus*, qui multos *agros* pererrat. Hebræis peregrinus est *ridiculus labio* Jes. 28. 11. Quia vulgo peregrinus sermo non intellectus ludibrio est. Idem *Hostis* olim nominabatur ap. Varron. l. 4. & Cicer. 1. offic. qui proprio nomine *perduellis* esset, is hostis vocabatur. *Hostis* apud majores nostros dicebatur, quem nunc *peregrinum* dicimus. Id nomen durius jam effecit vetustas. Exempla è Plauto petuntur. Rud. act. 2. sc. 4. Quur tu aquam gravare amabo, quam *hostis hosti* commodat. Trin. act. 1. scen. 2. Hostesne ac cives comedis? Sed & origo idem innuit, ὅστις, id est, quicunque, peregrinus, qui è variis nationibus. Ab eodem est etiam *Hospes*, flexu Æolico. ὅστις ὅσπις: ut στάδιον σπάδιον. *Hostilitatem* an quis dicat, non meminit J.C. Scal. c. 70. L.L. Usus vero Seneca: an alius veterum, nescio.

Agger ab *aggerendo*, Græce χῶμα. Hebr. אָגַר *agar*, id est, congessit, aggregavit: idque de frumentis potissimum: ut ita agrum quodammodo spectet. Servius 10. Æn. *agger* proprie terra illa, quæ vallo facto propius ponitur. Lips. lib. 2. poliorc. dial. 3. *agger* vocabatur ab ipsa re: quia aggerebant & cumulabant. Posterior ætas *aggestum* dixit: sed & alio genere *Aggestus* in Ammiano lectus. Ab agger est *exaggero*, uti proprie utitur Tertull. l. 1. contra Marcion: *Montes pruinâ exaggerantur*, Porro ut figulus à fingo fit: ita *gerulus* à gero: ap. Tertull. l. 3. contra Marcion. *gerula*. J. Scal. *gerulus* apud veteres non ὁ βαστάζων, ut postea: sed πράττων, καὶ πρακτὴς dictus est, ut Plautus, *Gerulifigulos* dixit gerulos & figulos, id est, πρακτῆρας καὶ πλάστας. *Congerones*, qui aliena ad se congerunt. *Eggero*, non egero: Nempe ut *Aggero*: ut sit discrimen ab *Egero*, *egeris*, *egerit*: ut satisfiat libris veteribus, qui habent *Eggero*, teste Manutio, *Gestio* à gero, gestum, id est, à nimio corporis motu. Hoc est exulto. *Suggestus*, & *suggestum*, à suggero. Significat, quidquid suggeritur: locus editior. Statio *suggestus* coma, cum in alterum aggeritur: πύργος πλοκάμων. *Suggrundia*, quasi *suggerundia*, *gerundia*: *Suggrunda* extrito

I, est

I, eſt pars in tecto prominens : quia ſuggeritur. *Grande* quaſi *gerande:* quando multa *aggeruntur*. Plaut. Caſ. a. 5. ſc. 2. ubi illum ſaltum video obſeptum, rogo, ut altero ſinat ire, ita quidquid erat, *grande* erat. Ad id I. Douza: *Grande* illud, neſcio quid opinione grandius in ſe habet. Peculiariter enim frugum, ac olerum fœtibus convenit: quod & Maronis *grandia* frumenta & *vegrandia* farra ap. Ovid. tum verba illa ſolennia in ſacris ruſticis rite pronunciari ſolita confirmant ap. Catonem: Mars pater, te precor quæſoque, uti tu fruges, vineta, virgulta *grandiri*, beneque evenire ſinas. Pacuvius: Nec *grandiri* frugum fœtum poſſe, nec miteſcere. Ultimo verbum *gero* oritur à χεὶρ, χειρὸς, χερὸς: ut quæ primarium organon eſt, quo aliquid gerimus & ferimus. Gloſſ. *Gerere* χειρίζειν. *Gerones* χειρισταί. Gallis *Manier* itidem à *main*, quod eſt manus.

Aggos, ἄγγος: ab Hebr. אַגָּן, *aggan*, vas latum, & profundum. Aliis Crater. *Aggeum*, ἀγγεῖον.

Agna. Feſtus: pennatas impennataſque *agnas* in Saliari carmine ſpicas ſignificat cum ariſtis; & alias ſine ariſtis *agnas* novas volunt intelligi. Videtur autem prius fuiſſe *acna*, *achna*: & dein *agna*, uti C & G mutuas tradere ſolent operas. A Græco ἄχνη. Ita enim explicat Joh. Auratus, & ex eo Luc. Fruter. l. 1. veriſim. c. 8. Ἄχνη, inquit, apud Græcos acus ſunt & paleæ, minutiſſimum illud quod excutitur in tritura: & ita ap. Ariſtophanem interpretem poſitum. Hæc Fruterius.

Agnes, ἁγνή. A caſtitate aut puritate morum, ἁγνὸς, ἅγιος ab Hebr. חָגַג, *chagag*, id eſt, ſanctificavit, feſtum celerbavit. חָג feſtum. Ita *Catharis*, *catharus*, καθαρὸς, à טָהַר, *thahar* mundus aut purus fuit: טָהוֹר *thahor*, mundus. Item ὅσιος à חָסַר ſacer, pius. Ita etiam *Agatha*, ab ἀγαθὴ. Quippe ἀγαθὸν, nunc bonum ſignificat; per initia pulchrum deſignabat: quod dignum eſſet ſpectatione: ἄγασθαι θεατόν.

Agnus, ab ἁγνός: quod ſit hoſtia pura, immolationi

apta.

apta. Aut ab ἀμνὸς, quod est agnus, ap. Festum. Mutarunt literam discriminis causa. Ἀμνὸς à μῆλος præfixo α στερητικῷ: ut sit quasi ἄμηλος, vel à μνοῦς significante mollem, seu teneram lanam. *Ambegnus* ab agno. *Ambegni* bos & vervex appellabantur, cum ad eorum utraque latera agni in sacrificium ducebantur. Ap. Heb. טָלֶה est agnus: unde Græcorum πιλάνιον, lana, quam agnus suppeditat. Horat. 2. Od. 6.

Dulce pellitis ovibus ——.

Lanigeræ conjuge debet ovis. Ovidius 1. Fastor. Qui à πιλέω faciunt, vix morsum effugiunt.

Ago, ἄγω. Hebr. נָהַג *nabag*, *ag*, id est, duxit, egit, abegit. Sicut δονῶ à נוֹד *nod*, *don*, inversim. *Agon*, ἀγὼν: simpliciter ab ἄγω: Ut ἀγωγὴ, ἀγωγός. Itaque Grammatici hic malè ambages quæsivere. *Agonius* quasi Deus, qui præest rebus agendis, Festus, *Agona* sive agonalia, ἀπὸ τῶν ἀγώνων, i. e. à ludis sive certaminibus Græcorum dicta. Ovid. 1. Fast.

Pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu
Nomen Agonalem *credit habere diem.*
Pars putat hoc festum priscis Agnalia *dictum:*
Una sit ut proprio litera demta loco.
Aut quia prævisos in qua timet hostia cultros,
A pecoris lux est ipsa notata metu.
Fas etiam, fieri solitis ætate priorum.
Nomina de ludis Græca tulisse diem.
Et prius antiquus dicebat Agonia *sermo;*
Veraq; judicio est ultima causa meo.

Ab ἄγω faciunt etiam Græci, ἀγέλη: sed potius ab Heb. עֵגֶל, *egel*, id est, vitulus, bos, qui gregem faciunt. *Actiosa.* suspicatrix ab agendo, ap. Varronem: sicut factiosus. *Age*, ἄγε: militare verbum fuit. Item *apage*, ἄπαγε. Ap. Hebr. est, *Hoi*, vox urgentis, id est, age, δεῦτε, agite. *Igitur* quasi agitur: ut itidem sit exhortationis vox. *Agolum*, Id est, baculus pastoris, Festus. *Agolum*, prius *agelum* fuisse, ex Græco ἀγελαῖον: suspicatur in Festum Jos. Scalig. *Agmen* quasi *agimen*: aut à supino actum *agmen*: ut à stratum stramen, à motum momen. C autem

Digitized by Google

tem & G ſunt literæ cognatiſſimæ. Græcis eſt *ἄγημα*: Heb. אֲגַפִּים alæ, agmina, cohortes. *Lucretius*:

——— *Fluit agmine dulci:*

Virg. — *leni fluit agmine Tibris*: 2. Æn.

Idem — *agmen aquarum*: 1. Georg.

Agmen igitur vox lata. Et vanum, quod *Servius* reſtringit: Agmen (inquit) proprie dicitur ordinata multitudo, ut eſt exercitus. Neque enim in uno loco ſtans, agmen vocatur: aut ſi inventum fuerit, uſurpativum eſt. Hiſce Servii nemo facile credet niſi ſervus forte alienæ opinionis. Ut à fodio fodina: ſic ab ago *agina*, ap. Feſtum. Placidus in gloſſis: *Aginam ſcapum trutinæ, quod eo menſura ponderis agatur.* Ab *abigo* abactum, eſt *abactor*; *ἀπελάτης*: vox itidem *γενική*. Ob eminentiam, Iſidoro eſt pecorum fur: Ulpiano *abigeus*. *Ambigo*, i. e. circumago, ab *ἀμφί*. Cicer. quod *ambigitur* inter peritiſſimos, non eſt difficile. E Lucret. *ambigitur ſtatus* i. e circumagitur, varie agitatur. *Ambages* ab illo circulo aut circuitu. Ariſtoteles vocat *τὰ κύκλῳ*, quæ Latini *Ambages*. Ab *ambigo fit & ambiguum*, id eſt, dubium. Qui enim dubitat, in partes non unas diſtrahitur. Igitur, quando Comicus ait: *ambigunt* de finibus: ſubintelligatur caſus accuſativus. Id eſt, alter agit alterum, ſeu trudit, & quidem varie: hoc innuit AM. Ad hanc faciem etiam formatur *exiguum*, id eſt, quod facile expelli, aut *extra agi* poteſt. Uſitate eſt parvum, leve, tenue. Talia enim exiguntur. Ab *exigo*. Ap. Feſtum eſt *inigo*, ut Græcor. *εἰσάγω*. Sicut *adigo*, *προσάγω*. Hinc *adagium* à Varrone dictum ex uſu veterum interpretemur: quod è ſua prima ac propria ſignificatione *agatur* ad aliud indicandum. Non autem quaſi *circumagium*, utpote quod in ore omnium circumferatur, quemadmodum male ſcripſere: J. C. Scal. l. 3. Poet. c. 84. Dictum quoque idem *abagio*. *Prodigo*, ap. Plautum, i. e. projicio, aut ago: e.g. patrimonium, quaſi nihil curem. Hoc enim infert PRO. *Prodigus*, *prodigalis*, à prodigendo. *Satago*, id eſt, ſolicite ac diligenter ago, quantum *ſat*. Apulejus l. 7. metamorph. *Satis agentes rerum ſuarum.* Quinctil. l. 6. c. 4. vim verbi ita declarat: Afer venuſte Manlium ſuum multum in

in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus jactantem, togam dejicientem & imponentem, non agere dixit, ſed *ſatagere*: Græcis μεριμνᾶν. Ut à verbo abigo *abigeus*: ita à ſatago fit *ſatageus*. Seneca epiſt. 98. Et iſtos ſatageos ac ſibi moleſtos. Ita enim ibi Eraſmus, Gruterus & Lipſius legunt. *Dego* à *de* & *ago* ſemper habet vim ἐλαττωτικήν. Ut ap. Plautum: *degitur* corium de tergo meo. Ita degimus vitam, ævum. Quia καθ' ἡμέραν minus fit, & nos una. Gloſſ. *Degentes*, Διάγοντες, J.C. Scal. l. 1. de L.L. c.32. A breve tranſit in longum, ut *indago*. Et ratio eſt evidens: concreverunt enim vocales duæ. Hæc ille. Mihi ſic videtur: *Indago* per conciſionem dicitur, pro *indagito*, indagitare. Hinc indagavi, indagare: non indigere. Ita ex *ſalito* factum eſt *ſalto*. Ni fortaſſis *agere agare* dictum: ſicuti cumbere cubare. Cæterum & *Vagor* pari formula explanetur. *Vago*, quaſi ve-*agito*, i. e. valde: nunc *vagor*, i. e. ve agitor. Paſſionem enim manifeſto oſtendit. Ergò *vagus* proprie eſt, qui hinc inde agitur, & in diverſa vadit. Feſtus: *Supervaganea* avis vocatur ab auguribus, quia quaſi in altiſſimis ſuperque omnia vagatur. *Cogito*, id eſt, coagito vel ſimul agito. Notat ſerietatem: quia eſt frequentativum. *Terent.* in animo cogitat irata. Alias nude cogitare eſt νοεῖν aut ἐννοεῖν. Propter enim crebram ejus uſurpationem Mens omittitur: interim neceſſario ſubintelligatur. Alioquin cogitare erit συνάγειν, aut aliquanto plus. *Fatigo*, id eſt, fatim agito. *Fatim*, i.e. plurimum, nimis. Inde *fatigo*, eſt laſſo. Ubi enim actio nimia, aut juſto crebrior, laſſitudo conſequitur. *Negito*, quaſi *ne agito*: poſtmodum *Nego*, ut indago, pro indagito. Aut potius à *nec*, *neco*: poſtea *nego*: ad differentiam. Eſt enim negare, dicere, aliquid non eſſe. *Cogo*, i.e. coago. Cic. pro A. Cecinna: *coacti* ſunt ii, qui ab aliquo ſunt unum in locum congregati: quia plerunque ubi multitudine opus eſt, homines cogi ſolent. Terentius *vi coactum eſſe* Phorm. Act. 1. ſcen. 4. A coactum *coagulum*: ut à repactum repagulum: quia cogit, denſatque. *Coquo*, id eſt, *cogo aquam*. In coctione enim humiditas expellitur per calorem. Ex Ariſtotele videre eſt: qui ponit τὸ ὑγρὸν [illegible]

[illegible]

ἀκόβιστον, quod terminatur poſtea ac perficitur coctione: hæc quippe πλείωσις eſt. Neque abludit κυκάω, miſceo. Hebræ. קוג *kug*, i. e. coxit panes placentas. *Cocula* ſunt vaſa coctioni apta, aut lingna arida, Feſtus, *Præcox*, (proprie ante alia *coctum* & maturum) & *præcoquum* ap. Lucill. Varron. Nonium, Nævium. Ut poma *præcocia*, quæ mature coquuntur à calore Solis. *Recoctus*, ap. Horat. 2. Serm. Sat. 5.

—— Sæpe recoctus
Scriba ex quinque viro corvum deluſit biantem,

Ibi Helenius Acro: *Recocti* dicuntur ſcribæ, qui ſæpius, cum pro-conſulibus ad provincias miſſi exercitatiores facti ſunt uſu ipſo & frequentia. Solent autem mitti Quinq; viri, qui cum rediiſſent, vendebant decurias ſuas, & Quinqueviri dicebantur. Quod ſi voluiſſent iterum magiſtratibus apparere, & fructus priores percipere, *cocti* dicebantur. Cumque ſæpius hoc factitabant, *Recocti*: J. Scal. in Catull. *Actutum*, i. e. αὐτίκα, per ἀναδίπλωσιν pro actum. Terent. Andr. 2. ſc. 2. *dictum factum*: Ita & *actutum*. Aut potius, κατ' ἀναλογίαν: ut *verſutũ*, *cinctutum*: ita & *actutum* dicitur. *Stratagema*, στρατήγημα: ab ἄγω & στρατιὰ, vel στρατός. Hoc ab Hebr. שרת i. e. miniſtravit, ſervus fuit: à quo, ſi à ſiniſtra verſus dextram legas, etiam θρησκεία. Etiam θρῆσκος poteſt eſſe à דרש quærere; orare. Religio eſt quærere Deum. Jerem. 29. v. 12. Græci στρατιὰ peculiariter ad ſervitutem militarem traduxere. Hinc στρατιώτης *Stratiotes* & *Stratiota*. Inde Syrus ſuum fecit אסטרטיוטא. Si ap. Græcos ſubſiſtas, *Stratagema* στρατήγημα proprie erit militiæ. *Cicero* vocat conſilium imperatorum 3. de Nat. Deor. *Axis* Ἄξων ab ἄξαι τοῦ ἄγω. *Ambaxi*, qui circumeunt, & catervatim. *Ambaxes* ſive *ambaxi* componitur ex *Am* & *axis*, id eſt, glomerati. Ut ambaxi, ita *Semaxi* dicuntur. Tertull. apologet. cap. ult. Licet nunc *Sarmentios* & *Sarmaxios* appelletis, quod ad ſtipitem dimidii axis revincti ſarmentorum ambitu exurimur. *Hæc ille*. Et ſignificat adeo crebrum in majores illos noſtros & in religione proceres ſupplicium

hoc fuisse, ut in illudium conviciumque venerit. *Sarmentitius* à sarmentis. *Semaxius* à semi & axis. *Asseres*: nostrum (inquit J. C. Scal. in Theop.) vocabulum *asseres* Græcam habet originem ἄξονες. Fortasse indidem deminutivum, ἀξάνιον, & alterum porro ἀξαρίον@. *Idem l. 1. LL. c. 28.* ξ falso negarunt mutari. Namque ἄξονες, asseres, non ab assidendo, ut dixere. Et *Filius Scaliger* in Festum: *Axis, axeris*, ut sus sueris, Jovis Joveris, bovis boveris, nucis nuceris. X in S: unde veteres indifferenter *coassare* & *coaxare* dicunt: Hujus imitatione factum est & *Ascia*, quasi *Axia*, ab ἀξίνη: quod ab ἄγω, ut scribunt. Ni placeat Heb. חָצַב id est, excidit polivit ascia. Etiam מַעֲצָד est ascia, securis.

Ajax, i. αἰας. Ipse enim apud Sophoclem fatetur, se recte nominatum à luctu & lamentatione. Ab αἰάζω: quod est ab αἶ: aut ab Heb. אָח *achi* quod nota παθήματος: à quo etiam ἀχέω, ἄχος. Inde *Achaia*, Græciæ règio & peninsula, exponitur luctuosa aut tristis. Cæterum Virg. eclog. 3. innuit nomen illud *Ajacis*:

> *Dic, quibus in terris inscripti nomine regum*
> *Nascantur flores* ———

Flos, inquam, qui vulgo dicitur *Consolida regalis*, præsertim purpureus, non obscure ostendit literas AI AI: si folium corniculo adhærens paulum explicetur. Ovid. l. 10. Metam:

> *Ipse suos gemitus foliis inscribit, & AI AI*
> *Flos habet inscriptum, funestaq; litera ducta est.*

Ibidem canit idem Ovidius:

> *Tempus & illud erit, quo se fortissimus heros*
> *Addat in hunc florem, folioq; legatur eodem.*

Nempe Ajax Telamonius. Uti iterum Ovid. testatur l. 13. Metamorph. ubi inter alia sic ait:

> *Expulit ipse cruor, rubefactaq; sanguine tellus*
> *Purpureum viridi genuit de cespite florem,*
> *Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus:*
> *Litera communis mediis pueroque viroque*
> *Inscripta est foliis, hæc nominis, illa querela.*

Per *nomen* intelligit, Ajacem: per *querelam*. Τὸ αἶ αἶ: quod ab

ab Apolline ſit impreſſum huic flori, in quem converſus eſt Hyacinthus. Andreæ Cæſalpino & multis aliis, eſt *hyacinthus poetarum.* Theocritus eidyllio 19.

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα καὶ πλέον ΑΙ ΑΙ

Λάμβανε τοῖς πετάλοισι — *Rembertus Dodonæus hiſtor. Stirp. pempt. 2. l. 2. c. 2.* Recentiorum pleriq; hunc *hyacinthum poeticum* appellant, ad differentiam nempe alterius, quem *hiſtoricum* Jod. VVillich. in comm. Georg. Virgilii nominat. At nobis magis placet, hunc *ſcriptum hyacinthum* dici: alterum vero *non ſcriptum.* Theocritus ſiquidem eidyllio 10. hunc hyacinthum vocat *ſcriptum:* καὶ τὸ ἴον. μέλαν ἐστὶ καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος *Frid. Taubm. in 3. ecclogam:* De flore hyacinthi hæc Virgilii accipienda, non eſt dubium traditur enim in flore iſto apparere α & ι: quod primam ſyllabam *Ajacis* conficit. Unde & Nannius *iacintum* ſcribi vult quaſi *ἴacinthi,* id eſt, viola Apollinis. Legatur etiam, ſi vacat, porro Ovid. l. 10. & 13. metam. Plin. l. 21. Nat. hiſt. c 11. Servius in hunc locum Virgilii, Jo. Auratus poeta regius, & alii, qui harum rerum ſategerunt.

Ala ab *axilla:* extrita elementi vaſtitate, uti vult Cicero & J. C. Scal. Sed nimis remotum videtur hoc: uti in dictione *phalanx* monuimus. Fortè *ala* à Græcor. ἴλα, ἴλα: pro εἴλη, quod eſt agmen, turma: ab εἴλω, εἰλέω, i.e. cogo, arcto. Sed enim *alæ equitum* in militia dictæ ſunt, ab *alis* avium. Ut enim *alæ* à latetibus *avium* ſunt conſtitutæ: ita in acie hujusmodi equites, velut *alæ,* muniebant latera: uti docet Veget. l. 2. rei milit. c. 1. Agell. l. 16. c. 4. Si in latio ſubſiſtamus: *ala* commode formatur quaſi *avila,* per contractionem: ab *avis:* quia *alis,* tanquam propriis organis, ſubvehitur avis. Alias *ala* etiam dici poteſt ab עָלָה *halah.* quod eſt aſcendere. in *Niphal* efferri, elevari: quia *avis alarum* beneficio ſurſum movetur, & in ſuperiori tractu provehitur. Neque nihil dixerit, qui *alam* ab Heb. אֵל *el* (quod eſt fortitudo) ducat: cum in aliis omne ſubſidium ac vis avium conſpiciatur. Qua notione ap. Hebr אֵבֶר ala

aut

aut penna, nominatur: quod in ea robur avium fit. Scilicet ab אֲבִיר, quod est robustus & validus. Ab ala *ales*: h. e. qui *alas* habet & *volat*: ut πτερόν. & πτερὸν per syncopen, quasi πέτερον à πέτομαι appellatur. At πέτομαι, ut & ἵπταμαι, ab Heb. עוּף, volavit, trahitur. Ab *ala*, *alare*: & more Æolico *Folare*, *volare*: scilicet ab ὀργάνῳ οἰκείῳ. Aut à *vi* & *alare*. Ratio tamen eodem redit. Similiter ap. Heb. הֶאֱבִיר in *Hiphil* h. e. volare: oritur ab אֵבֶר, vel אֶבְרָה, quod est penna & ala. Neque tamen dissimulo, quod *volare* recta etiam possit fieri עָלָה, *halah*, adscendit: quia *volare* nihil aliud est, quam adscendere & in sublimi alis moveri. Poeticè exponi potest verbis Ciceronis ex Arato, l. 2. de Nat. deorum:

> Namque est ales avis, lato subtegmine cœli
> Quæ volat, & serpens geminis secat aëra pennis.

Alabastrum ἀλάβαστρον: & mutato genere, *alabaster*, ap. Ciceron. Quia propter levorem non facile potest manibus teneri, sed elabitur illico; inde nomen accepit: ab α privante & λαβεῖν, aut λαβή. Formatio κατ᾽ ὀνοματοποιίαν talis est: λαμβάνω, λαβεῖν, λαβή, ἀλαβάζω, ἀλαβαστὸς & interposito ρ ἀλάβαστρον: ἀλάβαστρον *Joh. Gorræus*: Ἀλαβαστρίτης est genus marmoris sic dicti, quod ex eo ἀλάβαστρα vascula conficerentur. *Casaub. Exerc. 14. sect. 29.* Proprie alabastrum, sive ἀλαβαστρίτης λίθος, lapis est candore ac λειότητι insignis, ex quo vasa excavabant & eodem nomine appellabant. *Etymologicum magnum* ait ἀλάβαστρον esse λήκυθον λιθίνην πρὸς μύρων ἀπόθεσιν i. e. vasculum lapideũ, in quo deponebantur unguenta.

Alastor, ἀλάστωρ, qui facit τὰ ἄλαστα quæ non latent & quorum non facile obliviscimur. ἄλαστον, Dorice pro ἄληστον: à λήθω, λάθω.

Albis J. C. Scal. in Hypercrit: Albim mediam secare Germaniam & scriptum est ab autorib. & nomen ipsum id indicat. Quippe ea vox medium significat. Facessant igitur nugæ plebeiorũ, qui ab *undecim* ridicule trahunt, quasi in illum tot flumina exonerentur. Id enim *undecim* Germanica lingua assonat quodammodo.

Album

Digitized by Google

Album ἄλφον. Sabini *alpum* dixere. Et adhuc *Alpes*, à candore nivium, quibus operiuntur. Græcis Ἄλπια ὄρη. Gloss. *Alpes*, ὄρη ὑψηλά. Et quia montes alti, nix facile ibi durat. Hebr. est לָבָן. i.e. λευκός. Inde *Alban*, *albus*, ἀλφός: si vocalis initialis primum legatur. Inde & nomen proprium, *Laban*, i. e, albus, candidus. *Labana*, luna sive albedo, aut tus, aut later. Opidum Sacerdotum in tribu Juda Jos. 15.

Alcides. Ut à Priamo Priamides: ab Anchise Anchisiades ab Ænea Æneades; Sic ab *Alceo Alcides*: Scilicet ἀπὸ τῆς ἀλκῆς: à robore utriusque. Hic propterea *Virgilio* est magnus; *Lucano* magnanimus. Ἀλκὴ, & ἄλξ ab Heb. *jachol* יכל viribus valuit, potuit. Apud eosdem est *Alkum*, אַלְקוּם; ex אַל i. e. non; & קוּם Notat heroem, cui nemo ἀντιστῆναι, aut resistere possit. *Sept. Interp.* est δημηγορῶν. Aliud vero est *Alce*, ἄλκη: nomen animalis. Ab אקו *akko*, ut censet Avenarius: & post eum Georg. Cruciger in harm. linguar. Græci imposuerunt liquidam; ne sit *Acca*. Interpres vertit tragelaphum. Buxtorf. in Lexico, Rupicapram.

Algeo ἀλγέω, doleo, patior frigus, Fest. Nam *frigus* dolorem concitat, adeoque vitalium instrumentorum hostis est acerrimus. *Algor* ap. Tertull. de pallio. *Algus*, *algu*, pro algor in Attio, Nonio, Plauto. Nam & Græcum est ἄλγος. *Alsior* aurula, i. e. frigidior: Ab *alsus a. um. Alga*, quia in frigidis locis proveniat.

Alius ἄλλος. Alterum λ migrat in I. ut in aliis. *Alid* pro Aliud habet Catullus; ut & *alis* pro alius. *Alituta* pro aliter, Fest. *Alter* est *alius uter*: item *alterus* fuit receptum, ἄλλος ἕτερος. Itaque in fœmininis etiam duravit *altera*, *altera*. Etiam *alteruter*, alterutrius & alterius utrius. Nam M. Tullium & in Protagora; & in epistolis, ipsumque Catonē in Orat. de Ambitu, *alterius utrius* scripsisse constat. Itaque cum dicimus, *Alterutrius*; vox illa *alter*, hoc loco non est *Rectus*, sed *Genitivus* casus, & prisco modo amputata vocali cum sibilo. Ab *alter* est *altercari*, h.e. cum *altero* contendere: ubi *alter alterum* litibus fatigat.

Item ab alter *alterare* : & sic alteratio, ἀλλοίωσις. Vox nova, sed elegantiss. & maxime necessaria. Pro ea *Ciceroniani* quidam delicatiores malunt *commutationem*. At hæc multo communior, quam ut ad angustias ἀλλοιώσεως torqueri debeat. Ab *alter* est etiam *adulterium*, quasi ad *alterum*, aut *alterius torum* : quanquam TERIUM non à *Toro*, sed *altero* producitur. Nota coronidis loco, *Alioqui* tertiam esse longam contra vulgi pronunciationem. Ita enim & *Cæteroqui* effertur. Horat. l. 1. serm. Quod Mœchus foret aut sicarius aut *alioqui*. Idem: Mendosa est natura, *alioqui* recta —

Allodium, ap. JCtos. Quibus bonum *allodiale* est, cujus possessor est sine lode i. e. nemini servit. Ita enim exponunt. *Alciatus in pareg.* ostendit à verbo *laudo* esse. At vero qui elegantiorem literaturam cum Jurisprudentia conjungit, non negabit, esse Græcæ stirpis, quasi ἄλλο ἴδιον, ita ut opponatur feudo. Hinc *I. Belvisius* vocat *allodium*, jus proprium & à nemine, nisi à solo Deo recognitum. Alii ducunt ab α litera στερητικῇ & *leudes* sive *leodes* : quod allodii possessor nullius sit vasallus: quasi *leudes* sive *leodes*, vasallos aut fideles notet : à Gallicana voce *leaux* sive *loaux*, ita notante *Cujacio*, initio l. 1. de Feudis. Alii à divisione agrorum captorum, quorum pars dimidia militibus : alia pars promiscuæ multitudini assignabatur, quod nobis sonat, Allen Leuten/ atque hinc ea portio, *allodium*, dicta : Ut refert *Vultejus* l. 1. de Feud. c. 12. Illud vero certum, *allodium* dici prædium optimi juris ab omni fide & servitio liberum, semperque opponi feudo,

Almus ap. Charisium & Festum *almities*, i.e. habitus, rerum : sicut à canus canities. Ab *alo*, ἀλδῶ, ἄλμα. Inde terra, *alma* mater, à Columella l. 3. c. 10. Virgil. 10. Æn. *alma* Ceres, à Virgil. l. 1. Georg. *alma* Venus à Lucret. l. 1. à Virgil. l. 1. & 2. Æn. Ovid. l. 14. Metam. *alma* Maja ab Horat. l. 1. carm. od. 2. dicitur. Gloss. *almities*, αὔξησις ὀργῆς. *Alma*, κλυτή, ὡραία, θρέπτειρα. *Almitus*, ἀνατροφή, ἀναγωγή. *Altellus* est ὑποκοριστικόν. *Altus*, *altulus*, *altellus*. Significat θρεπτόν, τρόφιμον alumnū. Ita vocabant, qui

qui expositi erant, & inveniebantur, qui eos tollerent; Joseph. Scal. in Fest. *Alumnus* & qui ab aliquo alitus est, & qui aliquem aluit, secundum Nonium Marcell. quem carpit Laur. Valla l. 6. Eleg. c. 1. sed audaciter, ut alias sæpe. Et quidem formatur *alumnus*, ab *alitum*: ut autumnus ab auctum. Omitto exempla, quæ pro Nonio faciunt, satis luculenta. Ut Varronis, Taciti, Plinii, Capri in fragmento de orthographia; etiam Virgilii in Ceri: ---- *Communis alumna omnibus*: quod etiam doctiss. Barthius notat. Tertull. l. 4. contra Marcion: *Iohannis alumnas ecclesias*, Gloss. *Alumnus*, οἰκοτραφής, τρόφιμος. Ab *alo* est *alesco*, antiquum in Varrone de rust. *Coalesco, coaleo, coalui*. Olim enim *aleo*, nunc *alo*. Aliis *coaleo*, quasi *cooleo*; sed prius mage approbant. *Oleo* enim in compositis nunquam mutat O, in aliam.

Alnus, ab אַלּוֹן *allon, alno*; quod idem; censente sic Avenario. Tamen Pagnin. & Tremell. Iesai. 6. 13. vertit, *quercum*. Virgil. 6. Ecclog:

——— Proceras erigit alnos.

Et Ovid. 13. Met: longa procerior alno. In aquis non putrescit alnus: & ea propter à Vitruv. l. 2. c. 9. *Immortalis ad æternitatem* describitur.

Alpha, ἄλφα, ab Hebr. *Aleph*, Inde fecerunt τὸ ἀλφεῖν, ἀλφαίνειν, i. e. invenire, excogitare, discere. Aut ab *alaph* אָלַף i. e. didicit, ἔμαθε, ordiens à primis elementis. ἀλφὴ & ἀλφὰ est studium, inventio. Sic etiam Δέλτος, à litera Δ: aut à דֶּלֶת, *deleth*, tabula, tabella, pagina, libri. Isidori gloss. *Delticus*, literatus doctor. Apud medicos δελτοειδὴς μῦς dicitur *musculus*, qui brachium ad superiora adducit, eo quod similitudinem τοῦ Δ repræsentet.

Alsine: ἀλσῶδες, quod delectatur opacis; & gaudet nemoribus. Ἀλσηίδες νύμφαι, i. e. nemorum nymphæ. Talis ea herba, *Alsine*, ἀλσίνη, ἄλσος, i. e. lucus, locus nemorosus, ἄλσος ab Heb. אֶשֶׁל *eschel*, *alsch*, i. e. nemus.

Altum παρὰ τὸ ἁλθαίνω. Aeoles enim, quos Latini sequuti sunt, multas detraxerunt adspirantes. *Alte ligatus*, i. e. suspensus, ap. Nonium. Aut ab Hebr. עַל *al*, quod

Idem. A Rad. *alah*, עלה i. e. *ascendit*, sursum evectus est. item עלז *alaz* est saliit. Vertitur ὑψῶσε Ps. 108. 7. *Altum* ponitur pro cœlo. Virgil. 1. Aen. *Maja genitum demittit ab alto.* Etiam pro mari profundo. Plaut. Mil. ubi sumus provecti ad *altum*. Virgil. 4. Æn.

——*terris jactatus & alto.*

Etiam in sacris : ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, Lucæ 5. 7. Verterunt in *altum*. i.e. ubi maxima maris profunditas. Ut altū: ita etiam ab Hebræo est *salire*; vel si Græcanicis mage delectaris, ab ἅλλεσθαι, i.e. salire, quod est moveri in sublime, vel tanquam medium, vel tanquam metam. Ejus frequentativum *Salitare*, à salitum : unde concisum *Saltare* à saltum *Salii* fuerunt sacerdotes Martis, uti prolixè describit Dionys. Halicarn. l. 2. dicti à *saliendo*, quod ancylia circumgestantes salire soliti sunt. *Ancyle* autem fuit scutum breve, quod Numa Pompilio regnante, de cœlo cecidisse fertur, Ovid. 3. Fast. Jam dederat *Saliis à saltu* nomina dicta. *Salax*, qui salit : ut fugax à fugio : rapax à rapio. Non à *sale*. Etsi hic venerem stimulat: tamen analogia repugnat & autoritas. Tribuitur enim animalibus, quæ nunquam vescuntur sale. Ovidio de Remed. Amor. erucæ *salaces*, non quæ salsos, sed quæ *salire* faciant, ἐπιβαίνειν καὶ ὀχεύειν. Gloss. Philoxeni : salax, καταφερής, καταπύγων. *Salacio*, i.e. libidinosus & impuræ vitæ: ut à *senex senecio* : ita à *salax*, *salacio* : ap. Lips. l. 2. Elect. c. 17. *Salix*, quia saliendo veluti crescit: ob humiditatem, qua gaudet; ut ἰτέα ab ἰέναι. Ap. Ovid. amnicolæ *salices*. *Salicetum*, concise *salictum*. *Lupulus salictarius*, quia *saliendo* quasi in altitudinem vergit. Aut à *Salicto*, cui crebrius etiam increscit. Kilianus in Diction. **Hoppe** ab **Hoppen** vel **Huppen**. *Saltus*, est actio salientis, ἅλσις. Etiam locus incultus & silvosus:, *Saltus*, in quo feræ saliant, à saltum. *Salebra*, ubi crebrius saliendum : locus difficilis transitu, *Saltuatim*, quasi per saltum. *Saltim*, sicuti passim, cæsim, punctim; vulgo *saltem* : cujus significatio est ἐλαττωτικὴ, i.e. deminutiva ; sumta ratio à *saltu*. Agell. l. 12. c. 14. Onomast: *Saltim* πανδήλως. Ianus Guilielm. Verisimil. l. 1. c. 10. multis τὸ *saltim* (repudiato *saltem*) adstruit. Autores

tores (*inquit*) habeo, libros manu deſcriptos, è quibus optimus & vetuſtiſſ. agnoſcit *ſaltim*: nonnulli etiam inductum & repoſitum: quod nunc terimus, habent: Utque à ſupinis *raptu*, *curſu*, *ſenſu*, *receſſu*, *raptim*, *curſim*, *ſenſim*, *receſſim*: eodem plane modo deſcendit à *ſaltu*, *ſaltim*. Et, ut in illis primigenia ſignificandi vis reſidet: ita eadem in hoc non obſcura eſt. Adhibetur in oratione, cum ea quaſi *ſaltu* quodam ab iis, quæ anteceſſerunt ſubito præcipitat, & ſinit in extremum aliquod. Parco adſcribere exempla. Sunt enim ſexcenta in promptu: neq; in iis ullum, in quo non hæc *tranſiliendi* ſive *tranſitionis*, ut Rhetores loqvuntur, vis eluceat. Hæc ille. *Saliſatores* vocati ſunt, quia dum eis membrorum quæcumq; partes *ſalierint*, aliquid ſibi exinde proſperum ſeu triſte ſignificare prædicunt, Iſidor. l. 8. c. 9. Alii legunt, *Salitores*, Gloſſ. *Saliſſatio*, παλμός. Suidas, autor eſt, Poſidonium ſcripſiſſe παλμικὸν οἰώνισμα, i. e. de ratione captandi omnia ex palpatione. Et exſtat libellus Melampodis Ægyptii περὶ παλμῶν. Cœlius & Vives *ſaliatores* vocant: ſed non ἀναλόγως. *Salitores* recta à ſalitum, *ſalio*. At *ſaliſſatio*, *ſaliſſator*, videtur fieri à barbaro *ſaliſſo*. quod tamen à *ſalio*: ut ipſa res edocet. A deſultum eſt *deſultorium*, qua forma nomina & alia fiunt. Sueton. in Jul. Cæſ. Equos *deſultorios* agitaverunt nobiliſſimi juvenes. *Caſſiodorus*: equi deſultatorii, per quos Circenſium miniſtri miſſus denunciant exituros, Luciferi præcurſorias velocitates imitantur. Etiam *conſilium* fit à *con* & *ſalio*: cum plures (ut ſic dicam) *conſiliunt*, aut concurrunt & congregantur, ſententiasq; conjungunt. Et ſic *conſul*, Græcis πρόβουλος aut ὕπατος: uti *præſul* fuerit dictus, Et eſt vero, quur à *con* & *ſolium* aut *ſella* ſagacior dici odoretur. Nam conſulis jam olim inſignia erant ſella curulis, regia, eburnea, in qua jus dicebatur. Etiam *ſedere* (ſedatos notat affectus) magiſtratuum apud tot gentes quaſi proprium. Quo alludunt ἕδρα, πάρεδρος, πρόεδρος, συνέδριον, *conſeſſus*, *aſſeſſor*, *præſes* & alia. Nec non Hebræis יָשַׁב *ſedit*, tot in locis regimen aut imperium indicat. Iul. Cæſ. Scal. lib. 1. de hiſt. Animal. c. 2. A conſidendo *conſilium* Sic

im

in 7. Physic. non stando sed *sedendo* sapientiores fieri nos. Hæc ille. Interim ἀναλόγως fit *Consultum*: sicut assultum, exultum. Lucret. *Consulta resultant.* Ap. Ethnicos *Consualia* à *conso*, quem consilii Deum fecerunt. *Consul, Proconsul*; consuetudine extortum hoc fuit: erat enim per initia *pro consule*: scribit I. C. Scal. c. 32. L.L. *Ianus Guilielm l. 2. c. 8.* Fulloniam (ait) mihi hoc capite demereri lubet, eodemq; elegantem locum Plauti illustrare, primore Penul. a. 1. sc. 1. placet *Consilium.* MI: Immò etiam ubi *expolivero*, magis hoc tum demum dices; nunc etiam rude est. Duo olim fullonum officia erant: vestem eluere & cogere, unum; alterum eandem candefacere. Illud *consiliari* dicebant, & ipsam actionem, quòd *insultu* multo pedum fieret, *Consilium*, hoc *expolire.* Varro de L. L. l. 5. cogitatione *concilium*, unde *consilium*, quòd ut vestimentum apud fullonem cùm cogitur, *consiliari* dicitur: sic *reminisci*, cùm ea, quæ tenuit mens ac memoria, cogitantur, & cogitando repetuntur. Quem locum, ut obiter explicem, à paucis perceptum: *cogitare* (inquit) est *crebrò cogere*, unde *concilium*, quia cogitur: & hinc *consilium* in re fullonia, quòd vestimentum cogat: in animo humano, quod *cogitet*, i. e. multum diuq; cogat ea, quæ memoriâ tenuit. Hæc ille.

Am, ex Græco ἀμφί: prius *ambi*, deinde *am.* Doctiss. Erasm. Schmidt Witteb. multis contendit; *Am* & *an* oriri ex Græco ἄν, pro ἀνά. Verùm ita res habet: Græc. ἀμφί dedit Latinis *Ambi*: quod non nisi in compositis videtur: ut in *ambedo*, *ambages*, *ambitus*, *ambarvalia.* Et dicitur *ambi* κατ' τὸ ἀντίστοιχον: quomodo *ambo* ex ἄμφω. Ex *ambi* contractum est *Am*: iterum in compositis, ut *amputo*, *amburo*, *amplector*, *amicio*, & similibus. Sicuti Græc. ἀμ pariter in compositis apparet: ut in ἀμφορεύς pro ἀμφιφορεύς. *Sed & Theocritus etiam seorsum posuit* (sunt verba I. C. Scal.) ἄμ μέγα. *Et quemadmodum Græci usitatum additamentum* φι *addidere*, ἀμφι *sicuti* βίηφι: *sic nos nostrum TE, ante: sicut ISTE, TUTE.* Hæc ille c. 155. de Lat. ling. Postea familiari mutatiunculâ ex *Am* obtigit *An*: iterum in compositis, ut *anquiro*,

quiro,

Digitized by Google

quiro, anfractus, ancæsa. Ubi *An retinet* significatum *Am*, ἀμφὶ. Fest. *Am, præpositio loquelaris, significat circum.* I. Scal. in Fest. *Am*, præpositio loquelaris est, quæ per se non subsistit, sed cum loquelis. Ita Servius, Probus, Diomedes. Grammatici. Ejusmodi præpositiones sunt, *Dis, con, am, re*, & similes si quæ sunt aliæ. Nam cum loquelis aliquid sunt, per se nihil. *Hæc ille.* Etiam ratione rectius expensa, Eras. Schmidt priorem illam suam opinionem mutasse videtur. Ita enim anno 1622. scribit in Hypomn. Gramm. de præpos. c. 3. *Est Græca propositio Macedonica* ἀμβὶ *pro* ἀμφὶ: *ex quâ Latini prisci fecerunt Ambe: cujus antiquæ præpositionis meminit Varro de L. L.* Jam sive *ambe*, sive *ambi*, dicatur (quamvis τὸ ἀμβὶ, ἀμφὶ, *ambi* mavelit) eodem redit & ita nostram sententiam stabilit.

Amaracus ἀμάρακος, Latinissima vox: originis Hebrææ. â מור *mor, mar.* Lege dioscor. l. 3. c. 74. Plin. l. 12. c. 24. Pari ratione *Ebenus* Græce ἔβελος formatur ab הֹבֶן *Hofen, hoben.* Ergo melius propter ה *Hebenus* scribitur. Cognationem habet cum אֶבֶן *efen*, id est, lapis propter gravitatem. *Ezech. 27. 15.* הָבְנִים *hofnim* id est, Hebenum, interprete Kimchi. Tremell. *Hebenoq; reddebant precium tuum.* Quia autem Hebenus duûm est generum, plurali numero, *hofnim*, ab Hebr. appellatur. Quoad igitur vocem ἔβενος, melius quam ἔβελος. Dioscor. l. 1. c. 111. Plin. l. 12. hist. nat. c. 4.

Amarantus, ἀμάραντος: flos, qui nunquam marcescit; dictus inde immortalis. Ab α & μαραίνω: unde Lat. *Marceo*, aut à ναρκόω. Nisi omnia ista malis ab Hebr. נָמַק marcuit, tabuit. מַק marcor, μάρανσις: item νάρκωσις.

Amazones, ἀμάζονες. Rhodigin l. 9. c. 12. *Amazones*, pro pauperioribus, tenuiori promiscuoq; utentibus victu apud Græcorum scientissimos reperias: veluti qu *mazam* non habeant. Sed & *Amazones* ipsæ possent vi deri inde appellationem ducere; quod nec Eustathio displicet: Quoniam lacertis ac testudinibus, & id genus bestiis alerentur. At tritum, quod à μαζὸς, id est, *mamma*

ma commode ducatur nomen. Plaut. Cur. act. 3. *Classiam unomammiam.* Ita enim Camerar. Lambin. & Doufa scribunt, *unomammiam.* Turneb. l. 27. Adverf. c. 27. habet *Unimammiam.* Etiam Servius notat, Amazones à Tatiano *Unimammas* dici. Et v. *Unimamma* vel *Unimammia* tuetur ἀναλογία. Sicut enim *unimanus, unigena, unicornu*: ita etiam dicetur *unimamma*, non *unomamma.* Quare autem Amazones à *mamma* dicantur & sic *unimammæ*: prodit memoriæ Justin. l. 2. *Virgines armis, equis, venationibus exercebant, inustis infantum dexterioribus mammis ne sagittarum jactus impediretur: unde Amazones dictæ sunt.* Quod etiam Eustath. in Dionys. & alii commemorant. Clariss. noster M. F. Wendelinus eruditè *Amazonas* derivari vult ab Hebr. אָמֵץ, quod significat fortem ac robustum esse. אַמִּיץ robustus. Et verò quia hæc vox exotica, assentior. Non tantùm enim literæ & אַמִּיץ *amaz*: sed etiam ipsa significatio Amazonibus egregiè convenit. Quippe quàm robustæ bellatrices & fortes viragines fuerint Amazones, Herodot. l. 4. Diodor. l. 2. Strabo l. 11. Ammianus l. 22. & alii testantur. Hinc Græcis ἀντιάνειραι dictæ, quæ viris pares sint, aut iisdem obsistere possint. Virgilius inde:

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix; *audetq; viris concurrere* virgo.

Quò etiam facit illud Justini l. 2. *Amazones, ne successibus deesset autoritas, genitas se Marte prædicabant*: ita robur vimq; animæ testatæ. Herod. l. 4. τὰς Ἀμαζόνας καλέουσι Σκύθαι Αἰορπατά. δύναται δὲ τὸ οὔνομα τοῦτο κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν ἀνδροκτόνοι. Αἰὸρ γὰρ καλέουσι τὸν ἄνδρα, τὸ δὲ πατὰ, κτείνειν; i. e. Amazonas vocant Scythæ *Aeorpata.* Potest verò hoc nomen Græcâ linguâ transferri *viricidæ*: *Aeor* enim dicunt virum, *pata* verò occidere.

Ambo ἄμφω. Ap. Fest. *Catampo* genus est lusus. Nimirum, κατ' ἄμφω. Videntur verba *duorum*, qui eum ludum exercebant.

Ambulo propriè est circumeo, hinc inde vagor, aut incedo:

Digitized by Google

tedo: ἀμφὶ, i. e. circum. Ἀμβολία: Sicut αἰ...ολία. In uſu eſt ἀμβάλλω ſicut ἐμβάλλω. Niſi malit quis ἀμπλῶ pro ἀμφιπολῶ, circumeo, luſtro: à πολέω. Gloſſ. ambulat, περιπατεῖ.

Amentum, J. C. Scal. facit ab ἅμμα, verbi ἅπτω l. 4. de c. L. L. c.94. Et fusè Lipſ. l.4. polior. dial. 5. Jacula aliàs manu ſolâ miſſa; aliàs loro revincta, & eo excuſſo adjuta. Id dicebant *Amentum*. Gloſſæ: *Amentum* ἅμμα ἀκοντίων: *Vinclum jaculorum*. Eædem: *Amentum*, ὅθεν κατέχεται ἡ λόγχη: *id quod tenetur haſta*. Feſt. *Amenta, quibus ut emitti poſſint vinciuntur jacula. Ex Græco, quod eſt* ἅμματα, *vel quia aptantes ea* ad mentum *trahunt*. Latini & *Nodum* vocant, ut Silius, I.

Huic impulſa levi torquetur lancea *nodo*.

Statius in tertio:

Frena tenent, duplexq; inſerto miſſile *nodo*.

Item *Anſam*: ut Latinæ Gloſſæ: *Amentum, Corrigia Lanceæ, quæ etiam Anſula eſt ad jactum*. Inde *Anſata* Ennii:

Anſatas mittunt è turribus ——

Iterum:

Poſtquam defeſſi ſunt ſtantes, ſpargere ſeſe
Haſtis *anſatis*:

Habenam etiam alii: ut Guntherus Poeta lib. X.

Qui jaculum valido longe torquere lacerto,
Longius excuſsâ didicere potenter *habenâ*.

Græcorum id inventum eſt Plinio, qui *Aetolum Martis filium jaculum cum amento repperiſſe*, lib. VII. tradidit. Fuit autem non aliud, quàm lorum revinctum in haſta media circiter, quod manui deinde & prioribus digitis illigabant leviter, in emiſſu cum impetu ſolvendum. Quod in media, Serv. *Amentum, lorum, quo haſta media religatur*. Immò Iſidor. *Lanceam* hinc format, *quia æquâ lance, i. e. æquabili amento ponderata vibratur*. Habet enim, ut præmiſit, *amentum in medio*. Et profectò hæc Græcor. μεσάγκυλα, niſi fallor: & ſi quaſi teli certũ genus Gammatici proponunt. Heſych. μεσάγκυλα ἀκόντια. Feſt. *Meſancylum teli miſſilis genus*. Poterant & debebant explicatius; *telum amentatum*. Certè Græcis ἀγκύλη

amentum est, & ἀγκυλίζεσθαι *amentare* propriè, etsi interdum pro jaculo & jaculari usurpant. Strabo l. 4. Ἔστι δὲ καὶ γρόσφῳ ἐοικὸς ξύλον, ἐκ χειρὸς οὐκ ἐξ ἀγκύλης ἀφιέμενον, τηλεβολώτερον καὶ βέλους: *Est etiam* (Gallis) *ligneum telum, hastæ velitari simile, è manu non ex amento missum. quod longius pervadit sagittâ.* Nescio, an *Gesum* intelligat, an aliud levius telum. Xenoph l. V. Anabaseos: τοὺς πελταστὰς παρήγγειλε διηγκυλισμένους ἰέναι, ὡς ὁπόταν σημαίνῃ ἀκοντίζειν δέῃσον: *Potestas jussit amentis aptis tensisq; incedere, ut cum signum daret, jacularentur.* Itaque etiam ante pugnam, promti scilicet parati sic incedebant, strictis illigatisq; amentis ad digitos primores. Seneca in Hippolyto:

> *Amentum digitis tende prioribus,*
> *Et totis jaculum dirige viribus*

Contrà, ubi ignavia aut metus, laxè ea habebant & solutè. Statius l. XII.

> ———Stat debilis altera pubes.
> Summissos enses nequidquam *amentaq;* dextris
> Laxa tenent.

In alacritate & promtitudine bellandi, surrecti enses sunt, & amenta intensa: utrumq; hîc contrà. Quod etiam in pluvia fiebat, & humor resolvebat. Liv. XXXVII. notat, Antiochi copias minus utiles factas, *quod humor arcus, fundasq; & amenta jaculorum molliverat.* Quia amentum igitur roborat & incitat hastam. inde Metaphora Tertulliano, adversus Marc. lib. IV. *Christus amentavit hanc sententiam: non potestis Deo servire & Mammonæ.* Quod est fortiter & serio edixit, & velut amento intorsit. Ita Ambros. VII. Epist. *Intorquenda est illa amentata, non manipularis sententia.* Nec *manipularis* ibi gregarium militem signat, aut eum respicit; sed ipsam comprehensionem, quæ fit manu. Inde *hastæ amentatæ* Tullio & Fabio, fortes & sic ligatæ: denique in Lucano id verbi:

> Cum jaculum parvâ Libys *amentavit* habena.

Amen, ἀμὴν. Totum Heb. est אָמֵן id est, certè, vere. Et inde fluxit Græcor. ὄμνυμι ἢ ὀμνύω, quod est juro: nec non ἢ μὴν, vocula in sponsionibus ac juramentis

nis frequentata, i. e. vere, certe. Num. 5. 22. Et dicet mulier אָמֵן,אָמֵן, *amen, amen* : hoc est, *veritas erit hoc*, *veritas erat hoc* : ut exponit Rabbi David in libro Radicum. Latini dicunt : *sit ita, fiat, fiat*. Deut. 27. 15. 16. sæpius repetitur, tanquam solennis formula : *Et totus populus dicet Amen* : hoc est, firmum ratumque esto, vere fiat : Veritas erit, quod maledictus sit, quicumq; præcepta Dei violaverit. Jerem. 28. 6. *Dixit propheta, Amen, ita faciat Jehova*. LXXII. ponunt ἀληθῶς. Et Jesa. 65. 17. vertunt ἀληθινόν. Deut. 27. γένοιτο : Num. 22. 37. ὄντως. Symmacho idem est, quod ἀληθῶς. Aquilæ πεπιστωμένως. Hieronymus in lib. Nom. Amen, *vere* sive *fideliter*. Suidas : Ἀμὴν, ἀληθῶς, πεπιστωμένως: Addit Phavorinus : ἢ ἀντὶ τοῦ γένοιτο. Immo ipse Lucas amanuensis Christi c. 9. 27. ponit ἀληθῶς : & c. 11. 51. ponit Ναὶ ubi Matth. c. 16. 28. & c. 23. 36. habet ἀμήν. Paulus conjungit ναὶ & Ἀμὴν 2. Corinth. 1. 20. ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν. Thema est אָמַן, i. e. nutrivit : & in Hiphil fidit, credidit.

Amethystus, quia temulentiæ, aut ebrietati resistat. ἀμέθυστος ἢ ἀμέθυσος est, non ebrius, arcens ebrietatem : τὸ μέθυ est, vinum. Uti etiam observat Joh. Langius l. 2. epist. med. epist. 49. Plin. l. 37. c. 9. *Causam nominis afferunt quod usq; ad vini colorem accidens prius, quam eum degustet, in violam desinit.* Theophrastus amethystum vocat οἰνωπὸν τῇ χρόᾳ. Tryphiodorus αἱματόεσσαν ἀμέθυστον, quod colorem diluti cruoris exhibeat. Dionysius Afer πορφυρίουσαν.

Amnis ab ἀμφὶ καὶ νεῖν: quia circumfluit : aut circumnatat. *Antemnæ* dictæ sunt, quod inter *amnes* sint positæ : vel ante se habeant *amnes*, Fest. Gloss. *Antemna*, κέρας πλοίου.

Amo est ab ἅμα, i. e. Simul, una, quod ab Heb. עמם *amam*, quod significat conjunctionem. *Amor* enim est affectus *unionis*, vel quo cum re amata, aut unimur, aut perpetuamus unionem. Ejus causa est species sive repræsentatio, ac forma illa, quæ accidit animo, ut in eo creet dispositionem unionis Ni allubescat Heb. חמם *chamam*, i. e. arsit, incaluit. Virgil. 4. Æneid.

Est mollis flamma medullas.

Idem 1. lib. Æn.

---- *Ardescitque tuendo.*

Oculi enim sunt fenestræ illæ, per quas amor illabitur. Iterum Virgil. l. 4 Æneid.

----*Cæco carpitur igni,*

Horat. quid tibi flagrans amor & libido, Xenoph. l.5. de Instit. Cyri: ὡς τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁπτομένους καίει, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἄπωθεν θεωμένους ὑφάπτουσι, ὥστε αἴθεσθαι τῷ ἔρωτι. Nec in alium sensum illud Propertii acceperim l. 2. Aridus argutum sternuit omen amor. *Aridus amor*, utpote qui igneus, sive calidus affectus est, qui aridos & siccos facit nimium indulgentes. Quod autem nonnulli, aut fortean pauci, existimant, *aridum* vocari propter sonum, quem sternutans edit; nolunt attendere, ita fieri ταυτολογίαν, cum eo referatur argutum: quod Nonius interpretatur *sonans*. Et ubi aridum idem, quod sonans? Lucretii istud nil juvat:

Aridus unde aures terget sonus ---

Quid esset sonorus sonus? Neq; Virgilii 1. Georg.

---- *Aridus altis*
Montibus audiri fragor ---

Servius enim: *aridus fragor* est sonitus, qualis solet fieri ex aridis, cum franguntur, arboribus. Omne enim quod aridum est, cum frangi cœperit, nimium efficit sonum. Quod dictum etiam aliqua de Lucretio putetur. Ab amo, *amatorium*; ut poculum amatorium, usitate. Medicamentum amatorium, ap. Tranquill. c. 1. in Caligula. Etiam sic nude, *amatorium*, ponitur pro philtro, in Quinctil. l. 7. c. 1. & 8. Plin. l. 15. c. ultim. Plutarch. in salub. præcept. φίλτρα καὶ γοητείας vocat, Horat. in Epod. modo amoris, modo desiderii poculum appellat. Ut contra *odii potio* fingitur à Quinct. declamat. 14. Gloss. φίλτρον, *amatorium*. Alias φίλτρον illecebra amoris à φιλεῖν. *Amasius*, ut ait Isidor. l. 10. quod sit pronus ad amorem. Formatur *amasius*, *amatius*: hoc ut novitius, novitius, quorum hoc in usu est. Cæterum ut Lat. sic etiam Græcanicum ἀγαπάω commode ab עָגַב *agab*,

ἠγάπη, i. flagravit amore, adamavit. Ab amo eſt *amita* J. C Scal. c. 29. L. L. Cic. in Lælio: *Amor*, ex quo *amicitia* nominata eſt, princeps eſt ad benevolentiam conjungendam. *Idem Part.* amicitiæ charitate & amore cernuntur. Nam cum deorum tum parentum patriæque cultus, eorumque hominum, qui aut ſapientia aut opibus excellunt, ad *Charitatem* referri ſolet. Conjuges autem & liberi & fratres atque alii, quos uſus familiaritasque conjunxit: quanquam etiam charitate ipſa, tamen *amore* maxime continentur. *Amicus* olim etiam *amæcus* ſcribebatur: quaſi ab ἅμα & οἶκος, hoc eſt, qui juxta domum noſtram habitat. Quomodo alias domeſticus & familiaris dicitur Joſ. Scal. *amicus* compoſitum eſt, *amæquus*, vel, ut ipſi ſcribebant, *amecus.* Porro *Amor* Græcis ἔρως *Eros*: ἐρᾷν Platoni ab εἰσρεῖν. Aliis ab ὁρᾷν: ex illo:

——— *Oculi ſunt in amore duces.*

Item: *ut vidi: ut perii.* Quod verum eſſe nemo dubitat. Ab ἐρᾷν, ἐραστὸς, ἐραστὸς, *Eraſtus*; ſicut & *Eraſmus*: Poſt etiam *Aſmus.* Zelotypus, ζηλότυπος, quaſi ζήλῳ τυπεὶς, fervore percuſſus. *Zelus* eſt vehemens quaſique ardens affectus: à ζεῖν λίαν. J. C. Scal. Ex. 317. ſ. 1. *Zelotypiam* Græci vocant hoc, cum metuimus; ne de amatæ rei exturbemur poſſeſſione. Propterea M. Tullius interpretatur *obtrectationem.* Ubi nos in metu ponit ſuſpicio alienæ *tractationis.* (Petronio *eſt furioſa æmulatio.*) Hoc neq; eſt amor, neq; amoris pars: neq; ex amore oritur; ſed ex ſuſpecta amicæ fide. Iccirco Græci ſcito conſilio, duplici voce indicarunt. Æmulationem ſignificat Ζῆλος, non amorem: τύπος autem figuram potius, quam rem notat. Idem Ex. 310. ſ. 2. Amans cum amata re unum eſſe, quoad licet, appetit. Quocirca & hærent, & corpora conferunt: & ſpiritus duos oſculorum conjunctione, unus ut ſit, faciunt. Id quod amoris fundamentum cum putarent eſſe veteres ſapientes, *Baſium*, Græca voce nominarunt, βάσις *Baſis*: à βαίνω βῆμι. Alias baſium Græcis eſt φίλημα.

Amplus ab ἀμφιλαφὴς, qui utrinque capitur, circumcir-

ca patens, plenus J. C. Scal. in Theoph. de plant. *Amplum* significat manum quidem, sed capax. Dicimus porticum, navim, utrem, dolium ampla. Amplum saxum non dicam, neque saporem amplum. Tractum à maris spatio, ἀνάπλοος contracte ἀνάπλους, πλόος, πλοῦς, πλέω, πλώω. Hinc *amplius*, *ampliare*, *amplificare* qualia sint, facile noscitur. Gloss. *Ampliatus* ηὐξημένος: *amplificus*, μεγαλοφυής. *Exemplum*, cum ex ampla materia addimus in unum similia, inquit J. C. Scal. in poet. Isidori gloss. *Exapla*, exempla. Ad istam originem pertinet etiam *Aplustre*. Festus ita: *Aplustria* navium ornamenta: quæ qui erant *amplius*, quam essent necessaria usu, etiam *amplustria* dicebantur: Gloss. *aplustra* πλοίου πλοίου. *Hein. Stepp.* ita colligit Dionys. ἄφλαστα, πλοίου πλοίου. Jam ἄφλαστον est summa pars navis: ab α & φλάω, quod non facile contundatur: alii, quasi εὔφλαστα. Hinc paucis literis mutatis Latini *aplustre* vocant ἄφλαστον.

Amurca, ἀμόργη: sordes olei. Virgil. 3. Georg.
----nigra perfundere amurca. ἀμέργω est proprie exugo oleas, & amurcam exprimo, inquit Græcus. Quod si edictum prætorium esset, nemo repugnaret forte. At quia mera conjectatio: etiam mihi & tibi liberum aut licitum, quod aliis. Sic igitur: primum est μέργω: postea ἀμέργω, & ἀμόργη: item μέργνυμαι, ὀμέργνυμι. Ab Hebr. מָרַק *marak* i. purgavit, detersit, expressit מָרָק *marak*, liquor, vel quidquid abstergitur, aut expurgatur: uno verbo, amurca. Erit itaque μέργω & ἀμέργω generatim purgo, vel abstergo. Quomodo etiam exempla docent: quæ conferre huc non libet, ne cistellas aliorum expilare videar. *Amurca*, quod detergitur, ut ζωμὸς, item κατ' ἐξοχὴν, sordes olei.

Anas, *anatis*, media brevi: quia avis undis amica à *no*, *nato*: sicut νῆσσα ἀπὸ τοῦ νεῖν: unde & *nare*, *natare*. Pet. Arbiter: Et pictis *anas* enovata pennis: ex quo discis quantitatem mediæ.

Anathema, ἀνάθημα, i.e. donarium, ornamentum, quod adjicitur. Ap. Aristot. ἀνατεθειμένον, est repositum inter donaria, ut vertit J. C. Scal. l. 9. Hist. c. 11. Plato conjungit

jungit ἀναθήματα. Lucæ 21.5. λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι. *Anathema* ἀνάθεμα, id est, homo execrandus, rejectus. Tertull. ἀνάθεμα vertit *devotamentum*. Quia vero ab eodem verbo τίθημι ista ambo, videntur conciliari posse, ut una & quidem princeps significatio exstet. Scilicet ut ἐπίθημα & ἐπίθεμα: σύνθημα & σύνθεμα: sic ἀνάθημα & ἀνάθεμα. Ut sit, quod sursum ponitur vel additur, vel dicatur, ut ita ἀνάθεμα sit homo summo Christi judicio addictus aut relictus. Videatur Beza in Epist. ad Rom. c. 9. 3.

Anculare, ap. Fest. i. ministrare. Inde *anculi*, tanquam ministri quidam: *anculæ*, id est, ministræ: postmodum flexu deminuto *Ancillæ*: ut teneræ tenellæ; osculum, oscillum. *Ancillariolus* ap. Martial. ut à fari fariolus, hariolus. *Anclare*, pro *anculare*; estq; *antlare* diversum, ut postea dicemus. Ducitur ab ἀγκών, i. e. manus, cubitus; ἀγκύλος. Sicut *amanuensis* ita *anculus*. Nam opera manus administra tanquam organi organorum omnia opera fiunt, ac servitia peraguntur. Jos. Scal. *anculare*, ἀπὸ τῆς ἀγκύλης, à ministratorio vase. *Turneb.* multi censent dicendum esse *antlare* & *exantlare*. A quibus dissentio, & *anclare* puto esse *anculare*, i. e. ministrare. Unde & *ancillarum* nomen l. 3. advers. c. 10. Livius Andron. ap. Fest. Florem *anculabant* Liberi ex carchesiis. Quod si ab ἀντλεῖν deducitur, ut Festo videtur, certe litera mutatur. Jovian. Pontan. ab *anno*, *anniculo*, *anculo*, facit tam inepte tam remote; ut verba asscribere pigeat: præsertim cum vera jam origo data sit.

Androsæmum est è genere Hyperici, ita dictum, quod ejus folia attrita similem *humano sanguini* liquorem fundant, ἀνδρὸς αἷμα. Ab eodem ἀνὴρ fit etiam *Androsaces*, quasi ἀνδρὶ ἄκος φέρουσα, i. e. homini remedium ferens: quod & Germani sua nomenclatione indicant.

Anemone, ἀνεμώνη, herba cujus flos admodum caducus, etiam quovis ventulo. Aut quia ab hoc iste peculiariter aperiendus. *Anemone* (inquit Joh. Renod. de mat. med. l 1. sect. 4. c. 26.) dicitur *herba venti*: quod ejus flos non nisi vento flante se diducat. Ab ἄνεμος κατ' ἐξο-

Digitized by Google

ἐξοχὴν. Ἄνεμος נפח *naphach*, spiravit, flatum edidit. Græcis ab ἄω. A sono spirandi. Ab ἄνεμος fit *Animus*. Ab hoc anima, ut ab herus, hera: à dominus, domina: à rex regina Primo suo significatu *animus*, aut *anima*, est flatus, halitus, πνοὴ. Plaut. Asin. act. 5. scen. 2. fœtet anima uxoris, i. e. halitus. Lucret. l. 1.

Ex igni, terra atque anima, procrescere & imbri.

Idem l. 5. Ventorum pavidus paces animasq; secundas

Cato: *Si Deus est* animus *nobis ut carmina dicunt:*

Animus, i. e. πνεῦμα, Spiritus. Cic. 1. Tusc. *Et agere animam & efflare dicimus*, Virg. 2. Georg. Quas *animosi* euri assidue franguntq; feruntq;. Idem 8. Æn. *Quantum ignes animæq; valent*--Et 10. Æn--*Sanguisq; animusq; sequuntur*. Et clarius adhuc de *Æolo*, qui ἀνέμοις ἀνάσσει--*mollitq; animos & temperat iras*. Horat. *Impellunt animæ lintea Thraciæ*, i. e. venti vel auræ. Arnob. l. 1. *Numquid suas animas expiraverunt venti*. Pers. Satir. 1. --*pulmo animæ prælargus anhelet*. Animæ, id est, spiritus, aut aeris τ̃ ἀνέμου. Apul. l. 2. metamorph. est *ventus inanimis*. Deinde ψυχὴ ἡ ἐντελέχεια πρώτη τ̃ ζώου, dicta est *Anima*. Quomodo Hebræis anima est נֶפֶשׁ, *nephesch*, anhelitus, vita. Item רוּחַ, *ruach*, est anima, spiritus, ventus. A רוּחַ, spiritum emisit, spiravit. Et נְשָׁמָה anhelitus, flatus, anima. Inde opinio Philosophor. extitit: quod anima sit ventus quidam aut halitus. Propterea etiam vitales *auras* dixere: & divinæ particulam *auræ*. Varro: ap. Lactant. de opific. Dei c. 17. anima est *aer* conceptus ore, defervefactus in pulmone, tepefactus in corde, diffusus in corpus. *Seneca* epist. 1. quid est aliud animus, quam quodammodo se habens *spiritus*? Enimvero non incommode dictum. Nam passim anima etiam à nostris finitur, *spiritus*, πνεῦμα. Vita quæ ab anima, conservatur per flatum & spiritus vitales. Etiam in Sacris Gen. 2. 7. anima est נִשְׁמַת חַיִּים πνοὴ ζωῆς Nazianz. ψυχὴ θεῦ κρείττονος ἄσθμα. Etiam Deus ipse spiritus est: cujus anima nostra imago. Proba igitur animæ nomenclatio.

Digitized by Google

tio. Proinde Tertull. l. de an. c.5. Stoicos (*inquit*) allego, qui *ſpiritum* dicunt animam, pæne nobiſcum: quia proxima ſunt flatus & ſpiritus. Idem Tertull. l.2. contra Marcion. animam diſputat vocari oportere potius *afflatum*. Ab anima eſt *animal*. Pro quo uſurpant & *Animans*. Melius, ſi legatur *Animas*, atis: ut *prægnas*, *primas*, *optimas*, noſtras. I. C. Scal. Ex. 216. ſ.1. uſus tyrannide corrupta eſt vocabuli ratio. Eſt enim *animans* activo flexu. Quid igitur? Animatne animalia, an potius animantur; Magnanimus, qui eſt magni erectique animi, Græcis μεγαλόψυχος & μεγαλήτωρ: Ita *puſillanimis*, ὀλιγόψυχος, puſilli & abjecti animi. 1. Theſs. 5.14. *Conſolamini puſillanimes*: Ibi Syrus: *recreate parvos animo*.

Angelus, ἄγγελος, id eſt, nuncius, ἀγγέλλω, nuncio. Gloſſ. *Dilator*, μηνυτὴς, ἄγγελος. Spiritus illi ætherii, ſive πνεύματα λειτουργικὰ, dicuntur Angeli: à fine, vel ſaltem officii parte Auguſt. in Pſ.104. Quæris nomen hujus naturæ? Spiritus eſt. Quæris officium? angelus eſt. Ab eo fit etiam *Evangelium*, quia bona, aut grata nunciat. Suidas, εὐαγγέλιον τὸ κάλλιστα διάγγελλον. Heſych. εὐαγγέλια exponit μηνύματα καὶ κηρύγματα. Ap. Græcos invenio vocem ἄγγαροι: & ἀγγαρεύω, à quo recens Latinum *angario*, i. e. cogo ad operas, vel miniſterium. Item *angaria* ap. Agell. l.19. c. 14. A Perſis eſſe volunt. Forte à Græcis, ad Perſas. Nempe οἱ ἄγγαροι pro ἄγγελοι. Nam L & R in omnib. linguis ſæpe invicem commutantur. ἄγγαροι, i. e. nuncii, miniſtri. Heſych. ἄγγαρος, ἐργάτης, operarius: ὑπηρέτης, miniſter: : ἀχθοφόρος, bajulus: & proprie ὁ ἐκ διαδοχῆς βασιλικὸς γραμματοφόρος. Eſther 8.10. *miſit literas curſores celeres, equitantes in equis argariis, regios curſores, natos angariis*. His duabus vocib. (inquiunt Tremell. & Jun.) definiuntur curſores *angarii*, quales in Perſide ſtativis locis erant diſpoſiti, reſte Herodoto l. 8. Primum enim *regii curſores* dicuntur à functione: perſice *Achaſchterani* ſive (ut Suidas vocat) *Aſtanda* pro *Achaſchtandæ*, quod ſonat regios fugientes. Deinde dicuntur *nati angariis*, i. e. viris, qui angariorum & parangariorum, aut lati curſus ſervitute tenebantur. Quia iſta ſervitus here-

ditaria erat & in familias perdurabat. Etiam Beza hoc verbum, *Angario*, de industria retinet Matth. 5. v. 41. Primum, *inquit*, quia Latinum nullum habeo, quod satis vim Græci exprimat. Deinde, quia Ulpianus etiam JCtus illud non repudiavit l. XL. pandect. De privilegiis veteranorum. *Et post*: A verbo Hebr. נָגַשׁ, *nagas*, fortassis translatis literis *Angaria* vocabulum Persicum deductum & Græcum ἀγγάω, ango. De *angaria* potest etiam legi Joh. Drusius præterit. l. 1. Jos. Scal. infragm. BerosI: Vox est Persica אֲגַר. unde אִגֶּרֶת pro אִנְגֶּרֶת, epistola. Matth. Martin. in Lex. Puto originem esse Syram. Nam נְגַר est trahere. In Aphel, אַגַּר: & resoluto Dages, *Angar*, trahere ad iter.

Anus & *Annus*, idem cum circulo. Prisci duplicabant sæpe literas discriminis causa: sicuti hoc nomen varie accipitur. Deminutum est *anulus* & *annulus*: *anellus* & *annellus* Plaut. pœn. Incedunt cum *annulatis* auribus. Ab AM ἀμφὶ, i. e. circum. Aut ab Hebr. ut dicetur. *Am* in priscis codicibus, ut & Gloss. visitur. Ἀμφὶ, ἄμ, quod Theocritus seorsum posuit ἄμ μέγα: ita citante I. C. Scal. de L. L. c. 155. Cato: *Am* terminum, i. e. circum. Sic ap. *Plaut. act. 1. sc. 1. Menæch. anus*, ut vetus scriptura habet, nihil aliud fuerit, quam compes. Quo etiam significatu *annulum* capit Martial. l. 3. 29. Item l. 11. 38. & alii. *Anum* item podicem, ejusdem videri originis dico: præsertim cum & Græcis δακτύλιος dicatur: & plerisq; aliis populis utrunq; significet & annulum & podicem: neq; aliter esse in Syriaca lingua monuit in Varr conject. Jos. Scal. Ap. Hebr. טחורים *thechorim* sunt nates, anus: & postea *thechorezahab*, annuli aurei, Güldene Ringe / 1 Sam. 6. 8. 17. quod notavit etiam Elias Hutter. Sed & *anus*, id est, vetula, ab *annis*: aliis antiquitatum paulo rudiorib. ab α & νοῦς. Festus: *Anatem* morbum anuum dicebant, id est, vetularum. *Anas*, γῆρας, *anitas*, γεαότης: *anet*, γηρᾷ, in Gloss. *Varro*: Tempus à bruma ad brumam dum sol redit, vocatur *annus*; quod ut parvuli

vuli circuli, *annuli*; ſic magni dicebantur *anni Macrob. l. 1. Sat. c. 14.* Attejus Capito *annum* à circuitu temporis putat dictum: quia veteres *AN*, *AM* pro circum ponere ſolebant, ut Cato in orig. orat. Pari ratione. Heb. שָׁנָה *ſchanah* annus vocatur à mutatione ſeu revolutione. Radix eſt שָׁנָה *ſchanah*, i. e. mutavit, iteravit. Sic Græcis quoque ἔνος & ἔνος, nec non ἐνος, & ἐνος, & ἐνιαυτός, ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ ἰέναι, id eſt, quod in ſe redeat, more circuli. Ab anno eſt *annotinus*, ap. Colum. l. 4. c. 24. ut ab hornus hornotinus. Gloſſ. *Annotini*, ἐτησίαι, ἐνιαύσιοι. Et rurſum ab annus *annalis*: ut ab hiems hiemalis, à dies dialis. Ergo *annalis*, proprie ad *annum* pertinens. Hinc *annales* ἐνιαύσιοι: ſicut à die *Ephemeris*, ἐφημερίς: ἡμέρα. *Annona*, i. e. res frumentaria quæ *anno* provenit. Heſiodo, βίος ἐπηετανός. Quid *annus vertens* ſit, docet Cic. in ſomn. Scip. Cum ad idem, unde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint eandemque totius cœli deſcriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere *vertens annus* appellari poteſt. *Anniculus* (inquit J. C. Scal. l. 4. de c. L. L. c. 95.) non deminuit annum, ſed notat parvitatem ſubſtantiæ, cujus motum anni quantitas metitur ἐνιαυσιαῖος. Idem c. 98. *Bimus*, *Trimus*, *quadrimus*, ab anno ducta, non facile eſt dicere, ſalva verecundia ineptiendi, quare producant primam, niſi propter conciſionem. Gloſſ. *Bimum* διετής. Utque *biennis*, *triennis*, *quadriennis*, fiunt ab *annus*: ita ap. Græcos ſimiliter διετής, τριετής, τετραετής ab ἔτος oriuntur. Pariter etiam *Horno* eſt τῆτες & τῆτα, i. e. hoc anno, τῷ ἔτει. *Quotannis*, ἀμφιέτες, i. e. *quoto anno*. Qua forma etiam *Quotcalendis* dicitur ap. Plaut. ſtich act. 1. ſcen. 2. Ab annus *annare*, *perannare*, *perennare*, i. e. proprie *per annum* durare & inde diu durare. Quomodo Græcis διετίζειν & διενιαυτίζειν. *Anna Perenna* (ab annis) dea pro more Gentilitatis. Ovid. l. 5. Faſt.

Nec mihi parva fides: hinc *annos* iſſe priores:
Anna quod hoc cœpta eſt menſe *Perenna* coli.

Idem — placidiſum nympha Numici:
Amne perenne latens *Anna perenna* vocor.

 Ubi.

Ubi geminum dat etymon. Unum ab *anno & perenno*: quod bona perenniaque tempora iſthæc dea largiatur: alterum, quod *anne perenne* lateat. Macrob. l. 1. Sat. c. 12. Eodem menſe Martio ad *Annam perennam* ſacrificatum itur, ut *annare perennareq;* commode liceat. Hæc ille.

Perenne eſt, quod toto anno minime deſit. Vox paſtorum, qui cum torrentes æſtibus deficere viderent, perpetuarum beneficium aquarum hoc nominis per univerſum anni tractum traduxere; ait J. C. Scalig. in The. de plant. Aliud eſt *Peremne*, quod M. jure retinet; qua fit ab *amnis*, & diverſi ſignificatus ab illo. Feſtus: *Peremne* dicitur auſpicari, qui *amnem* aut aquam; quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſit. Ad illud Joſ. Scal. *Peremne* auſpicium duplex, univerſum populi cum Idibus Martiis amnem auſpicato tranſiret, & *Annæ Perannæ* rem divinam faceret, ut *annare, perennareq;* commodice liceret: alterum magiſtratus; cum ſcilicet magiſtratus amnem auſpicato tranſirent, quotieſcunque quid in campo agere vellent. *Cic. l. 2. de div.* Bellicam rem adminiſtrare majores noſtri niſi auſpicato, noluerunt. Quam multi anni ſunt, cum bella à proprætoribus & proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Itaque nec *amnes* tranſeunt auſpicato, nec tripudio auſpicantur. *Solemne*, ſi tale etiam notet, i. e. ſacrificium apud antiquos, quod ſolum ad *amnem* fuerit peractum, ſane M merito retineatur. Si vero, ſicut imprimis olim ac hodieque de annua & celebri quadam feſtivitate, aut ſacro uſurpetur: quidni *ſolenne* amplexemur? Animi cauſa aliquantulum excurrere lubido eſt. Et quidem *ſolenne* ducitur à *ſolum* & *annus*: quia cum pompa quapiam & ritibus peculiaribus *ſolum* in anno fiat. Itaque hanc ſcriptionem magnopere ſuadet nobis & origo & εὐφονία, & analogia, pariaque exempla. Dicimus quippe *annus, annuus, quotannis, bienne, trienne, ſexenne, decenne*: ita quoque *ſolenne*. Nihil hic urgeo conſenſum eruditorum, qui ὁμοθυμαδὸν τοῖς NN, delectantur. Alii tamen magna nominis contra *ſolemne* invehunt; quia in vetuſtis codicibus, ac monumentis reperiatur. Et fatetur *Manutius* libros habere *ſollemne*

cum

cum L.L. & M ante N contra analogiam, ſicque ſcribendum ait, propter antiquitatem. At vero hæc ratio non efficaciter agit. Quod enim à ſequenti ætate nitidiora & correctiora facta? Si ſit opus, exempla plurima in propatulo verſantur. Inſtar multor. unus eſto Virgilius, qui paulo agreſtem aut aſperam Ennii ſcribendi rationem ad ſummam uſque divinitatem perduxit. Igitur inculta illa antiquitas nobis legem non figit. Sed nec in omnib. monumentis libris ac lapid. *ſolemne* habetur: loquor autem de ſacro anniverſario, non de eo, quod juxta amnem celebratum ſit; tunc enim *ſolemne* reſpectu originis prævalet. Unde enim extitiſſet *ſolenne*, ſi nullius plane autoritas ſubſidio ſit, vel manuſcripti, vel ſaxi, vel ſtatuæ, vel alterius? Sed quia cauſam iſtius γραφῆς altius venantur, uti facit *Caſp. Rothius* in de orthogr. Manutii: age, quantum roboris inſit, paululum attendamus Ajunt: *ſollemne fieri oportere: quia ſit ab Oſcorum Sollon.* Atqui nos non Oſcorum, ſed Romanor. idioma addiſcimus. Nec ignoramus, quod poſterius, i. e. politius ſeculum ex Oſcorum, Umbror. & ſimilium ſermone, aurium & facilitatis gratia, multa detraxerit, & immutarit. Scimus etiam, quod Oſci acceperint ab Æolenſibus; puta ab ὅλον: ut ita *ſolenne* priorem, i. e. Græcam originem melius præ ſe ferat. Atque ea cauſa eſt, quod ſæpiſſime unico L. legatur: quod ipſi Oſci *ſolum* pro *ſollum* crebro protulerint. Taceo, quod antiquiſſimi conſonantes non geminarint, ut fatentur illi contra ſentientes. Quod ſi ita eſt; non intelligo, quur de ſententia *Manutii*, *ſollemne* propter antiquitatem præferatur. Quia Antiquiſſ. conſonantes non geminarunt. Quod autem M imponunt, cauſam afferunt varie. Nonnulli, quia ſit ab *amnis*. Sed jam ante monuimus, quod hic ſpectemus *ſolenne*, non tanquam ſacrum juxta amnem inſtitui ſolitum; tum enim malumus, *ſolemne*: verum intelligimus ex uſu eruditæ antiquitatis feſtivitatem annuam. Virg. ſolennes dapes Ovid. 2. Faſt. ſolennia dona. Ibidem: Feſtum *ſolenne*, i. e. annum. *Feſtus* evidenter: *ſolennia* (inquit) ſunt ſacra, quæ certis temporibus *annuique* fieri ſolent

Ergo

Ergo hujus reſpectu, non ab *annis*, ſed *annus* eſt. Inſtant; *etiamſi ab anno deducatur, nihil tamen obſtare videtur, quo minus cum MN ſcribi poſſit. Annus enim, inquit Pontanus, olim non duobus NN ſcriptum fuit, ſed cum M, ante N. Amnus. Ex AM enim eſt, id eſt, circum quod in circulum rediret. Et hoc patet ex bimus & trimus quæ ſunt quaſi biamnus & triamnus. Et licet annus, ut quidam volunt à Græco ἔνος ducatur: hoc ipſum tamen ab ἀμφὶ & νῦ eſſe nullus dubito: ut prius fuerit ἄμνος, deinde ad differentiam factum ſit ἄννος, tandem ἔνος. Hæc ille.* Ubi ſane reſponſio facilis eſt: Falſum eſſe, quod olim *Amnus* ſcripſerint. Nam ſemper & ubiq; *Annus* differentiæ cauſa exararunt. Quod & libri & tabulæ antiquæ ſatis confirmant, adde & compoſita, ac derivata; ut *ſexenne, bienne, annuum, annona, annare, perannare.* Ubi aliquis hic unquam M ante N conſpexit? Parum itaq; fidei hoc loco habemus *Pontano* alioquin doctiſſ. niſi ὀφθαλμοφανῶς illud probaverit. Nec quidquam efficitur, licet ab AM, ἀμφὶ derivetur, quod γνήσιον eſſe libenter concedimus: quoties enim ex M fit N in derivatis & compoſitis? Ecce dicimus, *Anceps, Ancisus, anquiro, anhelo, anfractus*: quæ non aliunde ſunt, quam ex Græco ἀμφὶ. Similiter *Annus*, non *amnus*, ut ſit diſcrimen ab *amnis*: Ita CUM, IN, & ſimilia, quoties in alia elementa vertuntur? Ut *comedo, comitium, concio, connitor, corrugo, colligo.* Item *immortalis, imbuo, imprimo, immoror.* Eadem lege M in N mutatur in ἀμφὶ. De Hebr. certum eſt, ſicut & Græcis, ut ante conſignavimus, quod N ambo retineant, & manifeſto Rom. *Annus* reſpondet Græc. ἔνος: quod ab ἐν, ſicut ἐνιαυτός. NUS autem minime fit ἀ νῶ: ſed eſt terminatio ultima, qualis linguæ cuivis propria velut, & peculiaris. Ubi vero uſpiam etiam πολυΐςωρ aut ὑποΐςωρ deprehendit, αἶνος, vel ἄμνος: licet interim ab ἀμφὶ aliquis libere permittat fieri? Illud quoque, quod adjicitur, de *Bimus* & *Trimus*, merum κενοφώνημα eſt. Nam per conciſionem *Trimus* factum eſt è *Triennis*. Poterant *Trinus*, ut elementum radicis maneret; ſed impedimento erat *Trinus* à *Ter*; ut *Binus* à *Bis*. Ita nihil ſine cauſa caſtiſſima

&

Digitized by Google

& venerabilis introduxit antiquitas. Ultimo, quia fundamento iſti ceu præcipuo,(puta ſcriptionem *Amnus* pro *annus*,) diffidunt; aliud quærunt latibulum, & malunt fieri ab ἱμιὸν pro σεμιὸν. E quo trepidationem animi facile quis colligit; qunado ab orbita recta exceditur. Eſtque illud argutius dictum, quam verius, ut ipſi prævident. Ideoque tam facile rejicimus, quam facile aſſerunt; & concludimus, quod *ſolemne* ſcribendum pro *ſacro ad amnem: ſolenne* pro ſacro annuo, aut feſto: Idque propter originem, & Euphoniam, & analogiam, & antiquitatem, & uſum, & denique quia rationes imbecillæ ſunt omnes, quibus aliam ſcriptionem nobis obtrudere ſatagunt. Nunc ad alia. Ab *anno* fit etiam *Bidens* pro ove, quaſi *Biennis*, Nonio. *Duidens* pro *Bidens*, apud Feſtum. Ita *ambidens* apud eundem, quæ in utraque mandibula dentes habeat. Ita & διόδων, ap. Græc. eadem cauſa. Et quidem recte. Eminentiores enim duos habet dentes ovis annicula: vel opilionum teſtimonio. Gloſſ. *Bidentes* ἐπὶ τῶν προβάτων, διὰ τὸ διόδοντα αὐτὰ εἶναι. Quidam tamen ap. Agell. l. 16. c. 6. *Bidentes* nominantur, quia duos tantum dentes habeant. At ubi terrarum quæſo te (*inquit Agell.*) duos ſolos per naturam dentes habere ovem vidiſti? P. Nigidius in libro, quem de extis compoſuit, *bidentes* appellari ait, non oves ſolas, ſed omnes bimas hoſtias: neque tamen dixit appertius, cur bidentes. In commentariis quibusdam ad jus Pont. pertinentibus extat; *Bidentes* primo dictas litera immiſſa, quaſi *Biennes*. tum longo uſu loquendi corruptam eſſe vocem: & ex *biennibus bidentes* factum, quoniam id videbatur eſſe dictu facilius Higinus Julius appellari *bidentes* ſcripſit hoſtias, quæ per ætatem *duos dentes* altiores haberent. Contra *Joſ. Scal. in Con.* certe (inquit) *bidentes* erant hoſtiæ, quæ & *cornigeræ* & *duos dentes eminulos* haberent: in qua ſententia eſt Feſtus: etiamſi aliter diſputetur ap. Agell. Heſych. κεραΐδες, τῶν προβάτων τὰ θήλεα, τὰ ἔνδον ὀδόντας ἔχοντα. Aliter, ut puto, ſi carent illis, ἀτελεῖς erant, & ad ſacrificia ineptæ. Nam ſi *bidens* dicta eſt, quaſi *Biens*, cur *bidentis*, non *bidennis*, aut *biennis* dicitur? Atqui magis apperit ety-

etymon, quo & *ambidentes* apud veteres vocarentur. Sed id requirebatur in hostia, ut dentes duos haberet cæteris longiores: quemadmodum & in tauro *πλείω*, ut diversa cornua haberet & patentia. Ab eo dicebantur *patales* boves. Plaut. in Truc. Ego ruri hamaxari me mavelim *patalem* Bovem.

Anticum ab ante: ut *posticum* à post; & *οἶκος*, secundum nonnullos; media utrobique producta. *Postica*, lego in versu Catonis: Fronte capillata est, *postica* occasio calva. Non enim *posthac*, aut *posthæc* commodum. Et *postica* opponitur fronti vel antico. Jos. Scal. legit

—— *Post est occasio calva.*

Hinc *anticum* recte pro janua usurparunt. *Antes* item ab ante hoc ab *ἄρτι, κατ' ἀντίστοιχον*: vel simpliciter ab *ἄντα*, antique *ἄντα*. Gloss. *Antes, οἱ τῶν ἀμπέλων στίχοι.* Festus: *Antes* sunt extremi ordines vinearū. Idem Festus; *antipagmenta*, i. e. valvarum ornamenta. Idem: *antiæ*, muliebres capilli demissi in frontem, appellati ex Græco videntur. Quod enim nos *contra*: illi dicunt *ἄντα*. Gloss. *antiæ, κόμαι διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι.* *Antiquum*, i. e. quod jam ante fuerit, pro *anticum*, aut mavis, quasi, *ante ævum*. Hinc & Hebræis *antiquum* est æternum. Prov. *8.* 18. Daniel. 7. 9. Et sic *antiquum* fiat, inserto N, ab עַתִּיק *athik*, Hebræis durabilis: Chaldæis עַתִּיק *attik*, antiquus: à themate עָתַק quod est consenescere, veterascere. *Antiquius* est melius, Lucillo, Cicer. aliis. Ita *sequius* est deterius: ut alibi diximus.

Antrum, *ἄντρον*, *ὕπαντρος*, i. e. sub antro, aut in antro versans. *Antruare*, i. e. *ἀντηλῦσαι*, sicuti corrigit Scal. Festum, qui *antroare* pro gratias referre, ponit. Quamvis & Festum hîc recte sentire judicem. *Antroare*, scilicet pro *antorare*: quod integrum ab ante & *orare*. Una litera transposita turbavit hactenus.

Aorta, *ἀορτή*, vas. Inde traducitur ad arteriam magnam, quæ à sinistro cordis sinu oritur: ab *αἴρω*, tollo. Aristot. l. 3. hist. anim. c. 4. *ἣν καλοῦσί τινες ἀορτήν, ἐκ τοῦ τετρῆσθαι καὶ ἐν τῷ πνεύμονι τὸ νευρῶδες αὐτῆς μόριον.* Ad illud J. C. Scal. nominis

his rationem, quam etymologiam Græci vocant: Quoniam nervoſa eſt,& contenta etiam in cadaveribus: παρὰ τὸ ἀείρειν, ἀερμαι: itaque cingulum militare à Græc. etiam ἀορτὴρ. Cæterum equidem puto non à contentione, qualis in nervis eſt, ut ait Ariſtot. ſed ab eo, quod in ſuſpendi cor videatur, *aortam* dictam, ſicut balthæum, ἀορτῆρα.

Aptus verbale eſt, quod plerique neſciunt. *Apiſcor, aptus* pro adeptus Attio, Nonio, Plauto act. 4. ſc. 1. Cap. hereditatem *ſum aptus* effertiſſimam, i. e. adeptus. *Indipiſco* idem Aſin. act. 2. ſcen. 2. nunquam edepol quadrigis albis *indipiſcet* poſtea. *Feſtus*: Comprehendere antiqui vinculo, *apere* dicebant. Unde *aptus* is, qui convenienter alicui junctus eſt. Ita *Cic.* facilius eſt *apta* diſſolvere, quam diſſipata connectere. *Virgil.* axem ſtellis ardentibus *aptum*. *Lucret.* quibus è ſumus uniter *apti*. *Idem*: ſignisque ingentibus *apta*, i. e. connexa, ἡρμοσμένα. J. C. Scal. aperte diſſerit de orig. l. 4. de L. L. c. 94. *Adipiſcor* ſuum primogenitum amiſit. Dicebant enim *apere*, παρὰ τὸ ἅπτειν: unde *apex* & *apes* & *examen*: cujus ſimplex non invenitur ſic voce primaria: ſed in *amento*: quod ab ἅμμα M. extrito. Idem Scal. l. 1. de hiſtor. Anim. c. 1. Dicitur *apex* propterea, quod *aperetur aptusq;* eſſet, filius quidam in capidulo aut galericulo Flaminis. Hæc ille. *Apex* vero ſat commode ab αἶπος, i. e. apex. Sed ἅπλω eſt ab Heb. אֵפֹד, *aphad, apd.* *Aptus* procreat verbum *aptare*, ceu frequentium. *Ineptus*, id eſt, non aptus: de quo idem Scaliger integram orationem ſubtiliter, & erudite texuit, quæ philologis commendata ſit. Nam & *Cicero* præiit. 2. de Orat. Ex omnibus (*inquit*) Latinis verbis, hujus verbi vim, vel maximam ſemper putavi. Quem enim nos *ineptum*, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod *non ſit* aptus. Idque in ſermonis noſtri conſuetudine perlatè patet. Nam qui aut tempus quid poſtulet, non videt: aut plura loquitur; aut ſe oſtentat; aut eorum quibuſcum eſt, vel dignitatis, vel commodi rationē non habet; aut denique in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus eſt, is *ineptus* dicitur. *Muret. l. 18. c. 9. Var.*

Lect.

Lect. Grammaticos habeo nauci, qui inepte *ineptiam* dici vetant, ineptias jubent. Magis Terentius me movet: Ita me dii ament, ut video ego tuam *ineptiam*. Quem *Prudentius* etiam imitatur.

Apium, ἄπιον, Dorice pro ἤπιον. Aliis ab *apibus*, quæ ei plantæ maxime inſueſcant. Dioſcor. l. 3. c. 64. & in eundem Matthiol. & Bauhin. *Apiaſtrum* non eſſe deminutivum ab *apio* (cenſet J. C. Scal. c. 95. L. L.) ſed ab *apibus* ductum. Unde etiam μελισσόφυλλον, i. e. *apifolium* dicitur à Græcis. *Citraria* enim eſt: quin ea *apium* neq; imitatur, neque ſimilis ejus eſt. At quod *apiaſtrum* eſt ab apio deminutum, ſane eo longe minus eſt. Verba Plinii ſunt 20. lib. Naſci in Sardinia herbam ſilveſtrem, Apii ſimilem, quod ſit *apiaſtrum*, apio minorem. E Salluſtii hiſtoria ſumtum videtur. In Sardinia (inquit) herba naſcitur, quæ *Sardoa* dicitur, *Apiaſtri* ſimilis. Hæc Scalig. Jac. Dalechamp. in Plinii libr. 20. c. 11 *apiaſtrum* appellat Higinus *meciſſophyllon*; non quod quidquam cognationis habeat cum apii generibus: ſed ab *apibus*: quia gratiſſimum illis ſit.

Apologus, *apologia*, quid ſit proprie, ex ἀπολέγω mediocriter conſtat, ἀπὸ, λέγω. Notum, quid τὸ ἀπὸ inferat. Superaddo tamen paucula è Scaligeri l. 3. Poet. Eſt apologus narratio ficta de re quapiam cum attributione πάθους aut ἤθους, vel cum oratione, vel ſine; ut ex ea aliquid ad humana commoda deſignetur. *Et poſt*: ἀπολογεῖν eſt vero primoque ſignificatu refellere. Unde defenſiones, ἀπολογίαι dictæ, non quod id deſignet verbum; Sed quia non poteſt defenſio conſiſtere ſine refutatione. Non eſt igitur ἀπολογία ſola, quæ etiam Philoſophorum competit diſceptationibus, quoties contradicitur. Factum tamen eſt alio uſu, uti ἀπόλογος diceretur ea oratio, à qua primus & verus ſenſus alii ſententiæ accommodaretur: quod ergo ab illo in hanc proficiſceretur, iccirco ἀπὸ & λέγειν ſimul conjunxere.

Apollo, appellatur *Platoni* in Crat. ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὰς ἀκτῖνας. *Chryſippo*, ὡς οὐχὶ τῶν πολλῶν. *Cleanth.* ὡς ἀπ' ἄλλων. *Cornific.* ἀπὸ τοῦ ἀναπολεῖν. Vide l. 1. *Macrob.* c. 17. Sat. Aliis vero

non

non incommode ab ἁπλοῦς: quia sit simplissimæ naturæ. Idem dicitur *Læmius*, λοίμιος: à peste, quam sustulerit. *Jeius* ἰήιος, ab ἰάομαι, à sanando. *Paan*, παιὼν à παίειν: aut παύειν τὰς ἀνίας. J. C. Scal. l. 1. Poet. c. 23. acclamatio fuit ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν. Unde nomen ei factum ajunt certis syllabis additis, παιὰν, παιὼν παιήων *Delius* à δῆλος: quod omnia illustrat. Phœbus, φοῖβος quasi φῶς βίου, à colore vitali & lumine. *Phanes* à φαίνειν. *Lycius* à λύκη unde etiam λυκόφως & ἀμφιλύκη existit. *Thymbræus* quasi θεὶς ὄμβρους, id est, ponens imbres. Plura apud Macrob. & Rhodig. 1. Antiq. & Lilium Gregor. Giraldum de Diis Gentium. *Pythius* πύθιος: à *Python*, serpente, quam jugulavit; πύθω, est σήπω, putrefacio.

Ovid. 1. Met.

Instituit sacros celebri certamine ludos.
Pythia *perdomitæ serpentis nomine dictos.*

Python ab Hebr. פֶּתֶן *pethen*, i. e. πύθων, genus serpentis venenatissimi. Aliis etiam exponitur aspis, vel draco, item basiliscus. *Apethen* venit מִפְתָּן *miphtan*, i. e. limen inferius, sub quo latere solent illæ bestiæ.

Aprilis, quasi *Aphrilis*, à spuma, quam Græci vocant ἀφρὸν, unde orta Venus creditur. Hunc mensem secundum voluit esse Romulus; cujus hanc asserunt fuisse rationem; ut primum quidem mensem à patre suo *Marte*, secundum ab Æneæ matre Venere nominaret, Macrob. l. 1. Sat. c. 12. *Et post*: Cum omnia *Verno*, id est, hoc mense *aperiantur*; arbores quoque, nec minus cætera, quæ continet terra, *aperire* se in germen incipiant; ab his omnibus mensem *Aperilem* dicunt: sicut ap. Athenienses ἀνθεστηριὼν idem mensis vocatur ab eo, quod hoc tempore omnia florescant. Quamvis *Joh. Lalamantius* de anni Ration. putet, *Anthesterionem* in ordine succedere Pyanepsioni.

Ovid. 4. Fastor. accinit;

Nam quia ver aperit *tunc omnia, densaq; cedit*
Frigoris asperitas, fœtaq; terra patet:
Aprilem *memorant, ab* aperto *empore dictum:*
Quem Venus injecta vendicat alma manu.

R *Aprilem*

Apuam Græci dicunt ἀφύλω, ab ὕειν: quod è pluvia nascatur. Plin. l. 31. c. 8. Athenæus l. 7. Τὸν φαλάριον γόνον, οἱ ἡμεῖς μὲν ἀφύλω, ἄλλοι δὲ ἀφρύλω ὀνομάζουσι, οἱ δὲ ἀφρόν. Unde Isidor. l. 12. c. 6. corrigitur: *Aforus*, inquit, pisciculus qui propter exiguitatem hamo capi non potest. Legendum enim *afros*, vel *aphros*, ἀφρός, etiam in Arist. l. 4. de hist. c. 15.

Aqua, cujus deminutum *aqnula*. Plaut, Cist. act. 2. sc. 3. Idem festive vocat *aquam* Amph. act. 2. sc. è. *Animam putei*. Scilicet propter vapores & spiritum frigidiusculum. Dicimus *Aqua pluvia* pro quo *pluvia* solum usurpatur: sed revera est Adjectivum. *Pluvia, pluo* est à βλύω, βλύζω. Quod ex Heb. יבל *iasal, bly*, fluvius, fluxus. J. C. Scal. l. 4. Poet. c. 47. cum esset *pluo* græcum vetus; addita consonante πλώω dicunt. *Impluvium*, quo aqua impluit, collecta de tecto, Festus. *Impluviatus* color à parietum rubigine, quam contrahunt è pluviæ defluxione, ap. Plaut. act. 2. sc. 2. Epidici. A βλύω, est etiam *fluo, fluxi, fluctum*, in Prisciano: unde *fluctus*. Ademto C. *flutum*. Hinc *fluges* à flutum, ut Strages à stratum. At compositum modo legitur, *confluges*. Festus *confluges* loca, in quæ undique confluunt venti. Nonius, *Confluges* loca, in quæ diversi confluunt rivi. Item à flutum est *flumen*, ut à motum momen, à notum nomen, à stratum stramen. Fluxum vero hodie in usu. *Fluxum* proprie, quod fluit. ῥευστόν. Cic. Fortuna fluxa. Sallust. gloria fluxa. *Fluctus*: Græcè κῦμα ab Heb. גמא *gimme*, i. e. fluctuavit, exhausit. *Cumatile*, vestis est coloris marini, ac cœrulei, quasi fluctuum similis, ut docet Nonius. Videatur etiam Brodæus l. 2. Misc. c. 24. Cæterum de etymo *aquæ* disserit J. C. Scal. Ex. 325. s. 11. Non, ut ineptissime Grammatici, quasi *sine qua* esse non possimus, vel *à qua* simus & vivamus: sed fuit vetus verbum græcum, ex quo & lavacro *Acheloi* nomen compositum est. (λῶος à λύω: ἄχω, χέω à χίω, fuit aqua) Sine ostentatione ut solet, hanc eruditionem docuit nos doctiss. maximusque Poetar. in I. Georg. Idem repetit l. 1. de L. L. c. 28. χ transit in Q. Sic ἀχιλῶος, *aqua*. Omnis enim *aqua* dicta est ejus

amnis

amnis nomine, à lavando, quoniam erat ἀχελῷος: quod & Macrobius docuit nos, & Vibius Criſpus: & non ignoravit doctiſs. omnium Poeta; 1. Georg.

Poculaq; inventis Acheloia miſcuit uvis.

Hæc ille. Heſych. ἀχελῷος πᾶν ὕδωρ. Turneb. l. 29. adv. c. 25. Porro *aqualis* ab aqua; ut ὑδρεῖον, ὑδρία ab ὕδωρ. Vas deſtinatum aquæ. Plaut. Milit. Ibi erat bilibris *aqualis*, hic propter cados. Idem Cur. Viden' ut expalluit? datin' iſti ſellam, ubi aſſidat cito, Et aqualem cum aqua. Deminuta ſunt, *aqualicus*, *aqualiculus*. Poſtea, τρόπῳ καταφορικῷ eſt οὐρίνη. Nam & urina eſt Ariſtoteli εἶδος τοῦ ὕδατος. Perſ. *Pinguis aqualiculus*, quia ut ex aquali funditur aqua, ſic ab illa parte urina, inquit Caſaub. Idem Theod. Gaza imam inferioris ventris partem, Græcis ἦτριον, aqualiculum dixit. Contra Seneca, ſtomachi ventriculum. Cum pervenit (inquit) cibus in ventrem aqualiculi, fervore concoquitur, tunc demum corpori accedit. Cæterum aquæ ductus ὑδραγωγία: à traductione illa per canales dicitur: ut *Aquagium*, ab agendo. *Aquilegium*, à colligendo Plautus. *Aquilex* Varro, ab *eliciendo* & *legendo*: nam & *aquilegis* dicimus & *Aquilices*, in Gloſs. *Aqualicium*, cum aqua pluvia, ſeu potius aqua quælibet elicitur. Legatur Feſtus & in eum Joſ. Scal. *Aquilus*, ſeu *Aquulus* color, ap. Plaut. Pœnul. act. 5. ſc. 2. eſt fuſcus & ſubniger, ab aqua. Gloſs. *aquilum*, μέλαν. Item *aquila*, & prænomen *Aquilii* & *Aquilo* Ventus: de quo Rhodig. l. 8. c. 28. *aquilonem* ventum à vehementiſſimo, ac præcipiti volatu *aquilæ*, Latinis nuncupatum, eleganter ab Hieronymo *Scopam Viarum* dici advertimus.

Ara ſatis commode ab ἀρᾶ, id eſt, ſupplicatio. *Altare* ab altitudine. *Serv.* novimus *altaria* eſſe ſuperorum tantum deorum, quæ ab altitudine conſtat eſſe nominata. Etiam *ara* pro eminentia aut altiori loco. Joſ. Scal. l. 2. Auſon. c. 22. omnes crepidines & eminentias veteres illi *aras* vocabant: ut ſaxa in mari eminentia. Virg. 1. Æn.

Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras.
Tertull. l. de Pallio: *Soleo de qualibet margine vel ara medicinas moribus dicere.* Manifesto ara ibi est ἐξοχὴ, ut & margo. *Aruspex* nonnullis ab *ara* & *specio*: aliis ab *haruga*, i. e. Hostia, quæ servatur in hara: *Haruspex*. Etiam lapidum testimonia, *Haruspex*, cum adspiratione ostendunt, teste Manutio. Gloss. *aruspex*, βωμοσκόπος. Jos. Scal. in Con. *Ara* prius *asa*, ut Papisius, Valesii. *Asa*, quæ postea *ansa*. Ut tago, tango: pago, pango: mesa, mensa: tesus, tensus. Ita dicta, quod esset proprie foculus, qui manu portabatur, Ut ignitabulum: ἐσχάρα. Græcor. βωμὸς, i.e. ara, fit ab Hebr. בּוֹם, בָּמָה, *bom*, *bamah*, i. e. excelsum, ara.

Araneus, ἀράχνης, ἀράχνη: quidquid Græci commententur, sive ab αἴρω, sive ἀνὴρ, sive aliunde: contra omnes scitissime dictum existimo ab אָרַג, *arag*, *arach*, ob texturam. Aristot. ideo vocat σοφώτατον καὶ γλαφυρώτατον. l. 9. hist. animal. c. 63. & Plin. *erudita operatione* conspicuum. Ab ejus operis initium sumsit ipsa textrina: sicuti sutrina, cerdonica, à foliorum & corticum operimentis: architectonica à vacuis natura specubus & nidis avium: à quarum cantu, ut & arborum sibulo, fistulatoria originem traxit. *Lucret.*

--- Zephyri cava per calamorum sibila primum
Agrestes docuere cavas inflare cicutas.

Quæ si diligentius revocentur à primo ortu & expendantur: certe, nec mira quorundam nominum videbitur ratio: Ut quæ nunc alia sæpe sit, alia fuerit olim.

Volvenda ætas commutat tempora rerum: quidni etiam verborum?

Ararat, Ἀραράτ, apud XXII. interpr. Gen. 8. 4. Super uno montium *Ararati*, i. e. majoris Armeniæ Caspio mari junctæ, quæ imminet Assyriæ & Mesopotamiæ Jes. 37. 38. Jer. 51. 26. Montem vero, cui insedit arca, vel potius regionem montanam in Armenia sitam Chaldæus paraphrastes appellat *Kardu*; quos montes Q. Curtius *Cordæos*, vocat, paulum deflexo nomine; Ptolemæus vero τὰ Γορδιαῖα: ubi sunt populi supra *Minnith* vel *Minyada*,

ada habitantes: quos Epiphan. l.1.Hær. Καρδυαίας vocat, alii *Gordiæos*, *Gordienos* vel *Gordenos*; Beroſus etiam *Cordyæos*, In hoc autem tractu mons unus eſt præcelſus, nomine Λυβὰρ, teſte Epiph. l. 1. contra hæres: h. e. ἀποβατήριον τόπον. deſcenſionis locus, unde in omne partes deſcenditur, ut interpretatur Joſeph. l. 1. antiq c. 4. Quod nomen à ſitu: forte etiam ab eventu hujus hiſtoriæ fuit impoſitum. Nam *Lubar* ſive *lubaris* ſermone Armenio atque Ægytio eſt ἀποβατικὸν ſive ἀποβατήριον, ut Joſephus ipſe teſtis eſt, locus editiſs. ex quo deſcenditur: ex verbo *Labar*, deſcendere. Unde *Labra* Ægyptiis dicitur tota παροικία, quæ uni Synagogæ ſubeſt (inquit Epiphan. κατὰ Αρμενιακῶν) & Lubra ſynagoga loco editiore ſita: atque exinde *Lubratenu* vel *Lubratenum* ad ſynagogam Ægyptiorum pertinentes Actor. 6. qui *Libertini* vulgo appellantur: Uti in Gen. 8. diſſerit Fr. Jun. Videatur etiam Fuller.Miſc. l. 1. c. 4. & l. 2. c 1. Scal. de Emendat. Tempor. l. 7.

Arbor, Priſciano l. 6. à *robore*: aliis ab *arvo*: aliis aliunde: præ quibus attendatur I.C. Scal. *omnia magna loquens*, ut ait Poeta: Plin. in 12. *fruticis* vocabulo pro ſtipite uſus eſt. Credo, quia ſit ejus etymon βρύειν, quod primum pullulet. Et ſub finem: Noſtrum Latinum à pullulatione. Hoc enim eſt βρύειν Unde *Bruges* priſcis, quod nos *fruges* poſtea, ut *frutex*. Cultu vero poſtea in veram arborem attolluntur. Quod verbum ipſa profecto Latina ſignificat vox. Eſt enim arbor τὸ ἀέρος βίᾳ. Exerc. 139. Nec diſplicet *arbos* à καρπός, ſublato C. Ex arbore enim fructus decerpitur. Aliis *fruges*, à φρύγω, id eſt, frigo, appellantur. Virg. 1. Æneid.

Et terrore parant flammis & frangere ſaxo:

Videlicet ante inventum uſum molarum.

Arceo, ἀρκέω, i. e. propulſo. *Arcitum* (unde *arcitus*, quod durat in compoſ. *exercitus*) & *arctum*. Inde arctus & artus: ut farctus & fartus: ſarctus & ſartus. *Manut.* artus, non arctus, ſcriptum video in antiquiſs. libris, præcipueque in Virgil. Carp. Valla l. 6. El. c. 16.

arcere, ait Feſtus, eſſe prohibere. Sed mihi potius videtur eſſe, vetare, ne accedant hi, qui veniunt. *Hæc ille.* Verbo: *arceo* eſt propulſo, quod Græcum notat: nec δυσφωνεῖ Hebr. ערך *arak*, id eſt, arcuit, pepulit. Ab arceo vulgo fit *arceſſo*: Ut à capio, capeſſo, facio faceſſo. Aliis recte ab *arcio* pro *adcio*, aut *accio*. Veteres enim AR pro AD utebantur: ut *arventores*, *arvolare*: pro adventores, advolare: ex Priſciano: *Arcubiæ* pro accubiæ. Eſt iſtud priori ſanius. Gloſs. *arceſſit*, μετεκαλέσατο. Ad Heren. *arceſſitur* majeſtatis. Item *arceſſo* capitis, id eſt, accuſo. *Arx*, quia arcet. *Arcubiæ* pro excubiis in arce, ap. Feſt. Ab eodem eſt *arcus*: propellit enim. Item *arca*: nam veteribus *arcere* erat continere etiam. Ab arceo *arcanus*: ut à luceo *lucanus*, cujus compoſ. in uſu *antelucanus*: & proprium *Lucanus*. Ergo *arcanum* id quod è conſpectu hominum arcetur. *Exerceo*, *exercitium*, *exercitio* priſce: ab exteriori motu. Qui enim exercet, non niſi extra veluti pellit. *Exercitus*: quia expellit & hoſtes profligat. *Porceo* eſt *porro arceo*. Pompejus Feſtus: *Porcet* ab antiquis dictum, quaſi *porro arcet*. Gloſs. *porceo* βιάζομαι. *Porcæ* appellantur ſulci propterea, quod *porcent*, id eſt, prohibent aquam frumentis nocere. Itaque non eſt, quur à *porrigendo* aut *porriciendo*, aut quaſi *projecta* dici exiſtimes. *Coerceo* à cum & arceo. H, propter concurſum vocalium aliquibus interponitur. Sed rectius omiſeris, ut *coinquino*, *coorior*. J. C. Scal. ex. 212. alias ſtupor eſt ſumma admiratio: hic eſt *coerctio* tantum ſpirituum. Integrum eſt *coercitio*: poſt coerctio. Arnob. l. 2. ad diſcendi ſtudium plagarum *coercitione* cogantur. Gloſs. *Coercitio*, συνοχή.

Arcerra, ab *ad* & *carrus*. Id erit ad verbum *Epirhedium*, ſpuria & hybrida voce. *Arcerra* pro adcera, ut arvenire, arcedere: advenire accedere. Niſi ſit eadem origo cum *Arcirma*. Scal. in conject. Agell. l. 20. c. 1. Exſtat eadem vox in L. L. XII. Tabul.

Architectus & *Architecton*: τέκτων faber lignarius. ἀρχιτέκτων, qui inferioribus præeſt operariis: à τεύχω, *Pentateu-*

tateuchus, πεντάτευχος, id eſt habens quinque inſtrumenta aut volumina. Nam τεῦχος eſt inſtrumentum, vas, volumen, A τεύχω. Unde fit etiam τεῖχος & τοῖχος: aut ab Hebr. אתיק *attik*, *tich*, quod idem. Et דיק eſt propugnaculum. A τεύχω, fit τεύκρος, id eſt, fabricator. *Teucrus*, nomen proprium. *Teucrion*. τεύκριον, herba ab inventore.

Arcturus, ἀρκτοῦρος: id eſt, ἄρκτου οὐρὰ urſæ cauda. Deſcribitur à Plauto in prologo Rudentis. *Arctophylax*, ἀρκτοφύλαξ, arcti cuſtos. *Arctus*, ἄρκτος, urſa: ſcilicet ſidus, à figura animalis. Cic. ex Arato l. 2. de Nat. deor.

Extremusq́; adeò duplici de cardine vertex
Dicitur eſſe polus ———

Hunc circum ἄρκτοι duæ feruntur, nunquam occidentes. Inde *Polus arcticus*, & *antarcticus*, id eſt, δύο ἀκίνητα διὰ αἰώνιας σημεῖα, στερρὰ μένοντα, καὶ συνέχοντα τὴν σφαῖραν, περὶ ἃ ὁ πᾶς κόσμος κινεῖται, *libro de Mundo*. Quanquam illa verba, ſi de cœlo, ut eſt, extra ſphæram armillarem, accipiantur; egent aliqua interpolatione. Nam ſi in cœlo illa σημεῖα, id eſt puncta, aut ἴχανα στιγμαὶ, ut alias vocantur: utique etiam una moveri oportet: quod videre eſt in quovis globo, aut cuſpide. Si autem ſtellas modo moveri dicamus, cœlo ipſo quieſcente, non opus erit hac inquiſitione; qua implicatus eſt *Aben Rois*, qui ajebat polorum quietem eſſe tranſſumtivam. Sed iſta ἀκριβολογῶς καὶ ὡς ἐν τύπῳ.

Ardeo, quibusdam eſt ab ἄρδω: ſed ſignificatio fronte aperta contra nititur. Non inepte aliquis conjiciat eſſe ejusdem originis cum *arduo*: ſi apud Græcos ſubſiſtendum. Quippe ardor & flamma petit ſuperiora, ſive aerem. Poſtea exemto medio factum eſt, *areo*. *Aridum* poſtea *ardum* in Lucillio & Nonio. *Arena*, propter ſiccitatem, ab eodem. Sicut habena ab habeo. Ab areo etiam faciunt *ariſta*, ut ſic extremum in ſpica aridum. Quanquam ſæpius pro frumento ipſo capitur. Quid ſi igitur ab ἀρίστη ſit? Optimus enim hinc victus. Eadem notione ἄριστον Græcis prandium. Et Virg 1. Georg. *pingui* glandem mutavit *ariſta*. in Gloſs. *ariſtum* ἀκρώελαι Græcor. vero αὖος, id eſt, aridus, ſive ſiccus: αὔω eſt ſicco,

ſplendeo: ſapit Hebr. צִיּוֹן, i. e. ſiccitas: ſicut & *ardeo* à בָּעַר *baar ard*, i. e. arſit, formaveris. J. C. Scal. c. 31. L. L. *ardeo*, *arſum*, *aſſum*. Unde *aſſare*. Niſi hoc recta ſit ab Hebr. אֵשׁ, ignis, qui aſſat. In probatis Rom. autorib. *aſſum* idem eſt, quod merum & ſolum. Ut vox *aſſa*, quæ ſine tibiis. Tibiæ *aſſæ*, quæ ſine voce: Et metaphora non abludit Ubi quid aruit & toſtum eſt, abit humidum: ſolum id, quod ſiccum, vel aridum, ſupereſt. Hinc *aſſum* pro mero, ſive ſolo, quod ſine aqua aut humiditate. Hinc ap. Petronium eſt *arido cantu*, quod aſſa voce caneretur, uti legit & explicat Joh. Tornæſius. *Aſſare* tibicines dicuntur, cum canunt tibia, nulla alior. voce admiſta: ſicut contra canere *aſſa* voce dicuntur, qui nullis admiſtis Muſicis inſtrumentis, ſola voce canunt. Item *aſſare* quoque veteres poetæ dicebantur, cum in unum ſolum hominem poema condebant. Et illa poemata dicta *aſſamenta*. Ut eſt maxima pars ſilvarum Statii: & olim Saliorum fuit. Erant etiam *aſſamenta* Janualia Junonia, Minervia, priva poemata & carmina, in ſingulos eos deos conſcripta. Nonius *aſſam* quoque apud veteres ait ſignificaſſe nutricem, item *aſſeſtricem*, ut vocatur ab Afranio: quæ *aſſidet* fœtæ. Ni potius ſit à Græcanio ἄσσα aut ἅσσα, de quo conſulas Lexica probata. Sed & Scal. & Scal. in conjectancis.

Aretalogus media producta: Juvenal. Sat. 15.
Moverat ut mendax Aretalogus. ——

Ab ἀρετὴ & λόγος: ut ſit, qui nihil, niſi virtutem crepat, oſtentator, garrulus. Joſ. Scalig. l. 2. in Auſ. Doctiſs. vir Hadr. Turneb. *Aretalogum*, ab *Arete*, Alcinoi uxore, deducit. Si hoc verum erat, oportuit duas primas ſyllabas produci, quod falſum eſt. Vide igitur, quam indigna tanto viro ſententia. Et tamen, quia hoc narrat Ulyſſes ap. Alcinoū, putat propterea *aretalogum* dictum: quaſi Juvenalis primus hoc nomen confinxerit, & quaſi ratio poſtulet, ut ab Arete potius: quam ab Alci-

Alcinoo dictus ſit. At ne nomen quidem Græcum eſt, quauquam ex Græcis vocibus compoſitum. Nomen, inquam, hoc confictum à Romanis, ut multa alia, *prologium*, *antelogium*, *propola*. Si eſſet Græcum, Græci uſi fuiſſent. Romanorum igitur proprium, compoſitione Græca. Proprie circulatores illos Italiæ, qui in compitis mira de ſuis pharmacis promittunt, ita vocare potes. Neque aliter intellexit Juvenalis, cum Ulyſſem comparat Aretalogo.

Argentum ab ἄργυρος ἀργύρεον, παρὰ τὸ ἀργόν, id eſt, album. Dicitur *argentum aridum*, ap. Plaut. act. 3. ſc. 4. item complicare *ardum*, reſpectu liquidi & fluidi: quod Græcis eſt ἄργυρος χυτὸς καὶ ὑδράργυρος, ab ὕδωρ, cujus fluorem imitatur. De hydrargyro agit Plin. l. 33. c. 8. quod etiam *argentum bibum* dicitur. Ad verbum ſonat *Argentum aquæ*. Plinium defendit Hier. Mercur. l. 2. Var. Lect. c. 14. Pariter in lingua noſtra German. ſumunt interdum τὸ *aridum*, item *durum*, ubi de pecuniis, aut monetis loquuntur: **ein harter Thaler.** *Nonius*, argentum aridum exponit, purum & lucidum. Alius, propter ſonum, dici *aridum* putat. Uterque afferre jubetur exempla, ubi aridum ſit, vel purum vel lucidum, vel ſonorum, αὐτὸς ἔφα non ſufficit. *Argentangina*, factum more Græcor. ἀργυράγχη, i.e. φιλαργυρία. Budæus l. 5. de eſſe *anginam argentariam* vertit. *Angina* ἀγχόνη. Ut à fodio fodina: ita ab ango angina. Ex origine notat id, quod angit. Tertull. de anim. c. 48. eſt *angina animi*. In ſchola medicor. eſt conſtrictio, dolor faucium, aut morbus, qui fauces ita conſtringit, ut non ſolum non eſitare, verum ne quidem loqui poſſis. *Anchuſa*, nomen herbæ, quæ nimium adſtringit. Dioſcor. l. 4. c. 23. Ἄγχω, ſtringo. Hebr. ענק *nagas*, *ang*, i. e. anguſtavit, conſtrinxit. Ex quo natum eſt Lat. *Ango*, *angor*. Ut enim lætitia in dilatatione cordis; ita angor, & triſtitia in ejusdem compreſſione conſiſtit. Agell. l. 11. c. 9. *Anctum* ἀρχαϊκῶς ap. Priſcian. l. 10. Gloſſ. *Ancti*, ἀγχόμβροι: *Anclos*, ἀναγκασθέντας. *Anctum*, anxum: inde *anxis*, ὀδύνη: *anxium*, ἀνιώμβρον. *Conquirere*, i. e. coercere, ait Feſtus. Ad quod Joſ. Scal. Legendum

 coin-

coinquire, vel *coinquere*. Utrumque enim videtur uſurpatum: *Coinquio* & *coinqueo*. Dictum veteri diſtorſione *coinquio* pro *coanquio*: *Anquire* à Græco ἄγχειν: à quo *anquina*: *Cinna*: Atque *anquina* tenet ſtabilem firmiſſimam curſum. Veteres ergo per Q dicebant, quod poſtea per G. Nam *anquere* prius fuit, quam *anguere*. *Anguſtus* ab ango: ut auguſtus ab augeo. *Anguſtiæ*, quæ angunt & premunt nos. Sicut & Græcis eſt στενοχωρία. Ab eodem fit & *angulus*: ni potius ſit ἀγκύλος. Sed *anguis* eſt ab *ango*, *anguo*: quia ſe mire ſtringit, & in girum reflectit. J.C Scal. in hiſt. de animal. l.2. c.18. Anguis à tenuitate & proceritate, ἄγχω: quoniam quaſi *diſtrictus* eſſet. *Coluber*, à cavernis quas ſubeat, κολυμβᾷν. Hæc ille. Ab *anguis* eſt *anguilla*: Imitatur enim anguem: vel eidem ſimilis eſt. *Angiportus*, i.e. anguſtus, vel angens portus. *Angeronia*, diva, cui Pontifices in ſacello *Volupiæ* ſacrum faciunt, quam Verrius Flaccus *Angeroniam* dici ait, quod *angores* & animorum ſolicitudines propitiata depellat. Macrob. l.1. Satur. c.10.

Argas, nomen ſerpentis, ἀργᾶς. *Argus* autem ἀργὸς homini, qui oculatus ſeu πολυόφθαλμος fuiſſe ſcribitur, nomen dedit, itemque Græcis. *Argibus*, ἀργεῖος. Pariter ut ἀχαιός, *achibus*. J.C. Scal. c.27. L.L. ἀχαιὸς, *achibus*. Æoles enim ἀχεῖος. Unde etiam ſine digammate invenias, *Achæus*; quod eo non per diphthongum ſcripſerim Latinis ai, ſed per E, ex diphthongo Æolenſium, ut Lyceum; λυκεῖον. Eos enim maxime ſequimur. *Hæc ille*. Cæterum utraque ſcriptio probatur, pro ratione originis. *Achæ* ἀχαιὸς, i.e. proprie ex Achaia oriundus; poſtea *Acheus*, ἀχεῖος. *Argilla*, ἄργιλος ſeu ἄργιλλος à ſterilitate nomen invenit: vel ab albedine. Utrumque ἀργὸς ſignificat.

Arguo, ἀργέω proprie ferior, ceſſo ab opere ſerio, ab α & ἔργον. Poſt reprehendo, caſtigo. Quibus ab re ſua otium, animusque à labore alienus, aliena curant, eaque, nihil quæ ad ſe attinent, arguunt; præſertim in aliorum

------ Vitiis tam cernunt acutum
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius ----

Sed & recta *arguo* à γαρύω: ſcilicet ob ſtreperum garritum

tum. Ab arguo, argutum eſt *argutus*, qui arguit. *Argutulus* ὑποκοσμητικῶς, formâ deminutivâ. *Argutari*, crebro frequenterque arguere. Joſ.Scal. in Ceririn Virgil. *Arguto detonſum*; Argutum vocat, quidquid habet συμμετρίαν τινὰ & elegantiam. Ut, *argutumq; caput, brevis alvus, obeſaque terga*. Ubi ſane nugatur Servius. Plin. l. 35. primus ſymmetriam picturæ dedit, primus *argutias* vultus, elegantiam capilli. *Hæc ille*. Cæterum ut à *moveo*, *motum*, *momen*, *momentum*: ita ab *arguo*, *argutum*, *argumen*, *argumentum*, Differt ab argumentatione. Illud eſt probabile inventum ad faciendam fidem. Hæc eſt argumenti explicatio, ut diſtinguit Cic. 1. de Invent. & in Partition. I. C. Scal. l. 3. Poet. c. 71. Eſt *argumentum* corpus ipſum orationis: *argumentatio* forma ac vis, qua conſtruitur argumentum. Quemadmodum fundatio & fundamentum, excretio & excrementum. Qui aliter accipiunt, abutuntur: pauci enim Latina pure loquuntur. Hæc ille. Si verò originem & analogiam metiamur: *Argumentum* eſt id ipſum, quod arguit. *Argumentatio* actio ejus, qui argumentatur. Uſus poſtea aliter admiſit.

Aries, ex Heb. אַרִי vel אַיִל. Num. 28. 27. Animal pugnax & ab hujus figura dicta machina bellica; *Aries*, & verbum *arieto*: ſicut ap. Græc. κριός: quod à כַּר Ezech. 4. 2. Romani uſi ſunt, ubi in fugam verterunt elephantos Pyrrhi regis, quibus aries naturali ἀντιπαθείᾳ adeo inviſus, ut extimeſcant & fugiant. Hic autem decepti ſunt ſpecie. Arietem animal Laberius vocat *reciprocicornem*, *Lanicutem*, & *teſtitrahum*. Sed aries organon bellicum, eſt *trabes machina, quæ muros frangere militat*: ap. Tertull. de pallio. Amplius deſcribit Joſeph. excid. l. 3. & poſt alios ſcitiſſimè Lipſ. l. 3. polior. dial. 1. l. 5. dial. 8.

Ariſtolochia. ἀριστολοχία, herba mulierculis bene nota. Sic appellatur, quia ſit ταῖς λοχεύουσι ἀρίστη, i.e. optima & ſaluberrima parturientibus. *Turneb. Nomen Cicero dicit ex inventore accepiſſe*. In quo dentes calumniæ vitare nequiit. Clamant enim odioſe, herbæ nomen inditum ex eo, quod puerperis ſit ſalubris. Sed quid vetat & ſalubrem eſſe puerperis, & ab inventore Ariſtolocho nomen habuiſſe?

buiſſe? Equidem puto, id Ciceronem in aliquo, qui hodie non extat, ſcriptore legiſſe, non de ſuo eſſe commentum. Sed & Ariſtoteles à muliere inventam eſſe ſcripſerat, teſte Nicandri interprete: ταύτην δέ φησιν Ἀριστοτέλης γυναῖκα εὑρηκέναι.

Arma, etiam *armum* in ſigul. Attio, ab ἁρμόν. Unde & *armus*, i. e. commiſſura brachiorum, ab humeris. Idque propter aptitudinem, & commoditatem. Unde omnia, quibus nos tegimus & tuemur *arma* vocantur. Tullius pro Cecinna; *arma* alia ad tegendum, alia ad nocendum; qui quæ non habuerunt, *inermes* ſunt, i. e. ſie armis, ἄοπλοι. *Armiluſtrium*, Feſto: ubi arma luſtrantur, ὁπλοκαθάρσιον: ut eidem tubiluſtrium. *Armea* ab armo, cujus erat ornamentum: deminutum eſt, *armilla*: ſicut aurea ab aure; orea ab ore. Iſidor. l. 19. c. 30. *armillæ* proprie virorum ſunt, collatæ victoriæ cauſa militibus, ob *armorum* virtutem. Unde & quondam *virilia* dicebantur. Alii & rectius legunt, *viriolæ*. Quod in Pandectis etiam ſæpe occurrit. *Viria* primum: inde *viriola*, deminutum. Tertull. de pallio c. 4. Utique ſicut veſtigia cæſtuum *viria* occupavit. Ambroſ. l. de Abrah. c. 9. Has, inquit, inaures habebat, quæ non gravarent aures: has *varias*, quæ manum non materiali auro ornarent, ſed Spirituali actu levarent. Gloſſ. *Viria* χοινικίδες. Idem: *viriolæ* περιχείρια, ψέλιον. Uſitatius vero eſt ψάλια & ψέλλια. Idem Gloſſ. *Viriolæ*, κλαυίον, ψέλιον.

Armenia. *Aram* eſt nomen filii Sem. Gen. 10. 22. Hebr. אֲרָם *Aram*. Inde regio *Aramia*, ſive *Armenia* titulum accepit, ſita verſus Orientem Judææ, deinde appellata *Syria*. Quo de plenius agunt hiſtorici & geographi.

Arilator. Joſ. Scal. in Feſt melius ſcriberetur *Arrilator*. Non enim ab *Ara*, ſed ab *arra* dictus. Eſt enim, qui emturiens data arra poſtulat ſibi credi. Unde à *cunctando*, *Cunctio* ſeu *cuctio* dictus. Nam veteres *cuctũ*, quod poſtea cunctum. Gloſſarii autor ſequitur vulgarẽ ſcripturam, *Arilator*, ὠνήτης, βωμοφόρος, πραγματευτής. Id. *Arilator*, μεταβόλος, ἀρχαϊκῶς. Gloſſę Iſidori: *arilator*, *Cocio*, μεταβολεύς. *Ibidem*: Recte definit Feſtꝰ, *Cociones* dici à *cunctatione*: quod

in emendis vendendiſque mercibus tarde perveniant ad juſti precii finem. A Gallis vocatur *Barguigneurs.* Quare autem Agellius reprehendat Laberium, qui pervulgate dixerit *Coctonem,* cum veteres dicerant arulatorem; non video. Plautus enim in Aſin. uſus eſt. Itaque non eſt pervulgatum, neque, ut ipſe Agell. loquitur, proculcatum *Hæc ille.* Eſt autem *arrba, arrbabo*, ἀῤῥαβὼν, purum Hebraic. עֵרָבוֹן *erafon.* Gen. 38. 17. Chaldæus explicat pigus Nam ſignificat *arrha* omne id, quo dato promiſſio confirmatur; à Radice, עָרַב *araf:* ſpopondit, promiſit, res commiſcuit. Inde fit *Arabs*, ἄραψ, עֲרָבִי, *arafi*, *Arabia*, ἀραβία, עֲרָב *aref.* Ut Arabs ſit fidejuſſor, ſponſor: aut (quia à verbo *araf* pluria diverſi ſignificatus veniunt) veſpertinus, aut campeſtris, aut miſtio. Item *Arabia* fidejuſſio, aut veſpera, aut commiſta Buxtorf. Arabia ſic dicta à mixtis populis, vel quod quaſi ſolitudo & deſerta regio ſit. Etiam עֹרֵב, *oref*, eſt corvus: Unde & *Oreb*, ὠρὴβ, nomen viri Midianitæ à tribu Ephraim interfecti. Jud. 7. *Horeb* vero, χωρὴβ, eſt nomen montis in regione Midianitarum. Exod 3. i. e. deſertum, ſive deſtructio, aut ſiccitas, aut gladius.

Arteria, ἀρτηρία: *Ariſtoteli* διὰ τὸ ἠρτῆσθαι τῆς καρδίας, quod dilatetur cum corde. Alii παρὰ τὸ ἀέρα τηρεῖν, quod ſpiritum vitalem contineat. Lucret. l. 4. *facitque Aſperiora foris gradiens arteria clamor.* Plinius vocat *ſpiritus ſemitam.* Agellius *ſpiritus conceptaculum.* Pollux, ὁδὸν τοῦ πνεύματος. Ἀρτηρίαν τραχεῖαν, arteriam aſperam Lactantius ſignate vocat, *Fiſtulam, ſpiritalem,* de opificio Dei, c. XI.

Artus, ἄρθρον. Inde Plauto, Men. act. 5. ſc. 2. *Artua;* & *deartuare,* id eſt, artus dividere, diſcerpere. *Articulus* eſt deminutum ab Artus. *Articulare,* Lucret. l. 4. *articulatim,* id eſt, diſtincte, quaſi per articulos. ἄρθρον ab ἄρθαι vel ἄρω.

Arvina, arbilla, id eſt, pinguedo corporis, ait Pomp. Feſtus. Ad quod Joſ. Scal. *Arvina* ſeu *Arbina,* non eſt quævis pinguendo, ſed ſevum tantum. Gloſſ. *arvina,* λίπος.

λίπος αὐτοῦ σπερκός. Hæc enim eſt definitio ſevi. Eſt autem Siculum verbum. Heſych. ἄρβιν, κρέας, σκελοί. Legendum fortaſſe ςέαρ, non κρέας.

Arbum, & *arba*, *hujus* arvæ, ap. Næv. Pacuv. Nonium. Ab *aro*, ἀρόω, ἀρῶ: ἄρουρα. Unde & rura *Rus*: & inde *ruſticus*, qui ad rus pertinet, γεωργικός. Hebr. חָרַשׁ aravit. Unde & ὀρύσσω. Sed & אַרְקָא eſt terra. Longius illi proſpiciunt, quibus ἄρουρα eſt ab אֲרוּרָא quod ſit maledicta. *Arotrum* ἄροτρον: aut rectius à ſupino, *aratum*: ſicut rutrum à ruendo. *Armentum*, quia culturæ agrorum primitus tantum ſerviebat, quaſi *aramentum*. Virgil. boum labores, Ovid. 6. Metam.

---- *Armentaque bucera pavit.*

Servius: *armenta* dicta ſunt, quaſi armis apta. Sed caret analogia, quæ priori ſubvenit. Ut à levatum levamentum: à nutritum nutrimentum, ſic ab *aratum aramentum* & deinde *armentum*. Proprie de majoribus animalibus, quæ arationi deſtinantur; ut bobus, equis: non de ovibus, capris. Hoſtiæ *ambarvales*, quia pro arvis offerebantur, Feſtus. *Arvipendium*. Joſ. Scal. in diras: In Italia perticis metabantur antiquitus agros. Propert. l. 4. Eleg. 1. abſtulerat miſeras *pertica* triſtis opes. Barbari vero funibus, ut eſt in ſacris literis, Joſ. 17. 5. & ap. Herodot. Poſtea hunc funem etiam Romanis *arvipendium* nominatum invenio. In veteri Gloſſ. peroptimo exponitur σχοῖνος γεωμετρικός. Quare cum in Gallia diceretur *arpennium*, pro jugero: non puto magis Gallicam vocem eſſe; quam Latinam. Gallis receptam, quaſi *arvipennium*. Sic Plaut. Mil. act. 5. diſpennere, pro diſpendere. Etiam H. Junius legit apud eundem Comicum mil. glor. *diſpennite*, quod Nonius tractum ait à *pennis* & volatu avium. Nec diſplicet I. Gulielmio.

Aſcenas, i.e. Sacerdos ignis, i.e. religionis & cultus divini antiſtes, ſive magiſter aliquibus exponitur. אֵשׁ *eſch*, i.e. ignis, כֹּהֵן *koben*, i.e. ſacerdos, miniſter: à rad. כָּהַן *kihen*, i.e. functus eſt ſacerdotio, miniſter fuit. Inde orti ſunt *Aſcanii*, quorum ſedes fuit in minori Aſia; ſed progreſſi

greſſi ſunt poſtea in Germaniam una cum Cimbris,& dicti ſunt *Teutones*.Sed & *Aſcenez* filius *Gomer*, exiſtimatur eſſe pater Tuiſconum à Judæis, qui uſque in hunc diem *Aſcenazim* nominant Teutones,ſive Germanos. Aſcaniæ mentiòem facit Strabo, Geogr. l. 12. Et Homer. Iliad. β' Ἀσκάνιος θεοειδής. Euſeb. item in Chron. & Hieronymus in Heb. quæſt. in ea eſt ſententia, Aſcenez peperiſſe vocem *Tuiſconis*, poſtea *Teutonis*, der Deudiſchen. Quod ut adhuc clarius evadat, aliquot ſententias Eruditorum de origine tam *Teutonum*, quam *Germanorum*, ſubjiciam: unde melius judicium, in re tam implicita, inſtruetur. Abrah. Ortel. *Mansfeldia* veteris Saxoniæ portio. Putatur nomen à *Manno* ſecundo Germanorum rege ſortitum, cum *Mansfeld* nihil aliud ſonet, quam ſi dicas, *manni campus*.Quam etymologiam ſtabilire videtur *Aſcania*, locus huic proximus, qui *Aſcenes*, Germanorum Patris nomen referre nonnullis perſuaſum eſt. Eſt hic prope etiam *Aſcherleuben*, quaſi dicas *Aſchenes* domum. Eſt quoque ibidem lacus ab *Aſcene* denominatus. De vocula MAN legatur Cluver. l. 1. German. antiq. c. 9. Mart. Luther. à Deud (inquit) i. e. Deus; dimur nos Deudiſch/ & Deutici. Sed Saxonica dialecto Düdiſch; y Pythagorico, ſeu u Belgico. Nam in talibus omnibus vocabulis ſpectanda eſt Dialectus Saxonica, qua olim tota Germania eſt uſa. Ita Germani à Deo ſuo nomen ſumſerunt, quem Deut ſeu Düd appellavere. Quemadmodum poſteri ſe *Gottos dixerunt* à Gott i.e. Deo, quem Gut vocant etiam hodie illi ipſi Goti, nempe Dani, Suedi. Sed tota Germania Gott. Nam Goti fuerunt Germani. Sed quia tam Gott/ quam Gut / accentu circumflexo pronunciatur, factum eſt, ut eosdem & Gætas per diphthongum hiſtorici appellent. Et apparet hoc nomen Dud manaſſe ex Heb. *Dod*, (דוד) quod ſignificat avunculum,amicum,amorem. Ita antiqui & primi patres Germanorum Deum voluerunt nominare Död / i. e. amicum, amorem, avunculum:quemadmodum Iſraelitæ eum Baal, i. e. herum, ſponſum ſeu maritum vocabant. Sed nec ipſum Græ-

Græcum Θεὸς longum diſſonat à voce Deud/ſi pronuncies Deuds. J. Cæſ. Scal. in Orat. Hoc nomen noſtræ gentis ab autore Thuitſch/ quæ vox nullius peregrinæ nationis interventu contaminata in hodiernum uſque diem durat. Hoc numen Terræ filium, ſicuti Ethnici *Tagem*; ita hoc putarunt majores noſtri, cujus proles fuerit *Man*. Unde etiam nunc apud nos, quemadmodum ap. Hebr. primi parentis nomen Hominem ſignificat. Ægyptii ſapientiſſimum quemque Teuth vocitarunt. *Idem ibidem*; Adhuc *Alemani* & *Germani* dicimur. Ubi faceſſant Grammaticorum nugæ. Neque enim aut illi à Lemano (ut ajunt) lacu: ſed quod Allenman à fortitudine interpretabantur, ut quivis viro vir ſatis eſſe poſſet: aut *Germanus* Romanorum vox fuit, quaſi quos Gallorum fratres dicerent: ſed propterea, quod *Ger* integrum atque incorruptum ſignificaret. Joh. Aventinus: *German* qui avet viro congredi. Proverbium etiam nunc apud nos in *Audentem*, qui non terga vertit: ſed ultro hoſtem petit (gert des Mannes) unde Germanus. videatur Strabo l. 4. & 7. *Dreſſerus de Urb. Germ.* Germanorum nomen alii Latinum eſſe putant, quo ſanguine junctus, verus ſeu γνήσιος ſignificetur. Ex quo *germanitas* dicitur ſanguinis communio, ſeu fraternitas. Quod verſibus expreſſit Conradus Celtes:

Germanos vocitant Itali, Græci ſed ἀδελφοὺς,
Quod fratrum ſoleant inter ſe vivere more.

Et revera antiquitus Galli ſimul & Germani communi nomine Celtæ ſeu Galatæ fuerunt dicti. Alii *Germanos* quaſi totos viros ſeu viriles nominari exiſtimant. *Ibidem*: ut Germani toti viriles: ſic *Alemani* omnino nobiles & ingenui viri ſunt nominati, per epentheſin literæ E quaſi *Almani*: vel per ſyncopen, quaſi *Adelmani*. Utraque appellatio fortitudinem arguit. *Lutherus*: Mirum non eſt, linguam ab imperitis depravari. Nam nos viciſſim, regnante barbarie, Latinam linguam egregie corrupimus. Eadem ignorantia credo corruptum eſſe ipſum capitale nomen nationis noſtræ. Veriſimile eſt enim Latinos hiſtoricos falſos eſſe in litera H,

&

& eam pro G inſpexiſſe & legiſſe: vel etiam auditu non ſatis diſcreviſſe, cum fortis adſpiratio H propinque ſonet literæ G. Igitur *Hermanniam* puto noſtram nationem eſſe dictam olim: ſicut & ille præſtantiſſimus dux, qui Auguſti legiones cecidit, perperam *Ariminius* ab Italis dicitur, cum ſit revera *Herman*, adhuc hodie vulgatiſſimum nomen. Eſt autem *Herman*, vir exercitus ſeu dux belli. *Heer* enim exercitus ſeu bellum eſt: Unde dicitur Heerfart/ expeditio bellica. Inde *Hermani*, *Hermannia*, id eſt, bellicoſa. Idem vitium accidit Segeſto, qui ſocer fuit Hermanni: pro Hengſt/ corrupta litera H. in S. Nam adhuc durat nomen cujusdam ducis Angrinorum apud Germanos Hertzog Hengſt zu Engern. Hengſt autem ſignificat caballum vel equum bellicum, ut Hengſt idem fere ſit, quod eques *vel Philippus*, puta virum equeſtrem. Et Epiſcopus Colonienſis adhuc hodie ſe nominat Ducem Angrinorum, Hertzog zu Engern. Male *Angrivariorum* ſcribunt Latini. Et *Anglia* quaſi *Angria* ab iſtis dicitur *Agris* ſeu Engern: Unde & Anglia adhuc magna ex parte Saxonicam linguam habet. Hæc ille. De Angrivariis legatur Cluver. l. 3. Germ. antiq. c. 14. Hadr. Jun. eruit, multis probabilis. Refert eam vero ad *Gomer*, qui eſt prognatus Iapeto filio Noach ſive Saturni. Ab hoc dicti *Cimmerii* & *Cimbri*, qui cum principio tenuiſſent interiora Aſiæ loca, pulſi à Scythis, in Scandiam primum, inde in Cimbricam Cherſoneſum trajecerunt. Sed ejusdem triplex propago, *Aſchcenaz*, *Riphath*, *Thogarma*. Ab Aſchcenaz prodiiſſe vult *Scandianos*: à Riphath *Riphæos*: à Thogarma *Germanos*, unde & nomen ipſum. Atque ei favet paraphraſtes Chaldæus Ezech. 38. 6. ubi Hebræum habet: *domus Thogarma*; ibi ille vertit, *provinciam Germaniæ*. Quoad vocem, eſt Hebræis *Thogarma*, תֹּגַרְמָה, oſſeus vel robuſtus aut etiam valde peregrinus. Tremell. & Jun. in cap. 10. Gen. 3. *Aſchenaz*, inquiunt, pater incolentium Aſiam, Pontum, & Bithyniam, ubi lacus eſt & fluvius *Aſcanius*, & frequentatum nomen *Aſcanii*. Hinc *Aſcania* ma-

ris Ægæi inſulæ: & *Aſcania* Phrygiæ locus, emporio celebris ap. Plin. l. 5. c. 32. Jeroſolymitanus exponit *Aſiam* recte mea ſententia, ex Jerem. 51. 27. Joſephus *Aſchanazas* olim fuiſſe dictos ait, quos jam Græci *Rheginos* vocant. *Riphat*, Paphlagonum autor, qui olim (ſi Joſepho credimus) *Riphathæi* Hinc *Riphæi* montes, & *Arimphæi* populi, per epentheſim literæ M, ad ἀϕωνίαν dicti, Plin. l. 6. c. 7. & Solino c. 27. Itemque Amazones, degenerante vocabulo dictæ fuerunt *Æorpatæ*, ap. Herodot. in Melpom. ex Scytharum gentibus. *Thogarma*, populor. Armeniæ minoris autor, quorum reges *Tygranes*, corrupta voce, & opida *Tygranokartæ* vocata ſunt: Ezech. 27. 13. & c. 38. 6. Cluver. Germ. antiq. l. 1. c. 8. *Alemani* diverſarum Galliæ nationum fuere colluvies, Rhenum ſub Auguſti principatu tranſgreſſi. Quorum nomen eſt mere Germani. ab Alle/id eſt, *omnes* & mannen/ id eſt, *Viri*, compoſitum. Quod idem Cluverius etiam docet ex Agathia l. 3. Germ. antiq. c. 4. οἱ δ᾽ Ἀλαμανοὶ (inquit Agathias lib. 1.) ξυνήλυδές εἰσιν ἄνθρωποι καὶ μιγάδες. καὶ τοῦτο δύναται αὐτοῖς ἡ ἐπωνυμία: id eſt, *Alamani convenæ ſunt & miſcellanei homines: quod & appellatio eorum lingua indicat.* Quippe All *omnem* ſignificat: & Man *hominem*, unde vocabulum factū die Allmänner/ſive die Allemannen: quaſi dicas *multitudinem hominum undique collectam*. Idem lib. 2. c. 20: Antiquum Germanor. vocabulum fuit gerre, quod bellum ſignificat. Id à Burgundionibus, Francis, Gothis, ac Vandalis, Longobardisque Italiæ, Galliæ, & Hiſpaniæ inlatum, eodem ſono apud Gallos nunc manet *guerre*, & apud Hiſpanos *guerra*, apud Italos, u, litera tanquam w, Germanor. pronunciata, dicitur *guerra*, quaſi gwerra. Apud ipſos Germanos plane interiit: pro quo habemus Krig/& Oorloch. Apud Anglos tamen in Britannia, Germanicæ originis gentem, item apud Scotos, manet vox, eadem ſignificatione, *VVarre*, Ex hac & alia voce *man*, quæ virum notat, haud inepte componitur vocabulum *VVarreman*; quod *bellatorem*, ſeu militem indicat. Sic enim ex *foot*, id eſt pes, & *man*, componitur eidem genti, *footman*,

man, id eſt, curſor: ex *coache*, quod eſt vehiculum, *coacheman*, id eſt auriga; ex *VVater*, id eſt aqua, *VVaterman*, id eſt navicularius; ex *horſe*, id eſt, equus, *horſeman*, id eſt, eques: & id genus alia innumera. Ubi notandum, e. illud in fine vocum *coache*, *horſe*, *warre*, in pronuntiatione haud exprimi; idque ex antiquiſſimo linguæ Celticæ more, quapropter haud abſurde, nec vitioſe eadem vocabula ſcribuntur *VVarman*, *Coachman*, *Horſman*. Redde jam igitur antiquitati ſuæ vocabulum *VVarre*; & adjice vocem *man*, habebis *Gerreman*: eliſa autem otioſa illa ſyllaba media *re*, *German*. quod antiquum illud, atque verum, genuinumque eſt nomen, quo Galli ac Romani gentem noſtram appellarunt: nihil aliud ſignificans, quam quod nunc patrio ſermone dicitur **ein Kriegesman**/ & nonnullis, agreſtibus maxime hominibus, **ein Krieger**/ id eſt, bellator, ſive miles. Inventum autem fuit à victis Gallis, gentique Transrhenanæ Rhenum transgreſſæ inditum, *ob metum*, ut inquit auctor noſter; quia Galli arma dextrasque pugnaces adventantium expaveſcentes, Germanos adventare, inque agros ſuos irruere inter ſe conclamabant. *Idem Cluver. l. 1. German. antiq. c.* 9. Diſpiciendum, quis ille fuerit gentis noſtræ conditor deus Tuiſto. Noſtri ſæculi homines, quia terra editum antiqui credebant Germani, eundem eſſe arbitrantur, vetuſtatis ratione ducti, qui divo Moſi in ſacra hiſtoria dicitur *Aſchenaz*, ſive, ut ipſi legunt, *Aſcanes*, Noachi pronepos; appellatosque ex hujus nomine judicant primos Germanos *Thuiſſtones*, quaſi, adjecto German. linguæ articulo, *Thi Aſcanes*. Verum, ſi ab *Aſcane* gens noſtra primum dicta fuit, *Thi Aſchanes*, ſive, quod magis Germanice, *Thi Aſcanen*, vel *Aſchaner*, &, abjecta per apoſtrophum articuli vocali, *Th' Aſcanen*; quæro ego, unde, aut quomodo iſta Linguę Germanicæ ignorantia ipſis poſtmodū nata fuerit, uti geminato articulo dixerint *thi Thaſcanem*; & tandem, uti nunc varie apud varias Germaniæ nationes viget, *die Teutſchen*, ſive *Deuſchen*, de *Duytſchen*, *de Düdeſchen de Tydsker*? Ratio ſane nulla mon-

ſtrari poterit : modusque hinc τ̃ ἐτυμολογεῖν ſatis ineptus. Derivativas eſſe apud Germanos voces, quæcunque χαρακτηριστικὰς, ſeu formativas habent literas SCH, & ap. Danos,Suecosque ac Norvagios SK ; nemini linguæ German. perito ignotum eſſe poteſt. Sic Saxones dicunt *de Spaniſche Rüter, dat Ungeriſche Krygesfolk, dat Romiſche Ryk, dat hemmeliſche Levend*, & id genus alia; quæ Latinè interpreteris, Hiſpanici equites, Hungarici milites, Romanum Imperium, cœleſtis vita: à primitivis Spanien, Ungeren, Room, Hemmel, i. e. Hiſpania, Hungaria, Roma, Cœlum ; quæ ſuperiores Germani dicunt, die Spaniſche Reuter, das Ungeriſche Krigesfolk, das Römiſche Reich, das himmeliſche Leben: Dani & alii Septemtrionales, per SK, *De Spaniske rytere, det Ungeriske Krigesfolk, det Romerske rige, det hemmelske Lefnet.* Ex quibus judicare licet, Germanor. quoque vocabulum *Teutſchen, Deutſchen, Düdeſchen, Duytſchen, Tydsker*, non primitivum eſſe, ſed derivativum, i. e. ab alio quodam vocabulo primitivo deductum: dictamque ſic gentem noſtram ad eundem modum, ut Itali quoque derivativo vocabulo appellantur Germanis citerioribus *die VVälſchen*, & *VVälliſchen*, & Danis *de Velsker* : à primitivo vocabulo gentis Gallorum ; quos à voce antiquâ gallen dictos ſupra docui. Item quemadmodum Anglus vocatur *ein Engeliſcher*, & *een Engelske* ; à primitivo *Engelland*, quo ipſam terram *Angliam* notant. Quin ſic etiam Suedus derivativo vocabulo nunc omnibus pariter Septentrionalibus dicitur *een Suenske*, à primitivo *Suen* ; & Danus olim *Gdanske*, nunc *Danske*, à *Gdan*, & *Dan* ; ut infra, lib. III. cap. XL. & XLI. latius explicabitur. Sic denique derivativo vocabulo dicunt Germani *hominem, ein menſch* quaſi *menniſch*, ſive *männiſch*, & Dani *een mendiske* ; illi à ſuo primitivo *man*, hi à *mand* ; quorum utrumque *virum* ſignificat. Quemadmodum igitur prædictæ voces omnes derivativæ ſunt, adjectivàrum vicem, quoties uſus poſtulat, ſubeuntes ; ſic vocabulum quoque *Teutſch* primitivum nullo modo cenſeri debet, quippe eâdem ratione dicimus, appoſitis ſubſtantivis, *ein teutſcher Man,*
eine

eine teutsche Fraue, ein teutsches Roß; & Danicè *een Tydske Mand, eene Tydske Quinde, een Tydske Hest:* hoc est; *Germanicus vir, Germanica mulier, Germanicus equus.* At si hoc derivativum est vocabulum, quodnam ejus erit primitivum, unde id derivatum? nam à *Tuistone*, i. e. si Germanicè vocabulum formes, à *Tuist*, vel *Teust*, derivativum foret *Tuistisch*, & *Teustisch*; non verò *Tuitsch*, & *Teutsch*: &, si literas ST. transponas in TS, quasi ordo eorum à male curioso librario turbatus esset, uti fiat vocabulū *Tuitso*; jam hoc ipsum erit derivativum illud German. *Tuitsch, & Teutsch.* Unde suspicari licet, vocem hanc in omnibus *Taciti* exemplaribus esse vitiatam. Quærendum igitur aliud primitivum. Verum, genuinumque primitivum plerosque popularium meorum facere video TEUTO: quod viri cujusdam nobilis, vel regis nomen fuisse arbitrantur; ex quo gens etiam, cui ille imperavit, Cimbris contermina, & quondam cum his in expeditionem profecta, *Teutoni* nominati fuerint, qui nunc sunt *Dani*, Verum cur ab una hac natione, haud perinde magna, nec valida (Danicas quippe tenuisse tantum insulas, infra, lib. III. cap. XL. ostendetur) tota illa, vastissima universæ Europæ, gens denominata fuerit, rationem satis aptam video prorsus nullam. Hoc quin imo in contrariam me fert opinionem, quod primus ille gentis nominisque conditor, non rex, nec alius cujusdam conditionis mortalis, sed Deus vetustissimis Germanorum creditus est. Proinde hujus genus nomenque maxime investigandum censeo. Deum hunc, quia omnium pater existimabatur, primaque universæ gentis origo, inprimis coluisse Germanos, maxime credibile est: at *deorum maxime eos coluisse Mercurium, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habuerint;* testis est, in libro de Germania, Tacitus. Mercurium autem Ægyptiis, jam antiquissimis illis temporibus, ΘΕΥΘ appellatum, auctor est in Phœdro ac Philebo Plato; & item Cicer. l. III. de nat. deor. Lactant. l. I. c. VI. Livius quoque lib. XXVI, Hispanor. ad Carthaginem Novam memorat Mercurium TEUTATEM: & item Lucanus, libr. I. Gal-

lorum refert Deum TEUTATEM: cui eadem ipſe tribuit, quæ Germanorū Mercurio Tacitus. Verba Poetæ hæc ſunt:

> Et quibus immitis placuit ſanguine diro
> *Teutates*, horrensque feris altaribus Heſus,
> Et Taranis, Scythicæ non mitior, ara, Dianæ.

Et Gallos quoque *Deum maxime coluiſſe Mercurium, & ſe à Dite patre prognatos, ex Druidum proditione prædicaſſe*, auctor eſt Cæſar, belli Gallici comment. VI. Unde & DITEM Cæſaris, eundem fuiſſe *Teutatem* Livii ac Lucani, & qui Platoni dicitur THEUTH, omnino credibile eſt: quanquam duos diverſos, per nominis errorem, intellexerit deos Cæſar, *Mercurium*, & *Ditem*. Nam quod Cæſar, in dicto Comment. de Gallis ſcribit, quia à Dite patre prognatos ſeſe putabant, *ob eam cauſam eos ſpatia omnis temporis, non numero dierum, ſed noctium finiviſſe; & dies natales, & menſium, & annorum initia ſic obſervaſſe, ut noctem dies ſubſequeretur*: idem in Germanis noſtris exprimit Tacitus his verbis: *nec dierum numerum, ut nos, ſed noctium computant, ſic conſtituunt, ſic condicunt, nox ducere diem videtur.* Proinde unam, eandemque utraque gens ſibi credidit eſſe originem, ab uno eodemque conditore, deo THEUTH ductam. Hujus nomen, pro multiplici dialectorum linguæ Celticæ variatione, varie Germani, Gallique pronuntiavere: *Theath, Theith, Theoht, Theuth*: & abjecta poſteriori adſpiratione, *Theat, Theit, Theot: Theut*: vel etiam prima, *Teath, Teith, Teoth, Teuth*: vel utraque *Teat, Teit, Teot, Teut.* Item *Thiath, Thieth, Thioth, Thiuth*: & *Thiat, Thiet, Thiot, Thiut*; &, *Tiat, Tiet, Tiot, Tiut.* Dein Θ converſo in adfine Δ, *Dead, Deid, Deod, Deud*: & poſteriore D converſo in T, *Deat, Deit, Deot, Deut*: item *Diad, Died, Diod, Diud*: &, *Diat, Diet, Diot, Diut.* Item *Dued, Duid*, & *Duet*; *Duit.* Ex quib. omnib. varia poſtmodum nomina propria, virorum pariter ac fœminarum, maxime tamen virorum fuere conſtructa, quorum exempla paſſim, cum apud poſteriores ſæculi rerum Germanicar. ſcriptores, tum apud antiquos Græcor. Romanorumque auctores, perſcripta reperiuntur. Ex hac multiplici

tiplici vocabuli *Theuth* variatione, facile Cæsar hoc vel illud pro *Ditis* nomine arripere potuit. Apud Tacitum librariorum lapsu, sive incuria, pro voce *Tuitonem*, vel *Teutonem*, scriptum esse *Tuistonem*, hinc certus sum. *Hæc Cluverius.*

His omnibus adjicio coronidis ineptæ ac ridiculæ loco opinionem Goropii è lib. 1. origin. Cum nusquam (ait) *Garmanus* per primam in prima syllaba vocalem scriptum reperiatur; rejicio arrogantem illorum interpretationem, qui putant Germaniam totum virum significare. Et post: *Ger.* duo significat, desidero: & congrego, sive accumulo. Man vero vir dicitur. Vir itaque corradendi desiderio captus German. proprie dicitur; ob quod se domo profectos in Galliam nomine suo Germani palam præ se ferebant.

Aser à felicitate nomen habet: אָשַׁר, *aschar*, i.e. incessit, felix fuit, beatus fuit. Ex quo etiam fluit אַשּׁוּר *Asschur*, *Assur*. Gen. 10. 22. i.e. gressus aut incessus felix. Item *Assyria*, cujus gentis Assur origo est. Ab Assyria, detracta prima syllaba fit *Syria*: ut Spania pro Hispania. Hieron. in c. 19. Jes. *Quos veteres Assyrios nunc vocamus Syrios.* Ab Heb. oritur etiam ἄριστος, i. e. beatus, optimus.

Asinus, *asellus*, qui felicius exponatur, quam per Hebr. עָצֵל *azel*, *asel*, non video. Non tantum enim literæ; sed etiam ipsa significatio examussim respondet. Quid enim pigrius asino? In *prima conjug. passiva* formatur נֶעֱצַל *neezal*, i. e. piger factus est. Alias אָתוֹן *athon*, est asina. Quid si *athon* abeat in *ason* & inde *asinus*, & Græc. ὄνος? Non abnuam, cum T & S facile inter se commutentur: ut πράττω πράσσω: pulso pulto. *Asinarii* olim Judæi dicti sunt à Molone & Appione Alexandrino, quia aureum asini caput adorarent, eo quod Mose duce asinorum beneficio invenissent aquas, ut refert Plutarch. l. 4. Symp. c. 5. Corn. Tacit. l. 21. Annal. Sed nugæ sunt, quas Joseph. l. 2. advers. Appionem refellit. Piscis

etiam *asellus* nominatur. Ut enim asinus plaga ad opus faciendum cogitur; ita ille nisi aqua & fuste probe maceratus, non potest coqui. *Agaso*, *agasonis*, id est, agitator asinorum. *Onagus* ap. Plaut. in Asin. ὀνηγὸς, ὀνηγός. Græcis est ὄνος: à quo nostrum *onus*, sententia J. C. Scal. l. 1. de L. L. c. 26. *Onustus* formatur ut angustus, augustus & similia. Ni præ Græco ὄνος, appetis Heb. אָנַס, *anas*, d. e., oneravit, pressit. Aut simpliciter עָמַס *amas*, i. e. imposuit onus. Vox asini propria expingitur à Latinis per literam streperam, & deinde obtusam. Talis enim sonitus; *Rudo*; antique etiam *Rudio*. Satis commode, propter I. *Rudens* funis nauticus, atque grandior quidem: itidem à sono. Ap. Paccuv. *rudentisibilus*: à sono illo duplici. Cælio ad Ciceronem est *rudentum sibilus*, Virgilio stridor rudentum. Rudo, Græcis est ὀγκάομαι: Sed Latino illo posterius. Imitati tamen sunt & fecerunt *Onco*. Hebr. est אָנַק *anak*, id est, vociferatus est cum gemitu. Item נָהַק *nahak* id est, rudit: asinorum proprium, ut notat etiam Buxtorf. *Onager*, ὄναγρος, id est, Silvestris asinus, ὄνος ἄγριος. Gen. 16. 12. Ipse erit *onager homo*, id est, ferus. *Oniscus* ὀνίσκος, idem quod ὀνάγριον. Plin. l. 29. c. ultim. *Onobatis*, ὀνοβάτις. Cumani, Plutarcho testo, initio Græcar. Quæst, fœminam, quæ in adulterio deprehensa erat primum in saxo publico positam, deinde asino impositam in plateis circumvehebant, quam inde *onobatim* dixere. *Onochelos*, ὀνόχειλος, quasi dicas, labrum asini. *Onocrotalus* est avis à ruditu asini. Κρόταλον, est crepitaculum. κρόταλος est garrulus Aristophani: κρότος, i. e. pulsus: κροτέω, pulso, quatio.

Asparagus, non quod in *aspero* virgulto nascatur, ut Festo & Varroni placet. sed est ἀσπάραγος ἢ ἀσφάραγος Attice. Græci distincta, hîc quærunt etyma.

Asphaltites, ἀσφαλτίτης, i. e. bituminosus. ἄσφαλτος est bitumen: ἀσφάλτιον Suidæ. Κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur *Asphaltites* ille locus aut lacus, ubi Sodoma fuit: quoniam sulfure & bitumine plenus ignem atque favillas ejiciat.

ejiciat. Quo respectu dicitur nonnullis vox ab אֵשׁ & פֶּלֶא, h. e. ignis mirabilis. Hegesipp. l. 4. Arsere terræ, ardent aquæ, in quibus cœlestis ignis reliquiæ cognoscuntur, atque etiam nunc manent. Isidor. l. 16. bitumen in Judæa de lacu Asphaltite emergit. Græci πισσάσφαλτον appellant. Etiam *asphaltopissa* legitur apud LXXII. Exod. 2. in MS *Vaticano*: καὶ κατέχρισεν αὐτὸν ἀσφαλτοπίσσῃ: & oblevit ipsum bitumine & pice: ut alii vertunt.

Astarte, apud Phœnicas inquit Varro l. 4. Cicero de nat. deor. l. 4. de quatuor veneribus loquens: *Quarta*, inquit, *Syria Tyroque concepta, quæ Astarte vocatur, quem Adonidi nupsisse proditum est.* Herodianus putat fieri ἐκ τοῦ ἄστρου: & scribit l. 5. Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι· Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην ὀνομάζουσι, σελήνην εἶναι θέλοντες, i. e., *Libyces ipsam quidem Uraniam vocant: Phœnices vero Astroarchen nominant, Lunam esse volentes.* Ubi pro Ἀστροάρχην legit *Pet. Faber* (qui videatur l. 3. Semest. c. 2. & 3.) ἀστάρτην: neque alii dissentiunt. Revera autem *astarte*, ἀστάρτη ab Hebræo oritur. Nempe ab עֲטָרָה *etarah*, quod signif. coronam. LXXII. reddunt etiam στέφανον: à rad. עָטַר, cinxit, Aut potius ab עַשְׁתֹּרֶת *aschtoreth*. Et hoc etymon non modo major utrinque literarum convenientia (ut res ipsa docet) sed etiam aliæ rationes firmant. Nam 1. Regum 11. 5. Jud. 2. 13. *aschtoreth* LXXII. interpretes diserte vertunt ἀστάρτην. Insuper *aschtoreth* fuit dea Tridoniorum 1. Regum. 11. 5. Et ita Lucianus in libro de Dea Syria: Sidonios tradit etiam suo ævo coluisse deam *astarten*. Vox עשתרת componitur ex עָשׁ, arcturus: & תּוֹר, id est, ordo girans. Ita Avenar. & alii. Sed Kimchi aliique Judæi notant: עשתרת significare simulacra, quæ habebant imagines ovium, quæ loco dearum colebantur à Tzidoniis & Philistæis Jud. 2. 13. 1. Samuel. 31. 10. Quippe עַשְׁתָּרָה est grex. J. Scalig. in conject. *Astarte* ea est, quæ *Astaroth* in divinis literis vocatur. Id Phœnicum lingua sonat *greges*, τὰ μῆλα: tanquam suspiceris dictam à victimarum multitudine. Ea

colebatur à Sidoniis: ſicut *Dagon* à reliquis Phœnicibus & Aſſyriis. Græcis dicitur Δερκετώ καὶ Δερκῖτις: nimirum detorta voce à Syriaco *Adardaga* Significatio à piſce, דג. Cluv. Germ. Antiq. l. 1. cap. 27. contendit Venerem eſſe eandem & Dercetum & Aſtarten & Atargatin. Et ibidem addit: Beda in libro de temporum ratione, cap. XIII. ita ſcribit de Anglis, Germanica gente, in Britanniam transgreſſis: *Aprilis, Eoſtarmonath* (manu ſcripta exemplaria *Aeſtermonath*) *qui nunc Paſchalis menſis interpretatur, quondam à Dea illorum, quæ Eoſtre vocabatur, & cui in illo feſto celebrant, nomen habuit, à cujus nomine nunc Paſchale tempus cognominatur, conſueto antiquæ obſervationis vocabulo gaudia novæ ſolennitatis vocantes.* Id adeo verum eſt, uti etiam nunc plerique Germanorum Paſchatos feſtum vocitent *O Oeſtern*: Angli vero *Eaſter*; vocabulis diſſyllabis: nam *Oo*, & Ea, ſunt diphthongi. *Eſtar* igitur, ſive *Oſtar*, ſeu *Aeſter* dea nulla alia fuit, quam quæ *Aſtarte* Sidoniis & *Atargatis* Aſſyriis dicta; id eſt, Terra mater, ſive Mater deûm, & Rhea, & Iuno, & Venus, & Luna. Legatur etiam Fuller. l. 1. Miſc. c. 13.

Aſtrum ἄστρον. Græcorum magiſtri diſcrimen hoc ſtatuunt; quod *Aſter*, ἀστὴρ ſtella una ſit: *aſtrum* ἄστρον, ſignum è ſtellis coactum. Quod ſi ad cauſam hujus ſtatuti reddendam citantur, magis muti ſunt, quam piſces. Pro uno autem ſumuntur ambo; niſi quod pluralis quandoque numerus ingerat aliquam συνάθροισιν, aut Sidus. Ab ἄστρον, vel ἀστὴρ faciunt etiam ἀστράπτω. Rectius ab Heb. שָׂרַב, *ſaraf*, eſt æſtus, torridus locus. Item שָׂרַף eſt uſſit, incendit, fulgore veſtiit. Ex eo στράπτω, στεροπὴ: poſtea ἀστράπτω, ἀστραπὴ, ἀστεροπὴ, ἀστραπαῖος, aſtrapæus. Aſtrum vero, vel ἄστρον, ab אֵשׁ; *eſch*, quod aſtra ſint πυρινά. Cæterorum in hanc rem ſuffragia paulo poſt colligam. *Aſtræa*, ἀστραία: quia ab aſtris deſcendit, id eſt, juſtitia.

Aſtus ab ἄστυ, quod urbem ſignificat. Pomp. Feſtus: ab ἄστυ, in quo, qui converſati aſſidue ſunt, cauti, atque acuti eſſe videantur. *Terent.* An in *aſtu* venit?

Aſylum,

Digitized by Google

Asylum, ἄσυλος, immunis, tutus à præda: à σύλη, i. e. præda. Aut ab אשל *eschel*, i. e. nemus arboribus consitum sacris, ut istuc confugientes & adorantes Deum salvi sint, & immunes à raptu & cæde. Virgil. 8. Æn. Hinc *lucum ingentem*, quem Romulus acer *asylum* Rettulit --- Ovid. 4. Fast: Quilibet huc, inquit, *confuge: tutus* eris. Statius: Sic sacrasse loco, commune animantibus ægris *Confugium* --- Græcum σύλη, συλάω, à שלל *schalal*, spoliavit, prædatus est. A συλάω, σκυλάω, post σπυλάω est & Latin. *spolio*, prædor. De *spoliis* agit Lipf. l. 5. de mil. Rom. dial. 17.

Atad Heb. אטד, i.e. Rhamnus, spinæ genus. Hinc etiam Afris dicitur *Atad*, & in Dioscoride ἀτάδιμ, corrupte. LXXII. cum Pagnigno vertunt ῥάμνον, *rhamnum*. Tremellius *Cynosbatum*.

Ate, ἄτη ab Hebr. איד *ed*, *at*. id est, infortunium, δυστυχία, calamitas. Sic ἄτη ab אסון, *ason*, i.e. damnum, exitium. It. ἄχθος à דאג, *daag*, *agd*, i.e. solicitus fuit, doluit.

Athanasius est immortalis, ἀθάνατος. A θνήσκω morior. *Biothanatus* est Isidoro l. 10. bis mortuus. Vox ea frequens in Tertull. Cassiano, Julio Firmico. Serv. in l. 4. Æne. *Omnibus umbra locis adero:* Dicunt physici, inquit, βιοθανάτων animas non recipi in originem suam, nisi vagantes legitimum tempus fati compleverint. Quod Poetæ ad sepulturam transferunt. Hæc ille. Unde colligitur βιοθάνατον esse τῇ βίᾳ, vi, aut violente qui moritur, αὐτόχειρα, qui ipse manus sibi infert.

Athenæ; à Dea conditrice & patrona: ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς: quod compositum est ex θεὸς & νοῦς: mens divina. Vel θεονόη, τὰ θεῖα νοοῦσα. Inde est etiam nunc *Athenæum* pro loco, artibus & scientiis divinis frequentato. Fr. Jun. cap. 2. de academ: *Phœnicia* est appellatio, perinde significans, ac si doctorum vel doctrinæ locum, doctrinave celebrem (*Athenas*) appellaveris. Phœnices enim & Syri doctrinam à *tradendo* nominant, quasi παράδοσιν: disciplinam vero à *percipiendo*, quasi παρειλημμένην: quia doctrina à magistris & præceptoribus *traditur* & disciplina

plina ab audientibus *percipitur*. Doctum vero hominem appellant *Thanai* vel *thani*. Atque ex eo Ἀθήνα docta minerva & doctrinæ dea: Ἀθῆναι, urbs *Athenæ*, quas *doctas* Ovidius nominat: unde *humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur*, ut ait Tullius orat. pro Flacco, *Athenæum* doctrinæ doctorumque hominum, doctrinam suam fideliter *tradentium* locus & literarum sedes. Hæc Junius.

Atrium, non ab *atrum*, non à *terra*, non ab *Atria*: sed ab αἴθριον: quia fornice, amplitudine & ornatu repræsentat æthram. *Vitruvius*, facienda sunt vestibula regalia, alta atria. Gloss, *atrium*, μεσαύλιον, περίστωον, Casaub. in Sueton. l.2. in Augusto: *Atrium*, ab αἴθριον, significat locum in ædibus sub dio. Græci ὑπαίθρον frequentius vocant. Sed αἴθριον, pro atrio notavimus sæpe apud LXXII. & Josephum. Tertull. in loco Ezech. c. 9. *Subdival* vertit. Porro ab atrium est *Atriense*, quod pertinet ad atrium: ut servus vel minister atriensis: ita dicitur *amanuensis* à manu.

Audio, græce ἀΐω, id est, ἀκούω. Nisi sit ab aure, quasi *aurio*, i.e. aure percipio. *Inaudio*, i.e. leviter audio. *In* subinnuit quandam στέρησιν. J.C. Scal. c 32. de c. L. L. *Au* mutatur in E longum: *audio*, *obedio*; Ubi OB nihil detrahit, sed causam finalem dicit. Festo, Tertull. l.2. contra Marcion. & aliis est *obaudio*: ut & in Bibliis 4. Esdr. 8. Ecclesiast. 33. Ita ap. Græc. ὑπακοὴ, ὑπήκοος, ἀνηκουστία & similia ab ἀκούω formantur. Gloss. Cyrilli: ἐπακούω, obaudio: ὑπακοὴ obauditio, obtemperantia, obsequium.

Auris, οὖς, ab *aura*, quia per auram, tanquam per medium, sonos apprehendimus, ut Physici disserunt. Jos. Scal. ita placet in Conject. Ausculto: *auses*, & *audes*, & *aures* dicebant veteres. *Ausis*, αὖς, αὐτὸς, Cretice, & Tarentine, αὖς, αὐτὸς, *auses*. Hæc ille. Potius *auscultare*, est *ausecultare*, h. e. *aure occultare*. (Ab inusitato *Cultare*: unde & *decultare* ap. Fest.) Ubi aliquid non leviter aures prætervolat, & in auras spargitur; sed in auribus quasi hæret defixum. Ex quo patet etiam, quur *auscultare* ἐμφατικώτερον sit, quam *audire*. Quod discrimen alias notant inter-

interpretes: sed sine apposita ratione. A Græco οὖς, ὠτὸς fit ἐνώτη & ἐνώτιον; & postea hinc κλειτώτιον sive κλειώτιον, quasi κλειτὸν ἐνώτιον. Atque inde vulgatum *clenodium*: ut ita significet inaurium. Ita conjicit. *Ad. Theod. Siber.* Interim *clenodium* nemini vere Latinorum usurpatum. Germanis Kleinod est κειμήλιον. *Panotus* quasi totus auris, ap. Isidor: l. 11. c. 3 *Panotios*, inquit, apud Scythiam esse ferunt, tam diffusa aurium magnitudine, ut omne corpus ex eis contegat. Οὖς, ὦς, ab Hebr. est אֹזֶן, auris. Cæterum *aura*, αὔρα, compositum παρὰ τὸ ἄω, καὶ ῥέω: spiritus fluens; Hebr. רָוַח, i. e. auram captavit, respiravit רֶוַח, *aura*, *spiritus*, *flatus*.

Auriga ab *aurea*, *orea*, id est, vinculum, quo aures equorum ligabantur. Festus: *aureas* dicebant frenum, quod ad aures equorum religabatur: sicut *oreas*, quo ora coercebantur. Dicitur autem *orea*, *aurea*: *oricilla*, *auricula*, sicut olla, aula.

Aveo, ἀγαπῶ: ab אַוָּה *avvah*, *auvah*, desiderium. Unde etiam εὖ, quia bonum appetimus: aut à יָטַב *jatav*, id est, bonus, ἐὺς, ἠΰς, הֵיטֵב. Aliud vero est *Haveo*, *haue*: pro quo usitatè *Aue*, quod Pœnum est, ut Jos. Scal. in conject. annotat. Rectius tamen *haue*, i.e. vive, uti etiam monet Jac. Cujac. l. 1. obs. c. 15. Ita legimus Dan. 2. 4. *O rex in seculum vive*, חֱיִי. Et Dan. 6. 22. Etiam Manutius testatur, τὸ *Haue*, cum adspiratione in probatis libris ac lapidibus inveniri. Hebr. est חָיָה *chaiah*, id est, vixit, viguit. Inde *Heua* vel potius *Chauuah*, חַוָּה, ab Adamo sic vocata, quod è costa viventis facta, mater omnium hominum futura sit. Ab *aueo* est *avarus*. Nigidius ap. Agell. l. 10. c. 5. appellatur, qui *avidus*, *æris*. Subjicit *Agell.* De avaro ambigitur. Quur enim non videri possit ab uno solum verbo inclinatum, quod est aueo? At quia non affertur ab Agellio ὑστεροις, tale nomen à verbo secundi ordinis solo esse, potius Nigidio adstipulemur: quod *avarus* sit *auens æris*. Vel quasi *auaurus*, à potiore metallo: sicut thesaurus. Nam *amarus*, quod ibidem

dem addit, huc non quadrat, cum non ejusmodi sit originis. Ipsis etiam Græcis est φιλάργυρος amans aut avens pecuniæ. Et hinc φιλαργυρία Virg. 3. Æn. est *auri sacra fames*. Juven. *amor numi*: Sallust. *studium pecuniæ*.

Avernus. Lacus Campaniæ Plin. l. 3. c. 5. ἄορνος ab ὄρνις: qui graveolentia aves supervolantes enecet. Lucret. de rerum nat. l. 6.

Principio, quod *averna* vocantur, nomen id ab re
Impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis,

Virg. 6. Æneid.

Quam super haut ullæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis: talis sese *halitus* atris
Faucibus effundens supera ad convexa ferebat:
Unde locum Graii dixerunt nomine *avernum*.

Augeo, αὔξω, ἀέξω, αὐξάνω. Ab Heb. יָסַף, id est, addidit, προσέθετο. Ab *auctum* est *auctionari*, i. e. sub hasta vendere; scilicet propter lucrum auctius. Sic *auctionem facere*, est publice vendere bona. *Auctor* qui auget. Manutius facit à veteri *auquo*. Sed tam facile ab auctum auctor: ut ab actum actor. Igitur differt ab *Autor*, quod vulgus negligit. Hoc est, qui ipse opus proprio marte molitur, αὐτουργός. Ab autor est *autumo*; non ex *ab*, & *æstimo*, ut Nigidius. Id est, dico, commemoro, recenseo, autor sum; ap. Plaut. Agell. l. 15. cap. 3. Gloss. *autumat*, λέγει. *Autumnus*, qui auget nos fructibus, atque frugibus; quasi *auctumnus*, ut non pauci scriptitant. Quidam *auctunus*, ut Portunus, Neptunus. Sed melius *Auctumnus*, ab auctum. M, enim remanet, ut *Vertumnus*. Et rectius est *Portumnus*. Neptunus verò Græcum. Ab augeo fit *augustus*, sane αὐξητικῶς: ut ab ango angustus. Et iterum ab augustus *Augustinus*: ut à Severus *Severinus*. Ovid. l. 1. Fastorum:

Sacra vocant *augusta* patres: *augusta* vocantur
  Templa sacerdotum ritè dicata manu.
Hujus & augurium dependet origine verbi:
  Et quodcumque suâ Jupiter *auget* ope.
Augeat imperium nostri ducis, *augeat* annos:
  Protegat & nostras querna corona fores.

Xiphi-

Digitized by Google

Xiphilinus in Cæs. Augusto: πάντα τὰ ἐντιμότατα καὶ ἱερώτατα αὔγουστα προσαγορεύεται. Pomp. Festo *augustus* est locus sanctus, ab *avium gestu*, seu *gustu*, qui ab avibus significatus sit. Ennius:

Augusto augurio postquam inclita condita Roma est.

Ap. Sueton. *Auxilium* (inquit Varro) ab *auctu*: cum accesserant qui adjumento essent, alienigenæ. *Auctum, auxum*: inde proximè *auxilium*. Plautus tangit Cist. a. 1. sc. 3: augere auxilia vestris justis legibus. *Macto* à mactum, vel *magis aucto*. Cic. 6. de Repub: *Ferunt laudibus*, mactant *honoribus*. Plaut. Aul. act. 3. sc. 5. *Dotatæ* mactant *& malo & damno viros*. Ubique τὸ *magis* vel *augmentum* infert, non modò ex origine, sed etiam ex usu consentiente. Arnobius hoc verbo, *mactare*, admodum delectatur. *Mactus* dicitur quasi *magis* aut *magè auctus*. Neque hæc contractio videri debet nimia. Quàm facilè enim *malo* fit ex *magis volo*: tam facile *mactus* erit *magis auctus*. Nonius: *Est verbum sacratum, ut macte magis aucte*. Qui igitur *mactus* vel à solo *magis*, vel à Græco μᾶκος dicunt; non audiendi. Neque enim analogia hæc (*Ut ab ago actus; ita à magis mactus*] convenit. A verbo enim *actus* dicitur. Atqui à *magis* nihil tale venit. Itaque *mactus* scitissimè, quasi *magè auctus*. Semper enim τὸ *magis* significatio innuit. Cato c. 38. dicit *mactam herbam*, id est, adultam, bene auctam. Plinius eodem sensu *herbam auctam* vocat. Quum tus aut vinum fundebant super victimam; dicebant: *Mactus est taurus ture aut vino*, h. est, cumulata est hostia & *magis aucta*: uti notat etiam in 9. Æneid. Servius. Similiter dicebant Gentes: *Jupiter, mactus hoc ferto: Jane pater, macte vino inferi esto*; & quæ ejus generis alia erant, ap. Caton. de re rust. c. 134. & 141. videnda. Sed hasce gentiles ac verè aniles ineptias solidè confutat Arnob. l. 7. contra gent. Ubi, qui P. Nannium l. 3. miscell. c. 29. & Brisson. de Form. l. 4. legerit: omnia rectius (si modò ea tanti) intelliget. Nos christiano more dicimus: *Deus hisce donis auctus esto & honoratus*, Aut potius S. scripturæ verbis: *Exaltetur Deus rupis salutis* 2. Sam. 22. 47.

22. 47. *Magnificabo Deum gratiarum actione* Ps. 69. 31. Ubi Targum: *augebo eum.* Amplius *Magnificetur Deus:* Ps. 70. 5. Ubi Targum: *augeatur gloria Domini.* Dictio *macte* habet significationem applausus, quasi re bene gestâ. Virg. 9. Æn. *macte nova virtute*, i. e. augere & cresce magis. Cic. Tusc 1. *macte virtute.* Liv. l. 4. decadis primæ; *Tum dictator, macte virtute, inquit, Servili esto liberata republica.* Statius l. 1. Silvar. *macte bonis animi.* Et hac formula, qua bene agentes laudamus, & ad majus incrementum virtutis cohortamur: tuto licebit nobis uti. Neque dissimiliter Scriptura, Deut. 31. 6. *Confirmamini & fortes estote.* Jos. 1. v. 6. *Confirmare & fortis esto.* LXXII. ἴσχυε καὶ ἀνδρίζε: & alibi. *Magmentum*, i. e. majus augmentum. Formatur à *sectum, segmen, segmentum:* à *fictum, figmentum:* sic à *mactum, magmen, magmentum.* Et sapit ita *magmen* τὸ *augmen* ap. Lucret. tanquam simplicius: sicuti *magmentum* sapit τὸ *augmentum:* Arnobius advers. l. 7. non magmenta, non augmina, non mille species. Manil. l. 1. astron. ante fugam tali pensabat *magmine* victor Quidam legunt hic *imagine.* MS. & Rom. *in agmine.* Sed Fr. Junius evincit, *magmine:* cui etiam calculum libens apponit doctiss. VVigand. Spanheim. *Magmen & magmentum* κατ᾽ ἐξοχὴν & peculiariter est daps aut sacrificium amplum, quo mactantur dii. *Magmentum* Festo, magis auctum, mactum insuper. *Magmentarium* Varr. l. 4. LL. cui magmentum imponitur. Gloss. *magmentarium*, ἐφ᾽ ὃ τὰ σπλάγχνα τιθέμενα τοῖς βωμοῖς προσφέρεται. *Macellum* quasi *mactellum*, à mactandis pecudibus. Quanquam pecudes non dicuntur ἰδίως *mactari*, pro jugulari. Verum ex tota illa actione sacrificandi, penumque domesticam instruendi, à plebe dicebantur animalia *mactari;* cum rectius occiderentur: contra ipsa sacrificia & res domesticæ ab illis *magis* augerentur. Igitur aliud est loqui proprie cum eruditis: aliud cum plebe, quæ ubi plura alicubi concurrunt, unum cum altero confundit, & allium appellat cepas. Bene Virgil. 8. Æneid.

--- *Tibi*

Digitized by Google

——*Tibi maxima Juno*
Mactat, sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.

Servius quidem ad illud: Sane (inquit) ὕστερον πρότερον in hoc versu: primum enim cum grege sistit ad aram, & sic mactat. At nimis ille audacter: ut alibi sæpius. Et primo quidem *mactatio* ponitur: quia ea actio tota Deinde sequuntur, quasi partes. *sacra, grex, ara. Mactat*, i. e. Junonem, quia maxima, magis auctat, honoratve. *Magis*: nam ipse fert sacra: & quia cum grege. Et sistit ad aram: ut ritus sacræ illius actionis & religio & cultus indicetur.

Audax, â ἀδυνος: scilicet τῇ μίξει τῶν στοιχείων, quasi *Audocs*. X nihil aliud, quàm CS. Etiam *audeo* exprimit Græcum αὐχέω: item αὐδάω. Nam majori ex parte *audacia* consistit in ostentatione verbisq; splendidis. Ab audax *audaciter*: ut à felix feliciter; à tenax tenaciter; à ferox ferociter. Quod etiam Caper Grammaticus notat: Sic (inquit) audacter Latinum est: sed audaciter melius est. Quia nomina in X literam terminata, in Adverbiis ITER assumunt: ut atrox atrociter, velox velociter: & sic audax audaciter. Et hanc voculam (*audaciter*) Ciceroni quoque fuisse usitatam notat Lips. l. 4. epist. quæst. ep. 10. *Sodes*, integrum *si audes*: ut *sis*, pro, si vis: *sultis*, pro, si vultis: quod notat etiam Cic. in Orat. & Festus. Priscian. edit. Aldinæ anno 1527. *Plautus in Vidul. Dic mihi si audes, quis ea est.* Et vetus Persii interpres Sat. 3. eodem modo idem citat: *Dic mihi si audes.* Ut ita etymon aliud exquirere velle, supervacuum sit.

Avellana, ab urbe *Abella* & *Avella*. Virgil.

Et qui maliferæ despectant mœnia Avellæ. 7. Æn.

Aliis à *vellendo*, i. e. nux, quæ avellitur, ad differentiam ejus, quæ decutitur. Sed melius ab illa Campaniæ urbe nucum feracissima. *Avellanas* Græci vocant λεπτοκάρυα.

Aula, αὐλή. Ab Heb. אוּלָם, quod idem. *Aulæum*, i. e. παράζωμα ἢ περιπέτασμα, quo parietes aularum vestiuntur. Virgil. 1. Æn.

——*Aulæis jam se regina superbis.*

Mantuanus etiam

T *Pen-*

Digitized by Google

Pendula suspendat paries aulæa——

Servius putat ortum primitus in aula regis Attali. Propert. l. 2. Porticus aulæus nobilis Attalicis. Alias *Attalicum* est idem, quod magnificum, grande, eximium: ab eodem illo rege. Horat. *Attalicis* conditionib. i.e. maximis. Scribitur autem rectè *Aulæa*, non *aulea*: quia Græcis αὐλαία: & propterea dicitur etiam hæc aulæa in Fœmin. *Aulicus*, αὐλικός.

Aurum, ab αὐρός. *Thesaurus*. Θησαυρὸς, παρὰ τὸ εἰς αὔριον τίθεσθαι: Vel potius ab αὐρὸς, & θέσις. Est enim theca, ubi aurum & ejus generis preciosa reponuntur.

Aurora, quasi *aurea hora*: tum à fulgore *aureo*, tum ab utilitate *aurea*. Quippe aurora musis amica. I.C.Scal. Ex. 78. *aurora* est tota Græca vox. Cujus postrema pars adhuc in usu est Græcis ipsis ὥρα. Prior autem nobis tantum *aurum*. Illis non nisi in composito, θησαυρὸς. *Idem* c. 91. L. L. Metallo & præviæ diei parti fulgoris nomen inditum est, Græca voce αὐρὸν. Prisca enim est, quod testatur αὔριον, scilicet sequens mane: quod & Germani imitati sunt, & Hispani, & Itali. *Hæc ille*. Etiam autores ita describunt aurum ab illo fulgore, *Pindaro*, χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ. *Virgil.* fulvum. *Ovid.* micans. *Apul.* coruscans. *Claud.* rutilum. Origo plane Hebr. אור *or*, *aor*, quod lucem sive splendorem notat. *Aurescit aer*, inquit Varro de L. L. l. 6. Cæterum ut à ferrum, ferrugo: Sic ab aurum, *aurugo*. Et hinc verbum ap. Tertull. de Anima: *redundantia fellis auruginant*. Gloss. aurugo ἴκτερος: *auruginosus* ἰκτερικός. Icteris, morbus Galeno dicitur ab *ictide*, mustela agresti. Plinio, ab *ictero* avicula. Isidor. l. 4. orig. c. 9. Græci appellant à cujusdam animalis nomine, quod sit fellei coloris. Hunc morbum Latini *arcuatum* appellant ad similitudinem cœlestis arcus. *Auruginem* vero Varro appellari ait à colore auri. *Regium* autem *morbum* inde æstimant dictum, quod vino bono & regalib. cibis citius curetur. Hieronym. Amos c. 4. ירקון *jerakon*, i.e. auruginem, omnes icteron transtulerunt. Pagnin. *rubiginem*, ut & Tremell. Avenar. *flavedinem*, Buxtorf. *rubiginem* & *auriginem*.

Auste-

Austerus, αὐστηρὸς: *asper*. ἄσπρος. J.C. Scal. in Theoph. de plan. quod Latini tam dura voce, quam dura est tum res, tum Etymologia. Vox est agricolarum priscorum sumta à terra, quæ est inepta cultui: παρὰ τὸ μὴ σπείρεσθαι: Ubi essent saxa & squalor. Græcum autem fuit τὸ σπεῖρον καὶ ἄχος. Urbane Democritus multangulum facit. Sane vero tum serra, tum linea, tum spinæ multangulæ sunt. Et sapores *asperi*, partes habent dissimiles & inæquales. Pers. *Sat.3. asper utile numus habet*: asper, scilicet propter formam satis expressam, necdum usu divino tritum, notis obliteratis. Anne vero *asper*, moneta & vox hodieq; Turcis usitata, huc alludat? Gloss. δηνάριον λευκὸν, *Asprum*: Et iterum: ἀσπρότης, *candor*.

Authepsa, nomen ollæ æneæ. Cicero pro Roscio: Ibi domus referta vasis Corinthiis & Deliacis, in quibus est *aut ipsa*, quam nuper mercatus est. Ibi pro *aut ipsa*, Eruditi substituunt, *Authepsa*: ut sensus ita aliquis sit. Ab αὐτὸ & ἕψω, i.e. quasi ipsum coquens. Aut ab αὖθις ἢ αὖτε & ἕψω, i.e. iterum coquo; quasi sit Vas, quod imponitur mensæ ad rursus calefaciendum cibum. *Depscere*, i.e. coquere, à δέψειν, in Nonio, Varrone: sicut *clepere*, à κλέπτειν.

B.

B*Ahal*, βαάλ, est dominans; item idolum, proprie Sidoniorum 3. Reg. 16. *Bahalim*, idola sive dominantes. Tremellius exponit *deos tutelares*. *Bahalia*. βααλία, idoli dominus. Vide, quæ de *Bahal* egregie notarit comment. priori ad voces N. Test. Drusius: & Fuller. l. 2. Misc. c. 7. Addam hic & nonnulla alia. *Mambre*, μαμβρῆ, est rebellis aut amarus vel etiam commutans. Alias in Græco scribitur ἰαμβρῆς, *Iambres*: & sic Hebraice vertitur, mare cum egestate. Hieronymo est *mare pellucidum* 2. Timoth.3. legitur ἰαμβρῆ: & ita appellatur à Palladio in vita Macarii Alexand. & Eusebio l. 9. de præp. c. 3. *Jerobeam*, est impugnans aut objurgans populum. Hieronym. in Am. c. 1. *Jeroboam*, judicatio sive causa populi, δικαστμὸς λαοῦ: licet quidam per X græcam literam legentes, divisionem populi suspicentur. *Cephanet*

à Pharaone dictus est Joseph, & sonat Hebraice absconditor repertorum, quod obscura Somnia revelavit & sterilitatem prædixit. Sed quia hoc nomen ab Ægyptio ponitur, ipsius linguæ deberet habere rationem. Exponitur ergo *cephanet* Ægyptio sermone, *Salvator mundi*, eo, quod orbem terræ ab imminente famis excidio ipse liberaret, ut ait Isidor. l. 7. orig. c. 7. & Hieronym. ad Gen. c. 41. *Maria*, מרים, μαριὰμ, & inde Μαρία. Etiam sonat *stilla maris*. מַר est gutta, σταγών: יָם, mare. Hieron. in Nominib. ex Matthæo: *Mariam* plerique æstimant interpretari, *illuminant me isti*, vel *illuminatrix*, vel *Smyrna maris*. Sed mihi nequaquam videtur. Melius est autem, ut dicamus, sonare eam *stillam maris*, sive amarum mare. Sciendum quoq; quod *Maria* sermone Syro *Domina* nuncupatur. Isidor. l. 7. orig. c. 10. Maria illuminatrix sive stella maris. Aliis exponitur magistra maris. *Ægyptus*, αἴγυπτος, est angustia. θλίψις. A prophetis appellatur *Misraim*, à Mesraim filio Cham. Joseph l. 1. antiq. Jud. c. 12. *Mesrim* & *Mesraim* nominatam refert. Ps. 77. & 104. Ægyptus dicitur *Cham*, quod ejus filius Mesraim occupaverit Ægyptum. Quondam & *Æria* dicta est, ut Euseb notat in Chron. *Abalab*, ἀχλάβ, frater cordis. *Asaph*, ἀσάφ, congregans aut colligens. *Barabbas*, βαραββᾶς, filius patris, aut confusionis. Nomen latronis Matth. 27. At *Barnabas*, βαρνάβας, filius Prophetæ, vel filius consolationis Actor. 4. Legatur Joh. Drus. com. priori ad voces N. Test. *Belial*, βελίαλ, perversus, non adscendens, vel absque jugo. *Bethania*, βηθανία, domus obedientiæ vel afflictionis, aut domus cantici, sive domus gratiæ domini. *Bethabara*, βηθαβαρά, domus transitus aut iræ: vel Syriace, frumenti. Joh. 1. Hæc in Bethabara facta sunt trans Jordanem. Ubi vetus versio male, *Bethania*, legit vide Joh. Drus. com. priori ad voces N. Testamenti *Bethesda*, βηθεσδά, domus effusionis, sive confluges: locus ad quem aqua pluvia confluebat Joh. 5. *Bethphage*, βηθφαγή, domus oris vallium vel domus buccæ vallis, sive domus ficuum præcoquarum. *Bethsaida*, βηθσαϊδά, domus

domus frugum, vel domus venatorum, sive insidiantium. *Caiphas*, καϊφᾶς, investigator, vel sagax, vel vomens ore, aut vomitus oris, Matth. 26. *Cain*, καϊν, possessio, vel possessus, *Candace*, κανδάκη, possidens contritionem: aut ex Hebr. & Syro, possessio munda vel puriss. Actor. 8. *Carmel*, κάρμηλος, cognitio circumcisionis, vel agnus circumcisus, aut teneritudo segetum, aut coccinus. *Cedron*, κεδρὼν, torrens obscuritatis. *Cenez*, κενὲζ, nidus iste, aut lamentatio hæc, sive possessio aut emtio hæc. Inde *Cenezæus*, κενεζαῖος. Num. 32. Quod LXXII. verterunt, διακεχωρισμένος, alienam seqvuti lectionem. *Chux*, præparatio sive placenta: aut Syriace, fenestra. Nomen opidi. 1. Paral. 18. LXXII. ex nomine proprio sic verterunt: καὶ ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν πόλεων. *Corinthus*, κόρινθος, satietas, vel etiam ornamentum. *Darius*, δαρεῖος, requirens vel inquirens. Casp. Waser. in Mithrid. *Darius* ad formam Persicam est *Dariavves*, quod Ctesiæ Græco est Δαρειαῖος, & Herodoto exponitur ἑρξείης, à premendo & coercendo. *Darvves* enim est ἔρξις, θλῖψις. Hæc ille. *Doeg*, δωὴκ, est solicitus, vel etiam piscator. *Emim*, אֵמִים, Timores aut terribiles. Gigantes quos expulerunt Moabitæ à terra ipsorum. Deut. 2. in Gen. 14. non est proprium nomen, sed vertatur, *Terribiles* vel *horrendos*, quod fecit: Chaldæus paraphrastes. Sic etiam transferendum esse ait Hieron. in Quæst. Hebr. in Henes. Licet LXXII. ἰμμαῖος transtulerint *Ephraim*, ἐφραὶμ, frugifer, aut crescens. Sic & *Ephratha*, ἐφραθὰ, est ubertas, aut frugifera *Esther*, ἐσθὴρ, occulta, abscondita vel demoliens: aut ex Syro & Hebr medicinæ exploratio, vel medicina turturis. *Ethecæ* אַתִּיקֵיהָא Ezech. 42. ædificia quædam in atrio templi statuta, sive muro templi, juncta. Judæi angulos vocant & statuas. Hieron. in 42. c. Ezech. transtulit *porticus*. Rabbi David Kimchi ait esse communiorem vocem, ad Cameram & gazophylacium. LXXII. pro eo habent ὑποφαύσεις: alibi περίστυλον, στοὰν, & ἀπόλοιπον. *Galilæa* γαλιλαία, volubilis, sive rota: sicut *Galgal* est rota, sive revolutio. *Gedeon*, γεδεὼν, conterens vel confringens: aut ex Syro & Hebræo, abscissio iniquitatis. *Ger-*

 son,

à Pharaone dictus est Joseph, & sonat Hebraice absconditor repertorum, quod obscura Somnia revelavit & sterilitatem prædixit. Sed quia hoc nomen ab Ægyptio ponitur, ipsius linguæ deberet habere rationem. Exponitur ergo *cephanet* Ægyptio sermone, *Salvator mundi*, eo, quod orbem terræ ab imminente famis excidio ipse liberaret, ut ait Isidor. l. 7. orig. c. 7. & Hieronym. ad Gen. c. 41. *Maria*, מרים, μαριὰμ, & inde Μαρία. Etiam sonat *stilla maris*. מר est gutta, σταγὼν: ים, mare. Hieron. in Nominib. ex Matthæo: *Mariam* plerique æstimant interpretari, *illuminant me isti*, vel *illuminatrix*, vel *Smyrna maris*. Sed mihi nequaquam videtur. Melius est autem, ut dicamus, sonare eam *stillam maris*, sive amarum mare. Sciendum quoq; quod *Maria* sermone Syro *Domina* nuncupatur. Isidor. l. 7. orig. c. 10. Maria illuminatrix sive stella maris. Aliis exponitur magistra maris. *Ægyptus*, αἴγυπτος, est angustia. θλῖψις. A prophetis appellatur *Misraim*, à Mesraim filio Cham. Joseph l. 1. antiq. Jud. c. 12. *Mesrim* & *Mesraim* nominatam refert. Ps. 77. & 104. Ægyptus dicitur *Cham*, quod ejus filius Mesraim occupaverit Ægyptum. Quondam & *Æria* dicta est, ut Euseb notat in Chron. *Abalab*, ἀχλάβ, frater cordis. *Asaph*, ἀσὰφ, congregans aut colligens. *Barabbas*, βαραββᾶς, filius patris, aut confusionis. Nomen latronis Matth. 27. At *Barnabas*, βαρνάβας, filius Prophetæ, vel filius consolationis Actor. 4. Legatur Joh. Drus. com. priori ad voces N. Test. *Belial*, βελίαλ, perversus, non adscendens, vel absque jugo. *Bethania*, βηθανία, domus obedientiæ vel afflictionis, aut domus cantici, sive domus gratiæ domini. *Bethabara*, βηθαβαρά, domus transitus aut iræ: vel Syriace, frumenti. Joh. 1. Hæc in Bethabara facta sunt trans Jordanem. Ubi vetus versio male, *Bethania*, legit vide Joh. Drus. com. priori ad voces N. Testamenti *Bethesda*, βηθεσδά, domus effusionis, sive confluges: locus ad quem aqua pluvia confluebat Joh. 5. *Bethphage*, βηθφαγή, domus oris vallium vel domus buccæ vallis, sive domus ficuum præcoquarum. *Bethsaida*, βηθσαϊδά, domus

domus frugum, vel domus venatorum, sive insidiantium. *Caiphas*, καϊφὰς, investigator, vel sagax, vel vomens ore, aut vomitus oris, Matth. 26. *Cain*, καϊν, possessio, vel possessus, *Candace*, κανδάκη, possidens contritionem: aut ex Hebr. & Syro, possessio munda vel puriss. Actor. 8. *Carmel*, κάρμηλος, cognitio circumcisionis, vel agnus circumcisus, aut teneritudo segetum, aut coccinus. *Cedron*, κεδρὼν, torrens obscuritatis. *Cenez*, κενὲζ, nidus iste, aut lamentatio hæc, sive possessio aut emtio hæc. Inde *Cenezæus*, κενεζαῖος. Num. 32. Quod LXXII. verterunt, διακεχωρισμένος, alienam seqvuti lectionem. *Chun*, præparatio sive placenta: aut Syriace, fenestra. Nomen opidi. 1. Paral. 18. LXXII. ex nomine proprio sic verterunt: καὶ ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν πόλεων. *Corinthus*, κόρινθος, satietas, vel etiam ornamentum. *Darius*, δαρεῖος, requirens vel inquirens. Casp. Waser. in Mithrid. *Darius* ad formam Persicam est *Dariabbes*, quod Ctesiæ Græco est Δαρειαῖος, & Herodoto exponitur ἐρξείης, à premendo & coercendo. *Darbbes* enim est ἔρξις, θλῖψις. Hæc ille. *Doeg*, δωὴκ, est solicitus, vel etiam piscator. *Emim*, אֵמִים, Timores aut terribiles. Gigantes quos expulerunt Moabitæ à terra ipsorum. Deut. 2. in Gen. 14. non est proprium nomen, sed vertatur, *Terribiles* vel *horrendos*, quod fecit Chaldæus paraphrastes. Sic etiam transferendum esse ait Hieron. in Quæst. Hebr. in Henes. Licet LXXII. ὁμμαῖος transtulerint *Ephraim*, ἐφραίμ, frugifer, aut erescens. Sic & *Ephratha*, ἐφραθὰ, est ubertas, aut frugifera *Esther*, ἐσθὴρ, occulta, abscondita vel demoliens: aut ex Syro & Hebr medicinæ exploratio, vel medicina turturis. *Ethecα* אַתִּיקֵהָא Ezech. 42. ædificia quædam in atrio templi statuta, sive muro templi, juncta. Judæi angulos vocant & statuas. Hieron. in 42. c. Ezech. transtulit *porticus*. Rabbi David Kimchi ait esse communiorem vocem, ad Cameram & gazophylacium. LXXII. pro eo habent ὑποφαύσεις: alibi περίστυλον, στοὰν, & ἀπόλοιπον. *Galilæa* γαλιλαία, volubilis, sive rota: sicut *Galgal* est rota, sive revolutio. *Gedeon*, γεδεὼν, conterens vel confringens: aut ex Syro & Hebræo, abscissio iniquitatis. *Ger-*

 son,

son, γηςϛάμ, advena ibi, sive peregrinus. *Gethsemani*, γεθσημανῆ, vallis pinguedinum vel olei. Jos. 28. Vetus interpres vertit, vallis pinguium. Ad Hebr. scribi oportet *Gesemani*. *Gomer*, γομὲρ, consummans, aut consumens, sive deficiens. Gen. 10. *Hacel dema* ager sanguinis, ἀκελδὰς αἵματος: nomen Syrum est. Videatur Johan. Drusii prior comm. ad voces N. Test. *Hermon*, ἑρμὼν, destructio sive anathema, vel rete sive retinaculum: aut dedicatum vel consecratum, sc. Deo. *Holofernes*, ὀλοφέρνης, fortis dux: vox ex Hebr & Syro conflata. *Iair*, ἰαείρ, ut & *Iairus*, ἰάειρος *Marc.* 5. illuminans vel illuminatus. *Iehu*, ἰηῦ, ipse, sive ὢν, existens. *Iericho*, ἱεριχῶ, luna, vel mensis, aut odor ejus. *Ierosolyma*. ἱεροσόλυμα, Hebr. *Ierusalem*, & dicitur quasi יראה־שלם, i. e. videbit perfectum, vel pacificum. Ergo Jerusalem est visio pacis, vel visio perfecta. *Hispania*, ἱσπανία, rara, i. e. pretiosa. *Iordanis*, ἰορδάνης, Heb. יַרְדֵּן *Iarden*, fluvius judicii, aut demonstratio vel projectio judicii. *Mahumites*, 1. Paral. 11. est nuncians, vel delens, aut radens, aut medulla. Alius est *Mahomet*, uti vulgo appellatur, planus ille notissimus, superstitionis Turcicæ conditor. Sed in Arabica lingua (ejus enim vox illa) *Muhammed* vel *Muchammed*: prout ח efferas vel lenius vel asperius. Schindl. in Lex. מחמד *Muchammet*, quasi laudabilis, celebris. Arabibus חמד est laudare: Hebræis desiderare. *Moab*, μωάβ, de patre. *Nabal*, ναβάλ, stultus, insipiens. *Noach*, Græce νῶε, noe, cessatio, vel requies. *Pilatus*, πιλᾶτος, constringens vel constrictus. *Rebecca*. ῥεβέκκα, saginata, vel contentio impedita. *Rogel*, ῥωγὴλ, pes sive pedestris. *Ruben* ῥουβὴν, videns filium. *Rhodus*, ῥόδος, rosa. Cycladum insularum nobilissima. *Sadducæi*, Σαδδουκαῖοι, justi: nam צָדוֹק, *Zadok* est justus. Vel Syriace scissi aut schismatici. *Salome*, media longa, σαλώμη, pacifica vel perfecta. *Samson*, σαμψὼν, vel Heb. *Shcimschon*, sol ejus, sive nominis iteratio. *Tabitha*, ταβιθά, dorcas, damula vel caprea: Syrum est Act. 9. *Tharsis* θαρσεὶς, Heb. תַּרְשִׁישׁ, contemplatio gaudii vel exploratio marmoris, aut turtur gaudii, aut mare. Filius

Laban,

Digitized by Google

Iavan, Gen. 10. 4. Est & nomen regionis, Cilicia, olim dicta, à *Tharsis* filio Javan. 1. Reg. 10. 2. Chron. 9. Ps. 71. Unde ejus metropolis Theta θ mutato in Tau τ, *Tarsus* nomen obtinuit. In actis igitur Apostol. hæc dictio sine adspiratione scribitur. Quidam volunt *Tharsin* aliquando mare mediterraneum significare ap. Jonam Prophet. c. 1. & Ps. 71. At Jes. 23. & Jerem. 10. capitur pro Africa, teste Jonathan. Qui plura in hanc rem expetit, *Drusium* sibi coemat, hactenus sæpe à nobis citatum. Nam in libris plurimis, quos evulgavit, ex professo voces maxime Hebræas & similes explicat, & ita Philologi officio eximie perfungitur.

Babel, בָּבֶל, quod ibi lingua confusa sit, aut mista. Gen. 11. 9. Unde facta literar. & significationis quandoq; mutatione, omnia idiomata & dialecti extiterunt. Ubi, ridicula dicam, an misera sciolorum ignorantia, addo, & pertinacia. Illico, tanquam arbitri sc. & dictatores, illa omnia etyma abjiciunt, in quibus literæ paululum varientur: salva interim significatione. Dicant, an non vocum integritas sit, superstitibus pariter literis omnib.? Intelligo literas, non ut scribimus, sed ut eloquimur. Dicant necesse est. Ergo contradicunt illi, cui neq; debent, neq; possunt: nempe ipsi Deo. Aut admittant mutationem. Quam & qualem? Certe significationis interdum, & literarum. Ergo hæ mistæ, transpositæ, inversæ, abjectæ, adjectæ fuerint per initia oportet. Igitur vel Latini, vel Græci, vel German. vel alii hac via regredimur ad primum idioma. Mista sejungimus: transposita restituimus, suo quodq; loco: inversa convertimus: abjecta reddimus, & deniq: adjecta tollimus. Aut si aliam confusionis rationem norint: nobiscum communicent. Legatur liber Philonis de confusione linguar & Perer. l. 16. in Gen. disp. 9. & 10. A *Babel* fit Βαβυλὼν, *Babylon*, *Babylo*: quæ & de turri & urbe & regione apud autores solet usurpari.

Bacchus, βάκχος. Hugo Sanfordus Theol. *Bacchum* esse *Mosen*: Bacchi *Indiam* & *Nysam* esse Mosis *Arabiam* & *Syram*, plurib. indiciis erudite ostendit, de

Christi descensu ad infer. l. 1. Dicitur alias *Bacchus* à clamore, seu vociferatione. Aut, quod malunt alii à βάζειν, à furore. A quo Polluci & Hesychio est & *Bassareus*, βάσσαρος ap. Orpheum. Titulus Bacchi. Dicitur etiam *Briseus*, à βρίθειν, à gravando corpus. Vel à βρίζειν, i. e. præ vino aut potu dormire, ut Giraldus notat, *Phlyus*, à φλύειν τὸν οἶνον, quod vinum lætificet. *Dionys.* Platoni in Crat. & aliis quasi διδοίνυσος, παρὰ διδόναι τὸν οἶνον: vel quia Διάλυσος, λ in N. quod solvat animum curis. Macrobius dici vult à Physicis quasi Διὸς νοῦν, i. e. Jovis mentem. De cæteris appellationib. alibi. Tantum hoc è J. C. Scal. observes: l. 1. Poet. c. 46. *Dithyrambus*: in Liberi patris honorem Dithyrambum factitari solitum. Quippe bis natus, bis exivit è naturæ principiis, tanquam binas fores transmiserit. Δὶς θύρας ἀμείβων, aut ἅμα ἰὼν. Alii curiosius, à Nimphis excogitatam acclamationem parturienti coxæ Jovis, λῦθι ῥάμμα: quasi *Lythirambus*, ut est ap. Pindar. Gloss. *Bimater* Διθύραμβος, à Διόνυσος, *Bipater*, Διόνυσος. Camerar. in problem decur. 4. Βάκχον, qui est Dionysus, nomen habere ἀπὸ τῆς θορυβώδους βάξεως, à turbulento sermone, quemadmodum ἴακχον ἀπὸ τοῦ ἰάζειν seu ἰάχειν, quod est, *resonare*, non à vero abhorrere videtur. At Βρόμιος unde, & qua de causa ita appellatur? An ἀπὸ τοῦ βρόμου, qui ob fervorem sit ex vino dulcescenti? An propter ebriorum vociferationes, sicuti ἐριβρεμέτης *valide tonans*, ita quoque Βρόμιος & ἐρίβρομος, *valde rugiens*? Nomen enim Ἐλελεῦ indicare amentiam eorum, qui hujus dæmonis orgia celebrabant, non est obscurum. (Hugo Sanford. *Eleleu* derivat ex Hebræor. *Hallelu-jah*; de descensu l. 1.) Sed pergit Camerar. Similiter etiam dictio Εὔιος à numine afflatorum acclamationibus est deducta. Idem quoque Εἰραφιώτης dictus est. An quoniam ἔριν φαίνει, i. e. *jurgia* affert vinum: etsi ap. Eubulum, ut Dipnosophistes 11. libro exposuit, quartum craterem non suum esse Dionysus inquit, sed petulantiæ, & quintum clamoris. An παρὰ τὸ ἐῤῥάφθαι ἐν μηρῷ τοῦ Διὸς, *quod femori Jovis fuisset insutus*? Erat autem Μηρὸς, ut

Digitized by Google

ut ajunt, Indiæ quidam mons, unde etiam Μηροῤῥαφὴς dictus est Dionysus. An ἀπὸ τοῦ ἄρειν, quod est *loqui*, cum ad loquacitatem hoc homines incitet: vinum enim i. e. ebrius,

sæpe affert dictum, haud dictum quod rectius esset.

quemadmodum & Ειρεσιώνη non minus poterit quispiam dicere nominatam esse ἀπὸ τοῦ εἴρειν, seu recitando quippiam à canentibus & circumgestantibus illam pueris, quam παρὰ τὰ ἔρια, à *lanis*. Sed quare Σαβάζιος appellatur? An quod Phrygia dialecto Bacchos interpretentur Σάβους? Fuit autem Indica gens Σάβαι, Σάβοι vero Thracica. Et Hymnus qui Orpheo adscribitur Σαβάζιον Saturni filium facit, atque dicit eum esse

Qui Bacchum Dionyson Eribromon Irphiotam,
Insuerit femori.

Diodorus in IIII. *Sebazium*, nocturnum Dionysum Jovis & Proserpinæ natum esse tradit. Ὀρθὸς item, sive *rectus*, nominabatur ob *rectum* id est exquisitum & convenientem vini usum, non quidem meri, sed diluti. Λυαῖος vero est non ea tantum de causa, quod curas & ærumnas λύει, i. e. *solvat ac dissipet*, neque λυσιμελὴς *membra dissolvens*, frequente scilicet meri potu & ebrietate quamvis & hæc vera esse possent, sed quia tempestivo & convenienti potu vini, morbi *dissolvantur*. Unde referunt Pythiam quibusdam dixisse ut vocarent Dionysum sanitatis conservatorem. Et oraculum fertur, in quo Dionysus appellatur *Medicus*, hoc modo,

Viginti ante canem, tum viginti pariter post,
Umbrosa sub parte domus medico utere Baccho.

Quis vero Βασσαρεὺς perhibendus? An Βάσσαρος? sic enim Orphei hymnus inquit:

Bassare item & Bacche ô quem nomina multa celebrant.

An hoc imitatione quadam expressum dicemus, ac sonum edere hoc nomen similem vocibus ebriorum? Non enim probatur origo nominis à βάζειν & ἀρᾶν exposita ab Eustathio. Nymphæ aut Bacchicæ quædam dictæ fuere Βασσάραι: erant & μιμαλλόνες etiam ipsæ vociferantes, quum nomine hoc clamor quidam indicetur, quemadm.

Digitized by Google

& πυλίλας ap. Comicum. Διμάτωρ vero & *bis editum* nunquid recte dicemus, intelligi vinum torcularibus, mutatione ista expressum atque iterum in doliis effervescens, quo ad bibendum fiat aptius & utilius? An prius in racemis ac uvis natum, postea videmia adhuc imperfectum quodammodo, calcando & premendo, ita demum vinum colligitur? Quod etiam Διμορφος, i.e. *biformis* dicatur *Dionysus*, id forte ejusdem significationis fuerit: aut quoque ambobus hisce indicantur duplices quasi ebriorum differentiæ, quorum alii iracundi, alii hilares sunt. Quoniam vero impetus illorum, qui non scite sed immodice bibunt vinum, secundum poetam Megarensem, sunt feri & immanes, licet suspicati Dionysum Tauro & Pantheræ comparari. Κερασφόρος autem & *corniger* esse potest, forte non magis ob galeam capitis arietini figuram habentem, quam ob cornua exigua patri Ammoni enata, aut etiam propter ebrios, qui si irascuntur, audaciores efficiuntur & ad feriendum quasi cornibus impelluntur. Cæterum quod Bacchus addat *cornua pauperi*, nonnullis in proverbio est. Et hæc quidem hactenus. At proprium *Dionysus* unde? Non est obscurum, quod traditur de monte alicubi in India sito νύσῃ, illum ibi & natum & appellatum fuisse Διὸς filium. Conjicere præterea quis posset hoc nomen obtigisse *Dionyso* vinolento, quod τὴν Δία, i. e. *diem & lucem*, νύττει, i. e. *exagitat*. Nam mysteria Dionysi quæ fuerunt nocturna innuere voluerunt nimirum, debere eos qui bibunt vinum, occultare potum, nec pati ut conspicuum fiat impletionis dedecus. Quod si multum vini perferre aliquis nequeat, rectum esse, ut ab exhauriendo abstineat. An quoque ob studium reponendi vinum & condendi, ut ita in occulto inveterescat? Ideoque Dionysum etiam οἰκουρὸν cognominari inquiunt. Non aberravit insuper à vera fortasse nominis origine, qui dicit Διόνυσον eum esse, qui libero ore prædicatus sit, τὴν νύσσαν, i.e. *metam*, manifestam, & claram exhibens: quoniam eorum qui nimium biberunt, animus sit levior, & lingua incontinentior. Sed qui solem hunc esse perhibuerunt, arbitror voluisse signi-

Digitized by Google

significare Διόνυσον esse τὸν νύσιον excitantem, & prælucentem δῖα, h. e. diei & lucis splendorem. Jam nonnulli & aliam vocabuli rationem exposuerunt, tum ridiculam magis, quod ad fabulam attinet, tum per se facetiorem quam Panapolites Nonnus, nescio ubi inventam Dionysiacis inseruit, sic canens,

Appellans Dionyson, onus quia crure tumenti
Attolens, Claudius Saturnus incedebat:
Nyson enim Claudum Syrii vocitasse feruntur.

Sed omnium fere nominum cognominumque Dionysi mentione facta, pulcherrimum & prudentissimum si considerare omitteremus, quomodo non, ceu temulentis & insanis hoc nobis daretur vitio? vetustissimi enim Dionysum εὐβουλῆα, i.e. *bonum consiliarium*, ac Noctem εὐφρόνην, quasi prudentiæ aptam appellarunt, consilio bono potum haudquaquam privantes & existimantes noctem inprimis prudentiæ convenire, quando videlicet exhilararetur Phyltro Dionysiaco. Erat autem & μειλίχιος Διόνυσος, non viteus Bacchus, sed quasi συκικὸς, h. e. *ficulneus*, qui ficuum exhiberet fructum, ap. Naxios, ut Pausanias ex alior. relatione commemorat, quia Naxii ficus appellarunt Μείλιχα. Et quoniam Dionyso mala quoque consecrata fuere secundum illud Theocriti: *Ipse sinu mecum Bacchi sacra mala tulissem:* Melinum quoque hunc multorum nominum Deum, poeticum hoc etiam epitheton adjiciendo quispiam forte nuncupare poterit. Hæc Camerarius.

Baculus & *Baculum*, βάκτρον. In Heb. est מקל *makkel, bakkel*, baculus B, enim & M sunt elementa admodum cognata. Demin. *bacillus:* quod de se format *imbecillis*, i.e. sine baculo, ut *inermis*. A senibus, qui opera scipionis destituti labascunt, & infirmi sunt. Ap. Hebr. senex à baculo describitur. Zach. 8. 4. *habens quisq. scipionem suum in manu sua præ multitudine dierum.* Horat. l. 2. Serm. posthabita origine secundam produxit: *Imbecillis*, iners. Nisi excuses per figuram, qualis *in relliquiæ*. J. C. Scalig. in Farrag. contra fecit: Æger, aridus, *imbecillis*, expes.

Ut

Ut ante eum Prudentius: Et *imbecilla* infantia. *Vacillo*, si Nonio credimus, ductum est itidem à senibus se baculo allevantibus & sustinentibus scipione: *Vacillo*, quasi *bacillo*, ut cantillo, sorbillo. Nam B & V affinia sunt. Gloss. Cyrilli: σκάζω, titubo, bacillo. Aut ab Hebræo פוק, *puk*, i. e. vacillavit.

Badius color. Varro ap. Nonium: Equi colore dispares, ita nati: hic *badius*: iste gilvus, ille murinus. Joh. 12. 13. τὰ βαΐα τῶν φοινίκων. Hieron. l. 2. adverſ. Jovin. Cubile eis de foliis palmarum, quas *bajas* vocant, contextum erat. *Badius* dicitur ἀπὸ τῶν βαΐων h. e. ramis palmarum, qui colorem spadiceum referunt: & hodie Hispani hunc colorem *Vayo* vocant: & *Vn Vayo*, equum spadicei coloris. Isidor. l. 12. *Spadix* à colore palmæ, quam Siculi *spadicam* vocant. Agell. l. 2. c. 26. *spadica* Dorici vocant avulsum è palma termitem. Idem l. 3. c. 9. Quem colorem nos *puniceum*, Græci partim φοίνικα, σπάδικα appellant: quoniam palmæ termes ex arbore cum fructu avulsus, *spadix* dicitur à σπᾶν. Ut in Sympoſ. 8. quæst. 4. etiam Plutarchus notat. Theophraſt. 2. Hiſtor. dicit ἐκ φοινικος σπάθης τόξα πεποιημένα, h. e. ex spatha palmarum vel ex Phœnicea arcus esse factos. *Phœniceum*, φοινίκεον, proprie eſt rubrum, purpureum, à φοῖνιξ. Heſych. φοινικοῦν, πυῤῥὸν κόκκινον, αἱματῶδες. Αφοινίκεον, eſt etiam *puniceum*. Significatus plane convenit. *Phœnicea, phœnice, phœnix* nomen herbæ: dictæ ſic à purpureo colore: φοινικέα, φοινικῆ, φοῖνιξ: ap. Plin. l. 23. c. 25. Diſcor. l. 4. c. 39. *Phœnix*, φοῖνιξ, avis iterum à colore ſic nominata: qua de Geſnerus & Aldrovandus legi poteſt. Ultimo φοῖνιξ formatur à φόνος, i. e. cædes, cruor, à φένω. Ut ita ſit color ſanguinem aut cruorem qui refert. Quomodo etiam Blutroth à Germ. dicitur.

Bagauda, ap. Salvian. Euſeb. & alios. *Bagaudæ* vero vel etiam *Bacaudæ* ſunt factioſi, rebelles & latrones. *Bagauda* vel *Bacauda* ipſum eſt latrocinium, motus agreſtium, ſeditio, tumultus. *Eumenius* panegyrico de ſcholis inſtaurandis: *Latrocinio Bagaudicæ rebellionis obſeſſa*. Ita enim legendum, non *Batavicæ*, uti monet Joh. Livineis.

neius. Et addit ex Pæanio Eutropii interprete Græco: Βακαῦδαι, ὄνομα ἐςὶ τῦτο τυράννυς δηλῦν ἐπιχωρίυς. Constantinopoli vocabant *Bagaudas* μυλτιρίυς: & *Bagaudam* ipsam μῦλτον. Scilicet ex Latino: *tumultuarios*, *tumultum*. Ejus generis sunt, quos Poloni *Cosakos*, in deserto Muscoviæ, vocant. Item *Bandolieri*, in montibus Pyrenæis: & *Martolossi* in montanis Pannoniæ, ut scribit Rittershus. Germaniæ nostræ decus, in l. 5. Salviani.

Balana, βάλαινα: ex Hebr. בָּלַע *balah*, i. e. absorpsit bolum, devoravit. Ap. Hebræos balæna est *serpens bellua* Job. 26. 13. Jesai. 27. 1. Legatur J.C. Scal. in Arist. de animal. l. 2. c. 16. Matt. Martin. noster in Lexico. Aliud autem est *Phalana*: scilicet parvum animal candelabris advolans, quod *pyrausta* & *Pyralis*, teste Plinio l. 11. c. 36. nuncupatur & *psom*. Dici vero *Phalanam* volunt παρὰ τὸ εἰς φῶς ἅλλεσθαι, id est, quia ad lumen ceu assiliat. Sunt qui Rhodiorum vocabulum esse *Phalanam* existiment. Rhod. l. 7. c. 16. & ita tamen originis Græcanicæ.

Balneum, & *Balineum*, Utroque enim modo Veteres pronunciasse & Sosipater Charisius testatur l. 1. Gram. & ex antiquis lapid. colligit *Aldus Manut.* Sed & Græcum βαλανεῖον peperit *Balineum* & inde post *Balneum* exstitit. Dicitur à βάλλειν τὰς ἀνίας. August. l. 9. Conf. c. 12. Hinc λυτρὸν, ἄκη πόνων πωτοῖα sunt Athenæo. Aliis, παρὰ τὸ τὰς βαλάνυς αὔειν: quoniam balanos succendere moris fuit veterib. ut ait Rhodig. l. 30. c. 17. Et Hein. Salmuthus noster in Guid. Pancirolli l. 1. de perdit. rerum.

Balsamum, τὸ βάλσαμον. Arabibus *Belsamin*. *Opobalsamum* ab ὀπὸς, i. e. succus: Plinio est *oleum balsaminum*. *Carpobalsamum* à καρπός. Legatur Joh. Renodæus de mat. med. l. 1. sect. 3. c. 16. Fluxit ab Heb. בַּעַל שֶׁמֶן *babal schemen*, propter eximiam nobilitatem. i. e. dominus, seu princeps olei: quod, ut Plin. ait l. 12. c. 26. omnib. odoribus præfertur. Vel, ut Exod. 30. 23. dicitur, aromatum præstantissimum. A Rad. שָׁמַן, *schaman*, i. e. pinguis fuit. בַּעַל, i. e. dominus, *Babal*: nomen idoli, quod instar dei, aut domini amaverunt & venerati sunt.

Radix est בָּעַל *bahal*, i. e. dominatus est. Ab eodem Heb. שֶׁמֶן i. e. pinguis, λιπαρός: oritur etiam *Scammonia*, quasi *schammonia*. Non tantum n. literæ vocis: sed etiam descriptio ipsius herbæ probe assonat. Emittit κλῶνας πολλὰς λιπαρὰς i. e. ramos multos pingues. Radix ejusdem ὁ πῦ μεσή. Is vero πυνεγηρώδης. Videatur Dioscor. l. 4. c. 165. & Plin. l. 26. c. 8. *Scammoniæ* succus herbæ ab radice ramosæ, pinguib. foliis, radice crassa, madida, muscosa. Nascitur pingui & albo solo. Laudatur simillimum taurino glutini, cito liquescens, gummosum. Isidor. l. 17. orig. c 19. *Scammonia*, quam Latini *acridium* vocant, herba succi plena.

Balthasar, i. e. dominus militiæ princeps. בָּעַל i. e. dominus, maritus. צָבָא, *zasa*, i. militia exercitus. A radice צָבָא, i. e. militavit. שַׂר, i. e. princeps: & שָׂרַר *sarar*, i. e. egit principem.

Bamma, βάμμα: *Embamma*, ἔμβαμμα: à βάπτω tingo, item abluo. *Baptismus*, βαπτισμός, i. e. immersio, item ablutio, adspersio: ut Græci scriptores utuntur. Tertull. l. de baptis. & Isid. l. 6. orig. c. 19. est *tinctio*: item *lavacrum*. Et βαπτιστής. Tertulliano est *intinctus*: l. de pœnitent. Etiam Mar. 7. insignis exstat locus, βαπτίζεσθαι, βαπτισμὸν esse lotionem: καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται οὐκ ἐσθίουσι. καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν, ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλκίων καὶ κλινῶν. βάπτω ab Heb. טָבַע, id, mersus est.

Bandophorus est, qui signum fert: compositione, è Græco German. sermone desumta. φέρειν enim est ferre. *Banda*, Band Germ. Germani enim pro signis Romanor. fasciam hastæ alligatam in exercitu habuerunt, & signum hoc *Bandam* nominarunt indicantes omnes qui sub eodem signo militant, arctissimo esse vinculo colligatos. Nobis *Bandophorus*, Banderherr dicitur, quasi Dominus *Bandæ*, i. e. præcipui signi. Ap. Procop. lib. 4. de bello Vandal. & Gorop. l. 2.

Bata-

Digitized by Google

Barathrum, βάραθρον, à βαρύς. Hesych. βάραθρον ὄρυγμα, βάθος γῆς βόθρος. Attice βέρεθρον. Lucret. l. 6. *Ne pedib. raptim tellus subtracta feratur.* Ibarathrum. *Balatro* inde: prius *Barathro*, i.e. dignus barathro: vel dignus qui eo præcipitetur. Et hoc ex jure Atheniensium, qui maleficos in *barathrum*, ut Lacones in καιάδας conjiciebant. Alii dicunt *balatronem* ἀπὸ τοῦ βάλλειν, ut sit abjectus & nihili.

Barbarus, βάρβαρος. Strabo Geogr. l. 14. οἶμαι δὲ βάρβαρον κατ᾽ ἀρχὰς ἐκπεφωνῆσθαι οὕτως ὀνοματοποιΐαν ἐπὶ τῶν δυσεκφόρως καὶ σκληρῶς καὶ τραχέως λαλούντων: i.e. *existimo vocem* barbarū *ita fuisse ab initio attributum his, quæ non nisi difficulter, duriter & aspere possent pronunciari.* Et mox: ἐκείνους ἰδίως ἐκάλεσαν βαρβάρους, ἐν ἀρχαῖς μὲν κατὰ τὸ λοιδόρον, ὡς ἂν παχυστόμους· εἶτα κατεχρησάμεθα, ὡς ἐθνικῷ κοινῷ ὀνόματι ἀντιδιαιροῦντες πρὸς τοὺς Ἕλληνας: i.e. *hos initio vocarunt barbaros, tanquā diductionem aut asperitatem oris exprobrantes: deinde tanquam communi quodam gentili nomine abusi sumus, in nationum divisione, barbaros Græcis opponentes.* Atque ita etiam Paulus Græcos opponit *Barbaris* Rom. 1. 14. *Et Græcis & Barbaris debitor sum.* Etiam barbarus est ἑτερόγλωσσος: quos non intelligimus, nec nos illi. Ovid. de ponto: *Barbarus hîc ego sum: quia non intelligor ulli.* Quomodo etiam Paulus explicat 1. Cor. 14. 11. *Nisi sciero vim vocis, ero ei, qui loquitur, barbarus: &, qui loquitur, apud me barbarus fuerit.* Sed etymon vero quale? Strabo, ut vidimus, vocem *Barbarum* exstitisse putat κατ᾽ ὀνοματοποιΐαν. Nec immerito. Ita enim strepera & ingrata illa litera si geminetur RR, sonat, *bar-bar.* Aut Chaldæis & Arabib. debetur origo: quod Eruditi putant J. C. Scal. Exerc. 51. ad Cardan. Inter subtilitates tuas cum eam *barbariam* voces, reddendam tibi censeo rationem. Soli namque Numidæ legitima voce Arabibus *Elbarbar*, quod apud eos murmur significat, nominantur. Et *barbar* est murmurare. Quippe hoc est eis objectum ab Arabib. propterea, quod utantur inculto sono. Quanquam equidem à desertis ita dictos reor. *Barbar* n. Arabice desertum. Arabes suos, quorum inepto ingenio, atque sinistra locutione patriæ linguæ deliciæ vitium conceperunt,

perunt, non *barbar*, sed *mustah geme*, i. e. quod ajunt Græci βεβαρβαρωμένους, nos depravatos. *Idem in Theoph. de pl.* solum in Africa subest udum, qua arvum est. Sola namq; ora maritima fertilis, cætera vasta est. Unde & *barbaria*. Quia *Bar* eorum lingua desertum significat: more Hebræo *Barbar*, valde desertum. Chaldæiis בָּרָא est ager, foris. Dan. 2.38. בַּר quidquid foris est ager, silva, desertum בַּר exterus aut peregrinus. Rapheleng. in Lex. Arab. בַּר terrra inculta, desertum. ברה foris. בַּרְבַּרִי barbarus. Ubi apparet nugatoria Perotti derivatio, qui barbaros à *Barba* duci autumat. Ap. Hebr. est 1. Reg. 4. 23. בַּרְבֻּרִים *barburim*. i. e. galli silvestres, & barbari, secundum Rabbi David Kimchi. *Talmud* exponit aves saginatas, & purgatas quæ afferantur è Barbaria. Pagninus vertit *gallinaceos saginatos*. Avenar. *gallos barbaros saginatos*. Tremellius v. contra: *lectissima quaq. altilia*. Etiam LXXII. ὀρνίθων ἐκλεκτῶν νομάδων. Rad. est בָּרַר. i. e. purgavit, purificavit. Et hinc faciunt nonnulli τὸ βάρβαρον. Sicut Æliæ Huttero בַּרְבַּר *barbar*, est barbarus, βάρβαρος.

Barbiton & *Barbitos*: sicut βάρβιτον & βάρβιτος. Etymologicum tradit vocari quasi βαρύμιτον, quia βαρεῖαν τὴν φωνὴν ἢ φθόγγον ἀφίησι: & quidem per μίτους, i. e. nervos, stamina: Theocritus vocat πολύχορδον. Legatur Strabo l. 10. & in eum Casaubonus.

Bardus, βραδὺς, βαρδὺς, μετάθεσις, i. e. tardus, qui contradistinguitur *celeri*. Latin. vero *Tardus* agnoscit ortum Heb. טָרַד *tarad, tard.* tardavit, occupatus est jugiter. Proprie dicitur de stillis, quæ guttatim cadunt, & tam copiose ut una alteram quasi propellere videatur. Igitur inde quoque est πυρέτιον: de quo postea.

Bartholomæus, βαρθολομαῖος: & *Barptolemæus*, βαρπτολεμαῖος. A Cald. בַּר filius; πτόλεμος sive πόλεμος, bellum. *Ptolemæus* bellicosus. Nec mirum, diversa gentium nomina invicem communicata, aut mista. Idem hodieq; fieri videmus. Causa est vel vicinitas, vel conjunctio, & commercia. Cum igitur res mutuo permutentur; una etiam

Digitized by Google

etiam voces necesse est. Hæ enim sunt notæ rerum: & in contractibus necessariæ, ut in tota vita. Etiam *Bartimæus* βαρτίμαιος, vox ejus generis. Hoc est filius Timæi. Hieronymus ait corrupte legi: Scribi autem debere *Barsemæus*, quod Siriace exponitur *filius cæcus*, vel filius cæcitatis. Item *Bariesus*, βαριησοῦς, i. e. filius Jesu: Act. 13. Sed de nomine *Bartolomæi*: sunt, qui integre ex Heb. consutum existimant. Scilicet à בַּר, *bar*, filius: תָּלָה *talah*, i. e. suspendit in altum, extulit: & à מַיִם i. e. aquæ. Ut *Bartolomæus* sit, Filius attollentis aut suspendentis aquas, i. e. Dei. Quod etymon sane probabile. Nec obest tamen nostræ sententiæ: Linguas invicem commutari solere: ut passim ostendimus. Interim quæ de hisce nominib. *Bartholomæus*, *Bartimæus*, *Bariesus* moverit in comm. prio. ad voces N. T. Joh. Drus. legatur.

Basilius, i. e. regius: βασιλικὸς, βασίλειος: à βασιλεύς. Quicquid enim splendidum & imperiosum erat, *basilicum* dicebant, ut ap. Plaut in Pæn. *basilice* ornatus. In Capt. *basilica* edictiones. Ex *Basilio* vulgus corrupit *Blasius*. *Basiliscus*, βασιλίσκος. Lucan. l. 11. Sibilaq; effundens cunctas terrentia pestes. Ante venena nocens, late sibi submovet omne vulgus, & in vacua *regnat* basiliscus arena. A macula in vertice candida, quasi diademate, nomen regium: inquit J. C. Scal. l. 2. Hist. An. c. 18. βασιλεὺς, est à *Bahal*, i. e. Dominus. Aut à מָשַׁל *maschal*, i. e. imperavit. Sicut ἄναξ ab עֲנָק, i. e. torques, item dux aut princeps torque ornatus. Inde etiam *Anakim* in sacris.

Batus, βάτος, vel Bathus: est orthus Hebræi. Siquidem בַּת est nomen mensuræ liquidorum, Jes. 5. 10.

Battus, βάττος, ab Heb. בָּטָא *bata*, i. e. effutivit, blateravit. βατταρίζειν est futiliter nugari. Ita & *Batulus*, βάταλος, i. e. mollis, fit A בָּטַל *batal*, i. e. mollis, aut hebes fuit, cessavit.

Batu, βατέω. Formatur, ut ἱερέω, ἱερεύω, χέω, χεύω: ita, βατέω, βατεύω, βάω βῆμι, quod ex Hebr. בּוֹא venit. Itaque

Batuere proprie nihil aliud, quam ire, vadere. Postea vel ad venerem, vel ad pugnas, vel alia transfertur: ut Latinor. *coire, inire*. Etiam Hebr. Gen. 6. 4. & 19. 31. Jud. 15. 1. notat συνουσίαν & coitum, Gloss. *Battuit*, κατακόπτει. Jos.Scal. Cum singulari congressu duo se exercebant, locus *Batualia*, ipsi *batuatores* dicebantur. *Batuere* enim ferulis velitari, aut verberare: ut ap. Sueton. in Vespas. legimus. Tamen Cicero posuit inter κακέμφατα inerudita illa epist. ad Pætum. Quia Syracusane βατάζειν dicebatur, cum mas init fœminam. Theocritus:

Θηκ' ἴσορῆ τὰς μηκάδας, οἷα βατεῦνται.

Baxea, calceamenti genus, ut Lips. 1. Elect. 13. ex Spartiano & Apuleio docet *Fr. Junius* in Pallio Tertul. *Baxeæ* (inquit) crepidæ sunt, ἀπὸ τῆς βάξεως: sed Philosophis speciatim attributæ βάξις à βάζω. Quia inter eundum crepabant.

Bellerophon, quasi βουλὴν φέρων. L. additum, ut sonus sit robustior. Nec deest autoritas Homeri, quæ etymon confirmet. Vocat enim ἀγαθὰ φρονέοντα δαΐφρονα βελλεροφόντην, i.e. bona cogitantem, sapientem Bellerophontem.

Bellum. Quinctil. l. 1. Inst. B quoque in locum aliquarum dedimus aliquando. Unde *Burrhus*, & *Bruges* & *Balæna*: nec non eadem fecit ex *duello bellum*. Unde *duellos* quidam dicere *bellos* ausi sunt. Asstipulatur J.C. Scal. l. 3. poet. c. 90. *Bellum* dicunt, quod minime sit *bellum*. Nos quia initio fuit *duellum*, *à duobus*. Nam licet multi sint milites; duæ tamen partes sunt, & inter duos tantũ primum bellum fuit. Legatur etiam Savaro in Sidonii l. l. 2. epist. 2. *Duellum* ap. Horat. Ap. Lucret. est *duellica* proles; pro *bellica*. *Duellona* pro *Bellona* ap. Varr. *Duellator* admisit Junius 1. Sam. 17. 23. *Imbellis*, à bellum, cum IN στερητικῷ, Glossar. *Imbellis*, ἀπόλεμος. Gajus libro secundo ad Legem 12. Tabular. Quos nos *hostes* appellamus, eos veteres *Perduelles* appellabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus *bellum* esset. Ubi *Scipio Gentil.* Non simpliciter bellum, sed pertinax. Id enim illa adjectio PER significat, autore Sexto Pompeio eamque vocem Gaio reponere non dubitem. A *bello* faciunt *belluam*; quia

bellum

bellum sit indignum hominibus, & quia Natura feras armasse videtur potius, ad prælia & concertationes, cornibus, robore, celeritate: non hominem. Quidam à *Bestia* malunt. Illis autem priorib. Cicero ipse 1. off. suffragatur: Temere in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam, & *belluarum* simile est.

Belus Heb. בֵּל *Bel* est nomen idoli Babylonici: uti Scaliger etiam monet l. 6. de emendat. Tempor. Cœl. Rhod. l. 1. sunt qui *Belum* (inquit) i. e. βηλὸν esse astrorum ac ætheris ambitum prodant: alii supremum, omniaque circumplectentem aera: nonnulli secundum Dryopas etiam olympum. Chaldæi cœlum prorsus eo nomine intelligunt. Signat & *Belus* pavimentum παρὰ τὸ βαίνειν, i. e. ab incessu, sicut placuit Eustathio. Inveni & pro januæ limine dici Belum, quem etiam φλιὰν vocant. Sunt qui Phœnicum lingua solem dici opinentur HEL, unde dicatur *Helios:* qui mox & *Belus*. Colebatur apud Syriæ Apameam (inquit Dionysius) Jupiter cognomento *Belus*, qui Severo adhuc intra privatum se habitum continenti, Homericè responderit. Autor est l. 3. Diodorus Jovem à Babyloniis Belum dici. Plin. l. 6. c. 26. At quidquid alii: verissima origo vocis *Beli*, aut *Bel*, est בַּעַל dominus: de quo paulo ante. Nam & diabolum honore divino affici voluisse & hodieque velle, cognitissimum. Tremell. & Jun. in Jes. c. 46. 1. Alii *Bel* *solem* esse volunt. Quod magis probamus. Quia solem ab Assyriis, Persis & Babyloniis pro Deo summo habitum esse; & igni tanquam illius particulæ cultum exhibitum, omnes historiæ testantur. Unde factum, ut temporibus Josiæ equi, currus & cultus Soli essent dicati Hierosolimis superstitione invecta per Assyrios. 2. Reg. 23. 11. Dicitur autem *Bel* illarum sermone tanquam dominus, pro eo, quod dicunt Hebræi *Baal*. Herodian. l. 5. Solem, quem ἐπιχώριοι maximè colunt, ut deum, Phœnicum lingua ἐλαιαγάβαλον vocant. (videatur Fuller. l. 1. Misc. c. 14.) Et l. 8. Βέλιν, *Belin* vocant indigenæ, magnaque cum religione colunt, *Apollinem* interpretantes. Etiam *Belenus* exstat ap. Tertullian. Apologet. c. 24.

Capitolium in Maximinis E Auson. poeta Grammmaticis Latin. Burdigal. philolog. scribit;

Nec reticebo senem
Nomine Phœbitium;
Qui *Beleni* æditumus
Nil opis inde tulit.

Belenus (inquit ad illud versum Jos. Scal. c. 9.) est Apollo. Unde & Galli herbam, qua inungebant sagittas, *Belenium* vocabant. Plin. l. 27. c. 11. Limeum, *herba appellatur à Gallis, quâ sagittas in venatu tingunt medicamento.* Ibi Jac. Dalecampius notat: *Læmeum* ἀπὸ τοῦ λοιμοῦ. *Eandem & Belenium vocarunt.*

Bes appellatum est, ait P. Festus quod *bis triens* sit, quamvis dura compositio fiat *bessis* ex triente. Ad quod Jos. Scal. Inepta Etymologia & morosa. Prius DES dicebatur, ut *duonus*, *bonus* : *duellus*, *bellus*. Autor Varro. AS ita in partes suas secatur, vel tribuitur: ut ad octo fiat partium incrementum: ab octo ad duodecim fiat deminutio. Cùm ergo ad octo peventum est, tunc *de asso* deminuendum in ratione partium ineunda. Non enim ut ante, quadrans, triens, semis dicitur: quæ unciatum adjectione incrementum capiunt: sed *deest uncia, deest sextans, deest quadrans*, i. e. *deunx*, *dextans*, *dodrans*. Ergo ab octo de asse deminuitur, unde *Des, dessis* dictus primum à veterib. Et hæc est vera Etymi ratio. *As* à Varr. l. 1. de L.L. dicitur ab *æs*: scilicet à materia. Gul. Budæus Paris. consil. regius integrum libr. de *asse* & partibus ejus conscripsit.

Beta dicta, autore Columella, quod figuram literæ E. referat.

——— *Sed litera proxima primæ*
Deprimitur folio viridis, pede candida Beta. Quod etiam probat Bauhinus in Diosc. l. 2. c. 116. Martialis appellat *fatuam*, l. 13. dist. 13. quia per se sit insipida. Pers. sat. 2. vocat *plebeiam*. *Beta*, βῆτα est ab Heb. ב *beth*, בית i. e. domus quam figura quoquo modo imitatur. Inde etiam *Bethel*, i. e. domus Dei. אל *el*, Deus.

Bethle-

Bethlehem, domus panis. בַּיִת *baith* domus: לֶחֶם *lechem*, panis. A verbo לָחַם *lacham*, i.e. comedit, incidit dentibus.

Bezar, vel etiam *bezaar*, aut *bezahar*: ab Indis & Persis ad nos ita venit. Lapis hic (verba ſunt Matthioli in 5. Dioſcor. c. 73.) Mauritanorum teſtimonio, antidotum eſt omnium præſtantiſſ. ſua ſpeciali dote, contra omnia in univerſum venena. J. C. Scal. Arabes antidota ad venena vocant patria lingua, vitam conſervantia i. e. *bezahar*: Exerc. 184. ſ. 5. Hier. Card. Subtil. l. 7. *pazar* lapis, quem corrupto nomine vocant *Bezar*. Garcias ab Horto & ejus interpres Cl. Carol. Cluſius Aromat. Hiſt. l. 1. c. 45. vocatur hic lapis, *Pazar*, à *Pazan*, i. e. hirco cum Arab. tum Perſis & Doraſone incolis: nos corrupto nomine *Bezar*; atque Indi magis corruptè *Bazar* appellant: quaſi dicas lapidem forenſem. Nam *Bazar* eorum lingua forum ſonat. *Nicol. de Monardis* Hiſpal. medicus integrum lib. de hoc lapide edidit; & inter alia: *Lapis* (inquit) *Bezaar multis nominibus donatur. Nam Arabibus* Hager: *Perſis* Bezaar: *Indis* Bezar: *Hebræis* Bel-zaar *dicitur, quaſi dominus veneni: à* Bel, *dominus: &* zaar, *venenum*. Hic ulteriùs legatur Comm. Salmuthi in l. 2. Pancir. Tit. 3. Et imprimis liber *Bauhini*, quo hunc lapidem accuratâ diligentiâ explicuit.

Bicus, βῖκος, βικίον, exponitur vas, urna. Hebr. eſt בַּקְבּוּק *bakbuk*, i. e. lagena, ſic dicta à ſono, quem inter evacuandum edit. 1. Reg. 14. 2. Alexandrini vocant ejusmodi vas *Baucal*. Et ap. Italos eſt *Bocal*: ut ita miſtio linguar. ubique appareat. Ni malis à *poculum* facere Italicum. E. Latio enim pleraque omnia.

Bdolach, vel *Bedolach*, בְּדֹלַח, hinc *bdellium*, βδέλλιον. Sunt, qui margaritam aſſe velint, ut diſputat Lamb. Danæus Phyſ. Chr. p. ſecund. c. 35. LXXII. vertunt ἄνθρακα, *carbunculum*. Gen. 2. 12. Hebræi communiter *cryſtallum* explicant: & ita etiam vertunt LXXII. Num. 11. 7. Aliis & quidem rectiùs, *bedolach*, eſt arbor, quam Dioſc. l. 1. c. 69. vocat *bdolchon*, corruptius *bolchon*. Gen. 2. 12.

 Ibidem

Ibidem est *bdellium* & lapis Sardonyx. Quod si bdellium sit lapis, haut dubiè ei id nomen quoque additum, ut Sardonychi, fuisset. *Cardan. Subt. l. 8.* optimum adeo olim in precio erat, ut Moses plantam hanc in Genesi inter præcipuas, auro illam jungens, collocarit: seu lacrimæ excellentia solùm, seu etiam usu plantæ. Hæc ille. *Num. 11. 7.* Man ut semen coriandri erat, color ejus, ut color *bdellii.* i. e. gummi arboris bdellii, quod est pellucidum, simile ceræ, teste Plin. l. 12. Nat. hist. c. 9. Videatur etiam Clus. Arom. l. 1. c. 8.

Bigamus, ut monogamus, à γάμος: παρὰ τὸ γάνυσθαι ἅμα, aut παρὰ τὸ γονῶν: non à δαμάζειν, quasi δάμος, ut putabant. Finis enim potior. Ap. Heb. חמם *chamam*, est amore arsit, incaluit. Etiam חם *cham*, est socer.

Blæsus, βλαισὸς à βλάπτω. Nec ad linguam tantum, sed etiam ad alia membra transfertur. Pariter & *Mutilus* integrè ex Græco μίτυλος, μύτιλος, i. e. cui deest pars.

Basphemus, βλάσφημος, ὁ βλάπτων τὴν φήμην, i.e. ledens *famam*. A quo verbo βλάπτω est etiam *Blatta*, vermis, qui aliquid corrumpit. Plin. l. 11. c. 28. & 29. Ex eodem etiam *Blammata*, βλάμματα, i. e. *detrimenta*, Cic. 3. de finib.

Blennus, βλέννος: βλεννώδης est mucosus: βλέννα muccus. Metaphoricè *blennus*, idem est, qui stultus. Plautus Bacc. stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, *blenni*, buccones. Veteres etiam *Plennus* pro blennus dicebant: idque ob cognationem B. & P. Lucill. Deblaterat *plennus*, bonus rusticus concinit unà. Nam & Græci scribunt πλέννα, pro βλέννα: item πλεννερός,

Blepharo à palpebris: βλέφαρα παρὰ τὸ ἐν τῷ βλέπειν αἴρεσθαι. Aut quasi τοῦ βλέπτος φάρος: quia oculi, aut visus, tegimentum sit. Latinum verò *palpebræ* faciunt communiter à *palpitando*: idque propter motum tremulum & palpitanti similem. Ap. Nonium habetur etiam *palpebrum*: & sic levi mutatione orietur ex Græco βλέφαρον. Hinc Cic. l. 2. de Nat. deor. palpebras vocat, *tegumenta oculorum, mollissimas tactu*.

Blitum,

Digitized by Google

Blitum, βλίτον, genus oleris à stupore saporis appellatum: à Gr. βλὰξ, i. e. stupidus, Festo. Aliis quasi βλητέον, i. e. abjiciendum ob vilitatem. Et hoc Etymon rectius est. *Bliteus*, i. e. inutilis, ac stultus, ab herba illa nullius ferè usus, Plauto, Nonio. A βλὰξ, est *blatero*, i. e. stulte & percupide loquor: item *deblatero*, βλάκτειν, sicut stulti ap. Nonium. Nonnullis *Blactero* placet: sed apud Latinos quantitas repugnat. Horat. l. 2. Sat. 7.

Audit cum magno blateras *clamore* —

Aliud est πλὰξ, πλακὸς, quasi πλατὺξ, i. e. quod in latitudinem extenditur, ut tabula, à πλατύς. Significat etiam crustas, & panes latiores, ac tenuiores in modum crustarum. Inde *placenta* πλάκες. Eo respectu in Batrach: Homerus, conveniente epitheto describit, πλακοῦς τανύπεπλος. Eustat. πλακοῦς εἶδός τι πέμμα πλατὺ, παρὰ τ πλάκα. Propriè πλακόεις & πλακοῦς est *adjectivum*: postea etiam absolute sumitur. Latina vox *placenta* propius accedit. Græcum πλακούντιον, crustulum. Origo tamen eadem, à πλὰξ. Etiam *planum* fluit ab eodem πλὰξ, i. e. planities, tabula plana & æquata, à πλατὺς. *Planum* quasi *plasum* aut *platum*, κατ' ἀντιστοιχον. Est enim propriè *planum* ita æquale, ut nihil emineat. Gloss. ἐπίπεδον, ὁμαλόν. Justin. l. 2. *montes in planum deducebat*. Quomodo *planum* & *solidum* opponatur, enucleat Agell. l. 1. c. 20. *Plane* est plano modo, ut exstet veluti & emineat. J. C. Scal. de c. L. L. c. 60. A πλάτος aut πλατὺς fit *Latus*, Latinum: π abscisso: eodem retento *Platanus*, πλάτανος: est enim πλατύφυλλος. *Platanum Cordubensem* describit Martial. l. 9. *Plateo*, πλατεῖα, subintelligatur *via*. Nec aliunde in Vibiscis genus *planorum* & jacentium piscium vocant *platessas*: quod & Germani retinent. Et *passer* piscis: quia *passus* sit. J. C. Scal. l. 1. poet. c. 14. *Plato* ab Aristone Palæstrita apud quem se exercuit in palæstra, dictus est ob latitudinē humerorum: cum prius ex avi paterni nomine vocaretur *Aristocles*. Et Apul. l. 1. de dogm. Platon. Platoni *habitudo corporis* cognomentum dedit. *Platæa* seu *Platææ*, urbs in Bæotia, itidem à latitudine; ut Betuleio videtur.

Bohemia, quasi *Boiohemia*. Germ. est Boienhaim/ i. e

Bojorum domus aut ſedes. Nam vocula Haim vel Miſnicâ dialecto, heim/ alias etiam dictiones ita claudit. Inde poſtea Boihaim: & amplius Böhmen. Paterc. l. 2. vocat *Bojohamum*. Tacit. de Germ. *Bojemum*. Ptolemæo incolæ vocantur Βαῖμοι, *Bæmi*: nobis die Böhmen. Strabonis exemplaria l. 7. admodum variant: at Lipſius eligit Βοΐασμον, *Boviasmum*. Cluverius verò optimum ex omnib. eſſe putat Βουίαιμον, aut Βοίαιμον, l. 3. Germ. antiq. c. 30. *Boiohami* verò ita dicuntur *Boiis*, qui ab Alpibus deſcenderunt in planum, prius occupata vicinia Mediolani uſque ad Rhetos *Boius* Scal. ad Feſt. *Boia* proprie collare. Gloſſ. κλοιὸς. Errat Brodæus (Miſc. l. 2. c. 10.) qui *boiam* eandem facit cum taurea: cum taurea ſit ſcutica. Alluſit Plautus cap. act. 4. ſc. 2. *Boius boiam* terit. Nam *boiam* accipiendum pro collari: cum tamen qui hoc dicit, vellet accipi, tanquam ſi dixiſſet, ipſum Gallum cum Galla cubare. Notum enim Boios eſſe Gallos. Gloſſ. Bos βοῦς. *Boi* ἐπεγίως οἱ Γάλλοι. Itaque deſcendit *Boia* & *Boiæ* à *Bos*. Eſt enim genus vinculi è corio boum. Gloſſ. Iſidori: *Boia*, torques damnatorum. Plaut. in Aſin. carceres, numellas, pedicas, *boias* tortoresque acerrimos. βόειος & βόεος eſt bubulus: βούβαλος, *bubalus*, βοεὺς, βοεία, eſt lorum è corio bubulo factum. Itaque translate erit collare, ut ajebat Scaliger. *Bos* Græcum planè, βῶς Dorice pro βοῦς. Hinc & *beſtia* quaſi *boſtia* κατ' ἐξοχὴν. *Bos* utrumque ſexum notat. Unde deminutum *Bucula*. Ut ſucula à ſus: ita *bucula*, à *Bos*, *Bus*, βοῦς. A quo *Bubus*, ut à ſus ſubus ap. Varr. Lucret. & alios.

Nil profecturis litora *bubus* arat. Ovidius.

Bus vero ferme deſiit: niſi quod compoſita undique oſtendant. *Bubſequa*, qui boves ſequitur. *Bucada* & *Bucida*, qui cæditur loris è corio boum. Plaut. Moſt. act. 4. ſc. 2. *Bubulcus*, à *bus*, βοῦς: ut ſubulcus à ſus: ap. Græc. συβώτης à σῦς & βόω. Etiam βουπλάτης eſt *bubulcus*: à βοῦς & πέλας. *Bubulcitare*, paſcere aut curare boves. *Bucolica*, βουκολικὰ, à bobus: ſicut αἰπόλια, à capellis, quaſi αἰγοπόλια: συβώτια à ſuibus. *Bucolus*, βουκόλος à βοῦς & κόλον, i. e. pabulum. *Bucera* ſecla; Lucret. l. 5. i. e. boum...

Non

Non dubito, quin sit à βούκερως, i. e. bubula habens cornua. A *bus bubilis*: ut à sedes sedilis, unde *sedile*. Plautus in Perf. ut possim in *bubilem* rejicere. Utrumque enim genus admitti potest. Ut ovile, equile, sedile: sic & *bubile*. Et rursum, ut subtilis & subtile: ita *bubulis* & *bubile* Nam aliquid subintelligitur. Isidor. l. 12. c. 1. *Vacca*, quasi *boacca*. Nam & bos fœminam notat. Ap. veteres, ut & in Glossario, quod H. Stephan. edidit, *bacca* pro *vacca* legitur. Aut vacca quasi βοεικὴ seu βοϊκὴ θήλεια. Etiam assonat Heb. בָּקָר, Bos. *Butes*, nomen Virgil. 5. Æn. βούτης, bubulcus. *Bocas*, piscis genus: â boando, Festus. *Boo*, βοῶ, βοάω: vocis æmulum, propter vocalem illam boatui accommodatã etiam à natura ipsa. *Bosphorus*, aut eliso H, *Bosporus*, βόσπορος ἀπὸ βοὸς καὶ πόρου: quod vel bos trajicere natando possit, ut etiam interpres Apollonii. Plin. l. 6. c. 1. vocat. vel *bubus* meabilem transitum. *Buprestis*, animal simile cantharidi, κατὰ τὴν ἰδέαν καὶ τὴν δύναμιν, ut ait Galenus. A πρήθειν βοῦς, quod inflammet boves. Vide plura ap. Plin. l. 30. c. 4. & 22. Theophrast. l. 7. hist. c. 8. Dioscorid. l. 2. c. 55. *Busiris*, à βοῦς & σύρειν. Tanti erat roboris, ut solus traxerit duos boves. *Butyrum*, βούτυρον: à τυρός. Quasi bovis caseus, aut è lacte pinguedo. Legatur Casaub. l. 10. in Athen. c. 14. *Bura* sive *Buris*: pars aratri posterior, quasi βοὸς οὐρά, quod ad similitudinem caudæ bovis sit curvata. *Hecatombe*, ἑκατόμβη, sacrificium *centum boum*: ἑκατόμβοιος. Strabo: à Laconibus primum institutum hoc sacrificium, qui cum olim centum præessent urbibus, *centenos* quotannis boves, pro centum civitatibus, immolabant. Idem lib. 3. Et Statius in Geneth. Lucan.

Centum Thespiacis odora lucis
Stent altaria, victimæq; centum.

Boletus, βωλίτης, à βῶλος. Unde etiam Latin. *Bolus*, i. e. cujusque rei pars, aut frustum. Aliud est βόλος, *Bolus*, i. e. jactus: ap. Plaut. Rud. Act. 2. scen. 3. à βάλλω: βολὶς, *Bolis* Jaculum. Ut *Boletus* à Græco: Sic etiam *Fungus*, non à *funere*: ut ineptiebant. *Fungus*, *sfungus*, σφόγγος, quia spongiosa illius materia. σφόγγος pro σπόγγος Atticè: σπογ-

σπογγιὰ, *Spongia, spongus.* Ap. Aristot. & Platonem est σπογγιά. Homerus dicit σπόγγοις ἀπομαρχύναι, νίζειν, καθαίρειν. At Græcum σπόγγος dici videtur à σπᾶν ὑγρὸν: quia humorem attrahit & quasi combibit. Etiam pro *fungus*, quasi φῦμα γῆς, i. e. tumor aut tuber terræ. Facilè enim subnascitur: uti ap. Plin. l. 22. c. 22. & 23. videre licet. Sed & tubera terræ dicuntur fungi, ὕδνα, etiam οἶδνα, ab οἰδᾶν, tumere: Plin. l. 19. c. 3. Dodonæus 3. 5. 25.

Boreas, βορέας à βοᾶν & ῥεῖν. Aut à βου, quæ est particula augens significationem, à magnitudine bovis. Agell. l. 2. c. 22. *Boream* putant dictum, ἀπὸ τῆς βοῆς: quoniam sit violenti flatus & sonori. Virgil. 1. Georg.

——*Boreæ penitrabile frigus adurat.*

Istud animi causa hic obiter videndum. Qui enim Boreæ frigus urat? Anne sit calidum? Ita quidem Servius censet. Verba audiamus: *Et frigus caloris initium, & summus calor frigoris est principium. Unde quasi unus effectus est & frigoris & caloris.* Sanè quot hic verba, tot errata. Vel παῖδες φυσιολόγων animadvertant. Aliter nobis Poeta explicandus: quem tutatur etiam συμφωνία aliorum. *Ovid. 5. trist. 3.* glebaque canenti semper obusta gelu. *Idem 3. Trist. 2.* Ustus ab assiduo frigore pontus. *Lucan.* l. 4. Urebant montana nives. *Tacit.* l. 13. ambusti multorum artus vi frigoris, & quidem inter excubias exanimati sunt *Curt. l. 7.* multos exanimavit rigor insolitus nivis, multorum adussit pedes. Plin. l. 18. c. 28. arbitror omnem uredinem frigore tantum innoxio constare sole. Etiam Græci. Ut *Pisidas.*

χειμῶνος ὥρᾳ καὶ τὰ δένδρα συντόμως
ἐκ τῆς πυράγρας τοῦ κρύους μαραίνεται.

Etiam *Xenophon de exped. Cyri l. 7.* ἐῶ δὲ χιὼν πολλὴ, καὶ ψύχος οὕτως, ὥστε τὸ ὕδωρ, ὃ ἐφέροντο ἐπὶ δεῖπνον, ἐπήγνυτο, καὶ ὁ οἶνος ἐν τοῖς ἀγγείοις. καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλῶν καὶ ῥῖνες ἀπεκαίοντο καὶ ὦτα. Tam acre & insolens describit frigus, ut eo multorum nares & aures ambustæ fuerint. H. e. ἀπεκαίοντα. Aristoteles luculente, etiam modum apponit: καὶ καίειν λέγεται καὶ θερμαίνειν τὸ ψυχρὸν, οὐχ ὡς τὸ θερμὸν, ἀλλὰ τῷ συνάγειν ἢ ἀντιπεριϊστάναι τὸ θερμόν. Calefacit igitur

τὸ

τὸ ψυχρὸν, ſcilicet κατ' ἀντιπερίστασιν. H. e. cum ambit, aut intrò compellit calorem? qui tanto fit robuſtior, quanto magis unitur. Ea causa eſt, quod ventriculi piſcatorum calidiores ſint, & plus cibi appetant, quàm aliorum, qui alieni ab iſto frigore. *Hippocrates* αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει. Nempe propter frigus hibernum quod calorem comprimit, aut magis jungit. Frigus igitur ſuo modo calefacit: quidni ergo idem ſi nimirum ſit, aut penitrabile; nimis calefaciat, aut urat? Scilicet τῷ συνάγειν ἢ ἀντιπεριϊστάναι. Cum in anguſtias, aut intima quaſi pellit calorem, ut calor eſſe deſinat, fiatque ζέσις, ſive flamma, quæ membra jam ante à frigore læſa uſtulet. Tralatitium eſt, motum calefacere. Is ubi validiſſimus, etiam efficit ignem. Ut cùm ſilex & chalybs valdè atteritur, aer, qui inter utrumque; abit in ignem. Sic frigus, quia calefacit, omnium aſſenſu: idem quoque urat neceſſe eſt, nempe acerrimum illud, quale Xenophon, aut alii deſcribunt.

Botrus & *botryo*, ap. Martial. βότρυς, βοτρύων: à τρυγάομαι, τρύξ, τρυγή. *Racemus* rectiſſimè dicitur à ῥάξ, ῥαγός quod eſt uvæ acinus, qui ad edendum ſolet ῥήσσεσθαι, abrumpi & frangi. Plinius vertit *racemos*: quas ῥᾶγας dicit Dioſcorides. Ergo *ragemus* vigore originis fuerit prius: poſtea racemus. *Uva* dicitur ab uveo, vel *uvore*, i. e. humore & latice intus concluſo: ap. Varr. l. 4. & Iſidor. l. 17. c. 5. *Caſaub.* in Suet. Uva & βότρυς & *racemus*, in vite potiſſimum totius fructus nomina ſunt; qui partibus conſtat ſcapo, pediculo, acino, ſive grano, ut vocatur ab Ovid. Columell. Scribonio. Quocirca *racemum*, qui planè idem eſt cum uva, male putant ſcapum eſſe. Quos omnis antiquitatis conſenſus refutat: Qui aliter nunquam eam vocem accipiunt, ſive de fructu vitis, ſive de hedera loquantur. Nam & *uva* & βότρυς & *racemus* ἀναλόγως dici ſolent de aliis quoque multis: ut & *acinus* pro baccis & corymbis hederæ vel ſambuci ſæpe uſurpatur. Acini partes ſunt *folliculus*, *ſuccus*, *caro* (qui & callus Plinio) *nucleus*. *Folliculum* Græci γίγαρτον appellant. Plinius modò *corium*, modò *cor-*

ticem

ticem, interdum *cutem*. Phrasis Hebræa Num. 6. 4. *à nucleis acinorum usq; ad cutem. Suecum* in una quidam *sanguinem* terræ appellarunt: etiam *sanguinem* uvæ: purpuram potabilem: *cruentum* liquorem: violeum nectar. Nemesian. Ecclog 2. turgentes *sanguine* baccas. Sirac. 50. καὶ ἔσπεισεν ἐξ αἵματος σταφυλῆς. & libavit de *sanguine* uvæ. Sed & insuper Genes. 49. 11. Lavat in vino vestimentum suum, & in sanguine uvarum operimentum suum. Deut. 32. 14. Etiam *sanguinem uvarum* bibisti merum. In Hebr. enim est דם *dam*, i. e. sanguis, αἷμα. Fulgentius: uvarum bene calcatarum *sanguineo* rore sordidus. *Nucleum*, non autem *acinum*, appellari in uvis τὸ γίγαρτον certum est. Columella & eum seqvutus Palladius, *nucleos* etiam *vinacia* vocant nove. Nam *vinacia* potius sunt στέμφυλα. Turneb. in hanc rem etiam multa habet l. 25. c. 26.

Brabeon, βραβεῖον Hesich. βραβεῖον, ἐπινίκιον, ἔπαθλον, νικητήριον, ἀμοιβὴ ἢ στάδιον. Verbum βραβεύειν exstat etiam Coloss. 3. 15. Βραβεὺς, qui distribuit præmia certaminis. τὸ ει ap. Latinos transit in E longum: quandoq; in I longum, ut *brabium* secundum aliquos: *Archivum* ἀρχεῖον, ab ἀρχὴ, quod est παρὰ τὸ ἄρχειν, καὶ ἔχειν.

Bracca, aut potius *Braca*: male vero *Bracha*: Aῤ ῥάκος, i. e. vestis lacera, detrita. Aeoles literam β τῷ ρ adjungunt, cum huic κ, τ, δ, subjungitur: ῥάκος, βράκος: ῥυτὴρ, βρυτὴρ: ῥόδον, βρόδον: ῥοτός, βροτός. ῥάκος autem gignitur à ῥήσσω: vel ab Hebr. רעץ, *raaz*, confregit, rupit. De *braca* fusè agit Cluver. l. 1. Germ. antiq. c. 16. qui aliunde eruit originem. Nec non Martin. in Lexico.

Brachium, βραχίων, dictum quasi βραχυχύων: vel quod sit βραχίων, i. e. βραχύτερος τοῦ λοιποῦ μέρους τῶν χειρῶν. A brachium *brachiale*. Glossæ Isidori: *brachialia* dextralia. Sirac. 21. 24. *brachiale* pro χλίδων βραχίονος. Et Aquila vertit βραχιάλιον 2. Reg. 1. 10. quod LXXII χλιδῶν.

Bractea, à βράχω, i. e. sono, crepo. Est enim tenuior lamina. Varro l. 4. Et Virg. Æn. 6. Sic leni crepitabat *bractea*

tea vento Nec dispar Hebr. בָּרָק *barak*, lamina crepitans, fulgur, coruscatio. Rad. בָּרַק *barak*, fulguravit, rutilavit, crepuit, crepitavit.

Branchia, βράγχια, βράχος, βρόγχος; à βρέχω; quod è Fonte Hebr. ut dicetur in vocula Ros. Aristot. de Respir. c. 10: ὁ μὲν πνεύμων τῆς ὑπὸ τοῦ πνεύματος καταψύξεως ἕνεκεν ἐστί· τὰ δὲ βράγχια τῆς ἀπὸ τοῦ ὕδατος καταψύξιν, i. e. pulmo quidem est ob eam refrigerationem, quæ à spiritu: branchia verò ob refrigerationem, quæ ab aqua.

Brasica, quasi *præsica*: quia ex hujus scapo minutatim præsecatur, inquit Varro. Jos. Scal. *Brasica*, hortulanum olus πρασική ut βασιλική, *Basilica*. Itaq; rectius scribes per unum S, *Brasica*, vel *Prasica*.

Brenno vel *Brynno*, dux Gallorum contra Romanos. Est *Brenn* seu *Brynn* (ut antiqua carmina heroum indicant) galea, præsertim cristata seu cornuta. Ergo *Brenno* est galeatus: nunc *Bruno*. Hujus generis nomen *Vilhelmus*, quasi multus in galea, aut W*ilhelmus* quasi cupidus galeæ; ut fortitudo & animi robur indicetur. *Brennburg*, quod hodie *Brandenburg*: vel ducis Brenni castellum, vel Brennorum præsidium, seu Galeatorum & armatorum. Nam & ipsi cives ejus urbis in Marchia hodieque appellant Brennburg: Unde & Braunschweig / *seu* Brynschweig / i. e. arx Brenni. Nam *VVig* Saxonice est præsidium, vel perfugium. Et Scarabæus iste major, galeatus, rubris cornibus & alis testaceis armatus Haußbrenner à galea ita dicitur: non ab incendio Hiltebrand / i. e. heres Brennorum, scilicet galeatorum.

Brevia, Græcis βραχέα: quæ *brevem* hominis vitam efficiunt, ac navem pessumdant. Vel potius, ubi *breviores* undæ.

Virgilius 1. Æn.

In brevia & syrtes urget ----

Ita Pollux l. 9. c. 9. βραχη inter navigantium pericula ponit. Etiam *Brevia* sumitur pro epitom aut breviario. Lamprid. in Alexan. *Milites suos sicubiq; scivit, ut in cubiculo haberet* breves *& numerum & tempora militantium.* Vopiscus

piſcus in Aurel. *Breve nominum conſcripſit.* In Cod. l. 10. Tit. 2. *Inter chartulas confiſcati brevis quidam aſſeveratur inventus, qui nomina continebat debitorum.* i. e. ut Dionyſ. Gothofr. exponit, *chartula ſive libellus brevis.* Similiter *breve* notat epiſtolium: quia huic brevitas maxime competit. Uti monet de Elocut. Demetr. Phaler. & poſt hunc Lipſ. Inſt. Epiſt. c. 7. Vtitur & idem Lipſ. cent. 5. miſcell. epiſt. 98. ad Papam Romanum: *Accepi breve, quod* &c. h. e. epiſtolam. Abhinc & noſtrum Bref/ vel Miſnice Brief. Etiam ad Græcos tranſiit inde βρέβιον. Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 10. c. 6. Βρέβιον. Gloſſ. Græcolat. βρέβιον, *oratrix*, ſcilicet βίβλος, charta: ut etiam explicat Meurſius. Sed unde jam vox? Feſtus à Græco βραχὺ ducit Latinum *breve*, quaſi *brache*. Solens ejusmodi mutatio: nec ſpernenda. A βραχύς, *Tribrachys* pes, quod tres breves ſyllabas habeat. Sicut *Dibrachys* Diomed. l. 3. eſt *dibrevis*. Tribrachyn vocat Ephorus *Cordacem*, teſte Quinctil. l. 9. c. 4. Et Ariſtot. Κορδακικώτερον l. 3. Rhet. quod ſaltationi illi laſcivæ, quæ *cordax* dicebatur, conveniret.

Bruma βραχὺ ἦμαρ pro ἥμαρ, i. e. brevis dies. Aufertur R à fine, ut in plerisque verbis. Eluſit Auſon. Qui *Reminiſco*, putat ſe dicere poſſe Latine: Hic ubi CO ſcriptum eſt, faceret *COR*, ſi cor haberet. J. C. Scal. c. 19. L. L. *Idem*: nemo eorum, qui caſte integreq; in Lat. lingua verſati ſunt, ſolſtitium *hiemale*, ſed *brumam* temporis illud appellarunt. Ap. Hebr. eſt יום: inde Græc. ἦμαρ, ἥμαρ depravatum. Item à יום, *jom*, latinum *jam*, i. e. νῦν, nunc, hoc tempore, aut die. Sed & aliud nomen diverſi ſignificatus. *Bruma*, occurrit. Scilicet à βρῶμα. Iſidor. l. 5. c. 35. edacitas græce *bruma* appellatur: Unde & *imbrumati*, quibus faſtidium eſt ciborum.

Bruta בְּרוֹת *beroth*, i. e. bruta. Arbor ſoli orienti cognita, cupreſſo fuſæ ſimilis, albicantibus ramis, odore cedri. Non multum differt à בְּרוֹשׁ *beroſch*, i. e. fraxinus aut abies. Chaldæi enim ſæpe uſurpant ת pro שׁ: ſicut in lingua Græca σ & τ non infrequenter invicem commu-

tan-

cantur. Hieron. Hebr. *beroth*, vertit cupressum: ut LXXII. κυπάρισσοι. Avenar. Tremell. Buxtorf. *brutam*. Cant. 1. v. ult. Meminit Plin. l. 12. c. 18.

Brutum, βρωτὸν, quod comedi potest, edule, vescum. Βρώσκω est pasco, βόσκω à βόω. Scal. c. 26. L. L. *Brutus*, βρυτὸς. Illud tamen melius: sive significationem, sive quantitatem intuearis. Et hoc frequentissime est homo, qui alias *Bruto* opponitur. Ap. Judæos est בַּעַר, i. e. brutus, ἄφρων, qui calore illo affectuum quasi fertur. A בָּעַר *baar*, arsit.

Buccina, non à *Bucca*: sed à βυκάνη: Et ita *Bucina* primum erit. *Festus*, Buccina, quam nos appellamus, Græci *Bucanen*, βυκάνην, à similitudine soni dicunt. Ita *clangor*, κλαγγὴ, est tubarum, buccinarum. Lips. l. 4. de mil. Rom. dial. 10. Cornu bovillum initio fuit *buccina*: nec à *bove* male derives, ut instrumentum, quod *bubus canit*, aut quod *boves canit* & vocat. Varro tamen *buccinatorem à vocis similitudine* & cantu dictum mavult: quia *Bou Bou* canit.

Bucephalus, verbatim sonat, bovis capite præditus: ut *cynocephalus*, capite canis. Gaza vertit *Canicipitem*. Vt & Scal. l. 2. Hist. anim. c. 13. Agell. l. 5. c. 2. Eqvus Alexandri regis & capite & nomine bucephalus fuit. Plinius ejusdem meminit l. 8. c. 42. Aliis non à bovis capite, sed à βοῦ, particula αὐξητικῇ, quod capite fuerit justo majori. At eqvus, *inquis*, tam monstrosi capitis, qui Alexandrum ita oblectaverit? Id certe non insolens: magnates affici singularibus ac raris ejusmodi animalibus solere: maxime, si aliud insuper sit, quod commendet. Sicuti fides quidem eximia in bucephalo; qui etsi vulneribus altis in cervice atque in latere perfossus, è mediis hostibus regem vivacissimo cursu retulit: atque ubi eum extra tela extulerat, illico concidit, ut est apud Agellium. Ita J. C. eqvum habuit, cujus pedes priores humanis similes, Plin. l. 8. 42. Statuam, quam ejus amore marmoream ante Veneris Genitricis ædem locaverat, *Statius* descripsit *l. 1. Silvarum*. Ita Imp. Probi

bi equus nec decorus fuit, nec ſtaturoſus, ut ait Cœl. Rhod. l.21. c. 10. Verum celeritate admirabili. Pro ſententia Agellii etiam facit, quod hodieq; nonnulli autumant bubulum illud caput, quod in principum *Megapolitanorum* inſignibus, reſpondere bucephalo Alexandri. Ita autem res habet, uti ex hiſtoricis colligitur. *Anthyrius*, primus Henetorum Rex, à quo ſtemma *Megapolitanum* trahit originem, dux militiæ fortiſſ. fuit, qui paternam originem ab *Herulis* in Uvagria; maternam vero ab *Amazonibus* duxerit, & ante annos quaſi bis mille in caſtris *Alexandri* magni Macedonum regis militaverit. Is è militia domum reverſus *Megapolin* urbem condidiſſe fertur, annis ante natum Chriſtum trecentis, à qua deinceps tota illa ditio *Megapolitana* dicta ſit. Ab hoc Anthyrio quoque inſignia domus Megapolitanæ, hoc eſt, caput taurinum aurea corona redimitum & gryphum aureum, profecta eſſe *Lazius* teſtatur. Cum enim Alexander M. in expeditionib. contra hoſtes equo taurini capitis; bucephalo, uti conſueviſſet, Anthyrius in memoriam & Alexandri, ducis ſui, & bucephali, in velo ſuæ navis, capitis taurini inſigne geſſit: in prora autem navis ſignum gryphi aurei. Sed doctiſſ. noſter *Mich. Piccart. c. 1. pericul*, altius paulo rationem inveſtigat & Agellii ſententiam abjicit. In Theſſalia (*inquit*) equi olim habebantur præſtantiſſimi. Docet oraculum vetus: ἵππον θεσσαλικὴν Λακεδαιμονίαν τε γυναῖκα. Item Lucill. qui in Reliq. l. 30. amicam ſuam ferocem, acrem & ſuperbam eleganti traductione, *equam Theſſalam* appellitat argute. Hujus regionis equi variis notis impreſſis, ſive potius inuſtis nobiles fiebant. Inter alias multis inurebatur βουκράνιον, herbæ figura. Quo ſigno notati, dicebantur bucephali. Neque enim Grammaticos hic audiendum, qui ſuum hoc Alexandri equo & proprium eſſe nomen cenſent. Fruſtra illi ſunt cum iſthac cenſione. Equi hoc nomine apud antiquos multi. Ampliter teſtis Ariſtophanes: ἐγώ σοι βουκέφαλον ὠνήσομαι. Et iterum: ψήχει πρέμα τὸν βουκέφαλον καὶ κοππατίαν. Κοππατίαν obiter noto equum dictum

dictum litera K notatum, quam κόππα vett. docente Scholiaste Aristophanis in Nubibus & Eustathio, enunciabant, quemadmodum *Samphoran* litera Σ notatum: Quia Dorienses illam literam *San* dicebant, teste Athenæo, ut docuit me ex illis Rhodig. l, 7. c. 31. Facit huc Apulei locus XI. Milef. Famulis meis equum illum meum reducentibus, quem diverse distractum, notæ dorsualis agnitione recuperaveram. Ut recte emendavit eum locum *Schickeradius*. Sed dicere non sufficit. Aurorem sententiæ meæ do Etymologici autorem. Βουκέφαλος, inquit, ὁ ἵππος τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐκέκτητο, οὐχ ὥς τινες οἴονται, ὅτι βοὸς κέρατα εἶχεν (notate aliam opinionem) τὸ γὰρ ψεῦδος, ἐγκεχαραγμένον τὸ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου χρυσοῖς, ἀλλ' ὅτι οὕτως ἐν Θεσσαλίᾳ ἐκαλοῦντο οἱ ἵπποι ἔχοντες ἐγκεχαραγμένον βουκέφαλον. Cujus rei causas indaganti, primum omnium venit in mentem, *Thessalos* olim veneficiis magicisque artibus fuisse famigeratissimos. Plaut. Amph. act. 6. sc. 3. *Thessalum veneficum* Horat. od. 27. l. 1. Tibull. l. 2. El. 4. Jam τοῦ βουκεφάλου eæ vires creduntur, docentibus Theophr. Dioscor. Plinio, ut à quibus gestetur, iis gratiam conciliet, honores dignitatesque augeat, venena innocua faciat, magicas incantationes abigat. An forte superstitiosiss. hominum genus, fascinationis mirum quantum metuens, etiam effigiem ejus ad eadem facere censuit? Hactenus Piccartus.

Bulbus, βολβός. Sic dicitur: quia βάλλεται βίᾳ, h. e. cito quasique cum impetu è terra erumpit. Martial. Sed nihil erucæ faciunt, *bulbiq;* salaces. *Salaces*, quia stimulant ad Venerem, & hominem efficiunt salacem. Ita & *Satyrium*, σατύριον dicitur, quod Venerem præ cæteris bulbis stimulet? à σάθη. Hinc Satyrium & bulbi Plinio l. 26. c. 10. & Apuleio *Venerei* appellantur.

Bulimia, βουλιμία, βούλιμος, id est magna fames. Ἀ λιμὸς fames. Sed de βου, unde sit, dubitare ductos video. Plutarch. Sympos. 6. quæst. 8. τὸ μὲν βούλιμον ἐδόκει μέγαν ἢ δημόσιον ἀποσημαίνειν, καὶ μάλιστα παρ' ἡμῖν τοῖς Αἰολεῦσιν, ἀντὶ τοῦ β τῷ π χρωμένοις. οὐ γὰρ βούλιμον, ἀλλὰ πούλιμον, οἷον πολύν πάλαι ὀνομάζομεν. Ergo *pulimum* prius: exinde *bulimum*.

Ratio satis concinna. Festus: *bulimian* Græci magnam famem dicunt, adsueti magnis & amplis rebus proponere BU, à magnitudine sc. bovis. Quippe βῦς est *bos*: inde βυ, particula αὐξητικὴ, à magnitudine bovis sumta: uti etiam in βύπαις, βύφαγος, βύβοσις, aliisque videre licet. Quo respectu etiam Hispanis est *hambre de lobo*, fames lupi: & Germanis Wolfshunger: à voracitate istius bestiæ. Vocari quoque solet *fames canina*: quia canis admodum vorax, non facile saturatur. Quamvis medici inter *bulimiam* & *caninam* ὄρεξιν distinguant: uti ap. Joh. Gorræũ videre est. Agell. l. 16. c. 3. Erasistratus vim quamdam famis non tolerabilem, quam Græci βύλιμον καὶ βύπειναν appellant, in diebus frigidissimis multo facilius accidere ait. Aureliano est *phagedæna*: Græc. φαγέδαινα, φάγαινα, à φάγω. Suid. φαγέδαινα νόσος λιμικὴ. Hesych. φάγαινα, φαγέδαινα, νόσος, ἑλκώδης νεμόμενος.

Bulla aurea, insigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis à pectore, ut significaretur: eam ætatem alterius regendam *consilio*. Dictum autem est à Græco sermone βυλή, quod *consilium* dicitur Latine: Vel quia eam partem corporis *bulla* contingat, i. e. pectus in quo naturale manet *consilium*, inquit Festus. Juvenal. Sat. 14. Ludit & heres *bullatus*. Persius,

Bullaq; succinctis Laribus donata pependit.

Plutarchus in Romulo: τοὺς παῖδας αὐτῶν φέρειν τὴν καλυμμένην βύλλαν. Tarentine βυλὴ, βόλλα, & ἀναβυλὴ ἀμβόλλα: unde *ambulla*, nunc *ampulla*: *abolla*, quod Æolismum resipit. Ita etiam censet J. Scaliger. At Nicol. Perottus etymon à βυλῇ nimis flagellat. Quid si tamen illa *bulla* à βυλῇ (vide Plin. l. 33. c. 1.) distinguatur à *bulla*, quæ aquis innatat: & inde Germanis vocatur Wasserblase? Nihil absurdum: cum ejus generis exempla non semel occurrunt. Eædem quandoque sunt voces: sed diversæ originis: ut & significationes. Quod vero Festus ajebat de *naturali consilio*: id ita exprimit suo more Plaut. in Mostell. *Dum mihi senatum consilii in cor convoco*. Et Epid. act, 2. sc. 2. *senatum convocabo in corde consi-*

Digitized by Google

consiliarium: Clariss. Martinius in Lexico dictiones has *bulla*, *bullire*, *bullare*, multis persequitur. Expendantur illico. Sane Latinum *bullio*, *ebullio*, probe per metathesin derivatur à φλύω, φλύζω, i. e. ferveo, bullio. Cui assonat βλύω, βλύζω: quod Latinis est scaturio. Et sic à *bullio* erit *bulla*: nempe vesicula illa in aquis, Græce πομφόλυξ dicta. Neq; inscite *bullio* quasi *burrio*, & *bulla*, quasi *burra* dicetur. Non abnuet, qui vel dictionis affectum vel rem ipsam, cujus dictio symbolon, melius metietur. Quippe *burio* & *bullio*, *burra* & *bulla* dicitur: uti *Palilia* & *parilia*, *prælia-ris* & *prælialis*, *Latiaris* & *latialis*, *Agorialia* & *agonaria*, *Mortualia* & *mortuaria*, *imperia* & *impelia*: nec non similia apud antiquos. Ergo *burrio*, *burra*, *burrus*, à πυῤῥὸς, à πῦρ. Nam bullio est ferveo: aut bullas edo, fervente aqua. *Bulla* ab igne & in aquis à motu (qui rarefacit simulque celefacit) existit. Apul. l. 8. Metam. Formicarum ædificia burriebant. *Et hæc est* (inquit Geverh. Elmensthorst.) *vetus & sincera lectio Flor. & Rom. codicis: pro qua nobis licenter ingessit Beroaldus bulliebant.* Auson. ad Drepan. Pacatum; *Burras, quisquilias, ineptiasque.* Burras intelligo *bullas*. Ibi Jos. Scaliger: *hodie major pars Aquitanicarum nationum quisquilias vocat burras.* Sit ita. Quippe bullis nihil inanius, nihil contemtius. Et sic etiam Græcis φύλω καὶ φλύζω est & nugor & bullio. Inde jam à similitudine *bullæ* in aquis insigne puerorum sigillum & similia videntur dicta.

Bumastus (legitur & *bumasta*) βύμαςος, à μαςὸς: & *Bumasthus*, βύμασθος, à μασθὸς. Utraque vox eadem est cum μαζὸς i. e. mamma. *Bumastum* aut *bumastam* Varro l. 2. c. 5. vertit *bumammam*: Colum. & Macrob. l. 3. Saturn. c. 19. *bumammiam*. Est enim uva, à similitudine τοῦ μαςοῦ sic dicta: vel quia *tumet* ad instar mammæ. Ea propter Virgil. l. 2. Georg. *tumidis bumaste racemis*. Plin. l. 14. c. 1. *tument mammarum modo bumasti*. Aurelianus vocat *ollares*, simili tropo. Ergo liquet, quod Bumastus nominetur à μαςῷ. Sed

quid vocula *Bu* sibi vult? Notat vel magnitudinem (Græcis βυ) vel potius *bovem*. Nam apprime assonat vox *mammæ*: ut ita *bumastus* sit, quasi βοὸς μαστὸς, h. e. bovis mamma. Probus: *bumastus, quod imitetur papillas vaccæ*. A Servio exponitur, *Uva in mammæ bovis similitudinem*. Neque insolens: alia etiam ab aliis *bovis membris* vocari: ut est *buglossum, buphonum, bucardia, buphthalmus*. Virgil. in Cul. *Bumastusque virens & semper florida pinus*. Ita exemplaria legunt communiter. Jos. Scaliger mavult, --- *Buphthalmusque virens* --- i, e. flos ab oculo bovis, ὀφθαλμῷ βοὸς. Plin. l. 25. c. 8. Hesych. βοόφθαλμος.

Burchardus, i. e. pyrgus, vel arx dura atque invicta. Poetæ, *murus aheneus*, *Bernhardus*, est ursi robur: sicut *Leonhardus*. Leonis Quia enim fortitudo erat maxima virtus Germanis, inde quoque multa nomina extiterunt heroum & virorum fortium. Neque mirum, nomina ursi ac leonis adhiberi à Germanis. Idem fit ab Hebræis: ut quibus *zeb.* ζηβ, nomen viri, est lupus Jud. 7. *Rachel* est ovis. *Arad* est onagar. *Aridai* est leo abundans. Rursum *Erhardus*, robur honoris & columen. Aventinus: *Arionardus*, *Erhard*: honestatis thesaurus. *Degenhardus*, robur virtutis: qui in virtute constans perdurat. Degen est dügen/ unde Dügen: postea Tugent. *Gothardus* est robur Dei: Gabriel Hebræis. Aut quasi Gutart/ i. e. bonæ indolis ut Lutherus ait.

Burdo, quod Ulpianus habet, & Hispani retinent. I. e. ex equo & asina natus. Hebr. est, פֶּרֶד *pered*, unde Latinum. A radice פָּרַד *parad*, i. e. partitus est, divisit. *Burdo* enim partem ex equo, partem ex asina concipit. Gloss. Mulus, *Burdo*, ἡμίονος ἐξ ἵππου θηλείας καὶ ὄνου. Acro, *Mannus*, *burdo*. Porphyrio: *manni* equi dicuntur pusilli, quos vulgo *burdos* vocant. Est autem vox *Mannus* (Græce μάννος) ap. Horat. *Paulinus ad Sever.* macro & viliore asellis *burico* (alii legunt, *burdico*.) sedentem. Gloss. *mannis* βυρίχοις. *Hieron. in Eccles.* 10. dignitate prælati vias publicas *mannis* terunt, quos vulgo *buricos* vocant, Et ad Pammachium: Ferventes *buricos mannos*.

Isidor.

Isidor. l 12. c. 1. *Mannus* equus brevior est, quem vulgo *buricum* vocant. Et gloss. Isidori: *Mannulus*, caballus buricus. Dicitur *buricus* quasi *burdicus*: vel à *burrus*, scilicet à colore. Quomodo & Hispani *burram* vocant asinam subrubram. Legatur etiam Savaro in Sidonii l. 6. epist. 12.

Buttubata. Festus: Nævius pro nugatoriis posuit, h. e. nullius dignationis. Elegantissime, ut omnia, explanat Jos. Scaliger: Ut nugarum (inquit) facilis & obvia materia: ita nomina multa à veterib. excogitata, ut *Buttubata* à puerorum vocibus, quas prima infantia discunt, *Bu*, *Tu*, *Ba*, *Ta*. *Bu* est bibere: unde *bua* potus: & *binibuæ* Lucillio ebriosæ. Varro, Cato de liberis educandis: cum cibum ac potionem *buas*, ac *pappas* vocent: matrem, *mammam*: patrem, *tatam*. Ba est *Papa*. Unde Plaut. Tum puero dandum, quod *papet*. *Ta* est appellatio *Tata*. *Tu* etiam appellatio cibi: unde *Tubuccinari* pro manducare. Idem & *Titia*. Gloss. *Titia* χεῖρας ἐνταῖων, ὀλίγωσι. Sed præstat *Ba* pro *Ma*, hoc est, mamma dictum. Ut facilis est lapsus à B. ad M. *Buttubata* ergo quasi *Buttumata*. Sunt & aliæ appellationes nugarum. *Apinæ*, quod est detortum ab ἀφαίναι. Quod fuit ignobile opidum. Romani de rebus nugotoriis. Neque aliud est *affaniæ* ap. Apul. l. 9. Gloss. *apinæ*, ἀμαλογίαι, φαῖναι. Aφαίναι vero forsitan non sine ratione ab ἀφανὴς, τῶ φαίνειν; quia fuerit ignobile, & obscurum opidum, ut dicebatur.

Byssus Græce βύσσος, eruitur è sinu Hebr. בוץ, *buz*, quod idem designat. Unde etiam interpretes Hebræum vertunt *byssum* 1. Par. 15. 27. De bysso agit Plin. l. 19. c. 1. Pancirol. l. 1. de perdit.

C.

CAbala, si verbatim reddas, est *receptio*, comprehensio: à קבל *kibbel*, excepit. Videatur *Schindl.* in Lexico. *Capnioni* est Philosophia mystica, *Pico Mirandulæ* est universa illa secretior divinæ legis expositio, ex ore Dei à Mose accepta, & Prophetarum animis à Deo infusa. Et *Bodin. l. 1. Mag. dæm. c. 5.* Cabula nihil est,

 quam

quam recta divinæ legis interpretatio, quam litera adumbrat. *Idem l. 2. c. 2.* Cabalæ duas esse partes, unam quam vocant *Bereschit*, in principio, à prima Bibliorum voce, eamque veram Physicam aut naturalem Philosophiam, in qua exponunt magnum istud opificium mundi, & res arcanas involutas allegoriis, sententiasque aliorum Philosophor. reprehendunt divinæ legi adversantes. Alteram quam dicunt *Mercava*, i. e. currus, à viso Ezechielis figurans Majestatem Dei & Angelor. comitatum, quæ celsa quidem & difficilis est, sed tamen intellectum in admirationem rapit, & τοῦ κόσμου contemplationem. Hanc Hebræi aquarum ἐπουρανίων vel supercælestium: illam (Physicam dico) inferiorum aquarum appellant nomine.

Caballus, καβάλλης, quid sit & unde, notat Flos ille literarum *Casaubonus*: καβάλλης Græc. & Latinis caballus non quivis equus dicitur, sed *jumentum dossuarium*, ἐλατηγόν. Horat. 1. epist. 19. - - - olitoris aget mercede *caballum*; aut pistrense. Ausonius.

Cui subjugabo de molarum ambagibus.
Qui machinali saxa volvunt pondere.
Tripedes caballos, terga ruptos verbere.

Ideo literatores Græci καβάλλης dici putarunt, ab injiciendis oneribus, quod voce καββάλλειν Doribus usitata pro καταβάλλειν putabant significari. Ab istis terga ruptis transtulerunt ad cujuscunque equi ὁπλισμὸν ac utilitatem declarandam Lucill. l. 2. *Succussator tardus caballus:* cui opponitur apud eundem, *equus gradarius*, optimus vector. *Seneca epist. 77.* O quantum erat seculi decus, imperatorem triumphalem, censorium, & quod super omnia est, Catonem uno *caballo* esse contentum. Ap. Petron. παροιμιῶδες illud, *Lassus tanquam caballus in clivo.* Quod proverbium aliter extulit Ovidius in primo Remedii: Principio clivi noster anhelat equus. Gloss. Isid. *Caballus*, cabo, equus, *Cabo*, Caballus, sonipes equus.

Caca-

Digitized by Google

Cacabus, κακάβη & κάκκαβος ab Hebr. קב *kabb*, *cab*, *Cabus*. Legatur Martin. in Lex. Rhodig. l. 18. c. 38. Scitu dignum est, Carthaginem veteribus dici quandoque *Cacaben*, κακκάβην: quod illarum gentium lingua equinum caput indicat.

Cachinnor, καγχάζω. Vercum inter alia melioris notæ. Per *A* enim literam, quæ cum hiatu diductis labris enunciatur, sonus exprese nobis exhibetur tam effusi risus. *Cachinnus* καγχασμός. Hebr. שָׂחַק *sachak* est risit. Græcum Hesychius fuse exponit *Scal.* ad Catull. notat: Non significat crispationem undarum, sed sonitum illum, quem plangore undæ ad litus edunt. *Catul.* Prociduum leni resonant plangore *cachinnum*. *Cachinnare* in Græcis καγχάζειν, καχλάζειν, καχάζειν. Aquæ, quæ paulatim diffunduntur in longum. Ita enim os quoque hominum ridentium diffundi & extendi constat.

Cadaverosum, in Terent. Hecyr. a. 3. s. 4. *cadaverosa facies*, i. pallida, lurida, exsanguis; quale cadaver sive corpus mortuum esse consuevit. *Turnebus*, fœdam & turpem interpretatur, l. 11. Ad c. 12. A cado *cadaver*: ut à papo papaver. Analogia paulo rarior. *Cado*, i. e. morior, Is enim non modo ap. Latinos: Sed & alios verbi usus. Virgil. 2. Æn. *Cadit* & Ripheus. Tertull. l. 5. contra Marcion: *Cadere dicimus corpus in terram per mortem: sicut & res ipsa testatur.* In Cicerone *caducum* sæpe est mortale, θνητόν. Ac compositum *occido*, perpetuo est intereo, morior. Germ. **Umbfallen** item est quandoque mori, occumbere: ut & Græcis πίπτειν, ap. Homer. Plutarch. & alios. Neque Hebræor. autoritas deficit 2. Sam. 1. aliquoties: *Quomodo ceciderunt robusti!* Heb. נָפְלוּ. Et alibi. Immo מַפֵּלָה & מַפֶּלֶת *mappeleth* Jud. 14. 8. cadaver, fit à verbo נָפַל *naphal*, quo est, cecidit, concidit: ut Græcor. πτῶμα à πίπτειν Et Hieron. A *cadendo*, ab eo quod post mortem *ceciderit*. Gloss. cadaver, πτῶμα. Proprie ergo idem erit, quod ἄψυχον, anima cassum, sive mortuum. Epiph. l. 1. tom. 3.

quam recta divinæ legis interpretatio, quam litera adumbrat. *Idem l. 2. c. 2.* Cabalæ duas esse partes, unam quam vocant *Bereschit*, in principio, à prima Bibliorum voce, eamque veram Physicam aut naturalem Philosophiam, in qua exponunt magnum istud opificium mundi, & res arcanas involutas allegoriis, sententiasque aliorum Philosophor. reprehendunt divinæ legi adversantes. Alteram quam dicunt *Mercava*, i. e. currus, à viso Ezechielis figurans Majestatem Dei & Angelor. comitatum, quæ celsa quidem & difficilis est, sed tamen intellectum in admirationem rapit, & τοῦ κόσμου contemplationem. Hanc Hebræi aquarum ὑπερουρανίων vel supercælestium: illam (Physicam dico) inferiorum aquarum appellant nomine.

Caballus, καβάλλης, quid sit & unde, notat Flos ille literarum *Casaubonus*: καβάλλης Græc. & Latinis caballus non quivis equus dicitur, sed *jumentum dossuarium*, ἀχθοφόρον. Horat. 1. epist. 19. --- olitoris aget mercede *caballum*; aut pistrense. Ausonius.

Cui subjugabo de molarum ambagibus.
Qui machinali saxa volvunt pondere.
Tripedes caballos, terga ruptos verbere.

Ideo literatores Græci καβάλλης dici putarunt, ab injiciendis oneribus, quod voce καββάλλειν Doribus usitata pro καταβάλλειν putabant significari. Ab istis terga ruptis transtulerunt ad cujuscunque equi ὁπλισμὸν ac utilitatem declarandam Lucill. l. 2. *Succussator tardus caballus*: cui opponitur apud eundem, *equus gradarius*, optimus vector. *Seneca epist. 77.* O quantum erat seculi decus, imperatorem triumphalem, censorium, & quod super omnia est, Catonem uno *caballo* esse contentum. Ap. Petron. παροιμιῶδες illud, *Lassus tanquam caballus in clivo.* Quod proverbium aliter extulit Ovidius in primo Remedii: Principio clivi noster anhelat equus. Gloss. Isid. *Caballus*, cabo, equus, *Cabo*, Caballus, sonipes equus.

Caca-

Digitized by Google

Cacabus, κακάβη & κάκκαβος ab Hebr. קַב *kabb*, *cab*, *Cabus*. Legatur Martin. in Lex. Rhodig. l. 18. c. 38. Scitu dignum est, Carthaginem veteribus dici quandoque *Cacaben*, κακκάβην: quod illarum gentium lingua equinum caput indicat.

Cachinnor, καγχάζω. Vercum inter alia melioris notæ. Per *A* enim literam, quæ cum hiatu diductis labris enunciatur, sonus expresse nobis exhibetur tam effusi risus. *Cachinnus* καγχασμός. Hebr. שָׂחַק *sachak* est risit. Græcum Hesychius fuse exponit *Scal.* ad Catull. notat: Non significat crispationem undarum, sed sonitum illum, quem plangore undæ ad litus edunt. *Catul.* Prociduum leni resonant plangore *cachinnum*. *Cachinnare* in Græcis καγχάζειν, καχλάζειν, καχάζειν. Aquæ, quæ paulatim diffunduntur in longum. Ita enim os quoque hominum ridentium diffundi & extendi constat.

Cadaverosum, in Terent. Hecyr. a. 3. s. 4. *cadaverosa facies*, i. pallida, lurida, exsanguis; quale cadaver sive corpus mortuum esse consuevit. *Turnebus*, fœdam & turpem interpretatur, l. 11. Ad c. 12. A cado *cadaver*: ut à papo papaver. Analogia paulo rarior. *Cado*, i. e. morior, Is enim non modo ap. Latinos: Sed & alios verbi usus. Virgil. 2. Æn. *Cadit* & Ripheus. Tertull. l. 5. contra Marcion: *Cadere dicimus corpus in terram per mortem: sicut & res ipsa testatur.* In Cicerone *caducum* sæpe est mortale, θνητόν. Ac compositum *occido*, perpetuo est intereo, morior. Germ. Umbfallen item est quandoque mori, occumbere: ut & Græcis πίπτειν, ap. Homer. Plutarch. & alios. Neque Hebræor. autoritas deficit 2. Sam. 1. aliquoties: *Quomodo ceciderunt robusti!* Heb. נָפְלוּ. Et alibi. Immo מַפֶּלֶת & מַפֶּלֶת *mappeleth* Jud. 14. 8. cadaver, fit à verbo נָפַל *naphal*, quo est, cecidit, concidit: ut Græcor. πτῶμα à πίπτειν Et Hieron. A *cadendo*, ab eo quod post mortem *ceciderit*. Gloss. cadaver, πτῶμα. Proprie ergo idem erit, quod ἄψυχον, anima cassum, sive mortuum. Epiph. l. 1. tom. 3.

πίπτει δ' οὐχ ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ σῶμα· ὅθεν δικαίως πτῶμα αὐτὸ ἡ συνήθεια εἴωθε καλεῖν: cadit vero non anima, sed corpus: unde juste consuetudo solet ipsum *cadaver* vocare. *Scal. l. 3. Poet. c. 10.* Corpus ubi semel sine anima est, fit *cadaver.* Sed etiamne Corpus Domini olim sine anima, poterat dici πτῶμα? Ita forte alicui videatur: quando *cadaver* est exanime, corpus ἄψυχον. Sed quia vero id nomen durius sonat, & plerumque hodie notat illud, quod bestiis deglutiendum foris projicitur, merito aliis, quæ suppeditant, loquentes de corpore Christi utamur. *Beza ad Castell.* Fateor, *cadaveris* nomen, ne mortuo quidem Christi corpori satis convenire. *Hæc ille.* Ap. Hebræos, quod mirum, *anima* נֶפֶשׁ est aliquoties *cadaver*, ut Lev. 21. 1. *pro anima ne polluito se*, i. pro mortuo. Item Lev. 19. 28. Num. 9. 6. Hag. 2. 13. *Immundus ex anima.* i. cadavere. A cado fit etiam *castrum.* Analogia talis. Ut à rodo, rosum, rostrum: à claudo, clausum, claustrum: ita à cado, casum, *castrum.* Notat enim ædificium minus stabile, quod *casu* pararur eodemque diruitur. De verbo à *cado* fuse disserit Scaliger in Th. de plant. Διαχάσκειν (inquit) ad verbum Latine fit *labes*, cum terra hiat. Unde & nostrum *cado*: χάζομαι & χάω & χάσκω Æolico flexu. Fit enim in omni casu intervallum. Inde χάος. Sunt tamen, qui ab adverbio κάτω. Quia omnia, quæ cadunt, deorsum tendunt. *Idem l. 4. de causis L. L. c. 80. Cadere* dicimus, moveri deorsum naturaliter: intelligo naturaliter, secundum grave. Nam alia, quæ ingressu, aut alio quovis modo deorsum moventur, non feruntur naturali motu gravitatis, sed voluntario: quo motu etiam sursum subeunt. At naturalis motus ad unum tantum fit. Quare palus erectus, aut columna cum ruit, *cadere* dicitur: non quia tota deorsum feratur, sed quia plurima ejus pars. Translatum est deinde, ut quoties aliter quid aut esset, aut eveniret, quam aut prius erat, aut sperabatur, verbum hoc usurparemus, ut *cadere* causa, in qua erat. *Cadere* spe, excidere memoria. Corporis enim

solius

solius intereſt naturaliter moveri: ſed ad res corpore carentes translatum fuit. Hujus verbi origo tota Græca eſt, à præterito medio τ͂ κέχασθαι: quo ſono integro præſentis etiam nunc Vaſcones pronunciant. Cum igitur ap. Homerum dicantur verba *excidere* ab ore, à mente quoque cadant, neceſſe eſt. Quare cum à cadendo *caſus* ſit, paſſiva forma, ut *occaſus* Sol, qui jam occidiſſet, in 12. Tabulis legebatur. A *cado* multa ſunt deducta: Ut *incido*, ἐμπίπτω vel εἰσπίπτω, in aliquid cado. *Decido*, ἀποπίπτω, de ſuperiori quopiam loco cado. *Intercido*, inter aliud cado, διαπίπτω. *Excido*, ἐκπίπτω, ex alio cado. *Concido*, συμπίπτω, ſimul & cum aliis cado. *Recido*, rurſum cado. *Accido*, ab ad & cado, Græcis προσπίπτω: quaſi ad aliud cado. Suet. in Jul. Cæſ. L. Lucillo liberiꝰ reſiſtenti tantum calumniarum metum injecit, ut ad genua ultro ſibi *accideret*. *Cadacum*, quod cadit Græce πτώσιμον. *Caduceum*, i. e. Virga aut baculus, quo utimur, ne cadamus. Aut rectius quaſi κηρύκειον, ἢ κηρύκιον, quod idem: à κῆρυξ, κηρύσσω: ab Heb. קָרָא proclamavit. Quod præconis proprium. *Caduceator*, qui geſtat bacillum. Ovid. 2. Met.

Hinc ſe ſuſtulerat paribus caducifer alis.

Caduciter, i. e. præcipitanter, ap. Varr. & Nonium. *Prociduum*, quod procidit ap. Plin. *Recidivum*, quod recidit, & iteratur quaſi *cadendo*, ap. Virg. *Recidiva* ſemina, ap. Melam l. 3. c. 6. & Prudent. l. 2. contra Symmach. *Occaſio*, inquit Scal. Exerc. 364. ſect. 2. idem eſt, quod σύμπτωμα: ut qua *accidant* cauſis, eæ acceſſiones occaſionis appellatione deſignentur. *Idem* in Theophr. de plant. Hæc vox (*occaſio*) ſatis indicat rem ipſam. Eſt enim quaſi *ob cauſam* vel *caſum*. Sic cauſa Trojani belli fuit raptus Helenæ. *Occaſio* fuit Hectoris mors: Scææ portæ ruina, nox, ſopor lætæ civitatis, *Feſtus*: *Occaſio* opportunitas temporis *caſu* quodam provenientis eſt. Et analogia non fallit. Ut à ſuaſum ſuaſio: ita ab occaſum occaſio.

Cadeſa i. e. meritrix: ap. Hugonem Card. & in Vet. Vocabul. Ex Hebr. קְדֵשָׁה, *Kedeſcha*, quod eſt meritrix:

trix: קָדֵשׁ *Kadesch*, meritorius, cinædus: qui se prostituit quasique consercat abominando libidinis sceleri. Deut. 23. 17. *Ne esto meretrix è filiabus Israelis: neque esto meritorius è filiis Israelis.* Ita satis commode vertit Tremell. & Jun. A themate קָדַשׁ *Kadasch*, quod significat parari, destinari ad aliquid & εἰδικῶς sacrari Libro 2. Reg. cap. 23. 7. LXXII. interpr. retinent vocem Hebræam: οἴκοι τῶν καδησίμ: aliter καδησείν, more Chaldæo. Tremellius reddidit: *Lupanaria.* Heb. *domos meritoriorum.*

Cadus, κάδος, ab Hebr. כַּד *kad*, quod prorsus idem. 1. Reg. 17. 14. Avenar. & Tremell. vertunt *Cadum.* Pagninus cum LXXII. *hydriam*, ὑδρίαν.

Cæcias καικίας ventus, qui nubes attrahit. *Parœmia*: κακὰ ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὥσπερ καικίας νέφος. Causam Physici enucleant, à motu scilicet hujus venti obliquo & peculiari. Arist. l. 2. meteor. c. 6. Prov. 25. 23. *ut Cæcias gignit pluviam*, vertente Tremellio. Hesych. ὁ καικίας ἄνεμος ἀπὸ τοῦ καΐκου ποταμοῦ.

Cado, Scalig. l. 1. L. L. c. 24. & 28. *cædo, cecidi.* Diphthongus enim fuit ibi, à Græc. καίνω. ἐκαίνετε, ἐκαίνετε ἐλάφων τὸν ἄριστον, ex Euripide. Hebr. כִּיד *cid*, est cædes. Inde potius τὸ cædo: aut à כָּתַת, quod est *tundere*, conterere. LXXII. vertunt, κόπτειν, συγκόπτειν, κοπανίζειν, ἐκτρίβειν. ut à struo strues: ita à cædo *cædes*. Agell. l. 19. c. 12. Ut à pasco pascuus: sic à cædo *cæduus*. Plin. l. 16. c. 37. est *cædua salix*, h. e. quæ subinde putatur & cæditur. Nam *cæduum* est cædi consuetum. Ejus contrarium est *incæduum*. Luc. l. 3. *incædua silva.* A cædo fit *occido*, quasi *occædo*, *incido*, *recido*, & similia. *Trucido*, id est, summa cum sævitia, & immaniter interficio, *truciter*. Itaque grandius est, quam occido. *Trux* levi mutatiuncula à דָּקַר id est truciter transfixit. *Succisivum* dixere veteres tempus, quod operam sibi *succideret*: & operam, quæ temporis *succideret* portionem. *Concisum*, vulgo breve: proprie id est, quod particulatim *cæsum*. Post tralatum ad brevitatem, & paucitatem. Totum quippe qua-

Digitized by Google

qualibet sua parte majus. *Excido*, *excidium*: sicut *discidium* à *dis* & *cædo*: aliis ab excindo, & discindo. At à *cædo* facilius & rectius fit. *Præcido*, i. e. ante cædo, de priori parte cædo, ἀποτέμνω. *Præcise*, ἀποτόμως: quando aliquid præciditur & adimitur. Ita *præcidanea* agna vocabatur, quæ ante sacrum *cædebatur*, apud Festum. *Præcidaneum* & *præcidarium* dicitur: sicut *extraneum* & *extrarium*. *Succidaneum*, quod succiditur. Aliud autem est *præcedaneum*, à præcedo: ut *succedaneum* à succedo, quod alteri succedit; sicuti in Festum etiam monet. Scaliger. Ut oratio *succedanea*, quæ sequitur, succedit: à *cedendo*: sicut ista à *cædendo*. Τὸ *cedo*, ab Hebr. צָעַד *zaad*, *cad*, *ced*, i. e. processit, incessit. צַעַד gressus, incessus. Consule inter alia Agell. l. 4. c. 6. *Homicida* quasi *hominicida*, ab obliquo: ut sanguisuga, tanquam sanguinisuga. Deut. 24. 7. *est fur animæ*. Ut homicida: ita *fratricida* apud Tertull. de spectaculis. *Matricida* ap. Auson. & Sidon. carm. 5. & quidem autoritate ipsius Ciceronis. Ap. Festum vocantur *cæsones*, ex utero matris execti. *Cæsaries* est ab illa crebra *cæsione*, sive abscissione, solisque convenit viris. Arnob. advers. gent. l. 2. nec in formas erubescerent masculorum calamistris vibrare cæsariem. Analogia talis. Ut à luxum luxuries: ab esum esuries: Ita à cæsum *cæsuries*: & post per εὐφωνίαν cæsaries. *Cæsariati*, id est, comati in Plauto. *Succidia* ap. Agell. l. 13. cap. 23. Est verbum Catonianum, quo rustici lardum significant, ex quo in usum suum quotidie partes *succidunt*. M. Tull. in Cat. maj. tradit hortum à Catone appellari solitum *succidiam*, quia inde quotidie aliquid resecari possit. *Festus*: *Ancæsa* dicta sunt ab antiquis vasa, quæ *cælata* appellamus: quod *circumcædendo* talia fiant Ipsum quoque verbum *cælare* ab eadem causa est dictum, D. litera cum L. permutata, quasi *cæsare*: à cæsum, cædo. Quomodo κοῖλος, *cælum*, simili modi fit à κόπτω. At si Hebræum expetis: *cælo*, *cælum*, erit à קָלַע *Kalah*, quod sculpere & incidere significat.

Cæspes derivatur à cædo, *cæsum*: quia exciditur. Analogia talis: Ut à tabeo tabes, à labor labes; ita à *cæsum* *cæspes*.

cespes. Hinc scribit & Festus: *Cæspes est terra in modum lateris cæsa, cum herba sive frutex recisus & truncatus est.* Alii scribunt è simplici *Cespes:* & volunt dici quasi *gespes*, à γῆ & σπάω. Ratio tamen eodem redit.

Cæsarea, pen. longa, καισαρεία. Urbs maritima Palæstinæ, in litore magni maris, quam Herodes Ascalonita instauravit in honorem Augusti Cæsaris: Ut quæ prius πύργος, *Turris Stratonis* vocabatur: Joseph. l. 1. bell. Jud. c. 3. & 16. Plinius l. 1. cap. 13. *Cæsar*, vox Lat. Inde Græc. καῖσαρ: & Syror. קֵסַר, *Kesar.* Plin. l. 8. hist. Nat. c. 9. auspicatius enecta parente gignuntur: sicut Scipio Africanus prior natus, primusque *Cæsar à cæso* matris utero dictus. Qua de causa & *Cæsones* appellati. *Festus* ita: *Cæsar*, quod est cognomen Juliorum, à *cæsarie* dictus est: quia scilicet cum *cæsarie* natus est Suidas in Julio: καῖσαρ, οὕτως ὀνομάζονται οἱ ῥωμαίων βασιλεῖς ἀπὸ ἰουλίου τοῦ μὴ γεννηθέντος. Aliis à cœso elephanto, qui Punice sit *Cæsar.* Sicuti & in quibusdam numis elephas depictus cernitur, cum hac inscriptione, CÆSAR. Quo de *Car. Sigonius* multum disserit, & ita, ut ambiguæ fidei id esse appareat. Etiam Spartianus aliquot Cæsaris etyma adducit in Ælio Vero: sed cui potius fidendum, explicare nequit. Clariss. *Casaub.* in Suet. l. 1. Falsum est, *inquit*, quod Græci ajunt: *Cæsarem* dictatorem à cæso matris suæ utero cognomen invenisse. Legere id memini apud Cedrenum, Suidam & in Etymologico magno & alibi. Decepti sunt, quod putarent: primum hunc in ea gente *Cæsaris* cognomen habuisse: id vero falsissimum esse sciunt, & qui nondum ære lavantur. Verum id genus scriptores ignorantia peccare Romanarum rerum, non miror. Illam Hesychii doctiss. Græcorum criticorum notam sæpe miratus sum: Καισάρα· περικεφάλαια. An dicemus, vocem veteris Græciæ esse καισάρα? An fallitur ille in vocis Latinæ *cæsaries* interpretatione? Potest & Syriaca vox esse, ut aliæ multæ in eo autore. Nam in *Targum Jonathanis* כשירא extat notione affini, pro scuto vel clypeo. Et fortasse inde est, quod Punica lingua *elephas* cæsar dicebatur, quasi tu tamen & præsidium legionum. Nam Pœnorum idioma

ma è Syriaco tractum, vel Plauti pœnulus fidem abunde faceret, si aliunde id notum non esset. Hæc ille.

Cætera καὶ ἑτέρα. Itaque ne simplici E pingas more aliquorum è priscis, qui etiam *Cena* scribebant. Non bene, sive Græca Hebr. principia excutias. Quidni? Vides multiplices eorundem errores in Rebus? Ergo in Philologia aliquos ne nega. Hodie multi etiam doctissimi, Germanica diversim scribunt, qui tamen Germanicam cum lacte quasi suxerunt. Et quur prisci aliter?

Calamitas, i. e. calamorum comminutio, à grandine, seu tempestate. Κάλαμος *παρὰ τὸ καλῶς ἀμᾶσθαι*, ut vult Etymol. Inde & *calamistrum καλαμίς*. A forma *calamorum*. Est enim acus major, quia crispatus capillitium. In prima lingua est קָסַל, i. e. calamitosus fuit, exaruit, emarcuit. *Plautus* usurpat proprie in Cas. a. 5. s. 2. Non fuit quidquam olerum, nisi quidquid erat, *calamitas* profecto attigerat nunquam. Et *Terent.* Fundi nostri calamitas. Eun. a. 1. sc. 1. Etiam Theocr. Eidyl. 10. ejusmodi puellam, quæ alienum patrimonium depascit, vocat *καλαμαίαν*. Scalig. in Theoph. *κλάσις* flexura aut fractura, Unde etiam *ὀκλάζειν*. Unde nostra *clades*: metaphora sumta à tempestatibus, agricolarum usu, sicut & *calamitas*. Jos. Scal. in Con. *Clades* dicebatur surculorum detritio: *κλάδος* ramus. Sic *calamitas calamorum*. *Strages* stratarum arborum. Hæc ille. Aut verius *Strages* generale signat: ubi quid *stratum* est: sive homines, sive arbores. Quod nec Vallam præterit. *Strages* (inquit l. 4. c. 49.) cadaverum interfectorum uno in loco, ac proprie jacentium multitudo, sive humanorum, sive mutorum. A *sterno* etiam *stratum*, quod videtur substantivi naturam assumere: ut *dictum*, *factum*, *pactum* & alia. A *stratum*, *stragulum*, i. e. quidquid insternebant, ap. Varr. ut à coactum coagulum: sic à stratum stragulum. Etiam ut à statum, stator: sic à *stratum*, *strator*. Peculiariter *Stratores* dicti, qui & stenerent equum & in eum sublevarent. Spartianus in Caracal. *Cum illum in equum strator ejus levaret*. Ap. Plutarch. *ἀναβολεῖς*. Legatur Lips. l. 3. de milit. Rom. dial. 7. Item à stratum, *Stramen στρῶμα*: ut

ut à *generatum generamen*, pro *generatum gratum* & sic *gramen*: ut à statum stamen. Quippe *stramen* in solo *sterni* solet, cubandi gratia: vel etiam *substerni* pecudibus. A sterno etiam *sternuo, sternuto, sternutamentum*. Plin. l. 28. c. 2. *Sternutamentis salutamur*. Nam sternutamentum est, quando spiritus confertim per nares agitur quasiq; sternitur. Arist. l. 1. hist. anim. c. 9. ὁ πταρμὸς, πνεύματ⊛ ἀθρόυ ἔξοδ⊛. Id est, *sternutatio est exitus spiritus conferti*: Ut J. C. Scal. interpretatur. Nic. Perott. Qui sternuunt, quodammodo toto corpore extenduntur, atque ita quasi sternuntur. *Sterno* (quod est dejectum expando humi, vel expando in solo) ducitur à στόρνω, στόρνυμι: quod è στορέω, quod & στορεννύω, στορέννυμι: etiam στρόω, στρωννύω. Quo alludit Latinum *stravi*, *stratum*, quasi à *Stro*, sterno. A στορέω est etiam *storia*, apud Cæsar. l. 2. de bello civili. Lipsius mavult *storea*, l. 2. poliorc. dialog. 4. Est *storea* vilior teges, è juncis aut stramentis, quæ humi sternitur.

Calare, καλεῖν: ab Hebr. קוֹל, *kol* vox, sonitus. Chaldæis קְל Aut קְהַל *kahal*, i. e. congregavit: & propriè dicitur de congregatione hominum, ceu per convocationem facta. *Calator*, à calatum: ut ab aratum arator. Græcè καλήτωρ, i. e. servus, minister. *Procalare*, i. e. provocare. *Intercalare*, i.e. calare inter aliquid: veluti *interclamare*: quo verbo utitur Ammian. l. 31. *Incalationes*, i.e. invocationes, ap. Fest. *Clarus*, vox in celebritatibus orta, cum victores per præconem *calabantur*, exemta vocali *clarus*, quasi *calarus*. Hinc Hor. *Clarabit*, pugilem: l. 4. od. 3. *Clarigo*, si originem spectes, communiorem habet significatum. Plin. l. 22. c. 1. clarigatum, i. e. res raptas clare repetitum. Agell. l. 16. c. 4. *Classis*, quasi *calassis*, à convocando. Ut propriè sit convocata multitudo. Alii *classem*, pro navibus, derivant ἀπὸ τῶν κάλων, tanquam à materia. Sed convocatio illa videtur prior. Isidor. Gloss. *conclassare*, convocare. *Classicum*, quo *classes* vocantur. Ap. Lips. l. 4. de mil. Rom. dial. 10. Dionys. l. 2. τὰς δημοτικὰς ὑπηρέται τινὲς κέρασι βοείοις ἐμβυκανῶντες ἐπὶ τὰς ἐκκλησίας συνῆγον: plebem ministri quidam cornibus bovil-

bovillis insonantes ad concionem cogebant. Testes *classici*, i. e. cives Romani. Qui enim cives Romani erant, omnino in aliqua classe censebantur. Jos. Scalig. *Celebris* etiam quasi Calabris. *Celebrate*, id est, & frequentes & sine mora facite. Nam ista vis verbi est, inquit in Cul. Taubmanus. Unde *imperium celebre & imperium celebrare*, apud Plaut. Milite & pseudolo. Et *celebre*, autore Nonio, non solum *frequens*, sed etiam *velox* significat. Ita *Calabria* dicta est similiter curia, à *calando*: Ubi vocata plebe & Pontificibus ratio sacrorum gerebatur. *Ecclesia* ἐκκλησία à καλέω. Novè, sed non ineptè κατ' ἀναλογίαν dicitur *Ecclesiola*. Ecclesia est cœtus aut multitudo evocata. Vide Philippum Mornæum in De eucharistia l. 2. c. 1. Hebr.] קָהָל, *kahal* LXXII. vertunt etiam ἐκκλησίαν Deut. 18. 16. Jos. 8. 35. Jud. 20. 2. & sæpius alibi. Et Lev. 8. 3. conjungunt πᾶσαν τὴν συναγωγὴν ἐκκλησίας. Etiam vertunt per σύστασιν Gen. 49. 6. per πλῆθος Exod. 12. 6. Hebræum קֹהֶלֶת, *kobeleth*, vertunt ἐκκλησιαστὴν. Inde *Ecclesiastes*: Latinis *concionator*. Revera autem Heb. קֹהֶלֶת est *congregans*: & ex analogia Grammatica generis fœminini, ac subauditur *anima* Eccles. 7. 28. *Paracletus* παράκλητος: ap. Syros פַּרַקְלִיטָא *Paraklita*, i. e. advocatus. *Concilium* quasi *concalium*, Festus. Sic *Calendæ* ἀπὸ τ͂ καλεῖν: eo quod hoc die P. R. in concionem advocatus est per Episcopum, seu præsidem sacrorum indicatum, quæ feriæ toto mensæ essent futuræ, quidque in religione agendum. Legatur Varro l. 5. de L. L. Macrob. l. 1. Satur. c. 15. Propius *Calendæ* à Latino calare. Prius *calandæ*, & *calandus*, *calanda* verbi calare. In Lexico Græcolat. & alibi καλανδαι & κάλανδα. Postea euphoniæ gratia κατ' αὐξητικὸν *Calendæ*. Hinc *Calendarium* συνεκδοχικῶς, tota notatio anni dierum, secundum. Solis & Lunæ motum. Descriptione dubitant. Quidam *Kalendæ*, elemento Græcorum, qui tamen Calendas non habent. At quia per C. Latinum, idem pari commoditate & scribitur & effertur (Neque enim C minori potestate est, quam κ: sed

ſed ubique vim ſuam exerit) ideo *Calendæ* potius ſcribamus. Et licet Roman. literæ, etiam quo ad figuram, è Græcis magnam partem ortæ ſint: tamen iſtæ pleræque omnes ita fiunt, ut peculiarem atque diſtinctam obtineant *formam*, nec temere ulli miſcendam. Deinde ſi K ſit in Calendis retinendum: quur non idem alibi? Ut quur non ſcribunt *Koronis*, ſed Coronis? Debebant *Katus*, *Kantharus*, *Kalyx*, *Kalpar*, *Kylindrus Kranium*, & ſimilia. Legatur Priſc. l. 1. Sed juvat etiam advocare Scaligerum, ſive tanquam teſtem, ſive judicem potius. Idem eſſe (*inquit c. 10.* L.L.) noſtrum C. quod Græcorum K, jam receptum eſt: exploſaque eorum ſententia, qui aliter autumarent. Tantoque magis Scauri Grammatici, qui putarit nomina, in quibus A ſecunda ſtatim ſede eſſet, per K ſcribenda eſſe ſic: *Kalendæ*, *Karus*. Etenim ſi propterea fiat, quod *Kappa* nomen includit vocalem illam ſuam, ſane nulla ejusmodi vocalis addatur in contextu dictionis: aut ea conſonans nulli præterea voci ab aliis vocalibus incipienti apponetur. Hoc autem falſum eſſe, vel ipſi oſtendunt Græci. Præterea ipſum C eadem ratione non apponeretur, niſi ſequenti E, ut, *Cepe*, cæterorumque elementorum par item eſſet ratio. Quin *Kappa* nomen majus eſt, quam quanta ſit hæc poteſtas, ad quam arctare conatur ipſum. Alii ita cenſuere, Græcis tantum vocibus attribuendam, qui æque falſi ſunt. Etenim ſi id verum eſſet, etiam *Chremetem* per χ Græcum ſcriberent. Quod ſola adſpiratione ab ipſo κ diſtat. Hæc ille. Tamen videatur, quid J. Scal. in Euſeb. de litera K & *Kappa* moneat.

Calaſis, tunicæ genus, χαλάσιεις. ap. Herodot. Aut ſimpliciter χάλασις i. e. laxamentum tunicæ, nodo retentum: χαλάω eſt laxo: χαλαρὸς, laxus. Cujus originis eſt & vox *Caligæ*, quia laxiores.

Caligo, à *calon*, κᾶλον, quod à καίω. IGO eſt κατάληξις: ſicut in *vertigo*, *prurigo*. Igitur *Caligo* notabit denſitatem aut umbram, quæ è *lignis*, aut in *ſilvis* ſpargitur. Et nihil crebrius, quam dici ſilvam, lucum, nemus caliginoſa, opaca, umbroſa. Ita nemus eſt Homero βαθύσκιον. Orpheus:

Δένδρε-

Δένδρεον ἀγλαόκουρον καταύχιον.

Apollon : *πολύσκιος.*

Virgilius 6. Æneid. *Nemus umbriferum.*

Eidem l. 1. Æn. *Arboribus clausi circum atq; horrentibus umbris.*

----*Dives opacat* Eidem rursus 6. Æn.

Ramus humum ----

Nemus umbrosum. Ovidius, 7.Metamorph.

Molli recubans Heliconis in umbra. Propertius:

J. C. Scaligeri alia sententia est: nescio, quàm probabilis. Hujus vocis (*inquit*) si patiuntur delicatiores, video acutissime originem vestigasse. Primum sui ortum habuit inter pastores: quorum mutuus conspectus cum esset ejusmodi aeris ademtus spissitudine, vocibus inter se monebant, ubi essent locorum, quid agerent, quo eundum esset. Usitatum priscis verbum *calare*. Altera vocis pars est, sicut in alio verbo instigo: ab instando & agendo: pastorum quoque suboles, certè comes. Hæc ille.

Calix, *κύλιξ*, ob rotunditatem, à *κυλίω*, i. e. volvo. Festus ex Catone habet *Culigna*, i. e. vas potorium: *κυλίχνη*, *κυλιχνὶς*, *κύλιξ*. Videatur Casaub. l. 11. c. 9. in Athen. Inde *culullus*, ut suspicor, facta levi mutatione, *κύλιχνος*. *Turnebus* per deminutionem fieri existimat: sed nihil opus. Etiam repugnat Horatius, dum magnos nominat *culullos*. Verba illius adscribam: *Cululli* (inquit) pocula erant, per deminutionem dicta, & à *culeo* deducta. Etsi enim *culeus* primam producit: tamen, ut assolet, in deminutione corripit, ut *mamma mamilla*. Acron autem, quòd putat fuisse fictiles pontificum calices *culullos*, quibus & Vestales virgines uterentur, vereor ne culullos pro capedamentis acceperit: l. 9. Adv. c. 13. Cæterum à *κυλίω*. *κυλίνδω*, est etiam *Cylindrus*, *κύλινδρος*: *Cyclus*, *κύκλος*. *Κυλίω* ab Hebr. גָּלַל *galal*, *cal*, i. e. voluit, volutavit. *Calix* verò differt à *Calyx*, *κάλυξ*: à *καλύπτω*, i. e. tego, operio. Est enim *calyx* *γενικῶς* folliculus aut tegmen, quo quid includitur, abditumque latet. Postea *ειδικῶς* ad varia operimenta transfertur: & nu-

& nominatim ad folliculos, quibus flores continentur. A καλύπτω est etiam *calyptra*, genus festimenti, quo capita tegebant. Item *clypeus*, utpote qui tegit corpus *Clypeus* quasi *calypeus*. Quomodo & Hebr. מָגֵן, *clypeus*, dicitur à *protegendo*: à גָּנַן texit. Frustrà igitur sunt, qui à γλύφειν, i. e. sculpendo trahunt. Necessitas enim & operimentum, quod munit, prius ac potius est ornatu. *Clypeus* differt à *scuto*. Liv. l. 8. scuta pro clypeis fecere. Nam *scutum* παρὰ τὸ σκῦτος: quia è loro factum. Sed & figura utriusque alia. Quæ enim rotunda, & in orbem justum relata, *clypeos* dixere: quæ in longum exibant, *scuta*. Virg. 2. Æn. -- clypeique sub orbe teguntur. Item, Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar. Addit, *Argolici*, quo magis orbem notet: quia talia illorum. Ammian, l. 24. *Jugum tereti ambitu, Argolici clypii specie*. At *scuta* prominuisse, & oblonga magis quam lata fuisse constat. *Josephus* ideo appellat Romanor. istos θυρεοὺς ἐπιμήκεις, scuta longa: & Plutarch. in Æmil. ποδήρεις, i. e. ad pedes demissos. Simile discrimen & ap. Græcos. Ita Hom. ἀσπίδας εὐκύκλους agnomento dixit, *clypeos* rotundos: at θυρεούς Polyb. semper *scuta*: nec aliter Dion. Halicar. & Plutarch, Hæc pro discrimine τοῦ *clypei* & *scuti*. Videatur Lips. l. 3. de milit. R. dial. 2. & Analect. l. 3. dial. 1. Manut. quæsit. epist. 6. Græc καλύπτειν est ab Heb. עָלַף h. e. operuit, velavit. Aut à כָּל־חָפָה, ut, καλύπτειν sit penitus aut omnino abscondere vel tegere.

Calo; κᾶλον lignum est. *Cala*, lignum ap. Latinos. Lucil. Scinde puer *calam*, ut caleas -- *Calopodium*, i. e. pes ligneus, aut forma, quæ supponitur calceo suendo. Græc. καλόπους, ap. Polluc. l. 7. c. 21. *Calones* sunt servi militum, qui castra una sequuntur, & clavas ligneas, sive fustes gerunt, aut etiam ligna subministrant. Sic *lixa* à Nonio iidem vocantur à *lixa*, i. e. aqua, quam militibus afferunt. Luc. *Stat, dum lixa lavat*. Isid. Gloss. *Lixiones*, aquarum portitores. Unde *elixare*, est aquâ infusâ coquere. *Lix* est cinis foci, ut placet Varr. & Plinio l. 36. c. 27. Unde *lixivium*, στακτὴ κονία, h. e. aqua in

qua

by Google

qtia decoctus est cinis. Vel *lix* est humor cineri mistus. Scal. in Varr. *Lix.* aqua, unde *liquor*. Ut à *Lax*, *laqueus*. Et parens Ex. 106. s. 4. Scito, opica voce aquam significari, *liquoris* appellatione. Unde *lixa*, *lixivium*, *elixare*. A Græca fluxisse prisca aliqua, quæ nunc sicuti pleraque alia interciderunt, suspicionem facit verbum λείχειν. *Linctus* enim non nisi tenuioris succi est. Aut forte *lix* à λὶς: ob raritatem & humiditatem. Hebr. est צָלָה i. e. elixavit, assavit: quod cæteris πυιάπεον.

Calumnia, Prisc. l. 10. trahitur à *Caluo*, *calui*, *calutum*, i. e. frustrà habeo, decipio. Plaut. Casin. a. 2. s. 2. *Nam ubi domi sola sum, sopor manus caluitur.* Et ap. Terent. adelph. A. 4. sc. 3. Muretus ex Donato monet legendum esse: *Propter suam impotentiam se semper credunt calvier.* Vulgo, *negligi.* Vide Lips. libr. 5. antiq. Lect. 14. Origine vero prima *calvo* & *calumnia* fit ab Heb. כְּלִמּוּת, calumnia, ignominia. Niphal נִכְלַם, i. e. calumnia & ignominia affectus est. *Calumnia* Græcis est διαβολὴ à διαβάλλω: quia virulento quasi telo penitrat, famamque honestam ledere, quantum potest, satagit. Sicuti Lips. in pecul. *orat.* Calumniam suis coloribus graphice depinxit.

Calpar, *Calpe*, κάλπη: nomen poculi grandioris, item urnæ Nonius c. 19. *Calpar nomine antiquo dolium.* Hesychio κάλπη exponitur ὑδρία, σάμιος. Male corripuit Juven. in Sat. 14. *Calpe.* Neque enim fuit ut Chremes ut censet Scal. c. 26. L. L. Ni forte pro *Calpe* rectius legatur *Calpa*: ut epitome, & epitoma. Ita suspicor. Simile nomen est illud Græc. φρέαρ, i. e. puteus, item poculum magnum: ab Hebr. בְּאֵר, i. e. puteus: sicuti nostrum Born. ab Hebr. בּוֹר, *bor*, quod ejusdem significatus.

Calx ut diversum significatum: ita etiam etymon agnoscit. *Calx* prout extremam pedis aversi partem notat: fit à λάξ, i. e. *calce*. Græc. πτέρνα. Deinde *calx*, i. e. lapillus, oritur à χάλιξ, quod idem. Unde *calces* in Lucill. & Prisc. l. 6. pro *calculus*. Hinc etiam *calx*

 signi-

significat κονίαν, ferrumen cæmentorum, quem Papias *lapidem coctum* nominat: Germ. communiter Kalck: Angli *chalke*. Pallad. l. 1. de re rust. c. 10. *Calcem ex albo saxo duro vel Tiburtino aut columbino fluviatuli coquemus.* A calx *calces* (pro lapillo) recte formatur *calculus*: & quia fit lapillus *calci* molestus. Quomodo Hebr. חול dicitur arena, a חול; quoniam dolores ac molestiam pariat ambulantibus, *Calcar* etiam inde: quia *calcibus* alligatur. Ut & *Calceus*, quoniam munit calcem: ut Gr. πέδιλον à ποῦς *Calcitro*, *inculco* i.e. calcib. repugno à *calx*; quomodo λακτίζειν & ἀπολακτίζειν, à λὰξ oritur. A calx etiam *calco*, *calculo*, *proculco*, *inculco*. A transit in U, ut in exulto, insulto, resulto, à salto. Itaque περισσότης est, dum ajunt: *conculco pedibus*. *Culcita*, non *culcitra* quia tomento infercitur, & q. *inculcatur*. Inde & *callus*, qui in ea parte corporis fit, propter incessum. Gloss. *occallet*, παχυδερμεῖ Facete Scipio Nasica competitori adolescentulo cuidam, cui erant opere rustico manus duratæ, objecit: *Numquid manibus incederet?* Alludit originem dictionis. Corn. Sever. in Ætna: *Callent* rure manus. Ita & Theocr. μακέλα πτυλωμένο ἐνδεδιχμένας. *Callis*, i. e. semita, pedibus nimium trita, duratave. Uti Græc. τρίβος, i. e. semita trita: fit à τρίβω, tero. Et πάτος, semita calcata, fit à πατέω, calco. Igitur Serv. 4. Æn. & Turnebus non recte *callem* ad pecudes restrinxit. Ex eo (inquit) appellatur, quod pecudum callo calcetur: estque via à pecude durata: item loca, quæ pecudes calcant. Non, inquam, pecudes solum callem efficiunt, sed etiam homines. Cic. 3. de nat. Deor. *Callidi*, quorum tanquam manus opere: sic animus usu *concalluit*. *Calleo* itaque metaphoricum est, prout vulgus utitur. Quanquam Hebr. שֵׂכֶל est intellectus. Demto principio, non dissimile Latino. Gnatho Plautinus in Capt. quanta *callo* calamitas. Mercurialis Var. Lect. l. 2. c. 22. Apri (inquit) lumbus omnibus aliis partibus præponebatur. Hunc Plaut. & Cato *aprugnum* vocavere, cujus tenera durities commendata ipsi etiam *calli* nomen dedit. Propter quod etiam Horat. longa ova extollens,

tollens, *callosa*, nuncupavit l. 2. Sat. 4. tanquam compacta illa teneritudo in omnibus ciborum generibus & dentibus, & palato valde grata sit.

Gamelus à χαμαὶ: quod exceptura onus humi flectatur, & ingeniculet. Recte, cum Varro. l. 4. L. L. & Strab. Geogr. 17. *Gamelus* è lingua Hebr. vocatur. גָּמָל *Gamal*, est Gamelus. A radice גָּמַל, i. e. retribuit, affatim reddidit. Hesych. γαμάλη κάμηλος παρὰ χαλδαίοις. Matth. 19. εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν. Κάμηλον, *Camelum*, i. e. animal illud grande. Ut etiam in Syriaco habetur: לְגַמְלָא *legamla*. Frustra igitur illi, qui κάμιλον, id est funem nauticum, substituunt: ut pluribus de usu Logices evicimus.

Camera, καμάρα. Inde Verr. Flaccus ap. Charis. l. 1. asserit *Camara*. Atqui εὐφωνία E imposuit, *Cameram*. Propert. l. 3. eleg. 1. *Nec camera auratas inter eburna trabes*. Germ. itidem **eine Kammer**. Etiam *Camera* legitur pro nave tecta & vehiculo operto: ap. Strab. l. 11. Eleganter describit Corn. Tacit. l. 3. Hist. Ubi Casaub. *Quia*, inquit, *erant illæ naves ita fabricatæ, ut claudi possent in modum tecti, ideo* camaræ *sunt appellatæ*. Καμάρα *enim (quæ vox originem è lingua Hebræa habet) fornix est, sive tectum in modum fornicis*. Hæc ille. Herodot. Dio l. 36. Pollux l. 13. καμάραν appellant plaustri genus, quia similiter tegebatur. A camera *camerarius*: ut à statua statuarius: à lorica loricarius.

Campana, vox veterib. incognita, prout hodie sumitur. Onomast. Græcolat. *Campana* κώδων. Balsamon, καμπανίον describit σημαντήριον μιτικλόπτοις ᾧ λαοῦ εἰς τοὺς ναούς. Aliquid vero subintelligitur, ut *nola*, vel simile. In Hor. 1. Stat. 6. est *campana supellex*, In Statio, *campanum æs*. In Plauto pseud a. 1. sc. 2. *peristromata campanica*. Ducitur, ut facile liquet, à *Campania*: quia inibi ejusmodi instrumenta parabantur optima, & aliò mittebantur. Isid. l. 16. c. 19. Ita *Samium* absolute dicitur vas è terra Samia. Lucil. l. 14. *Et non pauper uti Samio*

Digitized by Google

mio --- Nonius c. 4. *Samium est testeum*: scilicet à Samo insula. Et sic *Campana* à Campania, quæ à χαμπὸς, uti diximus in voce *Hetruria*. De *campana* legantur plura in Hadr. Junii l. 3. Animadv. c. 11 & Turnebi l. 23. c. 6.

Camphora, κάφουρα, *caphura*. Ita enim pleriq; medicor. scribunt. *Caphur & capur Arabibus dicitur*: inquit Clusius ex Garcia. Eo nomine faciunt ab Heb. כֹּפֶר, *copher*, quod est pix aut bitumen. In Sant. Pagn. Lex. Hebr. (quod Mercer denuo edi curavit) ita legimus: *Est etiam* כֹּפֶר *genus aromatis, quod nonnulli camphoram vocant, & nomen quadrat*. Et mox: *Cant. 1. 14. Botrus* הַכֹּפֶר *camphoræ dilectus meus mihi*. Schindl. in Lex. *Camphora species bituminis, materia glutinosa, qua aliquid obliniturtegiturq́*. Etiam Apric. l. 4. de nat. Fossil Fuchs. l. 1. de compos. med. c. 20. & l. 9. de simpl. medic. facult. & alii, *camphoram* esse genus bituminis profitentur. Argumenta fuse percenset Gorræus. At contra Avicenna, Serapion, Scal. exerc. 104. s. 8. Matthiol. in 1. Dioscor. c. 75. *Capburam*, gummi aut lacrimam arboris Indicæ esse evincunt. Renod. de mater. med. l. 1. sect. 9. c. 2. *caphuram* vocat *gummi-resinam* pellucidam, Sed & αὐτόπτης Garcias ab Horto hist. arom. l. 1. c. 9. itidem probat *caphuram* esse gummi. Et horum non jam autoritate, quam argumentis ἀναγκαστικοῖς moti, libenter *caphuram* agnoscimus esse gummi - resinam. At ita quid fiet etymo? Non propterea calcabitur. Nihilominus *caphur* aut *capur* manabit ab Heb. כֹּפֶר: quia *caphura* bitumini aliqua similis est: aut quia כֹּפֶר notat etiam arborem odoratam. Insuper ita distinguit Card. subt. l. 5. Ea de causa etiam si quid horum (*amphora, succini & ambræ*) fiat ex arborib. nil prohibet, quin etiam ei simile in terræ viscerib. generetur. Sed videtur *camphora* ex arborib. primam originem ducere. Hæc ille.

Campus. Varro l. 4. L. L. quod primum ex agro plano fructus capiebant, *campus* dictus. Postea quam proxima superiora loca colere cœperunt, à *colendo colles* appella-

Digitized by Google

pellarunt. De priori Scal. ex. 99. f 10. ad Card. Haut igitur recte hunc ad modum loquebare: Montes sunt agris magis steriles. *Campos* enim dictum oportuit, veteri Æolensium voce, quos Latini sunt imitati Unde, κᾶποι, horti, propterea, quod in planis essent lætiores Auctus vocis sonus interposita serva litera. Et *Scalig. in Varr.* Siculi circum aut hippodromum καμπτὸν vocabant, à flexu equorum & quadrigarum, quæ ibi certabant. Inde omnia plana *campi* dicti. Poetæ vocant, *æquora terræ.* Unde καμπτὴρ, meta *Pacuvius Tantalo*, citante Nonio: Extremum intra *campterem*, ipsum, jam progreditur Parthenopæum. *Idem* Scal. *Colles*, κολῶναι. Sed malim ego Hebræos adire, quibus גַּל *gal, cal.* est collis, quod tumet q. & eminet Quod autem J. C. Scal. meminerat κάπων: sciendum κῆπον, esse hortum & inde κᾶπον à κάπος, sententia Græcor. *Hesych.* & Etymolog. κῆπος ὁ περιπνεόμενος καὶ εὐλύεμος τόπος, i.e. locus, in quo lætior & latior aura: vel etiam fragrantiæ plenus. Quia horti in tutela Veneris erant antiquitus, Varr. l. 1. de re rust. c. 1. inde exstitit: Ἀφροδίτη κήποις: *Venus in cepis* aut hortis: & *Cepurica*, ap. Rhodig. l. 29. c. 18.

Camus, Κημὸς, Dorice καμὸς: quasi κάμμος, à κάμπτω. Pollux l. 10. c. 10, Isid. l. 20. c. 16. *Camus*, genus asperi freni est, quo caballi superbi coerceri solent, dictus à curvitate. Ps. 31. ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις: In Camo & freno maxillas eorum constringe. Sed pro indole textus Hebræi sic sonat: *Cujus os freno & habena constringendum est.* Vel, ut Pagnin. in camo & freno os ejus est ad coercendum, ne appropinquet tibi. Vox: *camus*, etiam in Plauto exstat. Casin. a. 2. f. 6.

Canalis, canaliculus à *canna.* Etiam nunc Italis *Cannale.* A χάνος. aut potius à קָנֶה *kaneh*, i. e. canna, calamus. LXXII. fere vertunt κάλαμον: aliquando καλαμίσκον. Radix est קָנָה, nactus est, acquisivit. Ap. Fest. *canalicola*, forenses homines, pauperes dicti, quod circa canalem fori consisterent. *Lips. Elect. 2. 3.* in Agell. l. 4. 20. qui jurabat, cavillator quidam, & *canalicola*, & nimis

 ridi-

ridicularius fuit. Et addit, ita dictos olim homines Forenses, dicaces, ἀγοραίους, quia ad canalem crebri.

Cancer, παρὰ τὸ χαράσσειν διὰ πλῆθος ποδῶν, sicuti Græci solent ἐτυμολογεῖν. *Carcinus* item in usu Romanis; qui *Cancer* quoque gignit, transpositis elementis, & ne esset *carcer*. Festus: *cancri* dicebantur ab antiquis, qui nunc per deminutionem *Cancelli*. Nisi fallor à discretis cancrorum pedibus. Vide Cujacii l. 13. obs. c. 30. Isid. Gloss. *Cancer* forceps. A *cancellis cancellarius* Pithœus l. 2. adv. sub c. 12. *Cancellariorum* nomen non adeo sane vetus, utpote sub posterioribus demum Impp. auditum, si quis à *cancellando*, i. e. actis cancellatim lineis perducendo deduxerit, speciose quidem fortasse dicere videbitur, sed à vero tamen ipso longissime aberit. Nam ut à *cancellis* potius dicantur, vel hæc una maxime ratio suadere potest, quod eorum fere temporum scriptores à *cancellis & cancellos agere* dicunt cancellarium significantes. Hæc ille. Sed ad *cancer*. Lucr. l. 5. *Canceris ut vertat metas ad solstitiales*. Jos. Scal. *Cancer, canceris:* & mutato N. in R *carcer, carceris:* non à coercendo, ut Varro, κάρκαρον. Apul: Inter orci *cancros* jam ipsos adhæsisti. Interim Græc. εἱρκτή est ab εἴργειν: ut ita *carcer* à *coerceo* possit defendi per simile Græcor. etymon. Græc. κάραβος, Latin. *Carabus*, è genere cancrorum est. Scal. Ex. 245. Gallica vox ad Græcam, *Escrevice* κάραβος. Inde crederem, nisi nostra nos moneret, sese à Francis in Galliam, è Germaniis importatam, Krebs.

Candidum, ab effectu. Confundit enim visum: χάω, χαῶ. Et Albedo, aut etiam lux, ita describitur, quod visum dissipet. Scal. in Crit. c. 4. *candens*, non ab albedine, sed à luce tractum est. Nam quæ opaca, ac obscura sunt, per meatus lumen non admittunt: ubi fenestra, aut ostium patulum est, χαίνει: unde ἀνακαιόδον. Hæc ille. Neque dissonat τὸ κάω, καίω, κέω, i. e. *cando*. Malim vero ab Hebr. *Candeo*, per initia *Cadeo*; ut alibi κατ' ἐπαγωγὴν probavimus. קָדַח ferbuit, inflammavit: aut à יָקַד *jakad*, *kad*, candui. Ea causa Vigilio *candidum* est plerumque lucidum, ut *Phœbus* candens: *Venus* candida dea: *Maia* candida,

candida, quæ una Plejadum. *Candidati* à veste, ut in Magia Apulejus scribit: Togam *candidam* tirones induebantur ipso tirocinii die. Eam Cicero vocat *puram*. Gloss. *candidatus*, λευχείμων. Legatur in hanc rem Lips. l. 1. Elect. c. 13. & Briss. l. 2. de formulis. A *candeo* oritur etiam *caneo*: & *canus* quasi *candus*. Quippe *canities* est albedo pilorum. Theocr. eidyll. 14. λευκαίνων ὁ χρόνος. *Cicindela*, λαμπυρὶς: à κὶς, *Cis* & *candeo*: sicut *candela*, ut à niteo nitela. *Accendo* quoque ejusdem ortus. A *cando*: quod ipsum desitum, in compositis superat. Ut pendeo pendo: fulgeo fulgo: ferveo fervo: caveo cavo: ita candeo cando. Ex quo residuum *incendo*, *succendo*, *accendo*. Proprie Lucretius:

------ *Quia sol idem sub terras ille revertens.*

Anticipat cœlum radiis *accendere* tentans. *Accendere*, id est, illustrare, aut πυρσεύειν. Virgil. 10. Æn.

------ *Clamore* incendunt *cœlum* ---

Servius putat, abusive dictum. Quod miretur aliquis: Tam facile judicari Virgilium, aut corrigi solere: & sine causa. Certe pro re commodum id verbum: videlicet αὐξητικόν. Ut indicetur summum studium, serietas vel contentio: Magna ibi pugna. Magnus, qui cadit, Mezentius: major, qui vincit, Æneas. Talis igitur acclamatio, i.e. magna: & talis sit vox, quæ describat. Quid vero melius potuit, quam *incendunt*? Nam si clamore accenditur aer, oportet illum esse grandem atque validum. *Motibus* enim, ut ait Lucr. *accenditur*. Motum præcedat magna contentio membrorum, & attentio. Utrumque singulare factum, quod Æneas hic edit. Pariter l. 9. de matre Euryali, quæ inexpletum lamentatur, addit:

---- *Illam incendentem luctus* ----

Et ubi quid peculiare & magnum, tali metaphora delectatur. Ut:

His accensa super ----
Ardentem affatur amicum.
Ardentem affatur Julum.
Fervidus implet.
Fervet opus ----

Ita *Cicero*: ardor mentis ad gloriam. Studium & ardor quidam amoris. Et alibi sæpius.

Canis, Varr. l.4. & 6. L.L. à *canendo*. Inepte. Hinc aliquando ludebam: *Si canis à cano sit, quid canit ergo canis?* Itaque *canis* recte à κυνὸς Græco. Scalig. cap. 26. L. L. ab aliquo κυνὸς, κύων, à κύω, id est, φιλέω. Est enim animal φιλοδέσποτον. Notabile, quod Poetæ, cum de canibus sermo est venaticis, plerumque ament sexum fœmininum ponere.

Lucret. *Namque canes ut montivagæ* ---

Virg. *rapidæ venantis Juli Commovere canes* ---

Horat. Aut trudit acres hinc & hinc multa cane. *Idem*: Hac rabiosa fugit canis. Ælian. l. 8. de anim. c. 1. Sunt, qui causam rejiciunt in Græcos, quos illi secuti: ab istis vero quorsum? Certe ad Physicam. Canis enim fœmina prædæ avidior per naturam est: nempe solicita de catulis, etiam futuris. Sed & alias fœmina appetentior masculo, & affectibus obsequuta, cito movetur, atque ruit sæpe ad objectum amabile. Est autem fœmina imperfectior: itaque plus semper desiderat, ut aliqua perficiatur. Dico, *imperfectior*: si cum mare conferatur: & quo ad *accidentia*, non vero essentiam. Quamvis Aristoteles etiam hic longius videatur progressus. Sed, ne extra oleas nimium: in viam redeo. *Catus*, i. e. sagax, à canis. Aut à caveo, cautum, catum. J. Cæs. Scalig. cap. 31. *Canis*, *catulis*; sed à *cato* deducunt potius & placet: at iidem à *Canis Catus* ipsum trahunt. Varro vult *catum* esse verbum Sabinum; Inde *Catones* teste Plinio *Catillare* est per alienas domos girare, ut catuli, Plaut. Casin. act. 3. scen. 2. *Canica*, aut *canea*, sunt furfures de farre, à cibo canum dictæ, Festus. Idem: *Catulus* genus quoddam vinculi: interdum *canis* appellatur uti κύλαξ, ap. Græcos. Lucill: *Cum manicis, catulo, collarique, ut fugitivum Deposteml*. --- Plaut. Curc. a. s. 3. Faciam cum *catello*, ut accubes ferreo. A catus, *catulus*, *catullus*: unde proprium *Catullus*: & verbum *catullire*, Græcis similiter σκυζᾶν, quod est canis fœminæ catulos sibi quærentis vel appetentis. *Cynosbaton*, κυνόσβατον: alii *Cynospaston*. Columella

lumella *sentem canis* vocat. Βατὸς est Latine rubus. Theophrast. l.3. c.18. Dioscor. l. 1. c. 106. *Procyon*, προκύων. Latine *præcanis*, aut *antecanis*. Cicero in Phænomenis Arati: *Anticanes, Grajo procyon qui nomine fertur*. Ex quo patet, male Plin. l.18. c. 28. asserere, *procyonem* non habere vocem apud Romanos. Procyonem Victruvius vocat *minusculum canem*. Legatur Higinus l. 2. & J. Scal. in Manil. *Conquiniscere* est cernuum se inflectere, vel inclinare, ait Jos. Scal. Plaut. Cistell. a. 4. s. 1. conquiniscam ad cistulam, id est, inclinabo me. Lambinus existimat tractum esse à προσκυνεῖν: quod valet inflexo corpore venerari. κυνεῖν *quinire*, *conquinire*, id est, decubare more canum. Inde *conquiniscere*. A κύων, κυνὸς fit *cynicus*, κυνικὸς, caninus. Inde secta cynica, *cynici*: scil. ab impudentia canis, ut vulgo creditum. Empir. l. 1. Pyrrhon. c. 14. abnuit, qui ubi canem laudavit à sagacitate, *quod commoda appeteret, incommoda vitaret, mala agnosceret & mitigaret; sed & justum, memorem, gratum esse, animosum & malis infestum: addit, inde factum videri, ut philosophi quidam, Cynici, se hujus animalis cognomine commendarint*. Item Laertius: Docebat, inquit, Anthisthenes in cynosarge gymnasio, haut procul à portis: unde & Cynicam sectam dictam sunt qui opinentur. Ipse quidem appellabatur ἁπλοκύων, simplex & ingenuus canis. *Cynalopex*. Scal. Ex. 102. s. 3. in hunc modum castigat Cardanum: Error in Philologia. Appellas è cane & vulpe genitum *alopeca*. Noli hoc obsecro, doctissime vir. Magnum enim tibi periculum imminet ab istis, quos tu grammaticos per contemtum vocas: ne te quasi Græcæ literaturæ prorsus ignarum insectentur. Esse enim vulpem ἀλώπεκα: κυναλώπεκα vero spurium hunc, etiam triviis notum est.

Canistrum, κάναστρον & κάνιστρον. Κάνης, i. e. canistrum: κάνεον & κανοῦν. Exinde Latinum *Cana* & in Festo *canum*, ejusdem significationis. Pariter *calathus* pure Græcum est, κάλαθος: παρὰ τὰ κᾶλον, quasi sit è ligno contextum. E *calathus* etiam contrahitur *qualus*, quasi *calus*. Gloss. Cyrill. κάλαθος, fiscella, *qualus*. Et rursum è *qualus*

aut

aut *qualum* emergit *colum*, per quod liquor paulatim defluit. Gloss. Phil. *Qualus* ἠθμὸς, ἀνλιςὴς. Sed & *qualum* ac *colum* ex vimine ambo contexi solita sunt. Unde etiam Virgil. conjungit 2. Georg. --- *Tu spisso vimine qualos, colaq. prælorum fumosis deripe tectis.* Causa vero istius reciprocæ mutationis (*calathus, qualus, qualem*, κάλον, *colum*) est affinitas τ̃ C & Q & quia τὸ Q è C tanquam simpliciore elemento producitur.

Cano, qui renuit Hebr. קָנֶה, *kaneh*, i. e. calamus, canna, (quomodo & Gr. καλαμίζειν est calamo canere:) ille ap. Græcos subsistat. Scal. l. 2. de c. L. L. c. 52. *Canere* Latini ab hiatu dixere, Græca voce ἔχανον. Nam Æoles ab eo, quod est χαίνειν, non apponunt incrementa præteritis, sed dicunt χανον, demuntque adspirationes, quasi rem barbaram. Est autem *canere*, vocem modulis certis tollere, aut premere, certisque temporibus producere, aut corripere. A cano, *cantum*, *cantus*, ipsum quod canitur & actus canendi: ut à moveo, motum, motus. Etiam *Canta*, i. e. cantata, prisce. *Præcino, præcentum*: unde *præcento* & complicate *præco*, præconis: aut à *præcio*, i. e. προκαλοῦμαι. *Accino*, *accentus*. De eo prædictus Scaliger præclare egit c. 53. L. L. quidni subjungam? *Accentus* (inquit) est modus syllabæ, i. e, mensura propositæ rei, intelligatur per modum. *Gravem* appellarunt ab instrumentis, scilicet vocis: propterea quod in guttur, aut pectus eam demitteremus. Alteram autem priorem illam ab effectu nominarunt *acutam*. Ferit enim aures, quarum viribus objecta est: ac sane plus ponas spiritus latioris in gravi voce, angustioris autem in acuta. Quare & pueri acutius canunt, quorum guttur angustius est, & latiora, crassioraque instrumenta gravius sonant: ut etiam ab illis gravem sonum dixerit Pythagoras. Ita omnibus in rebus certissima ratione sibi ipsa respondet natura. Evenit autem ut duæ syllabæ inter se concurrerent, quarum prior priorem haberet, i. e. acutum: altera posteriorem, i. e. gravem. Quare eæ cum coalescerent. concreverunt in unum etiam ipsi apices, sic quem Græci cum περισπώμενον dixere, abusi sunt licentia inventionis: neque

neque enim circumtractus fuit: sed *συναπτόμενον* rectius nominassent. Nostri quoque *circumflexum* cum appellarunt, ad celeritatem potius pingentis manus respexere, quæ unico motu virgulam arcuatam fecit, angulo demto. Hæc ille. Nunc amplius. *Oscen*, ᾠδικὸν ὄρνεον. *Oscines aves* App. Claudius esse ait, quæ *ore canentes* faciant auspicium, ut corvus, cornix, noctua. Nisi quis malit simplicius quasi *occines* ab *occinendo*. Ita *occento* est proprie occino frequenter, ex adverso canto. Vide flagitium. *Camena*. Macrob. l. 2. in som. Scip. c. 3. Musas esse mundi cantum etiam rustici (alii Hetrusci) sciunt, qui eas *Camenas* quasi *canenas à canendo*, dixerunt. Ita quoque *carmen canimen*, interposito R, ab eodem. Quomodo *Camena* & *Carmena* & *Casmena* *ἀρχαϊσμῶς*, dicebatur. Et notum quod sit *canere* poetis proprium. Aliis *Carmen* est ab ἁρμὸν, i. e. aptum, concinnum; harmonicum. Quod Hebr. est orig. עָרַם, i. e. callide, & concinne composuit, callidus fuit. Sed illud, à canimen *carmen* maxime probatur: ut à genimen *germen*. A cano fit *fidicen* i. e. qui fidibus canit: *Cornicen*, qui cornu, itidem media brevi. *Tibicen*, qui tibia: media longa. Fit enim concursus duûm elementorum quasi *Tibiicen*. Horat. 3. ep. 1. Nunc *tibicinibus*, nunc est gavisa tragœdis. *Siticines*, qui apud *Sitos*, i. e. vita functos ac sepultos canere soliti sunt. Agell. l. 20. c. 2. τυμβαῦλαι. *Siti* sunt mortui, sepositi, sepulti: ut etiam Cicero de legibus testatur. Etiam Syris שִׁית est positus. Heb. שִׁית est posuit. A cano fit etiam *sicinium*, ut *bicinium*. Aliis placet *sincinnium*, *sincinnistæ*. Et Agell. l. 20. c. 2. Qui rectius, inquit, loquuti sunt, *sincinnistas*, litera N gemina, dixerunt. Festus vocat *sicinnium*, cantionem solitariam. Isid. l. 6. orig. c. 19. Latine *sicinium* dicitur: cum vero duo canunt, *bicinium*. Ubi Chacon suspicatur, dici *assicinium*, quia *assa* vox fit sola. Aut erit à particula *se*, vel *sine*: *secinium*, *sincinium*, quando solitaria fit cantio, ut Festus ajebat. Ab incino, *incentum* fit etiam *incentibus*: ut à satum *sativus*, à statum *stativus*. Varro l. 1. de re rust. cap. 2. Ut dextra tibia alia, quam sinistra, ita tamen, ut sit quodam-

dammodo conjuncta, quod est altera ejusdem carminis modorum *incentiva*, altera *succentiva*. Isid. l.6. c.19. Tres gradus sunt in cantando, primus *succentoris*, secundus *incentoris*, tertius *accentoris*. Amm. Marcell. Grave accesserat *incentivum*. Sidon. Apoll. 6. epist. 1. Per carnalium vitiorum *incentiva* flammati. Onomast. *Incentivus*, ἐπιπολητικός.

Canthus, κανθός. Aliter Græci, aliter Latini sumunt: ut dubites, utri proprie, nisi subveniat etymon.

Hesychius: Κανθὸς ὁ τοῦ ὀφθαλμοῦ κύκλος.

Sinesius: Κανθῶν ἐλοφυρομένων λιβάδες.

Contra Pers. Sat. 5.

Vertentem sese frustra sectabere canthum

Cum rota ——

Probus: *Imperiti canthum (eaplostra) appellant.*

Sunt enim vehicula, quorum rotæ non sunt radiatæ, sed tympana cohærentia axi & cantho ferreo juncta. *Quinct. l.1. c.9.* Ferrum, quo rotæ vinciuntur, dici solet *canthus*. Et hi proprie: diciturque ab illa curvatura, κανθὸς quasi καμπτός. Ita enim Græca immutari solent ab aliis gentibus: & ipsam hanc vocem, κανθὸς, ab Afris vel Hispanis in Latinam orationem venisse putat Quinctilianus. Κάμπτω ab Heb. כָּפַף, curvavit, flexit.

Caperare. Frons *caperata* à frontibus ut Nonio, aut cornib. capror. ut Festo placet, quæ rugosa sunt & aspera. Plaut. in Epid. *illi caperat frons*. Eidem in prolog. Amph. est *contrahere frontem*: in Bacch. *consulcare frontem* Mart. l.10. *adstringere frontem*, Apul. l,10. est *frons striata*. De etymo differit Quinct. l.1. Quoniam à Græcis utrumque ductum est, ad eam rationem recurrunt, ut πατρὸς, patris, κάπρου, capri, faciat. Hesych. κάπρα αἴξ, τυῤῥηνοί. Malim vero Hebræum, צָפִיר est hircus pilosus. Quasi Latine dicas *Zaper*, aut *Zapir*. Post *Caper*. Agnominant à cornibus & ungulis, quæ capris cito crescunt. A צָפַר, i. e. properavit. *Caprimulgus*, qui capras mulget. *Capripes*, à caprinis pedib. *Caprificus*. Ut caper omnia carpit & depascit: ita *caprificus* parietes, atq; ipsa etiam saxa obstantia disrumpit, *Mart*. Marmora Messalæ scindit *caprificus*. Juven. sat. 10. est *sterilis ficus*. Plutarcho ὄλυνθος: & Messeniorum lingua

lingua τράγος, teste Pausania. *Caprotinæ* Nonæ nuncupatæ sunt, quod eo die in Latio Junoni *Caprotinæ* mulieres sacrificant, & sub caprifico faciunt, & è caprifico adhibent virgam: Varro l. 5. L. L. Macrob. l. 1. Sat. 11. Plutarch. in Romulo.

Capis, Scal. in Theoph. de pl. Vas oblongum fictile, quale videmus in antiquis pontificum monetis, καπτὴς. Inde Latinum illud: sicut *capere* κάπτος, fossa; & κάπτομαι, excipio. Quare etiam comedere significavit. Unde quoque, *cibum capere*. Et κάπη est præsepe: ab excipiendo. *Decipere* proprie est eximere, tollere. Gloss. *Decipio* ἐξαιρῶ. *Præcipere* est proprie προλαμβάνειν, ante capere, ante sumere. Gloss. Cyrill. προλαμβάνω, *præcapio*, *antecapio*, *præsumo*, Lucr. -- æstus ubi æris *Præcepit*. -- Cicero, *Præcipere* cogitatione futura, i.e. προλαβεῖν. Virg. 10. Æn.

Littora præcipere *& venientes pellere terræ.*

Vulgo legitur *præripere* Ubi tamen addit Interpres: *præripere est antecapere*. Quur igitur non ipsum *præcipere* retinetur, cum ita habeat vetustiss codex? A *capio* est *anticipo*: ut & *occupo*, i. e. ex adverso capio. Variat enim, ut *cubo*, *cumbo*. Varro l.1. de Vita pop. Rom. Etiam nunc pocula, quæ vocant *capulas* ac *capides*, quod est populi genus. Puto tamen *capidem* Græcum esse: Quod id genus vasis καπίδης dicatur à Græcis. Scal. Conject. Hebr. קִבֵּל id est, accepit, capulavit. Et hæc primæva origo. Etiam *capio* potest esse à כַּף i. e. vola, manus, organon quo capimus. Ut *incepto*, à capio captum: Ita *discepto* (Græcis διαλαμβάνω) i.e. hinc inde, in partes varias capto. Aliquid enim subauditur. Unde pro litigo ponitur, aut decerto. A capio *capedo*: ut à torpeo torpedo. Hanc vocem (*capedo*) adstruit Jun. l. 2. Animad. c. 10. Gloss. vetus: *Capedo*, ἀσχολία. Inde usitatum *Intercapedo*, i.e. quod intercipitur, cum mora interjicitur ad capiendum. Festus: *deinceps*, quid deinde cepit: ut *princeps*, qui primum cepit. *Deincipem* antiqui dicebant proxime quemq; captum: ut *Apulejo*, sermonem deincipem. *Auceps*, qui aves capit. Etiam ἀναλόγως *pisceps*, qui pisces capit.

Et

Et hujus vocis meminit etiam Varro l. 7. L. L. *Forceps*, quasi *ferriceps*: h. e. ferrum capiens. Huc illud: Forfice fila: pilos cape forpice: forcipe ferrum. Dexterius Etymologia explicat. *For*, i. e. *ferrum* (hoc enim materia.) *facit*, quod sarctores: *pectit*, quo tonsores: *capit*, quo fabri utuntur. Hinc *forcipem* Virgilius fabris Vulcani attribuit, 8. Æn. Ergo ἀναλόγως *forfex* & *forpex* dicitur, ut artifex: *forceps* ut auceps. Adde illis, si lubet, *forfex*, id est, ferrum secans. *Præcipuum*, non est proprie idem quod peculiare aut proprium, uti explicant: Sed id, quod *ante capitur*, τὸ πρόλημμα. Sicut *Excipuum*, quod excipitur, ἀρχαϊκῶς. Gloss. *Excipulum*, ἐκδοχεῖον. A capio est & *capulus*, um, quidquid rem aliquam capit, Nonio & Festo. Iterum in Nonio *Capitularis*, i e. senex, capulo efferendus. Plaut. in Mil. *Acherontius*: in Asin: *Capuli decus*.

Capsa, *capsula*: *quasi* κάμψα, i. e. theca. Aut simplicius κάψα, à κάπτω: ut sit, in qua reponantur edulia. *Cista* vero, κίστη, ap. Hom. παρὰ τὸ κεῖσθαι, ducitur: melius è penitrali sanctissimæ linguæ. In ea est כִּים *cis*, i. e. cista, item, loculus, crumena. A cista est etiam *cisterna*, ut à luce lucerna: à cavea caverna.

Caput, κύβη, κεφαλή. Hebr. גַּף, *gaph*. Ut & *cepa* à κεφαλή, propter radicem quasi capitatam. *Caput* pro principio aut principe: etiam ap. Hebr. Hinc Jes. 9. 14. Senex & honorabilis is est *caput*: propheta verò docens falsitatem est *cauda*. A caput *capitulum*, proprie est caput parvum: & facit ad blanditias. *Sinciput*, quasi *semiciput*: & hinc in opt. Gloss. *Simicipium* ἡμικεφάλιον. *Sinciput* igitur ἥμισυ κάρηνον: vel altera pars capitis, nempe anterior. Scal. in Arist. hist. de anim. l. 1. c. 9. *Dimidium capitis est Sinciput: non autem pars anterior*. Scilicet ex origine. Sinciput Græcis τὸ βρέγμα à βρέχω, ab humiditate. *Occiput* pars, quæ anteriori opposita. Hoc enim notat particula *OB*: ut in verbis, *occino*, *obvenio*, *obverto*. Isid. l. 11. *Occipitium* quasi contra capitium, *Cranium*, κράνον, κράνιον, κάρα, κάρηνον. Ut ἔγκαρ ap. Græc. Sic etiam suspicor à κάρα. Latin. *Cerebrum* dici quasi *Carabrum*. Gloss. *Cereber* ἐγκέφαλος. Tertull. l. contra Marcion: est *excerebratus novo vino*.

fino. Ut à fatum fatale, sic à caput fit *Capitale* quod ad caput pertinet : ut *hostis capitalis*, qui petit alicujus caput, & sic vitam. *Capitale crimen*, quod capite lui meretur. *Capistrum*, quo caput, aut os frenatur. *Strum* ex καπίληξις. *Capitium* capitis tegmen, Nonio, Turnebo. Atqui Varroni & Scal. quia *caperet* pectus. à *capio*. Illud vero magis ἀναλόγως: ut *occipitium*, ita *capitium*. *Capito*, à magnitudine capitis: nomen & viri & piscis. *Capillus*, *capitis*, *pilus*, θρὶξ κεφαλῆς. Illi igitur ineptiunt, qui dicunt. *Capitis*, *capillus*. Agell. l. 12. c. 1. abusive pro pilis posuit: in illis capillum gigni teneriorem. Persius.

— *Bicolor membrana capillis.*

Ad quod Casaub. Capillos καταχρηστικῶς posuit, de pilis. *Capillatum*, quod capillos habet, *Capillamentum* capillorum congeries. *Capitolium* à capite: aut mavis quasi *Capipolium*, i. e. πόλις τῆς κεφαλῆς. Prius tamen vero consentaneum: & à Varr. notatum lib. 4. L. L. Nam illa mons *Saturnius* primo dictus fuit, in quo Capitolium, tum *Tarpeius*, & mox *Capitolinus*, à capite hominis (cui vivo *Toli* nomen fuisse Arnobius tradidit) invento, dum fundamenta moliuntur Scal. in Fest. *Concapes* rectum est, ex antiq. scriptura *Concapet*. Tignum recte Theophilus πᾶν ξύλον ἐγγώσιμον. Et tunc junctum ædibus, ædificiove dicitur: at *concapes* vineæ tantum dicitur, quia habeat *caput* suum cum capite vineæ commissum. Caput vineæ radix ipsa Virg. Colum. Significat ergo depactum, ac defixum terra, ad vineam sustinendam. *Concapes*, ut *procapes*. A quo capite multa descendunt. *Primicapes*, *præcapes*, *deincapes*, *ancapes*. Postea dictum. *Primicipes*, *præcipes*, Plauto & aliis. Hodie *princeps*, *præceps*: *deinceps*, *anceps*. Sic *Terticapes*, *quinticapes*, dicebant. Igitur & hinc *concapes* eleganter eadem forma. Hæc ille. Equidem ex illis quædam recte à *capio*: quædam verò à *caput*, dici arbitror. Utriusque originis nota est disparitas in obliquis. A caput est *præceps*, *præcipitis*; non *præcipis*: qui in caput proruit: qui prono capite fertur quasi *præ capite*: Græc. προκάρηνος. Ita *præcipitare* ex notione Germ. est, über Hals über Kopf hinunter stürtzen/

Interim *præcipis*, *præcipe casu*, ap. Enn. & Prisc. l. 6. à *capio* videtur formari. Similiter à primum & capio est *princeps*: quod recta arguit *principium*, ἀρχὴ: actus principis. Ut à judex judicium: ita à princeps principium. Postea vox latius fusa. Ergo à *capio princeps principis*: qui primas quasi partes capit: ut *deinceps*, *deincipis*: *Anceps*, quod ex utraque parte *caput* habeat, ut securis, ap. Fest. Hinc dicitur *ancipitis*, sicuti bicipitis. Gloss. δικέφαλος. Sed & *anceps* à capio genuinum puto. Quia ex utraque parte æque *capitur*, ap. Fest. Gloss. *ancipit*, ἀμφιβάλλει. *Anceps* ἀμφιστὸν Et J. Scal. in Sophocl. Ajax Lorat.

— ille vanos *ancipe*

Instructus hasta tentat exitus ruens.

Ergo utrumque pro origine & autoritate, *anceps ancipitis* à caput: & *anceps ancipis* à capio, probabitur. Ita & Scal. Ex. 241. s. 2. πρόλοβον vocat *Præcipium*: quia præcipiat.

Caracalla, indumenta fuere ad talos usque demissa, ab Antonio Imperatore data populo: ex quo *Caracalla* nuncupatus est: Rhod. l. 16. c. 10. à κάρα & calx, ut sit Græcolatinum.

Carbasus κάρβασος. Itidem Hebr. כַּרְפַּס *carpas*, *carbas*, i. e. carbasus, genus lini, vel sericorum miræ tenuitatis, ex quo conficiebantur vela & vestimenta Esth. 1. 6. LXXII. habent καρπάσινα. Plin. l. 19. c. 1.

Carbo, i. e. lignum aridum & ustulatum, à κάρφος. Κάρφω est arefacio, sicco. Ab Hebr. חָרַב siccus fuit, aruit. A carbo est *carbunculus*: ut à fur furunculus: ab avus avunculus. Quomodo ad gemmam & alia transferatur, notum. *Plin. l. 37. c. 7.* carbunculi à similitudine ignium appellari. *Tertull. de jud. dom.* Inde nitet prasinus, illinc carbunculus ardet. *Drepan. epist. 3.* Sic rutilus rutilum vomit & carbunculus ignem. *Carbunculus* etiam Græcis vocatur ἄνθραξ. Et vulgo *Rubinus* à rubore splendido. Similiter *pyropus* est igneo colore rubens: πυρὸς ὄψις, ignis faciem habens: Boeth. l. 2. de Gem. c. 8.

Carolus. à Kerl/quod etiam nunc frequentiss. est. Scal. Ex. 266. *Carl*. prisca vox est, qua robusti fortesque viri desi-

designabantur. Id enim est *Carlman* quod *Andreas*. Alii ab Hebr. trahunt קָרָא, i. e. invocavit, & אֵל, i. e. Deus. Bohemis *Kral* est rex. Martinius refert ad Græc. κρείων, imperans.

Caro, carere, fit sine dubio à κείρειν, tondere, ἔκαρσι. Καρτὸς tonsus. Non, ut Varro voluit. Ex eo etiam *corium*, cui pili abrasi, & quod præparatum. A *corium* præposito S. more Sabinorum, fit *Scortum*. Nam Sabini *scænum* pro cœnum: & ita *scorium* pro *corium* dicebant. Et ita *scortum* pellis crassior. *Scorteum*, è scorto factum ap. Fest. Etiam *scortum* meritrix per contemtum, quasi impudica *pellis*: & quia *pellem* habet venalem Scal. in Arist. hist. anim. l. 1. c. 11. Latini *scertum* & *scrotum*, ut quisque melius difficiliusve pronunciabat: sicut φάσγανον, σφάγανον. Dictum etiam *scrutum* communi cum intestinis appellatione. Sic enim pelles interiores nominasse videntur. Unde & prostantes melierculas, quæ pelliculam vulvæ exercerent, *scorta*: quasi nihil aliud præterea essent. Similiter parasitos, γνάθωνας: perinde atque nil nisi *mandibulæ* existerent. Hæc ille. A κείρω etiam *carduus*, ob spinas, & quasi pilos, quibus *radit*: & quia aptus *carenda* lanæ. Ut à patruus patruelis: sic à *carduus, carduelis* avicula, quod carduis crebro insideat, aut pascatur etiam. *Acanthis*, ἀκανθὶς: ἄκανθα, spina, sentis. Ab ἀκή, dropter acumen, quo à natura armatur. A *caro* est etiam *carmen* Lucret. l. 4.

—— quasi carmine lana trahatur.

A carmen *carminare*: ut à vermis verminare. Est enim carminare lanam pectere & à sordibus purgare. A *caro* fit quoque *carex*: ut à lateo latex. Virg. Et carice pastus acuta. A carex *carectum*: ut à frutex *frutectum*, & postea *frutetum*: item in Festo *dumectum*, nobis dumetum. Ultimo τὸ κείρω est à קָרַח *karach, caru*, quod planè idem.

Carpo, καρπὸς, καρπίζω, i. e. decerpo, fructum colligo. Scal in Theoph. τὸ ἔτυμον, τοῦ καρποῦ, non est à substantia, sed eventu: κείρειν. Unde etiam nostrum *carpere*. Transpositis sanè vocis partib. ἔκαρσι ἀπὸ, καρπὸς, ἀπέκαρσι. Hebr. קָרַף non abludit multum, i. e. carpsit.

Digitized by Google

Carum, principali notione est præciosum, quod magni æstimatur. *Caritas*, ubi majus precium, aut plus pecuniæ requiritur, quam alias. Ab Hebr. יָקַר, *jakar*, *kar*, carè æstimatus est, magni precii fuit. יָקָר, est carus, præciosus. Aliud est *charum*, ἀγαπητὸν scilicet, vel dilectum : à χάρις χαίρειν. Ita enim veteres scribebant, per H, ut sit differentia. Scal. c. 22. L.L. *Charum* scribebant, nos *carum* : unde & *carere* : quoniam deficiente annona carebant, atque ibi tum illa *chara* erat. Sed Hebr. fons mihi potior. Nam & *careo* est à גָּרַע *gara*, *cara*, i. e. minuit, ademit, carere fecit. A *careo* (aliis à cado, casum) est *cassum*. ap. Prisc. l. 9. & 11. Aliis verò *cassus*, ut lassus, magnè nomen est Pacuv. Tardigradam, herbigenam, domiportam, sanguine *cassam*. Lucr. anima *cassum* corpus. Virg. æthere *cassum*. *In cassum* dicitur, quomodo *in vanum in nihilum*, Etiam *caro* à *careo* : *Carnis* in Nom. ap. Liv. Andr. Proprie de mortuo, quia *careat* vitâ. Aut, si Græcum mavelis, *caro* eodem sensu dicetur à κὴρ, κὰρ, i. e. mors, noxa : κηραίνω, perimo. Vel per methathesin à κρέας. Hesych. etiam habet κρῶς κρέας. *Cartilago* dicitur quasi *carnilago* : quia ad carnis similitudinem accedit. *Carna* Dea, à carne Macrob. l. 1. Sat. c. 12. Ovid. 6. Fast. *Corpus* : *A* transit in O, ut differentia sit inter *Carpus*, quasi dicas *carnis opus*. Gloss. *Caro* κρέας, σῶμα. Postea ad alia etiam ἄσαρκα dilatarunt. *Carnifex*, quia facit animal carere anima. *Carnufex* etiam dicitur : ut adolescens *adulescens* : sacrifico sacrufico. Camer. probl. etym. decur. 1. Unde *corpus*, & græca σῶμα καὶ δέμας ? sane græcarum origo non est obscura : quamvis ii, qui Homerum omnium in Philosophia sectarum auctorem faciunt, illa perverterint. Sed est omnino non σῆμα τὸ σῶμα, quemadmodum Plato ad suam doctrinam de animo alludens fecit : sed inde factum, unde σάος & σῶς, simile ei, quod est χῶμα. Neque *cadaver* significat propriè illud quidem, ut neque hominis appellatio ; nam h. e. πτῶμα & νεκρός. Δέμας autem, an non est ἀπὸ τοῦ δεδέσθαι, quod animum devinciat, sed à verbo δέμω, unde & δόμος deduci-

ducitur? ſicut γυῖος & γόνος; ut intelligatur coagmentatio membrorum & quaſi extructio quædam admirabilis & divini operis, cujus latinum nomen *corpus*. Hoc verò quid ſignificare & quomodo concinnatum fuiſſe dicemus? ſanè mallem doctiores eruditioresque & prudentiores, ut par erat, ſententiam ſuam prius proferre. Sed quum nullius nos quidem adhuc cognoverimus, liceat quaſi allucinando & nugando tanquam primo loco rogatum aliquid commmemorare. An verò *cor*, quod καρδίαν græci vocant, ἐκ κῆρ eſſe perhibentes attuliſſe quod veriſimile ſit, videbimur? Hujus igitur origo ſit reperta. Sed unde acceſſio illa, ut *corpus* fieret? Suſpicor omnino ſignificare, veteres voluiſſe *Corpus* eſſe quaſi organum ſeu inſtrumentum animi, quòd illius agitationi inſerviret & ductum ſequeretur, & ad nutum præſto eſſet. Quin autem toti antiquitati ubique gentium & locorum viſum ſit animi ſedem & principium in *corde* eſſe, de eo ſi quis ambigit, hunc ita eſſe ut dicimus, quælibet mentio uſpiam à veteribus facta *Cordis*, docere poterit. In quo nunc quidem quaſi inſiſtendo non erimus verboſiores, præſertim re perſpicua atque clara. Erit igitur *corpus* quaſi *corpor*, *cordis*, i. e. animi naturale *organon*, quod ſerviat & famuletur illi, & exſequatur, quæ juſſerit. Mutatis literis quibusdā conſuetudine linguæ latinæ, ut eſſet mollior pronunciatio. Nam & V & O permutatas fuiſſe creberrimè ſcimus, & pro litera r uſurpatum s *Papiſii* & *Valeſii*, & honos ac ſimilia oſtendunt. *Por* autem undecunque ſanè: Nam omnia exquirere neq; poſſumus neque velle debemus, quum veteri etiam verbo aliquid *neſcire*, inter virtutes grammatici numeretur. *Por* igitur quid eſt? planè *puer* ſervusque & famulus: ut declarant liquidò priſca illa nomina, *Marcipor*, *Quintipor*, *Publipor*, *Cneipor*. Atque crediderim equidem, *leporem* quoque ab agilitatis *pedum* velocium quaſi famulatu καὶ ἀπὸ τῆς τοιαύτης ὑπηρεσίας appellatum eſſe potius, quam quod *pedum levitas*, i. e. celeritas in origine nominis inſit: quæ ſi eſſet, litera d flectendo remaneret, ut in bipede & ſimilibus. Hæc Camerar.

Caryon, κάρυον, vel etiam καρύα. Faciunt à κάρη: aut etiam à κάρα, κάρη: quia soporem aut *gravedinem capitis* conciliat, quasi καρηβαρικόν. Plutarch. 3. sympos. Et Plin. l. 15. c. 22. *Caryon à capitis gravedine, propter odoris gravitatem, convenit dictum.* Et Diosc. l. 1. c. 41. nuces juglandes, quas nonnulli Persicas vocant, sunt difficiles concoctu, stomacho inutiles, capitis dolorem inferentes. Alii à κάρα malunt: quia κάρυον refert capitis figuram: ut quæ sit σφαῖρα προμήκης, id est, non plane rotunda, sed porrecta. Ap. medicos est *Diacaryon*, quod è nucibus confectum, vitiis medetur faucium.

Casaria, à *casa*, quam servabat: Gr. οἰκουρός. Ita peculiariter ap. Gr. poetas οἰκουρήματα sunt uxores. Eurip. in Oreste: εἰ τ' ἔνδον οἰκουρήμαθ' οἱ λελειμμένοι φθείρουσι: i. e. *Si intus uxores ii, qui relicti sunt, corrumpunt.* Honestas enim fœminas decet, non temerario pede evagari, non discurrere, sed domi potius manere, instar cochleæ, & agere, quæ ratione sexus, agenda sunt: uti describuntur Prov. 31. Ita olim non modò ap. Judæos: sed etiam Græcos plerosque & Romanos, seorsum virgines domi in propriis conclavibus detinebantur: quæ Græci vocant παρθενῶνας: nempè ἀπὸ τῶν παρθένων. Unde eædem quoque virgines κατ' ἐξοχὴν dicebantur κατάκλειστοι, i. e. conclusæ, & à promiscuo masculorum conspectu remotæ. Eurip. in Oreste: εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν, i. e. *in publicum prodire virginibus non bonum aut honestum.* Ap. Hebr. similiter עַלְמָה, *balmah* est virgo, quæ abdita quasi latitat domi & solicitè custoditur. A verbo עלם, in Niphal נעלם i. e. latitavit, absconditum fuit. Contrà ap. Judæos aliquoties in Targum, *Foras exiens* eadem est, quæ meritrix. Et ita depingitur Prov. 7. 11. 12. In Meritricis domo non hærent pedes: ejus modò foris, modò in plateis, aut prope quemque angulum insidiatur.

Cassia, vel *Casia*, κασία à קְצִיעוֹת. Uti etiam Ps. 45. 9. interpr. communiter vertunt. Est enim cortice, qui abraditur, commendabilis. קצע est abrasit. Plin l. 12. c. 19.

Castor,

Castor, κάστωρ, quasi γάστωρ, est animal ventricosum. Isid. à *castrando* facit. Tertull. est *castrator carnis castor*, l. 1. contra Marc. Juven. Sat. 12. *qui se*

Eunuchum ipse facit cupiens evadere damno

Testiculorum. Plin. l. 32. c. 3. Spectabilis natura potentia in his quoque, quibus & in terris & in aqua victus est: sicut & *fibris*, quos *castores* vocant: & *castorea* testes eorum. Amputari hos ab ipsis cum capiuntur negat Sestius diligentiss. medicinæ. Quin immò parvos esse substrictosque & adhærentes spinæ: nec adimi sine vita animalis posse. Diosc. l. 2. c. 23. Vanum est, quod traditur, testes ab ipsis evelli, & à sese abjici, cum venatu urgentur. Hæc ille. Et rectè profectò, vel hodiernæ experientiæ assensu. Insuper etiam (quod multi ignorant) *castoreum* & testes *castoris* inter se distincta sunt. Est enim *castoreum* nihil aliud, quam folliculus geminus in inguinibus, instar ovi anserini. Quod primus quantum scio, in anatomia observavit Rondeletius: & exinde itidem αὐτόπται probant Matthiol. in Diosc. Bauhin. Gesner. in hist. animal. Euch. l. 1. de compos. med. c. 15. & plures alii.

Castor. Varro l. 4. de L. L. Castoris nomen Græcum & Pollucis à Græcis in Latinis literis veteribus nomen, quod est, inscribitur, ut πολυδεύκης. *Polluces*, non ut nunc, *Pollux*. Non possum non his adjicere illud γελοῖον λήρημα Becani, ut ejus subinde magis appareat vanitas. *Castor* (inquit l. 4.) est composita vox ex Ka/ quo malum significatur, & Stor/ vocali longa, quod idem est, quod interventu quippiam turbare & profligare. *Pollux* quasi *Phollux*, *phol* sive voll/ & *Luc* vel gluck/ i. e. plenus felicitatis. Quorum illud nomen Johanni Baptistæ: hoc Christo tribui debere ait. De castore & Polluce legatur etiam Cluver. l. 1. Germ. Antiq. c. 30.

Castus. Servius, *Cestus* cingulum Veneris: *Cæstus*, arma pugilum. Video hanc distinctionem non omnibus placere, in quibus est Taubman. in l. 5. Æn. Sed & rursus video: eandem distinctionem non modò pari autoritate: sed etiam rationibus niti non spernendis.

Nam *cæstu* dicitur: ut ita differat à *cesto* virgineo. Etiam κατ' ἀντιμοφίαν faciunt: Ut *gestus* à gero, gestum: sic *cæstus* à cædo *cæsum*. Quippe parabatur ad pugnandum & ita ad *cadendum*. Virg. 5. Æn.

Seu *crudo* fidit pugnam committere *cæstu*.

vocat *crudum*: quod è corio bubulo *crudo* fieret. Etiam Apollon l. 2. in pugillari certamine Amyci & Pollucis ὠμοὺς ἱμάντας dixit. Arnob l. 1. *crudo inexsuperabilis cæstu*. Idem Virgilius post amplius describit:

In medium geminos immani pondere cæstus
Projecit —— Et rursum:
—— ingenita septem
Terga boum plumbo insuto fertoque rigebant.

Quomodo hæc talia aptentur cesto virginum? Legantur, quæ Scalig. l. 1 poet. c. 22. Turneb. l. 14. adv. c. 4. Nic. Rigalt. ad Onosandri Strateg. de *cæstu* disserunt: & apparebit, quam *cæstus* pugillum & *cæstus* virginum latè differant. Et quur non differentiæ causa, scribatur *cæstus* (uti in vet. libris apud Manut. & deinde *cestus*? licet concedatur, *cæstum* pugilis itidem fieri à κεστός: quasi sit κεστὸς ἱμὰς, i. e. *sutile lorum*. Certè significandi diversitas omninino videtur suadere. Idque alibi etiam observari solet. *Cestus* virginum (uti pergam) fit à κεστὸς: Doricè κεστὸς, i. e zona acu subtiliter & variè dispuncta: item lorum perforatum. *Cestus* Varr. de Re-rust. est vinculum. Hesychio κάστος est fustis, qui etiam ait, esse vocem Athamanum propriam. Inde *castigo*, ut à fustis *fustigo*, quod verbum νεόφυτον. Estque *castigo* primæva sua notione, non verbis reprehendo, ut putarunt: sed loro percutio, aut cesto, ἱμάσσω. Porro κεστὸς fit à κεντέω. Itaque miror, quod Fungerus literarum N & S naturam diversam in causa esse putet, quo minus Cestus à κεντεῖν fiat: cum integrum sit Græcum, κεστός. A *cesto* est *castus*, casta cui cingulum Veneris nondum solutum. Quem ritum Catullus posuit, & luculente Scaliger exexplicavit l. 3. poet. c. 101. A castum faciunt etiam *Castrare*. Ap. Hebr. est, קָדַשׁ i. *kadasch*, *kast* sacer, castus fuit: si prima origine magis delectaris. *Incestus*, i. e.

i. e. non castus: *incestare*, i. e. incestum facere. Fest. *Incestus* à Græco trahitur. Nam illi facinus dicunt ἀνάκεστι. Sed ab *in* & *castus* ducitur rectius. Luctat. in 2. Theb. Statii: *Geston* dicitur cingulum Veneris quo utuntur virgines ad honestas nuptias. *Incestum* dicitur, quod sacrato illo Veneris cingulo non fuerit vinctum.

Catapulta, καταπέλτης à κατὰ & πάλλω: sicut *ballista*, machina bellica, à βάλλειν,

Lucanus l. 2.

Tortaq; per tenebras validis ballista lacertis;
Multifidas jaculata faces ———

Legatur Lipsii dial. 2. & 3. l. 3. poliorc. Victruv. l. 10. c. 15. A βάλλειν est *hypobolimæum*, quod subjicitur, suppostititium. *Embolon*, quod injicitur. Isid. l. 15. *Emboli* (ita enim legatur) vel quia *subvolamina* sunt: vel quia sub iis ambulant. Significat verò illa, quæ Ascon. in Divin. *provolantia* tabulata dixit. *Symbolon*, quod conjicitur, vel in unum confertur. Item nota, ex qua συμβάλλομεν, conjicimus aliquid, dum distincta inter se conferimus. *Symbola*, συμβολὴ, propriè actus conjiciendi, inde precium, quod in commune conjicitur. Hinc rectè monet Casaubon. in l. 3. Athen. c. 31. ne *Symbolon* & *Symbolam* confundamus. Ridiculum omnino est, quod Durand. in Ration. Divin. Symbolon deducat à σὺν & *bolo*, i. e. *morsellum*, quod quisque Apostolorum *morsellum*, i. e. partem apposuerit. *Anaboladium*, ἀναβολάδιον, ab ἀναβάλλω, quo amicimus, quod superinjicimus. Utitur Hieron. Isidor. & Ambros. lib. de bened. Patr. c. 4. Id, quod Gen. 49. LXXII. περιβολὴν, *anaboladium* legit: Et sanguinem uvæ anaboladium suum. Ad Heb. sonat, *operimentum*,

Catax, i. e. claudus, ap. Fest. Ubi *Jos. Scal.* Græc. est κατάξ, h. e. καταγὼς τὰ μέλη. Isid. Gloss. *Catax*, claudus, coxus. Hispani retinent nomen. Claudum enim hodieq; vocant *Coxo*, & *Coxquear*, claudicare. Quod & in illis optimis glossis reperi, *coxigat*. χωλαίνει. Et Nonius: *Catax* dicitur, quem nunc *coxonem* vocant. Hæc Scal. Et videtur *coxus* dici claudus, vitio coxæ.

Castata, ap. Tibull. Perf. & alios: propriè ubi consistunt: vel *Consistorium*, quo Tertullianus utitur à verbo καθιστάω, vel καθίστημι. Speciatim *castata* fuit locus, in quo servi venales statuebantur. Quia verò votum venditoris est, càre vendere l. 8. C. de contra. emt. hinc fuit, ut Mart. l. 6. c. 29. *Castatam* vocet *avaram*: Non de plebe domus nec avaræ verna castatæ. Scilicet per metonymiam. *Idem* iterum l. 6. à strepitu & garritu servorum in catasta, describit fœmellam valdè loquaculam: Heu quæ lingua silet; non illam *mille catasta* Vincebant.

Caudex, *codex*: ut plaustrum, plostrum: cauda, coda. *Senec. de brev. vitæ*. Hoc quoque quærentibus remittamus, quis Romanis primus persuasit navem conscendere. Claudius is fuit. *Caudex* ob hoc ipsum appellatus. Quia plurium tabellarum contextus, *caudex* apud antiquos vocabatur. Unde publicæ tabulæ *codices* dicuntur: & naves nunc quoque, quæ ex antiq. consuetudine per Tiberim commeatus subvehunt, *caudicariæ* vocantur. Hæc ille. Videatur Varro l. 3. de vita pop. Rom. *Caudicariæ* etiam ap. Fest. *Caudicæ* ap. Isid. l. 19. A codex, *codiculus*: & amplius *codicillus*, de quo multa differit Briss. l. 7. de Form. *Caudex* derivatur commode à *cædo*: uti Græc. κορμὸς à κείρω.

Catharma, κάθαρμα: à καθαίρω, i. e. purgo, mundo. Et ita rectè scribitur per TH. Aliis non bene a κατὰ & ἀράομαι, quod etiam est imprecor: καταράομαι, execror: κατάρα, execratio, ab ἀρὰ, i. e. diræ. Ab אָרַר, *arar*, i. e. execratus est, maledixit.

Catonium, à κάτω, notat locum inferiorem. Uti *catogeum* similiter est domicilium subterraneum. Cic. l. 7. epist. 25. *Vereor, ne in Catonium Cato nos*. Manut. è vetustis libris & cum eodem Siberus legit: *Vereor, ne in Catonium Cato nos*: ut τὸ *scribere* subaudiatur. Muretus suspicatur *charonium* legi debere, quæ apud Athenas fuerit janua nomophylacii, per quam damnati abducebantur ad mortem. In 7. l. Pollucis χαρώνειον. Alii & quidem

dem satis commodè ac pro re ipsâ legunt: *Vereor, ne in Catonium Cato nos*: i. e. ad inferos nos præcipitet & sit causa mali. Quo etiam verba antecedentia spectant: *Manum de tabula: magister adest citius, quàm putamus.* Prisc. Laber. ap Agell. l. 7. c. 7.

—— bona fide

Tollat vos orcus nudas in catonium.

ut sit à κάτω. Scaliger legit *Catomium in* Manil. l. 5. Et addit: *Catomum* vel pluraliter *catomia*, etymon Græcum, quid sit, aperit. Est enim commissura cervicum cum humeris. *Catomio* suspendi est *capite deorsum*, sive *cervice deorsum* suspendi: κατωκάρα κρέμασθαι. Laberius dixit, *Tollere in catomium*: quod Plaut. *capite sistere*: Curc. a. 2. sc. 3. Ergo de sententia Scaligeri *Catomum* erit à κάτω & ὦμος. Et Gr. κάτωμος, est demissus humeris. Equidem *catomum* & *catonium* distinctas voces ratione originis ac significatus esse existimo. *Catomum* ab ὦμος, i. e. humerus, uti explicabat porro Scaliger. *Catonium* simpliciter à κάτω, ut significet locum inferiorem: idque melius verbis & ver sui Laberiano covenit. At κάτω fit à תַּחַת, quod itidem est subter, infrà, infernè.

Cavillum est jocosa calumniatio, inquit Festus. Ad quod Scaliger: *Cavillare* dictum à *cavendo*, ὑποχονδριακῶς. Propriumque est leguleiorum, & moratorum verbum. Nam JCtorum proprium *cavere*.

Ovid 1. de arte aman.

Illo sæpè loco capitur consultus amore:
Quiq; aliis cavit, *non* cavet, *ipse sibi.*

Tibullus 1. Eleg. 4.

Hæc mihi quæ *caverem* Titio, Deus edidit ore.

Nam & *cavo*, *cavis* dicebant. Itaque *cave* ultimam jure corripit, ut ita superflua Grammaticorum exceptione opus non sit. *Serv. in 4. Æn.* Dicimus à tertia conjugatione esse imperativum, ut *cavo cavis*. Hinc etiam Catallus, *cavere* dixit. Tertull. lib de corona: Omnib. modis *cavillandum*, i. e. cavendum: *καυτείως*

προσεταιρεῖν. Non ergo obscurum, quare in vitium verterit hoc verbum: cum genus hoc hominum male semper audierit. *Pontanus* cum Varr. l. 4. L. L. *caveo* ex antiquissima consuetudine faciendi, & inhabitandi *caveas* ducit. *Verba ejus hæc sunt*: Prisci illi, qui Latium etiam ante Aborigines tenuere, plerique in cavernis habitabant, quæ à *cavando* essent dictæ: iis autem, & æstus cavebant, & frigora: pleraque etiam alia incommoda, in illisque se & sua cautius tutabantur. Qua è re verbum *caveo* ab iis ductum. Hæc ille. *Cavea* à cavo: est enim locus cavus. A cavo *cavile*: ut à cubo cubile. Item à cavo *caverna*: ut à lateo laterna. Scilicet ab hiatu & inanitate, χάος, χάυος, χαίνω. Aut rectiss. ab Hebr. נָקַב *nakaf, kaf*, cavavit, transfixit. Etiam כף est cavum. Unde etiam *capis*, κάπη. A *caveo*, *cautum* est itidem *causa*, quasi *cauta*. Ubi inprimis diligentia & circumspectione opus sit. Itidem ex crebriori usurpatione, verbum JCtorum: postea latissime fusum. T. autem & S, quod φιλίππλως norunt, sunt elementa ἐυμετάβολα. Itaque unico S exaretur, quod Scaurus, atque Prisc. comprobant: & ratione originis & prolationis, & denique compositorum. Ut *accuso*, *incuso*, *excuso*: omnia à *causa*. Aliis à *cudo*: nulla certa ratione. *Excusare* est causa liberare. *Recusare* quasi causam opponere, renuere. *Accusare idiως* est aliquem ad *causam* dicendam urgere, ut notat Jacob. Spiegel. *Accusatio* crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet: ait Cic. pro M. Cœlio. *Cautus*, quem *cavendum* dicerent: quem, ut ait ille, *atrum* agnoscerent, aut *fænum in cornu gestantem*: Scal. Videatur & Lips. l. 1. Elect. c. 21. Græcor. vero αἶζοι, αἴζω, descendit ab Hebr. אריזן ejusdem significatus.

Caulis, καυλός. Et rursum, ut caurus, corus: plaustrum, plostrum: ita *caulis*, *colis*: etiam *coles*, i. e virga virilis: quomodo eadem etiam Græcis est καυλός: ap. Polluc. *Cauliculus* & *coliculus*, Gr. καυλίσκος. Inde *caula*, quia

quia fit è viminibus, seu caulibus. Aut ex Heb. מִכְלָא *michla*, i. e. caula, qua clauduntur pecudes. Simile est כְּלִא i. e. claustrum. A Rad. כָּלָא, i. e. cohibuit, clausit.

Causia. Suid. καυσία, εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ adversus æstum. Καίω, καύσω. Hebr. כְּוִיָּה item כִּי est ustio, καῦσις. *Holocaustum*, ὁλόκαυστον. Ubi totum igne consumitur, quod offertur. *Votum intensum:* Hieron. in Ezech. c. 45. August. in Ps. 64. Ap. Isidor. est *Cremutium*. Gloss. ὁλόκαυστον, *Adolitum*. Id genus Latini prisci vocabant *prodigam hostiam:* ut in Ex. 29 notat Fr. Junius. *Hypocaustum*, ὑπόκαυστον, i. e. vaporarium. ὑπόκαυσμα Aristot. utitur: quid sit, docet Scal. l. 3. Poet c. 16. ex Virg. 1. Æn.

——arida circum

Nutrimenta dedit, rapuit in fomite flammam.

Aristot, ὑπέκκαυμα vocat. *Cauter*, καυτήρ. *Cauterium*, καυτήριον. Item exinde κηλὸν siccum, κηλέω & κηλόω, i. e. Uro. Unde & nostrum *Calere*, aut à χαλᾶν, ut alibi notavimus. Certè nec Hebræo dispar, קָלָה *kalah*, i. e. ustulavit, assavit. Et קַלַּחַת est χαλκεῖον aut olla, in qua aqua calefit. Similiter Latinor. *cremo* κατὰ μετάθεσιν est à כָּמַר, *Camar*, *cram*, ut à ferveo fervor: ab humeo humor: ita à caleo, *calor*. Tam certa ἀναλογία, ut aliam originem quærere supervacuum sit. *Culina*, quasi *calina*, ob perpetuitatem ignis aut caloris. Sex. Pomp. Fest. *Culina* vocatur locus, in quo epulæ in funere comburuntur. Aggenus Urbicus de agrorum controversiis: *Culinæ* vocantur in suburbiis loca inopum funeribus destinata. Unde inquilini. Eæ, nisi fallor, (inquit Jos. Scal.) sunt, quas ἐσχάρας Aristoph. ἰπνοὺς vocat. Putat & καύστρας ab Artemidoro dici. *Hæc ille* in catalectis. Ut certum sit, à *caleo* culinam oriri. Adde istis: *Caminus*, κάμινος: quasi καυμῖνος: παρὰ τὸ ὑπομένειν καιομένων, quod suffert & sustinet calefactionem. Gloss. Κάμινος, *Caminus, furnus, fornax*. De eo prolixè disserit Manut. l. 7. epist.

Digitized by Google

epist. 10. & Lips. Cent. 3. ad Belg. ep. 75. Hebr. חָמַם *chamam, cham*, est caluit. *Casa* κάσα, ut sit Domus, quæ focum atque ignem alat. Aut ab Hebr. סָכַךְ, ut casa sit idem, quod tugurium, à tegendo: καλύβη. Scal. c. 34. LL. *Caseus* à *casa*, ut nos judicamus; à *cogendo*, ut Varro. קַשָּׂה *Kasah*, priscis fuit vas concavum, vento pervium, ut ne panes computrescant, ac mucidi fiant. Κάσα· ἢ κάσσεια interpretantur quoque scortum; à domo illa, sicut prostibula à stabulo. Inde κασίνα, *Casina*, & duplicato N, *Casinna*: velut κόρη κορίννα, & κορίννα, *Corinna*.

Cedrus, κέδρος, ab Hebræo אֹרֶן per augmentum.

Virg. 3. Georg.

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum.

Esa. 41. 19. אֹרֶן tam Græci, quàm Latini κέδρον, *cedrum* vertunt.

Celes, κέλης, i. e. equus desultorius Scal. l. 1. Poet. c. 22. Opibus deinde obtinuit luxus, ut etiam equos alerent cursores: qui privis equis currerent, κέλητες vocati unde & priscum *Celetis* nomen. Idem denotat parvum quoddam navigium, *Celox*. *Celones* inquit Isid. l. 19. quas Græci κέλητας vocant, i. e. veloces biremes vel triremes, agiles & ad ministerium classis aptæ. *Ennius*: Labitur uncta carina per æquora cana *celonis*. Ejusdem κέλης est *Celer*: autoritate Festi: *Celeres* antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus. Verbum est κέλλω, *cello, celsum*. Ap. Hebr. est קָלַל *kaal, kal*, celluit, præcelluit, levis fuit. Atque ita inprimis Hebræum, ut & Græc. κέλλω, notat levitatem, κινεῖν τὴν ναῦν, & velocitatem. Levia enim facile & cito moventur. Ut ita *cellere* proprie sit levare, aut ciere: *celsum* idem, quod leve, velox: deinde altum vel sublime. Omne enim leve sua indole attollitur. *Præcellere, antecellere*; præ aliis levare se, superiorem esse. *Excellere*, est elevare se, altiora tenere: & *excelsum* est altum, in superiori constitutum. *Procellere*: unde adhuc *procella*. Serv. in 1. Æn. procella est vis ventorum cum pluvia ab ea, quod omnia *procellat*, i. e. concutiat. Ut θύελλα à θύω: καταιγὶς & καταῖξ à κατα-

Digitized by Google

ἀ κατπλίοσω, irruo. Dictus Scal. Ex. 312. *Percellere*, (inquit) percutere est. Græca item vox, κέλλω: cum animus quasi verberatur imminentis mali opinione. Hujus summum fastigium est *consternatio*: quoties ex perculsione concidimus, & spe, & consiliis abjectis. Nisi atrocior esset *exanimatio*. Hoc enim est, quod è prisca poeta recitat M Tullius: Mihi omnem sapientiam ex animo *expectorat*, i. e. vim animi adimit. Ita etiam loquuntur Hebræi Gen. 42. 28. *Exivit cor illorum*: Neque aliter Germani. Top. 4. an ἔκπληξις est perculsio? Sic enim sonat. At *perculsio* prosternit animum, aut saltim, ut ait Q. Tullius, *verberat*, ἔκπληξις autem est θαυμασιότης ὑπὸ ἰσβάλλουσα.

Celeusma, κέλευσμα, à κελεύω. Mart. l. 3. Lentos figitis ad *celeusma* remos. Et l. 4. Quem nec rumpere nauticum celeusma. Virgil. 3. Æn. est nauticus clamor *Celeusta* ab eodem. Gloss. κελευστής, *portisculus*: i.e. *hortator remigum*, interpr. Nonio Marcello. Plaut. Merc. a. 4. s. 2. *Solet hortator remiges hortarier*. Pes in Poeticis, *proceleusmaticus*, ab horatu dictus est, sive militari sive nautico. Κελεύω, κέλω ab Hebr. קוֹל, vox.

Cella, multis, & in iis Festo appellatur, quod ea *celentur*, quæ volumus esse occulta. Rectius è sacrario Hebræo promitur. Ibi enim כֶּלֶא *cele*, claustrum, ὑποθήκη, carcer: à rad. כָּלָא i. e. clausit, conclusit, cohibuit. Unde etiam fit Latin. *celo*, quod est, occulto.

Censeo, *census*: non à κῆνσος, sed hoc potius ab illo. Legatur Casaub. Ex. 16. sect. 6. contra Baron. Officium censorum ap. Romanos fuit severissime inquirere in mores hominum, & opes eorundem æstimare. *Ovid.* 2. *de arte* rigidus munera *censor* habet. *Mart.* Nudarum tetricus *censor* & asper erat. Ubi amplius Rosin. in Antiq. Rom. & Briss. l. 2. de Form. legi debet. A censeo est *Succenseo*, i. e. Subcenseo. Nam ἐξέτασιν aut censuram comitatur, ubi res male habet, indignatio. Atque ira alias sequitur, cum putamus rem indignam esse aut iniquam. Hinc *succense* est irascor.

Centipeda, à multitudine pedum, κατ' ἐξοχὴν. *Centurio*

rio, ut decurio, unde Græc. Κεντυρίων: & Syrum *Kenteruna*, קנטרונא. *Centuria* est pars exercitus in centenos milites divisa, ap. Isid. l. 9, *Succenturiati* sunt, non qui in prima, sed in secunda centuria sunt, quasi sub prima, ait idem ibidem. Item à centum fit *centenarius*: ut à senus senarius. Plin. l. 7. c. 20. Fus. Salvius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus ferebat. Victruv. l. 7. c. 8. Si super id lapidis centenarii pondus imponatur. Id *centumpondium* vocat Cato de rust. c. 13. *Centum* fit ab ἑκατόν: ducenti, trecenti, sexcenti: in aliis vero C mutatur in G, ut quadringenti, quingenti, pro *quadrincenti, quincenti*. Sed & *cento* à centum, ita nominatus à diversis partibus. Aut à κέντρον, ut *cento* sit, varie dispunctum aut cuspidibus perfossum: κεντέω. Unde & *centrum*, κέντρον, quod sit instar puncti. κεντέω ab Heb. נָקֹד *nakod*, *kant*, est punctis respersum.

Cenum, κενόν, i. e. vacuum: κενόω vacuo. Ab Hebr. נָקִיא, κατὰ μετάθεσιν, *kin*, *ken*. *Cenotaphium*, i. e. sepulcrum vacuum. Κενήριον in Joh. 20. ap. Nonn. Ovid. 7. Met. Inane sepulcrum est. Virgil. 6. Æn. vocat *tumulum inanem*. Prudent. perist. Hoc colunt cives, velut ipsa membra Cespes includat suus. *Isid. glossa*. Funus imaginarium, dicitur tumulus sine cadavere, i. e. inane sepulcrum.

Cera, κηρός. *Cero*, κηρόω. *Ceroma*, κήρωμα. Juvenali est, fœmineum *ceroma*. Ab Hebr. רָכַךְ, mollis fuit, vel emollitus. Inde & cereus pro mollis, aut flexilis. Ap. Hor. *Cereus* in vitium flecti. Cera quomodo fiat, exponit Plin. l. 21. c. 14.

Ceraunia, κεραύνια: subaudi ἄκρα vel ὄρη. Κεραύνιος est fulmineus. Et ceraunia sunt montes Epiri, qui crebro fulminibus impetuntur. Claudian. Sub antris Ignea fulmineis legere *Ceraunia* nimphæ. Ap. Hor. *Acroceraunia*: ab ἄκρον. Prisc. etiam:

Cum tollunt montes excelsa Ceraunia -- -

Κεραυνός recta ab Heb בָּרַק fulminavit, fulguravit.

Cerberus, κέρβερος. Ap. Virg. l. 6. Æn. & Lucan. l. 6. descri-

Digitized by Google

ſcribitur. Ap. Heſich. κερβερεκίνδυνος eſt Tartarus. Per Cerberum quidam intelligunt terram, dicique volunt quaſi κρεαβόρον, quod à terra omnia quaſi devorentur cadavera. Apud inferos autem, qui fabulam perſeqvuntur, veſci canem oſſibus Amphiarai ajunt, quem tellus abſorbuit, ut eſt ap. Stat. Poteſt etiam Cerberus dici quaſi *Cerberus* : ex origine Hebr. à כֶּלֶב & אֶרֶץ quaſi *canis terrenus*. Leloyherius & Del-rio diſquiſ. mag. l. 2. q. 27. ſect. 2. deduci ſimiliter putant à *celebhaarets*. h. e. canis terræ.

Cercurus, J. Scal. ad illud Feſti *Myoparo* : Lege, nam & *Myon*, & *Paron* per ſe ſunt. Ab inſulis Paro, *Corcyra*, dicta navigia, *Parones*, *Cercuri*. Quin & Syriaca lingua retinuit *Carcura*. Hoc enim eſt *Cercurus*. Niſi mavis κέρκον καὶ οὐρὰν nomen dediſſe à forma; propter longitudinem videlicet. A forma autem μυῶνες : h. e. anguſta & oblonga. Ut *myobarbum*, anguſtus & oblongus Liberi patris cantharus. Mures enim & muſtelæ oblongo corpore. Plin. l. 7. c. 56. Suid. παρῶνες, εἶδη πλοίων.

Cerdo, nomen ἐθνικὸν, idem quod *Lucrio* : à κέρδος. Nimis qui lucrum quærit, undecunq; poteſt, etiam cum ſordibus & turpitudine. Hodie κατ' ἐξοχὴν dicitur *cerdo*, qui cutem detrahit, aut macerat corium in uſum ſutrinæ. Gr. βυρσεὺς, ἢ σκυτεὺς : Latin. *coriarius*. *Byrſa* & *Burſa*, Græc. βύρσα. Et ap. Botanicos *burſa paſtoris* : à ſimilitudine marſupii aut crumenæ. Gloſſ. Iſid. *burſa* cloaca.

Cerevisia, & ſyncope *Cervisia*, quod obſcuriuſcula ſit, nec apertæ originis, vidi quendam conqueri, qui integrum fecerat libell. de illo potu. Nomen excidit. Atqui non adeo caliginoſam eſſe vocem ſcit ille, qui αἴτιον καὶ ποιητικὸν καὶ ὑλικὸν τοῦ πράγματος expendit, ex Herod. Strab. Plin. Plutar. Oroſio. Et ſane quod ex frugibus coquatur, tritico, hordeo, avena, aliis, etiam vulgus novit. *Ceres* ſumitur pro frugib. veteri ſuperſtitione harum dea. Ergo *cerevisia* à *Ceres* : quia *Cereris*, i. e. frugum vis in iſto liquore dominatur. *Cerevisia*, Galeno eſt ζῦθος, ζύθος. Theophraſt. ζῆθος Plin. *Zythus*. Ariſt. οἶνος κρίθινος : quaſi tu dicas vinum hordeaceum.

 Hella-

Digitized by Google

Hellanico βρῦτος. Græcis aliis βύνη, πῖνος, κῖνον. At sunt qui distinguant *Zythum* & *cerevisiam*: quod videre est in Junii Batav. c. 15.

Ceremonia, ritus sacer. Dicitur Festo ab opido *Cære*. Aliis à *Cerere*. Glossæ. *Cerimonia*, Δημήτρια. Jos. Scal. à *Cerus*, cerimonia, i.e. veteri lingua, sanctus; ut à sanctus, sanctimonia: à castus castimonia. Et mysticum erat nomen Jani, *Cerus manus*, in carmine Saliari. Habes ita & analogiam & rationem & autoritatem etymi. Aliis item *Cerus manus* est creator bonus. Nam à *creo*, interposita vocali, *Cereo* dicitur: à *cereo*, *cerus*: unde & *Cererem* frugum creatricem derivant. Origo τ̃ creo est κραίνω, & eliso N. κραίω, i. e. efficio, perficio, creo. Κραντὴρ, effector. Aut potius ab Hebr. בָּרָא, mutata prima, i. e. creavit ex nihilo produxit. *Ceres*, Varr. l. 4. à *gerendis* frugibus, quasi *Geres*. Scal. in conj. A Græco γῆρυς, ita enim prius vocabatur. Hesych. ἀχερὼ, καὶ ὦπις, καὶ ἰσὼ, καὶ γῆρυς, ἡ γῆ, καὶ Δημήτηρ, ἡ αὐτή. Hæc ille. Quidquid vero nectant, ex Hebr. est *Ceres*. aut *Geres*, γῆρυς. גֶּרֶשׂ, *geres*, est contusum Lev. 2. 14. vel, interpr. Tremellio, contusum è spicis virentib. vel contusio spicæ virentis, h. e. ex aristis grana torrefacta & tusa. Etiam גֶּרֶשׁ est *extrusum*. Ut Deut. 33. 14. exstat גֶּרֶשׁ יְרָחִים *extrusio lunarum*, hoc est, fructus, quos Luna quæque protrudit. Etiam inde *grossus* videtur dici, hoc est, immatura ficus & veluti extrusa.

> Quid autem *Geres*?
> *Diva potens frugum* ---.
> *Et frugum genitrix* ---.

Ex Ovidio & aliis familiæ illius. Ita Ethnici, quæ ab Hebr. transtulerunt, utut sipario aliquo aut nebula texerint, emicant tamen illa, & radios aliquot isthuc jaculantur, unde orta. *Ceres mammosa* dicitur à Lucr. l. 4. & ita pingebatur à veteribus teste Arnob. l. 3. & 6. Quia à terræ ubere omnia aluntur & sustentantur. A Ceres fit etiam *cerritus*, quasi *cereritus*. i. e. furiosus, insanus & à Cerere percussus. Utitur Plaut. in Amph. a. 2. sc. 2.

& Me

& Menæch. act. 5. scen. 4. Hor. l. 2. Sat. 3. *cerritus* fuit? an commotæ crimine mentis.

Cernuus; i. e. ad terram pronus, κατώβολος. *Cernuabant* Nonio est terram spectabant. Isid. gloss. *Cernuare*, præcipitare, *Cernulus*, in capite ruens. A cerno Scal. in Theoph. de pl. Verbum frequentiss. Græcum est κρίνειν. Quod ad sensum opera transtulit Philos. in 2. de anim. Latini commodiorem atque expeditiorem fecerunt pronunciationem, transpositis elementis, sicut ἁρπάζω, *rapio*. Compositum autem hoc acutius deducam παρὰ τὸ κεκρίσθαι. Qui enim *discernit*, dissipat τὰ κεκριμένα. *Idem* Scal. *Crinis*; παρὰ τὸ κρίνειν: Non sunt *crines* equini pili, nisi in juba & cauda. *Crines* enim sunt pendentes & discriminati pili. Ni *crinis* sit à κόρρη, facili mutatione. Sed ab eodem κρίνω est *Crimen*, i. e. judicatu & animadversione dignum. Nam & *Cernere* ap. Latinos Tropice est judicare: arguit compositum *decernere* & *decreta*, quæ sunt superiorum. *Idem Scal.* c. 150. L. L. *discretus*, fac significet virum moderatum: non est, quia *discernit*, sed quia à vulgo sapientum sententia *secretus* fuit. A *cerno*, *cretum*, κατ' μετάθεσιν est & *certum*, i. e. judicatum, firmum, probe visum. Gloss. *Cerniculum*, σύγκρισις. Item à cerno est *certare*, Gr. κρίνεσθαι. Aut *Certo*, καρτῶ pro κρατέω. Interim priori etymo à *certum*, *cernere*, favent autores. Maro 12. Æn. Cernere ferro. Gr. κρίνειν τὰ ὅπλα, ἐν πολέμῳ. Lucr. imitatur l. 5. bellum Magnis de rebus inter se *cernere*, *certant*. Enn. Ferro, non auro, vitam *cernamus* uterque. *Cernit* autem vitam, qui constituit eam in discrimen adducere, & qui de ea paratus est disceptare atq; decernere, ita ut ferrum sit judex. Hoc innuit *Cernere*. Plaut in Amph. argum. *Cernit cum* hostibus, i. e. pugnat. Qui in illis locis τὸ *cernere* exponit per *videre*, juvatur Hebraismo. 2. Reg. 14. 8. & 11. *videamus nos* invicem: vel videamus nos facie. H. e. pugnemus. *A discerno* est *discrimen*, sicut à simplici, *crimen*, κρινόμενον, κρίμα. ἢ κρίνω per inversionem à נָכַר, i. e. discretus est, alienavit.

Chalybs, χάλυψ. A Poll. στόμωμα: ab Hesiodo ἀδάμας, ab invicta duritie: à Plinio *acies & nucleus ferri*, appellatur.

Ipsa vox *chalybs* à natione Pontica seu Scythica traxit originem: qui itidem dicuntur *Chalybes*. Virg. 1. Georg.

India mittit ebur, molles sua tura Sabæi:
At *Chalybes nudi ferrum* ---

Æschylus in Prometh: ea propter vocat σιδηροτέκτονας: & Scythiam αἶαν σιδηρομήτορα. Videatur Strabo l. 12. Dionys. Halicarn. Plin. l. 6. c. 29. Conjectura Melanchthonis summopere placet Fungero. Is *Chalybes* etiam *Alybes* vult dictos: quasi *Jalybet* à *Jobel*: quæ vox derivari potest à יבל Unde in *Hiphil* הוביל protulit vel adduxit: puta è cavernis terræ. Quod si ita sit: videatur simpliciter dici à fluore, scilicet metallico. Nam יָבָל est fluor, fluvius.

Charites, χάριτες, à χάρις, vel ἀπὸ τῆς χαρᾶς, à gaudio: uti Phurn. de Nat. deor. gent. scribit. Quomodo *Gratiæ* ap. Latinos à *Gratum* nominantur. Quia beneficia *grata* accidunt & pro beneficiis *grati* simus. Ap. Senec. l. 1. de benef. c. 3. *Gratiæ* dicuntur *sorores, manibus implexis, ridentes, juvenes, virgines, solutaq; ac pellucida veste.* Quæ epitheta declarant, qualia sint beneficia, quomodo dari, accipi, & reddi etiam oporteat. Cic. breviter ita describit 1. de Invent. *Gratiam appellant, quæ in memoria & remuneratione officiorum, & bonorum & amicitiarum observantiam teneat.* Ibidem: *Gratia, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria; & alterius remunerandi voluntas continetur.* Hesiod. in Theog. tres enumerat *Gratias*.

Ἀγλαΐην, καὶ Εὐφροσύνην, Θαλίην τ' ἐρατεινήν. *Aglaia* dicitur à splendore: quia talis est primus ille, qui donat. Ἀγλαὸς splendidus. *Euphrosyne* notat *gaudium* accipientis. Εὔφρων, hilaris, bonæ mentis: ab εὖ & φρὴν. *Thalia*, quia germinat veluti ac virescit beneficium collatum. Et bene apud memores veteris stat *gratia* facti. Θάλλος viridis: à Θάλλω. Legatur Lil. Gregor. Giraldus Syntag. 13.

Charybdis & *Scylla* eleganter ab Homer. odyss. 12. Virg. 1. Georg. & 3. Æn. Ovid. 14. Metam. Seneca act. 2. Medeæ, Pausania in Corintho, Strab. l. 1. & 6. depinguntur. *Charybdis*, χάρυβδις, παρὰ τὸ εἰς χάος ῥᾶον ὑποδύεσθαι σκάφη: quod

quod ibi facile submergantur naves. Vel à χάειν ῥύβδην, i. e. hiare velociter & cum impetu. Est enim *charybdis*, ut & *scylla*, locus admodum periculosus nautisq; exitialis in mari Siculo. Hinc etiam *scylla* fit à σκύλαξ: quia ille scopulus æmulatur latratum canis. Aliis à σκύλλειν, i. e. vexare. Aut Hebr. גָּזַל, i. e. vi rapuit, spoliavit. Scal. in in Ceirin Virg. σκύμνον & σκύλακα & σκύμνιον eadem origine de canino genere dicebant. Unde illum *scopulum*, quia latratus imitatur, σκύλακα vocarunt. *Hæc ille*. Gloss. σκύλαξ catulus: σκύμνος catulus: σκυλάκειον catulinum. Lucr. l. 5. At catuli pantherarum Scymmique leonum. Sed σκύλαξ fit præposito σκ à verbo ὑλᾶν, quod proprium canis.

Chela, χηλή: i. e. forceps cancrorum. Virg. 1. Georg. Qua locus Erigonen inter, chelasque sequentes. Aliud est *Chelys*, χέλυς. Quod facile ab Hebræo formes, כְּלִי *celi, cheli*, i. e. instrumentum, quod tam Musicis, quam aliis etiam rebus tribuitur, Rad. est. כָּלָה, i. e. deficere, absolvi, perfici.

Chermes, vox Punica, è vicinia Judæorum. חֶרְמֵשׁ, *Chermesch, chermes* est falx, aduncum organon, quo segetes & gramina metuntur, qualis apud nos fere vox exstat. Deut. 6. 9. Tremellio est falx. Inde mendosum illud Varr. l. 4. L. L. ut legitur hodie, corriges: Has *phancillas Chermonesice* dicunt. Recte: Has falcillas *Chermes Pœnice* dicunt.

Chorda, χορδὴ, ita appellatur, quia fit ex intestinis ovium subtiliter fissis & contortis. χορδὴ est intestinum.

Chromaticum, χρωματικὸν, i. e. coloratum, χρῶμα, color: χρόω, χρώω, colore imbuo: χρόα, color ab Hebr. רָקַם i. e. pinxit, ornavit coloribus, quod pictorum proprium. רִקְמָה pigmentum. Melos *chromaticum*, ap. veteres. Quomodo χρώματα etiam in Musicis: & τὸ *colorare* hodie Italis, immo quoque Germanis sumitur. Rhod. l. 9. c. 3. Victr. l. 5. arch. c. 4. Ducta metaphora à varietate, elegantia & suavitate picturæ. χρὼς, χρόα vero, id est, cutis, ab עוֹר, i. e. cutis.

 Chry-

Chrysites, χρυσίτης, aureus. χρυσὸς aurum. Ex eo multa conflata sunt. *Chrysolithus*, λίθος: lapis ab aureo colore. *Chrysomela*, à μῆλον: aurea poma in Virg. *Chrysomallus* χρυσόμαλλος, μαλλὸς, aureum vellus. *Chrysanthemum*, flos aureus: ἄνθος, ἄνθεμον. *Chrysostomos*, aureum os: στόμα, ab eloquentia. *Chrysopolis*, aurea urbs, πόλις. At χρυσὸς, ab Hebr. חָרוּץ aurum.

Cibus. Festo appellatur ex Græco: quod illi peram, in qua cibum recondunt, κιβώτιον nominant, i. e. arcam, cistam. Et κίβισις est pera, sacculus. Etym. dictum vult παρὰ τὸ κειῶς εἶναι τὴν βόσιν. Etiam alludit Heb. שָׂבַע quod est satiare & cibare. *Esca* ab *esum*, vel ἔσθω, ἐσθίω provenit. *Vescor* verbum vetus. Scal. in Arist. hist. de Animal. l. 7. c. 10. Est vesci *veesitare*: *esca* enim ἐδίσκω, Æolicum verbum: ut λαβίσκω. Hæc ille. Etiam בִשּׁשׁ est omnis cibus, qui frustillatim editur Jobi 6. 6. Ergo *vescor* ab *esca*, quasi *veescor*. Cic. de Fin. *vesci voluptatibus*. Inde *vescum*, h. e. quod edimus & quod edi potest, ἐδώδιμον. Agell. l. 16. c. 15. Lucr. l. 1. vesco sale saxa peresa. Virg. 3. & 4. Georg. *Vesca* frondes, & *Vescum* papaver. Notetur etiam *Vescum* antiquis fuisse pusillum. Ex particula VE quæ minuit, hoc est, quod absumimus & minuimus. Ovid. 3. Fastor:

——Vegrandia farra coloni,
Quæ male creverunt, vescaq; parva vocant.

Et *vesculi* sunt graciles aut male curati ap. Fest. *Escaria* vincula ap. Plaut. Menæch. a. 1. sc. 1. *Esculentum* βρώσιμον. *Esculus*, ex genere arborum glandiferarum: ab *esca*: teste Serv. 1. Georg. quod prisci mortales nondum frugibus inventis glande ejus arboris pro esca uterentur. *Esculetum*, ut *quercetum* ap. Fest. *Chilus*, χιλὸς & χειλὸς, i. e. cibus, pabulum, fit ab Hebr. אָכַל, i. e. edit, consumsit. אוֹכֶל, cibus, esca.

Cicadam, si nominari audis, quasi *cito cadentem*, non miraris, homines malle ineptire, quam extra Latium pedem usquam ponere? Nos egrediemur, aliudque vestigabimus. *Cicadam* à cantu commendari, è Poetis cogni-

Digitized by Google

cognitiſſimum. Heſiod. --- πανημέριός τε καὶ ἠῶ© χέει αὐδήν. Item ἠχέτα τέττιξ. Notetur ἠχέτα. Hinc Plin. l.11. c.26. quæ canunt vocantur *Achetæ*, & quæ minores ex iis ſunt, *Tettigoniæ*: Sed illæ magis canoræ. Ap. Ariſt. de hiſt. Animal. l. 5. c.25. καλῶσι δέ τινες τοὺς μὲν μεγάλους καὶ ᾄδοντας, Ἀχέτας. Theod. Gaza ἀχέτας vertit, *argutas*. Scal. *ſonoras*. Dicitur ἀχέτας Dorica Dialecto, pro ἠχέτης: ἀχέω, pro ἠχέω. Ab ἦχ©. Theocritus non ſemel: τέττιγες λαλαγεῦντες.

Idem τέττιγ© ἐπεὶ τόγε φέρτερον ᾄδεις.

Idemq; veſpam opponit cicadæ: Σφὰξ βομβῶν τέττιγ© ἐναντίον --- Virgil. 2. ecl.

Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. Id.3.Georg.

Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. Nazianz. orat.34. καταφωνῶσι τὰ ἄλση, i.e. implent nemora vocibus. Ibidem μουσουργοῦντες vocantur, à Muſica:& ab Ariſtenæto ſtatuuntur ἐν μουσικῷ χορῷ. Idem Nazianzenus cicadis non ſolum dat ᾄσματα: ſed & τερετίσματα, i. e. ſtridulas cantiones Cantus igitur & nomen dedit *cicadæ*, ᾄδειν. Neque τὸ *Cic* ab initio vacare putes Singulari enim cauſa appoſitum eſt, ut ita modus exponeretur, ſive cantus ſive ſoni ſtriduli. Κίκῳ ᾄδειν, hoc eſt, pellicula aut membranula concuſſa edere cantum. *Cicum*, vel *ciccum* interpretantur membranulam. Ab Hebræo כָּחַר, operuit, occultavit. Feſt. *Ciccum*, membrana tenuis, malorum punicorum. Heſych: κικκὸς διαχώρησις. Gloſſ. *Ciccum*, χιὼ, κόκκ©. Lipſ. quæſt. epiſtol. l.1. ep. 2. docet *ciccum* eſſe leve quiddam, ut hilum. Gloſſ. *Ciccum*, ῥοᾶς ὑμὴν, membrana tenuis, quæ eſt in malo punico, cellularum diſcrimen, ut Varro ait. Jam vero canunt aut ſtrepunt *cicadæ* maxime alis ſuis aut membranulis. Procl. ὁ τέττιξ ἄρει ὑπὸ ταῖς πτέρυξι τρίβων ἐκεῖνον καὶ τὸν ἦχον ἐκπέμπων. Hæc ita vocis ratio: quæ cum latuerit hactenus, aperienda nobis fuit.

Cicer, unde *Cicero* appellatus:velut à piſis *Piſo*: à fabis *Fabius*: à quo hodieque *Fabianus*: ut à Sebaſtus *Sebaſtianus*: à Cyprus *Cyprianus*. Aliis de origine *Fabiorum* ali-

ter videtur. *Fabia*, inquiunt, familia non à *fabis* nomen invenit: sed à *fabia*. Nam *fabea* apud priscos erat *fovea*. Unde *Fabii* dicti: quod auctor gentis est ita dictus à *fovea*, sive *fabia*: ad quam ejus matrem compresserat Hercules, ut etiam Ovid. testatur 2. Fastor. Sed ad nostrorum *Cic.r*. Nomen habet à forma, quæ orbicularis, ut plerumque leguminibus. כִּכָּר est orbis, massa, tracta.

Cieo, κινῶ. *Pertieo*, ap. Plaut. Asin. act. 2. scen. 4. & ap. Lucret. l. 3. Inde *percitus*: sicuti *incitus*, ab incieo. Lucr. l. 5: *inciebat corporis amantum*. *Inciens* apud Fest. *Inciens*, inquit, propinqua partui, quod *incitatus* sit fœtus ejus. Meminit Arnob. l. 7. contra gentes. Aliis *inciens* ab *in* στερητικῷ & *ciens*: ut sit gravida, quæ se commodum *movere* non potest. Aut *Inciens* factum ex Græco ἐγκύων: Cretice ἰγκύων. A κύω, quod est prægnans sum. Ab incitus est *incita*. Gloss. Isid. *Incita*, ultima conditio fortunarum, Scal. Con. in Varr. Antiqui fines seu terminos, quos amplius promovere non est, *incitas* vocabant. Et qui eo rerum redacti erant, ut nullnm certum rerum suarum consilium capessere possent, *ad incitas redacti* dicebantur. Ubi subaudi *lineas*. Metaphora enim à ludo 12. scruporum. Nam cum ad ultimam lineam promoti erant calculi, tum is, cujus intererat, ad *incitas lineas* redactus: calculi vero ipsi *inciti* dicebantur. Quod annotat Isid. Verba Isidori sunt: Calculi partim ordine moventur, partim vage. Ideo alios *ordinarios*: alios *vagos* appellant. At vero qui moveri omnino non possunt, *incitos* dicunt. Unde & egentes homines *inciti* vocantur, quibus spes ultra procedendi nulla restat, l. 18. orig. c. 67. Gloss. *Ad incitam*, πρὸς ἐσχατισμόν. A cieo est etiam *accire*: ut *percire* apud Lucretium lib. 3. *concire* apud Plaut. Asin. *Accitu genitoris*, τῇ προσκλήσει, apud Virgilium 1. Æn. A *concio*, *concitum*, est etiam *concio*, *concionis*: quasi dicatur congregata aut convocata multitudo. Inde pendent cæteri significatus. A citum est *citare* & ab hoc alia plura. Ut *incitare*: & rursum *indicitare*, pro *incitare*: adeoque pro *indicitare* communiter *indigitare*,

Digitized by Google

gitare, ut vult Scalig. Item *ſuſcitare*, i. e. ſurſum citare. Hoc enim eſt *ſus*, in verbis quæ elevationem quandam indicant. Item *recitare*, quod de literis & quæ ejus generis, uſurpari conſuevit. Quamvis origo γονυκάπτειν eſſe innuat. Gloſſ. *Recitavi*, ἀντέβαλον, ἀντανέγνων. In Gloſſ. Iſid. *Recitabulum*: quomodo *ſuſcitabulum*. A Gr. κινεῖν & αἰδοῖον formatur *Cinædus* Heſych. κίναιδος ἀσελγὴς πόρνος. Αἰδοῖον, pudendum: ab αἰδὼς, quod primæva ſua notione eſt pudor, veneratio: plane ex Hebr. הוד, *bod*, quod eſt veneratio, decus, αἰδώς. *Cunæ* etiam à κινεῖν, quia morantur ſubinde. Alis à κύειν, quaſi *Cynæ*, quod puerpera indigeat. Sed prius κοιτώπτειν: quod etiam Germani approbant, qui vocant wiegen. A cunis, *Incunabula*, quorum uſus eſt in cunis, ut colligetur primæva infantia. *Plaut.* Trucul. a. 5. ſc. 1. faſciis opus eſt, pulvinis, cunis, incunabilis. Aperte diſtinguit inter cunas, & incunabula: quod ne confundas. *In Amph.* a. 5. ſc. 1. Puer ille, quem ego lavi, ut magnus eſt & multum valet! Neque eum quiſquam colligare quivit in cunabulis. Gloſſ. *Cuna* & *cunabulum* βαλιστήριον. Ad extremum eſt τὸ κινεῖν à נוע, i. e. motus eſt.

Cincinnus, i. e. pilus intortus, Κίκιννος. Ablato poſt initio, *Cinnus*: quod arguit nomen *concinnus*, i.e. comtus, politus: ſcilicet à pilis ſumta figuræ ratione. Item *concinno*, i. e. conficio, adorno. Ut concinnare veſtem ap. Plaut. Et Amph. a. 1. ſc. 3. Lacrumantem ex abitu concinnas tu tu tuam uxorem. Aliter conjectat Scal. l. 6. in Theoph. de pl. Sed à priori illo vincitur κυκάω (inquit) eſt miſceo. Unde κυκεών: quod etiam Latini proxima voce dicebant: Cinnum ſubeundo & diſgregando agitant & miſcent.

Cingo, quaſi *zingo*, ζωννύω. Nec diſtat Hebr. אזר, cinxit. Et מזח zona, cingulum. *Zona*, ζώνη, cingulum Herod. περιφερὲς ἱμάτιον. *Perizoma*, περίζωμα i. e. quo aliquid *circumcingitur*: à περιζωννύω. Auguſtinus contra epiſt. Pelagii l. 1. c. 16. Iſid. l. 19. c. 22. vocant *ſuccinctoria*.

Gloss. *περίζωμα, cinctum, lumbare, ventrale.* A cingo, cinctū, *cingulum*: ut à vincio, vinctum; *vinculū.* Scal. l. 3. Poet. c. 101. Cunctabundæ virgini promnestria duobus digitis cingulum solvit, quod Dianæ ob eam causa λυσιζώνη, à Latinis *Cinxia* cognominatæ, dicabat. Varr. ap. August. de Civ. l. 4. c. 11. ait, *Virginensem* deam fuisse, cui virgines solvebant zonam. *Discinctus*: in Gloss. *Dicinctus*, λυσίζωνος.

Cinis, κόνις, quod ejusdem notæ. Ap. Græc. τίφρα est cinis, ab Heb. אֵפֶר *epher*, quod idem. *Ciniſculus* ap. Prudent. ut pulvisculus. *Ciniflo*, quod in cinerem flat, sive ad ferrum calefaciendum, sive alia causa. Idem & *cinerarius* dicitur. Videatur Joh. à VVouwern animadv. in Petr. *Conisco*, aut rectius *conisso* quia id analogice & respectu Græci. Lucr. Et satiati agni ludunt, blandeque *conissant.* Dicunt esse proprium hedorum & agnorum lascivientium, idem quod cornu petere, seu cornua cum impetu committere. At non ita. Est proprie τὸ κονίζειν ἢ κονίζεσθαι in pulvere versari, aut pulvere implere. Postea ad luctas & exercitia illa traducitur, ut quæ non sine pulvere, vel etiam in pulvere aut arena fierent. Et eo modo Heb. capitur. Gen. 32. 24. de Jacobo ἀνεφχνείζετο. Es staubete ein Mann mit ihm. נֵאָבֵק est luctari in pulvere. אָבָק *afak*, pulvis qui in pugna disjicitur. Descendere in arenam, i. e. in locum athletis destinatum. κονίστρα est palæstra: κονιστήριον locus, in quo athletæ oleo uncti se pulvere obducebant. Ap. Plutarch. sympos. probl. l. 2. quæst. 4. Apul. l. 9. Metam. *In modum pugilum, qui pulvisculo perspersi dimicant.* Tertull. de Pall. *Studia palæstræ male senescentia & lutea unctio & pulverea volutatio.* Dum itaque pecudes ita luctantur, & cornua collidunt; κατὰ μεταφορὰν conissare dicuntur, & quia pulverem excitant, & quia more gladiatorum velut in arena spectantur. Gifan. JCtus Ind. Lucret. ita: Haut scio (inquit) an verius ubique legendum sit *Corussare*, maxime cum Libri vet. aliquot habeant, *coruscant*, & alii *chroniscant*: ut & hoc sumserint Romani à Græcis, apud quos κορύσσειν κορύτλειν. Idem vero *Gifanius* retinet τὸ

coni-

Digitized by Google

coniſcare aut rectius *coniſſare*. Quamvis nonnihil ſit τὸ *coruſſare* ἀπὸ κορύσσειν, i. e. galea armare. Si de milite uſurpes; non hedis, quibus τὸ κονίζεσθαι optime competit. Nam κόρυς, unde κορύσσειν, eſt galea, quæ munit caput ἀπὸ τοῦ κάρα ῥύεσθαι. Ἀκόνις, eſt κονεῖν, h. e. ὑπηρετεῖν, ſervire, atque in pulveribus deſudare. Διακονεῖν, Διάκονος, (poſteriorib ſeculis Διάκων) ſervus aut miniſter, qui μέχρι τῶν κονιῶν κονεῖν, i.e. ad ſudores usque pulverulentos laborat. Unde colligitur, *diaconos* olim dicta mancipia, quæ ſordida & ſervilia munia heris ſuis expedirent: quanquam poſtea ad honeſtiora iidem adhibiti. Aſſonat Hebr. כֹּהֵן, *cohen*, miniſter, ſacerdos, diaconus. A כָּהַן, miniſter fuit, functus eſt ſacerdotio. Inde τὸ κονεῖν. *Fr. Jun. in Gen.* 41. 45. Hebræam vocem *cohen* fatemur ſæpe ſignificare ſacerdotem. Propria tamen ſignificatione ſua latius adhuc patet. Significat enim primarium miniſtrum in miniſterio honorabili, ut Job. 12. 19. Ideo Davidis quoque filiis tribuitur 2. Sam. 9. 9. quod exponitur 1. Chron. 18. 17. Sacerdotib. autem deinde attributum eſt quatenus Levitarum reſpectu, fuerunt primarii miniſtri Dei. Quare nos latam vocis ſignificationem retinuimus, adducti paraphraſtæ Chaldæi autoritate, Juſephi ab idololatriæ communione alieniſſimi pietate, & ejusdem exemplo, cum ipſe ut miniſter regis familiaque paterna fuerit regiis ſumtibus educata Gen. 47. 11.

Cinnamomum (ap. Galen. l. 1. antid. Plin. l. 12. c. 19. Cluſ. hiſt. Arom. l. 1. c. 15.) canna ſeu arbuſcula aromatica, κιννάμωμον. Eſt vero illud dilatatum ex *Cinnamum*, quod prius. Ab Hebr. קִנָּמוֹן, κίνναμον, cinnamum, teſte etiam Buxtorfio. Quidam in Ovid. 3. Faſt. legunt:

Cinnamum primum, captivaq; tura dediſti.

Tu cave canem. Rectius ita:

Cinnama tum primum ——

Poetæ enim ſoliti ſunt corripere: quamvis neglecto Hebr. illo primordio. *Amomum* vocatum, aut. Iſid. l. 18. quod veluti odorem *cinnamomi* referat. Videatur

Renod.

Renod. de mat.med. l. 1.ſ.1.c.36. Cluſ. l.1.hiſt Arom.c.31.

Circus, κίρκος, ut ab Hebr. כִּכָּר orbis: ita Sphæra σφαῖρα à שָׁפַר *ſchaphar*, rotundus, elegans, fuit. שֶׁפֶר eſt pulchritudo. Nam & ſphærica figura eſt omnium pulcherr. adeoque infinito ſimilis: unde Sol, luna, & reliquæ ſtellæ ſunt rotundæ. Immo pleraque omnia ſub cœlo corpora aut rotunda ſunt, aut ad rotunditatem prope accedunt. *A circus, circum.* Ap. Plaut. *circumcirca, Iccirco* eſt id circa. *Quocirca*, quod circa. *Circulus*, deminutum. Virg. 5. Æn.

Flexilis obtorti per collum it circulus auri.

Circinus, inſtrumentum, quo circus ducitur. Item *circino*, i. e. circum duco, facio, aut ſimile. *Circius* ventus, à motu illo circulari, & impetu, quo omnia turbat, & quaſi in circum. A *Circus* etiam *circenſis*: ut ab hortus, hortenſis, à virgo virginenſis. *Ludi circenſes*, à circo, in quo agitabantur, κιρκήσια. *Ciris, ceiris*, κεῖρις. Ovid. 7. Met.

— & à tonſo eſt hoc nomen adepta capillo.

Κείρω, tondeo: ab Hebr. קָרַח depilavit, calvum fecit. Ab eodem, *Caluo, caluus*: migrante R, in L: quod frequentiſſ. Perott. *Caluus dicitur, qui caluam* crinibus *nudam habet.* Scal. l. de hiſt. anim. c. 9. *Calvum, quaſi capillis vacuum.* Sed de Ciri, video autores diſcrepare. Vulgo eſt alauda Scal. Ex. 233. doctiſſ. virorum lapſus notandus eſt, qui *Cirim* Virgilianam putarunt eſſe Galeritam, ſolius apicis decrepti ſpecie: quæ utrique quidem generi communis haut parum tamen differt: In *alauda* palmarum ſeries ſeparatarum criſtam efficit, ubi ſuſtolluntur. *Ciri* pinnulæ oblongæ, pulcherrimæ. Et poſt: teſtimonio doctiſſ. Poetæ labes hæc eluenda eſt. Ille in eodem poematio ſic:

Inde alias partes minioque infecta rubenti Crura—

Cirrus, propriè, τὸ πλίκτον, quicquid nexum aut plexum eſt, ut capillus intortus, & quaſi textus, quaſi fœminarum. Ab Heb. צְרוֹר *zeror, ciror*, faſcia, quæ plectitur & veluti conſtringitur, ut cirrus ſolet. Mart. 5.

Nec matutini cirrata caterva, magiſtri,

Juve-

Juvenal. —— *Flavam*

Cæſariem & mandido torquentem cornua cirro.

Cis, κὶς, è genere vinculor. ut ſunt tineæ. Ab Hebr. סָס, *ſas, ſis, cis*: Et Græc. κὶς. Matth. 6. 19. Syris סָסָא, i. e. tinea blatta.

Cithara, κιθάρα: *Cithariſta κιθαριστής. Citharus, κίθαρος*: nomen piſcis. Gaza appellat *fidiculam*. Cald. קִיתְרוֹס eſt cithara. Daniel. 3. 5. nec diſſonat Hebr. כִּנּוֹר *cinnor, cinor*, i. e. organon muſicum, cithara: & propius, כִּנֹּרוֹת, *cinnoroth*: quod idem. Unde etiam *Cinira* vel *Cinyra, κινύρα*. LXXII. interpr. vertunt κιθάρας Pſ. 98. 5. Jeſ. 30. 32. κινύρας. 2. Samuel. 6. 5. τὰ ὄργανα. Pſ. 137. 2. ψαλτήρια. Ez. 26. 13. Fuiſſe, ajunt quidam, inſtrumentum ad querimonias & lamenta comparatum. Κινύρομαι alias eſt queror, lamentor. A קוֹנֵן quæſtus eſt ejulavit.

Citaris, κίταρις, vel *Cidaris, κίδαρις*: ab Hebr. כֶּתֶר corona: à Rad. כָּתַר, i.e. cinxit in modum coronæ. Avenar. Eſth. 1. 11. vertit *cidarin*. Erat inſigne regum Perſarum, vel faſcia cærulea, albo diſtincta, ſi recta geſtaretur. Qua de re, ſi vacat, lege Plutarch. in Artax: Arrian. l. 6. de exped. Alex. Curt. l. 6. de geſt. Alex. M. Lipſ. l. 11. Annal. Tac. Briſſ. Perſic. l. 1.

Clamare eſt vocem contentam edere, poſtea appellare: ut ap. Plaut. Pſeud. a. 5. ſc. 1. tranſitive, non abſolute: *Clama* hominem, à καλεῖν. Aut ab Heb. קָרָא, *kara*, unde & κράζω i. e. vocavit clamavit, occurrit alicui clamore nominis & verbi expreſſi. Item צָרַח *zarach*, valde clamavit. Quid ſit *declamatio*, explicat Joh. Wouvv. animadverſ. in Petron.

Claudo, κλαυδέω: *κλείω*, unde & *clingo, cludo*, ap. Feſt. Vel *claudo, cludo*: ſicut aula, olla Plauſtrum, ploſtrum, κατ' αἰολισμόν. Ab Hebr. כָּלָא *cala, cla*, i. e. clauſit, ἀπέκλεισε. *Claudus, κλαδὸς* Corice: item *cludus*, in Plaut. pedes enim quaſi clauſi aut vincti ſunt. Nam & *claudit* ὀρχεῖται eſt *claudicat* ap. Priſc. l. 10. Saluſt. *res ſocordia claudit*. Terentius

gentius deponens extulit: Nunc ubi meam benignitatem ſenſiſti in te *claudier*: quod notat Scal. l. 2. Auſon. c. 21. Aliis *claudus*, *clodus*, quaſi *clopus*, ex Gr. χωλέπους, h. e. χωλὸς τοὺς πόδας: ut monet Fr. Jun. & VVig. Spanh. *Clauſtrum*, quod claudit. Ut à raſum *raſtrum*: ab hauſum *hauſtrum*: ſic à clauſo *clauſtrum*. Poſtea ut plauſtrum pioſtrum: ita clauſtrum *cloſtrum*: quæ vox exſtat in Petron. Arb. Sen. l. 7. de Benef. c. 21. citante ſic Fr. Pithœo. Etiam *clauſula* à clauſum: ut *regula* à rectum: *fabula* à fatum. Unde clauſula eſt & finis, qui concludit. A clauſum fit quoque *clam*, nonnullis aliquot elementis exemtis: antique dicebant *calim*, pro *clam*. Etiam Heb. עלם, abditum fuit, bene aſſonat. A clam *clanculum*, λάθρα. Et amplius *clandeſtinum*: penult. longa. Manil. l. 1. Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma. A κλείω eodem eſt & *clathrus* ſeu *clathrum*, κλεῖθρον. Heb. כתל. Item *clavis*, & Græc. κλεὶς & κλεὶς ejuſdem familiæ. *Conclavia*, quæ una clave clauduntur, Feſto. Alioquin ap. Homer. κλεὶς eſt vectis: ut & ap. *Plaut.* ubi intro hanc novam nuptum deduxi, via recta *clavem* obduxi: quæ & ſera Ovidio dicitur: *Excute poſte ſeram* — 1. Am. Eleg. 6.

Clino, non eſt adeo in uſu hodie. Tamen Lucr. l. 2. paulum *clinare* neceſſe eſt. Idem l. 2. Exiguum *clinamen* principiorum. Et Cib. in Arat. eſt *clinatus*. Hoc telo ſe tuebitur, qui hac vocula forte in verſu delectabitur. Etiam Græcum plane reſpondet κλίνω, *clino*: & rurſum ἐγκλίνω, *inclino*. Inde etiam *clima*, κλίμα: proprie declivitas, tractus gradus Scal. l. 3. poet. c. 120. Cœli partes appellamus ſegmenta & *inclinationes*: Græci parallelos & *climata*. A κλίνω, eſt κλίνη lectus, in quo reclinamur. A κλίνη, κλινικός, *clinicus*; propriè ad lectum pertinens. Poſtea ειδικῶς *clinicus* idem, qui ægrotus, τῇ κλίνῃ ſive lecto affixus. Plin. 25. c. 5. *ſpaſticis*, *clinicis*. Alii legunt *cynicis*; ut notat Dalechamp. *Chronicis* poſſe legi ſuſpicatur Mercur. l. 3. Var. lect. c. 22. Sed nihil mutaverim. Vocem enim *Clinici* pro ægroto percrebuiſſe inde à Plinii temporib. teſtatur Cyprian. qui l. 4. Epiſt. 7. paralyticum vocat

Digitized by Google

vocat *clinicum.* Et Hieron. in epitaph. Paulinæ ad Euſtoch. decumbentes vocat *Clinicos.* Etiam Hippocr. Athæn. & Plutarch. eodem reſpectu decunbentes vocant κλινοπετεῖς & κλινήρεις. Unde etiam idem Plin. l. 29. c. 1. & l. 30. c. 10. medicinam nominat *Clinicen.* Et medici appellantur *clinici:* ſcilicet à lecto ægrototorum. Mart. *Cœpit, quo poterat, clinicus eſſe modo.* Inſcriptio Romæ marmori inſculpta:

P. DECIMIUS. L. HEROS
MERULA. MEDICUS
CLINICUS CHIRURGUS

Uti memorat Mercur. l. 3. Var. lect. c. 22. A reclino *Reclinis,* Mart. l. 9. epig. 92. Sic in gramine floreo, *reclinis,* i. e. reclinatus: uti MSS. Palatin. legit: non *Reclivis*: quod vulgare & mendoſum. Interim verò *clivus* oritur à κλίνος, aut κλιτὺς, quod idem: à κλίνω. Eſt enim *Clivus* propriè illa pronitas à vertice collis. Quod docet *acclivis*, i. e. leniter erectus. Gloſſ. *Adclive* ἐπίῤῥεπὲς ἐπαρθὲν, ὑψηλὸν, Adclivis προσκεκλιμένος. Nec non *Declivis,* deorſum inclinatus. Et *proclivis,* qui proclinat, propenſus. Cic. 4. Tuſc. Sunt in lubrico, incitataque ſemel in *proclive* labuntur, ſuſtinerique nullo modo poſſunt. At Græc. κλίνω, præpoſito κ ab Heb. לין, quod eſt pernoctare & divertere. Idem in Hiphil הלין *helin, lin, klin.* Ubi enim pernoctamus: ibi decumbimus & reclinamur. Unde מלון diverſorium aut hoſpitium. A κλίνη ſimpliciter Τρικλίνιον, *Triclinium,* à tribus toris menſisve appellatum, à κλίνη. Ergo triclinium eſt propriè conclave, quod τρεῖς κλίνας, h. e. lectos habet, Lipſ. 3. Antiq. lect. Acumbendi modum, qua ex libris, qua ex monumentis, hunc ferè fuiſſe collegimus. In cœnaculo menſa collocabatur rotunda, humilis: inferiorum quidem hominum tripes, & ex ſimplici ligno: lautiorum citrea, aut acerna, aut lamina argentea intecta, quam pes eburneus fabrefactus, puta in modum pardi aut leonis ſuſtinebat. Circum menſam tres ut plurimum lecti erant, ex quo *Triclinii* nomen; vel duo etiam, quod Plautus *biclinium*:

Poſte-

Poſterior ætas à Veſpaſianorum imperio *Sigma* vocare cœpit. Quod cum eſſet in forma hemicycli, aut lunatæ teſtudinis exſtructum, vocare placuit nomine literæ Græcæ: Quia, ut ex marmoribus liquet, ætas illa *Sigma* literam ut mediam lunam ſcribebat, C. *Sigma* autem duobus tantum lectis coſtitiſſe, colligo ex numero convivarum ap. Martial. Lamprid. & alios. Idem *Lipſ. epiſt. 63. Cent. I.* Non, inquit, *Sigma* antiquis biclinium propriè, ut ſenſi ego: non diæta, aut cœnatio tota, ut Cælius: non menſa ipſa, ut Brodæus: Sed niſi fallor, certa in cœnatione pars ſeorſum erecta & extructa ad recipiendum lectum: idque hemicycli aut lunata forma, qua litera illa Græca paſſim hodie in lapidib. & priſcis libris. Suggeſtum, inquam, quoddam ligneum (ſive qua meliore materia non impedio) ſemirotundum; in quo perpetuus unus lectus, ad ſex ſeptem convivas recipiendos. Quod velut dimidiatum triclinium repertum inferiore ævo, ad facilem & magis aptum uſum. Ab Apuleio hic mihi prima lux, & à me illi de pſyche. l. 5. *Viſoque ſtatim proximo ſemirotundo ſuggeſto, propter inſtrumentum cœnatorium rata refectui ſuo commodum, libens accumbit.* Non nominat *Sigma*, fateor: Sed auribus oculisq; ingerit quaſi nominaſſet, ita claré. Hæc & plura ibi Lipſius. Videatur etiam Savaro in l. 2. epiſt. 2. Apollinaris Sidonii. Quia autem mentio *accubitus* facta & alibi ſæpiſſimè tam in ſacris, ut Eſth. 1. 6. Cant. 2. 6. quam aliis libris fit quæritur, an veteres non etiam aſſederint menſæ cibumque ceperint? Et reſpondetur, ita Gen. 27. 21. *Surge nunc, ſede & comede de venatione mea.* Ad quem locum ita notat Fr. Jun. Nam priſci patres, inquit, *ſedendo* primùm; non *accumbendo* ſumebant cibum. Quam conſuetudinem heroibus fuiſſe olim Homerus teſtis eſt, ut obſervavit Athen. lib. dipnoſoph. & ex Duride Samio, Hegeſandro Delpho & autorib. aliis oſtendit. De hoc argumento plura invenies ap. Joh. Guil. Stuk. l. 1. antiq. Convi. c. 33. & l. 2. c. 34. Caſaub. contra Baron. ex. 16. ſect. 22.

Clitellæ dicuntur, ſententia Feſti, non tantum eæ quibus

bus ſarcinæ colligatæ mulis portantur: ſed etiam locus Romæ propter ſimilitudinem: Et in via Flaminia loca quædam devexa ſubinde & acclivia. Ad illud Joſ. Scal. *Clitellas* etiam pro locis ac livis dicunt Græci. Nam *κανθήλιον* ſignificat non tantùm clitellas, & ſagmata aſinorum; ſed etiam, ut dixi, acclivia loca. Quin & idem Græci *κλιτὺν* dicunt locum in vallem demiſſum, à quo *clitellas* formarunt Latini.

Cluo, *κλύω*. Exſtat in Enn. Lucret. Plaut. ut & Cicer. libro De claris oratorib. Multùm *cluentes* conſilio & lingua. *Clutum*, *κλυτὸν*, i. e. glorioſum, Feſt. *Inclytus*, *inclitus*, & *inclutus*. Nam υ non raro in V. tranſit. *Euclyo*, *ἐυκλύω*, i. eſt. *b*onæ famæ. *κλύω* à קול *kol*, vox, quam excipimus.

Coccyx, *κόκκυξ* Heſiod. *κόκκυξ κοκκύζει*, imitatione ſoni, quem & Latini æmulantur, *Cuculus*. Suidas *κόκκυξ* exponit per *κοῦκκος*. De medii quantitate liticula. Vulgus corripit: eruditiores producunt. Rectè; ut Eraſm. in Adag. monet. Plautus certè extendit i Pſeud. a. 1. ſc. 1. *Quid fles, cucule? vives. Quid ego ni fleam?* Et Horat. l. 1. Satir. 7.

---- magnâ compellans voce cuculum.

Quippe *cuculum* veteres per convicium vocabant ignavum ſtolidumque. *Plin. l. 18. c. 26.* In hoc temporis intervallo 15. dieb. primis agricolæ rapienda ſunt ea, quibus peragendis ante æquinoctium non ſuffecerit, dum ſciat inde natum exprobrationem fœdam putantium vites per imitationem cantus *alitis temporariii*, quem *cuculum* vocant. Dedecus enim habetur opprobriumque meritum: Falcem ab illâ volucre in vite depræhendi, ut ob id petulantiæ ſales etiam cum primo vere ludantur. Videatur Turneb. l. 2. Adv. c. 7.

Cochlea *κοχλίας*, limax: ita dicitur à domuncula illa girata, quam ſecum portat. Heſiodorus vocat *φερέοικον* & vetus poeta ap. Cicer. *domiportam*. Κόχλω eſt giro. A ſimilitudine ita vocantur etiam gradus, aut ſcalæ, per quas adſcendimus. Item *cochlearium*, *κοχλιάριον*: *cochleare*, à forma cochleæ. Ars enim imitatrix naturæ. Mart. l. 14

epig. 121. Sum cochleis habilis, sed non minus utilis ovis:
Nunquid scis potius quur cochleare vocer?

Cælum, nonnullis à *cælando*. Sed analogia manifestò repugnat. Neque enim simile nomen à tali verbo facile deductum invenias. Neque ipsa ratio satis congrua. Itaque rectius cum Varr. Jos. Scal. & eruditis sane plurimis derivatur à κοῖλον, (unde antiquè *coilum*) propter cavitatem, i. e. partem, quæ regioni elementari obvertitur: itemque propter σχῆμα σφαιροειδὲς. ap. Arist. l. 2. de cœlo c. 4. Itaque dicit Andromeda nocti: quæ *cava* cœli signi tenentibus conficis bigis. Et Agamemnon: *in altisono cæli clypeo*. Cavum enim clypeum. Lucret. l. 4. magnas cœli complesse *cavernas*. Enn. *Cava* cœrula candent. Sed & Poetæ ap. Fest. *Cohum à chaos*, pro cœlum usurparunt. *Enn.* pilam vix sol mediam: complero *cohum* terroribus cœli. Præter etymon etiam cœlum scribi oportere per œ ex eo liquet; ut sit discrimen à *cælum*, quod est instrumentum sculptorium, γλυφεῖον à *cælando*, Isid. l. 20. c. 4. *Cælum* est genus ferramenti, quod vulgo *celionem* vocant. Idem ferramentum Job. 19. *celte* dicitur: Quis mihi det ut exarentur in libro stilo ferreo & plumbi lamina vel *celte* sculpantur in silice. Et in vetusta Sertii parasiti, apud Salonem Dalmatiæ urbem inscriptione, inter alia hæc existant: *Quam ægre veritas adbuc se mecum conciliat. Nam neque hic atramentum, vel papyrus, aut membrana ulla adbuc, sed malleolo & celte literatus silex.* Sed à *cælum* fit etiam *cæsius*, quasi *cælius*, ut Nigidius voluit ap. Angell. Glofs, cœsius, γλαυκός. Nec displicet Scal. Ex. 325. s. 15. *Cæruleus* & *cærulus* idem: ut *binnuleus* & *binnulus*: *eburneus*, *eburnus*: *ficulneus*, *ficulnus*. Recepta liquida vividioris ne mollis illa lactentium & lallantium repeteretur, *caluleus*. A *cælo*. Sed ἄχροος est cœlum Philosophis. Qui ergo *cæruleum* aut *sapphirinum*? Recte: potius παμφαὴς ἢ ἠλεκτροφόρος dicatur cœlum. At ille tamen *color* nominatus à cœlo: quia videtur inesse. Videtur inquam, non inest. Cui igitur? Aeri. Hic è longinquo talis apparet: cum propè ἀόρατος sit. Et subest ratio. Quia densa-

denſatur, non per compoſitionem partium: ſed per diſpoſitionem. Diſtantia namque multas repræſentat partes viſui, diſpoſitas per longitudinem in linea optica. Exemplo ſit ſindon ſubtiliſſimi fili: diſpanſa, fere effugi viſum: complicata ſubit. Tenebras illi nobis offuderunt, qui *cœlibes*, quaſi cœlites appellatos exiſtimant, quod onere graviſſimo vacent, & dignam cœlo vitam agant. Iſtas luce diſcuſſit radianti Joſ.Scalig. λοίλιψ eſt carens concubitu: ut αἰγίλιψ, *ægilips* carens capris: κερκόλιψ, *cercolips* ap. Catull. carens cauda, παρὰ τὸ λείπειν. Illud verò prius à κοίτη κοῖτος: unde ὀρεσκοῖος, in montibus cubans.

Cohors, *cors* aut *chors* nonnullis à coarctando, aut coercendo: ſicut ex Varr. & Iſid. colligitur. Recte ab Hebr. כְּרִי i.e. cohors militum armatorum. Inde *Liv.* aliquot validas cohortes in caſtris armatas inſtructaſq; reliquerant. Qui Græcis involvuntur, non immerito arceſſunt à χόρτος, i.e. ſeptum, Hinc aves *cohortales*. Columel. *Cortis* aves, Mart. Turneb. & Scal. in Varr. certiſſimum eſt (inquit hic) una litera demta *Chorton* legendum in Varrone χόρτος, ὁ περίβολος: ap. poetas. Iliad. λ. πίονα μηρί᾽ ἔκηε βοὸς Διὶ τερπικεραύνῳ αὐλῆς ἐν χόρτῳ, i.e. ambitu ac ſepto. Item Iliad. ω: αὐλῆς ἐν χόρτοισι κυλινδόμενος κατὰ κόπρον. Inde Euripidi σύγχορτα πεδία. Lipſ. 2. de mil. Rom. c. 4. *Cohors* origine Græcanica eſt, & Χόρτος illis περιφερισμὸς, καὶ περιχώρημα, ſive (ut Heſych. περίβολος τῆς αὐλῆς: Uno verbo, quod clauſum & ſeptum in anteriore domo, vel villa χόρτον illi dixerunt. Latini *cohortem* vel *chortem*. Nam & ſic ſcribebant, & ita docent marmora vetuſta. Etſi rurſus alii derivent, mi[illegible]riter accipiendo nomen παρὰ χόρτυ, fœno quod fortaſſe jacerent ſæpius in herba ſub dio cohortes militares. Sed illa, ut dixi, melior & comtior ratio à ſepto. A *corte* eſt *cortina*. Joſ. Scal. Ego puto à rotunditate, quod, ut cortes; ita hæc rotunda eſſet.

Colaphus, κόλαφος, à quo &, levi mutatiuncula, *Alapa*. Tamen arridet Hebr. עַלְאַף *alaph*: quia *ſuper faciem* aut in facie impingitur alapa. Græc. κολαπτήν. κολάπτω, i. e. tundo, percutio, incido. Ap. Hebr. כְּלַפּוּרִין, h. e.

 mal-

mallei, clavæ, quib. aliquid incutitur. Inde videtur esse Latin. *clava*, qua percutimus. Item *clavus*, quem percussum infigimus.

Collyra, κολλύρα: *Collyris*. κολλυρὶς. Plaut. Perſ. a. 1. ſ. 3. *Collyræ facite ut madeant*. Et mox ponit, *jus collyricum*. Quod Turneb. l. 4. Adv. c. 1. explicat. Fit à Græc. κόλλιξ: quod ψωμὸς cibum denotat. Neque abludit Hebr. חַלָּה, *challah*, h. e. κολλύρα, placenta. Tremell. cum Junio ita interpretantur Lev. 2. 4. *fimilia collyra azyma*. Lev. 8. 26. *accepit collyram unam azymam*. Alias quid κολλύριον ἢ κολλύριον, in officina medicorum ſit: Joh. Gorræus & alii diligenter enucleant.

Colophon, κολοφὼν, i. e. faſtigium, ſeu apex, παρὰ τὸ κολούειν. Tunc enim incidi oportet, & ceſſari. Feſt. *Colophon dixerunt, cum aliquid finitum ſignificaretur*. Eodem ſenſu accipitur *Coronis*, κορωνὶς: idem quod κορυφὴ, quaſi κάρης ὀροφὴ. *Coriphæus*, κορυφαῖος, i. e. capitaneus.

Color, à κάλλος, κάλλος, i. e. pulchritudo, quæ in primis in colore conſiſtit. Etiam à καλὸν, καλλύνω: vel à κλέως, κλείω oritur *colo*, *cultus*, i. e. veneratio. Κάλλος ſignificat etiam palam galli gallinacei, propter colorem: inde *gallus*. At κάλλος fit ab Hebr. כָּלַל *calal*, i. e. conſummavit undiquaque, & perfecit: proprie de forma & pulchritudine.

Columbus, κολυμβὶς eſt nomen avis aquaticæ, Ariſt. l. 8. c. 3. Hiſt. an. & Athen. l. 9. à κολυμβάω, i. e. nato. Nec abeſt Scal. in Varr. Κόλυμβος à geſtu, quem faciunt illæ aves. *columbaria* in navi, per quæ videntur remi eminentes κολυμβῶσι.

Comœdia Scal. l. 1. poet. c. 5. Juventus olim vacui temporis otio atque licentia noctis abuſa, ſecura imperiorum vel heri, vel patroni, vel parentum, per pagos (non dum enim in urbes convenerant) diſcurrit. Qui mos cum ipſo nomine ad nos ſimul deductus eſt. Legimus enim ap. Livium *commiſſationes*. Inde iis luſus, quos vicatim exercerent. παρὰ τὴν ᾠδὴν καὶ τὰς κώμας, apte *comœdiam* dixere: quoniam non in paſcuis; aut in arvis, aut ad

Digitized by Google

ad tumulos, aut ad aras canerent. Habes autem hujus ſigni-
ficationis veſtigia in multis verſibus qui extant, Epichar-
mi: ἐκ μὲν θυσίας θοίνης πόσις: ἐκ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου
θυανία, θυανίας δίκη: ἐκ καταδίκης πέδαι τε καὶ σφάκελος καὶ
ζημία. Ubi *comon* ex potu, ex *como* inſaniam ortam ſcri-
bit. Lucianus quoque in Diſcategorumento, Lunam
ait ſplendere τοῖς κωμάζουσι. *Et poſt*: Nam quod ajunt A-
pollini *Nomio*, i. e. paſtorali per compita & vicos can-
tatum carmen, à quibus appellata ſit comœdia: id po-
ſtea contigiſſe arbitrandum eſt. Et par Varronis lapſus.
Neque enim, ut arbitratur, icciro dictam putes, quia
juvenes quæſtus gratia, vicos circumire ſoliti eſſent,
in quibus fabulas recitarent. Hæc ille. Itaque *comiſ-
ſatio*, *comiſſari* eſt à κῶμος, κωμάζειν. Unde *comiter* quo-
que. i. e. hilare & lubenter. Cæterum non convenit
inter eruditos de verbo illo. Hic *comeſſor* vult, iſte *co-
miſſor*, alter *comāſſor*, alius *commiſſor*: ut in Iſid. Manut.
Lambino, videre eſt. Qui M. geminant, id abſque ra-
tione faciunt. Qui *comeſſor* aut *comeſor*, etymo falluntur,
quaſi à *comeſum* ſit. Unde, *Comeſtor* vel *comeſor*, prima
brevi. Qui *comaſſor*, ſequuntur τὸ κωμάζω Græcor. Et
hi boni. Meliores, qui εὐφωνίαν & ἀναλογίαν præferunt
maluntque à *comiſſari*. à κωμάζειν: ut *patriſſare* à πα-
τριάζειν. Et quia à *Comus*, deducta I habent: Ut comis, *co-
mitas*, *comiter*. Omitto libros & lapides, in quibus *Co-
miſſor*. Gloſs. *comiſſam*, συμβολήν. *Comus*, כמוש, idolum
Moabitarum, & DEus temulentiæ, in conviviis olim
cultus. 1. Regum 11. 7. *Tragicomœdia*, Græcis κωμῳδοτρα-
γῳδία, è lætis ſimul, & triſtibus: qualis vita humana &
conjugium, ut ait Porphyrius.

Comma, κόμμα, κέκομμαι, ἢ κόπτω. Latinis *cæſum*, *inci-
ſum*: ut *Colon*, κῶλον: iisdem *membrum*. Medicis κῶλον &
κόλον eſt inteſtinum laxius. Quamvis in Indice Lucret.
Giſanius modo κόλον, ut genuinum, afferat. Inde *Colica*:
ſcilicet paſſio, Κωλικὴ ὀδύνη. Namq; κῶλον eſt hujus affe-
ctionis πρῶτον δεκτικόν. Aretæus & Celſus vocant *plenioris
inteſtini* morbum. *Macrocolum*, μακρόκωλον, proprie eſt ma-
gnum membrum, ap. Plin. l. 13. c. 12. Et Cic l. 3. ad Att. epiſt.

 25. *Im-*

25. *Impensum fecimus in macrocola.* J. Scal. n. 3. Tibulli: in charta κῶλα sunt partes agglutinatæ, quos scapos vocabant. Unde regiæ chartæ μακρόκολλα vocabantur ab amplitudine. Fastigium chartæ πρωτόκολλον: imum chartæ ἐσχατόκολλον. Perot. *Est proprie protocollum, quod breviter & succincte notatur à tabellione, ut extendi deinde atque absolvi possit: κόλλα gluten.* Et Novell. 44. τὰ πρωτόκολλα videmus. Et scribit Dionys. Gothofr. in Nomenclat. Juris: πρωτόκολλον est brevis annotatio, quæ declarabat, quo comite largitionum (sub cujus cura erant chartariæ) præparatæ fuissent chartæ. *Hæc ille.* Quia vero & πρωτόκωλον & πρωτόκολλον invenitur, nec non significatio utriusque distincta affertur: non video, quare non etiam originem diversam agnoscamus: scilicet à κῶλον, membrum: & κόλλα, gluten. A κῶλον sumsere Latini quoque suum, *Collum.* Nempe καθ' ὑπεροχὴν. Quia capitis fulcrum, aut basis. Neque rarum: nomen generis peculiariter adstringi ad speciem. Ut *merum*, pro vino: *Biblia*, pro sacris literis: Βροτὸς, mortalis, pro homine: ὄρνις, pro gallina ἄστρον, pro canicula. Ita κῶλον & pro pede, & intestino Græcis: pro *Collo* Latinis *Decollare*, à collo: ut denasare, Plauti, à naso. Rhod. l. 4. antiq. c. 2. *Decollare* verbum in Johannis Baptistæ historia sunt, qui parum Latine positum rentur: quum tamen Fenestellæ sententia notione ea comprobet accipi Grammaticus Diomedes: etiamsi veteribus dictum legas frequentius, *securi cadere*. Alias Ennio, *decollare* à collo & humeris deponere est. Sicut Tranquillo *succollare*, subjecto collo tollere onus. Ap. Plaut. in Aulul. pro *decipere* invenias *decollare*. Sed & Lucil. ait: Quibus fructibus me *decollavi*. Gloss. *decollat* ἀποκεφαλίζει, ἐκτραχηλίζει. *Decollatus*, ἐκτραχηλισμός.

Como, κομᾷ: consonat Heb. כָּסַם, i. e. ornavit præcidendo capillos, totondit. *Coma*, κόμη. Hadr. Jun. prolixe egit de vocib. è Græca & Lat. literatura huc facientibus in lib. de Coma. c. 1. *Acersecomes*, ἀκερσεκόμης & ἀκερσίκομος, idem quod ἀκερσεκόμης, i. e, intonsus, ab α & κείρειν τὴν κόμην. *Cometa* κομήτης, est crinitus: postea fax illa mirabilis in cœlo, κατ' ἐξοχὴν. E loginquo enim intuenti-

tuentibus crinitus, & barbatus ſeu caudatus videtur. Lucan. vocat Cometam l. 1.

---- Crinem tinendi ſideris.

Aſſonat item Claudianus 1. de raptu Proſerp.

Præceps ſanguineo delabitur igne cometes ---

--- Sed crine minaci Nunciat.

Aratus ἀστέρες κομόωντες. Sed & ſtellis tribuuntur: *crines.* Claudian. 7. Paneg. Retuſo crine languida ſtella.

Conciliare à concilium, quaſi *concalium* nonnullis: quod à καλίω. Joſ. Scal. ita: à *ciliis.* & Gr. κιλίκια dicuntur. Ex iis coacta veſtimenta vulgo *Feltra* vocamus: nempe τὰ ἐκ τριχῶν συντιθέμενα. Unde *conciliare*, fullonum verbum: τὸ συμπιλεῖν πιέζειν, καὶ συμπατῆσαι. Inde & *cilium*, *ſupercilium.* Iſid. l. 11. *Supercilia*, quia ſuperpoſita ſunt ciliis. *Intercilium* eſt medium illud inter ſupercilia, & illud inter ſupercilia, & illud, quod ſine pilis eſt.

Condalium in Plauti Trinum: eſt annuli genus. *Condylus* & *Condalus*, ἀπὸ τῶν κονδύλων, i. e. ab articulis digitorum. Servos olim geſſiſſe digitis ſuis monet Taubman. in Trinumo.

Contamino, à cum & *Tamino*, quod tamen ἄχρηστον. Gloſs. *Attaminatus*, χειρωθείς, μιανθείς. Juſtinus de virgininib. Locrenſium l. 21. Ne quis ullam attaminet, *Intaminatus* ap. Hor. 3. c. 2. Ubi *Gul. Xylander* ſubſtituit *incontaminatus*, putans eſſe Latinius. Sed non opus. Nam codices nihil tale præ ſe ferunt: & ubi apud poetam eſt *incontaminatus*? At ſit ita: tamen erit compoſitum à *Con* & ſimplex *Taminatus.* Igitur ut temeratus, intemeratus, contemeratus: ſic taminatus, intaminatus, contaminatus, analogice dicitur. *Tamino* fluit ab Hebr. ortu טָמֵא, *tame*, i. e. contaminatus eſt, immundus fuit. Affinitatem habet cum דֹּמֶן, i, e, ſterquilinium, fimus.

Contus, κοντός: *Contari*, & *percontari*, ceu conto inquirere. Gloſsar. *contus*, λεπτοκάρυον. Sed *Conus* κῶνος, ab Heb. קֵין *ken*, i. e. conus, lancea.

Cophinus, κόφινος. Juv. Sat. 3. Judæis quorum cophinus fœnumque ſuppellex Idem: cophino fœnoque

 relicto

relicto. Gloſſ. κόφινος, corbis corbula, quallus Ex eo fu-um fecerunt Syri *Kuphinin* קופינין.

Copula, à Latino aut Græco alii detorqueant: facile duci mihi videtur ab Heb. כֶּבֶל *ceſel, cepel,* i.e. copula ferrea, vinculum, nexus, compes.

Cor, κῆρ; κέαρ. Anceps faciunt. Ovid. l. 1. de ponto. Eleg. 4. Confiteor miſero molle cor eſſe mihi. *In Epp. Sapph.* molle meum levibus cor eſt violabile telis. Malim hoc poſterius: quia κῆρ. Hebr. זָכַר, i. e. habuit in corde, non multum diſſimile. *Corculum* veteres vocabant ſolertem, acutum, itemque *cordatum* virum. Hebræi *ſapientem corde.* Exod. 28. 3. & alibi ſæpius. Quia principium ac baſis ingenii & judicii à diſpoſitione *cordis* pendet. Gloſſ. *Cordatus*, νουνεχὴς, φρόνιμος. A Græc. κέαρ, καρδία, Servio, Iſid. & aliis ſit Latin. *cardo*: ſcilicet à forma cordis: vel, quod ſit quaſi *cor* januæ, quo movetur, ut ait Serv. Hebræi *cor* ſumunt pro interiori parte. Gen. 15. Exod. 15. 8. *in corde maris*, Matth. 12. 4. ἐν καρδίᾳ τῆς γῆς. A cor *præcordia*, membranæ *cordi* prætenſæ & vicinis partib. Plin. l. 11. c. 37. Exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membranis, quæ *præcordia* appellantur: quia cordi *prætenduntur.* Idem l. 30. c. 5. *Præcordia* vocamus uno nomine exta in homine. *Hæc ille.* Proprius ſignificatus patet: inde etiam iſte alio fuſus. Inſuper à *corde* eſt & *coram*, quaſi *am cor, cor am*, i. e. ἀμφί, h. e. prope: aliis à κόρη, ut ſit idem, quod ob oculos. Ap. Hebræos dicitur, *ore ad os*, Num. 12. 8. Et *oculo ad oculum.* Num. 14. 14. Ut à medulla *medullitus*: ſic à cor *cordicitus* dixit Sidon. l. 4. epiſt. 6. *Concors*, i. e. conſentiens, quaſi unius cordis. Opponitur *diſcors.* Cic. 4. Tuſcul. *Diſcordia* eſt ira acerbior, intimo odio & corde concepta. *Diſcordor*, διχονοῶ Græcis. *Vecors*, i.e. parvi cordis. *Socors*, à ſe particula ſeparandi. Hinc non pauci malunt *ſecors*: & ap. Feſtum eſt *ſecordia.* Proprie eſt *ſine corde.* Bene Gloſſ. *ſocors* ἀκάρδιος, ἄφρων. *Recordor* eſt memini, vel reminiſcor, cum affectu cordis. Itaque hoc Ἐμφατικώτερον. *Miſericordia* eſt ægritudo, ex *miſeria* alterius, injuria labo-

laborantis, Cic. 1. Tuſcul. Quid eſt miſericordia, niſi alienæ *miſeriæ* quædam in noſtro *corde* compaſſio? ait Auguſt. l. 9. de civ. Dei c, 5. Gen. 43. 30. *æſtuabant viſcera miſericordiæ ipſius.* Eo ſenſu Græc. σπλαγχνίζεσθαι Matt. 9. 36. Marc. 6. 34. & alibi ſumitur. Quippe notat affectum, quo interiora *viſcera, τὰ σπλάγχνα,* commoventur: & nominatim *cor,* reliquorum viſcerum princeps. Hinc diſerte Luc. 1. 78. διὰ σπλάγχνα ἐλέους θεοῦ. Ut *miſericordia:* ſic factum à Tertull. contra Marcion. l. 5. *duricordia,* σκληροκαρδία. A *corde* qui *curam* eſſe ſuſpicantur, recte quidem faciunt: Sed male, dum *uro* adjiciunt, quaſi *cor urens.* Eſt enim κηραίνω, κηρῶ, i. e. ex corde aliquid ago, quod eſt *curo.* Ni malis à κόρος, i. e. ſatietas, cum Joſ. Scal. Etiam apte reſpondet Græc. ὤρα, i.e. cura. Accuro, *accuratum*: quod cum cura fit, ubi ſingularis accedit cura. *Plaut. mil.* Ergo accurato & properato opus eſt. Ut accuratus: ſic ἀναλόγως apud eundem *excoratus*, in Caſin. act. 3. ſc. 6. Lepide *excuratus* inceſſiſti. *Curia*, ait Feſtus, eſt locus, ubi publicas *curas* agebant, βουλευτήριον. Varro l. 2. de vita pop. Rom. Propter *curam* locum quoque, quo ſuam quisque domum ſenator confert, *curiam* appellat. Ap. Hebræos in portis olim erat *curia* Gen. 34. 20. Deut: 17. 5. Idem Varro etiam *excurio* uſurpat, pro curia ejicio. Sed aliud eſt *excorio*, à corium: Unde *cruſta* monente Joſ. Scal. in Varr. *Cruſta* quaſi coruſta: ut à fide *fiduſtum:* ab ango *anguſtum:* ab augeo *auguſtum:* ab unco *unguſtum.* Sed amplius à *cura*, aut potius à *curia* (pro cura) fit *curioſus*: ut à gratia gratioſus, à gloria glorioſus. Et quod *curia* idem ſit, quod *cura*: teſtatur *incuria.* Ut ita *curioſus* ſit curæ plenus, qui ſingulari cura agit, &, quæ agenda, peragit. Poſtea περίεργος, πολυπράγμων: qui ea *curat*, quæ non debebat: & quæ aliorum ſunt. Sunt igitur diſtincti ſignificatus *curia*, i. e. cura: deinde *curia*, i.e. locus curarum publicarum. Similiter *curio* etiam gemino modo capitur. Primo *curio* eſt à *curia*: ut & *curialis.* Varro l. 4. L.L. *curiones dicti à curiis: qui fiunt, ut in his ſacra faciant.* Videatur Ræward. l. 2. Var. c. 16. Scal. in Feſt. *Curiales poſtea & curiones dicti ſunt, cum antea*

curionum esse habere comitia curiata. Deinde *curio* est, qui curas impendit, *curiosus*, & qui curis etiam nimis fatigat se. Plaut. Aul. act. 3. scen. 4. ---- EV. quo quidem agno, sat scio,

Magis curiosam nusquam esse ullam bestiam
ME. Volo ex te ego scire, qui sit *agnus curio.*
EV. Qui ossa atque pellis totus est, ita *cura* macet.

Est ergo *agnus curio* idem, qui macilentus, quasi confectus *curis*: metaphora ab hominibus, qui curis & solicitudine extabescunt. Hinc Luc. l. 2. sunt *curæ mordaces.* Etiam inde *Securus*, i. e. *sine cura*: à se: Gr. ἀμέριμνος. Germ. Sorgloß. Lucr. l. 1. vocat, *Semotum à curis.*

Corallium & *Coralium*: κοράλλιον, & κοράλιον, quasi χειράλιον, à χεὶρ, quod manibus aut tactu lapidescat. Ovid. 5. Metaph.

Sic & coralium, *quo primum contigit auras*
Tempore, durescit: mollis fuit herba sub undis.

Nec inepte *Coralium* à mari videtur dici: quasi κόρη, κόρη, ἢ κοῦρος ἁλὸς, i. e pupilla, aut quasi quædam virguncula maris. Scilicet à forma. Aliis à κῆρ: quasi *cor maris*: propter colorem cordis æmulum: & cordis vigorem roborat, scito medicorum. Renod. de mat. med. l. 2. sect. 1. c. 12. *Corallium* ab effigie, duritie, & natali solo, sæpe nec improprie *lithodendron*, quasi *lapid- arbor* & aquando *frutex marinus* dicitur.

Cornix: quid vocis, alibi dictum. Hic dicendum: quale sit illud παροιμιῶδες è Cicerone: *oculos cornicum configere.* Nemo enim, quantum vidi, explicatum dedit. Et Erasmus ipse dubitat, an ex apologo quopiam, an ex eventu, an ex metaphora sumtum sit. Ubi ante omnia sciendum, quod etiam alibi *cornicum oculi* celebrentur. Jobi 28. 7. *Neque contuitus est oculus cornicis.* Hinc & nonnemini κορώνη à κόρη, i. e. oculus dicitur: quomodo Hebræis itidem ראה cornix, ab acumine visus appellari perhibetur. Inde liceat nobis ita colligere. Tralatitium est, maxime olim in precio antiquitatem & senectam fuisse. Plato:

Πᾶς νέος ἡμῶν αἰδείσθω τὸν ἑαυτοῦ πρεσβύτερον ἔργῳ τε καὶ λόγῳ. Aristot.

Τὸ

Τὸ πρεσβύτερον τιμιώτερον.

Ovid. l. 5. Faſt.

Magna fuit quondam capitis reverentia cani.

Neque id ſine cauſa. In antiquis enim eſt ſapientia, ait Jobus. Et iterum poeta:

----- Senibus rerum prudentia major.

Et luculente Græcus: τὸ πρεσβύτερον καὶ καταπεπτωκὸς, δίκαιον, τι εἶναι καὶ εἰλικρινὲς, ὃ παρέχει τοῖς λυποῦσιν ἀφορμὰς, ὅμοιον εἶναι Θεῷ. Ut ergo magnum decus erat antiquitus, majorum aut ſenum conſilia & inſtituta ſequi: ita ab iisdem diſcedere turpiſſimum. Juvalis:

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat ----

Quantum igitur ſcelus fuerit, ſenum & majorum ſapientiam aſpernari? Iſtud qui faciebant, *Cornicum oculos configere* dicebantur: ut συμβολικῶς magnitudo ſceleris declaretur. Oculis enim quid carius? Cornices notant ſenes. Illæ quippe maxime ſeneſcunt: quod in proverbium abiit. Et Heſiod. ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη. Oculi notant ſapientiæ lumen. Hinc eſt *Ariſtot.* ὄμμα ἐμπειρίας. *Ciceroni*, oculi mentis. *Plinio* in oculis animus inhabitat. *Camer. in Orat. Cicer. pro Murena*: Proverbium eſt de iis, qui callidos & prudentes & circumſpectos, qui cavere & ſcirent & deberent, fallunt ac circumveniunt. Nam *cornix* cum aliorum animalium oculos potiſſimum appetat, ipſam ſcilicet ſuis maxime proſpicere oportet. Unde & Teutonici dicunt: unam cornicem alterius oculos non configere. Ita accipiendum proverbium declaratur in oratione pro Flacco: *Hic hercle cornici oculum*, ut dicitur. Nam hunc Hermippum hominem eruditum, civem ſuum, cui debebat eſſe notiſſimus, percuſſit. *Hæc Camerarius.*

Cornu, item κέρας, ab Heb. קֶרֶן, i.e. cornu: metaphorice, pro robore, ac potentia: ut non ſemel in ſacris. Verbum eſt קָרַן, radiavit, emiſit radios cornuum ſimiles. Exod. 34. id verbum ponitur de ſplendore, quo radiabat facies Moſis. v. 30. Videns Aaron & omnes filii Iſraelis Moſen, quod ecce ſplendida facta eſſet cutis

faciei

faciei ejus. Et ṽ. 35. reſpiciebant filii Iſraelis in faciem Moſis, quod ſplendida facta eſſet cutis faciei. *Abezarius* ibi ponit, *criniebat*, i. e. radiabat. Vet. verſio v. 30. Videntes Aaron & filii Iſrael *cornutam* Moiſis faciem. Et v. 35. Videbant faciem egredientis Moiſis eſſe *cornutam*. Inde error ille exſtitit, quo Moſes pingitur cornutus, vel bicornis. Scilicet ex ignorantia phraſis Hebr. Porro à Gr. κέρας venit κεράστης, *Ceraſtes* ſerpens Luc. l. 9. ſpinaq; vagi torquente *Ceraſtæ*. Plin. l. 8. c. 23. *Ceraſtis corpore eminent cornicula ſæpe quadrigemina*. Ex eodem fit etiam *Ægocerbs*, αἰγόκερως, i. e. capricornus, ab αἴξ, & κέρας. Ut *Rhenoceros* à ῥίν: & *Monoceros*, à μόνος. Ut Monoceros Latine *unicornis*: ſic Rhinoceros *naſicornis* ἀναλόγως. Et Scal. in Atta ponit *Naſicornus*. Ap. Tertull. de pallio *Excornis*. Legatur Plin. l. 8. c. 20. & 21. Ælian. l. 16. c. 20. l. 17. c. 44. Cluſ. hiſt. Arom. l. 1. c. 14. Amplius quoque *Cervus*, & Gr. κεραός: quod cornua geſtet, κέρατα: ob eminentiam, ut ſolet. Hinc Homero cervus deſcribitur ὑψίκερως & δίκερος: Oppiano βρυθύκερως & τανύκραιρος. *Cornus*, arbor à cornea duritie. Ut Græc. κρανεία, à κέρας. Hujus propterea uſus in bellis: faciebant inde haſtas, jacula. Pro quibus etiam ponitur.

---- *Volat Itala* cornus. Virg. 9. Æneid.

---- *Bellis accommoda cornus*. Claudian.

Corona, à κορωνὶς, κορώνη: quod ſit ornamentum capitis. Aut quia ſit figuræ rotundæ ſeu curvæ. Quanquam κορώνη Euſtath. & Heſych. eſt etiam εἶδος στεφάνου. Proba hæc nomenclatio. Scal. in Ceirin ita: *Choronam* veteres ſcribebant adſpirate, conſcii ſcilicet ſibi ejus etymi. Nam primum, veteribus στέφανος χορωνὸς vocabatur, παρὰ τὰς χερὸς ὁμόψηφος eſt Appion Gram. Rhodig. l. 6. c. 19. Simonides:

Φοῖβος ἐσηγεῖται τοῖς πενταελδησιν ἀοιδῆς,
Ἃν ἄμετροι τέττιγες ἀπημείψαντο χορῷ.

A corona per deminutionem fit *Corolla*, στεφανίσκος. Amplius à *corolla* fit *corollarium*: quod autore Varr. l. 4. ſignificat id, quod additum, præterquam, quod debitum eſt, tanquam auctarium quoddam: à *corollis* nomen deducitur:

ducitur: quod hæ, cum placuerant actores, in ſcena dari ſolitæ ſint. Gloſſ. *corollarium*, ἐπισφράγισμα. Scalig. in Theoph. de pl. *Corollarium*, i. e. ſententia ſententiam conſequens ſuperiorem, non ſecus ac floſculus excipit floſculum in corolla. A χορὸς eſt *choréa*, χορεία, i. e. tripudium *Choraules*, Martiali ab αὐλὸς, qui modulatur in choro. *Choragus*, χορηγὸς, dux chori. Caſaub. *Choragos* vocant hodie eos, qui pecunia ſua chorum conducunt & inſtruunt: at primitus χορηγὸς dicebatur is, qui erat vere ἡγεμὼν τοῦ χοροῦ: cujus erat officium videre, ne imperitia chori, aut laſcivia vetus Muſica corrumperetur. χορὸς à Plat. l. 2. de Leg. ἀπὸ τῆς χαρᾶς ducitur. Ita Hebr. דוץ eſt tripudiavit cum gaudio, vel ſaltavit. Unde germani ſuum accepere. Latini atque Græci ſuum è מחול formarunt, *Lamed* in R tranſeunte, i.e. chorus, tripudium.

Corbus, Corax, ap. Cic. κόραξ. Ab Hebr. ערב *boreb*, *coreb*, à nigredine & clamore: etiam populi ſuffragiis. *Nycticorax*, Germ. Nachtrabe: quaſi nocturnus corvus. Gloſſ. Cyr. νυκτικόραξ, ales bubo. A *corbus* eſt *corbitor* aut corvitor. Joſ. Scal. Saltatores vel cernuatores. Feſtus vocat *corbitores*, more ſcribendi antiquitus uſitato imperitis librariis, qui B cum V & contra commutabant. *Corbitores* enim ſine dubio dicendum erat. Qui enim geſtus cernuantium, ut modo ſurſum, modo deorſum ſpectent, is & *corborum* eſt, & cornicum, & monedularum, quæ ubi pedibus aliquem locum inſiſtunt, modo ἀνανεύουσι, modo ἐπινεύουσι.

Corymbus, κόρυμβος, à κόρη: eſt enim quidquid ſuperius, aut eminet, ſive quod veluti caput eſt: ut cacumen montis, coma in nodum erecta, item quod in arboribus & plantis ſuperat, aut eminet. Virg. 3. Eclog. Diffuſos hedera veſtit pallente *corymbos*. Et Statius: teneris crinem redimite *corymbis*. Scal. in Ætnam: Eſt, inquit, *corymbus*. quidquid in panicam aut ſtrobilum aſſurgit, ut in cinara videmus & in ſcolymo. Sed *prima* notio τοῦ κορύμβου eſt in capite veterum Atticorum tutulus, ſeu meta ſuggeſtus capillorum. Hæc ille.

Coſmus,

Coſmus, κόσμος, mundus. Ariſt. (vel quicunque alius ſit autor) l. 1. de mundo: Κόσμός ἐστι σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. Quod convenit cum ſacris Gen. 2. 1. Perfecti ſunt cœli & terra & omnis exercitus eorum. Apoc. 10. 6. ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ αὐτῇ. Nomen & Græcis & Latinis ab ornatu eſt. Nam & illi κόσμον dicunt, primo ejus nomenclaturæ *Pythagora* auctore. Id enim ita *Laertius*: τὸν οὐρανὸν πρῶτον αὐτὸν ὀνομάσαι κόσμον: hunc primum Cœlum appellaſſe mundum: quod tamen alii ad Parmenidem, *Zeno* ad Heſiodum refert. *Galenus* cum *Laertio*: Πυθαγόρας πρῶτος ὠνόμασε τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν κόσμον: *Pythagoras* primus appellavit hunc rerum ambitum Mundum. Idem de eo Plutarch. l. 2. de placitis philoſ. & cauſam etiam addit: ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως: ab ordine, qui eſt in illo. Ab ordine, inquam, ſive à toto ornatu. *Plin.* l. 1. c. 4. Quem κόσμον Græci, nomine ornamenti, appellaverunt, eum nos à perfecta abſolutaque elegantia *Mundum*. Nam & *muliebrem mundum* obtinuit dici. *Cicero de Univerſ.* Varietate diſtinctum bene Græci κόσμον: nos lucentem mundum nominamus. *Triſmegiſtus* interiorem nomenclaturæ cauſam dat: εἰκότως κόσμος κέκληται· κοσμεῖ γὰρ τὰ πάντα τῇ ποικιλίᾳ τῆς γενέσεως, & plura quæ addit: Merito mundus ſive ornatus dicitur. Ornat enim omnia varietate generationis, continuatione vitæ, indefeſſa operatione & operatione genitorum. Quæ ratio mundum proprie ſpectat, quatenus facit aliquid, & eſt DEus. *Iſidori* nova originatio eſt, immo vetus ex Varrone: Mundus, *inquit*, quod in ſempiterno ſit motu, ut cœlum, ſol, luna, maria. Unde & animalia Varroni videntur Elementa, quoniam per ſemetipſa, inquit, moventur. Ap. Lucr. l. 4. exſtat *acoſmos*, ἄκοσμος. verſus eſt: *Nigra Melichrus eſt: immunda & fœtida, acoſmos.*

Cottabus, κόσσαβος, & κότταβος. Græci in conviviis ſolebant è poculo reliquias vini arte quadam in terram elidere, ut ſonum redderet: vel, (ut Cic. 1. Tuſc.) reſonaret. Id κοτταβίζειν, ἀποκοτταβίζειν, cottabum facere, vocabant.

cabant. Hor. l. 2. carm. ad Poſth. od. 14. eſt *Tingere pavimentum mero ſuperbo*. Plin. l. 14. c. 22. *elidere in pavimento ſonum.*

Covali, erant dæmones quidam Dionyſiaci, quos nuncupabant κοβάλους, aſperi & immites. Item *Covalos* vocabant, qui luſu aſſimilato fallerent, ut ſcribit Harpocratio & Philorchus. Κόβαλος dictus, quaſi κακόβουλος. A conſilio malo.

Crambe, κράμβη: ex quo Arabicum *Corumb* vel *Korumb* corrupte. κράμβη dicitur quaſi κορύμβη vel κοράμβλη: quoniam τὰς κόρας ἀμβλυώσει. Minime tamen κοράμβη vel etiam κοράμβλη. Attica vox eſt aut aliis Græcis uſurpata: ſed ad patefaciendum etymon ita modo ficta. Hen. Stephan. in palæſt. ait, aliam ap. Juvenal. inveniri vocem, quam *Crambe* (videlicet *Cambre*) in illo verſu, unde ſumtum eſt proverbium: Occidit miſetos *cambre* repetita magiſtros.

Crapula, extrito I. more Æolenſium: κραιπάλη, παρὰ τὸ κάρα πάλλειν: ut proprie ſit dolor ex nimio hauſtu, qui caput affligit. Plin. l. 23. c. 1. capitis dolorem & vertigines facit: ab hoc dicta crapula eſt. A πάλλω, eſt enim *Pallas*, παλλὰς, à vibranda haſta. Ni te magis afficit Hebraicum נִפְלָא, i. e. velatus, abſconditus fuit: item miraculum fuit in oculis hominum: admirationi fuit, arduus & excellens, extra captum noſtrum. Optime convenit *Palladi*, i.e. artibus ingenuis. Nam hæ & obſcuræ ſunt, & arduæ & mirabiles. Ex Hebræo eſt etiam φωλεὸς: proprie locus abſtruſus, & quaſi velatus: ut antrum, fovea.

Crater, κρατήρ, & κρητήρ, in quo vinum aut liquor alius miſcetur: κεράω, κεράννυμι eſt miſceo. Ab Heb. קְעָרָה, i.e. catinus, ſeu poculum, in quo miſcebant. *Crama*: Κρᾶμα, miſtura. Et κατ᾽ ἐξοχὴν vinum. Hodie idiotiſmo Græcanico κρασί. Item *crates* ab illa miſtione. Aliis à κρατεῖν. Sed *pincerna* dicitur quaſi πῖνον κιρνῶν. Aut à πίνειν & κιρνάειν. Ratio eadem. Aut ἐναλλακτικῶς *princerna*, quaſi *vincerna*: quomodo Græcis οἰνοχόος dicitur. Verba κιρνᾶν, κεραίειν, κεραΐζειν, κεραννύειν, κεραννύσθαι, κιρνᾶν æque ſignificant *miſcere*.

μιλί-

---- μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα. Homerus.
οἰνοχόημα est, quod à pincerna infunditur. Ap. Hesych. & Suid. est οἰνοχόος ὁ ἐπικέρνης. Portus emendat. ὁ πιγκέρνης. Potius ὁ πικέρνης: sicuti apud Godinum inter nomina dignitatis ὁ πικέρνης. Similiter Herodoto est pincerna, ὁ πρὸς τῇ κύλικι οἰνόπτης. Atheniensibus apud Ephesios in festo Neptuni, ταῦρος: Apud Hellesponticos ἐπιγχύτης: Ap. Hebr. מַשְׁקֶה *maschkeh* miscendo etiam & infundendo. *Miscere* enim non solum Latinis: verum etiam Hebr. & Græcis quandoque infundere, vel etiam aliquid admiscere. Psal. 102. 10. potum meum cum fletu *miscui* Prov. 9. 5. bibite de vino quod *miscui*. Daniel. 14. 10. Tu rex pone escas & vinum *misce*. Quod Pagninus ita vertit: *vinumq; infusum statue*. At Tremell. *Et vinum miscens propone*. Plutarch. sympos. 8. probl. 6. ubi Græca & Lat. quædam vocabula conferuntur, ὡς, οὐκ ἂν εἴποι ἐπὶ κῶμον Ἑλληνικῶς, κωμισσάτιν (comissatum) λέγεσθαι, καὶ τὸ κεράσαι, μισκῆραι (Miscere) καθ' ὅμηρον. Ubi obiter nota τὸ η esse *Etha*, non *Itha*: quod tamen male pertinacibus eripi non potest.

Crebrum formant à cresco: sicut *cribrum* à cerno. Scal. in Arist. hist. de anim. l. 8. c. 16. *Crebescere*, verbum militare: cum vallum munirent, aut telis tuerentur; & lixas ac calones adhortarentur ad suggerendum: *Gere porro*, aciebant. Inde crebro. Hæc ille. Malim ab Hebr. כַּבִּיר *cabbir* est creber, validus. כַּבָּר crebro, jam, frequenter Ita כְּבָרָה *cebarah*, est *cribrum*. הִכְבִּיר est multiplicare, crebrum esse. Fiat levis transpositio literarum. A *creber* fit increbesco: non *increbresco*. Ut à ruber, rubeo, rubesco, erubesco: sic à creber: crebeo, crebesco, increbesco. *Dicis, ut putresco, crebresco faciendum*. Sane: si *increbruit* esset, ut putruit. At non ita. Omnes *increbruit*, ajunt. Et à putris est putresco. R enim sequitur consonam. Quod non fit in creber. Ergo *crebesco* rectum, in quo etiam asserendo multus est Manutius, quem consule, si voles.

Crepare, Varro. l. 5. videtur natum è sonatu. *Increpare* est,

eſt cum eruptione vocis & immani ſonitu reprehendere inquit Valla l. 4. c. 29. *Crepax*, à crepo: ut ferax à fero: rapax à rapio. *Crepitaculum* à crepitatum formatur: ut obſtaculum ab obſtatum & ſimilia. *Crepitacillum*, apud Tertull. l. 5. contra Marcion. *Crepundia*, quibus prima ætas capitur, à *crepando*. Germanis eadem cauſa Klapperwerck. *Decrepitus*, i. e. ſenex, ab inceſſu tardiori, qui crepitum ſive ſonitum crepantem excitat. Feſtus: *decrepitus*, inquit, eſt deſperatus crepera jam vita. Sive quia propter ſenectutem nec movere ſe, nec ullum facere poteſt crepitum. Joſ. Scal. A lucerna, vel candela, quæ ultimum exſpirans *crepitum* edere ſolet. Hoc enim eſt *decrepare*, ut ap. Perſ. deſtertere. Gen. 18. 11. Senex dicitur *vergens ætate*: metaphora ab occumbente ſole. A *crepo* etiam fit *legicrepus* ap. Fulgent. in Aſtronom. Gloſs. *Legicrepa*, νομοκρέφας i. e. qui leges crepat. Eadem analogia *pilicrepus*. Pilæ enim crepant ac ſonitum edunt, cum datatim luduntur & decidunt. Gloſſæ Iſid. *pilicrepus*, qui pila ludit. Sen. epiſt. 56. *ſi pilicrepus ſupervenerit*. In veteri lapide: *Ego ſum, ovantes convenite pilicrepi*. Lipſ. in Senec. exponit pluribus.

Creperum, Scal. Ex. 78. Veteres Latini dubium vocabant, origine Græca, κρεπαιόν, i. e. velox, citum. Incitatus enim curſus & præceps oratio, ille viſum, hæc aurem fallit. *Crepuſculum*, quia dubia lux. Ubi alter alterum non agnoſcit: quomodo Hebræi diluculum deſcribunt. Ruth. 3. 14. Ovid. 3. Metam.

Quod tu nec tenebras, nec poſſis dicere lucem:
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.

Aut à κνέφας, N in R mutato. Κνέφας, γνέφας, ab Hebr. גָּנַב, i. e. furatus eſt, involvit tenebris. *Cnephoſum* antique, i. e. tenebricoſum, κνεφαῖον: Ita ζόφος à צָפַן, abſcondidit, velavit.

Crepida, à κρηπὶς, ῖδος ap. Scal. c. 26. L. L. Horat.

Sapiens crepidas *ſibi nunquam, Nec ſoleas fecit* — —
Crepidas lingere carbatinas. Catullus carm. 99.

Carbatina, καρβατίνη genus ruſtici aut vilis calceamenti, Suſpicor à reſta [illegible]. *Crepido*, i. e. ora terræ

terræ, quam aqua alluit. Nam & κρηπὶς idem est, quod basis, fundamentum, margo.

Cresco Scal. c. 123. L. L. *crescere est creascere*, i. e. accipere augmentum in carne, παρὰ τὸ κρέας. l. 1. de plan. Videtur de *carne* primum dicta ex eo, quod erat κρεάζειν. Unde fuerit AEolensibus, quos Latini secuti sunt, κρεάσκω. Hæc ille. Item *crassus* haut dubiè etiam à κρέας, ab augmento carnis, quasi κρέασσος. Hinc etiam Isid. ait l. 10. *Crassus* à sagina corporis dicitur.

Creta κρήτη, sive *Cureta*: insula in medio Ponto, quam incolebant olim viri fortissimi, & rerum bellicar. peritissimi, qui ubique plurimos excindebant, dicti *Curetes*. Inde nomen obtegit כְּרֵתִי *cereti*, à Rad. כָּרַת, *carat*, i. e. scidit, excidit, percussit. Atque ita inde etiam *Cres*, κρής. Tamen ap. Strab. l. 10. Geogr. *Curetes*, κουρῆτες aliis dicuntur ἀπὸ τῆς κουρᾶς, quod sinciput raderent. Aliis à κόρη, quod more *puellarum* vestes gererent. Aliis quod κόροι καὶ νέοι Rheæ servierint: vel quod κοῦρον Jovem educaverint. Omnino ipse Strabo excutiendus. Sed ab eodem Hebr. fit κροτέω, pulso, percutio: κρότος, κρότημα. Item *crotalum*. Quod sic describit Apuleius: Dextra, *inquiens*, ferebat æneum crepitaculum: cujus per angustam laminam in modum balthei recurvatam trajectæ mediæ paucæ virgulæ, crispante brachio tergeminos ictus, reddebant argutum sonum. *Hæc ille*. Sed & testulæ item, nec non ossicula usum crotali præstabant, quæ vocabantur *Crumata*. Martialis:

Edere lascivos ad Bœtica *crumata* gestus. à κρούω, pulso.

Crissare, proprie prurire. Verbum Tarentinum, κνισσᾶν & κνιτλᾶν. Non à κνίσσα. Sed quod alii dicunt κνίζειν, ipsi κνιτλᾶν vel κνισσᾶν. N. in R. migrat: κνισσᾶν crissare. Ut μονὰ, *mora* (est enim mora dilatio temporis) φονία *furia*: φονᾶν *furere*: κνίφας *crepus*, ude *crepusculum*: κνισσός *crissus*: γνῶμα *groma*: γνωμονικὸς *gromaticus*: ap. Scal. in Priap. Festus: *gromagenus machinula, qua regiones agri cujusq; cognosci possunt, quod Græci dicunt γνώμονα*. Est scilicet ὅπλον τεκτονικὸν, quadratum duabus rectis se intersecantibus sectum: ut ait Lips. l. 5. de mil. Rom. dial. 11.

Lucil.

Lucil. *Viamq; bis degrumari, ut caſtris menſor facit olim.* Gloſs. *grumat*, μετρεῖ, ἐξισοῖ: metitur, exæquat. *Gruma*, γνώμων βασιλικὴ, γνῶμα, διόπτρα.

Criſta, in vertice aut capite alitum, ut galli. Item in galea. A κάρα, κάρη: & κέρας, κρὰς, i. e. caput. Gloſs. *Criſta*, περικεφαλαία. Si λῆξιν aut appendicem Latinorum admoris, fiet *craſta*: poſtmodo *criſta*. Nec infrequens eſt vocalis primæ mutatio in aliam: ut κόρυς, quod item à κάρα. Ita habeo, *adhabeo*, adhibeo: impetratus, *impetritus*: Stare *ſtire*: & ſic *craſta* criſta.

Crocutula, Turn. l. 29. c. 25. & l. 26. c. 29. *Crocotula*, inquit, veſtis erat mulierum, non virorum: & abſque dubio ea eſt, quam Græci κροκώτιον appellant. Et Maro dum 9. Æn. dicit: Vobis picta *croco* & ſplendenti murice veſtis: *crocotium* intelligit, ut effœminatos & ſemiviros inceſſat Trojanos. Utitur & Cic. de aruſp. Reſp. Scal. in Ciri: *Quæ prius in tenui ſteterat ſuccincta crocota*, notat, *crocotam* etiam hodie decurtato nomine *cotam* vocamus in tota Gallia. Hæc ille. Origo itaque monſtrat, qualis ea veſtis fuerit. Κροκωτὸς enim eſt *croco* tinctus. Cleomedes l. 2. κυκλ. θεωρ. Sardanapolo Epicurum hoſtem ſuum, committens, ait: οὐκ ἀποφθεγξῇ γυναικὸν κάθαρμα ἐπὶ τὰς κροκωτὰς καὶ τὰς παλλακίδας. *Epicrocum* genus amiculi, *croco* itidem pictum. *Crocus*, κρόκος & κρόκον: *Croceus* & *crocinus*, κρόκινος, deſcendit ab Hebr. כַּרְכֹּם *carcom*, *crocom*, quod idem ſignificat.. Et LXXII. verterunt κρόκον. Sicut etiam vetus interpres, Pagn. Tremel. Buxtorf. & alii, *crocum*: Cantic. 4. Iſid. *crocodilus* dicitur à croceo colore l. 12. c. 6. Et Petr. Martyr Mediol. l. 3. de legat. ad Sultan. narrat, audiviſſe ſe à nautis flavos eſſe crocodilos. Aliis ἀπὸ τοῦ κρόκου & δειλοῦ, quod *crocum* timeat ac fugiat. Unde in Ægypto juxta apiaria & ubi alias mel conficitur, crocus diſpergi ſolet, ut ejus odore crocodilus fugetur. Quod etymon Etymologicum Græc. ut & Euſtathius probat. Si quis hanc beſtiam perſequatur, fugit: ſi quis fugiat vero, perſequitur. Unde parœmia exſtitit: *Gloria crocodilus eſt*: Nam & illa ſequentem fugit, fugientem ſequitur, ut docet Seneca.

Mart. l. 5. epig. 62. Crocodilus eſt *fera Niliaca.* Deſcribit Plin. l. 8. c. 25. Marc. l. 22. Herod. l. 2.

Cruor, à κρύος: quia ſit ſanguis è vena elapſus & jam frigefactus. Sicuti paſſim diſcriminant: *Sanguis* ineſt venis; *cruor* eſt è corpore fuſus. Gloſs. *Cruor* αἷμα πεπηγός. A cruor, *cruentus*, ut, ut à fluor fluentus, unde *fluentum* ſuperat. Item à cruor *cruidg* ut à fervor, fervidus, à fluor fluidus: & poſtea *crudus*, ſicuti caldus ex calidus. Et rurſum à crudus *crudelis*, h.e. qui ſanguinem fundere geſtit: Ut à fidus fidelis, In Gloſs. eſt *crudarium*, ὠμόλινον. At κρύος eſt Hebr. קוֹר, *kor*, *kro*, verbum eſt קָרַר, *karar*, i. e. friguit, frigidus fuit. *Crudus* Gr. ὠμός, itidem ab Heb. אָיוֹם, *aiom*, *aom*, i. e. crudelis. At ὦμος, humerus fit ab אַמָּה *ammah*, *am.* quod idem: à quo etiam Latin. *humerus*. ὦμος more Spartano ὦμορ. Ab ὦμος, ἐπωμίς: & Latinè *epomis*, i. e. quod ἐπὶ τοῦ ὤμου, humeris iniicitur, aut imponitur.

Crux à κρούειν, i. e. pulſare, affligere. Fullero à χάραξ l. 4. Miſc c. 12. Ap. Hebr. eſt כָּרַת, *carath*, percuſſit, ſcidit. Item קָרַץ, *karaz*, eſt feriit. *Kerez* eſt excidium, interitus. Eſt ergo *crux* primò idem, qui angor, tormentum atque etiam interitus. Ut comicis frequenter eſt: *abire in malam crucem.* Plaut. prol. Men. de homine aquis merſo: *Abſtractum in maximam malam crucem.* Terentius etiam meritrices dicit *cruces:* quia juvenes macerent & affligant. Iterumque Plaut. Aulul. *Aliqua mala crux ſemper eſt, quæ aliquid petat.* Hodie adſtricta illa ſignificatio valde in uſu eſt, cùm peculiariter cruciatum & interitum notamus in ligno. Scilicet κατ᾽ ἐξοχὴν, quia eximius ille dolor, mors tarda & planè cum ſenſu Beza ad Caſtell. Generali nomine crux vocatur, quidquid nos excruciat: proprie poſtea de illo ſupplicii genere dicitur. *Cruciare* item eſt affligere, & dein cruci affigere. Auſon. in Cupid. crucifix cruciaverat illic

Spreta olim memorem Veneris Proſerpina Adonim.
Hegeſipp. l. 5. c. 18. Capiebantur innumeri Judæi, quingenti

Digitized by Google

genti fermè ad diem *cruciabantur*, i.e in crucem agebantur Paulinus Natal. IX. Fel.

---- *cruciata* in carne coruſcum.

Agnoſcant trepidi ----

Gloſs. *Cruciat & cruciſicat*, σταυρῶ. *Cruciſicatus*, ἐσταυρωμένος. *Crucifer* etiam eſt ap. Prudent. in hymno ante cibum. Gloſs. σταυροφόρος, crucifer. *Cruciſalus* qui in cruce ſaliat, ap. Plaut. Bacchid. & alludit ibi ad Chryſalum. Etiam *cruciarius* invenitur, is ſcilicet qui in cruce, vel qui ea dignus. Petron. in Satir. *cruciarii* unius parentes ut viderunt noctu laxatam cuſtodiam, detraxere pendentem. Iſid. l. 10. *cruciarius*, quod ſit cruce dignus. Apul. Nec tantillum *cruciarius* ille deterritus. Amm. Longum eſt, quæ *cruciarius* ille conflavit. Tertull. ὑπερϐολικῶς hac voce utitur. Febris per *cruciarios* & mortiferos exitus erogat hominem, i. e. cruciantes. Qua mente & *vinum crucium* in Lucillio Feſtus obſervat, inſuave acerbum. Tŵ *crux* ferè συνώνυμον eſt *gabalus*. Nonius ex Varr. citat: Nos barbari, quod nocentes in *gabalum* ſuffigimus homines, vos non barbari noxios abſolvitis. Eſtque originis Hebr. Scilicet à גִּבְעָה. i. e. collis, quia *gabalus* in loco tumidiori. Inde quoque *Gabba, Gabaa* vel *Gibea*, nomen opidi Judæ, Jeſ. 10. *Gabbatha*, γαββαθᾶ, eminens vel excelſum. Græce dicitur λιθόστρωτος, i. e. lapidibus ſtratus: & erat locus editior, vel ſtratum lapideum eminens. Etiam *Gabal* גָּבַל eſt limitavit: גְּבוּל, *gebul*, eſt terminus, limes, aut (verbo Lipſii) rectus ſtipes in agris. Quid niſi tale crux, quæ erecta & in excelſo? Ex Hebræo quoque Perſicum *Gali*, i. e. excelſum. Item noſtrum **gabel**/ i. e. furca. Noſtras vox, inquit Lipſius, quantulum abit, qui patibulum *Galgam*, appellamus: Sed nec Gallica valde abludit. *Ungibet*. Videatur etiam Caſaub. Ex. 16. ſect. 78. contra Baron.

Crypta κρύπτη: locus occultus, aut latens. Juvenalis.

Et ſolitus mediæ *cryptam* penitrare ſaburræ.

Crypticus, κρυπτικὸς, qui omnia occultat. *Encryphias* in Athen. l. 3. c. 14. genus placentæ ſubcineritiæ, ſic dicitur

quod cineribus *obtegatur*. A κρύπτω, quod Hebr. קבר *kabar*, *krab*, i. e. occultavit, sepeliit.

Crystallus, κρύσταλλος, quasi κρυόσταλλος, quippe ἀπὸ τοῦ κρύους συσταλὲν ὕδωρ ὑδῶδες. Quia sit aqua à frigore sic compacta: aut potius videatur. Glacies, inquam, videtur esse, & olim putabatur lapis è frigore ita genitus. Contra inquiunt: In calidis ut plurimum oris legitur: non fortuitæ, sed unius semper figuræ: nec liquitur, aut ab æstu solvitur, ut glacies, & quæ hujus generis solent. Quippe cum lapis sit ex humore sui generis purissimo, ut berillus, adamas & alii genitus. Quæ sententia Plinii sit, legitur l. 37. c. 2. Cardan. l. subt. 7. Solin. c. 25. Putant, inquit, glaciem coire & in crystallum corporari, sed frustra. Nam si ita foret, neque Alabanda Asiæ, neque Cyprus insula hanc materiem procrearet quib. regionib. incitatissimus calor est. Sed audiamus Scal. Ex. 119. Glacies nondum evecta ad lapidis duritiem adhuc aqua est; neque crystallus quidquam præter gradum concretionis habet. Ubi verò eo usque provecta est, ut desinat illud esse, cum lapidis forma commutat illam præparationem: neque negat, sese aliquando fuisse aquam, quæ postea lapidis & subierit formam & induerit. *Et post*: Dicam igitur lapidem crystallum, quia mergitur: è glacie factum, quia fuit aqua. Hæc Scalig. Videatur etiam l. 6. Fossil. Georg. Agricola.

Cubitus, & *cubitum*, à Græc. κύβιτον. Hesych. ponit κύβιτον: Suidas & Etymologista κύβηλον: Pollux κύβιτον & κύβαλον: si hoc posterius tamen caret mendo. Scal. in Arist. histor. de Anim. l. 1. c. 13. Ἀγκῶνα hîc accipit pro osse ab humero ad flexuram. Verùm ἀγκὼν flexionem verè significat. Nam quâ ratione *Drepanum* in Sicilia: eadem in Piceno *Anconam*. *Cubitum* Latini. κύβον, enim angulos habet multos: & Pollux ab Hippocrate acceptum κύβιτον, putat Doriensium esse vocem. Unde Epicharmus κυβιτίζειν scripserit pro eo, quod est *pulsare*. Ipse a. Hippocrates in libro de *fracturis* ἀγκῶνα, pro plicaturæ loco accipit non semel.

Cubus, κύβος, à κύπτω. *Cubus* est figuræ quadratæ, & im-

& immobilis ita jacet. Hinc virum bonum *τετράγωνον*, quia à virtutibus non discedat: contra fortunam dixerunt *rotundo* lapidi insidere: quod *volubilis* erret & passibus ambiguis. Inde à *κύβος* est *cubo*. Postea ut jugo jungo, pago pango, factum est *cumbo*. Item *cubile*, ut sedile, cavile. Ab accubo est *accubuus* in Plauto: sicut *assiduus* ab assidio. Scalig. poet. l. 4. c. 16. mavult à *κύμβαχος*, quod significat *cernuum*. Hinc Virg. 10. Æn.

Ejectoque *incumbit* cernuus armo.

Ubi *cernuum* posuit, quod verbum explicaret. Ap. Hebr. שָׁכַב *schachab*, *cab*, est cubuit. Tolle initium, & veram originem habebis. *Incubus*, morbus: quanquam externa vis quædam, aut moles, *incubare* videtur: unde nomen. Sicuti *ephialtes*, *ἐφιάλτης*, aut *ἐπιάλτης παρὰ τὸ ἐφάλλεσθαι*, ab *insiliendo*. Serv. in 6. Æn. & Isid. l. 8. orig. c. 11. *Pilosi*, qui Græcè, *Panitæ* (alii legunt *πανίσκοι*) Latine *incubi* appellantur: sive *inivi* (alii malunt *inui*) ab *ineundo* passim cum animalibus. Unde & *incubi* dicuntur ab *incubando*. August. l. 15. de civ. Dei c. 23. Sæpe improbi existunt etiam mulieribus, & earum peragunt concubitum, quos Dæmones & Galli *Dusios* nuncupant, quia assidue hanc peragunt immunditiam. Quem autem vulgo *incubonem* vocant, hunc Romani *Faunum* ficarium dicunt, ad quem Hor. 3. carm. 18. Faune nympharum fugientum amator, Per meos fines & aprica rura Lenis incedas. Hieron. Jes. 13. *Pilosi* vel *incubones*, vel satyros silvestres quosdam homines, quos nonnulli *Faunos* ficarios vocant. Gregor. 7. Moral. c. 15. Quinam alii *pilosi* appellatione figurantur, nisi hi, quos Græci Panas, Latini *incubos* vocant? Onomast: *Incubones* *ἐπιχθονίους*. Meminit etiam Bodin. l. 2. dæmon. c. 7. ubi *innus* legit, non *inuus* aut *inivus*. Sed *ἀνάλογον* mihi videtur, *inuus* ab *ineo*: ut assiduus ab assideo Et Jos. Scal. *Inui*, *ὀχευταί*. Nam *inuus*, *ὁ ἐφιάλτης* Servio. Idem Bod. ibidem: In voce (inquit) *Dusios* errant: legendum enim *Drusios*, quos silvestres diabolos dixeris. Scalig. de Insomn. Morbi genus est, aut potius affectionis, *ephialtes*, quasi

 assul-

assultorem dicas. Multarum ea pestis index, ac prævia ægritudinis: haut dissimilis hujus affectionis, quæ describitur hic: à pondere & pressione dictum putant. Itaque *giganti* cognominem voluere; cujus meminit Plutarch. in lib. de fuga. *Paulus* mavult ab eo, quod *resiliant*, qui premuntur. Latini ab oppressione, concinna voce *incubum*: sicut à suffocatione Græci *πνιγάλιωνα*: à Themisone *πνιγαλίων*. Nam & Dioscorides vocat *πνιγμὸς ἐνύπνιον*

Cucumis non à curvus: sed à Gr. *κικυὸς* ap. veteres. Inde nostrum Latinum, ait Jos. Scal. ne putes Varroni de hac re assentiendum. A *curvus* facit *cucurbitam*, idem Scal. Ap. Juven. est *ventosa cucurbita*. Κικυὸς & quod usitatum, σικυὸς i.e. cucumis, fit ab Hebr. Num. 11. 5. קִשֻּׁאִים *Kischuim*. Interpr. Græci vertunt *σικύους*. Et Lat. omnes *Cucumeres*.

Cudo, est galea & tegimentum capitis. Gloss. *cudo*, εἶδος περικεφαλαίας. Silius l. 16.

> Scipio contorquens hastam, cudone comantes
> Disjecit crines.

Alii *cudere*. Rectius à כידון *cidon*, i. e. galea, lancea. A כיד, i. e. cædes. Aut à Gr. *κώδιον*, *κῴδιον*, quod est vellus ovinum.

Culeus. Agric. l. 1. de mens. Rom. vult esse nomen Græcanicum. Et rectè. Κυλεὸς Jonicè pro *κολεός*. Ap. Columell. est dolium *sesquiculiare*. Est enim & vasis genus & mensuræ. Item saccus simpliciter. Item *κυλεὸς* vagina. Gloss. *Colleum*. ὁ πυρὸς ἀσκός. Et post: *culleus*, ἀσκὸς βόειος, λάγηνος.

Culex, quasi *Aculex*: ab aculeo dictus, quòd sanguinem sugat, Isid. l. 12. c. 8. Et Aguft. in Ps. 148. Quis dedit *aculeum* culici, ut sanguinem sugat? Quam tenuis fistula est, qua sorbet? Tertull. 1. contra Marcion. culici attribuit tubam & lanceam. *Cana culex* ap. Plaut. in Casin. per convicium appellatur senex amasius, quod sua promuscide cutem formosarum mulierum pertundat & tanquam siphone sanguinem eliciat, interprete quidem Turn. l. 16. c. 3. Matt. 23. qui *culicem* percolant,

came-

Digitized by Google

camelum autem deglutiunt. i. e. qui in frivolis anxiè & ſuperſtitioſè trepidant: ea autem, in quibus momentum eſt præcipuum, de induſtria negligunt. Culex Heſychio κωνωπὶς, alias Græcè κώνωψ. Unde κωνωπεῖον, *Conopeum*. Eſt & *conopeum* papilio, ſeu genus retis, in modum tentorii, quod arcendis muſcis & culicibus lecto obtenditur, Nili accolis in Ægypto præter cæteros uſitatum: quòd ea loca propter paludes Nili hoc genere inſecti ſcaterent, teſte etiam Plin. l. 9. c. 7. Hinc Flaccus epod. 9. in caſtris Antonii & Cleopatræ etiam *conopeum*, ut molle & Romanæ diſciplinæ parum decorum reperiri indignatur. *Interq́ ſigna*, inquit, *turpe militaria Sol adſpicit conopeum*.

Culmen & *columen*: ſicut *culmus* & *columus*. Vox à priſcis agricolis, qui ſuperiores caſarum aut domorum partes *culmis* tegebant. Virgil. 1. Eclog.

------ *Villarum culmina fumant*. Et ibidem:

------ *Congeſtum ceſpite culmen*.

Quod hodieque in uſu: ut ſcilicet culmini ſtramineo ceſpes imponatur. Ubi domus jam perfecta ſuo culmine & tecto, dicebatur domus *columis, incolumis*: à parte illa potiori. Deinde *columis* eſt idem, quod integer, aut bene habens: ſumta ratione ab integritate culminis, ſive tecti. *Incolumis*, plus adhuc ſimplici. IN hic αὐξητικὸν, quod & alibi notavimus. Iſid. l. 10. *Columis* à columna, quod erectus firmiſſimus ſit. Verum à *columus* aut culmus *Columna*: quoniam inſtar *columi*, à forma: aut quia *culmen* ſeu tectum ſuſtinent. Unde vero *columus*? Idem eſt, qui *calamus*. Quod Virgilius teſtatur; & ad illum Servius. Tantum leve diſcrimen eſt, in pronunciatu, *calamus, calumus, columus*: & dein *culmus*. Gloſſ. *Culmus*, καλάμη, στάχυς. Et qui vel Germanica hodie tam diſpari modo pronunciari novit; illas literarum mutatiunculas invicem apud veteres non mirabitur.

Culter, & in Propertio *cultrum*. Gloſſ. *cultrus* σφαγὶς, μαχαίριον, *Cultra* μαγειρικὸν σφάγιον. Convenit cum illo Plautino Aulul. act. 3. ſc. 2. Eu. *Quia cultrum habes. Con. cocum decet*. Aliquando mihi videbatur *culter* dici q. *cul-*

cer, à *χαλκὸς*: ſcilicet à materia, è qua fiat culter. Aliis à *cultu terræ*: nam hæc primatus cultro ſcindebatur. Plin. l. 18. c. 18. *Vomerum plura genera*. Culter *vocatur*, *prædenſam, priusquam proſcindatur, terram ſecans*. Caſaub. in l. 4. Athen. c. 13. Latina vox *culter* Syriacam originem habet à קתר, occidit: tranſpoſitis literis poſterioribus. Græci etiam cultros *μαχαίρας* vocant aut *μαχαίρια*. Vetuſtiſs. Græci appenſam gladii vaginæ machæram geſtabant, eaque utebantur pro cultro: ap. Hom. *Hæc ille*. Verbum קְטַל *katal* legitur Job. 24. 14. Pſ. 139. & ſignificat *cædere* aut *occidere*. Quod proprium eſt cultri. Taubman. ponit *cultrum cibicidam*. Quæ vox in Nonio & Lucillio etiam invenitur.

Cuminum, *κύμινον*. Perſius

---- Pallentis grana cumini.

Quod explicat Horatius, dum vocat *exſangue* cuminum. Inopiam enim ſanguinis, aut corruptionem comitatur pallor. Verſ. Lyrici:

Quod ſi pallerem caſu, biberent exſangue cuminum.

Baptiſta Porta l. 8. c. 13.

Cuminum livorem palloremque bibentibus gignit. Cumino etiam ſufficiuntur, qui facies ſuas exterminant, ut ſanctitatem & corporis macerationem aſſimilent. *Hæc ille*. Vox ab Heb. כַּמֹּן *cammon*: teſte etiam Buxtorfio. Apud Ariſtotel. l. 4. Ethic. c. 8. eſt *κυμινοπρίστης*, h. e. cumini diviſor: & ita nimium parcus & verè ſordidus, qui cuminum etiam, granum ſanè puſillum, diffindat, & partem in aliud tempus reſervet. Simile de re itidem exiguâ exſtat apud Martial. l. 5. in Calliodorum ad Sextum:

Quadringenta ſecat, qui dicit, *σῦκα μέριζε*,
Uno credis equo poſſe ſedere duos?

Ubi Matth. Raderum, interpretem ſatis eruditum, conſulere par eſt. Amici intimi dicuntur *οἱ περὶ ἅλας καὶ κύμινον*, h. e. qui qualicumque victu contenti amicitiam colunt: ap. Plutarch. 5. ſympoſ. quæſt. 10.

Cuniculus, Iſidor. l. 12. c. 1. Cuniculi genus agreſtium animalium, dicti quaſi caniculi, quod *canum* indagine capi-

capiantur, vel excludantur ab ſpeluncis. At promtius Græci facere poterant ἀπὸ τ̃ κυνῶν τὰς κυνίκλους. Ita enim Polyb. l. 12. & Ælian. l. 13. de hiſt. anim. c. 15. eos appellant; niſi quod uterque Hiſpanam eſſe vocem dicit. Videre licet in Hadriani *numiſmate* Hiſpaniam ramum ilicis manu tenentem, ad cujus pedes *cuniculus*. Varro l. 3. de re ruſt. c. 12. Tertii (ait) generis eſt, quod in Hiſpania naſcitur, ſimile noſtro lepori, ſed humile, quem *cuniculum* appellant. Cuniculi dicti ab eo, quod ſub terra cuniculos ipſi facere ſoleant, ubi lateant in agris. De cuniculo, in bello differit Lipſ. l. 5. Polior. dial. 6.

Cunradus, i. e. valens conſilio, à Können/ poſſe, potens. Scal. Exerc. 266. Idem eſt *Cunrad*, quod conſulta audacia. Quæ quid aliud quam fortitudo? quam ſolam virtutem veteres judicabant. *Gebhard*, rectius Gebrath/ i. e. qui conſilium dat. Wolrat/ i. e. bene conſulens: *Eubulus*, εὔβουλος: Richardus, Reichrat/ dives conſilii. Vel Reckratt/ i. e. conſul inter heroas, ſive nobiles. Recke/ enim ſignificat proceros, magnos, eximios, Lutherus. *Olradus*, Altrat vel Saxonice Oltrat/ i. e. ſenior, vel ſenator, multarum rerum uſu præditus Juvenes enim ὄμμα τ̃ ἐμπειρίας καὶ φρονήσεως nondum habent. *Eccardus*, mea ſententia, inquit Lutherus, Hegerat ab Hegen/ id eſt, cuſtodire, ſervare. *Marquardus*, craſſe nimis. pro Margrat/ ſeu Marckrat/ conſul provinciæ. Marck enim eſt limes.

Cupreſſus & prius *Cypariſſus*, ap. Virg. l. 2. Georg. κυπάρισσος & κυπάρισσος. Iſid. l. 17. c. 7. *Cypreſſus Græcè dicitur, quod caput ejus à rotunditate in acumen erigitur.* Κυπάρισσος Græcis dicitur, παρὰ τὸ κύειν παρίσους τοὺς ἀκρέμονας: quod pares ramos pariat. Unde *cupreſſi* vocantur ἰσοζυγεῖς. Atqui Full. l. 4. Miſc. c. 5. pertendit *cupreſſum* dici ab Heb. גֹּפֶר *Gopher*, adeoque *gopher* eſſe ipſam *cupreſſum*. Enimverò nec literæ vocis, nec natura arboris per illam vocem notatæ, abludunt. Et *gopher* Gen. 6. 14. arcam Noah condidit. Jam *cupreſſus* ſtructuræ optimè ſubſervit: quippe ἄσηπτος καὶ ἄσηπτος. Et Petrus Martyr. de Legat. Babyl. l. 2. *Silvas cupreſſinas ita peculiares habent Creten-*

Cretenſes, ut domorum omnium trabes, contignationes, tabulataq; omnia ex illis arboribus, atque etiam naves conſtruant. Videatur Dioſc. l. 1. c. 86. & in eum Bauhin. & Matthiol.

Et non plebejos luctus teſtata cupreſſus. Lucanus: Rogis enim adhiberi ſolitam, propter gravem uſtrinæ nidorem, teſtatur Varro. Similiter Virg. l. 2. Æn.

cupreſſum templo deæ lugentis apponit

----- *Juxtaq; antiqua cupreſſus.*

Lib. 5. Æn. ponit, *ferales cupreſſos*. Hor. epod. 5. dicitur *funebris*: & 2. od. 14. *Inviſa*. Plin. l. 16. c. 33. *Cupreſſus diti ſacra: & ideo funebri ſigno ad domos poſita:* ſcilicet nobilium & divitum, uti Lucanus ante citatus, aliique autores teſtantur.

Curvus à κυρτὸς κυρτόω incurvo: idque ad differentiam *Curti*, quod aliud eſt. *Incurvi cervicum* pecus ap. Varr. Pacuv. Sic *camurus*, i. e. inflexus, curvus. *Camura* cornua, 3. Géorg. κάμπτω, i. e. flecto, incurvo: καμπή, i. e. curvatio, καμπτήρ, flexura: καμπτὸς flexilis. *Camuri* boves, ap. Feſt. Aliud vero eſt *cammurus*, κάμμορος ap. Hom. pro κακόμορος. Ἄμορος. Etiam *Cammarus* è numero piſcium: uti prolixe explicat in Lexico Martini. De *curvo* autem poſſit aliquis ſciſcitari, an non ad Hebr. linguam referatur. Sane non abnuo. Nam ibi eſt כָּרַע, i. e. curvavit crura, corruit in crura, flexit crura ſeu poplites, curvavit genua. Ex quo etiam *crus* ducitur. *Curtus* autem eſt per tranſpoſitionem à קָצַר, i. e. decurtavit, imminuit, קָצָר, *kazar*, i. e. curtus: unde noſtrum quoque vernaculum, Kurtz.

Cuſpis. Servius ad illud Virgilii, 10. Æneid.

----- *Cuſpis medium transverberat ictu.*

Sane (inquit) cuſpidem abuſive pro haſtæ mucrone poſuit. *Abuſivè!* Res mira: de veteribus tam libere minores judicare, aut licenter: nec ulla tamen addita cauſa. Omnium certe Latinorum ſuffragio *cuſpis*, ἀκή, ſive mucro. Nec aliud ingerit origo. Eſt enim vox à ſerpente. Cujus ictum & inprimis linguæ acumen quis neſcit? Lucret.

Linguæ

Lingua vibrante minantis. Serpentis ----- Virg. 3. Georg.

Linguis micet ore triſulcis. Et 2. Æn.

Sibila lambebant linguis vibrantibus. -----

Vox eſt ἀσπὶς: inde *cuſpis*, ſimplici mutatiuncula: ἀσπὶς à σπίζειν, quod eſt ſibilare, more ſerpentis beſtiæ. Poſt etiam extendere, girare: ab ejusdem flexibus, aut giris. Poeta rurſum l. 2. Æn.

Immenſis orbibus angues. ------ Item

Sinuatque immenſa volumine terga.

Etiam Luc. l. 9. ubi aliquot ſerpentum genera producit, iisdem *orbes* tribuit aliquoties. Quomodo & Sap. 16. 5. ſunt *angues tortuoſi.* Deinde ἀσπὶς eadem cauſa eſt *clypeus* uſitate. Iterum poeta:

----- *Clipeiq; ſub orbe teguntur.*

Æſchyl. Ἅλω δὲ πολλὴν ἀσπίδος κύκλον λέγω. Camerar. problem. etym. de c. 1. Ἀσπὶς unde? armatura inquam iſtæc. Num ab *aſpide* animali? Neque enim dubium eſt olim clypeos, qui ἀσπίδες ſunt, rotundos fuiſſe. Æſchylus etiam in Tragœdia ſecunda canit:

Halona grandem (ſic orbem Clypei voco)
Ipſo rotante exhorrui.

Iſtud vero ſerpentum genus, quum dormit vel apricatur, in orbes convolvit ſeſe. Utriusque vero ratione ex α & σπίζω, quod eſt, *extendere*, hoc vocabulum componitur. Si enim clypeum intellexeris, α privandi ſignificationem habebit, quod hoc non protendatur in longum, ſed in circulum contrahatur: ſin beſtiam, α intendendi particula fuerit, longitudinem corporis vel intenſum & acutum ſibilum innuens. Non tamen abſurde quiſpiam ſuſpicetur fortaſſe, conjectatus animantis nomen eſſe *factitium*, atq; *ſono ipſo* præ ſe ferre aſpidis quendam ſibilum. Hæc Camer. Obiter notetur, quod *aſpida* Siſenna vocet *Somniculoſam:* & Luc. l. 9. *Somniferam:* Quia lethiferum ſomnum morſu inducere Euſtathius & alii tradunt.

Cyclops, κύκλωψ, i.e. habens oculum inſtar cycli. Non dubium eſt, quin & *cocles* à κύκλωψ. Sic duplices Græc. literas deſinentes Latini mutant in S: ap. Scal. in conject.

Cym-

Google

Cymba, κύμβη. Et alibi etiam *cumba*. Eſt navis genus: & dicitur à κύμβον, quod παρὰ τὸ κυφὸν, à κύπτω. Idque propter cavitatem. A cymba fit *Cymbium*, κύμβιον. Eſt etiam poculum formâ naviculæ. Talia nomina multa & hodie ſunt & fuerunt antiquitus, vel ab effectore, vel materia, vel forma, vel fine, vel loco, vel ab accidente quovis alio impoſita. Scaliger ita: Poculorum, aut à materia, aut à forma, aut ab uſu, aut ab opifice, aut à poſſeſſore, aut à regione profectæ ſunt appellationes. Mateririam autem ipſorum duobus modis declaratam eſſe, primo παρὰ τὴν οὐσίαν: idque non una ratione, ſed aut à natura, ut κέρας: aut ab arte *Ciſſybium*, ex hedera: altera modo ἀπὸ τῆς ἕξεως, i. e. à facultate, ut fictilia. E luto enim audis quemadmodum fingi poſſint. A forma autem ut κύλιξ. Erat enim rotundum poculum. κυλῖν enim hoc ſignificat. Unde & κύκλος. Ab uſu, ut *pelvis*, *guttum*, *capida*, quæ à Numa in ſacris tantum ad rem divinam conſtituta fuerat: cujuſmodi etiam τὰ σπονδεῖα. Quanquam autem ſuper *Amiſtide* Thracia dubitarunt doctiores: tamen ab uſu dictum qui putat, mecum ſentit; quoniam ἀμυστὶ exhaurienda ſiccandaque erat. Opifices autem multis ab ſe nomina indiderunt, inter quos Lycius Myronis filius Bæotius, à quo χυκιοεργὰς: item Thericlea, propter poſſeſſores, ut Neſtoris. A regione vero vulgatius eſt, quam ut quidquam de eo ſcribatur; *Dodonæum*, *Samium*, *Corinthium*, *Campana*, ſupellex. Quare non eſt difficile, cujuſmodi *Cymbeum* fuerit, indagare. A forma enim nomen ſibi comparaſſe manifeſtum eſt propterea quod naviculæ ſpeciem præbere.

Cyperus, κύπειρος, etiam κύπειρον & κύπαιρος. Dioſc. l. 1. c. 4. etiam ἐρυσίσκηπτρον vocari à nonnullis refert. Plin. l. 21. c. 18. *Quidam etiamnunc unum genus faciunt junci trianguli, cyperon vocant.* Et mox: *Cyperus juncus eſt angulosus*. Etiam invenitur cyperus quadrangulari caule. Ex quo Corn. Celſus l. 3. c. 21. vocat *juncum quadratum*. Oritur vox *cyperus*, ab Hebr. כֹּפֶר *copher*: quod non modò ſignificat bitumen, ἄσφαλτον: ſed etiam arbuſculam ſatis odoratam. Cant. 1. 14. *botrus cypri*. LXXII. τῆς κύπρου.

κύπρε. Tremell. & Jun. *Bacca cypri*. Etiam jungitur cum nardo, Cant. c. 4. 13. κύπρεοι μξ̃ νάρδων. Tremell. & Junius: *Cypri cum nardis*. Jam ſpecta literas ꝑ כפר & cyperi: juxtaque naturam & qualitatem utriusque, etymon ſine tergiverſatione accipies.

Cypſelus, κύψελος: nomen avis apud Ariſtot. ab Heb. קפון, *kippon*, i. e. *cypſelus*. Uti vertit. Avenarius. Jeſ. 34. 15. LXXII. Interpretibus eſt ἐχῖνος. Vet. Latino *ericius*, ut & Pagnino. At *merula*, Tremellio. Aliis κύψελος è genere hirundinum, ut ajunt: Græci à κυψέλη faciunt. Scal. in Ariſt. hiſt. de anim. l. 1. c. 2. ſ. 12. *Apodes* intelligit eos, quorum tractat hiſtoriam in nono. Ii, quia nidum conficiunt ad *ciſtellæ* ſive capſulæ faciem, quam κυψέλλω Græci vocant: inde *Cypſelli* dicti ſunt. Geſn. de Avibus: *Latine* Cypſelus: *Gaza apedes & depedes dixit*. Tamen ibidem Scaliger: Th. Gaza Græcam vocem, *inquit*, ἄπες cum voluit Latinam facere, imprudentiſſime poſui æquivocationem τῇ ὀρνιθι καὶ τῇ μελίττῃ. Sic enim ſcripſit *Apes*. Κακόποδας idem peſſime eſt *Depedes*, interpretatus. Eſt enim *depes*, pede carens. Hoc autem damnat Ariſtoteles. Dicet ita capi *Depes*, ſicuti *deformis*: non enim caret forma: ſed admiſſum *forma* notat turpitudinem. Hæc defenſio fallax eſt. *Deformis* enim tollit formam; non ſubſtantificam, ſed concinnitatis. Eſt enim forma æquivocum. Interdum pro Entelechia: hanc non tollit deforme. Interdum αἰτὶ ꝑ κάλλους: eam tollit deforme. At *pes* in animali æquivocum non eſt. *Depes* igitur, ἄπους eſt: κακόπους *pravipes*. Hæc ille.

Cyrus, i. e. plenus autoritate. Κῦρος. Unde κύριος: κυριακὸς, *Cyriacus*: ex quo defluxit quoque noſtrum Kirch/ & Saxonica dialecto, Kercke: & apud Anglos *Church*, κυριακὴ: nempe *ædes*. Quomodo veteres Chriſtiani etiam vocabant *domos Dei*, *Domos dominicas* (unde adhuc nobis Dom / Domkirche) item *baſilicas*, item *eccleſias*: Ut ap. Origen. Tertullian. Hieron. Euſeb. Minutium Felicem Salvianum & alios videre eſt. At rarius, quod gentilitatem ſaperent, nomina *templi* ac *delubri*, uſurpabant, ut notat etiam Rittershuſ.

At

At nos hodie crebrius utimur ac promiscue. Neque tamen male ideo, quia ab ethnicis. Alias quæ voces Græcæ & Latinæ saliva illorum contaminatæ non sunt? Ergone ocius proculcandæ? Sed veteres quæ tutentur, alia sunt. Nam vivebant illi sæpe inter medios ethnicos, vel in vicinia: utque externis etiam symbolis ab eorum idololatria sejungerentur, aliis hic usi sunt vocibus; ut quæ Christum Dominum statim per se ferrent & sic magis hostes Domini urerent. Sed & *Cyrus* formari quit ab Hebræo כֹּרֶשׁ *coresch*, à יָרַשׁ, *jarasch*, i. e. hereditatem adiit, possedit jure hereditario. Autore Plutarcho, *Cyrus* lingua Persica significat solem: itidem ex Hebr. חֶרֶס, *cheres*. Trem. & Junius in c. 45. Jes. 4. Proprium *Cyri* regis nomen, teste Herodoto & Justino, fuit *Spaco*, id est, canis Medorum lingua: à *cane*, quæ expositum infantem lactaverat. *Coresch* vero cognomen fuit honorificum à Persis inditum, quod sonat *Dominum*. Nam eadem quoque ratione *Coresch* apud Persas est Solis (quem colunt) epitheton: vel cum augmento Persicæ terminationis, *Coresar*. Hæc illi. Deminutum à Cyrus est *Cyrillus*: sicut *Franciscus* à *Francus*: quod est Germanæ prosapiæ. *Francus*, i. e. ἐλεύθερος, liber: à frei aut fry/ & anck/ quasi Fryanck. Ancke enim est adolescens, juvenis: quod etiam nunc in pagis audias: quando juvenem aratorem nominant: ex Lat. *ancus*, *anculus*, *antillus*: unde & *ancilla*, ut diximus.

D.

D*Agnades* vel *dacnades* ap. Fest. Sunt avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire soliti sunt, quæ vellicando morsicandoque & canturiendo assidue non patiuntur dormire potantes. Δάκνω est mordeo: δακνάδες, id est, mordax: Δακνάδες, δῆγμα, δάκνω, à דָּקַק, *dakak*, *dak*, i. e. attenuavit, comminuit. Vel à דָּכָא, id est, contrivit, confregit, contudit.

Damnum Indemnatus in Sat. Petronii; & in Leg. 12. Tab.

Inde-

Indemnis, ap. Arnob. l. 1. extra damnum poſitus: quod veteres proprie τὸ ἀδάλωμα interpretabantur. Seneca ad Marciam. c. 18. *acceſſionibus damniſq; mirabilem.* Claudian. in paneg. Claud. *Oceani lunaribus æmula damnis.* Agell. l. 20. c. 7. *Lunæ aucta & damna.* Quibus in locis *damnum* ſignificat detrimentum & imminutionem. Scal. in Conj. δαπανὴ, *dapnum* prius, deinde *damnum* factum eſt. Ita δαπανᾷν, *dapinare*: Plaut. Capt. æternum tibi *dapinabo* cibum. Mutatur *A* in *I*, ut in ἀφαύαι, *apinæ*. Eſt autem δαπανᾷν impendere, conſumere. Δάπανος, qui omnia conſumit; fruges conſumere natus. A δάπτω, δάψω, avide voro. Δαψιλὴς, *dapſilis*, i. e. copioſus, largus: ut ita *daps* lautum & abundantem cibum ſignificet. Ni malis Hebr. דְּבַשׁ, i. e. mel, & omne edulium dulce, dapſile, largum. Etiam δαὶς eſt epulum: δαίομαι epulor.

Daphne, δάφνη. Nihil crepitantius uritur: ut Lucr. ſcribit l. 6.

Nec res ulla magis, quam Phœbi Delphica laurus
Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.

Et Tibull. l. 2.

Ut ſuccenſa ſacris crepitet bene laurea flammis.

Hinc etiam ducitur à 2!ϭ', quod vim intentionis habet: & φωνεῖν. Quia dum uritur, ſonum facit majorem, immo & præſagium; qua cauſa Dionyſius dicit μαντικὸν φυτὸν. Inde dictus eſt *Daphnis*, Mercurii filius: cujus meminit Virg. Ecl. 2. quia in laureto editum ferunt; ut notat Scal. l. 1. poet. c. 4.

Defendo, proprie eſt arceo, averto. Plaut. Moſtell. Ecquis eſt, maximam qui his injuriam Foribus *defendat?* Cic. *defendere* pericula civium. Cæſar: quod bellum non intulerit: ſed *defenderit*, i. e. repulerit. Virgil. Solſtitium pecori *defendite*. Propert. l. 1. 20. Nimpharum cupidas ſemper *defende* rapinas. Lipſius Variorum l. 2. c. 22. *Infenſus*, ſicut *defenſus*, ab infendo. Iſid. gloſſ. *Fenſus*, iratus. *Fendo* inuſitatum, forte à σφενδονῶ: prius *sfendo* ſicut *sfunda*, σφενδόνη. Aut, ut melius habeamus, quantum potes, fabricare quidvis, quidvis comminiſcere; ſed ſtudio veritatis. Etiam funda à *fune*

Dd duce-

ducetur: quia inde conficitur. De *funda* Lipf. l. 4. polior. dial. 2. & 3. plurib. agit. At Martinius *fendo* educit à φένω, occido: vel ab ἀφανδάνω, displiceo. Neutrius significatio disconvenit. A *fendo* est etiam præhendo: præhensum, sicut defensum: scilicet à præ. Propterea *Camerar.* ubique per Æ scribit, *repræhendo*, *compræhendo*. Formatur enim *hendo*, *fendo*; ut *hariolor*, *fariolor*; *horda*, *forda*. Nec mirum: cum aspiratio jam insit in F. Quod autem *præhendo* in prima corripitur, ea ratione fit, qua *præustus* in prima à Virgilio corripitur. H. enim tanquam litera tenuior, & imbecillior sæpe quantitati haut obest. Ut: *illæ hodie*. Et: *Musæ habitant*. Aliis libitum facere *prehendo*, à *prendo*: dilatatur, *preendo*: postmodum injecto H. *prehendo*. Tu melius arripe, i. e. prius. *Repræhendo* proprie est *rursum* aut *retropræhendo*: ut cum pallio *præhenso* remoror, quem in via sum assequutus. Postea *repræhendo* est verbis præhendo & aggredior, h. e. culpo & arguo.

Delphin, δελφὶν: disiectis putant literis oriri ex לִוְיָתָן quod ex balæna, aut draco marinus. Job. 3. 8. & 41. 1. 2. 3. Equidem non pugnaciter hic pugnavero, qui scio miris aut miseris sæpe modis nomina ex una dialecto in alteram solere verti. Legatur Plin. l. 9. c. 8. Full. l. 4. Misc. c. 19. Scal. in *Arist.* hist. de anim. l. 2. c. 16.

Ovidius, 2. Met.

---- Nec se super æquora curvi
Tollere consuetas audent delphines in auras.

Densus: faciunt à Gr. δασὺς. Potius utrumque ab Hebr. דֶּשֶׁן, *daschen*, *dens*, i. e. densus, adauctus, pinguis: דָּשֵׁן. πιότης. Ita παχὺς ab עָבָה, densus aut pinguis fuit.

Deris, δέῤῥος, δέῤῥας, est pellis, seu corii nomen commune. Festus contra: *Deris*, Græci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus *Segestria*. Ad quod Scal. Glossæ vet. *segestra*, διφθέρα, δέῤῥις πλοίου. Glossar. *segestre*, σέγεστρον, παλαιδέρμιον, vel potius γηραιόδερμον, vetus pellis, ut γηραιόδρυον. *Idem* in Con. in Varron. De *Segestri* Lucilius,

Penu-

Penula ſi quæris, canteriu' ſervu' ,ſegeſtre,
Utilior mihi quam ſapiens - - - -

Erat enim *teges* , quæ à *ſegetibus* , ut vult Varro , quod ex eis fieret, dicta fuit. Poſtea factam eſſe ex pellibus, teſtaſtur Plaut. ap. Porphyr. qui dixerit de anu dormituriente : *Anus hæc in pellis periculum protenditur*. Valer. Max. ait , Catonem *hedinis uſum fuiſſe pro ſtragulis* , tanquam nihil mutaſſet è priſca frugalitate. Certe στέγαστρον pelles ſinificat. *Hæc ille*. Aut potius generatim στέγαστρον eſt id, quo operimur, à στέγω, στεγάζω. Plaut. Bach. a. 2. ſc. 3. *Forte ut aſſedi in ſtega*. Eſt *ſtega*, tabulatum navis & quaſi proſcenium, in quo nautæ ambulant. Græce στέγη, στέγα. Arbitro, *Conſtratum puppis* eſt. Hinc Cic. in Verr. *Navis conſtrata*, quæ Cæſari *tecta*. Item *præſtega* in Pſeudol. a. 1. ſc. 2. ut quidam legunt : & monet ibi Taubm. *Triſtegus* , τρίστεγος, tria habens tecta. *Triſtegum* ; τρίστεγον , tertia contignatio. Actor. 20. 9. *Triſtega* exſtat Gen. 6. Ezech. 42. Lat. verſionis vulgatæ. Sed & quomodo *præſtega*: ita etiam factum præſtigiæ, quaſi *præſtegiæ*. Ut *attegiæ* ap. Juvenal. Sat. 14. ita formatur & *prætegiæ*, *præſtegiæ*, & dein præſtigiæ. A *prætegendo*. Eludunt n. quaſiq; tegunt oculos. Similiter Hebræi præſtigiatorem vocant מְעוֹנֵן ab עַיִן: quia oculos præſtringit & ita decipit. Et hoc eſt, quod Scal. ait Ex. 303. qui oculos fallunt, alia pro aliis ſubdititia oſtentantes, ii *præſtigiatores* ab antiquis dicti ſunt: quod aciẽ perſtringerent oculorum. Porro ut à dormitum dormitoriũ: ita fit à tectum *tectorium*, h. e. quo aliquid *tegitur*. Ut cruſta ap. Plin. & *fucus* ap. Juven. Sat. 6. *Tectum* dicitur à *tego*: quia tegit reliqua: quomodo στέγος, τέγος, à verbo στέγω, τέγω: unde etiam Lat. *Tego*. A tectum quoque *tegillum*, in Plauti Rud. a. 2. ſc. 7. Ut à ſignum ſigillum, à piſtum piſtillum, à pugnus pugillus , à tignum tigillum. Sunt igitur diſtincta verba *Tigillum* & *Tegillum*, tam quoad ſignificatus, quam origenes. *Tegillum*, pro integumento corporis ſeu veſte vili & plebeia frequentatum conſtat è Nonio. Apul. l. 9. *Nonnulli exiguo tegillo tantummodo pubem intecti*. A contego , tego, fit *cortex* , quaſi *Contex* , quia contegit. Item à tectum , fit *tegimen* : ut à rego re-

ctum, regimen; post *tegmen: Tegimentum*, item tegumentum: ut optimus, optumus, ἀρχαικῶς. Est vero *Tegmen* vox admodum lata: ut origo docet. Et Lucret.

--- Sub eodem tegmine cœli.

Virgil. Eclog. 1. *Sub tegmine fagi.*

Scal. l. 1. L. L. c. 29. *Tega* prius fuit, inde *tegula*: ut à *pango, pactum, pagina*. Item à *tego, tugurium*, E in U mutato. Est enim domuncula vilis rudisque tantum tegendi causa facta. *Teges*, straguli genus ex ulva, aut sirpo aut simili. Ut à nubo nubes: à facio facies: Ita à *tego teges*: ap. Varr. 1. de re rust. Juven. sat. 9. *Quo sit mihi tuta senectus A tegete & baculo.* Ap. Columel. l. 5. sunt *palmeæ tegetes*. Etiam à tego *toga*: quasi tega, κατ' αἰολισμόν, Græcis familiare: qui à φέρω φορὸ, à τέλλω πολὺ & similia formant. Idem Scal. c. 4. *Togam* definiturus, eam si norim à *tegendo* dictam, sane vestigando ejus genus sic inveniemus; esse lanam textam ad tegendum. Legendum Baysius de vestib. & Lips. in Elect. *Epitogium* est Græcolatinum. *Inciteg a* est machinula, in qua constituebatur in convivio vini amphora, ap. Fest. Ad quem Jos. Scal. Superius monuimus. *Incitegam* dictam ab *integendo*. Quia veteres *incitegere* pro integere dicebant, ut *Reciprocum*: pro reprocum: *Reciperare* pro reparare; *concipilare* pro compilare. Dicta ab *integendo*, quia partem mensæ tegat. Ea autem utebantur, ne vinarium vas, puta crater magnus, aut amphora, labem ex fundo in mensa relinquat. Cæterum τέγω non male ab Hebr. סָכַךְ i. e. texit. Ut vetus illud Græc. ἠφίω, חָפָה operuit: κατηφίω, κατηφὴς, quando velatur facies, in signum tristitiæ. Sed ad δέρω revertamur: ἀπὸ τοῦ δέρματος est nostrum *dormio*: ut Græc. δαρθάνω δαρθῶ à δέρω. Nam initio veteres *dermio* dicebant. Pellibus enim incubabant, ut dictum est, & prodidit Hom. Iliad. 10. αὐτὰρ ὑπ' αὐτοῦ ἔστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγραύλοιο. Et Virg. 7. Æn.

Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit.

Dormito, non est frequenter dormio: sed leviter dormio; cujus significati causa est, quod qui leviter dormit, repetit somnum interceptum aut interruptum. *Quandoque*

bonus

bonus dormitat Homerus, Ap. Horat. in arte. Addit, *quandoque:* ut verbi vim innuat. Plaut. Amph. *Te dormitare ajebas: mensa ablata est*, i. e. leviter dormire, νυστάζειν, seu desiderio somni teneri. *Dormitorium* Gloss. ἐνδοιμητήριον.

DEUS, tanquam nomen *Entis*, quod summe unum numero, individuum, & simplicissimum essentia, merito ad singularia refertur; ut agnoscit Fons. l. 1. Dial. c. 26. & 27. item ad Metaph. c. 18. q. 5. s. 3. Gr. Θεός. Aliis à θεάομαι. Hom. in Batrach: ἔχει Θεὸς ἔκδικον ὄμμα: Cernit Deus omnia vindex. Aliis à δέος, i. e. Metus. Statius.

Primus in orbe Deos fecit timor. Lucretius:
- - - - Cui non animus formidine divum
Contrahitur - - - -

Ipse sit timor, & pavor vester; Num. 8. Aliis à θέειν, i. e. currere, movere. Quia Deus est merus actus; omnia ambit; omnibus vigorem & motum impertit, Actor. 17. Legatur Plato in Crat. & Macrob. l. 1. Saturn. c. 23. Aliis θεὸς flectitur à θέω, quod est pono, facio. Nam Deus est creator, κτιστὴς, ὁ θεὶς τὰ πάντα: ap. Herodot. in Euterpe. Fr. Junio in controv. 2. Bellarm. l. 1. c. 16. Simplicissimum videtur, si nomen Latinum DEUS Æolicum δεὺς dicamus esse: hoc autem ab Hebr. nomine דַּי, *dai*, quod est sufficiens, & perfectus. Δεὺς, ζεὺς, Σδεὺς. Simile est, quod alii faciunt à Δὶς, διὸς: quod est nomen Jovis, & communiter etiam dei, ap. Græcos: sed ap. Cretenses θεός: qui & σιὸς, Æolice: inde *Sibylla*, i. e. σιῦ βυλὴ consilium Dei: & *Sylla* à prudentia, quasi *Sibylla* ait Scal. Aut *Sibylla*, σιῦ βυλλὴ, dei plena. Dorice v. & Laconice est σιός. Igitur à διὸς est antiquum *Dius*, i. e. Deus: aut pro *Deus*, *Dius* ob affinitatem E & I. Plurale *Dii* etiam nunc durat, immo quoque singulare: *Me Dius Fidius*, i. e. Deus fidei præses. Ap. Plaut. per *Deum Fidium* credis jurato mihi. Festus ita: *Medius fidius* compositum videtur & significare Jovis filium, i. e. Herculem, quod Jovem Græci Δία appellent, nos Jovem, ac *fidium* pro filio usurpent, quod sæpe antea pro l. litera D utebantur.

Quidam exiſtimant jusjurandum eſſe per Divi fidem; quidam per divini temporis, i. e. *diei fidem.* Sed prior ſententia doctis mage arridet, ut *Fidius* ſit deus fidei. Radix eſt Heb. דַּי, *dai*, *di*, i. e. ſufficientia: שַׁדַּי, i. e. omnipotens, ex שׁ relativo. Deus enim unus & unicus, αὐτάρκης καὶ αὐθέντης, vel à שָׁדַד, quod eſt vaſtavit. Qua enim potentia Deus omnia creavit & ſuſtentat: eadem omnia vaſtare inque nihilum redigere poteſt. LXXII. Gr. ſæpe reddunt παντοκράτωρ. & Jobi 8. 3. τὰ πάντα ποιήσας. AbenEſra *fortem potentem* explicat. Judæi in verſione Hebræor. German. Allmächtig reddunt. Hugo Sanford. Angl. multis probat *Dis*, Δὶς levicula mutatione fieri ex שַׁדַּי, de Deſc. Chriſti ad inf. l. 1. *Entheus*, ἔνθεος, in Mart. Statio, in Senecæ Medea: Incerta qualis *entheos* curſus tulit.. *Entheus*, i. e. divinus, in quo Deus, ſive, ut Seneca loquitur, qui recepto inſanit numine. Item in Mart. l. 12. epig. 46. & qui hunc ſequitur, in Paulo Meliſſo, *Entheatus*. Sed amplius à Δὶς, δῖος eſt δίϝος, δῖος. Inde Lat. *diϝinus*, *dius*, *diϝus*: aut etiam à θεῖος. Item *diϝes*, quaſi divus: quia divitiæ divinitus contingunt; & dives quaſi Deus quidam, qui nihil indigere videtur. Ut Cic. in Paradox: *Diϝes*, cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter vivendum facile contentus ſit, qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. A *diϝes* eſt *dis* contracte: *diϝitis*, *ditis*. *Dito*, ditem aut divitem facio. *Diteſco*, dis aut dives fio. *Ditio* (quod vulgo eſt tractus terræ & dominium) etiam à *dite* faciunt: ut ita *ditio* ſit *ditis* aut divitis. Satis bene. Alii à δίκη: quomodo alias dicitur *juriſdictio*. Virg. 1. Æn. *terras omni ditione teneret*. Gloſs. Philox *Ditio*, ἐξουσία. A *dius*, etiam videtur fieri *pius*: unde *piitas* & melioris ſoni cauſa *pietas* Dius, *pius*. Nam D & P ſolent inter ſe permutari: ut etiam φὴρ pro θὴρ: πέλλη pro σιλλή. Eſtque *pius*, qui *Deo* addictus, qui *Deum* ſequitur. Germ. ideo Gottsfürchtig/Gottſeltg. *Pius* Hebræis eſt, qui *ſecundum Deum ambulat* Gen. 5. 24. *qui facit, quod rectum in oculis Jehoϝæ*. 2. Reg. 22. 2. Atque ita etiam Bohem. Pobożny eſt, qui po Bohu i. e. poſt

Deum

Digitized by Google

Deum it, Deo obſequitur. Heſych. πῖος' εὐσεβής. Sed vox illa Latina eſt. Nonius: *pium* dicitur religioſum. A *divus*, aut *divinus* fit etiam *divinare*. Cicer. 2. de divin: *divinationi* rei præſtantiſſimæ nomen noſtri à *divis*; Græci, ut Plato interpretatur, à *furore* dixerunt. Ulterius *Dium* dixere priſci *diurnum* ſub cœlo lumen. Deus quippe lux æterna eſt, omniſque lucis autor, & inde *lux* divinum accidens vocatur. Scal. Ex. 71. Hinc etiam nunc aliquid *ſub dio* fieri dicimus, i. e. ſub Jove, ſub cœlo, ſub Luce, quod non ſub tecto fit. Et ap. Hor. l. 3. Od. 2. *Sub divo*: uti vetuſtiſs. codex habet. Ita & Græc. eſt εὔδια, εὔδιον, à Διὸς, Idem Scal. Ex. 165. ſ. 4. Cum Pythagoras Deum ψύχωσιν, i. e. animationem nominarit, quid aliud, quam autorem vitæ faciebat? Hæc autem & in luce & à calore conſtituitur, ex ſapientum ſententia. Sic enim ζῆνα, quæ vox affinis eſt fervori, ζεῖν, veteres cognominarunt. Et nos ab illo *diem*, δία. A dies eſt *divus* inquit idem l. 1. L. L. c. 29. *Diu*. i. e. per dies: notat συνέχειαν & continuationem dierum. Græcis eſt δὴν' *Dudum*, quaſi diu dum. *Interdiu*, i. e. die, durante die. A diu *diutinus*: ut à clam *clandeſtinus*. Etiam ab eodem diu *diurnus*: & aucta ſyllaba *diuturnus*: Ut ab hodie hodiernus. *Diarium* modo cibum unius diei ſignificat, quomodo Hæbræis itidem *res diei, die ſuo*, eſt demenſum diei. Ex. 16. 5. Modo relationem hiſtoricam, quæ ſingulis diebus conſcribitur. Græcis eſt ἐφημερὶς, *Ephemeris*, ab ἡμέρα. *Biduum* quoque inde, *triduum*. Bidium, *tridium*, ex origine, ſicut optimus optumus: αὐτίσιχοι. Et melius ſonat, Biduum. *Perdius*, i. e. per diem; differt à *perdius* media longa, id eſt divinus. *Pridie*, id eſt priori die, ſeu, ut Scalig. l. 9. L. L. c. 161. *pridie* eſt oratio compoſita *præ die*. *Poſtridie*, i. e. poſtero die. *Æquidiale* ap. Feſt. ſicut *Æquinoctiale*, ap. Aſtronomos. *Directus*, quaſi die erectus. Ita dicti ſunt crucifixi. *Hodie*, i. e. hoc die. Sicut Græc. σήμερον καὶ τήμερον, h. e. τῇ ἡμέρᾳ vel ταύτῃ ἡμέρᾳ. Itaque idem repetitur, ſi dico: *hodierna dies*: melius, *lux*. Scalig. in Theoph. de pl. unum eſt adverbium

Hodie, quod præsentem loquenti designat diem. *Dies*, qui præcesserit, hodiernum; *hesternus* dicitur, cujus nota est adverbium *heri*. Alter ab hodierno, qui antecessit hesternum, denotatur per hanc vocem, *nudius tertius*. Dies sequuturus hodiernum, nominabitur *crastinus*, & significatur per adverbium *cras*. Ille qui post hunc accedet, appellabitur *perendinus* ab adverbio perendie. Hi dies iisce nominibus semper dirigunt loquentis orationem, aut ad ipsum, aut ad alium. *Hodie feci*, *fecisti*, *fecit*. Et semper ab ipso pendent ita, ut cætera omnia dicantur, non nisi ubi possumus dicere *hodie*. Itaque cum de tempore alieno loquimur, nunquam dicimus cras, aut heri. Quia dicere non libet *hodie*: sed ubi usurpamus aut intelligimus adverbium tunc, dies præcedens non est hesternus; sed pridianus: neque sequens est crastinus: sed dicimus *postridie*. *Propediem*, i. e. *prope* accedens *diem*. *Perendie*, i. e. ubi abiit unus dies, seu, ut ajunt, quasi *peremto die*: notat eum, qui crastino proximus fuit, aut erit. Vel potius *perendie*, quasi *perundie* i. e. *per unum diem* transeundo. *Dies perendinus*, i. e. dies abhinc tertius. *Comperendinare* est differre in longum, de die in diem. *Nudius*, i. e. *nunc dies* tertius, quartus, quintus, & sic deinceps, autoritate Plauti. Idem dixit, *quot diebus*, *quot Calendis*: sicut dicitur *quotannis*. *Quotidie*, (Hebræis die die Gen 39.10.) id est, quoto die, h. e. singulo, ὅτῃ ἡμέρᾳ: alii *Cotidie*. Idque propter affinitatem elementorum. Ita olim Lutetiæ Sorbonici ex consuetudine vernacula, pro *Quisquis*, *quanquam*, *Kiskis*, *kankam*, pronunciarunt. De antepenultima ambigitur. Martial. l. 10. produxit. Cultus sindone non *cotidiana*. Catullus contra.

Conjugis in culpa flagrabit quotidiana.

Hic prior, immo *Docti* nomine honoratur. Ergo huic præ illo major fides.

Diadema, διάδημα, (à διαδέω, redimio, revincio) est redimiculum sive fascia ex panno preciosissimo: non corona ex auro & gemmis, ut perperam nonnullis persuasum fuit. Testantur id autores unanimi consensu. Hinc *diadematus* Apollo ap. Plin. 34. c. 8. Ut diadema: ita

Ita etiam exstitit *anadema*. Lucret. l.4. Et bene parta patrum fiunt *anademata* mitræ.

Diana, quasi *duana*, quod duobus temporibus, & die, & nocte appareat. *Nanea*, vel Nanæa, ναναία, ut notat Ben. Arias Montanus, est diana: Sic enim appellabatur *diana* lingua Persica. 2. Maccab. 1. Vel potius ita: *Diana*, prius *Tana*: nempe *Luna*, ap. Varr. de re rustica. *Dea Jana*, pro more gentilitatis. Inde exstitit *Deiana*, *Eiana* & communiter *Diana*. Similiter *Deivatana*: unde *Deiviana*: non à *deviando*: uti frustra quidam conjiciunt. Jos. Scal. *Trivia* à triplici figura, ait Bassus Phænomenon Arati interpres. Alii quod triviis præesset: Græce τριοδῖτις. Ovidius, 1. Fastor:

Ora vides Hecades in tres vergentia partes;
Servet & in ternas compita secta vias ----

Hinc Virgilius dixit, 4. Æneid.

Tergeminamq; Hecaten tria virginis ora Dianæ.

Hecate, ab ἑκατὸν. Quia centum victimis placaretur: vel centum annos errare faceret inhumatos. *Proserpina*, quod humilior quasi currat & *serpat*. Scal. in Conj. prius *Prosserpina*, περσεφόνη. Cic. de nat. Deor. Macrob. l.1. Sat.c.9. Rhodig. l. 20. c.6. Firmicus de err. profan. Relig. Græcis est περσεφόνη, φερσεφόνεια, & φερσέφασσα. Heinr. Stephan. φερσεφόνη, quæ cædibus omnia vastat: διὰ τὸ πάντα πέρθειν τῷ φόνῳ.

Diata, non *dieta*, à δίαιτα: quod à διὰς διαιτός. Scal. de Insom. Τῇ διαίτῃ dixit αἰθριασμῶς, pro tenui victu. Ductum enim est ab eo, quod spiritus tantum alimento quis contentus est. Ἄειν namque spirare est. Διαίτη perspiratio. Sicut αἰὼν; ævum, tractus est temporis, quem spirando transigimus. Et ἀὴρ, quem spiraremus. Talis victus ratio in principio acutissimorum morborum observatur, quo tempore nihil damus. Plura de voce hac *diata* notat Janus Dusa in præcidan. c. 10. & inprimis Joh. VVouvver. in Petron. Uterque evolvatur.

Diaphragma, διάφραγμα, ἀπὸ τῦ διαφράττειν, i.e. secernere aut dissepire. Est princeps ac primarium liberæ ἀναπνοῆς organon. Hippocr. 1. περὶ γυναικείων vocat, διάζωμα

τῆς κοιλίας, i.e. *respiratorium* ventris. Veteres Philosophi ac Poetæ *diaphragma* dicere consueverunt φρένας: quasi aliqua sit prudentię particeps aut τῆς φρενὸς, mentis sedes. Atq; Hippocrates ubiq; etiam φρένας nominat: scil. ob miram ejus cum cerebro συμπάθειαν & quod eo inflammato ocius delirium consequitur. Primus Plato, ut notat Galen. l.5. de loc. affect. c.3. musculum hunc διάφραγμα appellavit. At Hippocrates διάφραξιν in libello περὶ παρθενίων. Aristoteles vocat διάζωμα, ὑπόζωμα & περίζωμα. Quod Latini *cinctum*, aut *cingulum* vertunt. Quamvis Scal. *cinctum* non probet l.1. hist. Anim. c.21. Macrobio est *dissceptum*. Isid. l.11. *dissceptum intestinum*. Celso *septum* transversum. *Septum*: quod velut interjectus paries ventrem medium ab inferiori, & vitalia organa à naturalibus dirimat. *Transversum*, à situ. Nam ab interiori thoracis parte ad posteriorem usque protenditur: & ideo etiam διάπεον vocavit Hippocrates, ut notat Laurent. oper. Anat. c.4.

Dico, δείκω: sicut *disco*, δάω, δάσκω: ut χάω, χάσκω, *bisce* ait Jos. Scal. Parens ita c. 66. L. L. Quod Græci δίκην vocant, causam nos appellamus. Quare addito vocabulo juris, etiam Græcum sonum mutuati sumus, & *judicium* nominavimus. Qua in causa sive judicio, propterea quod orationis usus maxime viget; Latini postea verbum *dicere* sumsere ad significandum, quoties loqueremur. A δίκη, δικᾶν est *dicare*. Δίκη ab Heb. צדק, *zadak, dac*, i.e. justam habuit causam. *Vendicare* à *venum*: ut sit proprium sibi aliquid facere. At Manutius modo τὸ *vindicare* ὡς γνήσιον è Festo, Pandectis Florent. libris saxisq; vetustis asserit. Estq; *vindicare* à *vi* & *dicare*. A *vindicare vindiciæ* formatur ut induciæ, minutię. Legatur Turn. l.13. c.27. Ræyard. in expl. 12. Tab. c.6. Andr. Schottus nodor. Cic. l.10. *Prædicare*, præ aliis & palam commemorare. *Judicare* à jure. *Indicare*, ab IN, quod hic auget: proprie ad judicia. Ab indico faciunt nonnulli *indigito*, quasi *indicico*. A dico, *dictum* est *dicto*: & inde *dictito*: ut à factum, facto, factito: à lectum, lecto, lectito: à cursum, curso, cursito: à saltum, salto, saltito: ab auctum, aucto, auctito, à visum, viso, visito: ab usum (scilicet verbi utor,) *uso, usito*: unde

modo

modo τὸ *uſitatum* nobis ſupereſt. *Dicis cauſa* quid ſit eruditi certant. Alii ſuſpicantur: *Dicis* eſſe obliquum à *Dex*, cujus compoſita in uſu ſunt *index*, vindex à dico. Sed non quadrat. Ut enim index eſt, qui indicat, ita *Dex*, qui dicat. Ergo *dicis cauſa* erit dicantis cauſa vel ejus, qui dicat; quod contra ſignificationem iſtius phraſeos. Coraſio JCto *Dicis gratia* eſt, remiſſe & eo tantum animo, ut officio functi videamur, non ſerio, non accurate: ſed perfunctorie, quantum ſatis ſit ad vitandam reprehenſionem. Recte itaque dicis cauſa erit δίκης ἕνεκα. Nam & η non ſemel in I. ap. Latinos migrat. i.e. λόγυ χάειν, verbi gratia, conſuetudinis aut moris ergo. Nam δίκη quoque ſignificat morem. *Cic, Act. 6. in Verr.* Ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, dicis cauſa daret, i. e. moris ergo, ad ſpeciem, ſimulate. Gloſſ. dicis cauſa, νόμυ χάειν, λόγυ χάειν. Videatur eam Cujac. l. 5. obſ. c. 33. *Dicterium* à dico: quod explicat Cic. ad Cornel. Nep. Noſtri cum omnia quæ dixiſſemus dicta eſſent, quæ facete & breviter & acute locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari *dicteria* voluerunt. Aliis & recte dicterium eſt δεικτήειον. τήειον eſt Græcor. κατάληξις: quod monet etiam Scal. in l. 5. Manilii.

Didymus, Δίδυμ☉: à δὶς aut δύο: more Græcanico. Malim per δίπλασιν τ̃ πρώτυ, ducere ab Hebr. תאם, *toem*, i. e. didymus ſive geminus, æqualis aut ſimilis תאומים, δίδυμοι, gemelli. Ex eodem fit *Thomas*, & quidem manifeſtius priori, *Thomas*, θωμᾶς ὁ λεγόμεν☉ δίδυμ☉, Joh. 20.

Diligentia, Cic. 2. de Orat. Quæ ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, aſſiduitate, labore, complectitur uno verbo *diligentia*. Eſt enim à *diligo*. Quod enim diligimus & amore complectimur: præcipue ſolemus curare. Idem Cicero minorem facit *dilectionem*, majorem *amorem*. In Epiſt. tantum (*inquit*) acceſſit, ut mihi nunc denique *amare* videat antea *dilexiſſe*. Grammatici cauſas ignorarunt. Diligere & eligere pæne idem ſunt. Efficacior vox *diligere*. Quia includit & judicium eligentis, & actionem ſejungentis electam rem ab aliis. Hoc n. valet illa præpoſitio à Græco δὶς, quia quod

bis

bis fit, ſeparatim fit. Igitur, quia non ſine judicio probarunt amorem veteres ſapientes: Idcirco *electionem* antecedere voluerunt. Propterea inchoatum tantum amorem indicabat *dilectio*. Scal. Ex.317. ſ. 3.

Dignus παρὰ τὸ δεικνύειν. Propterea dixit Satiricus: Quam pulchrum eſt *digito monſtrari* & dicier, hic eſt. Græci ἄξιον vocant. Unde ἀξιώματα, ſententiæ, quæ omnium conſenſu *dignæ* ſunt, ut ſuapte natura ſine ulla probatione veræ credantur. Itaque non bene Cic.4.Acad. dilatavit: Quidquid enunciatur (inquit) appellatur ἀξίωμα, quod eſt quaſi *effatum*. Etiam Varro nimis generatim vocat *profata* & *proloquia*. Lege ſis Agell.l.16.c.8. Proprie ex origine axioma eſt dignum effatum, quod apud omnes ſuam dignitatem per ſe veluti tuetur. Scalig. in Ceirin. *Indigna*, ἄφατα. Ennius *indignæ turres*. Virg. ipſe *indigno cum Gallus amore periret*. Ergo indignum ἄφατον. Nam *dignum*, quod æſtimari ac monſtrari poterat, παρὰ τὸ δεικνύειν. *Hæc ille*. Græci τὸ ἄξιον vocant, quod facile æſtimari poterat. Hinc ἀξίωμα in Gloſſario eſt dignatio, dignitas, honos, meritum, ſtipendium. Item ab indignus eſt *indignari*. Scal. Ex. 313. *Indignatio* eſt commotio animi ex indignitate. *Indignitas* eſt factum aut dictum contra rei vel perſonæ meritum. Ex eodem Græco δεικνύειν, eſt παράδειγμα, quod aliis *oſtenditur* & demonſtratur: Latinis *exemplum*. Matth.1. παραδειγματίζειν, exemplum ſtatuere, ita tractare aliquem, ut ab omnibus quaſi indice digito monſtretur. Auguſt. epiſt. 59. vertit, *Exemplare*. Aliis eſt *traducere*: quo paſſim utitur Tertullianus: ut & verbo, *publicare*, in tractatu de Fuga. Etiam ut dactylus. δάκτυλος, quaſi δείκτυλος, à δείκνυμι dicitur: ita Latinorum ab eodem eſt *Digitus*, ceu præcipuum τῆς δείξεως inſtrumentum. Uude & *indigitare*, verbum pro re ſatis idoneum, h. e. digito oſtendere, vel digitum intendere. Item *Index*, ſecundus à pollice, ab *indicando* eſt. Iſidor. l. 11. orig. *Index* & *ſalutaris* ſeu *demonſtratorius*: quia eo fere ſalutamus atque oſtendimus. *Salutaris*: ita & vocatur à Suetonio in Auguſto, & hodieque Romæ, cum ſe matronæ ſalutant, indicem ori admovent. Idemque

ed by Google

que faciunt in publicis precibus viri, cum Chriſtum ſalutant. Ut vero *indigitare* à digito ſatis probe ducitur: ita etiam ex uſu priſco, *indigitare* non abs re dicitur, quaſi *indicitare*. Scilicet ab indicare: aut à *citare*, Ut indogredi, induperare: ita *indicitare*, pro *incitare*. Ap. Tertull. eſt *indigitare precem myſticam*, libr. de jejun. adverſ. Pſych. c.16. Joſ. Scal. Dictum *indigitare*, pro *indicitare*, h.e. vocare. Nam *citatam plebem* dicebant, quæ in judicium vocata eſſet: Sic ap. Varr. L. L. *Quod pecus incitatum antiquum opidum exigebant:* legendum potius, *inducitatum:* quod eſt non Varronis, ſed cujuſdam veteris poetæ ἀκεραπλαδόντων. Et *citare* notum quid ſit in forenſib. & judicialib. cauſis, & *citatum inſtrumentum*, nuncupatum. Ergo *indicitare*, quod erat *incitare*, & *indigitare* idem: ut *ſubicitare* & *ſubagitare* in Caſ. Plaut. a.5. ſc.4. Ut *inicere* in Varr. pro *inigere*. Tanta eſt cognatio inter C & G. Hæc Scaliger.

Dipſacus, Afris *Dibſacos*, nomen herbæ. A δίψα, ſitis. Ex eo Scal. in Poet. Latine vertit, *Sitiam*. Afferre ſitim traditur. Etiam *Dipſas*, διψὰς ejusdem originis. Genus ſerpentis: ab eo qui leditur, exareſcit ac ſiti perit. Iſidoro eſt *Situla*. Lucan. l.9. Et *torrida* dipſas. Silius.

Quippe atro rapidas efferveſcente *veneno*.

Dipſadas ---- Dioſc. l. 6. Quos *dipſas* percuſſit, intolerabilis ardor premit, ſitisque uſque eo pertinax, ut ſatiari non poſſit, ac ſine ulla intercapedine excruciet. Et ſi potum affatim attrahant, illico in eandem ſitim relabantur. Scal. in Ariſt. hiſt. de anim. l. 2. c. 18. Dipſadis morſu cor incenditur, inexhauſta ſitis conſequitur, quæ nullo humore domari poſſit. Quare Dioſcorides ait: πρηστῆρα καὶ καῦσον, dipſadem cognominatam.

Diribere. Verba Lexici *Calepini* ſunt: *Diribere & dirimere*, illud tabellarum, hoc ſuffragiorum video verbum fuiſſe: neutrum autem ſatis fuiſſe manifeſtum. *Hac illud*. Neque invenio aliud, ὁρώμβρος ἴνθα καὶ ἴνθα: præter conjecturam. Eſſe exoletum *Rabere*: ex eo factum *Diribere*: A verſo in I: ut in ſapere, deſipere: capere decipere: facere inficere. *Rabere* ab Hebr. רָבַב , aut רֹב ,רְבָה eſt multitudo,

ritudo, turba. Ut ita *diribere*, proprie sit distribuere in vulgum, dividere in multos. Et eo modo Cicero ponit, atque alii. Item *diribitorium* locus erat, in quo fiebat distributio: *diribitores*: διανομεῖς.

Disco, à δάω, δάσκω, ut notat Jos. Scal. A disco *discipulus*, ea forma qua fit manipulus. A discipulus *discipulina* & inde *disciplina*. Non, quia *discitur plena*, ut placet Isid. l.1. orig. c.1.

DO, antiquum δῶ: δίδωμι. Fœcundum est & multa de se format. *Dido* à *di* & *do*, i.e. distribuo, διαδίδωμι. *Trado*, i.e. transdo: sicut *Traluceo*, *Trajicio*, Lucret. *Trano* Virg. *Trafero* Cic. *Trameo* Varr. *Perdo* & antiquum *perduo* à per: cui Græcanicum πέρθω recta convenit. At non nisi Latinæ originis est à per & do. *Credo*, quasi *cerdo*, i. e. certum do; aut à *cretum*, i.e. judicatum: à cerno. *Abdo*, *abdomen*. Quia sub cute abditum sit. Aut quia abdit omentum. Scal. in Arist. hist. anim. l. 1. c. 19. *Omentum* valde concisa voce quasi *operimentum*. Græcis ἐπίπλοον. *Condo*, i. e. simul do. 7. Æneid.

----- Optato conduntur Thybridos alveo.

Abscondo, *recondo*, i. e. tego. Utrunque majus simplici. *Absconse*, in Gloss. λάθρα. Absconsum, pro *abscontum*, quod ex absconditum. *Condus*, ταμίας, qui *condendis* præest cibis: Sicut *promus*, qui *promit*. Plaut. in Pseud. Condus promus procurator peni. *Prodo*, i. e. vel pro vel ante do; *proditor*. Græcis similiter προδότης, à προδίδωμι. *Præditus*, sicut inditus, quasi *præditus*. Valla l.5. Eleg. c. 35. *Præditus* sum bono dicitur: & *præditus* sum malo. Sicut affectus sum malo & affectus sum bono. Ergo ex origine *præditum* erit, cui *præ* aliis & admodum *datum*. Ut Stator à statum: ita *Dator*, à datum: δότωρ, δοτήρ. *Dos*, *doto*: δῶς, δωτὸς, i.e. δόμα, seu donum γαμικῶν: alioquin est id, quod maritus cum uxore accipit. Legatur Briss. l. 6. de form. *Donum*, δῶρον. Pandora, πανδώρα. Hesiodus:

----- Ὅτι πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες

Δῶρον ἐδώρησαν. Ab Hesychio exponitur terra, quia τὰ πρὸς ζωὴν τὸ πάντα δωρεῖται.

Antidotum, ἀντίδοτον, i.e. contra datum. Vulgo medica-

mentum

mentum malo oppositum. A *dōno* fit *bŏnum* κατ' ἀντίστοιχον. Vel tam commode à טוב, i.e. bonus. Si retrolegas. Unde *Tobias*, i.e. vir bonus, vel bonitas domini. Scal. l. 3. poet. c. 90. quemadmodum δὶς, *bis: duonum, donum, bonum* Sic *duellum bellum*. Heb. תָּנָה, *taban, dan*, i.e. donavit. Item נָתַן *natban*, dedit. A quo etiam Græci: δαῖος, δαίνυμαι, δαιταστὴς, *danista*. It. Latinor. *Donum*. Hæc enim origo jure anteponitur alteri. *A bonus, bellus*, Prisc. l. 8. Fuit enim *bonulus, bonellus*: postea *bellus*. Ab hoc *bellarium, bellaria*, i.e. res bellæ. Latini *bellariorum* nomine accipiunt, quæ Gr. ὡραῖα vocant, i.e. cupedias. Nam ὡραῖος bellus & pulcher. Unde *pulchralia*, eadem dixit Cato in eâ, quam habuit de fundo oleario: Pulchralibus atq; cupediis & res bellas procupediis. *Bonus* antique *benus*, unde *bene*. *Benignus*: Lambin ad Hor. l. 1. od. 17. *Benignus* idem valet quod largus, liberalis, & dicitur propriè de eo, qui *bonis & dignis* largiatur: interdum etiam, qui indignis. Aut simpliciter & rectius *benignus* à *bene*, ut *malignus* à *male* GNUS est terminatio communis.

Doceo, δοκέω: unde δόγματα, decreta doctorum, Scalig. *Paradoxum*, παράδοξον, id est, quod præter opinionem, παρὰ δόξαν. Vet. Gloss. παράδοξον exponit, *Admirabile*. Quomodo etiam Cic. 4. Acad. *mirabilia*: & 4. de Fin. Paradoxa, *inquit*, Stoici, nos *admirabilia* dicamus. Seneca aptè sanè ad verbum sive sensum *inopinata* vertit. *A* δοκέω fit etiam δόξα. i.e. sententia, gloria. Matth. 6. 2. ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων: ut *glorificentur* ab hominibus. Vel ut alii vertunt, *magni æstimentur*: gloriam consequantur. Qui autem verbo *collaudandi* hic utuntur, Græco non satisfaciunt. *Orthodoxus* est qui recte sentit, rectæ sententiæ, ut ap. Isidor. *Eudoxus*, qui bene sentit.

Dodanim, i. e. Judices dilecti. דוד, i.e. amicus, charus. A quo nomen accepit urbs in Epiro, ad quam oraculum *Dodonæum* frequentatum.

Dolor, est motus asper in corpore, à sensibus alienus, Cic. 2. Tusc. Dici voluere à *dolo*. (Græcum est δόλος) quem, cum in simplicitate tanquam in nutrice virtutum, statuerent viam ad felicitatem, omnium rerum maxi-

maximè deteſtarentur: Scal. Ex. 299. ſ. 1. Sed hoc paulo videtur perplexius. In ſancta lingua eſt חול, *chol*, *hol*, doluit. Quod, mirum ſi improbent. A doleo eſt *indolentia*, ap. Cic. 2. off. Senec. epiſt. 88. Græcis ἀλυπία ἢ ἀναλγησία. Sidonius carm. 13. ad Polemium vocat *indoloriam*. Quamvis inibi MSS. Nanſii & Ortelii *indoliam* legant. At Sanaro adſtruit *Idoloriam*. Gloſſ. vet. *Indoloria*, ἀναλγητα. *Dedolore* eſt Ovidianum, i. e. deſinere dolere. *Cordolium*, quando *dolet cor* quod ſedes affectuum. Quidam dici volunt ita, *dolium* ſit ἔκλειπον: ſicuti *vinum crutium*, *verba ſtridia*. Quidam quaſi *condolitum* à *condoleo*: poſtea cordolium N mutato in R: ut Scal. in Varr. At ita erit συμπάθεια & συναλγῶντος. cum ſecus utantur autores. Scilicet pro καρδιαγμὸς ἢ καρδιαλγία. Plaut. Pœnul. a. 1. ſc. 2. *Tibi erit cordolium*. Et alibi expreſſe negat, mulieri eſſe *cordolium*. Nam mulier nulla *cordicitus* dolet ex animo. Verba Plauti ſunt Ciſtell. a. 1. ſc. 1. SIL. *mihi cordolium eſt*. GYM. *Quid id? unde eſt tibi cordolium? Quod neq; ego habeo neq; quiſquam alia mulier, ut prohibent viri*, Idem Plautus alludit ad etymon Amph. a. 3. ſc. 2. *Ego illud ſcio, quàm doluerit cordi meo*. Igitur primum Etymon optimum, à *cor* & *doleo*. A *dolo* fecit Enn. & Nonius *adolabilis*, i. e. abſque dolo. *Sedulus*, i. e. ſe vel ſine dolo E Plauto percipis Cap. a. 4. ſ. 2. Paraſitus ad herum ita: *Quippe quando nihil mihi credis, quod ego dico ſedulo*, i. e. bona fide, *ſe dolo*. Et hoc etymon probat Nonius & Iſid. fruſtra obſtrepente Perotto. Gloſſ. Philox. *Sedulò* ἀδόλως, ἀκριβῶς. Etiam favet analogia. Ut ſubdolus à dolus: ita ſedulus quoque. Δόλος, *dolus*, non difficulter formatur ab הֵתֵל, *hethel*, *del*, id eſt, doloſus fuit.

Dominus à *domo*: proprie is, qui domui præeſt & familiam gubernat. Δόμος à δέμω, id eſt, ædificio: *Domuitio* ap. Apul. l. 1. metam. A δέμειν *domare* judicio nonnullorum. Rectius à δαμάω: & inprimis aſſonat Hebr. דָמַם, *damam*, item דָמָה: *damah*: utrumque eſt domuit, ceſſavit, ſiluit. *Indomitus*, non domitus. *Adamas* quaſi

Digitized by Google

quaſi indomitus, quia ejus duritia inenarrabilis eſt, & ignium victrix. Deut. 8. 15. eſt rupes adamantina. Legatur Cluſ l. 1. hiſt. Arom. c. 47. Pro *dominus* antique uſurpatum fuit *Dubenus*, ap. Feſt. niſi locus ſit mendoſus; ſcilicet *dubenus* pro *dubienus*, qui nunc dubius: ſicut *alienus* ab *alio*, *ſocienus* à *ſocio*, ut quidam ſuſpicatur. In prima lingua eſt אָדוֹן, *adon*, i. e. Suſtentator domus aut familiæ, à rad. אֶדֶן, i. e. baſis, fulcrum. Si aliquis inde velut originem *domini* quærere.

Drachma, δραχμὴ. Potius ab Heb. דַּרְכְּמוֹן, quod idem. Conflatum eſt דֶּרֶךְ & מָנָה, quod diſtribuitur viatoribus, ἐφόδιον, viaticum. Eſt etiam nomen ponderis. Cleopatra, δραχμὴ ἢ καὶ ἄλλη ὁμωνύμως καλεῖται αἰγυπτιακὴ, ἥτις ἑκτὸν μέρος τῆς ἀττικῆς δραχμῆς ἄγουσα ὀβολὸν α. Budæus ex profeſſo de *drachma* agit in lib. de aſſe: quem videri ſatius eſt. Ut & VVaſerus de antiq. numis.

Draco, δράκων: multis, παρὰ τὸ δέρκειν. Quod illud Ovidii firmat: Terrigenasq; feras in ſopitumque draconem. *Inſopitum*, i. e. vigilem, cujus oculi exſomnes. Scal. Ex. 183. παρὰ τὸ δρᾶν ἄχος. Quia animal venenatum atque homini infeſtum. iterum Ovid. 7. Met.

— *Aut avido dabitur fera præda draconi.*

Drama, δρᾶμα, δρᾶν. Scal. l. 1. poet. c. 3. Hoc genus διαλογητικὸν, etiam ab geſtu & actione δραματικὸν appellatum fuit. Δρᾶν enim Dorica lingua ſignificat agere. Neque illud obfuerit, quod ſedendo partes quædam expediuntur. Nam & à majore parte nominandum fuit genus hoc dictionis: & in ſeſſione quoque actio quædam eſt. Quaro hiſtrio, qui eſt imitator, cum dicatur δρᾶν, imitativum hoc item genus non ſunt veriti quidam nominare.

Dromo, eſt curſor aut miniſter. *Prodromus*, Latinè *præcurſor*: Tertull. de reſurr. carnis, *Antecurſor*. A δρέμω vel δρέμομαι: δρόμος, eſt curſus. *Dromas*, & ap. Iſid. *Dromedarius*: genus camelorum, minoris quidem ſtaturæ, ſed velocioris curſus. A δρόμος, i. e. velocitas, l. 12. c. 1. In Strab. l. 15. eſt δρομὰς κάμηλος, & Curtio, *dromas camelus*.

Latin. *curro*, est ab Hebr. קָרַה, *karah*, & aliquando קָרָא, *kara*, i. e. occurrit, cucurrit, obviam factus est. Item Græc. κύρω, κυρέω. A *curro* est *currus*: ab usu. Quia beneficio currus celeriter provehimur, quasique procurrere videmur. A *curro curriculum*, ut à veho vehiculum, à verro verriculum. Item currus, κατ' ἀποκοπὴν *Carrus*: quanquam R geminatum notet etiam illos curruum & carrorum stridores sive impetus.

Dryades, δρυάδες, ut & ἁμαδρυάδες: à δρῦς, quod quernis umbraculis delectarentur, vel quod una cum quercubus & nasci, & mori crederentur. *Chamædrys* est quercus humilis. Quamvis etiam δρῦς, communiter arborem significet. Hinc ἄδρυος est arbore vacuus. A δρῦς fit δρυμὸς & δρυμὼν: unde faciunt Latin. *dumus*, literis modicè transpositis. Etiam δρύοχος est silva, nemus etiam fentrectum. Et δρυμὼν Budæus exponit *dumum*. Neque θάμνος, i. e. frutetum longè à Latin. dumo abest. Insuper à δρῦς, nonnullis dicti sunt *Druidæ*. Luc. l. 1. *Dryidæ*. Quia visco, & hac arbore, in qua ille nascitur, nihil habebant sacratius. Plin. l. 16. c. 45. Non assentior (*verba Casauboni sunt*) Plinio conjicienti Druidas à voce Græca esse appellatos. Quin potius Strabonis prudentiss. consilium sequor, negantis in appellationibus gentium barbararum Græcas etymologias esse quærendas. Quare Druidas non magis voce Græca sic fuisse vocitatos censeo, quam reliquos ejusdem gentis & ætatis Sophos, Bardos dico, & vates, sive Eubages. *Hæc Casaub. Gesner. Druidæ*, inquit, dicti à fide, quod eis tanquam sacerdot. & sapientib. *fides* à vulgo haberetur. Drau/ drou/ fides est Germanis. Inde fœminarum nomina: *Gariodruda*, *Ariodruda*. Et *VVaserus*: Etsi assentior iis, qui *Druidas* dictos volunt à dru/ vel drau/ vel drou/ quæ vox Germanis priscis est *fides*, quod videlicet *Druidibus*, tanquam sacerdotib. ac sapientibus fides merito à vulgo haberetur: tamen putem atque adeo credam, dictos etiam esse quasi *Druchtenas*, vel *Truthinas* à *Truthin*, vel Druchten/ quod epitheton est Servatoris propium & perpetuum ap. vetu-

ſtos Germanos, Otfrid. Notger. Vuilleram. Alfred. & alios: ut eſt à nobiliſſ. & erudítiſſ. *Frebero* annotatum. Eſt autem **Truthin** vel **Drychten** idem, quod dominus: quo per excellentiam inſignitur Dominorũ Dominus. Hinc **Truhtinche Tage** dies Dominica: & **Druhtines haus** templum Dominicũ apud Otfridum frequens: & **Druhtines Scalche** diſcipuli miniſtri, apoſtoli Domini. Hæc ille.

Dubitatio eſt retentio ratiocinationis ex objice. Iccirco dicebat in 3. Tranſnatur: Philoſ in iisdem hærens verborum veſtigiis; qui *dubitat* vincto ſimilis eſt. In 6. Top. ex aliorum ſententia: ἰσότης τῶν ἐναντίων λογισμῶν, inquit Scal. Ex. 313. Cum quibus optimè convenit Græcum ἀπορία: ἄπορος, ἀπορία, ἀπορεῦμαι: ab α στερητικῷ πορεῖν: & πείρω tranſadigo, tranſeo: πόρος, *porus*, i. e. tranſitus qua *tranſit* aliquis. *Pori* ἀδηλοι Iſidoro ſunt ſpiramenta: Aliis meatus cuticulares. Ita ἐμπόριον, *Emporium*, ab ἐμπορία, negotiatio. Ἔμπορος, vector, qui mare trajicit: ab ἐν & πόρος. Ergo *emporium* erit forum nundinarium. *Aporiari* quoq; ortum eſt ab ἀπορεῖν. Utitur vetus Biblior. verſio 2. Cor. 4. Jeſ. 59. *Aporia* in Eccleſ. c. 27. Lat. *dubito* non ineptè explanari poteſt, quaſi ſit à *duo* & *ito* ut Græc. δίστασις, διστάζω, à δὶς & ἵστημι. Nec non δοιὴ dubium: δοιάζω, ἐνδοιάζω, dubito, à δύο, Cum aliquis in duas, immo diverſas ſæpe ſententias it, animumque nunc hunc nunc dividit illuc: nec ubi figenda ſit ancora, videt: idque propter ἰσότητα τῶν λόγων. Veteres etiam *dubiat* pro *dubitat*, dixere, notante Feſto, à dubius.

Duco à δεικνύω: δείκτης ductor. Ab Hebr. הִגִּיד indicavit, nunciavit. Et ut dux à duco: ita ab iſto themate Hebr. eſt נָגִיד, i. e. dux, princeps, anteceſſor. *Feſtus*: cum pro *puto* ponimus, ex Græco eſt δοκῶ. *Induciæ* ab *inducendo*: quoniam ceſſatio quædam ab armis *inducitur*. Hinc Varro nominat *ferias belli*. Græci ἐκεχειρία. Agell. l. 1. c. 25. eſt *pax caſtrenſis paucorum dierum*, Aliis libet à *die* ducere *inducias*: aliis aliunde, ut ap. Agell. l. 1. c. 25. videre eſt. Prius tamen melius. *Inductio* ap. Logicos, cum ad aliquid probandũ plura *ſuperinducuntur*. Græc. eſt ἐπαγωγὴ

Conducere propriè eſt συνάγειν. Cic. in unum multa ſunt *conducenda*. Lucr. l. 6. At coria & carnem trahit & *conducit* in unum. Poſtea *conduco* eſt μισθοῦμαι: ſubintellecta mercede. *Conducere* ſevos, i.e. congregare: ſcilicet precio, quod ducit homines, aut cogit. Item *conducit* eſt idem quod prodeſt, utile eſt: pariter ut Græc. Συμφέρει. Ubi iterum quid ὑπακούεται: *Conducit*, nempe commoda, bona, aut aliud. Cic. rationibus noſtris *Conducere* videtur: ſcilicet utilitates, commoda, vel quid ſimile. Ut dux à duco: ita *tradux* à traduco, h. e. qui *traducitur*: verbi gratia ramuſculus, qui traduci poteſt & ſolet. Plin. l. 17. c. 23. traducem bimum præcidere ſolebant. Columel. l. 5. c. 5. Validam vitem in ramos diducere cenſeo & traducibus diſpergere. *Durateus*. Lucr. l. 1. rer. natural.

Nec clam *durateus* Trojai Pergama partu
Inflammaſſet equus. ——

Gr. δουράτεος. i. e. ligneus. Hom. ἵππος δουράτεος. Petron. *roborea moles*. Δοῦρα, item δοῦρα, i. e. ligna: δόρυ lignum, quod à δέρω. quaſi δέρμα ἔχον καὶ πεφυκὸς ἀποδέρεσθαι: ſeu ξύλον ἐκδεδαρμένον. Hinc & *durus*: item addito augmento, *Edurus*, ap. Poetas. *Duro* proprie eſt durum facio. Aliud eſt *obturo*, non *obturo*, ut quidam ſcriptitant. Nam *thuro*, θυρῶ, i.e. fores, ſive januam claudo. Hebr. אָטַר, i. e. obthuravit, obſtruxit. Θύρα enim oſtium eſt, etiam Germanor. imitatione.

Duplus, διπλόος, contracte διπλοῦς: παρὰ τὸ δύο πέλειν fit δυοπλόος καὶ διπλόος: aut à δὶς, διπλόος. *Diplois*, διπλοΐς, veſtis duplicata. *Diploma*, δίπλωμα, quidquid duplicatum: ut vas; item hodie literæ magnatum: quia duplicantur, aut majoris precii ſunt. Etiam antiquitus in *duplici tabella* ſcribi ſolitum, tradunt nonnulli; cum ſupplices aliquid à Princip. impetrarint. *Dis* autem Latin. eſt à διά, ut διανέμειν, diſtribuere: ſed & δὺς ſeparationem, ac difficultatem innuit, ut δυστυχία. Niſi ſit potius à δὶς. Scal. perſuadet l. 1. L. L. c. 34. Neque enim fuere duæ præpoſitiones, ut ſunt arbitrati Grammatici, *Di* & *Dis*: ſed *Dis* Græca. Nam *binarius numerus* primus eſt, qui dividi poteſt: quod igitur *bis* facimus, diſcontinuata opera fit.

Iccirco

Iccirco præpositio hæc ex uno plura demonstrat, *Dibido*, Quoniam quæ secta sunt, *bis* videntur. Item κατ' ἐξοχὴν *Bis*, est ab eodem δὶς. Inde *Binus*. Cic. Epist. famil. l. 9.22. Cum loquimur *terni*, nihil flagitii dicimus: at cum bini, obscænum. Nam βινεῖν ap. Theocr. & Aristoph. *coire* est.

E

E*Bur*, quia è *barro*, quasi *Ebar*. Physici hîc disputant, utrum ebur potius sit dens, an cornu. In utramque sententiam multa afferri solent: & jam olim allata sunt, uti videre licet ap. Plin. l. 8. nat. hist. c. 3. Cardan. l. 10. de subtil. Pier. l. 2. hierogl. Bodin. l. 3. theatri nat. Andr. Thevet. Gallum in Cosmogr. Orient. c. 21. Nobis intra cancellos jam destinatos manendum. Et Latini quidem vocant *Ebur*, è barro, uti dictum: sive sit dens, sive cornu Germ. Elffenbein / ossa elephantis. Græc. sunt ὀδόντες ἐλεφάντινοι. Hebr. γενικῶς καὶ κατ' ἐξοχὴν שֵׁן, dens. 1. Reg. 10. 18. כִּסֵּא־שֵׁן, *solium eburneum* vertente Pagn. & Tremell. 1. Reg. 22. 39. וּבֵית הַשֵּׁן, & *domus eburnea*, iisdem interpretibus. Ezech. 27. 17. קַרְנוֹת שֵׁן וְהָובְנִים *cornua, dens & Hebenus*. Per *cornua*, intelligit cornua monocerotis: per *dentem*, ebur: per *hosnim*, hebenum: uti quidem in Diction. harm. bibl. interpretatur El. Hutter. At קַרְנוֹת שֵׁן Pagninus vertit, *cornua eburnea*. Et Tremel. cum Junio, *cornua eboris*. Et addit: sunt dentes ipsi elephantor. prægrandes formaque incurvi, ut cornua: quomodo Jubam appellasse, testis est Plin. l. 8. c. 3. Ibidem, nempe Ezech. 27. 6. *transtra tua faciebant ex dente filio gressuum*. Ita enim verbatim sonat, teste Temell. & Buxtorfio in Lex. Hebr. i. e. *ex ebore tritissimo*. Nam illud demum germanum est ebur & præstantissimum, quod elephantes defodiunt in terram, & in ea per justum tempus pedibus tritum est. Plin. l. 8. c. 3. *Dentes deciduos casu aliquo, vel senecta, defodiunt: hoc solum ebur est*. Targum exponit שֵׁן דְפִיל quod est *dens elephantis*. Græcias ab Horto & Clus. l. 1. hist. aromat. c. 14. appellatur Arabibus ele-

 phan-

phantus *Fil.* ipse vero dens *Cenalfil*, i. e. dens elephanti.

Echo, ἠχώ. Propterea Ovidio est resonabilis. 3. Met. Et Persius: ——— *Reparabilis assonat Echo.*

Horat.—*Cujus recinet jocosa Nomen imago.* Ad quod *J. C. Scal.* Echo interpretamur, potius dato, quam accepto indicio significatus. Est enim vocis imago; quam vocem nisi addideris, nihil sonat. Hæc ille. Echo igitur imago: scilicet vocis: quod satis declaratur verbis, *Recinit* & *Jocosa*. Ubi cantus, ibi vox: si canis, Echo *recinit*: & quidem *jocosa*, i. e. ut jocari videatur, aut ludere. Virg. 4. Georg. vocisque offensa resultat imago. Et Lucretius expresse addit verbum l. 4. Pars solidis allisa locis rejecta sonorem

Reddit: & interdum frustratur imagine verbi,

Et post: Sex etiamseptem loca vidi reddere voces,

Unam cum jaceres: ita colles collibus ipsis
Verba repulsantes iterabant dicta referre.

Echo Græc. est ῥήματος οὐρά: Sicuti Enodus l.4. Anthol. vocat ἠχὼ μιμολόγον, φωνῆς τρύγα, ῥήματος οὐρὰν, echo imitatricem sermonis, vocis fecem, verbi *caudam*: quod ultima semper repetat, vel sequuatur tanquam apendix. Ausonius adhuc plenis: — *Aeris & linguæ filia*—

Linguæ: ab hac enim sonus aut vox primitus editur. *Aeris*; quia fit Echo, ὅταν ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἑνὸς γινομένου διὰ τὸ ἀγγεῖον τὸ διορίσαν καὶ κωλῦσαν θρυφθῆναι πάλιν ὁ ἀὴρ ἀπωσθῇ ὥσπερ σφαῖρα, ut describit Aristot. *Filia*, metaphorice: quoniam ab aere & sono veluti gignitur: Ita Horat. pinus silvæ *filia* nobilis. Et Pindar. ἐὰν δ' ὀρφανίας ὑδάτων ὀμβρίων, παῖδας νεφέλας. Item *Aristophani*, Ranæ sunt limi *filiæ*, λιμναῖα κρηνῶν τέκνα. Item Rabbinis, ut Josuæ filio Levi, *Echo* est בַּת קוֹל: *bath, kol*, i. e. filia vocis. Quales formulæ alias etiam ap. Hebræos usitatæ. Ita iliis *ben, schemen*; filius olei, est locus pinguis. Ben *schachar*, filius auroræ, est φωσφόρος, lucifer, qui mane exoritur. *Bene reschepb* filii prunæ, i. e. scintillæ. *Ben Kascheth* filius arcus, est τόξον, sive sagitta. Et *Ben caschpah*, filii pharetræ, sunt jacula & tela. Et similia in Bibliis passim occurrunt. Ab ἠχέω, κατηχέω, est etiam *cathechesis*: secundum eminentiã, doctri-

Digitized by Google

doctrina puerilis, quæ à lactante ætate exhibet primordia oraculorum Dei Heb. 5. Et notat proprie doctrinam ἠχώδη & ſono reciproco, interrogantis & reſpondentis, expreſſam.

Eclipſis, ἔκλειψις. Vulgo eſt lunæ obſcuratio & ſolis. Quamquam hic nunquam amittat lumen ſuum. Qui enim poſſit omnis lucis & caloris fons? Ne itaque fiat κατάχρησις pro *eclipſi ſolis*, dicatur; *averſio luminis ſolaris à terra, aut oculo noſtro*. Avertitur: quia luna intervenit & ſolem & oculum intuentis. Eleganter deſcribit more poetico Lucan. l. 1. Plinius *Eclipſin* latine vertit, *deliquium*. Satis commode. Eſt enim Græc. ἐκ & λείπω. Unde quoque ipſum Latin. *Linquo*: Ut à λείχω *lingo*: ab ἐνίπω, *inquio*: à δασὺς, *denſus*. N inſeritur: & P mutatur in Q. Quod alias crebro accidit: & dum *equs* fit ab ἵππος autore Joſ. Scal. A *delinquo* aptiſſima voce dicunt latini *delictum*, Tertul. l. 4. contra Marcion. *Luridati delinquentia maculis*. Malum enim ſive peccatum, non eſt aliquid, quod *eſt*; haut magis quam tenebræ aut cæcitas: ſed duntaxat privatio & *deliquium* boni; & μὴ ὂν, ut Philoſophi vocant. Auguſtinus belle, ut ſolet: *Mali cauſa efficiens nulla eſt, ſed deficiens tantum*. Quia malum eſt non Ens, aut abſentia Entis, ſeu defectus. Ergo ejus non *effectio*: ſed *defectio* eſt. Ut à relinquo *reliquum*: ſic à delinquo *deliquum*, ap. Feſt. Ut λοιπὸν à λείπω.

Ecloga, ab ἐκ & λέγω. Scal. l. 1. poet c. 4. Cum quædam (id quod ſapientiſſimo cuique evenire ſolet) etiam ſuis autorib. diſplicuiſſent, ex incondita turba eorum, quæ meditati non eſſent, quæq; ſubito calore excidiſſent, *ſelecta* quædam concinniora ea de cauſa ἐκλογαὶ appellare placuit. Ut Græc. ἐκλέγω: ita dicitur *Eligo*, h. e. ex aliis lego & ſeparo. *Lego*. λέγω. Hebr. לְהַג, *lahag, lag* eſt lectio ſtudium. לְהִקָּה, i. e. collectio, congregatio. Et לָקַט, i. e. legit, collegit. *Lego* igitur proprie eſt multa conjungo, colligo: hinc idem etiam, quod ore pronuncio, & ſcripta profero: quia utrobique fit multorum συλλογή. *Alligo*, adlego. Sueton. in Jul. Cæſ. ſenatum ſupplevit, patritios *allegit*. *Intelligo*, quaſi *intus lego* mecum i. e. loquor

Digitized by

& unum ex alio colligo : quod pertinet ad opus intellectionis. Vel *intelligo*, quaſi *interlego* : h. e. *inter* res & res diſcerno : ſic noſco, ut *delectum* habeam inter hoc & aliud. Quod ingerit τὸ λέγω. Etiam ap. Græc. λόγος & ἐν διάλεκτος & προφορικὸς dicitur. *Negligo* eſt, ne lectione quidem dignor, aut, ut inquit Scal. in Theoph. de pl. eſt omitto judicio & electione. Negligimus enim quod nolumus curare. Idem c. 34. L. L. *Intelligo* uſu, non lege factum eſt. Nam *interluo*, & *ſubterlabor*, & *perlitus*, & *ſuperlativum*. At Politianus cum mavult *Pellego*, videbatur in hoc, ut in cæteris, ſibi non poſſe eſſe princeps literarum, niſi ſolus eſſet : Sed aliunde poterat divinum ingenium ſibi parare gloriam, quam ex deformatione Latinæ puritatis. idem c. 29. l. 1. E breve migrat in longum *A* : Legere eſt *Legare* ; quoniam ad legendum, i. e. dicendũ mittebantur. Et ab hoc *Legati*, quorum ſcilicet officium eſſet, dicere. Hebr. מַלְאָךְ eſt legatus, nuncius. *Collega*, *collegium* ab eodem dicendi munere, aut ab opibus *legatis* ad unum aliquem finem. Nam *Legare* Tropice etiam inter alia eſt committere, aſſignare. *Analecta*, ἀνάλεκτα, i. e. collectanea ἀναλέκτης, collector. *Dialectus*, διάλεκτος, proprie ſignificat ſermonem transmiſſum : ſcilicet ad alias vel gentes vel civitates ; quarum certa loquendi idiomata. διὰ notat transmiſſionem. Lactant. l. 1. c. 6. dialectum vocat *genus ſermonis*. Sed ita Ariſtot. l. 4. de animal. c. 9. διάλεκτος ἡ τῆς φωνῆς ἐστὶ τῇ γλώττῃ διάρθρωσις, i. e. *Sermo eſt vocis dearticulatio per linguam*. Et addit ibidem J. C. Scal. Διάλεκτος à *diligendo* : ut Plaut. *diligere*, dixit ſignatiſſime, *dividere*. Verba enim ſunt, quæ *dividunt* vocem in homine loquente ; quæ in gemitu aut mugitu continuata eſſet. Itaque τὸ ἔπεσθαι, & ἔσπετε Homericum, & noſtrum, *ſecare* & *ſectas* notavit Agell. Hæc ille. *Ablegmina* ſunt partes quæ diis porriciebantur, quæ propterea dicebantur *proſiciæ* & *proſecta*, (lege Briſſ. de form. l. 1.) à *ſecando* : tanquam ſeparata quædam à reliqua viſceratione. Id enim *ablegere*, imitatione Græcor. qui dicunt ἀπολέγειν. Ergo *ablegmina*, ἀπολέγματα. *Ablecta* ædes ap. Plaut. moſtell. a. 3. ſc. 3. *Legio*, quod

quod *leguntur* milites in delectu, Varronis ſententia. Lipſ. l. 2. de milit. Rom. dial 5. Formarunt inde ſuum Græci, λεγεὼν; & Syri, לִגְיוֹן, Legijon. *Legumina* in variis frugibus: quia leguntur. Plin. l. 18. c. 17. Varro l. 1. de re ruſt. c. 32. Legumina *etiam* Legaria *appellant: utraq; dicta à legendo, quod ea non ſecantur, ſed vellendo leguntur.* Quomodo etiam Græci legumina vocant χεδροπὰ, quaſi χειροδρόπα, quia manu colliguntur. *Lex* nonnullis malè *à ligando.* Repugnat enim analogia: & quando *lex* obligare dicitur, metaphora id fit, deſumta à vimine, aut fune. Recte *à Lego.* Quomodo λόγος à λέγω; & nominatim δέκα λόγοι, i.e. præcepta ſeu leges Exod 20. 1. Deut. 10. 4. Unde etiam LXXII. Heb. דָּבָר ἐντολὴν Lev. 7. 19. νόμοι Pſ. 119. 97. & alibi. Heſych. ῥήσεις, νόμοι. Similiter ῥήτρα à ῥῶ eſt lex, ap Plutarch. in Lycurg. & Lacon. Utque rex à rego: ita analogice Lex à Lego. Quia ex plurimis ceu regulis *Lex* collecta eſt; quia etiam publice legebatur. Cic. 1. de Leg. A *deligendo*: Nam ut Græci æquitatis: ſic nos delectus vim in lege ponimus. *Legitimum* paſſive, i. e. quod à lege conſtitutum eſt. Ut νομιμὸν à νόμος. Ut *regulus* formatur: eadem analogia exſtitit *Legulus*, h. e. qui legit aut colligit manu: ap. Varr. L. L. l. 5. *Analogia*, id optime aſſequitur, quæ Græce ἀναλογία, Latine (audendum eſt enim, quoniam hæc primum à nobis novantur) *comparatio, proportióve* dici poteſt: ait Cic. de univerſ. At J. C. Scal. præ *comparatione* mavult *proportionem*: l. 1. hiſt. animal. c. 1. *Etymologia* Cic. in Top. Notatio, cum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, i. e. verbum ex verbo, *veriloquium.* ἔτυμος, verus: ἐτεὸς. Ab εἰμὶ fit ἐτὸς, ut θετὸς à τίθημι: inde ἔτυμος, ut ἔλυμος ab ἔλος. Igitur ἔτυμον eſt ita verum, ut cum τῷ εἶναι rei conſonet. Scal c. 186. L. L. *Etymologiam* Græci vocarunt cauſam, unde voces ductæ ſunt: *Veriloquium* Latinis placuit interpretari: ſed quam frigide videamus. Nam viritas in oratione eſt, non in verbis privis. Præterea λόγος in hac voce ſignificat rationem, non autem locutionem, ut vera ratio potius dicenda ſit. Quare

nos *Vocis rationem* transferre maluimus. *Hæc ille*. At vero & Græcos & Lat. recte originationem vocare arbitror *Veriloquium*. Quia per illam veritas ſignificationis, ac proprietatis exponitur, & ratio ita redditur ſignificationis. Qua tanquã ſymbolo ipſa res vera intellectui noſtro cogitanda offertur. Dein quod ait tantum in oratione eſſe veritatem, verum non eſt. Etiam *Veritas* ſimplex eſt aut ſimplicium terminorum, quæ ſingulis dictionibus exprimitur. Nam veritas eſt adæquatio orationis cum re extra animum locata: & veritas eſt quoque conformatio Entis cum ſuo archetypo. Quod non tantum Enti conjuncto: ſed etiam ſimplici convenire palam eſt. Igitur Ariſtotelis effatum c. 4. Categ. & hujus ſimiles ſententiæ aliorum intelligantur de primaria veritatis ratione, quæ manifeſtius & principaliter in compoſitione, & diviſione extat. Hinc idem ipſe Scal. Ex, 307. ſ. 27. *Intellectus alius ſimplex eſt: alius compoſitus. Sic Verum aut eſt affectus entis ſimpliciter accepti & intellecti: aut eſt affectus orationis dependens ex ſignificatarum rerum convenientia.* Sed quorſum? Ad ſcopum revertar; ne ad ſcopulum impingam. Quanquam hic, ecce, objicitur, dum *Elogii* perplexitatem aggredior. Ubi ſane Eruditiores σύμψηφοι non ſunt. Alii *Eulogium*, alii *Ellogium*, alii deniq; *Elogium* amplexantur. Recenſebo aliquot ſententias. *Turneb*. l. 7. c. 15. *Nullius*, inquit Sueton. c. 22. *inſpecto elogio*. Multis hoc nomen ſuſpecti ſermonis eſt: immo vero peregrinitatis damnatum urbe Quiritium expellitur, quorum ego judicio non accedo: in cauſa eſt, quod extrita litera C pro *Eclogio* elogium dici animadverti. *Eclogium* autem ab Ecloge dicitur: hodieq; ἐκλογεῖον ap. Suid. reperitur. Manutius in orthogr. *Eulogium*, non *Elogium*, aut *Eclogium* è libris vet. & Græca conſuetudine, amplectitur *Caſaub*. in Suet. docet elogium plane nihil eſſe aliud, quam ἐκλόγιον, i. e. titulum, cauſæ brevem explicationem, præfationem. *Scal*. in Culic. Virg. Multi putant *elogium* Græcum eſſe. Ego vero contra putem. Quemadmodum pleriſque nominib. Græcis Latini præpoſitiones ſuas anteponebant: ita etiam elogium ex Græca voce & Latina præpoſitione conflatum,

ſum, ut in *prologo* & *prologio* & *antilogio* videmus factum, quæ qui mere Græca dixerit, is magnas nugas egerit. Sic etiam *propola* ex Gr. πωλεῖν. Sed præpoſitio Latina, ut *Prologus*. Producitur enim (And. Teren.) quod non eſſet; ſi Græca. Si enim eſſet προπώλης, i. e. προξενητὴς & *Pararius* Senecæ, ut nonnulli annotant ex Polluce: neq; primam produceret, neque eam ſignificationem haberet, quam nunc. Dictus enim, quod primus vendat merces, quas in portu primus, anticipat, & ut Perſius ait, primus tollit piper à ſitiente Camelo, ut prior vendat. Quod manifeſte innuit Lucillius:

Sicuti cum ficus primus propola recentes
Attulit & precio ingenti dat primitu' paucos.

Nam quo minus credam doctiſſ. viro, qui cenſet *propalam* dicendum, facit, quod ea non eſt ſcriptura Etymologiæ: ſed pravæ librariorum conſuetudinis. Si enim quod unus & alter *propala* ſcripſerit, verum eſſet, eā rectam eſſe ſcripturam: Quidni & ego quoq; contenderem *propula* eſſe dicendum, qui in opt. Gloſſ. ſcriptum invenerim *propula*, πωλεύς? Deinde quare multis partib. plures libri habent *propola* quam *propala*? Quid cauſæ eſt, cur quæ uſitatior ſcriptura, ea ut verior non ſit? Quare ego puto *propolam* eſſe Græcum cum Latina præpoſitione: quæ tamen idem valet, quod Græca πρό. Nam eadem eſt in πρόλογος, quæ in Prologus. Sic Græci Latina vocabula cum Græca præpoſitione Latio abſtulerunt, & ſua fecerunt, ut ἐπιλόγιον. Sic Arabes addito ſuo AL pleraq; Græca ad morem ſuum interpolarunt; ut liber Ptolomæi eſt *Almageſte*. Eſt enim ἡ μεγίστη πραγματεία. Sic *Alchymia*, χυμεία, & *Alchymiſta*, χυμιστής. (Rhod. l. 7. c. 2. verbo luxato *alchymiam* dicunt, vel *Archymiam*, puto quaſi ἀργύρου χυμείαν) Sic *Almanac*, Calendarium, μανακὸς: à luna & menſibus, unde circulus lunaris ap. Victruv. μανακός. Sic *Alembic* à Græco ἄμβιξ ap. Dioſcor. (vid. Caſaub. in Athæn. l. 11. c. 8.) Itaque, ut dixi, eo modo *propola*: ita & de *Elogio*. Hæc Scal. Acquieſcimus merito. Sunt enim acuta. Et quis Polydamas auſit hunc Hectorē? Quia tamen *Elogii* nomen πολύσημον apparet: ut diſtinguatur, tripli-

tripliciter ſcribi poſſe arbitramur. Et quidem dum uſitate eſt commendatio, ἔπαινος, teſtificatio in honorem, (nunquam in vituperationem, ut male Valla l. 4. c. 66. Eleg. cenſuit) rectum erit *Eulogium*, εὐλόγιον, εὐλογία, i. e. bene dictum, in laudem, ab εὖ. Quomodo *Cic.* Quid ipſa ſepulcrorum monumenta? quid eulogia ſignificant? *Seneca*: deceſſit negotiator, teſtamento omnium bonorum ſuorum reliquit formoſam uxorem heredem, & adjecit *eulogium*: Quia pudicam comperi. Dein ſumitur pro ſimplici interpretatione, aut ſententiæ expoſitione: & tum *Ellogium* ſcribatur, ἐλλόγιον, ab ἐν. Cic. in Caton. Solonis quidem ſapientis *ellogium* eſt, quo ſe negat. i. e. ſententia, vel declaratio mentis. Ultimo *Eclogium*, i. e. electum, ἀναλόγως dicetur, ut horologium, prologium. Græc. eſt ἐκλογεῖον. Igitur ſi utaris *Elogium*, quo nil uſitatius omittitur litera; & ſententia fit ſenſus dubii: an *eulogium*, an *ellogium*, an *eclogium* ſit intelligendum. Qui itaq; perſpicuitati ſervire cupit, ſervet rationem illam ſcribendi ex origin. Græcis. Quod vero *Elogium* attinet, quaſi ſit Græcolatinum, dubitet aliquis, & quærat, an ita: & an non melius, ſi Græcum omnino dicatur: ſed litera ap. Latinos neglecta hactenus, quæ reſtituatur. Modum jam ſignavimus, & cauſam. *Nam* E *Latinum* & λόγος feciſſe elogium, vix credibile. Ubi analogia & par exemplum? *Prologium*, *antilogium* & cætera Græca ſunt. Sicut & *prologus*, *propola*, integre tranſumpta: πρόλογος, προπώλης. At objicitur quantitas, longa ap. Latinos: contra brevis ap. Græc. ſed facile rejicitur. Eodem enim modo *Prologus*, à πρόλογος: quo *Pro* longum à πρὸ brevi venit. Quæ enim totius; ea quoq; ratio partium. Et *prologus*, *propola* & ſimilia ponuntur, ut *reliquiæ*, *religio*, *reduco* & multa alia ap. Lucr. conſona duplicata. Quanquam & aliud eſt, quod reſpondeam. Nempe quantitas non ubique eadem manet in deductis, ſicut eſt in primigenis. Exempla habes plurima in l. 1. *L. L.* Scal. Ita *propino* licet à προπίνω fiat, tamen priorem Martialis produxit:

> *Hoc quoque nonnihil eſt, quod* propinabis *in iſtis*,
> *Cœnat*, propinat, *poſcit*, *negat*, *innuit* ———

Ni

Ni malis in primo verſu P geminari, ut dixi: nempe *propino*, ut relliquiæ. Et ſic proppola, licet quoad primam à Lucillio ſit producta: tamen non impedit, quo minus oriatur à Græco. Nec primæ quantitas usq; adeo urgenda: alioquin idem moneri poſſet de ultima, quæ ap. Græc. longa eſt: brevis vero ap. *Latin.* προπώλης, propola.

Edo, ἔδω: ſane eſt πολύπτωτον. *Mando*, μένδω, τένδω: non aliunde, quam ab ἔδω, etiam Græcis monentib. Aliis *mando* à *manus* & *edo*: quaſi admota manu cibum capio & dentib. conficio. Etymon rei ipſi congruum. Ut à figo fibula: ita à mando *mandibula*, h. e. quæ mandenti ſervit. Ut à cado caducus: ita à *mando manducus*, ap. Non. i. e. edax, qui nimis mandit. A manducus verbum *manducare*, quod proprie notat frequentem actionem. *Comedo*. i. e. ſimul edo, κατέδω, συνεσθίω. *Exedo*, Græc. quoque ἐξέδω. *Abedo*, ἀπέδω, ἀπεσθίω, ap. Tac. *Peredo*, ap. Virg. κατεσθίω. *Peredia*, à peredo: ut *inedia* ab inedo. Et notat Inedia στέρησιν. Græc. ἀσιτία. Feſt. *Perediam* & *Perbibeſiam* Plaut. Cur. act. 3. cum dixit, intelligi voluit cupiditatem edendi & bibendi. Venuſte (inquit Turneb. l. & c. 27.) ut nihil ſupra, *Perediam* & *Perbibeſiam*, ut provinciarum nomina commentus eſt ita, ut prius *Perediæ* nomen referat, & eſcæ tamen comitem continuo potionem attrahat. Ab eo *edulis*, ἐδώδιμος: ut ab idus idulis. Tertull. *eſcatilis*, l. 1. contra Marc. *Eſtur* ap. Ovid. l. 1. de Pont. pro editur. Ab *eſum* eſt *eſuries*. Catull. *eſuritio*: Varr. *eſurigo*. *Edax* continuitatem requirit. Edit enim quivis etiam abſtinentiſſimus. At Terentianus Phormio ſeipſum vocat *Edacem*. Ab eſum *eſtrix*. Plaut. Caſin. act. 4. ſc. 1. Novi ego illas ambas *eſtrices*. Ammian. l. 29. Urſas ſævas hominum ambeſtrices. *Edeatræ*, i. e. præfecti epulis: ἐδέατρος, ap. Perſas προγεύστης. Nunc latine accipitur. *Edera*, *Hedera*: quia omnia conſumit & quaſi *edit*, quibus adhæſit. H. præponitur, ut differat à verbo *Ederam*, *ederas*. Ovid 8. Met. flexipedes hederæ. *Obeſum* ab obedo, i. e. gracile ac macilentum, quaſi *ambeſum*, teſte Nonio & Agell. l. 19. c. 7. At κατ' ἀντίφρασιν eſt pingue, craſſum. *Dens* quaſi edens eſt. Eſt enim inſtrumentū: aut ὀδούς, Jonice ὀδών, quaſi ἔδων, quod

habent

habent Æoles, ab ἔδω. Aut *Dens* præpoſito D ab Heb. שן *ſchen, ſen, ſend*, κατ' μεταβολήν. Dens *molaris*, ab officio per metaphoram. Ita & ap Hebr. טחנה, *tachanah*, i. e. moletrina, mola, ſumitur pro dentib. Eccleſiaſt. 12. 3. הטחנות Tremell. vertit *molitrices*. Ita enim Græce *molares* (qui numero decem) μύλαι, μύλοι & μυλῖται dicuntur. Ut enim aſpera & inæqualis eorum extremitas: ſic ad cibum atterendum & bene conficiendum idonei ſunt & eo à natura dati. Poſteriores duo *molarium* ab Hippocr. libell. περὶ ἀρχῶν, dicuntur σωφρονιστῆρες. Ab Avicenna, dentes, *ſenſus & intellectus*. Gloſſ. quoq; : *Dens genuinus*, σωφρονιστὴρ ὀδούς. Nam eo tempore quo φρονεῖν incipimus, erumpere illi ſolent: videlicet trigeſimo ætatis anno & quarto ſeptenario. Ariſtoteli vocantur κραντῆρες, quod ætatis perfectæ, vel τῆς ἀκμῆς indices perhibeantur. *Bidens* propria ac prima notione, qui duos habet dentes. Poſt κατ' ἐξοχὴν bidens eſt ovis. Similiter *Tridens* à *tribus dentibus*: Græcis itidem τρίαινα. Tribuitur Neptuno propter tres orbis partes, ſecundum priſcos; quas ambit Oceanus. Vel quia tres notabiles aquæ & maris utilitates: nempe in quo navigamus, quo lavamus, ex quo bibimus. *Dentale* eſt pars aratri dentata, à figura. Maro -- *duplici aptantur* dentalia *dorſo*. *Dentex* συνόδους, nomen piſcis. *Dentiſcalpium* quo dentes purgantur. *Mordeo* etiam inde ap. Scal. in Theoph. de pl. Quid eſt *mordere*? docet tranſlatio. *Dens mordet*, ſeparat. Eſt ergo morſus ſeparatio. Unde & nomen, μόρον ἔδω, cum abſcindimus portionem; neque totum volumus. Aut *mordeo* dicitur, quaſi μερίζω ἔδων, divido edens. Ratio tamen eadem. Ideo dentes medii vocantur διχαστῆρες, quia διχάζουσι, i. e. τέμνουσι καὶ διαιροῦσι τὸ προσαχθὲν: Pollux l. 2. Etiam Plauto aul. a. 2. ſc. 2. *mordices* idem ſunt, quod dentes: Sicuti Catullo carm. 65. *nutrices* idem, quod mammæ. *Ador* farris genus, *edor*, quondam appellatum, ab *edendo*, inquit Feſtus. Veteres enim κυριολεκτικῶς omnem ex agris proventum vocabant *Adoream* vel *adoriam*, ut Gloſſ. habet, i. e. εἶδος σίτου. Et dicimus, *Adorioſus*. Hor. od. 4. l. 4. Qui primus alma riſit *adorea*: quam vetus interpres laudem bellicam ſignifica-

re

ſignificare ait. Feſtus ita ſubjicit: *adoream* laudem ſive gloriam dicebant: quia glorioſum eum putabant eſſe, qui farris copia abundaret. Cœpta autem eſt *adorea* uſurpari pro laude, poſtquam præmium militibus frumentũ erat, parta victoria. Hinc Plin. l.18. c. 3. Gloriam ipſam (inquit) à farris honore *adoream* appellabant. Et Plaut. qui multa præda atq; *adorea* affecit populares ſuos. *Adorioſus*, i.e. celebris, ἔνδοξος. Hinc prius, quam abeam, ſententiam Scal. in Feſt. de origine *Ador* adjiciam: Adur dicebant veteres (ait) quod Græc. eſt ἄθυρ, nulla litera immutata præter θ in *d*, ut Θεὸς, *Deus*. Dicitur & *adus*, *aderis*. Gloſſ. *Adus* σῖτος. Ita enim legendum. Poſtea declinatum *adus*, *adoris*: ut pignus, pigneris, pignoris: tempus, temperis, temporis. Itaq; fit, ut in obliquis ſecunda nunc producatur, nunc corripiatur. A. Gannius vetus Poeta corripit in illo verſu:

Illam ſponte ſatos adoris *ſtraviſſe maniplos*. Item:

Hinc adoris *dat primitias tibi; ſanguine libat.* Auſon.

Mox ador *atq;* adoris *de Polline pultificum far*. Producit idem Gannius in illo:

Emicat in nubes nidoribus ardor adoris.

Quare doctiſſ. Priſcianus ait, *irregulare* hoc nomen eſſe, quod cum in OR terminetur: tamen obliquos corripit contra alior. naturam, & cum neutri ſit generis: tamen in OR deſinit. Utrumq; falſum. Nam neq; cum obliquos producit, eſt neutri generis, ſed maſculini: neq, cum neutri eſt generis, in OR terminatur. Quamvis enim Auſon. dixit: Mox ador atq; adoris: tamen *ador* dictum, pro adus; ut *corpor* dicebant in neutro. Sed *adus* in neutro dictum & *ador* in maſculino, ut decus & decor.

Elaphus, ἔλαφος *ab* אַיָּל cervus, quaſi aries ſylveſtris. Deut. 15.22. Ubi quidem veſtigia non obſcura confuſionis Babylonicæ deprehendis. Si omnia manſiſſent integra, utique non foret confuſio. Homerus vocat ἔλαφον κεραόν, i. e. cornutum.

Elegia, non quaſi ἐυ λεγία, παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας; ut ridicule autumãt Grammatici: ſed à miſeratione, ἐλεεῖν λέγειν. Icci̇rco *miſerabiles* appellavit *elegos* Hor. 1. carm. 33.

Ελ'εὰ

Ἐλεὸς quoque eſt nocturna avis ap. Ariſtot. quam nos u-lulam dicimus, Simplicius quoque etymon ἐλέγειν. I-dem enim αἳ αἳ in Ælino. Nam utraque interjectio fre-quens omnibus Tragicis. Scal. l. 1. Poet. c. 50.

Elementum, Ariſtot. 2. de Gener. anim. & 2. de part. ἐξ οἵας δέχεται τροφῆς, ἐκ τοιαύτης ξυνεςάναι καὶ αὐτῶν. Et 1. Polit. iis animantes ali, ex quibus conſiunt. Πᾶσι γὰρ, ἐς ἧ γίνεται τροφὴ, τὸ λειπόμενόν ἐστι. Quæ fuit cauſa, ut Latini putarent ſeſe Etymon *elementi* excogitare potuiſſe, quaſi quod eſſet idem etiam *alimentum*. Scal. in Theoph. de pl. Martin. in Lexico: *Elementum* refero ad ἐλάω, venio, progredior, promoveo, duco: ut ductile opus ſit è materia. Unde & ἔλαμος via, & ipſum ἐλεύθω *eo*, ſi inde malis propius derivari poſſe. Hæc ille. Equidem ab ὕλη, *hyle, ile, ele*, putem rectiſſime dici *Elementum*: ut ab alo *alimentum*: ut *Mentum* ſit appendix formationis. Nam *elementum* nihil aliud eſt, quam ὕλη, & *materia*: unde corpora hæc ſublunaria conſtant. Iſidor. l. 13. Orig. c. 3. hoc etymon deſignat. Bene. Græci (inquit) ὕλην rerum quandam primam materiam dicunt, nullo prorſus modo formatam, ſed omnium corporalium formarum capacem: ex qua viſibilia hæc elementa ſunt: unde & ex ejus derivatione vocabulum acceperunt.

Elephas, ἐλέφας. Iſid. l. 12. *elephantem* Græci à magnitudine corporis vocatum putant, quod formam montis præferat. A λόφος λοφόεις. Id enim Iſidorus innuit per *eliſio*. Eſt vero animalium terreſtrium maximum, ap. Plin. l. 8. c. 1. & 3. Et Baſil. hom. 9. Hexam. μέγα τὸ ζῶον καὶ τῶν χερσαίων τὸ μέγιστον. Aliis dicitur quaſi ἑλίφας, quod per paludes incedat. Aliis ab ἐλεφαίρω, i. e. lędo. Aliis à λευκόν, à candore eboris. Sed omnia illa nihil ſunt. Neq; enim Græcanica vox, ſed exotica eſt; & fortean *Indica*. Sic Ovidio 4. Triſt. 5. indigitatur *Inda bellua*. Et ab Oppiano Halieut. 5. θὴρ Ἰνδός. Iterumque Ovid. de Med. faci: Sectile deliciis *India* præbet ebur. Iſid. l. 12. Apud Indos à voce, *barro*, vocatur. Unde & vox ejus *barritus* dicitur: & dentes ejus *ebur*, quaſi à vel è *barro*.

Quod

Quod si cui ad primam originem volupe sit vocem (*elephas*) reducere; sane Chaldæis, Arab. & Rabbinis est פיל, i.e. elephas, ut notat S. Munsterus. Ubi & ἐν ἀπαίδῃ γράμματι apparent. Maccab. l. 1. c. 11. v. 6. elephantes καὶ ἐξοχὴν vocantur *bestiæ*. Et ita vox erit non incommode ab אלוף quod & bos, Ps. 8, 8. Deut. 7, 13. Unde *bos Luca* etiam dicitur elephas ap. Latinos. Videatur etiam Fullet. l. 4. Misc. l. 10. Cæterum Elephantis rostrum dici consuevit *promuscis*, vel etiam *proboscis*, unde illud: Gr. προβοσκὶς, à βόσκω, βόω. Scilicet ab usu. Dicitur etiam προνομαία, à προνέμομαι. Nonius c. 1. proboscis dictum, quod ante depascat. Cic. & Plin. *manum vocant*; quod loco manus sit. Etiam χειμῶς legitur Gen. 9. 5. *A manu omnis bestiæ*. Lucret. l. 5.

Inde boves Lucas turrito corpore tetros
Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre----

Explicat Isid. l. 12. c. 2. Rostrum *promuscis* dicitur, quo ille pabulum ori admovet, & est angui similis, vallo munitus eburneo. Ab *elephante* dicitur morbus *elephantias* Celso l. 3. c. 25. & alias ἐλεφαντίασις: idque ob insignitam hujus morbi cum *elephante* convenientiam: quam accurate persequitur Aretæus l. 2. c. 13.

Elias, i.e. Deus meus Jehova. אל, *el* i.e. Deus. Græcis ἠλίας, ἠλιὸς, vel etiam ἡλίας, cujus ductu *Helias* nonnullis scribitur. At pro Hebr. rectius *Elias*, ἠλίας. Ita *Eliab*, ἐλιὰβ. Deus meus pater. *Eliam*, ἐλίαμ, Dei populus 2. Reg. 23. *Eliasaph*, ἐλισάφ, Deus augens. Num. 1. *Eliel*, ἐλιὴλ, Deus meus Deus. 1. Paral. 6. *Elisa* ἐλισσά, Deus est, aut Dei agnus, sive Deus commodans. *Eliseus*, Dei salus. Græce ἐλισσαῖος ap. Luc. c. 4. scribitur: at in lib. Reg. ubique ἐλισαιέ. *Eliu*, ἐλιοῦ. Deus meus ipse, 1. Reg. 1. *Eliud*, ἐλιοὺδ, Deus laudis Matth. 1. *Elisabet*. ἐλιζάβετ. Heb. Exod. 6. *Eliseba*: in fine est ajin, i.e. juramentum Dei, vel jusjurandum נשבע, *nischbbah* est juravit Et hæc vera origo. Aliis *Elisabet* est quies Dei, aut requies, quasi fiat à שבת, *Schabbath*, quod est, quies,

 cessa-

cessatio. Non recte. Quia litera ultima repugnat. Per abscissionem *Elisabet*, est *Elisa* ap. Virgil. ex Hebræor. origine: Nomen *Didonis*. Etenim Phœnices erant populi Syriæ, Judæis conterminì; quorum præcipuæ urbes fuerunt Tyrus & Sidon. Inde usus nominum Hebraicor. Quale etiam *Dido*. דּוֹדָה est ὑποκοριστικὸν nutricum, ait Jos. Scal. Ejus masculinum est דָּוִד *David*, i.e. amabilis, amicus, blandus. Fœminin. דּוֹדָה i.e. amica, cognata. Radix est דּוֹד, *dod*. i.e. amicus, dilectus.

Elysium, ἠλύσιον. De eo multa ap. Ethnicos: sed aliunde transumta. Quis abnutet famam Paradisi, horti illius divini, etiam ad exteros venisse? Quidam etiam venerunt ipsi; nec parum sapientiæ in felicibus his oris acceperunt. Plato Ægyptum lustravit: & hinc, quidquid de Elysio, in Phædone, vocat γῆν καθαράν. Hom. πεδίον. Odyss. Δ: ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσι.-- Attribuit diis, ut transferant homines in Elysium. Virg. 6. Aen. copiose nominat *locos lætos, amœna vireta fortunatorum nemorum, lucos opacos, prata recentia rivis, convalles virentes*. Ut ita Elysium Ethnicorum nil fuerit aliud, quam Paradisus: sed sub umbra aliqua, aut nebula. Proclus aperte: μακάρων δὲ νήσους εἰπὼν (scilicet Hesiodus) παράδεισον αἰνίττεται, ἤγουν τὸ ἠλύσιον πεδίον παρ' αὐτοῖς λεγόμενον παρὰ τὸ ἄλυτα τηρεῖν σώματα, ἢ παρὰ τὴν λύσιν τῶν κακῶν. Etymon amplectitur Servius, & juxta alii. Nec profecto aspernabile. Sed quia res ab Hebr. non etiam dictio? Fortean pauci repugnabunt: quomodo autem sit, nemo facile effabitur. Et si corruptam dices ex אֵל אֶשֶׁל, nonnihil dices, i.e. Dei hortus aut nemus. Aut si ab *Eden* facies, parum quoque efficies. Vix uni & alteri persuadebis; quibus cognita literarum conversio ex una lingua in alteram: & præcipue τοῦ D. in L.

Emolumentum non modo significare quæstum, aut aliud, quod conducat: sed etiam, quod operosum est, & magnum studium requirit, docet exemplis Varr. & Cæsaris P. Victor. l. 22. c. 10. Idque ideo, quia à *mole*.

Aliis,

Digitized by Google

Aliis quasi *emolimentum*, ab *emolo*; & ideo secundam corripuit Juvenalis. Recte. Ut enim à monitum monumentum: ita à molitum *molumentum*, & quod usitatum, *emolumentum*. A *mole* est *amolior*. Item *amuletum*, quod corpori alicujus alligatum noxam *amoliatur* seu depellat. Hinc in Gloss. est, *Ameletum, φυλακτήριον*. *Moles* (inquit Scal. in Theoph. de pl.) deducitur à *mola* farinaria, quæ nunquam pusilla est. In acu enim nulla *moles*. Resipit ortum *molestus*, quod primam corripit. Recte, ut ab honos honestus, ita à mola molestus. Et *mola*, *molere*, *pristinum* & hujus generis alia crebro pro eximiis laboribus & difficultatib. sumi passim consueverunt. Sed & potius *moles* à *μῶλος*: ut sit vox militaris. Virg. 1. Æn. tantæ *molis* erat. *Mola*, *μύλη*, *molitrina*, ut *meditrina* à medeor. *Molinum saxum* ap. Tertull. l. 4. contra Marc. *Mulus* à *μύλη, μύλος* ap. Isid. quod jugo pistorum subactus, tardas *molendo* ducat in girum molas, l. 12. Vel à *μόλος*, labor: quia est animal viribus in labore eximium, ut loquitur Plin. l. 8. c. 44. *Molucrum*, autore Festo, non solum quo molæ vertuntur, dicitur id, quod Græci *μύλακρον* appellant: sed etiam tumor ventris, qui virginibus quoque solet evenire, cujus meminit Afranius in virgine. *Immolare* à mola i. e. farre molito & sale hostiam persperssam sacrare, Fest. Cæterum *μύλη* & *μῶλος* ab עָמָל *amal*, *mel*, i. e. labor, molestia, moles.

Encænia, Castellioni *Renovalia*: ἐγκαίνια à καινός, i. e. novus Suidæ festum est, in quo aliquid innovatur. *Casaub.* in Joh. 10. 22. Dicta esse *Encænia* à renovatione rei antiquæ, multi è veterib. crediderũt Græci Grammatici: ἐγκαίνια, ἑορτὴ ἐν ᾗ ἀνακαινισμὸς γίνεται. Verũ id potius ἀνακαινίζειν est, quã ἐγκαινίζειν: quæ vox perpetuo ap. LXXII. interpr. & N. Testamenti autores de iis dicitur, quæ Deo dedicantur & consecrantur: non quæ obsoleta & abolita in usum revocantur. *Hæc ille*. Unde apparet Latin. *Renovalia* τὰ ἐγκαίνια non satis exprimere. Καινὸν, à καὶ & νῦν, quasi nuperum, jam modo factum. Hebr. חָדַשׁ est innovavit.

Encomium, ἐγκώμιον ἐν ταῖς κώμαις tribulibus audientibus, cum laudes alicujus ita recensebantur, ut longiuscule procederet oratio, ἐγκώμιον appellarunt: quæ neque brevis, neque simplex esset, sed figuris ac numeris ornata, certis divisa partib. locis digesta suis esset. Hesych. ἐγκώμιον ἔνδημον: κῶμαι γὰρ οἱ τῶν δήμων συνήματα. Prov. 10. 18. μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων. Quæ de encomio Quinctil. l. 3. c. 1. Rhodig. l. 7. c. 5. notent, illico dispiciantur.

Epænus, ἔπαινος. Scal. poet. l. 3. c. 110. Est αἶνος idem quod μῦθος. Μῦθος idem, quod dictum, aut sermo. Nam postea utriusque significatio ad fabellarum angustias redacta est. Ergo cum de re quapiam αἶνος esset propositus: auditorum consensus expressus oratione ἔπαινος appellabatur: quasi prioris additamentum. Nullum enim pulchrius auctarium orationis, quam comprobatio dictorum. Inde tractum est, ut hoc testimonium vel bonæ rei, vel bene cujuspiam facti dictive ἔπαινος vocaretur.

Episcopus, ἐπίσκοπος. Origo (ab ἐπὶ & σκέπτομαι) nec non usus autorum lati significatut esse docet: quomodo ἐπόπτης καὶ ἔφορος. Latinè sonat *inspector*, aut *speculator*. Homerus vocat Hectorem ἐπίσκοπον: quia fuerit præcipuus Troiæ *inspector* & custos. Iliad. ω: ἦ γὰρ ὄλωλας ἐπίσκοπος ἤ τε μιν αὐτὴν ῥύσκευ. Virginum sacrarum erat ἐπίσκοπος: uti ex Plutarchi Numa apparet. Magistratus Atticus vocabatur ἐπίσκοπος: itidem ab officio. Cic. ad Att. l. 7. *Vult me Pompeius esse, quem tota hæc maritima ora habeat* ἐπίσκοπον, *ad quem delectus & negotii summa referatur.* Isid. l. 7. Orig. c. 12. *Episcopi Græcè, Latinè speculatores interpretantur.* Postea eminentiori significatu, ut solet, ἐπίσκοπος in Ecclesia est, qui sacris præest: quem Justinus Martyr. Apolog. 2. προεστῶτα τῶν ἀδελφῶν vocat. Nam fit quasi *speculator*, qui in doctrinam moresque commissi gregis inquirat. Actor. 20. 28. προσέχετε ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους. Petrus 1. Epist. 5. 2. ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ θεοῦ, ἐπισκοποῦντες. Cassiod. in Ps. 108. Episcopus dictus *superinspector*

co,

eo, quod Domini gregem ipsius gratiâ suffragante, quasi pastor cautissimus altâ sede custodiat. Apoll. Sidonius eo respectu utitur τῷ *superinspicis* l.6. epist.1. & l. 9.ep.3.

Entelechia, ἐντελέχεια. Hujus vocis significatum & originem multi studiose indagarunt,

------ Leporem venator ut alta
In nive sectatur ------

Et Hermolaus Barbarus, qui Latine, verius barbare, *perfectihabiam* & *perfectihabentiam* vertit, ex dæmone, ope λεκανομαντείας cognosse tentavit, quid sub hac umbra Aristot. l. 2. de anim. c. 1. abscondat. Nos è Scaligero, qui dæmonium hominis erat, & miraculum naturæ, facilè τὸ τί ἐν discimus. Cum igitur formam, *inquit*, dixeris: intelliges immaterialitatem, simplicitatem, potestatem, perfectionem, informationem. Hoc enim est ἐν: quod innuit maximus Poetarum; 6. Æneid:

------ Totosq; infusa per artus.

Hoc est τέλος: quia est ultima forma sub cœlestib. & princeps inferiorum, finis ac perfectio. Hoc est ἔχειν: quia habet materiam; neque solum habet, sed etiam continet, ut sit unum. Neque solum continet: sed etiam regit. Hoc enim est ἔχειν in 5. Metaph. & in Cratylo. Ex. 307. f. 12. 39. Quidam Ciceronis præsidio exarant per δ, ἐνδελέχεια: sed misere falluntur & fallunt. Est enim vox Aristotelica & nova ἐντελέχεια ipsius Ciceronis confessione. Igitur aliam hanc oportet esse ab ista altera, quæ vetus & vulgaris. Dum vero Cicero interpretatur, quasi quandam continuatam motionem, & perennem 1. Tusc. mentem Philosophi assequutus non est, aut si assequutus, secus exposuit. Neque enim anima est motio aut agitatio: hæc quippe est accidens: illa substantia & pars compositi & potior & perfectio & finis. Neque ἐνδελέχεια est agitatio: sed continuatio motus, παρὰ τὸ ἐν καὶ δεῖν καὶ ἐλᾶν τὸ ἐχόμενον.

Eo, ire: ab antiquo ἴω: pro quo nunc εἶμι. Ab *itum* est *iter, iteris*: post *itiner* per αὔξησιν, *itineris, itinerariũ*. Lucret. jungit iter & viam: *iter infestum fecere viai*. l. 5. *Iterum* ab itere, quod repetebant pastores, antiquissimi

ὀνομαστὶ ποιεῖ. Gloss. *Iterat*, ἐδιπλοῖ. *Obiter* ab *ob* & *iter*: ἐν παρόδῳ: sicut *obviam*. *Ilicet*, *ire licet*: ut scilicet, scire licet. Scal. in conj. *Extemplo* verbum est sacrorum: sicut *ilicet* judiciorum. Ut enim hoc dimisso Senatu: sic illud, sacrificio patrato à præcone pronunciabatur; quod significabatur, ut exirent *è templo*. Quod quia cito fiebat, inde pro *cito* & *propere* sumi cœptum est. Nec aliter aut aliunde puto dictum esse *confestim*, à festum: quomodo & dicimus *postfestum*. Etiam à festum *festino*: quia celeritas hic requiritur. Ulterius abire: *Inire*, *initus*, *initium*. *Exire*, *exitus*, *exitium*. Fest. *Exitium* antiqui ponebant pro exitu. Ab exitium fit *exitiale*. Quomodo à principium, *principiale*, ap. Lucr. l. 5. Sed & à *subire* fit *subitum*, quod subit præter opinionem, ταχύ: & amplius *subitarium*, ap. Plaut. in Mil. *Ambire* pro circumire ἀμφὶ. *Ambitio* proprie περιδρομή. Gloss. *ambit* περιέρχεται: *ambitus* περίοδος, περιδρομή. Deinde est petentium Magistratum, vel aliud hodie officium. Prudent. peristeph. pro eadem posuit *ambitum*.

> Quid ille fervens *ambitu*,
> Sitique honoris æstuans.

Ita enim, *ambitu*, legit MS. Palatinum: non *ambitum*, ut mendose alia. *Transeo*, *transitum*: & hinc *transtum*, unde *transtrum*: Sunt *transtra* transversæ trabes, remigum sedilia. Græcis θράνος. Gloss. Philox. *Transtrum* ζυγὸν σκάφης. Analogia talis. A transtum transtrum: ut à clausum *claustrum*: à flutum *flustrum*, à frio *frustrum*: à cado, *casum*, *castrum*: ut hoc non diu durans aut stabile domicilium vel ædificium notet. Sic in Gloss. *bustra* est βυστάσιον. *Perire*, *peritum*, *periculum*, κίνδυνος. Interdum est *perire*, *deperire*, quod efflictim, ac perdite amare, ut pereas, nisi potiaris. Ita Plautus pro eodem habet *demori*. Etiam *comire* quasi *cumire* à cum, i. e. simul. Est hoc integrum. *Comes* inde, qui simul it: Olim etiam *cumes*, uti testantur MSS & Gifan. in Indice Lucretii. Ejusdem ortus est *comitium*, *comitialis*. *Comites*, titulus dignitatis à comitatu. *Coire* eliso M: ut *circuitus*, quasi *circumitus*. *Coetus* & *coitus* idem sunt, i. e.

γνώσθ-, συνηγωγή. Illud enim quodammodo contractum. Terent. prima *coitio* acerrima. Verbum κοινόν. Virgil. 12. Æn.

Inter se coiisse viros. ———

Tertull. apolog. c. 39. Coimus in *cœtum* & aggregationem. Scal. in Theoph. de pl. συνδρομήν veteres medici appellarunt *coitionem* causarum ad morbos constituendos, i. e. concursus. Σύῤῥοια, i. e. confluxus. Σύμβασις Thucydidi compositio pactorum inter duos exercitus. Paulus lætus *conventionem* maluit. Quam materiarum constitutionem, atque conflationem Lucret. *cætum* dixit à *coeunda*. Etiam *Civis* quasi *Coivis* à *coeundo*. *Civitas* à civium conjunctione. Cives Gen. 23. 10. & 34. 24. dicuntur, ingredientes portam civitatis, & egredientes porta civitatis. Cic. l. 1. de rep. *Conjunctionem* tectorum, opidum, vel urbem appellarunt delubris distinctam, spatiisque communibus. Omnis ergo populus, quod *cætus* multitudinis, qualem exposui, *civitas* est. *Seditio*, quando in diversas partes *abitur*: hoc enim *SE*. Germanis à *stare*, Auffstandt. Gloss. Cyrill. στάσις ἀδόγμεν@, seditio. Cic. 6. de Rep. ea dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, *Seditio* dicitur. *Abies*, ut Græc. ἐλάτη ab ἐλαύν: ita dicitur Lat. ab *eundo*: quia in altum *abeat*, præ aliis. *Nequeo* à *nequo* & *eo*. Ita enim veteres usi, notante Festo, nosque non fere aliter. Ita & in contrariam partem dicimus: *assertum it, consultum it*: & similia. *Præire, prætor*, quasi *præitor*: Cic. 3. de Leg. regio imperio duo sunto, iiq; *præeundo*, judicando, consulendo, *prætores*, judices, Consules appellantor. Quod etiam Varro l. 4. L. L. etiam Imper. Justin. Novell. 24. & alii probant. *Combito* est una vel juxta eo: *Imbito*, est ineo: *prœbito* est præeo, prævenio: *rebito*, pro redeo: *Perbito* pro pereo. Composita è simplici *betere*: quod vel abire vel à βῆμι aut βαδίζω. Significatus vero similis. Scal. conject. & in Fest. *Bætere* seu *betere* & *bitire* veteres dixisse ait. Inde *Bitienses* qui assidue peregrinantur. Etiam *arbiter*, quasi *adbiter*: h. e. tertius qui accedit & litigia componit. Gloss.

tripliciter ſcribi poſſe arbitramur. Et quidem dum uſitate eſt commendatio, ἔπαινος, teſtificatio in honorem, (nunquam in vituperationem, ut male Valla l. 4. c. 66. Eleg cenſuit) rectum erit *Eulogium*, εὐλόγιον, εὐλογία, i. e. bene dictum, in laudem, ab εὖ. Quomodo *Cic.* Quid ipſa ſepulcrorum monumenta? quid eulogia ſignificant? *Seneca*: deceſſit negotiator, teſtamento omnium bonorum ſuorum reliquit formoſam uxorem heredem, & adjecit *eulogium*: Quia pudicam comperi. Dein ſumitur pro ſimplici interpretatione, aut ſententiæ expoſitione: & tum *Ellogium* ſcribatur, ἐλλόγιον, ab ἐν. Cic. in Caton. Solonis quidem ſapientis *ellogium* eſt, quo ſe negat. i. e. ſententia, vel declaratio mentis. Ultimo *Eclogium*, i. e. electum, ἀναλόγως dicetur, ut horologium, prologium. Græc. eſt ἐκλογεῖον. Igitur ſi utaris *Elogium*, quo nil uſitatius omittitur litera; & ſententia fit ſenſus dubii: an *eulogium*, an *ellogium*, an *eclogium* ſit intelligendum. Qui itaq; perſpicuitati ſervire cupit, ſervet rationem illam ſcribendi ex origin. Græcis. Quod vero *Elogium* attinet, quaſi ſit Græcolatinum, dubitet aliquis, & quærat, an ita: & an non melius, ſi Græcum omnino dicatur: ſed litera ap. Latinos neglecta hactenus, quæ reſtituatur. Modum jam ſignavimus, & cauſam. *Nam* E *Latinum* & λόγος feciſſe elogium, vix credibile. Ubi analogia & par exemplum? *Prologium*, *antilogium* & cætera Græca ſunt. Sicut & *prologus*, *propola*, integre tranſumpta: πρόλογος, προπώλης. At objicitur quantitas, longa ap. Latinos: contra brevis ap. Græc. ſed facile rejicitur. Eodem enim modo *Prologus*, à πρόλογος: quo *Pro* longum à πρὸ brevi venit. Quæ enim totius; ea quoq; ratio partium. Et *prologus*, *propola* & ſimilia ponuntur, ut *reliquiæ*, *religio*, *reduco* & multa alia ap. Lucr. conſona duplicata. Quanquam & aliud eſt, quod reſpondeam. Nempe quantitas non ubique eadem manet in deductis, ſicut eſt in primigenis. Exempla habes plurima in l. 1. *L. L.* Scal. Ita *propino* licet à προπίνω fiat, tamen priorem Martialis produxit:

> *Hoc quoque nonnihil eſt, quod* propinabis *in iſtis*,
> *Cœnat*, propinat, *poſcit*, *negat*, *innuit* ———

Ni

Ni malis in primo verſu P geminari, ut dixi: nempe *proppino*, ut reſſliquiæ. Et ſic proppola, licet quoad primam à Lucillio ſit producta: tamen non impedit, quo minus oriatur à Græco. Nec primæ quantitas usq; adeo urgenda: alioquin idem moneri poſſet de ultima, quæ ap. Græc. longa eſt: brevis vero ap. *Latin.* προπώλης, propola.

Edo, ἔδω: ſane eſt πολύτεκνον. *Mando*, μάνδω, τένδω: non aliunde, quam ab ἔδω, etiam Græcis monentib. Aliis *mando* à *manus* & *edo*: quaſi admota manu cibum capio & dentib. conficio. Etymon rei ipſi congruum. Ut à figo fibula: ita à mando *mandibula*, h. e. quæ mandenti ſervit. Ut à cado caducus: ita à *mando manducus*, ap. Non. i. e. edax, qui nimis mandit. A manducus verbum *manducare*, quod proprie notat frequentem actionem. *Comedo*. i. e. ſimul edo, κατέδω, συνεσθίω. *Exedo*, Græc. quoque ἐξέδω. *Abedo*, ἀπέδω, ἀπεσθίω, ap. Tac. *Peredo*, ap. Virg. κατεσθίω. *Peredia*, à peredo: ut *inedia* ab inedo. Et notat Inedia στέρησιν. Græc. ἀσιτία. Feſt. *Perediam* & *Perbibeſiam* Plaut. Cur. act. 3. cum dixit, intelligi voluit cupiditatem edendi & bibendi. Venuſte (inquit Turneb. l. & c. 27.) ut nihil ſupra, *Perediam* & *Perbibeſiam*, ut provinciarum nomina commentus eſt ita, ut prius *Perediæ* nomen referat, & eſcæ tamen comitem continuo potionem attrahat. Ab eo *edulis*, ἐδώδιμος: ut ab idus idulis. Tertull. *eſcatilis*, l. 1. contra Marc. *Eſtur* ap. Ovid. l. 1. de Pont. pro editur. Ab *eſum* eſt *eſuries*. Catull. *eſuritio*: Varr. *eſurigo*. *Edax* continuitatem requirit. Edit enim quivis etiam abſtinentiſſimus. At Terentianus Phormio ſeipſum vocat *Edacem*. Ab eſum *eſtrix*. Plaut. Caſin. act. 4. ſc. 1. Novi ego illas ambas *eſtrices*. Ammian. l. 29. Urſas ſævas hominum ambeſtrices. *Edeatræ*, i. e. præfecti epulis: ἐδέατρος, ap. Perſas προγεύστης. Nunc latinè accipitur. *Edera*, *Hedera*: quia omnia conſumit & quaſi *edit*, quibus adhæſit. H. præponitur, ut differat à verbo *Ederam*, *ederas*. Ovid. 8. Met. flexipedes hederæ. *Obeſum* ab obedo, i. e. gracile ac macilentum, quaſi *ambeſum*, teſte Nonio & Agell. l. 19. c. 7. At κατ' ἀντίφρασιν eſt pingue, craſſum. *Dens* quaſi edens eſt. Eſt enim inſtrumentū: aut ὀδούς, Jonice ὀδών, quaſi ἐδών, quod habent

habent Æoles, ab ἔδω. Aut *Dens* præposito D ab Heb. שן *schen, sen, send*, κατ᾽ μεταβολήν. Dens *molaris*, ab officio per metaphoram. Ita & ap Hebr. טחנה, *tachanah*, i. e. moletrina, mola, sumitur pro dentib. Ecclesiast. 12. 3. הטחנות Tremell. vertit *molitrices*. Ita enim Græce *molares* (qui numero decem) μύλαι, μύλοι & μυλῖται dicuntur. Ut enim aspera & inæqualis eorum extremitas: sic ad cibum atterendum & bene conficiendum idonei sunt & eo à natura dati. Posteriores duo *molarium* ab Hippocr. libell. περὶ ἀρχῶν, dicuntur σωφρονιστῆρες. Ab Avicenna, dentes, *sensus & intellectus*. Gloss. quoq; : *Dens genuinus*, σωφρονιστὴς ὀδούς. Nam eo tempore quo φρονεῖν incipimus, erumpere illi solent: videlicet trigesimo ætatis anno & quarto septenario. Aristoteli vocantur κραντῆρες, quod ætatis perfectæ, vel τῆς ἀκμῆς indices perhibeantur. *Bidens* propria ac prima notione, qui duos habet dentes. Post κατ᾽ ἐξοχὴν bidens est ovis. Similiter *Tridens* à *tribus dentibus*: Græcis itidem τρίαινα. Tribuitur Neptuno propter tres orbis partes, secundum priscos; quas ambit Oceanus. Vel quia tres notabiles aquæ & maris utilitates: nempe in quo navigamus, quo lavamus, ex quo bibimus. *Dentale* est pars aratri dentata, à figura. Maro —*duplici aptantur* dentalia *dorso*. *Dentex* συνόδους, nomen piscis. *Dentiscalpium* quo dentes purgantur. *Mordeo* etiam inde ap. Scal. in Theoph. de pl. Quid est *mordere*? docet translatio. *Dens mordet*, separat. Est ergo morsus separatio. Unde & nomen, μόρον ἔδω, cum abscindimus portionem; neque totum volumus. Aut *mordeo* dicitur, quasi μείρω ἔδων, divido edens. Ratio tamen eadem. Ideo dentes medii vocantur διχαστῆρες, quia διχάζουσι, i. e. τέμνουσι καὶ διαιροῦσι τὸ σιτίον: Pollux l. 2. Etiam Plauto aul. a. 2. sc. 2. *mordices* idem sunt, quod dentes: Sicuti Catullo carm. 65. *nutrices* idem, quod mammæ. *Ador* farris genus, *edor*, quondam appellatum, ab *edendo*, inquit Festus. Veteres enim κυριολεκτεῖ omnem ex agris proventum vocabant *Adoream* vel *adoriam*, ut Gloss. habet, i. e. εἶδος σίτου. Et dicimus, *Adoriosus*. Hor. od. 4. l. 4. Qui primus alma risit *adorea*: quam vetus interpres laudem bellicam significa-

Digitized by Google

ſignificare ait. Feſtus ita ſubjicit : *adoream* laudem ſive gloriam dicebant: quia glorioſum eum putabant eſſe, qui farris copia abundaret. Cœpta autem eſt *adorea* uſurpari pro laude, poſtquam præmium militibus frumentũ erat, parta victoria. Hinc Plin. l. 18. c. 3. Gloriam ipſam (inquit) à farris honore *adoream* appellabant. Et Plaut. qui multa præda atq; *adorea* affecit populares ſuos. *Adorioſus*, i. e. celebris, ἔνδοξος. Hinc prius, quam abeam, ſententiam Scal. in Feſt. de origine *Ador* adjiciam : Adur dicebant veteres (ait) quod Græc. eſt ἄθυρ, nulla litera immutata præter θ in *d*, ut Θεὸς, *Deus*. Dicitur & *adus*, *aderis*. Gloſſ. *Adus* ἔτος. Ita enim legendum. Poſtea declinatum *adus*, *adoris* : ut pignus, pigneris, pignoris : tempus, temperis, temporis. Itaq; fit, ut in obliquis ſecunda nunc producatur, nunc corripiatur. A. Gannius vetus Poeta corripit in illo verſu :

Illam ſponte ſatos adoris *ſtraviſſe maniplos*. Item :

Hinc adoris *dat primitias tibi* ; *ſanguine libat*. Auſon.

Mox ador *atq;* adoris *de Polline pultificum far*. Producit idem Gannius in illo :

Emicat in nubes nidoribus ardor adoris.

Quare doctiſſ. Priſcianus ait, *irregulare* hoc nomen eſſe, quod cum in OR terminetur : tamen obliquos corripit contra alior. naturam, & cum neutri ſit generis: tamen in OR deſinit. Utrumq; falſum. Nam neq; cum obliquos producit, eſt neutri generis, ſed maſculini : neq, cum neutri eſt generis, in OR terminatur. Quamvis enim Auſon. dixit : Mox adôr atq; adoris : tamen *ador* dictum, pro adus ; ut *corpor* dicebant in neutro. Sed *adus* in neutro dictum & *ador* in maſculino, ut decus & decor.

Elaphus, ἔλαφος *ab* אַיָּל cervus, quaſi aries ſylveſtris. Deut. 15.22. Ubi quidem veſtigia non obſcura confuſionis Babylonicæ deprehendis. Si omnia manſiſſent integra, utique non foret confuſio. Homerus vocat ἔλαφον κεραόν, i. e. cornutum.

Elegia, non quaſi ἐν λεγίᾳ, παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας ; ut ridicule autumãt Grammatici: ſed à miſeratione, ἐλεεῖν λέγειν. Iccirco *miſerabiles* appellavit *elegos* Hor. 1. carm. 33.

Ἐλεὸς quoque eſt nocturna avis ap. Ariſtot. quam nos u-lulam dicimus, Simplicius quoque etymon ἐλεγαίνει. I-dem enim αἶ αἶ in Ælino. Nam utraque interjectio frequens omnibus Tragicis. Scal. l. 1. Poet. c. 50.

Elementum, Ariſtot. 2. de Gener. anim. & 2. de part. ἐξ οἵας δέχεται τροφῆς, ἐκ τοιαύτης ξυνεστάναι καὶ αὐτῷ. Et 1. Polit. iis animantes ali, ex quibus conſiunt. Πᾶσι γὰρ, ἐξ οὗ γίνεται τροφὴ, τὸ λειπόμενόν ἐστι. Quæ fuit cauſa, ut Latini putarent ſeſe Etymon *elementi* excogitare potuiſſe, quaſi quod eſſet idem etiam *alimentum*. Scal. in Theoph. de pl. Martin. in Lexico: *Elementum* refero ad ἐλάω, venio, progredior, promoveo, duco: ut ductile opus fit è materia. Unde & ἔλαμος via, & ipſum ἐλεύθω eo, ſi inde malis propius derivari poſſe. Hæc ille. Equidem ab ὕλη, *hyle, ile, ele*, putem rectiſſime dici *Elementum*: ut ab alo *alimentum*: ut *Mentum* ſit appendix formationis. Nam *elementum* nihil aliud eſt, quam ὕλη, & *materia*: unde corpora hæc ſublunaria conſtant. Iſidor. l. 13. Orig. c. 3. hoc etymon deſignat. Bene. Græci (inquit) ὕλην rerum quandam primam materiam dicunt, nullo prorſus modo formatam, ſed omnium corporalium formarum capacem: ex qua viſibilia hæc elementa ſunt: unde & ex ejus derivatione vocabulum acceperunt.

Elephas, ἐλέφας. Iſid. l. 12. *elephantem* Græci à magnitudine corporis vocatum putant, quod formam montis præferat. A λόφος λοφόεις. Id enim Iſidorus innuit per *eliſio*. Eſt vero animalium terreſtrium maximum, ap. Plin. l. 8. c. 1. & 3. Et Baſil. hom. 9. Hexam. μέγα τὸ ζῶον καὶ τῶν χερσαίων τὸ μέγιστον. Aliis dicitur quaſi ἑλίφας, quod per paludes incedat. Aliis ab ἐλεφαίρω, i. e. ledo. Aliis à λευκόν, à candore eboris. Sed omnia illa nihil ſunt. Neq; enim Græcanica vox, ſed exotica eſt; & fortean *Indica*. Sic Ovidio 4. Triſt. 5. indigitatur *Inda bellua*. Et ab Oppiano Halieut. 5. θὴρ Ἰνδός. Iterumque Ovid. de Med. faci: Sectile deliciis *India* præbet ebur. Iſid. l. 12. Apud Indos à voce, *barro*, vocatur. Unde & vox ejus *barritus* dicitur: & dentes ejus *ebur*, quaſi à vel *è barro*.

Quod si cui ad primam originem volupe sit vocem (*elephas*) reducere; sane Chaldæis, Arab. & Rabbinis est פיל, i.e. elephas, ut notat S. Munsterus. Ubi & ἐν ὑποίδῃ γράμματι apparent. Maccab. l. 1. c. 11. v. 6. elephantes κατ' ἐξοχὴν vocantur *bestiæ*. Et ita vox erit non incommode ab אלף quod & bos, Ps. 8, 8. Deut. 7, 13. Unde *bos Luca* etiam dicitur elephas ap. Latinos. Videatur etiam Fullet. l. 4. Misc. l. 10. Cæterum Elephantis rostrum dici consuevit *promuscis*, vel etiam *proboscis*, unde illud: Gr. προβοσκὶς, à βόσκω, βόω. Scilicet ab usu. Dicitur etiam προνομαία, à προνέμομαι. Nonius c. 1. proboscis dictum, quod ante depascat. Cic. & Plin. *manum vocant*; quod loco manus sit. Etiam χειμὰς legitur Gen. 9. 5. *A manu omnis bestiæ*. Lucret. l. 5.

> Inde boves Lucas turrito corpore tetros
> *Anguimanos* belli docuerunt vulnera Pœni
> Sufferre - - - -

Explicat Isid. l. 12. c. 2. Rostrum *promuscis* dicitur, quo ille pabulum ori admovet, & est angui similis, vallo munitus eburneo. Ab *elephante* dicitur morbus *elephantias* Celso l. 3. c. 25. & alias ἐλεφαντίασις: idque ob insignitam hujus morbi cum *elephante* convenientiam: quam accurate persequitur Aretæus l. 2. c. 13.

Elias, i.e. Deus meus Jehova. אל, *el* i.e. Deus. Græcis ἠλίας, ἠλιὸς, vel etiam ἡλίας, cujus ductu *Helias* nonnullis scribitur. At pro Hebr. rectius *Elias*, ἠλίας. Ita *Eliab*, ἐλιὰβ. Deus meus pater. *Eliam*, ἐλίαμ, Dei populus 2. Reg. 23. *Eliasaph*, ἐλισάφ, Deus augens. Num. 1. *Eliel*, ἐλιὴλ, Deus meus Deus. 1. Paral. 6. *Elisa* ἐλισσά, Deus est, aut Dei agnus, sive Deus commodans. *Eliseus*, Dei salus. Græce ἐλισσαῖος ap. Luc. c. 4. scribitur: at in lib. Reg. ubique ἐλισαιέ. *Eliu*, ἐλιοῦ. Deus meus ipse, 1. Reg. 1. *Eliud*, ἐλιοὺδ, Deus laudis Matth. 1. *Elisabet*. ἐλιζάβετ, Heb. Exod. 6. *Eliseba*: in fine est ajin, i.e. juramentum Dei, vel jusjurandum נשבע, *nischbbah* est juravit Et hæc vera origo. Aliis *Elisabet* est quies Dei, aut requies, quasi fiat à שָׁבַת, *Schabba ch*, quod est, quies,

 cessa-

cessatio. Non recte. Quia litera ultima repugnat. Per abscissionem *Elisabet*, est *Elisa* ap. Virgil. ex Hebræor. origine: Nomen *Didonis*. Etenim Phœnices erant populi Syriæ, Judæis contermini; quorum præcipuæ urbes fuerunt Tyrus & Sidon. Inde usus nominum Hebraicor. Quale etiam *Dido*. דִּידָה est ὑποκοριστικὸν nutricum, ait Jos. Scal. Ejus masculinum est דָּוִד *David*, i.e. amabilis, amicus, blandus. Fœminin. דּוֹדָה i.e. amica, cognata. Radix est דּוֹד, *dod*. i.e. amicus, dilectus.

Elysium, ἠλύσιον. De eo multa ap. Ethnicos: sed aliunde transumta. Quis abnuet famam Paradisi, horti illius divini, etiam ad exteros venisse? Quidam etiam venerunt ipsi; nec parum sapientiæ in felicibus his oris acceperunt. Plato Ægyptum lustravit: & hinc, quidquid de Elisio, in Phædone. vocat γῆν καθαρὰν. Hom. πεδίον. Odyss. Δ: ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσι.-- Attribuit diis, ut transferant homines in Elysium. Virg. 6. Aen. copiose nominat *locos lætos, amœna vireta fortunatorum nemorum, lucos opacos, prata recentia rivis, convalles virentes.* Ut ita Elysium Ethnicorum nil fuerit aliud, quam Paradisus: sed sub umbra aliqua, aut nebula. Proclus aperte: μακάρων δὲ νήσους εἰπὼν (scilicet Hesiodus) παράδεισον αἰνίττεται, ἤγουν τὸ ἠλύσιον πεδίον παρ' αὐτοῖς λεγόμενον παρὰ τὸ ἄλυτα τηρεῖν σώματα, ἢ παρὰ τὴν λύσιν τῶν κακῶν. Etymon amplectitur Servius, & juxta alii. Nec profecto aspernabile. Sed quia res ab Hebr. non etiam dictio? Fortean pauci repugnabunt: quomodo autem sit, nemo facile effabitur. Et si corruptam dices ex אֶל אֶשֶׁל, nonnihil dices, i.e. Dei hortus aut nemus. Aut si ab *Eden* facies, parum quoque efficies. Vix uni & alteri persuadebis; quibus cognita literarum conversio ex una lingua in alteram: & præcipue τοῦ D. in L.

Emolumentum non modo significare quæstum, aut aliud, quod conducat: sed etiam, quod operosum est, & magnum studium requirit, docet exemplis Varr. & Cæsaris P. Victor. l. 22. c. 10. Idque ideo, quia à *mole*. Aliis,

Aliis quasi *emolimentum*, ab *emolo*; & ideo secundam corripuit Juvenalis. Recte. Ut enim à monitum monumentum: ita à molitum *molumentum*, & quod usitatum, *emolumentum*. A *mole* est *amolier*. Item *amuletum*, quod corpori alicujus alligatum noxam *amoliatur* seu depellat. Hinc in Gloss. est, *Amoletum, φυλακτήριον*. *Moles* (inquit Scal. in Theoph. de pl.) deducitur à *mola* farinaria, quæ nunquam pusilla est. In acu enim nulla *moles*. Resipit ortum *molestus*, quod primam corripit. Recte, ut ab honos honestus, ita à mola molestus. Et *mola*, *molere*, *pristinum* & hujus generis alia crebro pro eximiis laboribus & difficultatib. sumi passim consueverunt. Sed & potius *moles* à μῶλος: ut sit vox militaris. Virg. 1. Æn. tantæ *molis* erat: *Mola*, μύλη, *molitrina*, ut *meditrina* à medeor. *Molinum saxum* ap. Tertull. l. 4. contra Marc. *Mulus* à μύλη, μύλος ap. Isid. quod jugo pistorum subactus, tardas *molendo* ducat in girum molas, l. 12. Vel à μόλος, labor: quia est animal viribus in labore eximium, ut loquitur Plin. l. 8. c. 44. *Molucrum*, autore Festo, non solum quo molæ vertuntur, dicitur id, quod Græci μύλακρον appellant: sed etiam tumor ventris, qui virginibus quoque solet evenire, cujus meminit Afranius in virgine. *Immolare* à mola i. e. farre molito & sale hostiam perspersam sacrare, Fest. Cæterum μύλη & μῶλος ab עָמָל *amal*, *mel*, i. e. labor, molestia, moles.

Encænia, Castellioni *Renovalia*: ἐγκαίνια à καινός, i. e. novus Suidæ festum est, in quo aliquid innovatur. *Casaub.* in Joh. 10. 22. Dicta esse *Encænia* à renovatione rei antiquæ, multi è veterib. crediderũt Græci Grammatici: ἐγκαίνια ἑορτὴ ἐν ᾗ ἀνακαινισμὸς γίνεται. Verũ id potius ἀνακαινίζειν est, quã ἐγκαινίζειν: quæ vox perpetuo ap. LXXII. interpr. & N. Testamenti autores de iis dicitur, quæ Deo dedicantur & consecrantur: non quæ obsoleta & abolita in usum revocantur. *Hæc ille.* Unde apparet Latin. *Renovalia* τὰ ἐγκαίνια non satis exprimere. Καινὸν, à καὶ & νῦν, quasi nuperum, jam modo factum. Hebr. חָנַךְ est innovavit.

 Enco-

Encomium, ἐγκώμιον ἐν ταῖς κώμαις tribulibus audientibus, cum laudes alicujus ita recensebantur, ut longiuscule procederet oratio, ἐγκώμιον appellarunt: quæ neque brevis, neque simplex esset, sed figuris ac numeris ornata, certis divisa partib. locis digesta suis esset. Hesych. ἐγκώμιον ἐνδήμιον: κῶμαι γὰρ ἐπὶ τῶν δήμων συστήματα. Prov. 10. 18. μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων. Quæ de encomio Quinctil. l. 3. c. 1. Rhodig. l. 7. c. 5. notent, illico dispiciantur.

Epænus, ἔπαινος. Scal. poet. l. 3. c. 110. Est αἶνος idem quod μῦθος. Μῦθος idem, quod dictum, aut sermo. Nam postea utriusque significatio ad fabellarum angustias redacta est. Ergo cum de re quapiam αἶνος esset propositus: auditorum consensus expressus oratione ἔπαινος appellabatur: quasi prioris additamentum. Nullum enim pulchrius auctarium orationis, quam comprobatio dictorum. Inde tractum est, ut hoc testimonium vel bonæ rei, vel bene cujuspiam facti dictive ἔπαινος vocaretur.

Episcopus, ἐπίσκοπος. Origo (ab ἐπὶ & σκέπτομαι) nec non usus autorum lati significatus esse docet: quomodo ἐπόπτης καὶ ἔφορος. Latinè sonat *inspector*, aut *speculator*. Homerus vocat Hectorem ἐπίσκοπον: quia fuerit præcipuus Troiæ *inspector* & custos. Iliad. ω: ἦ γὰρ ὄλωλας ἐπίσκοπος ... Virginum sacrarum erat ἐπίσκοπος: uti ex Plutarchi Numa apparet. Magistratus Atticus vocabatur ἐπίσκοπος: itidem ab officio. Cic. ad Att. l. 7. *Vult me Pompeius esse, quem tota hæc maritima ora habeat* ἐπίσκοπον, *ad quem delectus & negotii summa referatur.* Isid. l. 7. Orig. c. 12. *Episcopi Græcè, Latinè speculatores interpretantur.* Postea eminentiori significatu, ut solet, ἐπίσκοπος in Ecclesia est, qui sacris præest: quem Justinus Martyr. Apolog. 2. προεστῶτα τῶν ἀδελφῶν vocat. Nam fit quasi *speculator*, qui in doctrinam moresque commissi gregis inquirat. Actor. 20. 28. προσέχετε ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους. Petrus 1. Epist. 5. 2. ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ θεοῦ, ἐπισκοποῦντες. Cassiod. in Ps. 108. Episcopus dictus *superinspector*

eo, quod Domini gregem ipsius gratiâ suffragante, quasi pastor cautissimus altâ sede custodiat. Apoll. Sidonius eo respectu utitur τῷ *superinspicis* l. 6. epist. 1. & l. 9. ep. 3.

Entelechia, ἐντελέχεια. Hujus vocis significatum & originem multi studiose indagarunt,

------ *Leporem venator ut alta*
In nive sectatur ------

Et Hermolaus Barbarus, qui Latine, verius barbare, *perfectihabiam* & *perfectihabentiam* vertit, ex dæmone, ope λεκανομαντείας cognosse tentavit, quid sub hac umbra Aristot. l. 2. de anim. c. 1. abscondat. Nos è Scaligero, qui dæmonium hominis erat, & miraculum naturæ, facilè τὸ τί ἐν discimus. Cum igitur formam, *inquit*, dixeris: intelliges immaterialitatem, simplicitatem, potestatem, perfectionem, informationem. Hoc enim est ἐν: quod innuit maximus Poetarum; 6. Æneid:

------ *Totosque infusa per artus.*

Hoc est τέλος: quia est ultima forma sub cœlestib. & princeps inferiorum, finis ac perfectio. Hoc est ἔχειν: quia habet materiam; neque solum habet, sed etiam continet, ut sit unum. Neque solum continet: sed etiam regit. Hoc enim est ἔχειν in 5. Metaph. & in Cratylo. Ex. 307. s. 12. 39. Quidam Ciceronis præsidio exarant per δ, ἐνδελέχεια: sed misere falluntur & fallunt. Est enim vox Aristotelica & nova ἐντελέχεια ipsius Ciceronis confessione. Igitur aliam hanc oportet esse ab ista altera, quæ vetus & vulgaris. Dum vero Cicero interpretatur, quasi quandam continuatam motionem, & perennem 1. Tusc. mentem Philosophi assequutus non est, aut si assequutus, secus exposuit. Neque enim anima est motio aut agitatio: hæc quippe est accidens: illa substantia & pars compositi & potior & perfectio & finis. Neque ἐνδελέχεια est agitatio: sed continuatio motus, παρὰ τὸ ἐν καὶ δεῖν καὶ ἐλᾶν τὸ ἰχόμενον.

Eo, ire: ab antiquo ἴω: pro quo nunc εἶμι. Ab *itum* est *iter, iteris*: post *itiner* per αὔξησιν, *itineris, itinerariū*. Lucret. jungit iter & viam: *iter infestum fecere viai*. l. 5. *Iterum* ab itere, quod repetebant pastores, antiquissimi

 ὀνομα-

Digitized by Google

τνώοδ©, συναγωγή. Illud enim quodammodo contractum. Terent. prima *coitio* acerrima. Verbum ᾐθοικόν. Virgil. 12. Æn.

Inter se coiisse viros. ———

Tertull. apolog. c. 39. Coimus in *cœtum* & aggregationem. Scal. in Theoph. de pl. συνδρομὴν veteres medici appellarunt *coitionem* causarum ad morbos constituendos, i. e. concursus. Σύῤῥοι, i. e. confluxus. Σύμβασις Thucydidi compositio pactorum inter duos exercitus. Paulus Ictus *conventionem* maluit. Quam materiarum constitutionem, atque conflationem Lucret. *cœtum* dixit à *coeundo*. Etiam *Civis* quasi *Coivis* à *coeundo*. *Civitas* à civium conjunctione. Cives Gen. 23. 10. & 34. 24. dicuntur, ingredientes portam civitatis, & egredientes porta civitatis. Cic. l. 1. de rep. *Conjunctionem* tectorum, opidum, vel urbem appellarunt delubris distinctam, spatiisque communibus. Omnis ergo populus, quod *cœtus* multitudinis, qualem exposui, *civitas* est. *Seditio*, quando in diversas partes *abitur*: hoc enim *SE*. Germanis à *stare*, Auffstandt. Gloss. Cyrill. στάσις ἐθόρυβ©, seditio. Cic. 6. de Rep. ea dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, *Seditio* dicitur. *Abies*, ut Græc. ἐλάτη ab ἐλαῦν: ita dicitur Lat. ab *eundo*: quia in altum *abeat*, præ aliis. *Nequeo* à *nequo* & *eo*. Ita enim veteres usi, notante Festo, nosque non fere aliter. Ita & in contrariam partem dicimus: *assertum it*, *consultum it*: & similia. *Præire*, *prætor*, quasi *præitor*: Cic. 3. de Leg. regio imperio duo sunto, iiq; *præeundo*, judicando, consulendo, *prætores*, judices, Consules appellantor. Quod etiam Varro l. 4. L. L. etiam Imper. Justin. Novell. 24. & alii probant. *Combito* est una vel juxta eo: *Imbito*, est ineo: *præbito* est praeo, prævenio: *rebito*, pro redeo: *Perbito* pro pereo. Composita è simplici *betere*: quod vel abire vel à βῆμι aut βαδίζω. Significatus vero similis. Scal. conject. & in Fest. *Bætere* seu *betere* & *bitire* veteres dixisse ait. Inde *Bitienses* qui assidue peregrinantur. Etiam *arbiter*, quasi *adbiter*: h. e. tertius qui accedit & litigia componit. Gloss.

 χαμαι-

χαμαιδικαςὴς pedaneus judex, arbiter. *Superbire* à *super ire*. Ap. Lucr. integre l. 3. de rer. Nat.

------ *Docuit superire lacunas.*

Ut ita quandam præ aliis eminentiam inferat: sicut ejus oppositum submissionem notat, sive depressionem. *Humilis* enim ab *humo*. Terra nihil inferius. Aliis etiam bene *superbus*, ab ὑπέρβιος. Quomodo illud Plauti a.1.s.1. Amph. intelligendum sit, quæritur à philologis: *Faciam ego hodie te superbum, ni hinc abis. Superbi* ex notatione nominis, nihil aliud sunt, quam in superiore loco. Ita sublimes in equo, aut curru, aut qui à servis portantur, hoc nomine vocari possunt. Item qui plagis ita sunt contusi, ut pedibus ambulare nequeant, auferantur sublimes necesse est, atque hac ratione superbi appellantur. *Gruterus* de divite accipit, qui pedibus suis non ambulet. Ad sequentia satis abunde nostram sententiam priorem stabiliunt; quanquam ludat ambiguitate vocis. *ME.* Faciam te *superbum*. So. Quonam modo? *ME.* Auferere, non abibis: si ego fustem sumsero. Id est, in sublimi, ὑπὲρ, super, vel fustigatus vel mortuus, ut Nonius explicat. Simile est illud Plutarchi περὶ παίδων ἀγωγ: μετέωρον αὐτὸν ἀράμενοι, τὴν ταχίστην ἐξοίσομεν: sublimem (aut *superbum*) ipsum tollentes, celerrime efferemus.

Epar, ἧπαρ παρὰ τὸ ἐπαρδεύειν ὅλῳ τῷ σώματι αἷμα. Empedocles πολυαίματον τὸ ἧπαρ habet. Rectius ab Hebr. פרק, quod idem, adeoque præcipua viscera significat. Item כָּבֵד, est Epar. Quod ita dicitur à gravitate. Hinc etiam Galenus *epar* omnium viscerum gravissimum & densiss. appellat l. 6. de usu part. c. 17.

Epha Deut. 25. 14. est genus mensuræ aridorum continentis X. Gomer, אֵיפָה. A radice אוף: quæ verbaliter nuspiam exstat. *Epha* interpr. LXXII. nunc ex Hebræo rescribunt ὀφί, ὀφεί, οἰφί, οἰφῦ: nunc exponunt μέτρον, aut etiam πέμμα. Ezech. 46. 6.

Ephemeron ab ἡμέρα, i.e. spatio diurno durans. Vulgo nomen animalculi, cujus vita non excedit diem, ἐφήμερον.

Ap.

Ap. Arist. l. 5. hist. Anim. c. 18. J. C. Scal. diarium vertit. Etiam *ephemeron* herba vocatur ap. Galen. Dioscor. Matthiol. & alios Botanicos: & quidem ephemeron, colchicum ita vocatur, quod eodem ipso die, quo sumitur, hominem perimat. *Ephemeris*, ἐφημερὶς i. e. diarium, seu scriptum, quod gesta in unoquoque die aut notatu digna quotidie contineat. J. Scal. in Propert: *Ephemerides* & *Calendarium* etiam vocari nemo ignorat exemplo *Calendarii* fœneratorum: Sic etiam *Calendarium* & *Ephemerides* hodie vulgo pro tabulis festorum, aut Lunaribus astrologorum. Unde ea *Manaca* aliquando dicta ostendimus articulo arabico & voce Græca, quam tamen Latini inflexione suam fecerunt. Μηνιαῖος, *maniacus*, seu *manacus*. At illa vox *Almanac*, quamvis Arabes suam usu fecerunt: tamen non hodie atque heri eam agnoverunt: sed diu est, postquam hoc factum, teste Porphyrio.

Epibda, ἐπίβδα. Dici advertimus ἐπίβδας dies, qui festum insequuntur, quos etiamnunc μεθεόρτους nuncupant, tanquam *Epibades* vocentur ἀπὸ τοῦ ἐπιβάζεσθαι ταῖς ἑορταῖς. Aliis arridet *epibdas* dici, velut ἐπὶ δαίτι, per literæ B abundantiam, velut *Sibdam* pronunciamus, quæ *Sida* est.

Epicedium, quod dicebatur in exequiis, cum justa persolverentur. Κήδεσθαι enim fuit curare inferias, ait Jul. Scal. Κῆδος cura, solitudo, item mœror. Hinc *acedia*, ἀκήδια: & verbum *acediari*, apud veterem Biblior. interpretem Sir. 6. 26. & 22. 16. *Epitaphium*, à τάφος, quod ad tumulum recitaretur. θάπτω, τάφος: quod duxerim ab Heb. תָּפַת. Nemo facile repudiat, nisi νέον ἀπόφαλτος: & qui nescit, quam sepulcra etiam veterum, mire signata fuerint, aut ornata, ἐπιγραφῇ, lapide, statua, aliis. Quod neque vox monumenti dissimulat. Casaub. in N. Testam. distinguendum arbitror inter θάπτειν & ἐνταφιάζειν, idemque inter ἐνταφιασμὸν & ταφήν. Θάπτειν enim sepelire significat: at ἐνταφιάζειν est corpus ad funus componere, & ornamentis, ut sic dicam, sepulcralibus ornare:

nare: quæ Græcis ἐντάφια vocantur. Gloss. vet. ἐνταφιάζω funero. Ἐντάφιον, Libitina.

Epilepsia, ἐπιληψία, ut qua omnia membra capiuntur & corripiuntur. Dicta etiam *morbus sacer*. Nam priscæ religionis antistites, ut prætextu aliquo religionis ditescerent, deos fingebant excruciare homines morbis; & nominatim *epilepsia*, ut quæ subitanea, occulta, nec nisi à manu alicujus numinis. Inde præ aliis *sacer morbus* audiit. Hippocr. in libr. de sacro morbo & de virgin. morbo. Galen. lib. prognost. Sic etiam *os sacrum*, ἱερὸν ὀστοῦν dicitur; quoniam primum infante concepto nascitur, ideoque & *hostia*, id primum à gentilibus dabatur diis. Menander, εἰ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν θύοντες. Athenæo l. 7. c. 10. ἱεραὶ νόσοι sunt, quæ Plutarcho ἀπηγορευμέναι, id est, morbi satis magni ac vehementes. Rectè vero. Nam ἱερὸς est etiam magnum. Andr. Laurent. *os sacrum, Græci ὀστοῦν ἱερὸν* dicunt, non quod *sacri* & arcani quippiam in se contineat, ut voluerunt quidam: sed ob magnitudinem. Est n. omnium totius spinæ ossium maximum. Sic Homerus pisces magnos, *sacros* vocat: & Hippocr. ea ratione *os sacrum*, vertebram, magnam appellavit. s. 4. l. 2. Epid. Πλατὺ etiam, id est, latum os dicitur: alias ὑποσπόνδυλον, quasi *subvertebrum*. Hæc ille. oper. Anat. quasi sub finem c. 16.

Epops, ἔποψ, i. e. upupa. Faciunt παρὰ τὴν ὄψιν. Rectius vero ab ὄψ, ὀπὶς, i. e. oculus, vultus. Ita *Æthiops*, Lucr. *Æthiopus*, quasi αἰθόμενος τὴν ὄπα, h. e. κεκαυμένος. Theoc. ἡλιόκαυτος, à Sole ambustus. Cointo Æthiops est μελανόχροος. Mantuano *ustus*. Pontano *niger*. Item Æthiops Hebræis est *Chusi*, i. e. niger. *Tibull.* l. 2. El. 3. Illi sint comites *fusci*, quos India torret. *Scal. in l. 4. Manil.* Præfuscos autem Æthiopas, qui ardenti zonæ magis subjecti. Unde eleganter ait eos maculare orbem: quia scilicet ἐν τοῖς ἀναγήσεσι χωρογραφίαις zona inter ambos Tropicos præfusca & tosta à colore pingebatur. Quod plane docebat Eratosthenes ἐν τῷ Ἑρμῇ. Hæc ille. Sunt tamen & alia, quæ insuper colorem illum nigrum in diversis locis auxerint:

Digitized by Google

rint: ut cœli & terræ ariditas, soli quædam proprietas incognita, peculiaris hominum natura, & si quæ talia. Quod monuit etiam in *Africa* Abr. Ortel. Cæterum ab ὤψ est ἑλίκωψ, *Helicops*, cui oculi volubiles & emissitii. *Mycops*, μύωψ, h. e. μύων ὦπας, claudens oculos: μυωπία est vitium illud oculorum. Videatur A-gell. l. 4. c. 2. Gorræus in Lexico. E Græco est Latin. *Mops, Mopsus*, μυωπός. ὤψ & deinde ὄψ faciunt Grammatici ab ὄπτομαι.

Equidem, ἐγὼ μὲν, *ego quidem*. Ita ap. Virgil. ubique, autorem castiss. primæ personæ in singulari junctum reperitur, ut Servius notat, & Linacer l. 5. de Emen. struct. Lat. Exempla quæ contra ex aliis afferunt, facile solvuntur. *Ego*, ἐγὼ. Dorice ἐγὼν, ἐγώνη, ἐγώνγα. Sic *Tu* σὺ: æolice & dorice τύ, τύνη, ab Hebr. אַתָּה: Scal. c. 43. L. L. I. geminata, & in se ipsam concreta, syllabam potest producere correptam. Ut in 10. Sat. Juven.

Eloquio sed uterque perit orator ——

Esse enim debuit *periit*. Divisa contra passa est mora divisionem: *Mihi*, pro *MI*: & interposito alio elemento, μὶ, *Tibi*: σὶ *Sibi*. *Ti* enim & *SI* olim fuerant. Cujus rei argumento sunt alii casus, *MIS, TIS, TE, SE*. Et c. 51. Quemadmodum ex una litera duæ fiunt, *Mihi*, ex eo, quod erat *Mi*, Μοὶ: Ita evenit quoque syllabis aquai, aquai: *cui*, *cui*. Τοῦ *Ego* plurale formatur *Noster, nostras*. De quo scitu jucunda quædam consigno ex cap. 130. Scal. L. L. Veteres aruspices atque augres cum terram dividerent auspiciorum causa, sic instituere: Agrum omnem esse aut Romanum, aut Gabinum, aut peregrinum, aut hosticum, aut incertum. Iccirco *Amatum* doctiss. omnium Virgilius fecit judicare Turnum externum, quia Latini agri non esset; & Cæsar, qui id non ignoraret, Gallias divisit in partes tres: exemta ex ea partitione provincia, propterea quod continebatur agro peregrino tunc: Galliæ autem tres, hostico. Id ea causa fecit, quia eadem essent auspi-

Digitized by Google

auſpicia in peregrino, & Gabino, quæ etiam in Romano. Ergo iidem augures agrum, qui nondum eſſet diſpectus, quibus auſpiciis deſignaretur, *Incertum* vocarunt: ubi liqueret Romanum eſſe, non ſatis habuerunt ſic dicere, *Noſter* eſt. Nam multi agri pacati peregrini ita ab ipſis poterant appellari, cum eorum eſſet populus potitus. Itaque excogitarunt vocem à voce, quo coarctarent ſignificationem ad regiones: quæ fuit cauſa, ut eſſet analogia terminationis communis cum nominibus regionum: Sarſinatis à Sarſino: ſic *Noſtratis* à Noſter, & per exemtionem duorum elementorum, *Noſtras.* Neque ſine ratione à plurali duxere: quoniam de civibus dicitur, & ad cives refertur.

Eteſiæ, Græcis vocantur ἐτησίαι παρὰ τὸ ἔτος, i.e. venti annui vel anniverſarii ſecundum Ciceronem. Suid. ἐτησίαι οἱ κατ' ἔτος πνέοντες. Lucr. l. 6. Eteſia flabra aquilonum. Apollon. argon. 1. ἐτήσιοι αὖραι. Ariſtot. in probl. βορέαι ἐτήσιοι. Seneca Trag. in Thyeſte act. 1. *Æſtas veliferis ſolvit eteſiis.* Seneca Nat. quæſt. l. 5. c. 11. *Eteſiæ ob hoc ſomniculoſi à nautis & delicati vocantur, quod (ut ait Gallio) mane neſciant ſurgere.*

Ethicum, ἠθικὸν Græci vocant ad naturam & ad mores, & omnem vitæ conſuetudinem accommodatum. Cic. in Orat. ἦθος ab Hebr. עָתַד, paravit, inſtruxit.

Erebus, ἔρεβος: ab ἔρα, quaſi in terra ſit, & ſic Hebræam ſapit. Aut ab עֶרֶב, *eref, ereb,* potius, quod eſt veſpera, tempus, quo tenebræ quaſi admiſcentur. Nam & ἔρεβος ſignificat caliginem, Ἐρεμνὸν, ἐρεβεννὸν, i. e. tenebroſum. Heſiod. Ἐγένετο νὺξ ἐρεβεννή. Heſych. Ἔρεθος, σκότος, ζόφος, νύξ.

Eris, ἔρις, ἐρίζειν deſcendit ab Hebr. רִיב, i.e. lis, contentio. Ita quoque δυνὸς, à דּוּן *dun,* contendit verbis in judicio. vindicavit. דִּין, *din,* eſt judicium, cauſa.

Erro, ἔῤῥω, i.e. hinc inde vagor, cum difficultate eo. Agell. l. 16. c. 12. Virg. Ecl. 1. Illa meas errare boves ——

Errare, i. e. paſci inquit Servius; at non ita. Proprie eſt vagari: ut, ante *pererratis* amborum finibus. ——

Et

Et subinnuit poeta libertatem, & immunitatem, ab Augusto concessam, quà etiam bobus liceat hinc inde discurrere in pascuis, sine præscriptione aut noxa.

Eructo. Scal. l. 1. L.L. 26. Puto *eructo* fuisse simplex, non compositum. Est vero frequentativum: à primori *Erugo*, quod est ap. Fest. ἐρεύγω. Postea per ablationem *Rugo, ructo, ructus*. Eustath. ἐρυγεῖν λέγεται τὸ μετὰ βίας ἀνακαγχάζειν. Nisi potior sit Hebr. ירק, *jarak, arak*, eructavit, exscreavit. Item שרק. Ἐρεύγω & ῥεύγω est idem, quod evomo; *vomo*: itidem natione Græcum, ab ἐμῶ. Unde *Vomer* ex Varr. Quippe terram *vomit*, i.e. eruit. Vomer Græcis ὕνις quod faciunt ab ὗς, sus: quia primum rostro humum sulcans sus, arandi artem docuisse videtur. Plutarch. l. 4. sympos. prob. 5. *Vomica*, quæ tumet & vomit saniem.

Ervum à Græcis, ait Festus, qui illud ὄροβον: *Ervilia* ὀρόβιον appellant. *Orobus*, ὄροβος. Legatur, cui opus, Matthiol. & Bauhin. in l. 2. Diosc. c. 101. *Orobia*, ὀροβίας λιβανωτός, tus à similitudine ervi. *Orobanche*, ὀροβάγχη, ad verbum *orobi angina*: sic dicitur, quia ὄροβον ἄγχει, i.e. ervum angit & enecat. Sotioni δαπρελολίων, quasi leguminum leo. Aliis κυνομόριον, *cynomorion*. Plin. l. 22. c. 25. orobanchen *appellavimus necantem ervum & legumina: alii cynomorion eam appellant, à similitudine canini genitalis*. At ὄροβος ducitur ab ἐρέπτω edo: & βοὸς, βοὸς, bos Est bovis pabulum

Eryngium, ἠρύγγιον. Nicandro ἤρυγγος. Herba ex genere aculeatarum, ap. Theophr. l. 6. c. 1. & alios. Dicitur ἤρυγγος ab Arist. l. 9. hist. Animal. c. 3. *Villus* dependens è mento hircorum & caprarum; Plin. l. 8. c. 50. *Dependet omnibus mento villus, quem aruncum vocant*. Græci ἤρυγγον. Ab hujus similitudine Eryngium herba dici videtur. Nam eryngium est *spinosis foliis* ap. Plin. l. 21. c. 15. & l. 22. c. 7. instar hirtorum villorum.

Erysipelas, Gr. ἐρυσίπελας: omnib. quantum scio, à πέλας, i.e. prope. Sed in priori parte minus conveniunt, *Galen. l. 2. Meth. therapeut.* nomen id ab ipsius rei natura quasi

quasi inditum scribit: ut & gangrænæ, phlegmonæ, & quibusdam aliis. Estque ab ἐρυθρόν, pro quo veteres ἔρυσον dicebant, quasi ἐρυθρόπελας. Alias vero ἀπὸ τῆς ἐρυσίβης. Sed eodem redit. Quando ἐρυσίβη & ἐρυθρὸν veniant ambo ab ἔρευθος, i.e. rubor. Atque *erysipelas* ita dicitur à colore *rubro*, cui tamen aliquid ξανθότερον admistum sit. Unde & à sanguine fervente propter bilis aliquam partem, oriri putant. Vel ut alii invertunt, materia erysipelatis est ῥεῦμα χολῶδες, οὐκ ἀκριβὲς, ἀλλὰ τῷ αἵματι συμμιγές. Vocis tamen origo & ejus ratio certa est: sonatque verbatim *erysipelas*, quasi *rubor partis propinquæ*. Videatur Joh. Gorræus.

Erythræum, propriè est *rubrum*: Græcis ἐρυθραῖον, ἐρυθρόν, ab ἔρευθος, i. e. rubedo. Secundum eminentiam ita vocatur *mare rubrum*. Melal. l. 3. de situ orb. c. 7. Græci appellant ἐρυθρὰν θάλασσαν. Plin. l. 6. Nat. hist. c. 23. *Mare, quod Rubrum dixere nostri; Græci Erythræum*. LXXII. interpr. Hebr. ים־סוף vertunt ἐρυθρὰν θάλασσαν: cum aliâs pro indole Hebræar. vocum sit *mare junci* aut *algæ*: quia inibi illa planta copiosius crescat. Strabo l. 16. *In tota Rubri maris ora arbores in profundo nascuntur, lauro & oleæ similes*. Eo respicere videtur Claudianus epig. de Magnete:

—— Quidquid eois
Indas litoribus rubra scrutatur in alga.

Sed quare id mare peculiariter vocatur *Erythræum*? Non à *rubente* unda. Curt. l. 8. *mare certè, quo alluitur, ne colore quidem abhorret à cæteris*. Suid. ἐρυθρὰ θάλασσα ἐκλήθη, οὐκ ἀπὸ τῆς χροιᾶς τῶ ῥοδίω. Quod etiam Brodæus l. 3. Misc. c. 9. immò etiam (ne multus sim) hodierna αὐτοψία testatur. Aliis hoc mare appellatur *rubrum*, à *rubente arena* & *rubris montibus* illius oræ: quæ rubedo etiam à lumine solis huc defixi acuatur: uti ap. Plin. l. 6. 23. Strab. l. 16. Geogr. Photium ex Agatharchide, Stephanum ex Ouranio videre licet. Idem mihi retulit noster *Joach. Frencel.* Coth. Anhalt. qui anno 1622. mare hoc rubrum ingressus, arenam rubram in litoribus sparsam ipse suis manibus oculisque usurpavit. At noster

noster *Fullerus* altius rationem appellationis eruit: & mare hoc *Erythræum* ab Esavo (qui ita *Ruffus* & *Edom* à *rubente pilo* ac *jusculo* dicitur Gen. 25. 30.) nominatum esse multis pertendit: l. 4. Misc. S. c. 20. Cui subveniunt Strabo l. 16. Plin. l. 6. c. 23. Mela l. 3. c. 7. Curt. l. 8. & alii autores, qui *Erythræum* à rege *Erythra* dictum referunt. Et Agatharcides ap. Phot. μέγα τὸ παραλλάττον, Ἐρύθρας θάλατταν εἰπεῖν, ἢ θάλατταν Ἐρυθράν. τὸ μὲν γὰρ κυριεύσαντα σημαίνει τῆς θαλάττης ἄνδρα. τὸ δὲ τὴν πυῤῥότητα δηλοῖ τῆς ῥυείσης φύσεως. ἔστι δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ χρώματος τὴν κλῆσιν καταστησάμενον ψεῦδος (οὐ γὰρ ἐστιν ἐρυθρά.) τὸ δ' ἀπὸ τοῦ δυναστεύσαντος, ἀληθές, i. e. *Multum interest, Erythræ mare dixisse, an mare Erythrum. Illud enim denotat virum huic mari dominatum: hoc vero indicat ruborem fluidæ naturæ (sive maris) Est autem illud à calore appellationem quod imposuit, falsum. (Neque enim rubra est) hoc vero à dominato, verum.* Inter alia sic scribit Full. *Esavo, qui est idem Edomus, omni ratione licuit tam mari, quam regioni maritimæ, utriusque Dominus ac princeps, nominis sui quasi characterem notamque inprimere,* ut Edomæum, *utrumque antiquitus passim vocitaretur.* Et ante: *Erythras sive Erythrus planissime is est, quem nomine quidem sacræ literæ Esavum appellant, cognomine autem* Edomum. *Isaaci filium grandiorem, Jacobi vero fratrem. Est enim* אדום *Græce* πυῤῥός, *sive* ἐρυθρός *Erythrus: Latine Ruber.* Et rursum: *Celeberrimum illud Erythræi sive Rubi maris nomen tum demum cœptum est usurpari, postquam classe in mari Edom parata, negotiationem Arabicam, Indicam, & fortasse Æthiopicam instituisset Salomon. Attamen non tam nomen ipsum proprium per se, scil. Edom, enunciatum videtur à mercatoribus, quam nominis ejusdem interpretamentum, suo cujusq; gentis idiomate expressum, nempe* ἐρυθρός, ἐρυθραῖος, *Ruber: cæteraq; ejusmodi.* Hæc Fuller. & plura ejus generis ibidem.

Eudiæon, ἐνδιαῖον. Fest. Lineum filum, quod medici extremo in clysterio relinquunt. Aliis ἐνδιαῖος, paxillus seu clavus ligneus sub carina in foramine quodã fixus, quo exemto defluit aqua in sentina collecta. Suidæ est fenestra in navi, è qua sentina eggeritur. Hesychius

ἐνδίαιος

ἀφόδευον à nonnullis vocari dicit Metaphor. mulieris pudendum. Ab eo Romani *Fugium* dixere. Legatur Pollux l.1.c.9. Turneb.l.3.Adv.c.5.

Eunuchus, εὐνοῦχος, ab εὐνὴ & ἔχειν. Εὐνὴ ab εὕδω Græcis: sed tam promte ab Heb. נוח, quievit, cubuit. Scal. Ex. 277. s. 4. *Eunuchus* est nomen, quasi pallium, quo tegatur injuria naturæ facta. Significat enim tanquam si dicam, *Lecticustodem*, propterea quod ad mulierum observandam pudicitiam adhibebantur. Παρὰ τὸ εὐνὴν ἔχειν. Acutius ex antiqua eruditione. *Venerea* amentiam à priscis appellatam, Aristophanis id versu comprobatur: Ὕπνε δ᾽ ἀπέχεσθ᾽ καὶ τῶν αἰσχρῶν πάντων. A quibus cum putarent *Eunuchos* abstinere, contrariis vocib. compositis fecere nomen: εὖ νοῦν ἔχειν. Hæc ille. Quæ ut acutius dicta non insitiamur: ita magis ex analogia & melius εὐνοῦχος, ab εὐνὴ & ἔχειν: ut δοπιδοῦχος, κηροῦχος, κλειδοῦχος, πολιοῦχος, ῥαβδοῦχος & plura alia. Estque εὐνοῦχος principe significatu cubiculi, vel lecti custos, cubiculum servans. Glossæ veter. εὐνοῦχος, *cubicularius*. Atque ita scribit Athenæus l. 12. Dipnos. Andramitem Lydorum regem primum *fœminis enuchis*, h.e. cubiculariis, usum fuisse. Postea ubi cubicularii malæ fidei esse cœperunt, ut fœminarum castitatis integrius conservaretur; *exsecti*, vel ut Arnobius vocat, *exmares* ad illud officium sunt admoti. Et inde demum *Eunuchus* est spado, castratus, ἐκτομίας; non per se ac proprie.

Euphrates, *Phrath*, *Perath*. Ex ignorantia linguæ sanctæ trahitur ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, à lætificando, Hebr. est פְּרָת. Genes. 2. 14. הוּא פְרָת: inde potius εὐφράτης. Quia suaviter irrigat terram, ut magna copia fructuum frugumque inde proveniat. Hodie ab accolis *Aphorat* dicitur; quibusdam in locis *Frataha*, & in regione Corasa *Euphran*. Sic itidem *Pison*, fluvius Paradisi Hebræis פִּישׁוֹן à verbo פּוּשׁ dilatatus est, excrevit. Multa & satis quidem accurate à *Fr. Junio* notata sunt de Euphrate & hujus alveis in Gen.2.10. & à Scal. l.5.

l. 5. de emend. temp. quæ omnino videas & cum alior. disputationib. conferas.

Euripus, εὔριπος. ab εὖ & ῥιπίζω, aut ῥίπτω: quia facile præcipitatur. Cic. l. 3. de Nat. deorum, Plin. l. 2. c. 97. Strabo l. 1. & in eum Casaub. Mediam quotusquisque non corripit? Non debebant. Ecce Ovid. 1. de Pont. El. 9.

Stagna quoque *Euripi* virgineusque liquor.

Europa à latitudine: ex voce Græca εὐρεῖα, i.e. lata, & ὤψ, facies: quasi dilatatio, conveniens scilicet appellationi autoris sui Japheti, qui cum posteris suis divina gratia longe lateque ad occidentem, & septentrionem dominaturus erat. Varro l. 4. Lat. L. ab Europa, Agenoris filia, dictam autumat regionem. Quod amplius exponere satagit lib. 4. Miscell. c. 10. Fullerus.

Eurus, εὖρος. ἀπὸ τοῦ ἕω ῥέειν. aut ab ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέω. Agell. l. 2. c. 22. Rectius ab ἠώς, vel ἕως, & ῥεῖν.

Statius:

Qua latus *eoos* Ephyres se vertit ad *Euros*.

Ovid. 1. met.

Eurus ad auroram ——

Mantuan.

Non oriens Eurus, *potuit spirare* —— Videatur etiam Veget. l. 5. c. 8.

Eos, ἠώς, quasi αὔως ab αὔω: scilicet à fulgore atque æstu.

Examen, aliis proprie est σμῆνος, aut Homer. ἔθνεα μελισσάων. Aliis ἐξετασμός. Gloss. ita: *Examen*, ἐξέτασις, ἀναζήτησις, ἀποσπασμός. Item *Examen*, σήκωμα. Sed revera latius patet: & ita de omni eo proprie capitur, quod *exigi* solet. Forma talis. Ut à levatum levamen, à fundatum fundamen, à dictatum dictamen: ita ab *exactum examen*. Neque de apibus, aut aliis unquam ita nude dicitur: sed προσδιορισμῷ. Juven. Sat. 13. *Examenq; apium longa consederit uva*. Cic. offic. *apum examina* fingunt favos. Similiter Virgil. vocat *agmen* emissum caveis, ab

ἀνομένω ποιεῖ. Gloss. *Iterat*, ὁδοιπορεῖ. *Obiter* ab *ob* & *iter*: ἐν παρόδῳ: sicut *obviam*. *Ilicet*, *ire licet*: ut scilicet, scire licet. Scal. in conj. *Extemplo* verbum est sacrorum: sicut *ilicet* judiciorum. Ut enim hoc dimisso Senatu: sic illud, sacrificio patrato à præcone pronunciabatur; quod significabatur, ut exirent *è templo*. Quod quia cito fiebat, inde pro *cito* & *propere* sumi cœptum est. Nec aliter aut aliunde puto dictum esse *confestim*, à festum: quomodo & dicimus *postfestum*. Etiam à festum *festino*: quia celeritas hic requiritur. Ulterius abire: *Inire*, *initus*, *initium*. *Exire*, *exitus*, *exitium*. Fest. *Exitium* antiqui ponebant pro exitu. Ab exitium fit *exitiale*. Quomodo à principium, *principiale*, ap. Lucr. l. 5. Sed & à *subire* fit *subitum*, quod subit præter opinionem, ταχύ: & amplius *subitarium*, ap. Plaut. in Mil. *Ambire* pro circumire ἀμφὶ. *Ambitio* proprie περιδρομή. Gloss. *ambit* περιέρχεται: *ambitus* περίοδος, περιδρομή. Deinde est petentium Magistratum, vel aliud hodie officium. Prudent. peristeph. pro eadem posuit *ambitum*.

Quid ille fervens *ambitu*,
Sitique honoris æstuans.

Ita enim, *ambitu*, legit MS. Palatinum: non *ambitum*, ut mendose alia. *Transeo*, *transitum*: & hinc *transtum*, unde *transtrum*: Sunt *transtra* transversæ trabes, remigum sedilia. Græcis θράνος. Gloss. Philox. *Transtrum* ζυγὸν σκάφης. Analogia talis. A transtum transtrum: ut à clausum *claustrum*: à flutum *flustrum*, à frio *frustrum*: à cado, *casum*, *castrum*: ut hoc non diu durans aut stabile domicilium vel ædificium notet. Sic in Gloss. *bustra* est βυστάσιον. *Perire*, *peritum*, *periculum*, κίνδυνος. Interdum est *perire*, *deperire*, quod efflictim, ac perdite amare, ut pereas, nisi potiaris. Ita Plautus pro eodem habet *demori*. Etiam *comire* quasi *cumire* à cum, i. e. simul. Est hoc integrum. *Comes* inde, qui simul it: Olim etiam *cumes*, uti testantur MSS & Gifan. in Indice Lucretii. Ejusdem ortus est *comitium*, *comitialis*. *Comites*, titulus dignitatis à comitatu. *Coire* eliso M: ut *circuitus*, quasi *circumitus*. *Coetus* & *coitus* idem sunt, i. e.

cua-

γνώοδ@, συναγωγή. Illud enim quodammodo contractum. Terent. prima *coitio* acerrima. Verbum ἠθοικόν.

Virgil. 12. Æn.

Inter se coiisse viros. ———

Tertull. apolog. c. 39. Coimus in *cœtum* & aggregationem. Scal. in Theoph. de pl. συνδρομὴν veteres medici appellarunt *coitionem* causarum ad morbos constituendos, i. e. concursus. Σύῤῥοια, i. e. confluxus. Σύμβασις Thucydidi compositio pactorum inter duos exercitus. Paulus Ictus *conventionem* maluit. Quam materiarum constitutionem, atque conflationem Lucret. *cœtum* dixit à *coeundo*. Etiam *Civis* quasi *Coivis* à *coeundo*. *Civitas* à civium conjunctione. Cives Gen. 23. 10. & 34. 24. dicuntur, ingredientes portam civitatis, & egredientes porta civitatis. Cic. l. 1. de rep. *Conjunctionem* tectorum, opidum, vel urbem appellarunt delubris distinctam, spatiisque communibus. Omnis ergo populus, quod *cœtus* multitudinis, qualem exposui, *civitas* est. *Seditio*, quando in diversas partes *abitur*: hoc enim *SE*. Germanis à *stare*, Auffstandt. Gloss. Cyrill. νέωσις ἀθόρυβος, seditio. Cic. 6. de Rep. ea dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, *Seditio* dicitur. *Abies*, ut Græc. ἐλάτη ab ἐλαύνω: ita dicitur Lat. ab *eundo*: quia in altum *abeat*, præ aliis. *Nequeo* à *nequo* & *eo*. Ita enim veteres usi, notante Festo, nosque non fere aliter. Ita & in contrariam partem dicimus: *assertum it, consultum it*: & similia. *Præire, prætor*, quasi *præitor*: Cic. 3. de Leg. regio imperio duo sunto, iiq; *præeundo*, judicando, consulendo, *prætores*, judices, Consules appellantor. Quod etiam Varro l. 4. L. L. etiam Imper. Justin. Novell. 24. & alii probant. *Combito* est una vel juxta eo: *Imbito*, est ineo: *præbito* est praeo, prævenio: *rebito*, pro redeo: *Perbito* pro pereo. Composita è simplici *betere*: quod vel abire vel à βῆμι aut βαδίζω. Significatus vero similis. Scal. conject. & in Fest. *Bætere* seu *betere* & *bitire* veteres dixisse ait. Inde *Bitienses* qui assidue peregrinantur. Etiam *arbiter*, quasi *adbiter*: h. e. tertius qui accedit & litigia componit. Gloss.

χαμαιδικαστὴς pedaneus judex, arbiter. *Superbire* à *superire*. Ap. Lucr. integre l. 3. de rer. Nat.

------ *Docuit superire lacunas.*

Ut ita quandam præ aliis eminentiam inferat: sicut ejus oppositum submissionem notat, sive depressionem. *Humilis* enim ab *humo*. Terra nihil inferius. Aliis etiam bene *superbus*, ab ὑπέρϐιος. Quomodo illud Plauti a.1.s.1. Amph. intelligendum sit, quæritur à philologis: *Faciam ego hodie te superbum, ni hinc abis. Superbi* ex notatione nominis, nihil aliud sunt, quam in superiore loco. Ita sublimes in equo, aut curru, aut qui à servis portantur, hoc nomine vocari possunt. Item qui plagis ita sunt contusi, ut pedibus ambulare nequeant, auferantur sublimes necesse est, atque hac ratione superbi appellantur. *Gruterus* de divite accipit, qui pedibus suis non ambulet. Ad sequentia satis abunde nostram sententiam priorem stabiliunt; quanquam ludat ambiguitate vocis. *ME.* Faciam te *superbum*. So. Quonam modo? *ME.* Auferere, non abibis: si ego fustem sumsero. Id est, in sublimi, ὑπὲρ, super, vel fustigatus vel mortuus, ut Nonius explicat. Simile est illud Plutarchi περὶ παίδων ἀγωγ: μετέωρον αὐτὸν αἰρόμενοι, ὅτι τάχιστα ἐξοίσομεν: sublimem (aut *superbum*) ipsum tollentes, celerrime efferemus.

Epar, ἧπαρ παρὰ τὸ ἐπαρδεύειν ὅλῳ τῷ σώματι αἷμα. Empedocles πολυαίματον τὸ ἧπαρ habet. Rectius ab Hebr. פֶּרֶק, quod idem, adeoque præcipua viscera significat. Item כָּבֵד, est Epar. Quod ita dicitur à gravitate. Hinc etiam Galenus *epar* omnium viscerum gravissimum & densiss. appellat l. 6. de usu part. c. 17.

Epha Deut. 25. 14. est genus mensuræ aridorum continentis X. Gomer, אֵיפָה. A radice אוף: quæ verbaliter nuspiam exstat. *Epha* interpr. LXXII, nunc ex Hebræo rescribunt ὐφὶ, ὐφεὶ, οἰφὶ, οἰφῦ: nunc exponunt μέτρον, aut etiam τέμμα. Ezech. 46. 6.

Ephemeron ab ἡμέρα, i.e. spatio diurno durans. Vulgo nomen animalculi, cujus vita non excedit diem, ἐφήμερον.

Ap.

Digitized by Google

Ap. Arist. l. 5. hist. Anim. c. 18. J. C. Scal. diarium vertit. Etiam *ephemeron* herba vocatur ap. Galen. Dioscor. Matthiol. & alios Botanicos: & quidem ephemeron, colchicum ita vocatur, quod eodem ipso die, quo sumitur, hominem perimat. *Ephemeris*, ἐφημερὶς i. e. diarium, seu scriptum, quod gesta in unoquoque die aut notatu digna quotidie contineat. J. Scal. in Propert: *Ephemerides* & *Calendarium* etiam vocari nemo ignorat exemplo *Calendarii* fœneratorum: Sic etiam *Calendarium* & *Ephemerides* hodie vulgo pro tabulis festorum, aut Lunaribus astrologorum. Unde ea *Manaca* aliquando dicta ostendimus articulo arabico & voce Græca, quam tamen Latini inflexione suam fecerunt. Μηνιακὸς, *maniacus*, seu *manacus*. At illa vox *Almanac*, quamvis Arabes suam usu fecerunt: tamen non hodie atque heri eam agnoverunt: sed diu est, postquam hoc factum, teste Porphyrio.

Epibda, ἐπίβδα. Dici advertimus ἐπίβδας dies, qui festum insequuntur, quos etiamnunc μεθεόρτους nuncupant, tanquam *Epibades* vocentur ἀπὸ τοῦ ἐπιβάζεσθαι ταῖς ἑορταῖς. Aliis arridet *epibdas* dici, velut ἐπὶ δαιτὶ, per literæ B abundantiam, velut *Sibdam* pronunciamus, quæ *Sida* est.

Epicedium, quod dicebatur in exequiis, cum justa persolverentur. Κήδεσθαι enim fuit curare inferias, ait Jul. Scal. Κῆδος cura, solitudo, item mœror. Hinc *acedia*, ἀκήδια: & verbum *acediari*, apud veterem Biblior. interpretem Sir. 6. 26. & 22. 16. *Epitaphium*, à τάφος, quod ad tumulum recitaretur. θάπλω, τάφος: quod duxerim ab Heb. תָּוָה. Nemo facile repudiat, nisi νέον ἀπφάλτος: & qui nescit, quam sepulcra etiam veterum, mire signata fuerint, aut ornata, ἐπιγραφῇ, lapide, statua, aliis. Quod neque vox monumenti dissimulat. Casaub. in N. Testam. distinguendum arbitror inter θάπτειν & ἐνταφιάζειν, idemque inter ἐνταφιασμὸν & ταφὴν. Θάπτειν enim sepelire significat: at ἐνταφιάζειν est corpus ad funus componere, & ornamentis, ut sic dicam, sepulcralibus ornare:

nare: quæ Græcis ἐντάφια vocantur. Gloss. vet. ἐνταφιάζω funero. Ἐντάφιον, Libitina.

Epilepsia, ἐπιληψία, ut qua omnia membra capiuntur & corripiuntur. Dicta etiam *morbus sacer*. Nam priscæ religionis antistites, ut prætextu aliquo religionis ditescerent, deos fingebant excruciare homines morbis: & nominatim *epilepsia*, ut quæ subitanea, occulta, nec nisi à manu alicujus numinis. Inde præ aliis *sacer morbus* audiit. Hippocr. in libr. de sacro morbo & de virgin. morbo. Galen. lib. prognost. Sic etiam *os sacrum*, ἱερὸν ὀστοῦν dicitur: quoniam primum infante concepto nascitur, ideoque & *hostia*, id primum à gentilibus dabatur diis. Menander, εἰ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν θύουσιν. Athenæo l. 7. c. 10. ἱεραὶ νόσοι sunt, quæ Plutarcho ἀπηνεστέρας, id est, morbi satis magni ac vehementes. Rectè vero. Nam ἱερὸς est etiam magnum. Andr. Laurent. *os sacrum*, *Græci* ὀστοῦν ἱερὸν dicunt, non quod *sacri* & arcani quippiam in se contineat, ut voluerunt quidam: sed ob magnitudinem. Est n. omnium totius spinæ ossium maximum. Sic Homerus pisces magnos, *sacros* vocat: & Hippocr. ea ratione *os sacrum*, vertebram, magnam appellavit. s. 4. l. 2. Epid. Πλατὺ etiam, id est, latum os dicitur: alias ὑποσπόνδυλον, quasi *subvertebrum*. Hæc ille. oper. Anat. quasi sub finem c. 16.

Epops, ἔποψ, i. e. upupa. Faciunt παρὰ τὴν ὄψιν. Rectius vero ab ὄψ, ὀπὸς, i. e. oculus, vultus. Ita *Æthiops*, Lucr. *Æthiopus*, quasi αἰθόμενος τὴν ὄπα, h. e. κεκαυμένος. Theoc. ἡλιόκαυτος, à Sole ambustus. Cointo Æthiops est μελανόχροος. Mantuano *ustus*. Pontano *niger*. Item Æthiops Hebræis est *Chusi*, i. e. niger. *Tibull.* l. 2. El. 3. Illi sint comites *fusci*, quos India torret. *Scal. in l. 4. Manil.* Præfuscos autem Æthiopas, qui ardenti zonæ magis subjecti. Unde eleganter ait eos maculare orbem: quia scilicet ἐν παλαιγενέσιν χωρογραφίαις zona inter ambos Tropicos præfusca & tosta à colore pingebatur. Quod plane docebat Eratosthenes ἐν τῷ Ἑρμῇ. Hæc ille. Sunt tamen & alia, quæ insuper colorem illum nigrum in diversis locis auxerint:

rint: ut cœli & terræ ariditas, soli quædam proprietas incognita, peculiaris hominum natura, & si quæ talia. Quod monuit etiam in *Africa* Abr. Ortel. Cæterum ab ὤψ est ἑλίκωψ, *Helicops*, cui oculi volubiles & emissitii. *Mycops*, μύωψ, h. e. μύων ὦπας, claudens oculos: μυωπία est vitium illud oculorum. Videatur A. gell. l. 4. c. 2. Gorræus in Lexico. E Græco est Latin. *Mops, Mopsus*, μυωπός. ὤψ & deinde ὄψ faciunt Grammatici ab ὄπτομαι.

Equidem, ἐγὼ μὲν, *ego quidem*. Ita ap. Virgil. ubique, autorem castiss. primæ personæ in singulari, junctum reperitur, ut Servius notat, & Linacer l. 5. de Emen. struct. Lat. Exempla quæ contra ex aliis afferunt, facile solvuntur. *Ego*, ἐγὼ. Dorice ἐγὼν, ἐγώνη, ἐγώνγα. Sic *Tu* σύ: æolice & dorice τύ, τυών, ab Hebr. אַתָּה: Scal. c. 43. L. L. I. geminata, & in se ipsam concreta, syllabam potest producere correptam. Ut in 10. Sat. Juven.

Eloquio sed uterque perit orator -----

Esse enim debuit *periit*. Divisa contra passa est mora divisionem: *Mihi*, pro *MI*: & interposito alio elemento, τοὶ, *Tibi*: οἱ *Sibi*. *Ti* enim & *SI* olim fuerant. Cujus rei argumento sunt alii casus, *MIS, TIS, TE, SE*. Et c. 51. Quemadmodum ex una litera duæ fiunt, *Mihi*, ex eo, quod erat *Mi*, Μοὶ: Ita evenit quoque syllabis aquai, aquai: *cui, cui*. Τοῦ *Ego* plurale formatur *Noster, nostras*. De quo scitu jucunda quædam consigno ex cap. 130. Scal. L. L. Veteres aruspices atque augures cum terram dividerent auspiciorum causa, sic instituere: Agrum omnem esse aut Romanum, aut Gabinum, aut peregrinum, aut hosticum, aut incertum. Iccirco *Amatum* doctiss. omnium Virgilius fecit judicare Turnum externum, quia Latini agri non esset; & Cæsar, qui id non ignoraret, Gallias divisit in partes tres: exemta ex ea partitione provincia, propterea quod continebatur agro peregrino tunc: Galliæ autem tres, hostico. Id ea causa fecit, quia eadem essent auspi-

Digitized by Google

auspicia in peregrino, & Gabino, quæ etiam in Romano. Ergo iidem augures agrum, qui nondum esset dispectus, quibus auspiciis designaretur, *Incertum* vocarunt: ubi liqueret Romanum esse, non satis habuerunt sic dicere, *Noster* est. Nam multi agri pacati peregrini ita ab ipsis poterant appellari, cum eorum esset populus potitus. Itaque excogitarunt vocem à voce, quo coarctarent significationem ad regiones: quæ fuit caussa, ut esset analogia terminationis communis cum nominibus regionum: Sarsinatis à Sarsino: sic *Nostratis* à Noster, & per exemtionem duorum elementorum, *Nostras*. Neque sine ratione à plurali duxere: quoniam de civibus dicitur, & ad cives refertur.

Etesiæ, Græcis vocantur ἐτησίαι παρὰ τὸ ἔτος, i.e. venti annui vel anniversarii secundum Ciceronem. Suid. ἐτησίαι αἱ κατ' ἔτος πνέοντες. Lucr. l. 6. Etesia flabra aquilonum. Apollon. argon. 1. ἐτήσιοι αὖραι. Aristot. in probl. βορέαι ἐτήσιοι. Seneca Trag. in Thyeste act. 1. *Æstas velliferis solvit etesiis*. Seneca Nat. quæst. l. 5. c. 11. *Etesiæ ob hoc* somniculosi *à nautis & delicati vocantur, quod (ut ait Gallio) mane nesciant surgere.*

Ethicum, ἠθικὸν Græci vocant ad naturam & ad mores, & omnem vitæ consuetudinem accommodatum. Cic. in Orat. ἦθος ab Hebr. עָתַד, paravit, instruxit.

Erebus, ἔρεβος: ab ἔρα, quasi in terra sit, & sic Hebræam sapit. Aut ab עֶרֶב, *eref, ereb*, potius, quod est vespera, tempus, quo tenebræ quasi admiscentur. Nam & ἔρεβος significat caliginem, Ἐρεμνὸν, ἐρεβεννὸν, i. e. tenebrosum. Hesiod. Ἐγένετο νὺξ ἐρεβεννή. Hesych. Ἔρεθος, σκότος, ζόφος, νύξ.

Eris, ἔρις, ἐρίζειν descendit ab Hebr. רִיב, i.e. lis, contentio. Ita quoque δυνὸς, à דּוּן *dun*, contendit verbis in judicio. vindicavit. דִּין, *din*, est judicium, caussa.

Erro, ἔῤῥω, i.e. hinc inde vagor, cum difficultate eo. Agell. l. 16. c. 12. Virg. Ecl. 1. Illa meas errare boves ——

Errare, i. e. pasci inquit Servius: at non ita. Proprie est vagari: ut, ante *pererratis* amborum finibus. ——

Et

Et ſubinnuit poeta libertatem, & immunitatem, ab Auguſto conceſſam, quà etiam bobus liceat hinc inde diſcurrere in paſcuis, ſine præſcriptione aut noxa.

Eructo. Scal. l. 1. L.L. 26. Puto *eructo* fuiſſe ſimplex, non compoſitum. Eſt vero frequentativum: à primori *Erugo*, quod eſt ap. Feſt. ἐρεύγω. Poſtea per ablationem *Rugo, ructo, ructus*. Euſtath. ἐρυγεῖν λέγεται τὸ μετὰ βίας ἀναπτύειν πνεῦμα. Niſi potior ſit Hebr. יָרַק, *jarak, arak*, eructavit, exſcreavit. Item רחש. Ἐρεύγω & ῥεύγω eſt idem, quod evomo, *vomo*: itidem natione Græcum, ab ἐμῶ. Unde *Vomer* ex Varr. Quippe terram *vomit*, i. e. eruit. Vomer Græcis ὕνις quod faciunt ab ὗς, ſus: quia primum roſtro humum ſulcans ſus, arandi artem docuiſſe videtur. Plutarch. l. 4. ſympoſ. prob. 5. *Vomica*, quæ tumet & vomit ſaniem.

Ervum à Græcis, ait Feſtus, qui illud ὄροβον: *Ervilia* ἐρεβίνθον appellant. *Orobus*, ὄροβος. Legatur, cui opus, Matthiol. & Bauhin. in l. 2. Dioſc. c. 101. *Orobia*, ὀροβίας λιβανωτός, tus à ſimilitudine ervi. *Orobanche*, ὀροβάγχη, ad verbum *orobi angina*: ſic dicitur, quia ὄροβον ἄγχει, i. e. ervum angit & enecat. Sotioni ὀσπρολέων, quaſi leguminum leo. Aliis κυνομόριον, *cynomorion*. Plin. l. 22. c. 25. orobanchen *appellavimus necantem ervum & legumina: alii cynomorion eam appellant, à ſimilitudine canini genitalis*. At ὄροβος ducitur ab ἐρέπτω edo: & βοῦς, βοὸς, bos Eſt bovis pabulum

Eryngium, ἠρύγγιον. Nicandro ἤρυγγος. Herba ex genere aculeatarum, ap. Theophr. l. 6. c. 1. & alios. Dicitur ἤρυγγος ab Ariſt. l. 9. hiſt. Animal. c. 3. *Villus* dependens è mento hircorum & caprarum; Plin. l. 8. c. 50. *Dependet omnibus mento villus, quem aruncum vocant*. Græci ἤρυγγον. Ab hujus ſimilitudine Eryngium herba dici videtur. Nam eryngium eſt *ſpinoſis foliis* ap. Plin. l. 21. c. 15. & l. 22. c. 7. inſtar hirtorum villorum.

Eryſipelas, Gr. ἐρυσίπελας: omnib. quantum ſcio, à πέλας, i. e. prope. Sed in priori parte minus conveniunt, *Galen. l. 2. Meth. therapeut.* nomen id ab ipſius rei natura

quaſi

Digitized by Google

cessatio. Non recte. Quia litera ultima repugnat. Per abscissionem *Elisabet*, est *Elisa* ap. Virgil. ex Hebræor. origine: Nomen *Didonis*. Etenim Phœnices erant populi Syriæ, Judæis contermini; quorum præcipuæ urbes fuerunt Tyrus & Sidon. Inde usus nominum Hebraicor. Quale etiam *Dido*. דידה est ὑποκοριστικὸν nutricum, ait Jos. Scal. Ejus masculinum est דוד *David*, i.e. amabilis, amicus, blandus. Fœminin. דודה i.e. amica, cognata. Radix est דוד, *dod*, i.e. amicus, dilectus.

Elysium, ἠλύσιον. De eo multa ap. Ethnicos: sed aliunde transumta. Quis abnutet famam Paradisi, horti illius divini, etiam ad exteros venisse? Quidam etiam venerunt ipsi; nec parum sapientiæ in felicibus his oris acceperunt. Plato Ægyptum lustravit: & hinc, quidquid de Elisio, in Phædone, vocat γῆν καθαρὰν. Hom. πεδίον. Odyss. Ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσιν.-- Attribuit diis, ut transferant homines in Elysium. Virg. 6. Aen. copiose nominat *locos lætos, amœna vireta fortunatorum nemorum, lucos opacos, prata recentia rivis, convalles virentes*. Ut ita Elysium Ethnicorum nil fuerit aliud, quam Paradisus: sed sub umbra aliqua, aut nebula. Proclus aperte: μακάρων δὲ νήσους εἰπών (scilicet Hesiodus) παράδεισον αἰνίττεται, ἤγουν τὸ ἠλύσιον πεδίον παρ' αὐτοῖς λεγόμενον παρὰ τὸ ἄλυτα τηρεῖν τὰ σώματα, ἢ παρὰ τὴν λύσιν τῶν κακῶν. Etymon amplectitur Servius, & juxta alii. Nec profecto aspernabile. Sed quia res ab Hebr. non etiam dictio? Fortean pauci repugnabunt: quomodo autem sit, nemo facile effabitur. Et si corruptam dices ex אל אשל, nonnihil dices, i.e. Dei hortus aut nemus. Aut si ab *Eden* facies, parum quoque efficies. Vix uni & alteri persuadebis; quibus cognita literarum conversio ex una lingua in alteram: & præcipue τοῦ D. in L.

Emolumentum non modo significare quæstum, aut aliud, quod conducat: sed etiam, quod operosum est, & magnum studium requirit, docet exemplis Varr. & Cæsaris P. Victor. l. 21. c. 10. Idque ideo, quia à *mole*.

Aliis,

Digitized by Google

Aliis quasi *emolimentum*, ab *emolo*; & ideo secundam corripuit Juvenalis. Recte. Ut enim à monitum monumentum; ita à molitum *molumentum*, & quod usitatum, *emolumentum*. A *mole* est *amolior*. Item *amuletum*, quod corpori alicujus alligatum noxam *amoliatur* seu depellat. Hinc in Gloss. est, *Amuletum*, φυλακτήριον. *Moles* (inquit Scal. in Theoph. de pl.) deducitur à *mola* farinaria, quæ nunquam pusilla est. In acu enim nulla *moles*. Resipit ortum *molestus*, quod primam corripit. Recte, ut ab honos honestus, ita à mola molestus. Et *mola*, *molere*, *pristinum* & hujus generis alia crebro pro eximiis laboribus & difficultatib. sumi passim consueverunt. Sed & potius *moles* à μῶλος: ut sit vox militaris. Virg. 1. Æn. tantæ *molis* erat. *Mola*, μύλη, *molitrina*, ut *meditrina* à medeor. *Molinum saxum* ap. Tertull. l. 4. contra Marc. *Mulus* à μύλη, μύλος ap. Isid. quod jugo pistorum subactus, tardas *molendo* ducat in girum molas, l. 12. Vel à μῶλος, labor: quia est animal viribus in labore eximium, ut loquitur Plin. l. 8. c. 44. *Molucrum*, autore Festo, non solum quo molæ vertuntur, dicitur id, quod Græci μυλακρον appellant: sed etiam tumor ventris, qui virginibus quoque solet evenire, cujus meminit Afranius in virgine. *Immolare* à mola i. e. farre molito & sale hostiam persperSam sacrare, Fest. Cæterum μύλη & μῶλος ab עָמָל *amal*, *mel*, i. e. labor, molestia, moles.

Encænia, Castellioni *Renovalia*: ἐγκαίνια à καινός, i. e. novus Suidæ festum est, in quo aliquid innovatur. *Casaub.* in Joh. 10. 22. Dicta esse *Encænia* à renovatione rei antiquæ, multi è veterib. crediderūt Græci Grammatici: ἐγκαίνια, ἑορτὴ ἐν ᾗ ἀνακαινίζεται. Verū id potius ἀνακαινίζειν est, quā ἐγκαινίζειν: quæ vox perpetuo ap. LXXII. interpr. & N. Testamenti autores de iis dicitur, quæ Deo dedicantur & consecrantur: non quæ obsoleta & abolita in usum revocantur. *Hæc ille*. Unde apparet Latin. *Renovalia* τὰ ἐγκαίνια non satis exprimere. Καινὸν, à κρὶ & νῦν, quasi nuperum, jam modo factum. Hebr. חָנַךְ est innovavit.

Digitized by Google

Encomium, ἐγκώμιον ἐν ταῖς κώμαις tribulibus audientibus, cum laudes alicujus ita recensebantur, ut longiuscule procederet oratio, ἐγκώμιον appellarunt: quæ neque brevis, neque simplex esset, sed figuris ac numeris ornata, certis divisa partib. locis digesta suis esset. Hesych. ἐγκώμιον ἔνδημον: κῶμαι γὰρ αἱ τῶν δήμων συνήματα. Prov.10. 18. μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων. Quæ de encomio Quinctil. l.3.c.1. Rhodig. l.7. c.5. notent, illico dispiciantur.

Epænus, ἔπαινος. Scal. poet. l. 3. c.110. Est αἶνος idem, quod μῦθος. Μῦθος idem, quod dictum, aut sermo. Nam postea utriusque significatio ad fabellarum angustias redacta est. Ergo cum de re quapiam αἶνος esset propositus: auditorum consensus expressus oratione ἔπαινος appellabatur: quasi prioris additamentum. Nullum enim pulchrius auctarium orationis, quam comprobatio dictorum. Inde tractum est, ut hoc testimonium vel bonæ rei, vel bene cujuspiam facti dictive ἔπαινος vocaretur.

Episcopus, ἐπίσκοπος. Origo (ab ἐπὶ & σκέπτομαι) nec non usus autorum lati significatus esse docet: quomodo ἐπόπτης καὶ ἔφορος. Latinè sonat *inspector*, aut *speculator*. Homerus vocat Hectorem ἐπίσκοπον: quia fuerit præcipuus Troiæ *inspector* & custos. Iliad. κ: ἦ ἔστιν ἐπίσκοπος ἠπείρηται. Virginum sacrarum erat ἐπίσκοπος: uti ex Plutarchi Numa apparet. Magistratus Atticus vocabatur ἐπίσκοπος: itidem ab officio. Cic. ad Att. l. 7. *Vult me Pompeius esse, quem tota hæc maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus & negotii summa referatur.* Isid. l. 7. Orig. c. 12. *Episcopi Græcè, Latinè speculatores interpretantur.* Postea eminentiori significatu, ut solet, ἐπίσκοπος in Ecclesia est, qui sacris præest: quem Justinus Martyr. Apolog. 2. προεστῶτα τῶν ἀδελφῶν vocat. Nam fit quasi *speculator*, qui in doctrinam moresque commissi gregis inquirat. Actor. 20. 28. προσέχετε ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους. Petrus 1. Epist. 5.2. ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ θεοῦ, ἐπισκοποῦντες. Cassiod. in Ps. 108. Episcopus dictus *superinspector*

eo,

eo, quod Domini gregem ipsius gratiâ suffragante, quasi pastor cautissimus altâ sede custodiat. Apoll. Sidonius eo respectu utitur τῷ *superinspicis* l.6. epist.1. & l. 9.ep.3.

Entelechia, ἐντελέχεια. Hujus vocis significatum & originem multi studiose indagarunt,

------ *Leporem venator ut alta*
In nive sectatur ------

Et Hermolaus Barbarus, qui Latine, verius barbare, *perfectihabiam* & *perfectihabentiam* vertit, ex dæmone, ope λεκανομαντείας cognosse tentavit, quid sub hac umbra Aristot. l. 2. de anim. c. 1. abscondat. Nos è Scaligero, qui dæmonium hominis erat, & miraculum naturæ, facilè τὸ τί ἐστι discimus. Cum igitur formam, *inquit,* dixeris: intelliges immaterialitatem, simplicitatem, potestatem, perfectionem, informationem. Hoc enim est ἐν: quod innuit maximus Poetarum; 6. Æneid:

------ *Totosque infusa per artus.*

Hoc est τέλος: quia est ultima forma sub cœlestib. & princeps inferiorum, finis ac perfectio. Hoc est ἔχειν: quia habet materiam; neque solum habet, sed etiam continet, ut sit unum. Neque solum continet: sed etiam regit. Hoc enim est ἔχειν in 5. Metaph. & in Cratylo. Ex. 307. s. 12. 39. Quidam Ciceronis præsidio exarant per δ, ἐνδελέχεια: sed misere falluntur & fallunt. Est enim vox Aristotelica & nova ἐντελέχεια ipsius Ciceronis confessione. Igitur aliam hanc oportet esse ab ista altera, quæ vetus & vulgaris. Dum vero Cicero interpretatur, quasi quandam continuatam motionem, & perennem 1. Tusc. mentem Philosophi assequutus non est, aut si assequutus, secus exposuit. Neque enim anima est motio aut agitatio: hæc quippe est accidens: illa substantia & pars compositi & potior & perfectio & finis. Neque ἐνδελέχεια est agitatio: sed continuatio motus, παρὰ τὸ ἐν καὶ δεῖν καὶ ἐλᾶν τὸ ἐχόμενον.

Eo, ire: ab antiquo ἴω: pro quo nunc εἶμι. Ab *itum* est *iter, iteris:* post *itiner* per αὔξησιν, *itineris, itinerariũ.* Lucret. jungit iter & viam: *iter infestum fecere viai.* l. 5. *Iterum* ab itere, quod repetebant pastores, antiquissimi

τινόδ@, συναγωγή. Illud enim quodammodo contractum. Terent. prima *coitio* acerrima. Verbum ἤθοικόν.

Virgil. 12. Æn.

Inter se coiisse viros. ——

Tertull. apolog. c. 39. Coimus in *cœtum* & aggregationem. Scal. in Theoph. de pl. συνδρομὴν veteres medici appellarunt *coitionem* causarum ad morbos constituendos, i. e. concursus. Ξύῤῥοη, i. e. confluxus. Σύμβασις Thucydidi compositio pactorum inter duos exercitus. Paulus ICtus *conventionem* maluit. Quam materiarum constitutionem, atque conflationem Lucret. *cœtum* dixit à *coeundo*. Etiam *Civis* quasi *Coivis* à *coeundo*. *Civitas* à civium conjunctione. Cives Gen. 23. 10. & 34. 24. dicuntur, ingredientes portam civivitatis, & egredientes porta civitatis. Cic. l. 1. de rep. *Conjunctionem* tectorum, opidum, vel urbem appellarunt delubris distinctam, spatiisque communibus. Omnis ergo populus, quod *cœtus* multitudinis, qualem exposui, *civitas* est. *Seditio*, quando in diversas partes *abitur*: hoc enim *SE*. Germanis à *stare*, Auffstandt. Gloss. Cyrill. στάσις ἐθὸεμβ@, seditio. Cic. 6. de Rep. ea dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, *Seditio* dicitur. *Abies*, ut Græc. ἐλάτη ab ἐλᾶν: ita dicitur Lat. ab *eundo*: quia in altum *abeat*, præ aliis. *Nequeo* à *nequo* & *eo*. Ita enim veteres usi, notante Festo, nosque non fere aliter. Ita & in contrariam partem dicimus: *assertum it, consultum it*: & similia. *Præire, prætor*, quasi *præitor*: Cic. 3. de Leg. regio imperio duo sunto, iiq; *præeundo*, judicando, consulendo, *prætores*, judices, Consules appellantor. Quod etiam Varro l. 4. L. L. etiam Imper. Justin. Novell. 24. & alii probant. *Combito* est una vel juxta eo: *Imbito*, est ineo: *prœbito* est præeo, prævenio: *rebito*, pro redeo: *Perbito* pro pereo. Composita è simplici *betere*: quod vel abire vel à βῆμι aut Φοιτάω. Significatus vero similis. Scal. conject. & in Fest. *Bætere* seu *betere* & *bitire* veteres dixisse ait. Inde *Bitienses* qui assidue peregrinantur. Etiam *arbiter*, quasi *adbiter*: h. e. tertius qui accedit & litigia componit. Gloss.

χαμαιδικαστής pedaneus judex, arbiter. *Superbire* à *super ire*. Ap. Lucr. integre l. 3. de rer. Nat.

------ *Docuit superire lacunas*.

Ut ita quandam præ aliis eminentiam inferat: ficut ejus oppositum fubmiffionem notat, five depreffionem. *Humilis* enim ab *humo*. Terra nihil inferius. Aliis etiam bene *superbus*, ab ὑπέρβιος. Quomodo illud Plauti a.1.f.1. Amph. intelligendum fit, quæritur à philologis: *Faciam ego hodie te superbum, ni hinc abis*. *Superbi* ex notatione nominis, nihil aliud funt, quam in fuperiore loco. Ita fublimes in equo, aut curru, aut qui à fervis portantur, hoc nomine vocari poffunt. Item qui plagis ita funt contufi, ut pedibus ambulare nequeant, auferantur fublimes neceffe eft, atque hac ratione fuperbi appellantur. *Gruterus* de divite accipit, qui pedibus fuis non ambulet. Ad fequentia fatis abunde noftram fententiam priorem ftabiliunt; quanquam ludat ambiguitate vocis. *ME*. Faciam te *superbum*. So. Quonam modo? *ME*. Auferere, non abibis: fi ego fuftem fumfero. Id eft, in fublimi, ὑπὲρ, fuper, vel fuftigatus vel mortuus, ut Nonius explicat. Simile eft illud Plutarchi περὶ παίδων ἀγωγ: μετέωρον αὐτὸν αἰρόμενοι, τὴν ταχίστην ἐξοίσομεν: fublimem (aut *superbum*) ipfum tollentes, celerrime efferemus.

Epar, ἧπαρ παρὰ τὸ ἐπαρδεύειν ὅλῳ τῷ σώματι αἷμα. Empedocles πολυαίματον τὸ ἧπαρ habet. Rectius ab Hebr. פֶּרֶק, quod idem, adeoque præcipua vifcera fignificat. Item כָּבֵד, eft Epar. Quod ita dicitur à gravitate. Hinc etiam Galenus *epar* omnium vifcerum graviffimum & denfiff. appellat l. 6. de ufu part. c. 17.

Epha Deut. 25. 14. eft genus menfuræ aridorum continentis X. Gomer, אֵיפָה. A radice אִיף: quæ verbaliter nufpiam exftat. *Epha* interpr. LXXII, nunc ex Hebræo refcribunt ὑφὶ, ὑφεὶ, οἰφὶ, οἰφεῖ: nunc exponunt μέτρον, aut etiam πέμμα. Ezech. 46. 6.

Ephemeron ab ἡμέρα, i.e. fpatio diurno durans. Vulgo nomen animalculi, cujus vita non excedit diem, ἐφήμερος.

Ap.

Digitized by Google

Ap. Arist. l. 5. hist. Anim. c. 18. J. C. Scal. diarium vertit. Etiam *ephemeron* herba vocatur ap. Galen. Dioscor. Matthiol. & alios Botanicos: & quidem ephemeron colchicum ita vocatur, quod eodem ipso die, quo sumitur, hominem perimat. *Ephemeris*, ἐφημερὶς i.e. diarium, seu scriptum, quod gesta in unoquoque die aut notatu digna quotidie contineat. J. Scal. in Propert: *Ephemerides & Calendarium* etiam vocari nemo ignorat exemplo *Calendarii* fœneratorum: Sic etiam *Calendarium* & *Ephemerides* hodie vulgo pro tabulis festorum, aut Lunaribus astrologorum. Unde ea *Manaca* aliquando dicta ostendimus articulo arabico & voce Græca, quam tamen Latini inflexione suam fecerunt. Μηνιαῖος, *maniacus*, seu *manacus*. At illa vox *Almanac*, quamvis Arabes suam usu fecerunt: tamen non hodie atque heri eam agnoverunt: sed diu est, postquam hoc factum, teste Porphyrio.

Epibda, ἐπίβδα. Dici advertimus ἐπίβδας dies, qui festum insequuntur, quos etiamnunc μεθεόρτους nuncupant, tanquam *Epibades* vocentur ἀπὸ τοῦ ἐπιβάζεσθαι ταῖς ἑορταῖς. Aliis arridet *epibdas* dici, velut ἐπὶ δαιτί, per literæ B abundantiam, velut *Sibdam* pronunciamus, quæ *Sida* est.

Epicedium, quod dicebatur in exequiis, cum justa persolverentur. Κήδεσθαι enim fuit curare inferias, ait Jul. Scal. Κῆδος cura, solitudo, item mœror. Hinc *acedia*, ἀκηδία: & verbum *acediari*, apud veterem Biblior. interpretem Sir. 6. 26. & 22. 16. *Epitaphium*, à τάφος, quod ad tumulum recitaretur. Θάπτω, τάφος: quod duxerim ab Heb. תָּוָה. Nemo facile repudiat, nisi νόον ἀποφώλιος: & qui nescit, quam sepulcra etiam veterum, mire signata fuerint, aut ornata, ἐπιγραφῇ, lapide, statua, aliis. Quod neque vox monumenti dissimulat. Casaub. in N. Testam. distinguendum arbitror inter θάπτειν & ἐνταφιάζειν, idemque inter ἐνταφιασμὸν & ταφὴν. Θάπτειν enim sepelire significat: at ἐνταφιάζειν est corpus ad funus componere, & ornamentis, ut sic dicam, sepulcralibus ornare:

nare: quæ Græcis ἐντάφια vocantur. Gloss. vet. ἐνταφιάζω funero. Ἐντάφιον, Libitina.

Epilepsia, ἐπιληψία, ut qua omnia membra capiuntur & corripiuntur. Dicta etiam *morbus sacer*. Nam priscæ religionis antistites, ut prætextu aliquo religionis ditescerent, deos fingebant excruciare homines morbis: & nominatim *epilepsia*, ut quæ subitanea, occulta, nec nisi à manu alicujus numinis. Inde præ aliis *sacer morbus* audiit. Hippocr. in libr. de sacro morbo & de virgin. morbo. Galen. lib. prognost. Sic etiam *os sacrum*, ἱερὸν ὀστοῦν dicitur: quoniam primum infante concepto nascitur, ideoque & *hostia*, id primum à gentilibus dabatur diis. Menander, οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν θύοντες. Athenæo l. 7. c. 10. ἱεραὶ νόσοι sunt, quæ Plutarcho ἀπηνεστάτας, id est, morbi satis magni ac vehementes. Rectè vero. Nam ἱερὸν est etiam magnum. Andr. Laurent. *os sacrum*, *Græci* ὀστοῦν ἱερὸν dicunt, non quod *sacri* & arcani quippiam in se contineat, ut voluerunt quidam: sed ob magnitudinem. Est n. omnium totius spinæ ossium maximum. Sic Homerus pisces magnos, *sacros* vocat: & Hippocr. ea ratione *os sacrum*, vertebram, magnam appellavit. s. 4. l. 2. Epid. Πλατὺ etiam, id est, latum os dicitur: alias ὑποσπόνδυλον, quasi *subvertebrum*. Hæc ille. oper. Anat. quasi sub finem c. 16.

Epops, ἔποψ, i. e. upupa. Faciunt παρὰ τὴν ὄψιν. Rectius vero ab ὄψ, ὀπὸς, i. e. oculus, vultus. Ita *Æthiops*, Lucr. *Æthiopus*, quasi αἰθόμενος τὴν ὄπα, h. e. κεκαυμένος. Theoc. ἡλιόκαυτος, à Sole ambustus. Cointo Æthiops est μελανόχροος. Mantuano *ustus*. Pontano *niger*. Item Æthiops Hebræis est *Chusi*, i. e. niger. *Tibull.* l. 2. El. 3. Illi sint comites *fusci*, quos India torret. *Scal. in l. 4. Manil.* Præfuscos autem Æthiopas, qui ardenti zonæ magis subjecti. Unde eleganter ait eos maculare orbem: quia scilicet ἐν σφαιρικῇ γεωγραφίᾳ zona inter ambos Tropicos præfusca & tosta à colore pingebatur. Quod plane docebat Eratosthenes ἐν τῷ Ἑρμῇ. Hæc ille. Sunt tamen & alia, quæ insuper colorem illum nigrum in diversis locis auxerint:

rint: ut cœli & terræ ariditas, soli quædam proprietas incognita, peculiaris hominum natura, & si quæ talia. Quod monuit etiam in *Africa* Abr. Ortel. Cæterum ab ὢψ est ἑλίκωψ, *Helicops*, cui oculi volubiles & emissitii. *Mycops*, μύωψ, h. e. μύων ὦπας, claudens oculos: μυωπία est vitium illud oculorum. Videatur A. gell. l. 4. c. 2. Gorræus in Lexico. E Græco est Latin. *Mops, Mopsus*, μυωπὸς. ὤψ & deinde ὄψ faciunt Grammatici ab ὄπτομαι.

Equidem, ἐγὼ μὲν, *ego quidem*. Ita ap. Virgil. ubique, autorem castiss. primæ personæ in singulari junctum reperitur, ut Servius notat, & Linacer l. 5. de Emen. struct. Lat. Exempla quæ contra ex aliis afferunt, facile solvuntur. *Ego*, ἐγὼ. Dorice ἐγὼν, ἐγώνη, ἐγώνγα. Sic *Tu* σὺ: æolice & dorice τύ, τύνη, ab Hebr. אַתָּה: Scal. c. 43. L.L. I. geminata, & in se ipsam concreta, syllabam potest producere correptam. Ut in 10. Sat. Juven.

Eloquio sed uterque perit orator -----

Esse enim debuit *periit*. Divisa contra passa est mora divisionem: *Mihi*, pro *MI*: & interposito alio elemento, τοὶ, *Tibi*: οἱ *Sibi*. *Ti* enim & *SI* olim fuerant. Cujus rei argumento sunt alii casus, *MIS, TIS, TE, SE*. Et c. 51. Quemadmodum ex una litera duæ fiunt, *Mihi*, ex eo, quod erat *Mi*, Μοὶ: Ita evenit quoque syllabis aquai, aquai: *cui, cui*. Τοῦ *Ego* plurale formatur *Noster, nostras*. De quo scitu jucunda quædam consigno ex cap. 130. Scal. L. L. Veteres aruspices atque augres cum terram dividerent auspiciorum causa, sic instituere: Agrum omnem esse aut Romanum, aut Gabinum, aut peregrinum, aut hosticum, aut incertum. Iccirco *Amatum* doctiss. omnium Virgilius fecit judicare Turnum externum, quia Latini agri non esset; & Cæsar, qui id non ignoraret, Gallias divisit in partes tres: exemta ex ea partitione provincia, propterea quod continebatur agro peregrino tunc: Galliæ autem tres, hostico. Id ea causa fecit, quia eadem essent auspi-

Digitized by Google

auſpicia in peregrino, & Gabino, quæ etiam in Romano. Ergo iidem augures agrum, qui nondum eſſet diſpectus, quibus auſpiciis deſignaretur, *Incertum* vocarunt: ubi liqueret Romanum eſſe, non ſatis habuerunt ſic dicere, *Noſter* eſt. Nam multi agri pacati peregrini ita ab ipſis poterant appellari, cum eorum eſſet populus potitus. Itaque excogitarunt vocem à voce, quo coarctarent ſignificationem ad regiones: quæ fuit cauſa, ut eſſet analogia terminationis communis cum nominibus regionum: Sarſinatis à Sarſino: ſic *Noſtratis* à Noſter, & per exemtionem duorum elementorum, *Noſtras*. Neque ſine ratione à plurali duxere: quoniam de civibus dicitur, & ad cives refertur.

Eteſiæ, Græcis vocantur ἐτησίαι παρὰ τὸ ἔτος, i.e. venti annui vel anniverſarii ſecundum Ciceronem. Suid. ἐτησίαι αἱ κατ' ἔτος πνέοντες. Lucr. l. 6. Eteſia flabra aquilonum. Apollon. argon. 1. ἐτήσιοι αὖραι. Ariſtot. in probl. βορέαι ἐτήσιοι. Seneca Trag. in Thyeſte act. 1. *Æſtas veliferis ſolvit eteſiis.* Seneca Nat. quæſt. l. 5. c. 11. *Eteſiæ ob hoc* ſomniculoſi *à nautis & delicati* vocantur, *quod (ut ait Gallio) mane neſciant ſurgere.*

Ethicum, ἠθικὸν Græci vocant ad naturam & ad mores, & omnem vitæ conſuetudinem accommodatum. Cic. in Orat. ἦθος ab Hebr. עָתַד, paravit, inſtruxit.

Erebus, ἔρεβος: ab ἔρα, quaſi in terra ſit, & ſic Hebræam ſapit. Aut ab עֶרֶב, *eref, ereb,* potius, quod eſt veſpera, tempus, quo tenebræ quaſi admiſcentur. Nam & ἔρεβος ſignificat caliginem, Ἐρεμνὸν, ἐρεβεννὸν, i. e. tenebroſum. Heſiod. Ἐγένετο νὺξ ἐρεβεννή. Heſych. Ἔρεβος, σκότος, ζόφος, νύξ.

Eris, ἔρις, ἐρίζειν deſcendit ab Hebr. רִיב, i.e. lis, contentio. Ita quoque δυνὸς, à דּוּן *dun,* contendit verbis in judicio. vindicavit. דִּין, *din,* eſt judicium, cauſa.

Erro, ἔῤῥω, i.e. hinc inde vagor, cum difficultate eo. Agell. l. 16. c. 12. Virg. Ecl. 1. Illa meas errare boves ——

Errare, i. e. paſci inquit Servius: at non ita. Proprie eſt vagari: ut, ante *pererratis* amborum finibus.——

Et

Et subinnuit poeta libertatem, & immunitatem, ab Augusto concessam, quà etiam bobus liceat hinc inde discurrere in pascuis, sine præscriptione aut noxa.

Eructo. Scal. l. 1. L.L. 26. Puto *eructo* fuisse simplex, non compositum. Est vero frequentativum: à primori *Erugo*, quod est ap. Fest. ἐρεύγω. Postea per ablationem *Rugo, ructo, ructus*. Eustath. ἐρυγεῖν λέγεται τὸ μετὰ βίας ἀναπτύειν πνεῦμα. Nisi potior sit Hebr. ירק, *jarak, arak*, eructavit, exscreavit. Item שרק. Ἐρεύγω & ῥεύγω est idem, quod evomo, *vomo*: itidem natione Græcum, ab ἐμῶ. Unde *Vomer* ex Varr. Quippe terram *vomit*, i. e. eruit. Vomer Græcis ὕνις quod faciunt ab ὗς, sus: quia primum rostro humum sulcans sus, arandi artem docuisse videtur. Plutarch. l. 4. sympos. prob. 5. *Vomica*, quæ tumet & vomit saniem.

Ervum à Græcis, ait Festus, qui illud ὄροβον: *Ervilia* ἐρέβινθον appellant. *Orobus*, ὄροβος. Legatur, cui opus, Matthiol. & Bauhin. in l. 2. Diosc. c. 102. *Orobia*, ὀροβίας λιβανωτός, tus à similitudine ervi. *Orobanche*, ὀροβάγχη, ad verbum *orobi angina*: sic dicitur, quia ὄροβον ἄγχει, i. e. ervum angit & enecat. Sotioni δασπελολέων, quasi leguminum leo. Aliis κυνομόριον, *cynomorion*. Plin. l. 22. c. 25. orobanchen *appellavimus necantem ervum & legumina: alii cynomorion eam appellant, à similitudine canini genitalis*. At ὄροβος ducitur ab ἐρέπτω edo: & βοῦς, βοὸς, bos Est bovis pabulum

Eryngium, ἠρύγγιον. Nicandro ἤρυγγος. Herba ex genere aculeatarum, ap. Theophr. l. 6. c. 1. & alios. Dicitur ἤρυγγος ab Arist. l. 9. hist. Animal. c. 3. *Villus* dependens è mento hircorum & caprarum; Plin. l. 8. c. 50. *Dependet omnibus mento villus, quem aruncum vocant*. Græci ἤρυγγον. Ab hujus similitudine Eryngium herba dici videtur. Nam eryngium est *spinosis foliis* ap. Plin. l. 21. c. 15. & l. 22. c. 7. instar hirtorum villorum.

Erysipelas, Gr. ἐρυσίπελας: omnib. quantum scio, à πέλας, i. e. prope. Sed in priori parte minus conveniunt, *Galen. l. 2. Meth. therapeut.* nomen id ab ipsius rei natura quasi

quasi inditum scribit: ut & gangrænæ, phlegmonæ, & quibusdam aliis. Estque ab ἐρυθρόν, pro quo veteres ἔρυσον dicebant, quasi ἐρυθρόπελας. Alias vero ἀπὸ τοῦ ἐρυσίβης. Sed eodem redit. Quando ἐρυσίβη & ἐρυθρὸν veniant ambo ab ἔρευθος, i.e. rubor. Atque *erysipelas* ita dicitur à colore *rubro*, cui tamen aliquid ξανθότερον admistum sit. Unde & à sanguine fervente propter bilis aliquam partem, oriri putant. Vel ut alii invertunt, materia erysipelatis est ῥεῦμα χολῶδες, οὐκ ἀκριβὲς, ἀλλὰ τῷ αἵματι συμμιγές. Vocis tamen origo & ejus ratio certa est: sonatque verbatim *erysipelas*, quasi *rubor partis propinquæ*. Videatur Joh. Gorræus.

Erythræum, propriè est *rubrum*: Græcis ἐρυθραῖον, ἐρυθρὸν, ab ἔρευθος, i. e. rubedo. Secundum eminentiam ita vocatur *mare rubrum*. Melal. l. 3. de situ orb. c. 7. Græci appellant ἐρυθρὰν θάλασσαν. Plin. l. 6. Nat. hist. c. 23. *Mare, quod Rubrum dixere nostri; Græci Erythræum*. LXXII. interpr. Hebr. יַם־סוּף vertunt ἐρυθρὰν θάλασσαν: cum aliàs pro indole Hebræar. vocum sit *mare junci* aut *algæ*: quia inibi illa planta copiosius crescat. Strabo l. 16. *In tota Rubri maris ora arbores in profundo nascuntur, lauro & oleæ similes.* Eo respicere videtur Claudianus epig. de Magnete:

—— Quidquid eois
Indas litoribus rubra scrutatur in alga.

Sed quare id mare peculiariter vocatur *Erythræum*? Non à *rubente* unda. Curt. l. 8. *mare certè, quo alluitur, ne colore quidem abhorret à cæteris.* Suid. ἐρυθρὰ θάλασσα ἐκλήθη, οὐκ ἀπὸ τῆς χροιᾶς τοῦ ῥοδίου. Quod etiam Brodæus l. 3. Misc. c. 9. immò etiam (ne multus sim) hodierna αὐτοψία testatur. Aliis hoc mare appellatur *rubrum*, à *rubente arena* & *rubris montibus* illius oræ: quæ rubedo etiam à lumine solis huc defixi acuatur: uti ap. Plin. l. 6. 23. Strab. l. 16. Geogr. Photium ex Agatharchide, Stephanum ex Ouranio videre licet. Idem mihi retulit noster *Joach. Frencel.* Coth. Anhalt. qui anno 1622. mare hoc rubrum ingressus, arenam rubram in litoribus sparsam ipse suis manibus oculisque usurpavit. At noster

Digitized by Google

noſter *Fullerus* altius rationem appellationis eruit: & mare hoc *Erythræum* ab Eſavo (qui ita *Ruffus* & *Edom* à *rubente pilo* ac *juſculo* dicitur Gen. 25. 30.) nominatum eſſe multis pertendit: l. 4. Miſc. S. c. 20. Cui ſubveniunt Strabo l. 16. Plin. l. 6. c. 23. Mela l. 3. c. 7. Curt. l. 8. & alii autores, qui *Erythræum* à rege *Erythra* dictum referunt. Et Agatharcides ap. Phot. μέγα δὲ παραλλάττει, Ἐρύθρας θάλατταν εἰπεῖν, ἢ θάλατταν Ἐρυθράν· τὸ μὲν γὰρ κυριεύσαντα σημαίνει τῆς θαλάττης αἰσχρῶς· τὸ δὲ τὴν πυῤῥότητα δηλοῖ τῆς ῥητῆς φύσεως. ἔστι δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ χρώματος τὴν κλῆσιν καθιστάνον ψεῦδος (οὐ γὰρ ἐστιν ἐρυθρά.) τὸ δ' ἀπὸ τοῦ δυναστεύσαντος, ἀληθές, i. e. *Multum intereſt, Erythræ mare dixiſſe, an mare Erythrum. Illud enim denotat virum huic mari dominatum: hoc vero indicat ruborem fluidæ naturæ (ſive maris) Eſt autem illud à calore appellationem quod impoſuit, falſum. (Neque enim rubra eſt) hoc vero à dominato, verum.* Inter alia ſic ſcribit Full. *Eſavo, qui eſt idem Edomus, omni ratione licuit tam mari, quam regioni maritimæ, utriusque Dominus ac princeps, nominis ſui quaſi characterem notamque inprimere,* ut Edomæum, *utrumque antiquitus paſſim vocitaretur.* Et ante: *Erythras ſive Erythrus planiſſime is eſt, quem nomine quidem ſacræ literæ Eſavum appellant, cognomine autem* Edomum. *Iſaaci filium grandiorem, Jacobi vero fratrem. Eſt enim* אדום *Græce* πυῤῥός, *ſive* ἐρυθρός *Erythrus: Latine Ruber.* Et rurſum: *Celeberrimum illud Erythræi ſive Rubi maris nomen tum demum cœptum eſt uſurpari, poſtquam claſſe in mari Edom parata, negotiationem Arabicam, Indicam, & fortaſſe Æthiopicam inſtituiſſet Salomon. Attamen non tam nomen ipſum proprium per ſe, ſcil. Edom, enunciatum videtur à mercatoribus, quam nominis ejusdem interpretamentum, ſuo cujusq; gentis idiomate expreſſum, nempe* ἐρυθρός, ἐρυθραῖος, *Ruber: cæteraq; ejusmodi.* Hæc Fuller. & plura ejus generis ibidem.

Eudiæon, εὐδιαῖον. Feſt. Lineum filum, quod medici extremo in clyſterio relinquunt. Aliis εὐδιαῖος, paxillus ſeu clavus ligneus ſub carina in foramine quodã fixus, quo exemto defluit aqua in ſentina collecta. Suidæ eſt feneſtra in navi, è qua ſentina eggeritur. Heſychius

εὐδιαῖος

εὔδοχμον à nonnullis vocari dicit Metaphor. mulieris pudendum. Ab eo Romani *Fugium* dixere. Legatur Pollux l.1.c.9. Turneb.l.3.Adv.c.5.

Eunuchus, εὐνοῦχος, ab εὐνὴ & ἔχειν. Εὐνὴ ab εὕδω Græcis: sed tam promte ab Heb. נוח, quievit, cubuit. Scal. Ex. 277. s. 4. *Eunuchus* est nomen, quasi pallium, quo tegatur injuria naturæ facta. Significat enim tanquam si dicam, *Lecticustodem*, propterea quod ad mulierum observandam pudicitiam adhibebantur. Παρὰ τὸ εὐνὴν ἔχειν. Acutius ex antiqua eruditione. *Venerea* amentiam à priscis appellatam, Aristophanis id versu comprobatur: Ὕπνε δ' ἀπέχεσθ' ᾗ τῶν αἰσθητῶν πάντων. A quibus cum putarent *Eunuchos* abstinere, contrariis vocib. compositis fecere nomen: εὖ νοῦν ἔχειν. Hæc ille. Quæ ut acutius dicta non infitiamur: ita magis ex analogia & melius εὐνοῦχος, ab εὐνὴ & ἔχειν: ut ἀσπιδοῦχος, κηροῦχος, κλειδοῦχος, πολιοῦχος, ῥαβδοῦχος & plura alia. Estque εὐνοῦχος principe significatu cubiculi, vel lecti custos, cubiculum servans. Glossæ veter. εὐνοῦχος, *cubicularius*. Atque ita scribit Athenæus l. 12. Dipnos. Andramitem Lydorum regem primum *fœminis enuchis*, h.e. cubiculariis, usum fuisse. Postea ubi cubicularii malæ fidei esse cœperunt, ut fœminarum castitatis integrius conservaretur; *exsecti*, vel ut Arnobius vocat, *exmares* ad illud officium sunt admoti. Et inde demum *Eunuchus* est spado, castratus, ἐκτομίας; non per se ac proprie.

Euphrates, *Phrath*, *Perath*. Ex ignorantia linguæ sanctæ trahitur ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, à lætificando. Hebr. est פְּרָת. Genes. 2. 14. הוּא פְרָת: inde potius εὐφράτης. Quia suaviter irrigat terram, ut magna copia fructuum frugumque inde proveniat. Hodie ab accolis *Aphorat* dicitur; quibusdam in locis *Frataba*, & in regione Corasa *Euphran*. Sic itidem *Pison*, fluvius Paradisi Hebræis פִּישׁוֹן à verbo פּוּשׁ dilatatus est, excrevit. Multa & satis quidem accurate à *Fr. Junio* notata sunt de Euphrate & hujus alveis in Gen.2.10. & à Scal.

l.5.

Digitized by Google

l. 5. de emend. temp. quæ omnino videas & cum alior. disputationib. conferas.

Euripus, εὔριπος. ab εὖ & ῥιπίζω, aut ῥίπτω: quia facile præcipitatur. Cic. l. 3. de Nat. deorum, Plin. l. 2. c. 97. Strabo l. 1. & in eum Casaub. Mediam quotusquisque non corripit? Non debebant. Ecce Ovid. 1. de Pont. El. 9.

Stagna quoque *Euripi* virgineusque liquor.

Europa à latitudine: ex voce Græca εὐρεῖα, i.e. lata, & ὤψ, facies: quasi dilatatio, conveniens scilicet appellationi autoris sui Japheti, qui cum posteris suis divina gratia longe lateque ad occidentem, & septentrionem dominaturus erat. Varro l. 4. Lat. L. ab Europa Agenoris filia, dictam autumat regionem. Quod amplius exponere satagit lib. 4. Miscell. c. 10. Fullerus.

Eurus, εὖρος. ἀπὸ τοῦ ἐῶ καὶ ῥεῖν. aut ab ἠῶ καὶ ῥέω. Agell. l. 2. c. 22. Rectius ab ἠώς, vel ἕως, & ῥεῖν.

Statius:

Qua latus *eoos* Ephyres se vertit ad *Euros*.

Ovid. 1. met.

Eurus ad auroram ———

Mantuan.

Non oriens Eurus, *potuit spirare* ——— Videatur etiam Veget. l. 5. c. 8.

Eos, ἠώς, quasi αὔως ab αὔω: scilicet à fulgore atque æstu.

Examen, aliis proprie est σμῆνος, aut Homer. ἔθνεα μελισσάων. Aliis ἐξετασμός. Gloss. ita: *Examen*, ἐξέτασις, ἀνάκρισις, ἀποσπάσμα. Item *Examen*, σμῆνος. Sed revera latius patet: & ita de omni eo proprie capitur, quod *exigi* solet. Forma talis. Ut à levatum levamen, à fundatum fundamen, à dictatum dictamen: ita ab *exactum examen*. Neque de apibus, aut aliis unquam ita nude dicitur: sed σὺν τῷ διορισμῷ. Juven. Sat. 13. *Examenq; apium longa consederit uvà*. Cic. offic. *apum examina* fingunt favos. Similiter Virgil. vocat *agmen* emissum caveis, ab

cessatio. Non recte. Quia litera ultima repugnat. Per abscissionem *Elisabet*, est *Elisa* ap. Virgil. ex Hebræor. origine: Nomen *Didonis*. Etenim Phœnices erant populi Syriæ, Judæis contermini; quorum præcipuæ urbes fuerunt Tyrus & Sidon. Inde usus nominum Hebraicor. Quale etiam *Dido*. דּוֹדָה est ὑποκοριστικὸν nutricum, ait Jos. Scal. Ejus masculinum est דּוֹד *David*, i.e. amabilis, amicus, blandus. Fœminin. דּוֹדָה i.e. amica, cognata. Radix est דּוֹד, *dod*, i.e. amicus, dilectus.

Elysium, ἠλύσιον. De eo multa ap. Ethnicos: sed aliunde transumta. Quis abnutet famam Paradisi, horti illius divini, etiam ad exteros venisse? Quidam etiam venerunt ipsi; nec parum sapientiæ in felicibus his oris acceperunt. Plato Ægyptum lustravit: & hinc, quidquid de Elisio, in Phædone, vocat γῆν καθαρὰν. Hom. πεδίον. Odyss. Δ: ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσι.-- Attribuit diis, ut transferant homines in Elysium. Virg. 6. Aen. copiose nominat *locos lætos, amœna vireta fortunatorum nemorum, lucos opacos, prata recentia rivis, convalles virentes*. Ut ita Elysium Ethnicorum nil fuerit aliud, quam Paradisus: sed sub umbra aliqua, aut nebula. Proclus aperte: μακάρων δὲ νήσους εἰπών (scilicet Hesiodus) παράδεισον αἰνίττεται, ἤγουν τὸ ἠλύσιον πεδίον παρ' αὐτοῖς λεγόμενον παρὰ τὸ ἄλυτα τηρεῖν σώματα, ἢ παρὰ τὴν λύσιν τῶν κακῶν. Etymon amplectitur Servius, & juxta alii. Nec profecto aspernabile. Sed quia res ab Hebr. non etiam dictio? Fortean pauci repugnabunt: quomodo autem sit, nemo facile effabitur. Et si corruptam dices ex אֵל אֶשֶׁל, nonnihil dices, i.e. Dei hortus aut nemus. Aut si ab *Eden* facies, parum quoque efficies. Vix uni & alteri persuadebis; quibus cognita literarum conversio ex una lingua in alteram: & præcipue τοῦ D. in L.

Emolumentum non modo significare quæstum, aut aliud, quod conducat: sed etiam, quod operosum est, & magnum studium requirit, docet exemplis Varr. & Cæsaris P. Victor. l. 22. c. 10. Idque ideo, quia à *mole*.

Aliis,

Aliis quasi *emolimentum*, ab *emolo*; & ideo secundam corripuit Juvenalis. Recte. Ut enim à monitum monumentum; ita à molitum *molumentum*, & quod usitatum, *emolumentum*. A *mole* est *amolior*. Item *amuletum*, quod corpori alicujus alligatum noxam *amoliatur* seu depellat. Hinc in Gloss. est, *Ameletum, φυλακτήριον*. *Moles* (inquit Scal. in Theoph. de pl.) deducitur à *mola* farinaria, quæ nunquam pusilla est. In acu enim nulla *moles*. Resipit ortum *molestus*, quod primam corripit. Recte, ut ab honos honestus, ita à mola molestus. Et *mola*, *molere*, *pristinum* & hujus generis alia crebro pro eximiis laboribus & difficultatib. sumi passim consueverunt. Sed & potius *moles* à *μῶλος*: ut sit vox militaris. Virg. 1. Æn. tantæ *molis* erat: *Mola*, *μύλη*, *molitrina*, ut *meditrina* à medeor. *Molinum saxum* ap. Tertull. l. 4. contra Marc. *Mulus* à *μύλη*, *μύλος* ap. Isid. quod jugo pistorum subactus, tardas *molendo* ducat in girum molas, l. 12. Vel à *μόλος*, labor: quia est animal viribus in labore eximium, ut loquitur Plin. l. 8. c. 44. *Molucrum*, autore Festo, non solum quo molæ vertuntur, dicitur id, quod Græci *μύλακρον* appellant: sed etiam tumor ventris, qui virginibus quoque solet evenire, cujus meminit Afranius in virgine. *Immolare* à mola i. e. farre molito & sale hostiam perspersam sacrare, Fest. Cæterum *μύλη* & *μῶλος* ab עָמָל *amal*, *mel*, i. e. labor, molestia, moles.

Encænia, Castellioni *Renovalia*: *ἐγκαίνια* à *καινός*, i. e. novus Suidæ festum est, in quo aliquid innovatur. *Casaub.* in Joh. 10. 22. Dicta esse *Encænia* à renovatione rei antiquæ, multi è veterib. crediderũt. Græci Grammatici: *ἐγκαίνια, ἑορτὴ ἐν ᾗ ἀνακαινισμὸς γίνεται*. Verũ id potius *ἀνακαινίζειν* est, quã *ἐγκαινίζειν*: quæ vox perpetuo ap. LXXII. interpr. & N. Testamenti autores de iis dicitur, quæ Deo dedicantur & consecrantur: non quæ obsoleta & abolita in usum revocantur. *Hæc ille*. Unde apparet Latin. *Renovalia* τὰ *ἐγκαίνια* non satis exprimere. Καινὸν, à κοὶ & νῦν, quasi nuperum, jam modo factum. Hebr. חָנַךְ est innovavit.

Digitized by Google

Encomium, ἐγκώμιον ἐν ταῖς κώμαις tribulibus audientibus, cum laudes alicujus ita recensebantur, ut longiuscule procederet oratio, ἐγκώμιον appellarunt: quæ neque brevis, neque simplex esset, sed figuris ac numeris ornata, certis divisa partib. locis digesta suis esset. Hesych. ἐγκώμιον ἔνδημον: κῶμαι γὰρ ἐν τῷ δήμῳ συστήματα. Prov. 10. 18. μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων. Quæ de encomio Quinctil. l. 3. c. 1. Rhodig. l. 7. c. 5. notent, illico dispiciantur.

Epænus, ἔπαινος. Scal. poet. l. 3. c. 110. Est αἶνος idem, quod μῦθος. Μῦθος idem, quod dictum, aut sermo. Nam postea utriusque significatio ad fabellarum angustias redacta est. Ergo cum de re quapiam αἶνος esset propositus: auditorum consensus expressus oratione ἔπαινος appellabatur: quasi prioris additamentum. Nullum enim pulchrius auctarium orationis, quam comprobatio dictorum. Inde tractum est, ut hoc testimonium vel bonæ rei, vel bene cujuspiam facti dictive ἔπαινος vocaretur.

Episcopus, ἐπίσκοπος. Origo (ab ἐπὶ & σκέπτομαι) nec non usus autorum lati significatut esse docet: quomodo ἐπόπτης καὶ ἔφορος. Latinè sonat *inspector*, aut *speculator*. Homerus vocat Hectorem ἐπίσκοπον: quia fuerit præcipuus Troiæ *inspector* & custos. Iliad. ω: ἦ γὰρ ὄλωλας ἐπίσκοπος ἥ τέ μιν αὐτὴν ῥύσκευ. Virginum sacrarum erat ἐπίσκοπος: uti ex Plutarchi Numa apparet. Magistratus Atticus vocabatur ἐπίσκοπος: itidem ab officio. Cic. ad Att. l. 7. *Vult me Pompeius esse, quem tota hæc maritima ora habeat* ἐπίσκοπον, *ad quem delectus & negotii summa referatur.* Isid. l. 7. Orig. c. 12. *Episcopi Græcè, Latinè speculatores interpretantur.* Postea eminentiori significatu, ut solet, ἐπίσκοπος in Ecclesia est, qui sacris præest: quem Justinus Martyr. Apolog. 2. προεστῶτα τῶν ἀδελφῶν vocat. Nam fit quasi *speculator*, qui in doctrinam moresque commissi gregis inquirat. Actor. 20. 28. προσέχετε ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους. Petrus 1. Epist. 5. 2. ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ θεοῦ, ἐπισκοποῦντες. Cassiod. in Ps. 108. Episcopus dictus *superinspector*

eo,

Digitized by Google

eo, quod Domini gregem ipsius gratiâ suffragante, quasi pastor cautissimus altâ sede custodiat. Apoll. Sidonius eo respectu utitur τῷ *superinspicis* l.6. epist.1. & l. 9.ep.3.

Entelechia, ἐντελέχεια. Hujus vocis significatum & originem multi studiose indagarunt,

------ Leporem venator ut alta
In nive sectatur ------

Et Hermolaus Barbarus, qui Latine, verius barbare, *perfectihabiam* & *perfectihabentiam* vertit, ex dæmone, ope λεκανομαντείας cognosse tentavit, quid sub hac umbra Aristot. l. 2. de anim. c. 1. abscondat. Nos è Scaligero, qui dæmonium hominis erat, & miraculum naturæ, facilè τὸ τί ἐστι discimus. Cum igitur formam, *inquit*, dixeris: intelliges immaterialitatem, simplicitatem, potestatem, perfectionem, informationem. Hoc enim est ἐν: quod innuit maximus Poetarum; 6. Æneid:

------ Totosque infusa per artus.

Hoc est τέλος: quia est ultima forma sub cœlestib. & princeps inferiorum, finis ac perfectio. Hoc est ἔχειν: quia habet materiam; neque solum habet, sed etiam continet, ut sit unum. Neque solum continet: sed etiam regit. Hoc enim est ἔχειν in 5. Metaph. & in Cratylo. Ex. 307. s. 12. 39. Quidam Ciceronis præsidio exarant per δ, ἐνδελέχεια: sed misere falluntur & fallunt. Est enim vox Aristotelica & nova ἐντελέχεια ipsius Ciceronis confessione. Igitur aliam hanc oportet esse ab ista altera, quæ vetus & vulgaris. Dum vero Cicero interpretatur, quasi quandam continuatam motionem, & perennem 1. Tusc. mentem Philosophi assequutus non est, aut si assequutus, secus exposuit. Neque enim anima est motio aut agitatio: hæc quippe est accidens: illa substantia & pars compositi & potior & perfectio & finis. Neque ἐνδελέχεια est agitatio: sed continuatio motus, παρὰ τὸ ἐν καὶ δεῖν καὶ ἐλᾶν τὰ ἐχόμενα.

Eo, ire: ab antiquo ἴω: pro quo nunc εἶμι. Ab *itum* est *iter, iteris*: post *itiner* per αὔξησιν, *itineris, itinerariũ*. Lucret. jungit iter & viam: *iter infestum fecere viai*. l. 5. *Iterum* ab itere, quod repetebant pastores, antiquissimi

συνοδ@, συναγωγή. Illud enim quodammodo contractum. Terent. prima *coitio* acerrima. Verbum ἐξοικόν.

Virgil. 12. Æn.

Inter se coiisse viros. ———

Tertull. apolog. c. 39. Coimus in *cœtum* & aggregationem. Scal. in Theoph. de pl. συνδρομὴν veteres medici appellarunt *coitionem* causarum ad morbos constituendos, i. e. concursus. Σύῤῥοι, i. e. confluxus. Σύμβασις Thucydidi compositio pactorum inter duos exercitus. Paulus Ictus *conventionem* maluit. Quam materiarum constitutionem, atque conflationem Lucret. *cœtum* dixit à *coeundo*. Etiam *Civis* quasi *Coivis* à *coeundo*. *Civitas* à civium conjunctione. Cives Gen. 23. 10. & 34. 24. dicuntur, ingredientes portam civitatis, & egredientes porta civitatis. Cic. l. 1. de rep. *Conjunctionem* tectorum, opidum, vel urbem appellarunt delubris distinctam, spatiisque communibus. Omnis ergo populus, quod *cœtus* multitudinis, qualem exposui, *civitas* est. *Seditio*, quando in diversas partes *abitur*: hoc enim *SE*. Germanis à *stare*, Auffstandt. Gloss. Cyrill. στάσις ἀθρόευσις, seditio. Cic. 6. de Rep. ea dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, *Seditio* dicitur. *Abies*, ut Græc. ἐλάτη ab ἐλαύνω: ita dicitur Lat. ab *eundo*: quia in altum *abeat*, præ aliis. *Nequeo* à *neque* & *eo*. Ita enim veteres usi, notante Festo, nosque non fere aliter. Ita & in contrariam partem dicimus: *assertum it, consultum it*: & similia. *Praire, prætor*, quasi *præitor*: Cic. 3. de Leg. regio imperio duo sunto, iiq; *præeundo*, judicando, consulendo, *prætores*, judices, Consules appellantor. Quod etiam Varro l. 4. L. L. etiam Imper. Justin. Novell. 24. & alii probant. *Combito* est una vel juxta eo: *Imbito*, est ineo: *præbito* est præeo, prævenio: *rebito*, pro redeo: *Perbito* pro pereo. Composita è simplici *betere*: quod vel abire vel à βῆμι aut βαδίζω. Significatus vero similis. Scal. conject. & in Fest. *Bætere* seu *betere* & *bitire* veteres dixisse ait. Inde *Bitienses* qui assidue peregrinantur. Etiam *arbiter*, quasi *adbiter*: h. e. tertius qui accedit & litigia componit. Gloss.

χαμαιδικαστὴς pedaneus judex, arbiter. *Superbire* à *superire*. Ap. Lucr. integre l. 3. de rer. Nat.

------ *Docuit superire lacunas.*

Ut ita quandam præ aliis eminentiam inferat: ficut ejus oppositum submissionem notat, sive depressionem. *Humilis* enim ab *humo*. Terra nihil inferius. Aliis etiam bene *superbus*, ab ὑπέρβιος. Quomodo illud Plauti a.1.f.1. Amph. intelligendum fit, quæritur à philologis: *Faciam ego hodie te superbum, ni hinc abis.* *Superbi* ex notatione nominis, nihil aliud sunt, quam in superiore loco. Ita sublimes in equo, aut curru, aut qui à servis portantur, hoc nomine vocari possunt. Item qui plagis ita sunt contusi, ut pedibus ambulare nequeant, auferantur sublimes necesse est, atque hac ratione superbi appellantur. *Gruterus* de divite accipit, qui pedibus suis non ambulet. Ad sequentia satis abunde nostram sententiam priorem stabiliunt; quanquam ludat ambiguitate vocis. *ME.* Faciam te *superbum*. So. Quonam modo? *ME.* Auferere, non abibis: si ego fustem sumsero. Id est, in sublimi, ὑπὲρ, super, vel fustigatus vel mortuus, ut Nonius explicat. Simile est illud Plutarchi περὶ παίδων ἀγωγ: μετέωρον αὐτὸν αἰρόμενοι, τὴν ταχίστην ἐξοίσομεν: sublimem (aut *superbum*) ipsum tollentes, celerrime efferemus.

Epar, ἧπαρ παρὰ τὸ ἐπαρδεύειν ὅλῳ τῷ σώματι αἷμα. Empedocles πολυαίματον τὸ ἧπαρ habet. Rectius ab Hebr. פֶּרֶק, quod idem, adeoque præcipua viscera significat. Item כָּבֵד, est Epar. Quod ita dicitur à gravitate. Hinc etiam Galenus *epar* omnium viscerum gravissimum & densiss. appellat l. 6. de usu part. c. 17.

Epha Deut. 25. 14. est genus mensuræ aridorum continentis X. Gomer, אֵיפָה. A radice אִיף: quæ verbaliter nusquam exstat. *Epha* interpr. LXXII. nunc ex Hebræo rescribunt ὑφὶ, ὑφεὶ, οἰφὶ, οἰφὶ: nunc exponunt μέτρον, aut etiam πέμμα. Ezech. 46. 6.

Ephemeron ab ἡμέρα, i.e. spatio diurno durans. Vulgo nomen animalculi, cujus vita non excedit diem, ἐφήμερον.

Ap.

Ap. Arist. l. 5. hist. Anim. c. 18. J. C. Scal. diarium vertit. Etiam *ephemeron* herba vocatur ap. Galen. Dioscor. Matthiol. & alios Botanicos: & quidem ephemeron colchicum ita vocatur, quod eodem ipso die, quo sumitur, hominem perimat. *Ephemeris*, ἐφημερὶς i.e. diarium, seu scriptum, quod gesta in unoquoque die aut notatu digna quotidie contineat. J. Scal. in Propert: *Ephemerides & Calendarium* etiam vocari nemo ignorat exemplo *Calendarii* fœneratorum: Sic etiam *Calendarium & Ephemerides* hodie vulgo pro tabulis festorum, aut Lunaribus astrologorum. Unde ea *Manaca* aliquando dicta ostendimus articulo arabico & voce Græca, quam tamen Latini inflexione suam fecerunt. Μηνιακός, *maniacus*, seu *manacus*. At illa vox *Almanac*, quamvis Arabes suam usu fecerunt: tamen non hodie atque heri eam agnoverunt: sed diu est, postquam hoc factum, teste Porphyrio.

Epibda, ἐπίβδα. Dici advertimus ἐπίβδας dies, qui festum insequuntur, quos etiamnunc μεθεόρτους nuncupant, tanquam *Epibades* vocentur ἀπὸ τοῦ ἐπιβάζεσθαι ταῖς ἑορταῖς. Aliis arridet *epibdas* dici, velut ἐπὶ δαιτί, per literæ B abundantiam, velut *Sibdam* pronunciamus, quæ *Sida* est.

Epicedium, quod dicebatur in exequiis, cum justa persolverentur. Κήδεσθαι enim fuit curare inferias, ait Jul. Scal. Κῆδος cura, solitudo, item mœror. Hinc *acedia*, ἀκηδία: & verbum *acediari*, apud veterem Biblior. interpretem Sir. 6. 26. & 22. 16. *Epitaphium*, à τάφος, quod ad tumulum recitaretur. θάπτω, τάφος: quod duxerim ab Heb. תָּוֶה. Nemo facile repudiat, nisi νόον ἀποφώλιος: & qui nescit, quam sepulcra etiam veterum, mire signata fuerint, aut ornata, ἐπιγραφῇ, lapide, statua, aliis. Quod neque vox monumenti dissimulat. Casaub. in N. Testam. distinguendum arbitror inter θάπτειν & ἐνταφιάζειν, idemque inter ἐνταφιασμὸν & ταφήν. Θάπτειν enim sepelire significat: at ἐνταφιάζειν est corpus ad funus componere, & ornamentis, ut sic dicam, sepulcralibus ornare:

rint: ut cœli & terræ ariditas, soli quædam proprietas incognita, peculiaris hominum natura, & si quæ talia. Quod monuit etiam in *Africa* Abr. Ortel. Cæterum ab ὢψ est ἑλίκωψ, *Helicops*, cui oculi volubiles & emissitii. *Mycops*, μύωψ, h. e. μύων ὦπας, claudens oculos: μυωπία est vitium illud oculorum. Videatur A. Gell. l. 4. c. 2. Gorræus in Lexico. E Græco est Latin. *Mops, Mopsus*, μυωπός. ὢψ & deinde ὄψ faciunt Grammatici ab ὄπτομαι.

Equidem, ἐγὼ μὲν, *ego quidem*. Ita ap. Virgil. ubique, autorem castiss. primæ personæ in singulari junctum reperitur, ut Servius notat, & Linacer l. 5. de Emen. struct. Lat. Exempla quæ contra ex aliis afferunt, facile solvuntur. *Ego*, ἐγὼ. Dorice ἐγὼν, ἐγώνη, ἐγώνγα. Sic *Tu* σὺ: æolice & dorice τύ, τύνη, ab Hebr. אַתָּה: Scal. c. 43. L. L. I. geminata, & in se ipsam concreta, syllabam potest producere correptam. Ut in 10. Sat. Juven.

Eloquio sed uterque perit orator -----

Esse enim debuit *periit*. Divisa contra passa est mora divisionem: *Mihi*, pro *MI*: & interposito alio elemento, τοὶ, *Tibi*: οἱ *Sibi*. *Ti* enim & *SI* olim fuerant. Cujus rei argumento sunt alii casus, *MIS, TIS, TE, SE*. Et c. 51. Quemadmodum ex una litera duæ fiunt, *Mihi*, ex eo, quod erat *Mi*, *Moi*: Ita evenit quoque syllabis aquai, aquai: *cui*, *cui*. Τοῦ *Ego* plurale formatur *Noster, nostras*. De quo scitu jucunda quædam consigno ex cap. 130. Scal. L. L. Veteres aruspices atque augures cum terram dividerent auspiciorum causa, sic instituere: Agrum omnem esse aut Romanum, aut Gabinum, aut peregrinum, aut hosticum, aut incertum. Iccirco *Amatum* doctiss. omnium Virgilius fecit judicare Turnum externum, quia Latini agri non esset; & Cæsar, qui id non ignoraret, Gallias divisit in partes tres: exemta ex ea partitione provincia, propterea quod continebatur agro peregrino tunc: Galliæ autem tres, hostico. Id ea causa fecit, quia eadem essent auspi-

Digitized by Google

auſpicia in peregrino, & Gabino, quæ etiam in Romano. Ergo iidem augures agrum, qui nondum eſſet diſpectus, quibus auſpiciis deſignaretur, *Incertum* vocarunt: ubi liqueret Romanum eſſe, non ſatis habuerunt ſic dicere, *Noſter* eſt. Nam multi agri pacati peregrini ita ab ipſis poterant appellari, cum eorum eſſet populus potitus. Itaque excogitarunt vocem à voce, quo coarctarent ſignificationem ad regiones: quæ fuit cauſa, ut eſſet analogia terminationis communis cum nominibus regionum: Sarſinatis à Sarſino: ſic *Noſtratis* à Noſter, & per exemtionem duorum elementorum, *Noſtras*. Neque ſine ratione à plurali duxere: quoniam de civibus dicitur, & ad cives refertur.

Eteſiæ, Græcis vocantur ἐτησίαι παρὰ τὸ ἔτος, i.e. venti annui vel anniverſarii ſecundum Ciceronem. Suid. ἐτησίαι οἱ κατ' ἔτος πνέοντες. Lucr. l. 6. Eteſia flabra aquilonum. Apollon. argon. 1. ἐτήσιοι αὖραι. Ariſtot. in probl. βορέαι ἐτήσιοι. Seneca Trag. in Thyeſte act. 1. *Æſtas veliferis ſolvit eteſiis*. Seneca Nat. quæſt. l. 5. c. 11. *Eteſiæ ob hoc ſomniculoſi à nautis & delicati vocantur, quod (ut ait Gallio) mane neſciant ſurgere*.

Ethicum, ἠθικὸν Græci vocant ad naturam & ad mores, & omnem vitæ conſuetudinem accommodatum. Cic. in Orat. ἦθος ab Hebr. עָתַד, paravit, inſtruxit.

Erebus, ἔρεβος: ab ἔρα, quaſi in terra ſit, & ſic Hebræam ſapit. Aut ab עֶרֶב, *eref, ereb*, potius, quod eſt veſpera, tempus, quo tenebræ quaſi admiſcentur. Nam & ἔρεβος ſignificat caliginem, Ἐρεμνὸν, ἐρεβεννὸν, i. e. tenebroſum. Heſiod. Ἐγένετο νὺξ ἐρεβεννή. Heſych. Ἔρεβος, σκότος, ζόφος, νύξ.

Eris, ἔρις, ἐρίζειν deſcendit ab Hebr. רִיב, i.e. lis, contentio. Ita quoque δυνὸς, à דּוּן *dun*, contendit verbis in judicio. vindicavit. דִּין, *din*, eſt judicium, cauſa.

Erro, ἔῤῥω, i.e. hinc inde vagor, cum difficultate eo. Agell. l. 16. c. 12. Virg. Ecl. 1. Illa meas errare boves ——

Errare, i. e. paſci inquit Servius: at non ita. Proprie eſt vagari: ut, ante *pererratis* amborum finibus. ——

Et

Et subinnuit poeta libertatem; & immunitatem, ab Augusto concessam, quà etiam bobus liceat hinc inde discurrere in pascuis, sine præscriptione aut noxa.

Eructo. Scal. l. 1. L.L. 26. Puto *eructo* fuisse simplex, non compositum. Est vero frequentativum: à primori *Erugo*, quod est ap. Fest. ἐρεύγω. Postea per ablationem *Rugo, ructo, ructus.* Eustath. ἐρεύγειν λέγεται τὸ μετὰ βίας αἰκαπνῶς πέδμα. Nisi potior sit Hebr. ירק, *jarak, arak*, eructavit, exscreavit. Item שׂרק. Ἐρεύγω & ῥεύγω est idem, quod evomo, *vomo:* itidem natione Græcum, ab ἐμῶ. Unde *Vomer* ex Varr. Quippe terram *vomit*, i. e. eruit. Vomer Græcis ὕνις quod faciunt ab ὗς, sus: quia primum rostro humum sulcans sus, arandi artem docuisse videtur. Plutarch. l. 4. sympos. prob. 5. *Vomica*, quæ tumet & vomit saniem.

Ervum à Græcis, ait Festus, qui illud ὄρεβον: *Ervilia* ἐρέβινθον appellant. *Orobus*, ὄροβος. Legatur, cui opus, Matthiol. & Bauhin. in l. 2. Diosc. c. 101. *Orobia*, ὀροβίας λιβανωτός, tus à similitudine ervi. *Orobanche*, ὀροβάγχη, ad verbum *orobi angina:* sic dicitur, quia ὄροβον ἄγχει, i. e. ervum angit & enecat. Sotioni ὀσπρολέων, quasi leguminum leo. Aliis κυνομόριον, *cynomorion.* Plin. l. 22. c. 25. orobanchen *appellavimus necantem ervum & legumina: alii cynomorion eam appellant, à similitudine canini genitalis.* At ὄροβος ducitur ab ἐρέπτω edo: & βοῦς, βῶς, bos Est bovis pabulum

Eryngium, ἠρύγγιον. Nicandro ἤρυγγος. Herba ex genere aculeatarum, ap. Theophr. l. 6. c. 1. & alios. Dicitur ἤρυγγος ab Arist. l. 9. hist. Animal. c. 3. *Villus* dependens è mento hircorum & caprarum; Plin. l. 8. c. 50. *Dependet omnibus mento villus, quem aruncum vocant.* Græci ἤρυγγον. Ab hujus similitudine Eryngium herba dici videtur. Nam eryngium est *spinosis foliis* ap. Plin. l. 21. c. 15. & l. 22. c. 7. instar hirtorum villorum.

Erysipelas, Gr. ἐρυσίπελας: omnib. quantum scio, à πέλας, i. e. prope. Sed in priori parte minus conveniunt, *Galen. l. 2. Meth. therapeut.* nomen id ab ipsius rei natura quasi

quasi inditum scribit: ut & gangrænæ, phlegmonæ, & quibusdam aliis. Estque ab ἐρυθρὸν, pro quo veteres ἔρυσον dicebant, quasi ἐρυθρόπελας. Alias vero ἀπὸ τῆ ἐρυσίβης. Sed eodem redit. Quando ἐρυσίβη & ἐρυθρὸν veniant ambo ab ἔρευθος, i.e. rubor. Atque *erysipelas* ita dicitur à colore *rubro*, cui tamen aliquid ξανθότερον admistum sit. Unde & à sanguine fervente propter bilis aliquam partem, oriri putant. Vel ut alii invertunt, materia erysipelatis est ῥεῦμα χολῶδες, οὐκ ἀκριβὲς, ἀλλὰ τῷ αἵματι συμμιγές. Vocis tamen origo & ejus ratio certa est: sonatque verbatim *erysipelas*, quasi *rubor partis propinquæ*. Videatur Joh. Gorræus.

Erythræum, propriè est *rubrum*: Græcis ἐρυθραῖον, ἐρυθρὸν, ab ἔρευθος, i. e. rubedo. Secundum eminentiam ita vocatur *mare rubrum*. Melal. l. 3. de situ orb. c. 7. Græci appellant ἐρυθρὰν θάλασσαν. Plin. l. 6. Nat. hist. c. 23. *Mare, quod Rubrum dixere nostri; Græci Erythræum*. LXXII. interpr. Hebr. ים־סוף vertunt ἐρυθρὰν θάλασσαν: cum aliàs pro indole Hebræar. vocum sit *mare junci* aut *algæ*: quia inibi illa planta copiosius crescat. Strabo l. 16. *In tota Rubri maris ora arbores in profundo nascuntur, lauro & oleæ similes.* Eo respicere videtur Claudianus epig. de Magnete:

------ Quidquid eois
Indas litoribus rubra scrutatur in alga.

Sed quare id mare peculiariter vocatur *Erythræum*? Non à *rubente* unda. Curt. l.8. *mare certè, quo alluitur, ne colore quidem abhorret à cæteris.* Suid. ἐρυθρὰ θάλασσα ἐκλήθη, οὐκ ἀπὸ τῆ χροιᾶς τῦ ῥοδίυ. Quod etiam Brodæus l. 3. Misc. c. 9. immò etiam (ne multus sim) hodierna αὐτοψία testatur. Aliis hoc mare appellatur *rubrum*, à *rubente arena* & *rubris montibus* illius oræ: quæ rubedo etiam à lumine solis huc defixi acuatur: uti ap. Plin. l. 6. 23. Strab. l. 16. Geogr. Photium ex Agatharchide, Stephanum ex Ouranio videre licet. Idem mihi retulit noster *Joach. Frencel.* Coth. Anhalt. qui anno 1622. mare hoc rubrum ingressus, arenam rubram in litoribus sparsam ipse suis manibus oculisque usurpavit. At noster

noster *Fullerus* altius rationem appellationis eruit: & mare hoc *Erythræum* ab Esavo (qui ita *Ruffus* & *Edom*, à *rubente pilo* ac *jusculo* dicitur Gen. 25. 30.) nominatum esse multis pertendit: l. 4. Misc. S. c. 20. Cui subveniunt Strabo l. 16. Plin. l. 6. c. 23. Mela l. 3. c. 7. Curt. l. 8. & alii autores, qui *Erythræum* à rege *Erythra* dictum referunt. Et Agatharcides ap. Phot. μέγα δὲ παρὰ ἁπλῶς, Ἐρύθρας θάλατταν εἰπεῖν, ἢ θάλατταν Ἐρυθρὰν δὲ γὰρ κυριεύσαντα σημαίνει τῆς θαλάττης ἄνδρα. δὲ τὴν πυῤῥότητα δηλοῖ τῆς ῥηθείσης φύσεως. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ χρώματος τὴν κλῆσιν καλεσομένην ψεῦδος (οὐ γὰρ ἐστιν ἐρυθρά.) δὲ δ' ἀπὸ τοῦ δυναστεύοντος, ἀληθές, i. e. *Multum interest, Erythræ mare dixisse, an mare Erythrum. Illud enim denotat virum huic mari dominatum: hoc vero indicat ruborem fluidæ naturæ (sive maris) Est autem illud à calore appellationem quod imposuit, falsum. (Neque enim rubra est) hoc vero à dominato, verum.* Inter alia sic scribit Full. *Esavo, qui est idem Edomus, omni ratione licuit tam mari, quam regioni maritimæ, utriusque Dominus ac princeps, nominis sui quasi characterem notamque inprimere, ut* Edomæum, *utrumque antiquitus passim vocitaretur.* Et ante: *Erythras sive Erythrus planissime is est, quem nomine quidem sacræ literæ Esavum, appellant, cognomine autem* Edomum. *Isaaci filium grandiorem, Jacobi vero fratrem. Est enim* אדום *Græce* πυῤῥός, *sive* ἐρυθρός *Erythrus: Latine Ruber.* Et rursum: *Celeberrimum illud Erythræi sive Rubi maris nomen tum demum cœptum est usurpari, postquam classe in mari Edom parata, negotiationem Arabicam, Indicam, & fortasse Æthiopicam instituisset Salomon. Attamen non tam nomen ipsum proprium per se, scil. Edom, enunciatum videtur à mercatoribus, quam nominis ejusdem interpretamentum, suo cujusq; gentis idiomate expressum, nempe* ἐρυθρός, ἐρυθραῖος, *Ruber: cæteraq; ejusmodi.* Hæc Fuller. & plura ejus generis ibidem.

Eudiæon, εὐδιαῖον. Fest. Lineum filum, quod medici extremo in clysterio relinquunt. Aliis εὐδιαῖος, paxillus seu clavus ligneus sub carina in foramine quodã fixus, quo exemto defluit aqua in sentina collecta. Suidæ est fenestra in navi, è qua sentina eggeritur. Hesychius

εὐδιαῖος

εὐδοχεῖον à nonnullis vocari dicit Metaphor. mulieris pudendum. Ab eo Romani *Fugium* dixere. Legatur Pollux l.1.c.9. Turneb.l.3.Adv.c.5.

Eunuchus, εὐνοῦχος, ab εὐνὴ & ἔχειν. Εὐνὴ ab εὕδω Græcis: sed tam promte ab Heb. נוח, quievit, cubuit. Scal. Ex. 277. f. 4. *Eunuchus* est nomen, quasi pallium, quo tegatur injuria naturæ facta. Significat enim tanquam si dicam, *Lecticustodem*, propterea quod ad mulierum observandam pudicitiam adhibebantur. Παρὰ τὸ εὐνὴν ἔχειν. Acutius ex antiqua eruditione. *Venerea* amentiam à priscis appellatam, Aristophanis id versu comprobatur: Ὕπνου δ' ἀπέχεσθαι καὶ τῶν ἀνοήτων πάντων. A quibus cum putarent *Eunuchos* abstinere, contrariis vocib. compositis fecere nomen: εὖ νοῦν ἔχειν. Hæc ille. Quæ ut acutius dicta non infitiamur: ita magis ex analogia & melius εὐνοῦχος, ab εὐνὴ & ἔχειν: ut ἀσπιδοῦχος, κηροῦχος, κλειδοῦχος, πολιοῦχος, ῥαβδοῦχος & plura alia. Estque εὐνοῦχος principe significatu cubiculi, vel lecti custos, cubiculum servans. Glossæ veter. εὐνοῦχος, *cubicularius*. Atque ita scribit Athenæus l. 12. Dipnos. Andramitem Lydorum regem primum *fœminis enuchis*, h.e. cubiculariis, usum fuisse. Postea ubi cubicularii malæ fidei esse cœperunt, ut fœminarum castitatis integrius conservaretur; *exsecti*, vel ut Arnobius vocat, *exmares* ad illud officium sunt admoti. Et inde demum *Eunuchus* est spado, castratus, ἐκτομίας; non per se ac proprie.

Euphrates, *Phrath*, *Perath*. Ex ignorantia linguæ sanctæ trahitur ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, à lætificando. Hebr. est פְּרָת. Genes. 2.14. הוּא פְרָת: inde potius εὐφράτης. Quia suaviter irrigat terram, ut magna copia fructuum frugumque inde proveniat. Hodie ab accolis *Aphorat* dicitur; quibusdam in locis *Frataha*, & in regione Corasa *Euphran*. Sic itidem *Pison*, fluvius Paradisi Hebræis פִּישׁוֹן à verbo פּוּשׁ dilatatus est, excrevit. Multa & satis quidem accurate à *Fr. Junio* notata sunt de Euphrate & hujus alveis in Gen.2.10. & à Scal.

l.5.

Digitized by Google

l. 5. de emend. temp. quæ omnino videas & cum alior. disputationib. conferas.

Euripus, εὔριπος. ab εὖ & ῥιπίζω, aut ῥίπτω: quia facile præcipitatur. Cic. l. 3. de Nat. deorum, Plin. l. 2. c. 97. Strabo l. 1. & in eum Casaub. Mediam quotusquisque non corripit? Non debebant. Ecce Ovid. 1. de Pont. El. 9.

Stagna quoque *Euripi* virgineusque liquor.

Europa à latitudine: ex voce Græca εὐρεῖα, i.e. lata, & ὤψ, facies: quasi dilatatio, conveniens scilicet appellationi autoris sui Japheti, qui cum posteris suis divina gratia longe lateque ad occidentem, & septentrionem dominaturus erat. Varro l. 4. Lat. L. ab Europa, Agenoris filia, dictam autumat regionem. Quod amplius exponere satagit lib. 4. Miscell. c. 10. Fullerus.

Eurus, εὖρος. ἀπὸ τοῦ ἕω ῥεῖν. aut ab ἠῶθεν ῥέω. Agell. l. 2. c. 22. Rectius ab ἠώς, vel ἕως, & ῥεῖν.

Statius:

Qua latus *eoos* Ephyres se vertit ad *Euros*.

Ovid. 1. met.

Eurus ad auroram ——

Mantuan.

Non oriens Eurus, *potuit spirare* —— Videatur etiam Veget. l. 5. c. 8.

Eos, ἠώς, quasi αὔως ab αὔω: scilicet à fulgore atque æstu.

Examen, aliis proprie est σμῆνος, aut Homer. ἔθνεα μελισσάων. Aliis ἐξετασμός. Gloss. ita: *Examen*, ἐξέτασις, ἀκρίβασις, ἀκροστήνιον. Item *Examen*, σήκωμα. Sed revera latius patet: & ita de omni eo proprie capitur, quod *exigi* solet. Forma talis. Ut à levatum levamen, à fundatum fundamen, à dictatum dictamen: ita ab *exactum* *examen*. Neque de apibus, aut aliis unquam ita nude dicitur: sed κατὰ διαστολήν. Juven. Sat. 13. *Examenq; apium longa consederit uva*. Cic. offic. *apum examina* fingunt favos. Similiter Virgil. vocat *agmen* emissum caveis, ab

 ago

ago actum. Evolant agminatim, & fœtus *exigitur* ad novas sedes quærendas. Ubi vero *examen* est ἐξέτασις, etiam quid πεξέτασιν: vel *crimen* vel *profectus* in studiis, vel aliud, quod *exigitur* aut exquiritur. Quod verum quoque de libra: in qua *examen* est stilus, γνώμων: alias lingua, ut Græcis γλωσσίς, nec non Germanis. *Exigitur* enim, ut super scapo erigatur & æquetur.

Virg. --- *Æquato examine lances*, 12. Æneid.
Persius. ---*Examen improbum in illa*
Castigat trutina ------

Improbum, i.e. quod non æquatur, sed in partem alterutram vergit.

Exantlo, ἐξαντλέω, ῶ, i. e. exhaurio. *Antlo*, ἀντλέω, i.e. haurio. Ἄντλος, i. e. sentina. *Antlium*, ἄντλιον, vas, quo aqua exhauritur. Ἄντλημα, *haustus*.

Exordium: ab *ex* & *ordium*.

Lucr. ---- *Rediret in ordia prima*.

A Gr. ὄρος, ὄριον: quasi *Orium*, imposito D. *ordium*; ut vox roboretur. Omne autem exordium terminus est, ὅρος; à quo ultra tendimus. Et terminus est initium, unde motus: uterque sane, & *à quo*, & *ad quem*. Ita enim discriminat physicus. Iste ad metam aliquam videtur venisse: at videtur, non venit. Nec finis ullibi, nec quies perpetua. Ulterius pergitur, & velut in circulum. Undam mihi vide, aut tempus: cum maxime jam finem tetigisse putes: novum illis initium.

----*Neque enim consistere flumen*
Nec levis hora potest ----

Talia sunt omnia, nec nostra tantum, sed orbis universi. Non consistunt: ergo moventur. Ubi motus, ibi terminus: ubi terminus, ibi principium: aut ipse terminus est principium sive ordium. Alii *ordiri* volunt esse verbum proprium artis Minervæ. Plaut. Pseud. a. 1. s. 4.

Neque *exordiri* primum, unde occipias, habes:
Neque ad detexundam telam certos terminos.

Seneca in ludo, de morte Claudii Cæsaris ait: At Lachesis, quæ & ipsa homini fortissimo faveret, fecit, & plena *orditur* manu. Idem & Scal. in Cul. notat, verbum

bum texturæ esse *ordiri*, Græcum, inquit, est ὄρδημα, ἡ τολύπη τῶν ἐρίων: Item ὀρδικὸν, χιτωνίσκος, ap. Hesych. Quæ tamen è Latino tracta videntur. At Festus tamen priori sententiæ addit calculum: *Ordiri*, inquit, *est rei principium facere, unde & togæ dicuntur exordiæ*: vel, ut alii cod. legunt, *exorditæ*.

Explicit, expliciunt, visitur in fine vet. libror. Et nihil aliud est *explicit*, quam desinit: veluti è *plicis* (inde enim origo) solutum: aut extra *plicas* deductum. *Hieron. ad Marcellam parte 2. Tract.5. de epist.64.* Scire debemus, ap. Hebræos in fine libror. unũ è tribus solere subnecti, ut aut *Amen* scribant, aut *Sela*, aut *Salon*. Igitur ut solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis medium interponere *Explicit* aut *feliciter*, aut aliquid istiusmodi: ita & Hebræi, ut, quæ scripta sunt, roborentur, facere solent: ut dicant *Amen*, aut *in sempiternum*, & scribenda commemorant, & ponant *Sela*, aut transacta feliciter protestantur, pacem in ultimo subnotantes. *Hæc ille*.

F.

FAcio, latissimæ significationis verbum; at originis obscuræ. *Facilis* à *faciendo*: facilitas, *Facultas*. Cic. 1. de juvent. Facultates sunt, aut quibus *facilius* fit: aut sine quibus aliquid *confici* non potest. *Fecialis* videtur à *facio* fieri. Interim diversa scriptio & ratio originis passim visitur. Plutarchus scribit φιτιάλεις, φητιάλιοι, φιτιάλεις & φιδιάλιοι. *Vellem sane* (inquit Xylander in Num. Plutarchi.) *Plutarchum edidisse nobis rationẽ hujus nominis* Dionys. Halic. l. 2. Rom. antiq. *Feciales Græco sermone εἰρηνοδίκαι* appellari possunt. Gloss. *feciales* ἀποιδόφοροι. Martinius *feciales* putat vocatos esse à *fando*, quasi *fatiales*, quia sacri oratores erant, aut quod essent viri φατοὶ i. e. celebres. *Perottus* feciales dici autumat à *ferendo*. Alii à *fide*: alii à *fœdere*: uti Varro lib. 4. L. L. & Nonius c. 12. innuit. In hoc freto opinionum, videtur hæc exstantior. Ut à fero *feralis*: ita à *facio facialis* & κατ' αἰτιστοιχον, *fecialis*. Fest. *feciales à faciendo dicti: apud hos n. belli pacisq. facien-*

ciendæ jus est. Habes ita ἀναλογίαν, autoritatem, & rationem. Legatur etiam Varro l. 2. & 3. de vita pop. Rom. & Angell. l. 16. c. 4. Sed nos alia accedimus. A facio *facies:* quomodo à specio species. *Bifax,* in Gloss. Isid. duos habens obtutus: factum ut bifrons, biceps & alia. Ut ab actum actio: ita à *factum, factio, factiosus.* Quæ initio & quidem ex origine, honesta erant vocabula. Nam *factio* proprie est ποίησις. Hinc *factiones histrionum*, ap. Fest. A facio *faber*, quasi *faciber:* ut τέκτων à τεύχω. *Præfica*, quod præficeretur vicaria: ut *persica* è perficiendo. Ap. Lucret. *perficus* l. 2. *Factus,* non est à fio. Sed ab antiquo *facior, facitur:* quod in Nigidio, Titinnio, Catone, qui ait: Græco ritu *faciebantur* Saturnalia. In compositis habetur creberrime. Ut à lacio lacesso: ita à *facio facesso,* quod est eo factum. Inde etiam *faciscor,* quod residet modo in *proficiscor.* Est igitur proprie *proficiscor* extra facesso, extra recedo, & ita aggredior iter facere. A pro id est ante. Hanc originem firmant etiam κλίσεις. Dicitur enim *profectus, profectio:* sicuti à facio factus, & factio. Similiter Germani dicunt, Sich darvon machen/weg machen. De *Fac,* an quantitate sit brevi, disputant. Scal. c. 44. L. L. ita scribit: Ap. Plaut. in Curgul. longum est: Sed grandiorem gradum ergo *fac* ad me obsecro. Altera enim est syllaba spondei. Sic etiam ap. Ovid. in primo de remedio:

Durius incedit; fac ambulet. -----

Nam litigiosi Grammatici perverterunt, cum volunt depravare, ut legatur *obambulet.* Nesciunt enim, quid sit *obambulare.* Neque enim in vetustiss. codice aliter, quam vulgo legitur: & ambulantem vult videri, ob vitium: nam *obambulare* nihil est necesse. Duo, quæ afferunt argumenta, nulla sunt. Primum ab exemplis, ubi corripitur: nam in illis *face,* scriptum est, non *fac.* Alterum ab analogia: nam si apocope in aliis non produxit vocalem *Fer*, quod erat à *fere*, ne in hoc quidem debuit. At enim non semper sequitur nos proportio illa: ut in fio, fies, fierem, eadem vocalis nunc

longa.

Digitized by Google

longa, nunc brevis est: & usus extorquet multa. Apocope quoque multa produxit brevia, cum moram, quam subducebant, ex consonante subtracta, reponerent in vocali *pecus*, brevem habet finalem; *pecu* longam. Quare illi iidem dedere manus, adducti Ovidii manifesta autoritate in 1. de arte.

Hos fac Armenios: hæc est Daneia proles.

Hæc ille. Et quidem mavult τὸ *Fac*, inter longa referre: alii inter *ancipitia*, quibus me adjungo, sed hac lege, ut libentius *Fac* breve, si mei foret arbitrii, facerem. Etenim à brevi descendit. Ergo, ut *duc* pro *duce*, *dic* pro *dicè*, longa sunt; quia à longis oriuntur, sic *fac* pro *face* (hoc apud Plautum) corripitur, quia à brevi. Nec quidquam obest ablatio τῦ E, quasi ideo vox in longam degeneret. Ecce enim *Nec, volup, viden,* & similia correpte ponuntur, licet singula in fine patiantur abscissionem. Plauti locum, qui citatur à *Scaligero,* quod attinet, est ille ambiguæ interpretationis, ut pleraque alia Comicorum. In Ovidio potest reponi *obambulet:* nihil vetante proprietate vocis illius, quam ingerit OB. Alii legunt: *fac ut ambulet.* In altero Ovidii versu legunt: *Hosce fac Armenios.* Idem Ovid. 2. epist. *Phylli fac expectes Demophoonta tuum.* Sed in promptu sunt alia exempla, ubi *face* tamen positum non est: quanquam omissio τῦ E non mutat quantitatem, ut dixi. Mart. l. 5. epigr. 40. Signa rarius, aut semel *fac* illud. Ausonius:

Aut transire jube, vel fac *utrumque parem.* Micyll. l. 3. de re met. Quomodocunque scribitur, correptio frequentior, & tutior: sive ad derivationem sive ad exempla & Poetas respiciamus. *Officium* dicitur nonnullis, quasi *efficium:* vel quod nulli *officiat.* Ego simpliciter facio ab *officio*, quod in principio erat verbum melioris notæ, i. e. è regione facio & veluti ad præscriptum: sicut *offero*, *obvenio*, *obvio:* post abusu hominum pejorem induit naturam, significandi. Hinc Augustinus, *officium esse* ait, *quod sit faciendum: finem vero propter quod sit faciendum.* Et sic etiam *officina* ab offi-

cio: ut Lucina à luceo: rapina à rapio. Ni melius; *officium* quasi *opificium*. sicut *officina* quasi *opificina*, quod in Plauto. Sicuti *artificina* in Gloss. Isid. Et *vestificina*, in Tertull. de Pallio. Quid *beneficium, officium, studium* differant colligitur ex epist. *Manutii* viri Romanar. literar. peritiss. Quod vero, *inquit*, nescio, quid de beneficio in te meo: noli tantum largiri modestiæ tuæ, ut vocabulis parum propriis, nec satis cum re congruentibus utar. Quod enim tu *beneficium* appellas, ego verius *officium*, & officium ejusmodi, quod prætermitti à me sine gravi culpa non posset. Quare si vis, da mihi ornandos atque amandos, qui ad nos veniunt, amicos tuos: officiis eos, si potero, sin minus, *studio* certe & humanitate complectar. De officio etiam agit Valla lib. 4. Eleg. c. 30.

Falco, à falce, quam imitantur illius ungues & rostrum. Utitur Jul. Firmicus l. 5. Math. Et inter cognomina prisca Romanor. *Falcones*. *Falx* (ait Scal. in conj.) purum putum Syriacum est, *Pheleq*, à quo πέλεκυς. & in statu absoluto, (ut ejus gentis Grammatici vocant) *Phalqa*. Hebr. פָּלַח, *palach*, i.e. discidit, divisit, transfixit; quod falcis proprium.

Fallere, est aliud dicere, vel innuere: aliud in animo habere. *Sphalma*, σφάλμα, i. e. peccatum, casus. Scal. c. 150. L. L. *Falsum* quis neget passive semper accipi? Etiam cum *falsum* est testamentum. Iccirco sic dicitur, quia ipsum fefellit scriba. *Fallere* enim est σφάλλειν, φάλλειν, φηλοῦν. Diffusa significatio ad *falsum* testem: quare active hic accipi putarunt, quia *falleret*: verum analogia transtulit à testamento ad testem: quoniam utrunque corruptum esset. *Refello*, proprie fuerit iterum *fallo*: sed est *falli* ostendo. Gloss. Philox. *Refellit*, διελέγχει, ἀθετεῖ, ἀποδοκιμάζει.

Fama, & deminutum, *Famellæ*, ap. Fest. A φήμη. Primum enim fuit *phama*. Scal. L. L. c. 22. *Polyphemus*, πολύφημος: qui multæ famæ. *Euphemia*, εὐφημία ab εὖ & φήμη. A Lat. *fama* fit *famosus*: ut à forma formosus. Vox sua notione honesta: h. e. celebris *fama*; uti Plin. Secund.

Digitized by Google

eund. & alii utuntur. Gen. 6. 4. *Viri famosi*. LXXII. οἱ ἄνθρωποι οἱ ὀνομαστοί. Ad Hebr. sonat: *Viri nominis*, h. e. celeberrimi: uti interpretantur Jun. & Tremell. Onomast. Græcolat. *Famosus*, εὔφημος. At φήμη oritur à φημὶ, φάω, φῶ. Unde Lat. *Fo*, *for*, *fari*. Inde etiam *Fas*, dignum fari. Isid. l. 5. c. 3. *Fas lex divina est*. & sicuti λόγος à λέγω: ῥῆτρα Tarentinum à ῥῶ: Lex à lego: Ita etiam *Fas* à *fando*, h. e. quod Deus fatus est & præcepit. Ejus contrarium est *Nefas*: h e. *non fas*, non justum, ἀθέμιτον: quod ne *fari* quidem liceat. *Fasti* sunt libri, in quibus τὰ φατὰ notabantur: ut sunt *Fasti* Ovidiani, sed specialius. *Dies fasti*, per quos prætori licet fari. *Comitiales* dicti, quod tum esset populus constitutus ad suffragium ferendum. Contrarii horum vocentur dies *nefasti*: per quos dies *nefas fari* prætorem *Do, dico, addico*. Quod est, ut notat lib. 30. c. 35. Turneb. *do actionem, dico jus, addico aliquid* mea sententia. His enim tribus jurisdictio continetur. Briss. l. 5. de *Form*. Ovid, 1. Fast.

Ille *nefastus* erit, per quem tria verba silentur:
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Dies nefasti Græcis similiter ἡμέραι ἀποφράδες: ab ἀπὸ negante, & à φράζειν, quod est nominare. Gloss. *Nefastum*, inauditum, ἄῤῥητον. *Nefandum*, ἀπόῤῥητον: Idem Gloss. ἄφατος, *nefandus*. Ergo *nefandum* est *non fandum*, infandum: à cujus mentione abhorremus. Etiam *nefantia* pro nefanda utitur Nonius c. 8. Et Lucill. sat. 3. *Tantalus, qui pœnas ob facta nefantia pendit*. Similiter *nefariũ* est nefandum, quod *fari* non licet, aut decet. Et sic *multifariũ* & *plurifarium* habet Tertull. l. 1. contra Marc. Aliis *nefarius* à *farre*: quo sceleratus uti non debeat. Nonius: *nefarii* proprietatem l. 1. de vita pop. Rom. Varro patefecit, à *farre*, quod adoreum est, quo scelerati uti non debeant. Ascon. *Nefarium*, quod sacra polluit, *farre* pio solita celebrari. Ergo *nefarii* sacrilegi. Amplius à fari *fatum*, i. e. dictum ac constitutum. A fando *fatum* dicunt, i. e. *loquendo*, inquit Isid. l. 8. c. 11. Ex eodem *fari* etiam alia germinant: & quidem monente

analogia. A fatum *facundus*: ut à fœtum fœcundus. Varro l. 5. de L. L. *Qui facile fantur, facundi dicti sunt.* Gloss. *facundus* εὔγλωττος. A fatum *facetus*, qui *fando* venustatem exhibet, εὐτράπελος. Gloss. *facetus*, εὔχαρις. Perott. *à fando* facetus, *hoceſt, elegans in dicendo & delicias quasdam sermonis habens.* Ejus contrarium est *infacetus.* Etiam a fatum, *fateor*: & contrarium *infiteor.* Et rursum *infitior*, quod est nego. Gloss. *infitias* ἀρνεῖσθαι interpretatur. Inde patet, quod recte *infitior* & *infitias* per T scribatur: quod etiam in veterib. libris sic scribi testatur Manut. *Infans* ab in στερητικῷ & *fando.* Lucret. l. 5. *infantia linguæ.* Sic Græc. νήπιος, à νη & ἔπος. Ut è contrario ἄρρην, puer, qui jam *fari* potest: ab ἄρω. Justin. l. 43. ex Pomp. Trogo: *Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ assidue divino spiritu impleta, velut per furorem, futura præmonebat. Unde adhuc qui inspirari solent*, fatuari *dicuntur.* Ut à vaco vacuus: ita à fatum *fatuus*, pro stulto, qui multa & inutilia blaterat. Heb. vocatur פֶּתִי, i. e. stolidus. Isid. Gloss. *Effatui*, vaniloqui sine effectu. *Fatuellus*, ap. Lips. *Vates*, κατ' ἀντίφρασιν: à *fari*: quod etiam est προφητεύειν. Et Scal. in Conject. *Fatuos*, ait primum *vates* vocatos esse, apud omnes satis constat. φάτης, *Vates*. Hebr. נִבָּא i. e. prædixit. Ut à statum stabilis: ita ab affatum *affabilis*, φιλοτης. Ut à jussum jussus: ita ab affatum *affatus*. Ut à levatum levamen: ita ab affatum *affamen*. Ut à fixum fibula: ita à fatum *fabula*. Sicuti & Græcor. μῦθος, μυθίζω, i. e. confabulor seu colloquor. Ut à statum *statim*: ita à fatum *fatim*, i. e. abunde, à multiloquentia. *Affatim*, media correpta: ut tradit Agel. l. 7. c. 7. Quinctil. Valla, alii. Gloss. *adfatim*, πάνυ, μεμαθηκότως, κατακόρως. Idem, ἀφάτως *adfatim*. Verbum *fatisco*, i. e. fatim hisco. *Bifariam, trifariam, multifariam*: æmulatione Græca, διφάτως, τριφάτως, πολυφάτως: ut de quo multum aliquis possit dicere. Sed & *favere* dicitur, quasi *fari avere*, i. e. fari bonam faventiã. Nam *favere* est bona fari, ap. Fest. Scal. *Faveo*, ostendo benevolentiam. φαύω, unde πιφαύσκω: & *faustus*, φαυστός.

Scili-

Scilicet à φαύω, φάω i. e. luceo. Quippe τὸ φάος, lux & lucida, felicem *faustumq;* rerum statum denotant: quod notum. Hinc etiam in Sacris Esth. 8. 16. *Judæis erat lux & lætitia gaudiumq;*. Contra umbra & tenebræ sæpius notant tristitiam ac miseriam. Etiam à faveo est *favonius*. ζέφυρος. Inde *favonia* ova, ap. Isid. l. 9. c. 5. quasi vento favonio concepta. *Favoniana* pyra (inquit Jac. Dalechamp. dicta putant: quod *favonio* flante statim formentur. Plin. l. 15 15. *Favoniana rubra, paulo superbis majora*. Rursum Plin. l. 16. c. 25. de favonio: *Hic est genitalis Spiritus mundi* à favendo *dictus*. Lucret. l. 1. *Viget genitabilis aura favoni*. Catul. *Aura parit flores tepidi fœcunda favoni*. Ovid. 9 Met. *Sub adventum spirantis lene favoni*. Claudian. *clementior aura favoni*. E quibus apparet: favonium *favere* & consulere genituræ. *Fastus* itidem ab antiquo φαντὸς, φάσκω, à φάω. Etiam pro superbia, quæ in grandiloquentia, aut nimia verborum ostentatione. Postea latius pro quavis ὑπερηφανία. Lipsius etiam pro contemtu & repulsa à Propertio usurpari l. 2. Var. lect. c. 22. notat. *Fastosus*, ὑψηλολόγος, qui alta loquitur aut jactitat. Ab eo *fastigium* est ὕψος, altitudo, apex, aut extremum. Formatur ut à lis litigium, à corium *corigium*; à vergo *devergium*: ita à fastus *fastigium*. Sed & à fando *fanum*, apud Festum: quod pontifex in dedicatione templi certa verba *præfari* soleat. Quod docet etiam Varro l. 5. L. L. *Profanum*, i. e. *ante fanum*, seu non pertinens ad sacra, quæ peragantur in *fano*. Alii fanum à *Faunis*, qui edere solebant divina oracula, ait Martian. Capella: & quibus propterea templa erecta, scribit Isidorus. Vel quia *Faunus*, autore Probo, primus horum locorum conditor fuit. Sed melius à *fando*: nisi inde etiam ipsi *Fauni*. Aut ab Heb. פָּנָה, *panah*, i. e. adspexit, vidit: cum *fanum* sit locus, ubi *videntur* fata & auspicantur divina. A *fanum* est *fanare*, ap. Varr. l. 5. L. L. & hodieque cernitur in *profanare*. Ut à viatum, viaticum: ab erratum erraticum: ita dicimus à fanatum *fanaticum*. Vox sua origine laudabilis & quidem è sacris gentilitatis. Juven. Sat.

4. *fanaticus œstro Percussus, bellona, tuo divinat.* Fanaticus à Plutarcho exponitur θεοφορούμενος, οἰστροδόνητος. Gloss. Latinogræc. *Fanaticus*, ἱεροφαντικὸς, ἱερόδουλος. Ubi Vulcanius lapidem citat extra Romam cum hac inscriptione: Q. CÆLIO APOLLINARI FANATICO DE ÆDE BELLONÆ. Had. Junio *fanaticus* est numine afflatus, bacchabundus, κάτοχος, κατόχιμος, ἐνθουσιῶν. Ex illis jam intelligitur, quare fanaticus pro *insano* dici cœperit. Turn. l. 19. c. 9.

Sed à Græco φημὶ sunt multa alia, & nominatim προφημι, i. e. prædico: unde προφήτης, *Propheta*, qui futura nunciat: προφητεύειν, futura nunciare, prædicere. Vel etiam civitate Latina donabitur: *prophetare:* sicut propheta, prophetia: cujus vim non attingit *vaticinari*, per quod tamen τὸ προφητεύειν in sacris aliqui reddunt. Fest. *Prophetas dicebant veteres, Antistites fanorum oraculorumque interpretes.* Ap. Hebr. propheta dicitur etiam חזה & ראה, *videns.* Quia videt futura: quia Deus agit cum prophetis per visionem Num. 12. 6. *Qui Propheta hodie, antiquitus vocabatur videns,* 1. Sam. 9. 9. Ultimo τὸ φημὶ, φάω, φῶ, est ab Hebr. פה, *peh, pheh*, i. e. os, per quod loquimur, item vox: Sicuti Latin. *oro* ab ore.

Farcimen, quidquid farctum est & impletum, à farcio. Analogia hujusmodi: ut à munitum munimen, à certatum certamen: sic à farcitum *farcimen. Farcitum* postea *farctum:* unde farctor, & rursus *fartor.* It. *fartum:* quod in deductis videre licet, Ut *refertum*, *differtum* & aliis. Plaut. Mostel. a. 1. sc. 3. vestis fartum, id est, corpus, quod vestem farcit impletque. De *suffarcinatus* dubitat Lambinus: Vox Latina (inquit) non est, neq; ejus origo, aut ratio explicari potest. Neque n. à *farcio*, neq; à farcimine oritur. *Farcinare* porro aut farcina non sunt Latina. Legendū itaq; *subsarcinati*, i. pannis obsiti & vestib. quasi sarcinis suffercti, atq; onusti. Terent. and. a. 4. sc. 4. Vidi Cantharam suffarcinatam. Sic enim & hic legendum, *subsarcinatam.* Est autem *sarcina*, ut docet Fronto proprie hominum, ut onus navium. Hinc sarcinatus

Digitized by Google

natus & subsarcinatus, occulta sarcina onustus. Hæc ille. Sed Eugraphius comment. Terent. à farcio deducit *farcinor*, nec Frid. Lindebruch. in obs. suis Terent. quidquam mutat. Nec opus foret. Recto stant omnia talo. Tantum Lambinus vacillat. Quidni ἀναλόγως, ut sarcino, sarcinatus, consarcinatus à *sarcio*: sic *farcinatus* & *suffarcinatus*, à *farcio* & suffercio? Nam & Chirographa vetusta idem habent. Et Turnebus: Terentius vocat *suffarcinatam* Cantharam, i. e. crassam & opimam, vel ut multo pingui & adipe suffercitam. Nam ut à sarcio, sarcino: ita à farcio, farcino deducitur. Paulinus, quia *suffarcinatos* arcta non capiunt. *Farcio* est à *far*, i.e. quasi impleo farre. *Far* ducitur aliquibus à ferendo, Potius ab Hebr. בָּר, *bar, far*, i.e. far, frumentum. LXXII. vertunt σῖτον. A Rad. בָּרָה, i. e. comedit, refecit se pastu. Vel potius à בָּרַר, purgavit. A farre est *farina*; ut quæ è *farre*, molæ beneficio, conficitur. Plin. lib. 18. 9. *Farina* epitheto poetico dicitur ap. Homer. ἄλφιτον μυλήφατον, h.e. mola contusum, quasique occisum: à φάω. Plutarch. in Quæst. Rom. exponit φονευόμενον ἐν τῷ ἀλέτῳ καὶ φθειρόμενον, h. e. interfectum in molitrina & corruptũ. A farre *farrago*: quæ quid sit, origo declarat. Plin. l. 18. c. 16. *Farrago ex recrementis farris prædensa seritur*. Varro l. 1. de re rust. c. 31. *Ex segete, ubi sata admixta hordeũ & vicia & legumina pabuli causa viridia, quod far ferro cæsa farrago dicta*. A far etiã *farreũ*; quod è farre cõditum. Plin. l. 18. c. 3. Inde verbũ *farreare*; quod tamen desiit: & restat hinc *farreatio* & *confarreatio*. Dionys. Halic. antiq. l. 2. vocabant Prisci legitima sacraque matrimonia, Romana appellatione *farracea*: à communione farris, quod nos ζειάν dicimus. Isid. gloss. *diffarreatio*, dissolutio inter virum & fœminam. Scal. 3. Poet. 101. *Far tostum præferebant, tametsi non omnib. in nuptiis: sed in iis dũtaxat, in quib. virgo viro dabatur usui tantũ, non autem mancipio: atq; icirco appellabatur jus ejusmodi nuptiarum, *confarreatio*. Videatur etiam Rhod. l. 28. c. 17. Gloss. *Confarreatus*, συμβιώσεως χάριν ζευχθείς.

Vide

Vide *Arnob.* l. 4. adv. gent. & inprimis *Brisson. ICtum* de ritu nupt. *Horreum,* quasi *farreum.* utpote farris receptaculum: sicut *borda forda.* Nam autore Festo, *farreum* erat majoribus, quod nobis *borreum.* Aut mavis hoc ab ὡραῖον. vel hornum: quod omnem proventum caperet. Hesych. ὄρελον πίχισμα, φραγμός. *Moschopulus,* ὡρεῖον τὸ σιτοδοχεῖον. Gloss. Servii: *Penus,* ὡρεῖον. Hebr. est מְגוּרָה, *megurah.*

Fascinum, insulse à *fando.* Quæ invidia, omittere Græcum βασκάνιον? Βασκαίνω, quasi, φασκαίνω, i. e. φάεσι καίνω, h. e. lumine, seu oculis interficio. Quod vel nostro hoc tempore non insolens. Et in Africa Italiaque fuisse olim familias non unas, quæ solo *adspectu* vel laudatione alios enecarent, testatur Solin. Memphodor. Agell. Isigonus, alii. Virgil. eclog. 3. *ocucus mihi fascinat agnos.* Horat. l. 1. epist. ad Villicum suum:

Non isthic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro, morsuque venenat.

Plutarch. 5. Symp. quæst. 7. vocat ὀφθαλμὸν βάσκανον. Idem ipse & Alexander Aphrodis: Scriptum est ab Alciphrone: δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμὸς, φησὶν ἡ παροιμία. Deut. 28. 54. *oculus malignus in fratrem.* Prov. 23. 6. *Ne vescitor cibo maligni oculo.* Ubi Græcus habet: ἀνδρὶ βασκάνῳ. Sir. 14. 8. πονηρὸς ὁ βασκαίνων ἰδίῳ ὀφθαλμῷ. Immo huc etiam alludit ὀφθαλμὸς πονηρὸς Matth. 20. 15. Legatur quod Plinius de gemina pupilla in uno oculo & aliis tradit l. 7. c. 2. Ap. Heb. est כָּשַׁף, i. e. fascinavit. *Præfiscine* & *præfiscini:* Sicut proclive & proclivi. Nomen ut in vulgus non ita notum: ita elegans, priscum, multi ponderis. Dictum quasi *præter* aut *præ fascino:* quia depelleret fascinationes. Itaque pro amuleto è collo pueris suspendebatur. Hinc præfiscine, ἀβασκάντως, citra invidiam. Antiqui scitissime usurpabant, cum impensius quippiam laudarent. Quod illud Virgilii innuit: 7. Ecloga:

Aut

Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Scal. in Fest. *Præfiscini* aliquid *fieri aut dici* erat, cum facto aut dicto aliquo, fascino occurrebatur: *Muret. Var. Lect. l. 9. 3.* Vetus erat opinio periculum esse à fascino, ubi quis impensius aut laudaret ipse se, aut præsens ab alio laudaretur. Et ex ea opione receptum erat, ut in laudando plerumque adderent vocem *præfiscine*: qua invidiam & fascinum à se amolirentur & deprecarentur. Tale est, quod etiam hodie usurpamus: *dicto absit invidia.* Est autem *præfiscine* aut *præfiscini* idem, quod μὴ ἀβασκάνως. Titinnius in Setina ---- *Paula mea amabo pol tu Ad laudem addito præfiscini, ne puella fascinetur.* Tertull. de veland. Virgin. *Est aliquod etiam apud Ethnicos metuendum, quod fascinum vocant, infelicioris laudis & gloriæ enormioris eventum.* Legatur Del-rio disq. mag. l. 3. q. 4. s. 1.

Fascis, quidquid colligatum est. Ab Hebr. קשׁשׁ, i.e. collegit minutatim, colligavit. Item *fascia*, qua aliquid colligatur. Græcis posterioribus est φασκία, è Latino. Propertius:

Mollis & hirsutum cepit mihi fascia corpus.

Fasces, quorum toties fit mentio, erant bacilli aliquot teretes ex ulmo præcipue aut betulla, loro colligati, in modum *fascis.* Vide Taubman. in Epid. Plauti a. 1. sc. 1.

Fatum: simul, quid vox proprie significet, & quod tuto etiam à nobis Christianis usurpetur; una opera explicatum dabo. Nam (ut ap. Muret. in Senecæ lib. de Provident. videre licet.) nonnulli hanc vocem respuunt, ut quæ salivã gentilitatis ac nominatim Stoicos sapiat. At vero si argumentum hoc militet: eodem titulo *necessitatem, Solem, lunam, diem, noctem, terram, aquam,* & alia ejus generis nomina amandabimus; quibus tamen utimur quotidie. Justinus Martyr pro Christianis apolog. 1. & inprimis. 2. ita *fatum Stoicum* rejicit, ut tamen ipsam dictionem retineat. Ἀλλ' εἱμαρμένην φαμὲν ἀπαράβατον ταύτην εἶναι, inquit inter alia. Sentent. *Hier. Zanchii*

emi-

eminet *lib. 5. de Nat. Dei. c. 1.* Nomen (*inquit.*) Fati, si quis illud dextre interpretetur, non ita impium & alienum à pietate Christiana videri debere: ut, si quis illo utatur, propterea aut Stoicus esse, aut Stoicum dogma affirmare, judicari debeat. *August. l. 5. de civ. Dei c. 8.* At qui omnium connexionem seriemque causarum, qua fit omne quod fit, *Fati* nomine appellant: non multum cum eis de verbi controversia certandum atq; laborandum est: quandoquidem ipsum causarum ordinem & quandam connexionem, summi Dei tribuunt voluntati. *Idem l. 5. de civ. Dei c. 9.* Ordinem causarum, ubi voluntas Dei plurimum potest; neq; negamus neq; *Fati* vocabulo nuncupamus: nisi forte, ut *fatum à fando* dictum intelligamus, i. e. à *loquendo*. Non n. abnuere possumus, esse scriptum in literis sanctis: *Semel loquutus est Deus.* Duo hæc audivi: quod potestas est Dei & tibi Domine misericordia: quia tum reddes unicuique secundum opera ejus. Quod n. dictum est: *Semel loquutus est:* intelligitur immobiliter, h. e. incommutabiliter est loquutus. Sic novit incommutabiliter omnia, quæ futura sunt, & quæ ipse facturus est. Hac itaque ratione possumus à *fando fatum* appellare. *Hæc ille:* & vere quidem. Ut enim à facio *factum* à dico *dictum:* ita à *fari fatum.* Et ita *fatum* proprie nihil aliud est, quam *dictum.* Serv. in 2. Æn. *fata sunt, quæ dii fantur, vel quæ indubitanter eveniunt.* Quod alibi etiam repetit. Nonius 4. *Fatum significat decretum & voluntatem.* Verba enim testantur de voluntate. Isid. l. 18. Orig. c. 11. *A fando fatum dicunt*, id est, *loquendo.* Minut. Felix in Octav. *Quid aliud est fatum, quã quod de unoquoq; nostrum Deus fatus est?* Ut igitur vox *Fati* origine bona apparet: ita ejusdem originis ac sensus in sacris literis occurrit. *Dixit Deus: eloquutus est Deus: sic ait Iehova: Fuit verbum Iehovæ ad prophetam: Dictum Domini Iehovæ,* & similia in locis innumeris exstant. Et amplius Num. 23. 23. *an Deus dixerit & non faciet? an loquutus fuerit & non præstabit illud?* Ezech. 12. 25. *Ut ego sum Iehova, eloquar quodcumq; verbum eloquuturus sum, & fiet.* Similiter consilium ac decretum Dei, idq; immutabile, sæpius

incul-

inculcatur. Pſ. 33.11. *Conſilium Iehovæ in ſeculum conſiſtit, cogitationes cordis ejus in ætatem & ætatem.* Ieſai. 14.27. *Iehova exercituum inivit conſilium, & quis irritum faciat?* Ieſai. 46, 10. *Conſilium meum ſtabit.* Actor. 2.23. τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες. Actor. 4.28. ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι. Eph. 1. 11. προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. 2. Timoth. 2. 19. *Solidum fundamentum Dei ſtat.* Heb. 6. 17. βουλόμενος ὁ θεὸς ἐπιδεῖξαι τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ. Eo reſpectu etiam à nobis accipitur fatum. Sen. l. 4. de Benef. 7. Fatum nihil aliud eſt, quam ſeries implexa cauſarum; illa eſt prima omnium cauſa, ex qua cætera pendent. Idem l. 2. Natur. quæſt. c. 36. Quid intelligis fatum? exiſtimo neceſſitatem rerum omnium actionumque, quam vis nulla rumpat. Videatur Agell. l. 13. c. 1. Cic. de Divin. *Fatum id appello, quod Græci* εἱμαρμένην, *i. e. ordinem ſeriemq; cauſarum: cum cauſa cauſæ nexa rem ex ſe gignat.* Apul. de Mundo: *Fatum, quod Græci* εἱμαρμένην, *à tractu quodam invicem cauſarum ſe continentium, volunt dici decretũ: idem* πεπρωμένην *dicunt, quod omnia in hoc ſtatu rerũ definita ſint, nec ſit in hoc mundo aliquid interminatũ.* Etenim dicitur πέπρωται pro πεπέρωται: à themate περαίνω finio, termino: πέρας finis, terminus. Hinc πεπρωμένος determinatus. Et πεπρωμένη μοῖρα: *definitum fatum.* Similiter εἱμαρμένη eſt *fatalis neceſſitas*: & ſubintelligitur iterum μοῖρα. Atticorum εἵμαρμαι (unde εἱμαρμένη) fit à μείρομαι, quod eſt dividor. Ut ita εἱμαρμένη diſtinctam rerum ſeriem notet. Legatur Plutarchi libellus περὶ εἱμαρμένης. Utitur etiam Joſephus de Phariſæis loquens l. 17. c. 11. πράσσεσθαι εἱμαρμένῃ τὰ πάντα ἀξιοῦντες οὐδὲ τοῦ ἀνθρώπου τὸ βουλόμενον τῆς ἐπ' αὐτοῖς (*ita enim vigore Helleniſmi legatur: non* αὐτῆς) ὁρμῆς ἀφαιροῦντες. Et l. 11. belli Jud. cap. 12. εἱμαρμένῃ καὶ θεῷ προσάπτουσι πάντα. Joh. Picus comes Mirandul. l. 4. contra Aſtrol. c. 4. fatum *quadruplex* eſſe: primum naturale, alterum mathematicum, tertium Stoicum, & ultimum Chriſtianum, notat; juxtaque hoc ultimum ita definit: *quod ſit pen-*

dens

dens à divino consilio series ordoque causarum. Quanto autem intervallo *fatum Christianum* distet *à fato Stoico*, ibidem Picus docet; & post illum Zanch. l. 5. de Nat. Dei c. 1. Chytræus de necessitate & fato. Legatur etiam Lips. l. 1. physiol. Stoic. diss. 12. 14. 17. & amplius lib. 1. Constant. c. 17. & seq. Ubi inter alia multa: Fatum, *inquit*, hîc appello, æternum providentiæ decretum: quod tolli non magis è rebus potest, quàm providentia ipsa. Nec nomen mihi aliquis cavilletur, quia, fidenter hoc assevero, non aliud huic rei proprium in Romana lingua. Abusi eo veteres? nos utemur: & eductam è Stoicorum carcere vocem, trahemus ad lucem meliorem. *Fatum* enim certe à *fando*: nec aliud propriè, quàm *dictum* & *jussum divinum*. At hoc ipsum illud est, quod hîc quærimus. *Fatum* enim *verum* definio, sive cum illustri Pico; *pendentem à divino consilio seriem ordinemque causarum*: sive nostris verbis, obscurius sed subtilius: *Inhærens rebus mobilibus immobile providentiæ decretum, quod singula suo ordine, loco, tempore, firmiter reddit.* Hæc Lipsius.

Favilla. Virgil. 3. Æn.

Turbine fumantem piceo & candente favilla.

Perot. *favilla dicta, quod ignem foveat.* Ἀντίστοιχα ejus generis passim occurrunt: ut ita *favilla*, quasi *fovilla* dicta videri possit. At ratio minus quadrat. Etiam indolem deminutivorum præ se fert: quasi *fava, favula, favilla*: ut furca, furcula, furcilla: ut pupa, pupula, pupilla. Et ita *fava* erit à φαόω, φάω, i. e. luceo. Sicuti αἰθάλη oritur ab αἴθω: Μαγάλη à μαίρω: φέψαλος à φλέγω. Ratio satis commoda. Aut φαίλη, φαίλλη, itidem à φάω, φαόω: & μαρίλλη à μαίρω.

Felix, ab ἧλιξ, ἡλικία, ut felix sit homo floridæ ac vegetæ ætatis, corpore & animo valens. *Juvenis* Homero est θεῷ ἐναλίγκιος αὐτὴν Et Cointo Smyrnæo: θεοῖς ἐναλίγκιος εἶδος. i. e. felix, beatus, ut dii: quorum propria est juventus: & *Hebe* famula, nempe dea juventutis, ap. Poetas. Huc pertinet, quod *vernare* (& ver notat primam ac floream hominis ætatem) pro continua *felicitate* uti,

Digitized by Google

apud multos scriptores reperiatur: quod notat in Culice Taubmannus.

Fenestra: antique *Festra*, Festus. A φαίνω. Scal. c. 27. L. L. παρὰ τὸ φαίνεσθαι: aut mutata aut abscissa saltim, ab ἐφαίνω. A φάω: i. e. luceo. Ita ap. Hebr. est צֹהַר *zohar*, i. e. fenestra per quam illabitur lux diei.

Fero, φέρω, haut dubie ab Heb. פָּרָה, *parab*, *pharab*, tulit, fructus protulit. Sicut αἴρω, ab *arab*, עָרָה. *Fertile* quod fert, seu ferax. Fertile pectus, ap. Ovid. ἄφορον. A fero fertum (quod exoletum) *ferculum*: ut ab opertum, operculum. *Ferculum* quod ad mensam fertur: προσφορά. Item *missus*, quia mittitur. *Feretrum*, φέρετρον καὶ φέρτρον. Usitate pro sandapila, in qua mortui *efferuntur*. Et sua notione φορεῖον. *Ferentarii*, i. e. levis armaturæ milites: à *ferendo* auxilio: vel quia fundis ac lapidibus pugnabant, quæ tela *feruntur*, non tenentur, ut ait Festus. Analogia talis: Ut à sedens sedentatius: ita à ferens *ferentarius*. Evolvatur Lips. Analect. l. 3. dial. 1. Amplius ut à gero gerulus: ita à fero *ferulus*, &, quod usitatum *ferula*. Etiam *femur* secundum Phocam dicitur, quod eo animal præcipuè *feratur* & sustineatur. Neque Græc. ὁ μηρὸς à Latino multum differt. Interim & *Femen* Perotto dicitur; quasi *Ferimen*. Qua de voce Martinius fuse differit. *Formica* à ferendis micis, ap. Isid. l. 12. c. 3. Aut propius à *forandis micis*: quia granula *forat* & *arrodit*, ut ait Plin. l. 11. c. 30. Inde etiam epigram. l. 4. leguntur βωλοτόμοι μύρμηκες. Etiam Hebr. נְמָלָה vocatur formica ex eo, quod *præcidit* grana undique congesta: à נָמַל circumcidit. Sed & *formica* potest fieri à μύρμηξ vel μύρμος. A quo *Myrmidones* populi. Μυρμηδὼν, agmen formicarum aut domicilium, *Myrmecium*, μυρμήκιον, & μυρμήκειον, congregatio & cœtus formicarum: & ex eo genus phalangis. Ap. medicos *formicatio*, μυρμηκίασις, Plin. l. 8. c. 7. & l. 30. c. 8. item μυρμήκια sunt verrucæ: à *forma*: vel quia instar *formicarum* morsicent aut pungant cutem. A *fero* præterea formatur *Forda* & κατ' ἀντίστοιχον *horda*. Varr. l. 5. *Bos forda, quæ fert in ventre.*

 Ovid.

Ovid. l. 4. Fast.

Forda ferens bos est, fecundaq; dicta ferendo,

Forda φορράδες. *Forum*, quod omnia huc *ferantur*. Resipit Græc. φέρω, φορά. *Inforo*, i. e. in forum divulgo, Plaut. Charis. l. 1. *Forum* neutro genere dicimus locum reb. agendis destinatum, aut cum commercium significamus. Masculinè autem tabulata navium & semper pluraliter. Quamvis Agellius *fora* navium dixerit: Lucil. negociorum *forum* masculine. Victor. de orthogr. *Forus* status tam in foro, quam in navi & torculari A foro est *foras*, *foris*, *fores*, *foro*, quia extra ἔξωθεν, i. e. in foro. A foratum *foramen*: ut à lætatum lætamen, à munitum munimen. Scal. ita: *Forum*, quod foras: foras à θύραζε, & *foris* à θύρα: ut θὴρ: φὴρ, fera. Nec dissonat πόρος, transitus. *Fortis*, qui adversa sustinet. *Fortitudo* est (ut ait Chrysip) scientia perferendarum rerum. *Forte* adverb. παρὰ τὸ φέρειν: Scal. in Poet. Ni propius ac probius à *Fors*: Ut dicimus, *Forte fortuna*. Item, *Fors*, κατ' αὐτόματον, *Sors*. Quia fortunæ arbitrio sors videtur subjecta. Videtur, inquam. Revera autem à Deo ipso occultè dirigitur. Prov. 16. 33. *Consors*, quod sit communis sorte, σύμκληρος: sicut *dissors*, dissimilis sorte, Isid. l. 10. Et Augustin. l. de Gramm. *Dissors* dicitur dissimilis sortis: uti etiam monet Cujac. l. 5. Obs. c. 10. Idem Scal. c. 161. L. L. *Fors*: à quo compositum per dubitationem cum *An*, *forsan*: & verbo interposito, *Fors sit an*. Prisc. l. 15 *Fortuna*, *fors*, τὸ φέρειν; quia in utramque partem, vel secundas ad res, vel adversas, ut inquit Cicero, varia affert: & manet in nullo firma tenaxque loco. Quo sensu & τύχη Graiis est, à τυγχάνω: & à Philosophis inter causas per accidens, quæ forte & interdum accidunt, refertur. Ut ita opus non sit figmento eorum, qui *Vortunam* ab initio dictam putant, à *vertendo*: postea in cognatam literam, V migrasse. Qui enim varia fert, sæpe se vertit: & Poetæ est *fortuna* volubilis. Legatur libellus Plutarchi de Fortuna. *Fur*, φὼρ: ab initio videtur fuisse honestius: scilicet à *ferendo*, ut servi solent. Et Virgil. audent cum talia *fures*, i. e. geruli,

Digitized by Google

ruli, servi. Postea, qui invito & inscio domino aliquid *aufert*: Græcis κλέπτης à quo & *Clepere* Plaut. Lucil. Varro. Liv. l. 2. decad. 3. *Si quis clepset, ne populo scelus esto, névé cui cleptum erit.* Aliis fur à *furvo*: sed illud è Græcis rectiùs. Quanquam illud Euripidis non nescio: κλέπτει γὰρ ἡ νύξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς. & Hesiodi ἡμερόκοιτος, i. e. furem qui die dormiat. *Fertum*, φέρτον, genus libi, dictum quod crebrius ad sacra feratur, Fest. *Fertores*, ferto libantes, Isid. *Prosper*, *prosperus*, πρόσφορος, i. e. conducibilis, utilis: à ferendo. Sic & *probrum*, *probrare*, à προφέρειν quod inter alià etiam est, notantib. philologis, *objicere*, crimen proferre. Hom. ὀνείδεα προφέρειν, probra objicere. Et illud Plu- περὶ παίδων ἀγωγῆς: τὴν πήρωσιν προφέρων, vertunt mutilationem *exprobrans*, vel objiciens. Igitur *probre* nativa notione est profero: inde ὀνειδίζω, profero aliquid in dedecus, ut vitio sit. Ita facinus est ἀδικεῖν: hodie plurimum ἀδικεῖν est vitium. *Amphora*, ἀμφορεὺς, & integre ἀμφιφορεύς. De qua sparsim disserit Budæus in libr. de asse. *Refriva* faba dicitur quæ ex segete causa auspicii domum ad sacrificium referebatur; quasi *referiva*, Fest. Plin. *Fere*, i. e. festinanter & parum abest, quinquasi continue ferendo, & (ut Varro l. 6. L. L. ait) quod id quod *feratur*, est in motu, atque adventat. Inde & *fermè* Scal. c. 158. L. L. *Fere* non est similitudinis: ut ajunt, sed diminutiones. Quid enim simile est cum dico: *Fere* Poetæ nullo in honore sunt? Sed sic intelligo: ap. paucos pauci Poetæ sunt in honore. Intelligo a. deminutionem non *magnitudinis*, sed *præscriptionis*: ut aliquid detrahatur firmitati sententiæ: ut nequeam dicere: *Nullus Poetæ*. Et item uequeam omnes. Sic *ferè* singulos parit mulier. Ut sit neq; semper, neq; nunquam. Tractum a. est à Philosophiæ radicib. quod n. *fertur* in motu est. Itaq; terminum nullum attigit. Hæc ille. *Aristophorum*, vas in quo prandium fertur, ἄριστον. Πτεροφόρος, est aliger: ita etiam describitur ἔρως apud Græcos. *Arferia* aqua, ap. Fest. ut *arferium* vinum. Ab *afferendo*. *Arferium*, pro *afferium*. Sic *arvenire*, *arcire*,

arcedere, pro advenire, accire, accedere dicebant. Eodem modo *arferia* aqua, quæ afferebatur ad sepulcra, ut libaretur mortuis. Gloss. Adferial, ὕδωρ τὸ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον. Ut *arferium*, ita dicitur & *inferium*: ab *inferendo*, *Inferiæ*, quæ diis manibus inferebantur. Gloss. *inferiæ*, χοαί. Livio, piaculare satrum. Virg. Æn. 9. *Absenti ferat inferias*. Arnob. adverf. gent. l. 7. operæ pretium est etiam verba ipsa depromere, quibus, cum vinum datur, uti ac supplicare consuetudo est: *Mactus hoc vino inferio esto*. Inferio inquit Trebatius, verbum ea causa est additum, eaque ratione profertur: ne vinum omne omnino, quod in cellis atque apothecis est conditum, ex quibus illud quod effunditur promtum est, esse sacrum incipiat, & ex usibus eripiatur humanis. Addito ergo hoc verbo, solum erit, quod *infertur*, sacrum. Hæc ille. Similiter etiam dicitur *Feralia*. Varro l. 6. de L. L. *Feralia ab inferis & ferendo: quod ferunt tum epulas ad sepulcrum*. Ovid. 2. fast. Hanc, quia justa *ferunt*, dixere feralia lucem. A φέρω ulterius est etiam ἀδιάφορον. Cic. in Top. quod *adiaphoron* dicunt, id mihi ita occurrit, ut *indifferens* dicerem. *Differo* proprie est dissipo, scindo & divido. Hoc enim *dis*. Idque ex Comicis & Græco διαφέρομαι, Plaut. Cur. jam ego te faciam, ut hic formicæ frustillatim *differant*. *Aufero* Agell. l. 15. c. 3. Cic. in Orat. dicit *aufugio* & *aufero* composita esse è præpositione AB & *fugio*, Ab & *fero*: eamque præpositionem, quo fieret vox pronunciatu audituque lenior, versam esse in AV. Ad quod Scal. c. 37. L. L. B. præcedit F, sed mutatum, *aufero*. Neque enim est αὖ, ut ait doctiss. Agellius. Ejus acumen laudamus; judicium non sequimur. Aufero igitur planè cum Gr. ἀποφέρω convenit. *Offero*, è regione fero. *Confero*, *simul fero*, aut in unum, συμφέρω. *Collativum* inde à collatum. Plaut. Cur. Cum *collativo* ventre atque oculis herbeis, i.e. in quem multa collata sint. *Refero*, ap. Tullium, pro regero, seu ἀντιπεριφέρω: pro Cæcin. In Part. firmamentum quod contra ad labefactandam rationem *refertur*. Et pro Quinctio; quid à nobis autem C. Aquili *refertur*? Et ista propria verbi significatio. Ita Virgilius: 1. Æn. *Talia*

Talia voce refert: Et II. Æneid.

---- Sic ore vicissim Orsa refert ----

Servius male nominat *pleonasmum*, quasi sufficeret τὸ *referre.* Immo quia id verbum γενικὸν, necessario per *vocem & os* restringi oportuit. Sed & à *fero* amplius est *furca*, qua *feruntur* stramina & quisquiliæ. Aut ab Heb. פָּרַק i. e. dividere. Est enim furca *bifida.*. Virg. I. Georg. *bicornis.Furcifer*,qui *furcam* fert ob delictum,δικρανοφόρος. Isid. l. 10. *Furcifer* dicebatur olim, qui ob leve delictum cogebatur à dominis, ignominiæ magis, quam supplicii causa, *furcam* circa urbem ferre, prædicans peccatum suum, & monens cæteros ne quid simile peccarent. Plutarch. in Coriolano, Humane habitos servos a priscis dominis *notat & addit*: Erat autem, inquit, magna castigatio servi delinquentis, si lignum currus, quo temonem sustentant, tollens & ferens exiret circa viciniam. Id enim passus, & sic conspectus, non ultra fidem habebat & vocabatur φουρκίφερ, *furcifer.* Sed de *furca* tam veteri quam nova, eaque ignominiosa & pœnali eximie agit Lips. l. 3. de cruce. Et omnium accuratissime Casaub. l. 6. Sueton. & exerc. 16. sect. 78. contra Baronium.

Ferveo, & Ferbeo. Scal. in Theoph. de pl. *Fervor* ignis est in summo semper, *Calor* non in summo semper.Namque vocis illius origo, à Græco φέρβειν. Iste vero etiam sua incunabula Græcis debet. *Calor* enim παρὰ τὸ χαλᾶν. Ex usu scilicet: quia rarefacit & laxat. Martinius *ferveo* ducit à πῦρ & βία. Est enim quasi vis quædam & gradus superior coloris. Alii malunt *ferveo* ducere à θέρω, θέρμω: postea φέρω, φέρμω, ut θὴρ, φὴρ. Certè à θερμὸν φερμὸν est *formum*: antiquis idem, quod calidum. Et inde etiam *fornax*, item *fornus*, postea κατ' ἀντίστοιχον *furnus.* Aliis furnus dicitur à *farre*, quasi *farnus*? ut in quo coquitur panis. Videatur Suidas. A ferveo *fermentum*, quasi *fervimentum*; fit, ut à motum momentum. Inde massa assurgit & rarescit. Galen. comm. in 2. Pror. fusius describit. Et Plin. l. 18. c. 11. Deut. 8. 4. *pes tuus non fermentatus est*, h. e. intumuit uti fermentum solet.

Plaut. Merc. a. 5. sc. 3. *Tota in fermento jacet*, h. e. ὀργίζεται, χολιζεσθεῖσα Juven. Accipe, & istud *Fermentum* tibi habe, i. e. indignandi causam. Ita enim est ζέσις. Nazianz. χόλος πυρώδης. Et in sancta lingua τὸ חָמֵץ, *chamez*, (à quo ζύμη) de ira aliisque affectibus dicitur. Proprie *chamez* est fermento intumuit. Ps. 73. 21. Quum efferveSceret instar *fermenti* cor meum. In Hebr, n est, יִתְחַמֵּץ *ithchammez*, in 4. conjug. à *chamez*. Prudent. Hamart. Inflavit *fermento* animi stomachante tumorem. Ovid. 2. Met. Animus *tumida ferbebat* ab ira. Hor. 1. l. 13. Od. *Ferbens* difficili bile *tumet* jecur. Plaut. Asin. *Semper me incendit ira*. Adeoque nihil cum in sacris literis, tum aliis scriptorib. passim crebrius est, quam ut ira exprimatur per fervorem, ignem, fermentum, flammam, πύρωσιν, & si quæ talia. Unde etiam ap. Aristot. ita dicitur ζέσις περικαρδίου sanguinis. Quod ita fit. Nempe geminus in ira motus cordis deprehenditur. *Alter*, quo comprimitur prius cor: *alter*, quo iterum dispanditur, sive dilatatur. Comprimitur, ubi illud jam imminet, quod adversum, λυπηρὸν, atque omni ope depellendum: uti etiam in tristitia, quanquam lentius, fieri consuevit. At rursus dilatatur, appetitu ultionis, vel, ut Scal. Ex. 313. mavult, depulsionis. Hi vero motus, ut contrarii & celeres: ita valide calorem ac spiritum permovent, adeoque etiam sanguinem, in toto corpore, nominatim & maxime περικάρδιον, ebullire & fervescere efficiunt, ita quidem, ut & vesiculam fellis epati adsitam petat, unde eum humorem diffundi necesse est. Atque eo quidem frequentior ac ferventior ira est, quo corpus aliquod siccius, & bile, igneo illo humore, plenius. Unde & *bilis* nomen habet: *bilis*, etiam *biris*, à πυρός: quomodo *buxus*, à πύξος. Ita *Cholera* χολέρα, χολὴ ab Hebr. בָּחַל, *bachal*, *chol*; quod est æstuavit, biliosus fuit. Sed & explicandum id, quod è dictis objici potest, quur Prudentius dixerit: *Fermento stomachante*. Sicuti & alias *stomachus* pro ira sumitur ap. Cic. & alios Latinos. Hor. l. 1. od. 6. Pelidæ *stomachum* cedere

re nescii. Et perpetuum *stomachari* est irasci. Hic prius sciendum, quod *stomachus* secundum eminentiam sic dicitur, στόμα κοιλίας, h. e. orificium ventriculi superius. Nam στόμαχος (formatur ut μόναχος, ἄχος est terminatio) proprie est, quod Latine vocant *orificium*: à στόμα. Nam & uteri & vesicæ suus stomachus est ap. Hippocr. l. 1. περὶ γυναικείων. Atque ira *stomacho* tribuitur, quia ejus mira est cum corde, ut & crebro συμπάθεια. Cum cerebro quidem διὰ κοινωνίαν. Cum corde διὰ τὴν γειτνίαν, i. e. vicinitatem. Nam stomacho male affecto, syncope, cardiaca, vitium omnium exolutio, eademque symptomata illico sequuntur, quæ corde affecto. Unde & veteribus olim *stomachus* dicebatur καρδία. Ut jam cor primaria sedes affectuum, sic iræ etiam: atque ut ira, scito Aristotelis, fervor est sanguinis circa cor: ita eadem & stomachum affici oportet. Huc pertinet illud Hippocr. l. 6. Epidem. s. 4. οἱ θερμοκοίλιοι, ψυχρόσαρκοι καὶ λεπτοὶ, οὗτοι ἐπίφλεβοι καὶ ὀξυθυμότεροι: i. e. qui ventriculo sunt calido, carnes habent frigidas, sunt venosi & iracundi. *Quercetan.* in diætet. Poly. c. 6. Iracundi, *inquit*, parum firmi, qui vel ad intuitum bilem moveant & *stomachentur*: unde cholera seu cœliacus affectus, qui ventriculi est seu stomachi. Hæc ille. Atque ex his liquere puto, qua causa Latini veteres τὸ *stomachari* pro irasci, & *stomachum* pro ira acceperint. Nunc redeamus ad ea, quæ amplius veniunt à *ferveo*. Ut est *fretum*, & archaice *fretus*. Prius *fervetum*: post extritione *fretum* evasit. Scilicet ab æstu illo maris. A *fretum* est *fretare*: unde *transfretare* ap. Sueton. in Jul. Cæs. & Tertul. l. 4. contra Mar. At *fretum* proprie nihil aliud, quam id, quod *fervet*. Ennius ita vocat, *fretum cæli*. Et Lucret. *Freta ætatis*, pro primis annis, ubi calor & affectus calidi dominantur. Horat. pariter: --- *Juventa Fervidus*. Sed & insuper *Febris* dicitur à fervendo: quasi *ferbis* aut *fervis*: aut à *februus*: Ratio tamen eodem recedit, nempe à *fervore* aut ἀπὸ τῆς θερμότητος ὑπερβαλλούσης petita. Ita similiter Græcis *febris* est πυρετός, à πῦρ. Et ap. Hipp. πῦρ sæpe est febris ipsa excellēs. Jonib. est θερμωλὴ ap. Hesych. à θερμὸν. Pariter Heb. דַּלֶּקֶת est febris ardens

Deut. 28. 22. à verbo דָּלַק, arsit, incensus. Est קַדַּחַת est itidem febris ardens Lev. 26. 16. à verbo קָדַח accendit, conflagravit. Ita pro Græco πυρετὸς Syrus interpres ponit אֶשָּׁתָא, *ignis*, Matth. 8. 15. & alibi. Et hæc nomenclatio apposite convenit cum re ipsa. Nam (ut ait Galen. 1. de Rat. victus) ἡ γὰρ πυρετῶ φύσεως ἐκτροπὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἐπὶ τὸ πυρῶδές ἐστι. Porro *februo* est purgo, lustro: idque inprimis *igne* & *ferventibus* undis. Varro l. 5. de L. L. *Februum Sabini purgamentum* appellant. Perot. *februo à ferveo dictum*: quasi *ferbeo* aut *ferbuo*. Aut *februo* à φοιβάω, lustro, purgo, splendidum officio. Onomast. φοιβάζω, *februo*. Et φοιβερὸς, φοῖβος, est purus, impollutus, splendidus. A *februus* est *Februarius* mensis, itidem à purgando. Plutarch. in Romulo ea propter Februarium dicit καθάρσιον. Et Ovid. luculente 2. Fast.

Februa *Romani dixere piamina Patres,*
Nunc quoq; dant verbo plurima signa fidem.
Pontifices à Rege petunt, & Flamine lanas.
Quis veterum lingua Februa *nomen erat.*
Quæq; capit lictor domibus purgamina certis,
Torrida cum mica farra vocantur idem.
Deniq; quodcunq; est quo corpora nostra piantur,
Hoc apud intonsos nomen habebat avos
Mensis *ab his dictus: secta quod pelle Luperci*
Omne solum lustrant, idq; piamen habent.

Idem mensis *Februarius* Græcis ἐλαφηβολιὼν: quia hoc mense peculiariter figebant cervos, Dianæ sacros. Vel quia ipsi cervi hoc mense abjicere cornua sua incipiunt. Unde etiam Germ. **Hornung** ab illis cornibus dicitur. Apud Heb. vocatur *Adar*, i. e. μὴν δόξης, mensis honoris, **der Ehrenmonat.**

Fescenimum, nominis morisque origo à Campaniæ oppido Fescenio, vel, ut alii malunt, Sabinorum. Sicut deducit Festus. Nam quod addit à *fascino* quoque dicta credi posse, minus probant verba ipsa, quæ non lasciva solum, sed subturpicula quoque sæpe audiuntur. In illis enim aliud, quam *fascinum* subintelligas: nisi jocari mavis,

mavis, atque non βάσκανον, sed Horatianum agnoscere fascinum: Scal. l. 3. Poet. c. 101.

Festum, est neutrum *adjectivum*, non vero *substantivum*. Ideoque aliquid subintelligetur, puta *tempus*, vel simile. De festis multa erudite monet Macrob. l. 1. Satur. c. 16. *Festum* oritur è Gr. ἑστία, dea religiose olim culta. Ut ritus: ita vox ab Hebr. אֵשׁ, est ignis: יָהּ, est dominus: אֵשׁ, *esch*, *es*, *ves*: quasi tu dicas *ignem domino* sacrum, quem Chaldæi & Persæ colebant, prava quadam sanctorum patrum æmulatione, quorum sacrificia ignis cœlo delapsus accendit. Liv. 1. 7. A festum descendit vox *Feria*: non à *feriendis* pecudibus, ut Festus. Ut enim à χθὲς, χθὶ, *Hesi* (unde adhuc *Hesternus*) fit *Heri*: ita à festum, *Feria*, quasi *Fesia*, factum est. Jam quia diebus festis vacabant, omissis aliis operibus: *feriari* sumtum est deinde pro cessare, esse otioso animo. Gloss. *Feriæ*, ἀργίαι, ἄπρακτοι ἡμέραι. Etiam à festum *festivum*: ut à satum *sativum*. Et inde *festivitas*, Isid. l. 6. c. 18. Gloss. *Festivo*, ἑορτάζω. Postea *festivus* est lætus, lepidus, ἀστεῖος, ὡραῖος: sumta ratione à *festis*, in quib. omnia lætitiis & lautitiis abundant. Ab *in* στερητικῷ & *Festum*, videtur etiam oriri *infestum*, hoc est, sacro lætoque contrarium. Aliis ab ἐναντίος, h. e. quod adversatur, ab ἐνιστάναι. Significatio eodem tendit. Sed redeamus ad ἑστίαν. Inde est Lat. *Vesta*. Ἑστία quibusdam dicitur, quasi ἀεὶ ἑστία, ἀπὸ τοῦ ἑστάναι. Quibusdam διὰ τὸ ἑστάναι διὰ παντός. Et Ov. 6. Fast.

Stat vi terra sua: vi stando *Vesta* vocatur.

At melius derivatur ab Hebræo, quod annotavimus. Nam Vesta est flamma, sive ignis: consensu omnium autorum. Ovid. paulo ante. Fast. 6. Nec tu aliud *Vestam*, quam vivam credito flammam. Cic. 2. de Leg. Vestam, quasi focum urbis. Xenoph. l. 2. Ἀκούσας ταῦτα Θηραμένης ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὴν ἑστίαν, cum audisset hæc Theramenes profugit ad *Vestam*, id est, *aram sacrificalem*, secundum Pollucem. Virg. *Vos æterni ignes*, 2. Æn.

---- *Vestamq;* potentem, Idem rursus 2. Æn.

Æternumque adytis effert penitralibus ignem.

Præterea virgines *Vestales* dictæ sunt à Vesta, quæ desti-

natæ foco erant sacro, ad ignem perpetuo alendum. Vide Plutarch. in Numa: Macrob. l. 3. Dionys. Halic. l. 2. antiq. Porphyrionem. Ap. Chaldæos vox אֶשְׁתָּא, *estba*, respondet Lat. *Vestæ* : estque nihilo secius ab Hebr. אש *Berosus* memoriæ prodidit, *Noah* ejusque filios habuisse uxores elementorum quatuor nominibus insignitas, scilicet *Estham*, *Majam*, *Aretiam*, *Ruham*. Sed audiendus nobis, qui ex professo hoc argumentum pertractat Lipsius : Cœli uxor (inquit c. 1. de Vesta :) Terra fuit : ex iis omnia nata : & Vestam ipsam passim Terram interpretantur. Itaque & cum Cerere quidam confundunt, quæ ipsa est Terra : sed distinguenda, quod hæc terra duntaxat fertilis & frugifera ; illa (Vestam dico) ea universa. Inde & nomen petunt. Ut Ovid.

Stat vi Terra sua, vi stando Vesta vocatur :

quasi, quod vi sua stet & immota libretur. Alii (ut Serv. in 1. Æn.) quod *variis vestita sit rebus. Ipsa enim* (inquit) *dicitur esse Terra.* Plato huc facit: qui *undecim Deos, chorago & præsaltore Jove, incedere facit, ejusque currum sequi*: At, inquit, in phædro, Μένει γὰρ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη, *manet & sistit Vesta in Deorum domo sola.* Qua domo? hoc mundo. quod Arnob. l. 3. explicet : *Terram nonnulli Vestam pronunciant, quod in mundo stet sola, ceteris ejus partibus in mobilitate perpetua constitutis.* Ubi & ipsa Platonis verba expressa. Qui Plato, nescio an hac mente iterum : Γῆ μὲν οὖν ἑστία τε, οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι τῶν θεῶν, μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω τοῖς θεοῖς. *Terra & Vesta omnibus Diis habitaculum sacrum est : nemo igitur secundaria quædam templa iis instituat*: Et videatur hic distinguere à Terra, & Ignem facere, ut mox è Plutarchi verbis discas. Nam hæc quoque crebra, immo passiva opinio, Vestam ignem esse. Ovid.

Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam:

Vox Græca adsonat, qui ἑστίαν *Focum*, sive ἐσχάραν appellant. Cic. III. de leg. *Cumque vesta quasi focum urbis, ut Græco nomine est appellata, complexa sit.* Iterumque II. de Nat. *Vesta nomen sumptum est à Græcis, ea enim est, quæ illis* ἑστία *dicitur : visq; ejus ad aras & focos pertinet.* Serv.

in

in 1. Æn. pariter ad illa Virgilii: *Cana Fides, & Vesta*: *Vestam*, inquit, *Religionem dicit, quia nullum sacrificium sine igne est, ipsaq; in omnib. invocatur. Vesta autem dicta ἀπὸ τῆς ἑστίας, ut digammos sit adjecta: sicut Er, Ver, Enetus, Venetus.* Est igitur quasi *publicus focus*, sicut privatim in ædibus alii consecrantur: eoq; haut absurde Macrob. 3. Satur. c. 4. *Vestam inter Deos penates, aut certe comitem eorum*, recenset. Sed quomodo Vesta, Ignis? duplex opinio. Prior ad ipsam Terram restringit & refert: in qua Phurnutus, *quod vis ignea*, inquit, *quæ in mundo est, hinc nutriatur, ac per hanc subsistat: aut, quod fecunda Terra etiam animalium sit mater, quibus vis ignea vita est caussa.* A priore illa caussa Dionys. l. 2. Antiq. est, qui *Vestæ ideo sacrari Ignem* tradit, ὅτι γῆ τε οὖσα ἡ θεὸς, καὶ τὸν μέσον κατέχουσα τοῦ κόσμου τόπον, τὰς ἀνάψεις τοῦ μεταρσίου ποιεῖται πυρὸς ἀφ' ἑαυτῆς: *quod cum Vesta sit Terra, atq; ea medium mundi locum sortita, accendat è sese superiores illos ignes.* Nota sententia plurium veterum, è Terræ vaporibus aurisque sidera nutriri & exardere. Hac ipsa mente fabula, *Vestam nutricem Jovis* esse; Marciano Capellæ l. 1. philol. scriprum. Aliter paullo Pythagoræi, qui Ignem medium, non Terram faciebant (nobilissimum quippe elementum in loco tali esse debere) atque ipsum Vestam dici, & *custodiam Jovis* appellari. Arist. 2. de cœlo c. 13. hæc tangit: & plenissime exequitur Plutarch. in Numa, qui lucem ei docet. *Dicitur*, inquit, *Numa Vestæ ædem orbiculari forma igni perpetuo custodiam circumjecisse, non ut adsimilaret Terræ figuram, tanquam ea Vesta esset, sed universi hujus Mundi, cujus medium Pythagorici Ignem esse arbitrantur: atque id Vestam appellant, & unitatem. Terram autem neq; immobilem esse, neq; in medio circumlationis sitam; sed in orbe circa ignem suspensam, neq; inter eximias aut primas mundi partes censendam. Eadem Platonem volunt jam senem sensisse de Terra, tanquam in alio loco sita; mediam autem dignissimamque regionem alteri alicui præstantiori convenire.* Summa horum, Terram mediam non esse, Ignem esse: atque hunc Vestam dici. Sed altera Phurnuti opinatio, in Terra ipsa mixtum esse

Ignem.

Ignem. pro qua & Servius: Vesta enim dicitur *esse Terra, quam Ignem habere non dubium est, ut ex Ætna Vulcanoq; datur intelligi.* Atque hoc quidem satis παρέργολως: cum & aliter constet, Terræ passim mixtos genitabiles quosdam & vitales ignes. *Hæc Lipsius.*

Feudum, ap. Turcas dicitur *Timar*, à τιμῶν: & vasallus *Timariota*, i. e. *honorarius.* Martinius *Timar* ab Arabum תמר, i. e. fructus & precium, censet sumtum esse. Sed illa JCtorum vox, qualis & unde, quæsitum curiose est. *Feudum* communiter à *fide.* 2. F. 3. per quos fiat invest. Cum à *fidelitate* feudum dicatur vel à *fide.* Aliis *feudum* à *fœdere* (unde & *fœdum* scribunt) quod dominus ac vasallus ineunt, & sic ad mutuam se fidem obstringunt, Autonius de. Prato veteri, Ulr. Zasius. Aliis à Longobardica & Germanica voce *faida*, quæ inimicitiam notat: cum *feudum* vasallo detur, ut domino belli tempore præsto sit. Aliis à German. födẽ/ fudẽ/ i. e. pascere, quod *feuda* in pascuis & pratis ut quam maxime consistant: uti sentit inter alios Philipp. Melanch. Vocabulum *feudi* (inquit Vult. l. 1. c. 2. defeud.) est Longobardicum, quasi *Fedum* à *Fede*, quod olim Longobardis atque etiam nunc Italis significat *fidem.* Ex eo etiam fit probabilior, quod & syllabis, quam aliæ quæ afferuntur, sit vicinior; & præterea etiam ex re ipsa ducta sit, hoc est, ex forma *feudi*, quæ cuique rei debet dare suum nomen & esse. *Bodin.* l. 1. de republ. c. 10. Est Timar *honorarius prædiorum fructus*, à Græco (ut opinor) τιμῶν: quæ verbi notatio propriam *feudi* naturam explicare videtur, propterea, quod veteri jure, *Feudum aliud nihil est, quam fructus prædiorum à vectigalibus liberum.* Et quoniam militiæ ac belli adversus hostes gerendi causa hujusmodi beneficia tribui solebant; principio militiæ ex casu, deinde à fide præstanda feuda dicta sunt. Hinc enim F. E. D. U.M. dici videtur: quod qui fidem daret, his verbis utebatur, *Fidelis Ero Domino Vero Meo.* Contractis autem dictionibus in literas, *Feudi* appellationem traxerunt. Nisi à *fœdere* utrinque contracto derivari verius sit. *Hæc Bodinus.*

Fibra

Fibra & *Fiber*, Scalig. l. 1. de hist. Anim. c. 2. Si fiber Latina vox est, à *findendo* potius & hiatu lacerationis. At Varro l. 4. ita explicat: *Fiber* (inquit) ab extrema ora fluminis dextra & sinistra maxime quod solet videri: & antiqui *fibrum* dicebant extremum; unde in sagis extrema *fimbriæ*, & in jecore extremum *fibra*. Hinc *fiber* dictus. Et Scalig. in Conject. idem asserit ἐπακτικῶς: Ut à *cerno cribrum*: à *facio faber*: à *tumeo tuber*: à *luo liber*, deglubitur enim. (malim à λίπος *leber*, dein liber.) à *cresco creber*: à *glubo glaber*: à *scarreo* (unde *scarrosus* Lucillio, λεπρὸς) scaber: à *suo suber*: insuitur enim solo calceamenti; unde ea dicuntur καττύματα Græc. à *craceo craber*: qui postea *crabro* σφὴξ. *Cracere* significat gracilem esse Ennio, & σφηκώδεις graciles dicuntur apud veteres Comicos. Sic à *finio fiber*, extremos. Ab eadem mente *mulciber*, à mulcendo: non à mulcendo ferro. Nam *Mulciber*, ap. vetustiss. Latinos est proprie μειλίχιος θεὸς, qualis colebatur Athenis, qui & μαιμάκτης. Plutarch. περὶ ἀοργησίας. *Finis* vero fit, (teste eodem Scalig.) à χοῖνος, *funis*. Antiquitus *sfænis*, ut σφόγγος, *sfungus*. Postea S periit. Inde *fænire*: nunc *finire*. Scalig. in Aristot. de plant. Nostra profecto latina vox, *finis*, generationem notat, non abolitionem: siquidem à verbo *Fio* ducta est. Ita vulgo quoque ii, qui metallicis præsunt, ubi aurum argentumque excoctum est, quasi *finem* sit, i. e. perfectionem consequutum, à fine denominant, tam Itali, quam vel Galli, vel Hispani, vel Germani. Hæc ille. A finis, *finio*, *finitus*. Et *infinitus*, ἀπέρατος: ab eo substant. *Infinitas* ἀπειρία, ap. Cic. Quidam corripiunt penultimam, ut in *æternitas*, *bonitas*. Sed ratione originis merito extenditur. Nec *infinitas* dicitur ut æternitas. Ab æternus enim æternitas, aucta una syllaba. At *infinitas* ab infinitus: manentibus utrobique iisdem syllabis. Quod si ut ab immensus immensitas, ab æternus æternitas, fieret, ita ab infinitus *infinitas*, utique etiam correpte enunciaretur. At non *infinititas*, sed *infinitas*, Ciceronis est. *Affinis*, ab ad & *finis*. Modestin. l. 12. Pandectarum: *Affines* sunt viri & uxo-

ris cognati, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur & altera ad alterius *finem* cognationis accedit: namque conjungendæ affinitatis causa fit ex nuptiis. Ad illud Scip. Gentilis: *Fines*, ad quos nuptiis coitur, duo sunt, *Vir & uxor*: ad viri finem accedunt cognati uxoris: ad uxoris finem, cognati viri. Non ergo ipsi inter se cognati affines sunt, sed alteri uxori, alteri viro. *Hæc ille.* Valla contra Raudens: Ita distinguit inter *Definire*, & *Diffinire*. Est, inquit, *definire* determinare & quasi finem dare. *Diffinire* autem hoc ab illo, quasi dispertiendo distinguere. Unde *diffinitio* vocata est, non definitio: qua in disputando uti solemus.

Ficedula ita vocatur per auctumnum, quod *ficus edat* aut inde pinguefiat. Ad Græcum vocari possit *Ficula*, ut innuit. Scal. de hist. Anim. l. 8. c. 6. Græc. συκαλὶς & συκαλίς, At Græco melius Latin. *ficedula*: à *ficus* & *edo*. Hinc alteram Juvenalis recte corripit Sat. 14. ----- eodem jure natanteis Mergere ficedulas didicit. Cætero anni tempore *Melancoryphus*, quod apicem capitis nigrum habeat. Ex eo versus:

Sumque *melancoryphus*, quod mihi fuscus apex:

Κορυφὴ. *Ficus* est σῦκον, συκαῖ. Valla l. 1. c. 4. Macrob. l. 3. Sat. c. 20. Ut à fumus fumosus, à mos morosus, à gloria gloriosus: ita à ficus *ficosus*. In Carmin. libero: *ficosissimus*, συκαμάτων, sive ulcerum plenus. *Palatha*, ἡ παλάθη, est massa ficuum & caricarum. Gaza παλάθας vertit *offas*. Hesych. παλάθη ἐστὶν ἡ τῶν σύκων ἐπάλληλος θέσις καὶ μάζα. Fit ab Hebr. idem prorsus notante דְּבֵלָה, *defelah*, seu *debelah*, aut דְּבֶלֶת, *defelath*, per metathesin. Jes. 38. דְּבֶלֶת תְּאֵנִים, *defeleth te enim*, i. e. παλάθην σύκων: *palatham* ficuum, ut rectissime vertunt: quod alii latius *massam* interpretantur.

Figura à fingendo. Agell. l. 13. c. 28. sicut & *figulus*. Scal. c. 87. L. L. γράφειν dixere, lineas ducere. Pictura primum à sole, & umbra orta est, unde μονόγραμμοι. Postea addidere lucem & umbram. Apotiori Latinis visum est denominare; ut à φίγος, dicerent *fingere*, & detracta adspiratione

tione, *pingere*. Est igitur *fingere* exprimere imitatione veram rem: iccirco dicta *figura* in signis & tabulis. Idem de *facie* l. 3. c. 67. A majoribus nostris *facies* dicta est à *faciendo*: fit enim quod non est: itaque etiam precium persolvitur artifici. Agell. l. 13. c. 28. *Facies* est forma omnis, & motus, & factura quædam corporis totius à faciendo. A facies est *superficies*, i. e. exterior illa *facies*, vel quæ super. Hinc *facies terræ* Ps. 1. πρόσωπον τῆς γῆς. Luc. 21. καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς: sedentes super *facie* universæ terræ. Sic Hebr. פָּנִים, *phanim*, capitur, i. e. facies, πρόσωπον, superficies. Gen. 1. 2. *penei thehom*, superficies abyssi. Et ibidem, *penei hammaim*, superficies aquarum. 1. Reg. 8. 40. *penei haadamah*, superficies terræ hujus. Valla inter *faciem* & *voltum* sic distinguit l. 4. c. 13. *facies* magis ad corpus: *voltus* magis ad voluntatem refertur: unde descendit. Itaque dicimus: irato & mœsto *voltu* potius, quam *facie*. Scal. de hist. Anim. l. 1. c. 9. *Vultus* vere solius hominis dicitur. Est enim habitus facies *voluntatem* indicans. Græci earent hac vocabuli commoditate. Hæc ille. Ergo voltus à *voltum*, pro quo *vultum*, ut epistola, epistula: est enim à *volo*: quod à βούλομαι: Scalig. c. 27. L. L. abjecto υ, more eorum, qui ἄμπελος dicunt, pro ἀμπέλους: dico, abjecto in mora, non in scriptura. *Ultro*, quasi *vultro*, à vultum: cum volentes aliquid facimus. *Volones*, qui dicti, explicat Macrob. lib. 1. Satur. c. 11. Bello Punico cum deessent qui scriberentur, servi pro dominis pugnaturos se polliciti, in civitatem recepti sunt, & *Volones* appellati, quia sponte hoc voluerunt. *Sis*, est *si vis*. *Sultis*, si vultis: ut *sodes*, pro si audes. A volo *volentia*, ap. Nonium: sicuti à nolo *nolentia* ap. Tertull. l. 1. contra Marc. *Benevolentia* satis usitatum. *Benevolus*, qui bene vult. Quidam *benivolus* At iidem cur *malevolus*, *beneficus*, *beneficium* scribunt? Illud igitur probius: quia à bene. *Nolo*, quasi non volo: *nevolo*: unde *nevis* Plautin. Quomodo Græcis ἀβουλία est ex α & βούλομαι: unde ἄβουλητος. At βούλομαι est à βοῦ valde: & λῶ, volo. A *volo* est *volupe*: Scalig.
c. 47

c. 47. L. L. De P. non oportet dubitari, an claudat dictionem. *Volup* enim, & ap. Enn. & Plaut. etiam nunc quibusdam versib. extantib. de se ipso fidem facit. Analogia talis. Ut à doceo docilis, à facio facilis: Ita à *volo volupis*, & postea *volupe*. Ergo *volupe* primo est, quod *volumus*: & ita delectabile ac *bonum*. Quippe animus noster per naturam non nisi *bonum* vult: malum aversatur. Ut à facilis, facilitas, facultas: ita à *volupis*, *volupitas*, *voluptas*, i. e. proprie qualitas ejus, quod *volupe* est. Gr. ἡδονή. Idem Scal. paulo secius l. 7. poet. c. 1. Quotusquisque hactenus putavit mediam natura corripi in hac voce *voluptas*? At corripitur. Id quod & exemplis & ratione manifestum erit. Sane *volupe* & *peto* conferunt nomen illud: quæ utraque tota brevia sunt. Exempla è Casiva.

Sine tuos ocellos deosculer voluptas mea.
Quid deosculer te? quæ res? quæ voluptas tua?
Et meis inimicis voluptatem creaverim,
Ob istanc rem quin te deosculer voluptas mea.

In Rud: Eat in Siciliam: ibi esse homines *voluptarios*. *In Pseud.* Minis viginti vendidit *voluptas* mea. Hæc Scalig. Assentior, sed non καθολικῶς: inprimis quo ad quantitatem medii in *voluptas*. Licet enim *volup* & *peto* brevia sint: tamen non ideo compositum breve manet. Fit siquidem conjunctio duarum *mutarum*, quæ non possunt non natura sua *positionem*, ut vocant, efficere. Ita *meridies* quamvis itidem à duobus natura correptis oritur: altera tamen syllaba, & recte à Catullo producitur, *meridiatum*. Aut *voluptas* simplicius contracta est ex *volupitas*: ut dixi: Exempla vero proposita queunt excusari pede composito, quamlibet duriori: ut Comici solent. Aut *voluptas* legatur, omisso, V. Ut ipsi Scalig. haut displicet. Nonnihil sane fit (inquit) si mihi fuerit ita pronunciandum, voluptas. *Voluptas*: Græce ἡδονή: Plat. in Cratyl. quasi quasi ἡονή, inserto δ, quia sit actio πρὸς ὄνησιν. Vere Luther. ab עֵדֶן *heden*, ducit, quod idem. Unde etiam ἡδὺς, ἡδυμος, ἡδω, & cætera. Cæterum à volo est est etiam *malo*, *mavolo*, quasi *magis volo*. Itaque minus accurate dixeris, *magis malo*. Quod si vero autoritatē obtendis,

tendis, ut Plauti, in prol. Menæ: *magis majores*. In Stich. a. 5. s. 4. *magis dulcius*. Boet, l. 3. consol. *dulcior* est apium *mage* labor. Quomodo & Paulus atque Ulpianus, *potius malle*, & *magis malle* dicunt: *Respondeo*, imitatos esse Græcanicam licentiam, quæ vix certis regulis ullibi castigari solet. Ut Aristoph. μᾶλλον ὀλβιώτερος. Æsch. ὡς ἄλλος μᾶλλον ἐνδυνώτερος. Quod notes non ut Momus, sed nec ut minus. Quando, inquam, accurationi studes. Revera enim τὸ *Magis* jam ate inest comparativo: neque reperitur sine ταυτολογία. Dulcius est magis dulce: Igitur mage dulcius, erit magis dulce. Quanquam aliter tam Latini quam Græci excusandi nobis, non ut erroris insimulentur. Τὸ μᾶλλον, *magis*, reducatur, non ad *Adjectivi comparativum*: sed vel ad *verbum* vel *aliud adjectivum*. Ita salva res erit. E. g. Pro hoc beneficio ago gratias mage majores, quam pro isto. Virg. in Cul. *Qui magis optato queat esse beatior ævo*. *Magis*, pertinet ad *optato*, non ad comparativum: *Qui beatior esse queat ævo magis optato*. Aut si hanc excusationem alicubi sententia non patitur: eris αὐξητικόν, *Magis major*: sicuti *magis magisque*, *plus plusque*. Et tale sic erit illud Marci 7.36. μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον.

Filius, qui à fovendo trahit, næ errat longe mea quidem sententia: Immo veritatis. Est autem stirpis Græcæ: φίλιος, φίλος. Est enim parentum deliciæ. Ap. Græc. τὰ φίλτατα sæpe sunt ipsi liberi: teste Luciano & Xenoph. Nihil filiorum nomine dulcius est, ait Callistr. Vulgo dicitur: amor descendit, non asscendit. Scal. c. 26. L. L. Filius Hebr. est בֵּן *Ben*: & ita vocatur à בָּנָה *banah*, i. e. ædificavit, extruxit. Quia filius est quasi δόμη ἢ ποίημα parentum. Gen. 12. 2. *cum animis, quas fecerant*. Unde etiam τεκνοποιΐα καὶ παιδοποιΐα ap. Græc. Plaut. Most. a. 1. s. 2. *Parentes fabri liberûm sunt*.

Fio, à φύω. Scal. c. 112. L. L. Humanitas (inquit) judicata est subire in materiam, per verba generationis, ut *fio*, *gigno*, & ejusmodi. Quæ etsi possunt etiam accidentia significare, ut *fit albus*, *fit pater*: tamen primò signifi-

catu pertinent ad substantias. Generatio enim primo dicitur de substantia. *Et post :* materia hujus verbi duplex fuit. Duplex enim est. Nam à φύω, *fuo*, nostrum, & ipsum *fio*. Quur I. producatur, causam affert c. 43. multum temporis ponimus in exilis vocalis pronunciatu, propterea quod flatus cunctabundus exit inter oris angustias : Iccirco Græci in multis, Latini parcius produxere : quemadmodum in Fio. Pagnin. & Mercer. in Lex. הָיָה est esse. Respondet nostro verbo Substant. sicut & הָוָה quod est fieri, vel esse. Nam & inde Latina verbo *fuo* & *fio* sumta videntur. Hæc ille. *Confit*. i. e. simul fit. *Infit*, i. e. incipit, ἄρχεται. Non est *ait* proprie. Gloss. *Infi*. ἄρξε : pro quo legimus ἄρξαι, vel ἄρχε. Exempla etiam clara sunt, ut & etymon. Plaut. in Prol. Rud. Laudare *infit*, formam. Asinar. me *infit* percontarier. Liv. ibi *infit*, i. e. ἄρχεται. Lucr. caput erigere *infit*.

Firmum, ἀπὸ τῦ ἑρματ⊗. Ἑρμάζω, i. e. fulcio, stabilio firmo. Ἕρμα, fulcrum, firmamentum. Huc referas *affirmo*, *confirmo*, *infirmo*, alia, quæ pro ratione originis facile exponuntur. A firmo, *firmatum*, est *firmamentum* : καθ' ὑπεροχὴν cœlum : quia ἄφθαρτον καὶ ἀναλλοίωτον Philosophis. Etiam πολύχαλκον & χαλκοβατές Homero; immo & *Jobo* in sacris. Nam c. 37. 18. ait. *Extendisti cum eo cælos, fortes* (aut firmos) *ut speculum fusum*. Quo nihil aliud, quam soliditas illa, perfectio : & immutabilitas designatur. Ita ap. Græc. est στερέωμα : quod multis exponit Full. l. 1. Misc. c. 6. στερέωμα à στερεὸν, quod dicitur quasi in quo στῆ τὸ ῥέον ἵσησι τὰ ῥέοντα. Ap. Heb. רָקִיעַ, i. e firmamentum : aut rectius *expansum*. A רָקַע, expandit, extendit. Ps. 104. Extendit cœlum ut aulæum.

Fissiculo, à *findo* fissum : ut missiculo, à mitto, missum. *Pensiculo* à pendo pensum. Utitur Apul. & Martian. Græci *fissiculare* vocarunt κερδιυλκεῖν : fissiculationem κερδιυλκίαν. Scal. in Theop. de pl. *Scindo* & *findo* idem est. *Scindo* Græc. est σχίζω, addita serva ad sonum litera & detracta adspiratione. Quin & apud eosdem tum illa σ litera, tum tenuis, non adspirata, in nomine

σκινδαλ-

σχιδιασμός. *Schisma*, σχίσμα, ubi quid finditur. Proprie *scissura*. Apost. 1. Cor. 10. *Schismata* dicit, quæ Syrus פלגותא Hebr. מפלגות Germ. similiter *Schisma* est Spaltung. Verbum autem *findo* est Latin. totum ab hiatu. Sic *fiscus* & *fiscina*, quæ prius fuit *hiscina*. Scilicet ab *hio*. Interim τὸ *findo fido*, satis commode etiam dicitur à Chald. פרע scindere, rumpere: pro quo Hebr. פגע dicunt. Nam & *fido*, in usu aut prius fuisse, testatur *fidi*, *bifidus*, & *trifidus*. Qua etiam forma dictum *tago*, *tango*: *pago*, *pango* & similia. At *fiscus* à φάσκος. Scalig. in Varr. φάσκος, *fiscus*: ut à χάσκω, *hisco*: δάσκω disco *Fiscus* igitur proprie ac primo erit saccus capax. Hesych. φάσκος τὸ ἐπὶ τῶν δρυῶν γινόμενον. Suid. φασκώλιον exponit ἱμάτιον, φορεῖον; φάσκωλον, μαρσύπιον. Poll. l. 7. c. 19. φασκώλους vocarūt veteres τὰ τῶν ἱματίων ἀγγεῖα καὶ φυλάκας. Sunt etiam affinia *fiscus* & φύσκη h.e. vesica, follis, item venter & crassum intestinum: à φυσᾶν inflare. Nam *fisci* primum è vesica: aut similes vesicæ. A fiscus *fiscinus* inusitatum (unde remansit *fiscellus* ap. Columel. l. 11. c. 38.) postea *fiscina* & rursum *fiscella* inde. Dicitur *fiscina*, vas vimineum ad diversas res ferendas. Varro l. 1. rei rust. c. 22. *Quæ ex viminibus & materia rustica fiunt, ut corbes, fiscina, tribula, mallei, rastelli*. Casaub. in Athen. l. 3. c. 4. Quæ dicitur Ciceroni *fiscina ficorū*, Græcis est σύκων ἄρριχος vel ἄρριχος vel ἄρσιχος & ἄρισκος. itemq; σαρίσκος & ὑρίσκος. Tanta est linguæ hujus volubilitas. Hæc ille. Id vero certum, quod *hio* fiat à χάω: *hisco* à χάσκω: *hio*, *hiasco*, *hisco*. Apul. Florid: *Toto rictu hiavit*. Ab eodem χάω, χαίνω oritur *Janus* & *janua* (videatur *Johannes*) Quippe facit adspiratio ad oris nostri & exeuntis Spiritus expressionem: *hio*, *hisco*, χάω, χαίνω, χάσκω, *janua*, *hiana*. Aliis tamen *janua* ab ἰέναι: quia per eam itur in domum. Et janua etiam ab *hiando*, tam facili ratione: quia *hiat* & patescit. At vero à χάω, χάσκω, *Chasma*, χάσμα: Latinis *hiatus* propria, *Chasma* οὐρανοῦ hiatus cœli, Plin. l. 2. c. 26. Inde quoque *Chaos*, χάος: vastus hiatus. Lact. l. 1. Inst. c. 5. *à chao, quod est rudis inordinatæq; materiæ cōfusa congeries: à*

 χάω,

zed by Google

χάω, inusitato, uti diximus. Pro chaos etiam **cobum** invenias, cui Hebr. תהו *Tohu*, i.e. vacuum *κενὸν*, Sept. Interp. *ἀκατασκεύαστον*, imparatum, assonat. Videatur Full. l. 3. Misc. c. 3. Grc. *σχίζω* à חצב, *chazab*, i. e. dimidiavit. Vel à שסע, i. e. fidit. SS. facit imitari ipsam scissionem aut fissionem. A *scindo* est etiam *scindula*: Germ. **Schindel**: Græc. *σκινδαλμὸς*. Est enim tabella ex arbore aut ligno assulatim scisso: Plin. l. 16. c. 10. Huc etiam nonnulli referunt *scandula*, *κατ' ἀντίστοιχον* pro *scindula*. Turn. l. 22. Adv. c. 18. autoritate Isidori & vet. libri Victruvii motus, *scindula* per i scribendum esse, docet. Nec non Godes. Stewechius septem libris vet. ap. Veget. *Scindulæ* repetit. Interim si omnino scandula vere Latinum sanumque: existimo *scandulam* & *scindulam* esse distinctas voces, licet cognatæ significationis: Ut à scindo *scindula*: à rado radula: ita a scando *scandula*. Hæc analogia satis aperta. Nomen vero impositum ab usu: quia beneficio scandulæ *scanditur* aut adscenditur. Innuit Colum. l. 8. c. 3. *Ab coborte forinsecus prædictis fenestellis scandulæ similiter injunguntur, quibus* irrepant *aves ad requiem nocturnam*. Hermo. Barb. ita: *Quur non à scandendo? Qui enim vidit, qua ratione alia super aliam imponitur*, scandere *aliam supra aliam squamarum more gradatim, cognovit*. A scindo similiter *scintilla*, quasi *scindilla*: Gr. *σπινθήρ*. Videtur enim quasi *scindi* flammula, aut excuti, e corporibus durioribus inter se valde collisis attritisque. Dico, *videtur*. Alias scinduntur proprie, quibus ignis excuditur: Ut ferrum & silex: atque aer *ἔμψυχος*, prout apud nos; ita atteritur, immo ignescit. Quomodo docet Scal. Ex. 9. & 17. Zabarel. de cal. cœlest. c. 3. Vales. l. 4. cont. c. 3. & alii. Rursum alii contendunt: minutiores portiunculas, verbi gratia chalybis & silicis valde inter se collisorum, inflammari & sic gigni scintillas. Quo tendit Bernard. Teles. l. 4. de nat. rer. c. 7. 8. & 9. nec non VVend. contem. Phy. s. 1. c. 10. 12. s. 13. & 14. Ut vero hoc thema subtilioris indaginis: ita certum (quidquid hic *scindatur* & incendatur.) quod vox *scintilla* à scin-

Digitized by Google

ſcindo procudatur. Quomodò etiam ap. Hebr. שְׁבִיב, ſcintilla, dicitur quaſi *fragmen ignis* : à שָׁבָב quod eſt fragmentum.

Fiſtula, à φυσάω vel φυσιάω, inflo : quaſi *fiſſula.* Nam & φυσητὴρ eſt fiſtula, follis, flabellum. Heſych. φυσαλλίδες (aut φυσαλίδες) φυσητήρια, αὐλοί id eſt, tibiæ quæ *inflantur* : Etiam *flator* antiq. teſte Feſto, idem erat, qui tibicen, αὐλητὴς. Scal. l. 1. poet. c. 4. utebantur muſico inſtrumento : quam Græci σύριγγα, à *ſibilo*, Lat. ab hiatu *fiſtulam* nominant Favet ei verſus Lucret. l. 4. Pan. Unco ſæpe labro calamos percurrit *hiantes.* A φυσάω eſt φῦσα, φόσσα, φύσιγξ : & ita Latin. *Veſica,* quæ turget aere plena & diſtenta, φυσάω ad Hebr. נָשַׁף ; quod idem. Ni ſit factitium à ſono.

Flagitium, Scal in Feſt. *flagitium* ap. veteres ſignificabat infamiam. Itaque Plaut. Ep. a. 3. ſ. 4. Majore cum *flagitio* reddes poſtea, h. e. infamia. Et Cato : intercutibus ſtupris *flagitatus,* i. e. inteſtinis probris infamatus. Unde *flagitatores* dicti poſtea fœneratores, quod convicio repetant fœnus. Nam odio fœneratorum hæc in illos appellatio obtinuit : cum alioquin Leg. 12. *flagitare,* i. e. conviciis alicujus exiſtimationem ledere, capitale eſſet. Itaque recte *Feſtus* ait turpe haberi, quia non ſine cauſa fieri putetur. Vix enim quiſquam eo audaciæ proveheretur, ut alicujus famam peteret, niſi juſtiſſima cauſa ſubeſſet. Quare *occentare* non licebat, cum aliquis rem ſuam repetebat. Hoc enim proprie dicebatur *flagitare* : quod idem, ut puto, lex vocabat, *pipulo poſcere.* Ita, quod Plaut. in Aul. a. 3. ſc. 2. dicit, pipulo differre ante ædes ; idem in Perſa dixit, *occentare.* Hæc ille. Cæterum *flagitium, flagito* videtur naſci à *flagrum,* quod à *flagro.* Hor. epod. od. 4. Ibericis *peruſte* funibus. Et Epiſt. 1. l. ep. 16. loris non *ureris* ajo. Et Catul. carm 22. *inuſta* turpiter tibi flagella. Valla l. 4. c. 58. flagitium proprie libidine quaſi *flagris* dignum crimen. Et dum *flagito* deflectitur à *flagrum* aut *flagrare* : erit ardenter & cum *flagrantia* quadam animi poſtulo. Quam emphaſin alii etiam autores notant.

Flagro à φλίγω: à quo etiam *flecto*: *flexum*, φλεκτόν. Ustulata enim prava fiunt. Aut *flecto* à πλέκω, φλέκω, ratione Æolicâ. φλεγυρὸς, i. e. *flagrans*. ignitus. *Phlegethon* itidem à φλέγω: à quo etiam *phlegma*. Quam vim medici & Physici non attendunt, sed malunt contrarium, cui respondet *pituita*. *Flamma* à sono, aut *flama*: unde φλάζειν, & πεφλάζειν, ap. Pindar. & Hippocr. φλᾶν ap. Aristoph. inquit Scal. Ex. 325. s. 12. Et c. 27. L. L. Non sic in *Phlegethonte & Phaethonte*. Neque enim ab αἴθω diphthongum traxere, sed περὶ τὸ θεῖν, ut ex Cratylo Platonis & Arist. 1. de cœl. & M. Tullii multis locis diximus libro de insom. *Phaethon* est ejusdem ortus. Hesych. φαίδων, φαίνων λάμπων Sophoc. in Elect: φαίθων ἅλιος. Ap. Varr. Et te flagranti dejectum fulmine *phaton*. Græc. φάω oritur ab Heb. יִפְעָה splendor: ut & φέγγος: item φλέγω à לֶהָב, si invertas, i. e. flamma, φλόξ.

Flare, à φλᾶν: Scal. l. 4. Poet. c. 47. Hebr. פּוּחַ afflavit. Item נֹפֵחַ, spirans. Omnia πεποιημένα: & sono respondent literæ, f, φ, פ, L, λ, A. Ut ab affatum affamen: sic à *flatum flamen*, nempe pro flatu. Etiam *flamines* apud ethnicos ab afflatu cœlesti & ἐνθουσιασμῷ videntur dicti. Aliis *flamines*, quasi *pileamines*, à pileis: aut quasi *filamines*. Fest. *flamen dialis dictus, quod filo assiduè velatur, indeq; appellatur flamen quasi filamen*. Illud filamentum Græcis dicitur etiam νῆμμα: uti ex Plutarcho liquet. Videatur Varro l. 4. & Dionys. Halic. l. 2. Etiam à flatum *flabrum*, h. e. ipse flatus, πνοὴ, aut ventus. Vetus Lex: *Flabrum*, φύσημα. Ut à flagrum flagellum: ita à flabrum *flabellum*, hoc est, quo flatus exercitatur. Græcè ῥιπὶς, ῥιπίδιον.

Floccus, à φλὸξ: si nugari placet. Immo ab Hebr. בָּלַק, *balak*, *flak*, evulsit floccos, aut pilos illos tenues. *Deflocati* senes, Plaut. Epid. 5. 1. i. e. depiles, aut calvi, λιποτριχοῦντες. Ut cum vestes floccos suos, aut fila illa eminula, longo usu, amittunt. Sed à φλὸξ oritur Latin. *Phlox*, ille flos ap. Plin. l. 21. c. 10. Gaza φλόγα aut φλόγιον vertit *flammeam violam*: Dodon. Pemp. 2. l. 1. c. 2.

Flos,

Digitized by Google

Flos, à χλόος, ἢ χλόα. Æolice φλόος. Ab Hebr. לח, viridis, succulentus: לח, viror. χλωραίνω floreo. Ita *Flora* à Choloris, χλωρίς.

Ovid. 5. Fastor.

Chloris *eram. quæ Flora vocor, corruptæ Latino.*
Nominis est nostri litera Græca sono.

Etiam χλωρεύς, χλωρίς, χλωρίων avis vocatur à viridi colore: ap. Arist. l. 8. & 9. de anim. Scal. l. 9. hist. anim. c. 12. s. 33. vertit *vireonem*. Plin. est *Chlorion*. l. 10. hist. Nat. c. 20.

Fluta. Ita dicuntur anguillæ aut murænæ, *Macrob.* l. 3. Sat. c. 15. Murænæ: Latine *fluta*, quod in summo supernantes, sole torrefactæ, curvare se posse, & in aquam mergere desinunt. Hæc ille. Si igitur à *fluo*, necesse esset formari à supino *flutum*, desito; pro *fluctum* aut *fluxum*. Quamvis *fluta*, vel *flutus* alibi non legatur: neque analogia aliqua subveniat. Et *Fluta* Græcis sunt πλωταί, πλῶτες: videlicet à supernando: à πλέειν, πλωτός. *Fluta* ergo appellatæ quasi *plutæ*. Ita *muræna*, μύραινα & ap. Hesych. μύραινος, nominatur à μύρω, fluo: quod in summa aqua fluat.

Focus, à foveo, fotum: ut à cœnatum cœnaculum, à viatum, viaticum.

Ovid. 6. Fastor.

At focus à flammis & quod fovet *omnia dictus.*

Etiam assonat Græc. φώγω, ap. Hesych. φώζω, φωγνύω: à φῶς, φάος, φάω. Nam *focus* igni deputatus est. Sed & *foveo*, *fobeo*, videtur esse à φάος: aut à φοῖβος, φοιβάω. Ut ita *fovere* ἰδίως sit luce blandoque calore permulcere. Verbum.

Foculare, à *focus*, *foculus*: Nonio idem quod *fovere*. Aut potius θερμαίνειν, seu calore frigidum reficere. Calor n. & ille φυσικὸς καὶ σύμμετρος, vitam ac vigorem conservat: istum etiam debilitatum restituit. A *foculo*, est *focillo*; quod isto minus; & quod ἐν μέσῳ κείμενον, *refocillo*; cui, qui ἀναψύχειν Græcor. respondere putant: neutrius vim odorantur. *Fodio*, est aliquid è terra eruo & ita excavo. Ut ab ango angina: sic à fodio *fodina*: it à fodio, fossum, oritur *fossa*. Inde fodinæ & fossæ significatio facilè elucet. Origo a. Græcanica: nempe à βόθρος, βόθυνος: & Æolicè φόθρος,

 φόθυνος.

φόθυνος, h.e. fovea, fors: βοθυνόω. fodio. Neque aliunde fit *fovea*: non à foveo; uti insipidè aliqui putarunt. At βόθρος dicitur quasi βάθρος: scilicet à βάθος: quia, ubi fovea aut fossa aut fossio, ibi semper aliqua profunditas deprehenditur.

Fœtus, Scal. c. 79. L. L. *fœmina à fœtu* (sicut γυνὴ quasi γονὴ Platoni & θῆλυς ab Hebr. ילד peperit.) *Fœtus* παρὰ τὸ φοιτᾶν. Nam hoc verbo veteres rem veneream significarunt pudenter: sicut Latini, *coire*. Et Hebræi *congredi* Gen. 16. 2. & 4. Item Arnob. l. 2. *Ex conventu Jovis inseminati.* Quid enim purius, quam *comitem* esse? Etiam Germanorum verecundia non aliter. Ita canem dicunt *currere*. Similiter *Fœcundus*, à copia fœtus. *Effætus*, ab EC, ἐκ: ubi nulla spes de fœtu amplius. Glossar. *Effœta* ἡ τῶ τικεῖν κεκινωμένη. *A fœtus* Festus & Varro rectissime ducit *fœnus*: quia fit quædam *fœtura* pecuniæ parientis. Siquidem pari ratione Græcis τόκος est fœnus, τοκίζω fœneror. *A* τίκτω. Quo error Cloatii Verrii arguitur ap. Agell. 16. c. 12. Hebræis, ut Ex. 22. 25. fœnus sive usura dicitur נשך à mordendo: sive mordens lucrum & exedens. Sic Bernhard in præceptis famil. *Quid est*, inquit, *usura? Venenum patrimonii.* Similiter *fœnum* est quasi fœnus terræ.

Folium, φύλλον, Alterum, L, abiit in I, ut alius ἄλλος. Φύλλον, à φύω. Subnascitur enim, aut renascitur, quotannis. *A* φύω, φύσις, i.e. propriè actus τῶ φύοντος καὶ τῶ φυομένου. Ut Latinum *natura* est res nascendo quæ exstitit. *Physicum*, τὸ φυσικὸν, *naturale*, quod pertinet ad naturam. Eidem opponitur τὸ βίαιον, violentum, & quod *naturæ* obsistit. *Physiognomon*, φυσιογνώμων, ad verbum γνώμων τῆς φύσεως: hoc est, qui se profitetur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere, ut describit Cic. de fato. Etiam à φύω fit ἔμφυτον, Latine *innatum*, vel *ingenuum*: ut σύμφυτον *connatum*, vel, mutata litera, *cognatum*. *Erasmus* in N. Testam. vertis, *insititium*. Sed aliud est *innasci*, ἐμφύεσθαι, quod ab interno principio existit: aliud *inseri*, quod causæ est exterius agentis. Versio vulgata utitur, *complantatum*. At Latinius

tinius foret, *una plantatum*: vel *congenitum*. Ap. medicos est herba *symphytum*, ut quæ vi polleat conglutinandi. Vulnera, inquit Diosc. l. 4. c. 9. recentia, enterocelasque conglutinat & illitum cohibet. Carnes autem cum symphyto decoctæ coalescunt. Hæc ille.

Forbea, φορβεία, & φορβιά, φορφή, i. e. pabulum, omne genus cibi; à φέρβω, i.e. pasco: quasi φέρω, βίον.

Formido, Cic. est metus permanens, 4. Tusc. Atqui Scal. Ex. 312. derivat à *formis*, i.e. spectris. Quando enim species rerum adversarum animo abjiciuntur: inde existit metus. *Forma*, κατὰ μετάθεσιν à μορφή: quod à μόρ⊕ & φάω: quoniam in bona proportione, luce & colore omnis forma conspicitur, ut Philosophi disputant. Inde formatur *Formosus*, εὔμορφ⊕: & ejus contrarium, *Deformis*, unde forma & conveniens elegantia abest.

Fragor. Scalig. in Theoph. de pl. ῥαχοί, frequentia sarmentorum. Unde ῥαχὸς, i. e. fruticetum. A fragore, qui auditur ista conflictione flagellorum. Sic enim Latina quoque vox hæc *à fragore*. Itaque *fragor* & *frango*, imitatur sonitum e. g. bacilli, cum frangitur. Non secus ac βρέχω Græcor. Vetus illud *Frago*, sapit *fædifragus* ap. Cic. l.1. off. & *flabra silvifraga*, ap. Lucr. l. 1. Scal. ita videtur in Varr. *Frago* antiquum, ut *pago*, *tago*. Est lentare, flectere: παρὰ τὸ φράγειν, unde φράγνυμι. Quod significaret *Lentare*, ut lentare remum, Virg. & lentare arcum Statio. Ab eo φράγειν & φράττειν dici cœptum, pro ambire. Et Lat. priscum *fraxare*, obire, circumire vigilias, à *frago*: ut à veho, vexo: tago, taxo. *Fraxatores* ergo custodes circumientes vigilias. Ab eadem origine *frequens*, qui sæpius *fraxaret* vigilias: non à ferendo, ut Varro. Hæc ille. Ex quo intelligitur, quid sit *anfractus*. Nempe ab AN & AM: sicut IN & IM in compositis. AM ab ἀμφὶ, id est, circum. Sic *amphitrite*, i.e. mare, ἀμφιτρίτη: ab ἀμφὶ καὶ τρεῖν. Ovid. 1. Metam.

----- Nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Ita & *Amphitruo* seu *Amphytryo*, ἀμφιτρύων: à circumfluentia laborum. Cæterum *infractus* est valde *fractus*. Do-

cet id verbum *infringere* Scal. c. 157. L. L. *infractus*, qui ipse intus *fractus* sit. Ap. Cic. Virgil. alios. Ut 12° Æn. Turnus ut *infractos*, i.e valde fractos, ut Donat. *infractos*, i.e. minime fractos, ut ibi Serv. interpretatur. At facile hic refellitur, vel una vocula, *Defecisse*, quæ sequitur. Latini deficiunt: quare? quia valde fracti. Unde fracti? adverso marte. Item à *frango*. (aut propius à *frendo*: quod & ipsum est frango) fit *frenum*, ut quo impetus quasi *frangitur* animalium aut coercetur. Ita Germ. etiam est Brechzaum. Ut *suffragium*, ita & *crurifragium*, ἀναλόγως exstitit: & hodie *panifragium*, ἀρτοκλασία. Est vero *suffrago*, inis, Græcis ὀπισθία, flexura in posterioribus quadrupedum cruribus retrorsum-incurvata: dicitur, quod ibi cruris continuitas divisa & quodammodo *fracta* appareat. A suffringo, hoc est, posteriori parte frango. Isid. gloss. *Fragus, recurvatio poplitis, quæ & suffraginatio.* Exinde est *suffragium*, propriè actio suffragantis. *Suffragor*, propriè est suffrage aut suffragine acclinor, Perot. *A suffragine suffragor verbum deducitur, quod est adjuvo, auxilio sum.* Postea restrictũ est ad comitia, rostra & forum, pro, sententia mea sive per tabellam, sive voce declarata scisco ac jubeo: itemque faveo ac consultum volo. Ejus contrarium *refragor*, est, obnitor, ac repugno quasi refringens alienam sententiam. Ap. Plaut. Bacch. act. 4. sc. 2. *dentifrangibula* sunt pugni vel, ut Gruterus mavult, articuli digitorum. Ibidem, *nucifrangibula*, sunt dentes, quibus franguntur nuces. Casaub. ad Athen. *nucifrangibulum* exponitur καρυοθραύστης.

Frater, quasi *fere alter*, ut Nigidius ap. Agell. l. 13. c. 10. Idque propter convenientiam ortus & natalium. Nisi melius sit à φράτηρ, i. e. contubernalis, conjunctus Φρατρία est societas. A φρέαρ, puteus, quo communi utebantur. Item grande poculum. Hesych. φρητὴρ ἀδελφός: φρήτρα καὶ φρήτρη, φρατρία, συγγένεια, πατρικὴ γονία. Scal. c. 26. L. L. Φράτωρ. Sic enim mutarunt Æoles, quod erat φρήτηρ, & integrum φρεάτηρ. Ab Hebr. בְּרִית, i,e. societas, fœdus, pactum. A frater verbum extitit

Fra-

Fratrare enim puerorum mammæ dicuntur, cum primum tumescunt: quod fratres quasi pares oriantur: sicut *sororiare*. Plautus Fribularia ex correct. Jos. Scal.

------ Tunc papillæ primitus
Fraterculabant, illud volvi dicere
Sororiabant, quid opus est verbis. Et Politianus.
Nam quæ tibi mamillulæ
Stant floridæ & protuberant
Sororiantes primulum.

Ut sororiare: ita Tertull. l. 1. contra Marc. fecit *infantare*. Apud Agell. l. 13. c. 10. Labeo Antistius: *Soror* appellata est, quod quasi *seorsum* nascitur, separaturque ab ea domo, in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur. A sorore est *Sobrinus*, quasi *sororinus*. Sunt Sobrini sororum filii & inde cognati. Vide Fest. & Donat. in Hecyræ act. 3. s. 5. Et *consobrinus*, quasi *consororinus*. Gajus l. 8. ad Edict. provinc. *Consobrini consobrinæque*, i. e. qui quæve ex duabus sororibus nascuntur, quasi *consororinæ*. Obiter hic quæritur: Rectene dicam? *Meam Julii sororem*. Affirmo edoctus ab autoribus probatissimis. Homer. Il. γ·

Δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος, εἴποτ' ἔην γε:
Levir item meus erat impudicæ si unquam fui.
----- Cum mea nemo Horatius, 1. Sat. 4.
Scripta legat vulgo recitare timentis, -----
Sæpe rogabis Ovid. 1. Amor. eleg. 8.
Ut mea defunctæ molliter ossa cubent.

Valla l. 6. c. 16. abige muscas à facie mea scribentis. Etiam in sacris 2. Thess. 3. 17. τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. Idem exstat Col. 4. 18. Et Scal. in Auson. Notandum genus loquendi, *tum acumen Samii Lucumonis*. Tale illud JCti cum mens mea fuerit facientis testamentum. Et Græci, ἡ ἡμετέρα γνώμη οὕτω βουλευόντων: & similia. Hoc igitur modo hic dictum: *tuum acumen Lucumonis*. Intelligendum enim τὸ σοῦ Genitivus secundæ personæ quod à Plauto recte expressum est: *duorum labori ego*. Pseud. a. 1. s. 1. Tanquam si diceret: nostro labori mei & tui. Quid, quod eodem modo dicitur? Noster utriusq; labor Agel. l. 20. c. 26.

Fribo-

Fribolum est cum eo animo (conjuges) separantur, ut rursum ad se invicem revertantur. Nam *fribolum* est velut quassæ mentis, & effluxæ, nec stabilis. Proprie autem *fribola* vocantur fictilia vasa, inutilia. Isid. l. 9. c. 8. Quod si (inquit Ulpian.) divortium non intercesserit, sed *fribusculum*, profecto valebit donatio, si *fribusculum* quievit. Hæc ille. *A fribolum fribusculum*, ut deminuta ejusmodi solent. Fest. *Frivola* sunt proprie vasa fictilia cassa. Gloss. *frivolus* κενός. Neque *frivolus* à φλύαρος (à φλύω) multum distat.

Fricare proprie est leviter scalpere, aut radere: ut ungue solemus cutem. Græc. est ψαίειν aut ψήχειν. Ex Hebr. פָּרַק, *parak*, fricuit. פֶּרֶק, fricatio. Etiam Chald. & Syris פְּרַךְ est fricare. *Refrico*, Cic. quæ res forsitan sit refricatura vulnus meum. *Perfrico*: homo *perfrictæ frontis*, i.e. ἀναιδής, cui pudor periit. Rubor est indicium pudoris. Inde Ovid. est *pudor purpureus*. 4. Trist. Is occupat frontem aut faciem: estque color virtutis. Qui igitur perfricat faciem, ut ruborem cohibeat, sive repellat: etiam videtur una virtutem. Inde φρύδεις. *Dentifricium*. ὀδοντότριμμα, quo dentes fricantur, aut absterguntur, in apol. Apulei. Tertull. de pœnit. vocat *pulverem dentibus elimandis*. Plin. l. 30. c. 3. & l. 36. c. 21.

Frigere, frixum, ut caro frixa. Isidorus à sono illo vult appellari. Quod non facile repudiare quis ausit. Et æque Græc. assonat τὸ φρύγειν, φρύασσειν, φρυκτὸς frixum: φρύγανον *Friganum*.

Frons, quasi *ferens*: aut à φρονεῖν: quia præ se ferat cogitata animi. Inde natæ phrases: *exporrigere frontem, contrahere, perfricare*. Prout enim animus habet: ita frons esse solet. Nec Græc. ὀφρύς, male huc arcesseur. *Frons* quasi *ofros*. *A frons*, ut discrimen sit: scribunt quidam, *Fruns: frundis*. Nam & ita ubique MSS. vetera habent: & ita Virg. scripsisse 2. Georg. testatur ibi Nonius atque Serv. *Fruns*, i. e. φύλλον, aut potius κλάδος φυλλώδης. *Fros* pro *frons* ap. Varr. l. 15. antiq. Rom. *Fros*, fœnum, messis. Et l. 1. de re rust. Unde *fros* ovibus & bubus fiet. Et Parmenone: Cæditur lucus, alta *fros* decidit.

Lips.

Digitized by Google

Lipſ. l. 3. Var. lect. c. 19. A frons, *frondator*, quaſi verbum *frondare* etiam aliquando fuerit: i. e. qui *frondes* demit & arbores putat. Virgil. 1. Eclog. canet frondator ad auras.

Frugiperda, quæ fruges perdit. Ita *frugiperda ſalix* eſt ap. Plin. l. 16. c. 26. Ociſſimi ſalix amittit ſemen antè, quàm omnino maturitatem ſentiat. Ob id dicta ab Hom. *frugiperda*. Verſus eſt Odyſſ. 10.

μακραί τ' αἴγειροι καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι.

Eſt ὠλεσίκαρπος etiam ab ὄλλυμι & καρπὸς factum: & ita probe reſpondet Latino. Ut *frugiperda*: ita ἀναλόγως exſtitit *officiperda* in diſtich. Catonis: vel, ut Pithocana editio habet *officiperdus*: quod Joſ. Scalig. ὠλεσίχαριν vertit. Propriè *officiperda* eſt, qui officio perdit, i. e. beneficium malè collocat. Gloſſ. Iſid. *officiperdi*, qui laboris non habent remunerationem.

Frumentum, aliis quaſi *fruimentum*: aliis, quaſi *frugamentum*: ſicuti *armentum* fit ex aramentum. Rectius ita analogia præit. Ut ab augeo, auctum, augmentum: ab inſtruo, inſtructum, inſtrumentum: Ita à fruor, fructum, *frumentum*. Aut prius (quod tamen eodem redit) *fruimentum*, à fruor, *fruitum*. Nam *fruitus* ap. Cic. Ulp. Agell. l. 17. c. 2. legere eſt. Varro l. 1. rei ruſt. c. 48. *In ſegetibus frumentum, quod culmus extulit*. Serv. in 1. Georg.

Frumenta ſunt omnia, quæ ex ſe mittunt ariſtas.

Gloſſ. frumentum σῖτος, καρπός. Plin. l. 15. c. 19. *frumenta* etiam dicit grana minuta in ficis: quæ Tertull. vocat *papavera fici*, ſcilicet à ſimilitudine de præſcr. hæret. c. 4. Ulpian. ad Sabinum 28. *neque foliis, neq; oleo, neque frumento, neque frugibus uſurum*. A frumentum frumentari & *frumentatio*, de quà apud Romanos multa accuratè monet Lipſ. Elect. l. 1. c. 8. Amplius ut à tactum tactus, à jactum jactus: ita à fruor, *fructum* (quod agnoſcit Priſc.) fit *fructus*. Etiam aſſonat Heb. פְּרִי, quod itidem eſt fructus. *Fruges* facit Scal, (ut in *Arbor* vidimus) à φύειν. Sed analogia etiam τὸ *fruor* admittit. Ut enim ſtrages à ſtratum, ſeges à ſatum, teges à tectum: Ita *fruges* à *frutum* pro fruitum. Cornificius etiam *fruges arboreas* dixit.

dixit. Inde quoque *frugi*. Gloss. frugi χρήσιμος. Et sic *frugi* proprie erit utilis, unde frugem habere possis. Ut à fatum fatalis, à murus muralis: ita à fruge vel frugi *frugalis*. Cic. 3. Tusc. *frugalitas à fruge; quâ nihil melius è terra*. Propriè itaque *frugalis* erit temperans, qui comparcere & fruges reservare novit. Ultimò *fruor* (unde *fruiscor* ap. Agell. l. 17. c. 2.) est à φέρω, fero, capio: vel à φερὸς utilis, commodus, prosper. Aut à פָּרָה quod est fructum ferre.

Fucus, φῦκος. *Fuco*, φυκόω. *Offuciæ* ab OB & fucus. Igitur alteram jure producit: contra nostri peccant versifices. Ultima origo petitur ab Hebr. פּוּךְ i. e. fucus, seu medicamen, quo mulierculæ faciem tingunt ac pingunt. Jer. 4. 30. στίβι vertitur. Et Sap. 13. 14. μίλτος & φῦκος conjungitur.

Fugio, à Φεύγω, ἔφυγον. Aut simpliciter à φύγω φύζω Jonice. *Fuga*, φυγή. A quo est *fugo*, i. e. in fugam converto. *Fugax*, φυγάς: non à *fugo*, ut perperam Erasmus; sed à fugio. Ut salax à salio: capax à capio: rapax à rapio. Τὸ φεύγω ab Hebr. הָפַךְ, fugit, vertit, evertit, mutavit.

Funes, ἱνες. Potuissent *Fines*, vel *Ines*: nisi tam perspicuitati, quàm euphoniæ issent consultum. Nisi potius *funis*, & olim *sfunis*, à σχοῖνος, ut antea paulo diximus. Ab ἶνες facit Jos. Scal. *Venas*, *Venari* est scrutari venas. *Venatur*, qui scrutatur & indagat aliquid. Hæc ille. Rectius vero *Vena* dicitur à venio: βαίνω. Ut enim *ductus* à duco ita *vena* à venio. Nam *vena* est propriè ὄχημα & canalis, quo sanguis *venit* & *devenit* in omnes partes corporis. Quomodo etiam Arabibus *vena* ורידי nominatur à ירד venire: quod ab Hebr. יָרַד descendit. Papias:

Vena dicitur, quod per eam sanguis veniat ad cor.

A venio etiam est *venor*. Nam qui *venatur*, maturè *veniat*, hinc inde currat, in silvis campisque oberret necesse est. Græci à canibus venari vocant κυνηγεῖν. Si vero *venari* cum Scaligero à *vena* duci placeat erit *venari*: feras indagare quasi per terræ silvarumq; venas. Ut à suscitatum suscitabulum: ita à venatum *venabulum*; propriè telum, quo venatores utuntur. Sed revenio ad ἶνες, quod non incom-

commodè ab ἴνου fiat. Inde ab ἶνες *inæ*. Scal. in l.3. Varr. de re rust. c.9. *Inæ apud Latinos sunt* ἶνες, *h. e. subtilissimæ intercursantes venæ, quales in chartis veterum & aliquando nostris*. Ina ap. Fest. Est filamentum fibrarum tenue ac minutum. Vel, ut Fest. *ilia*, dicta ab *Ina*, quæ pars chartæ tenuissima. Item ab *Ina*, *inane*, i.e. tenue, minutum. Et ap. Græc. ἰνόω est inane facio, vacuo. Ab Heb. אַיִן, quod notat στέρησιν καὶ ἀπουσίαν. *Vanus* etiam dicitur quasi *ve inanis*: & Agell. l.18. c. 4. scribit: *vanos* propriè dici, mendaces & infidos & levia inaniaque pro gravibus & veris astutissimè componentes.

Funus proprie nil aliud, quam cadaver; etiam annuente Virg. & Serv. Vel quando mors hominem occidit, *funus* dicitur: olim etiam *Fonus*. 1. Æn. Funeris heu tibi causa fui. A φόνος φῦνος: ut μόνος μῦνος· νόσος νῦσος· ὄρος οὖρος· κόρη κούρη. Φόνω est cœdo, occido. *Funeræ*, ad quas funus pertinebat, olim dictæ: ut mater, filia, soror, socrus. Virg. 11. Æneid.

Nec te tua funera *mater*,
Produxi -------

Funera est Nominativus fœminini, Serv. *funera*, i. e. funerea. Jos. Scal. illud Ennii in Cicerone ita corrigit:

Nemo me lacrimis decoret, neq; Funera *fletum*
Faxit: quum volito vivu per ora virum.

Nam *facere fletu funera* non est Latinum. Latinum *funesto* est funere aut cæde polluo. Pompa, qua effertur funus, dicitur *exequiæ*. i. e. cum funus seu mortuum sequimur: & quidem *Ex*, ut locus, qui extra, designetur, & ultimum humanitatis officium. Gloss. *Exequiæ*, ἐκφοραί. Terent. And. a. 1. sc. 1. *Effertur, imus*. Gr. ἐκφέρεται. Plaut. Asin. act. 3. sc. 3. *Utinam sic efferamur*. Quod in Aul. act. 2. sc. 1. est *foras ferri*. Isid. Donatus Servius funus malunt à *funalibus*: quoniam in gentilitate olim candelas sevo vel cera circumdatas funeri præferebant. Ritum illum non ignoro: inde vero funus dictum, credere non possum. Non enim video ejusmodi adjectivum τρισύλλαβον fieri à δισυλλάβου. Nec *funalia* aut *funale* proprie est candela. Sed ut murale à murus, navale à navis:

navis: gregale à grex: lethale à lethum; sic à *funis funale*, i.e. quicquid è funibus, & ad funes aliqua refertur. Ut funalis equus, in Suet. Tiber. *Funale* textum, in Prudent. Peristeph. Apud eumdem, psych. *funalis* machina. Et ut *cereum* primo est, quod è cera, κήρινον, aut ceræ simile: postea *cereus* est fax; quia è cera, tanquam materia fit: Sic deinde *funalia* pro ipsis candelis sumta: cum funis sit illarum ὑλικὸν μέρος. Nec facile, quantum scio, reperimus vel cereum, vel funalia ita nude posita pro candelis; sed ubique apponi vel ignem vel flamam, vel lumen vel aliud simile, ut laxitas illa significandi contrahatur. Virg. 1. Æn.

---- Noctem *flammis funalia* vincunt.

Horat. Hic hic ponite *lucida funalia*. Silius: Cui nocturnus honos *funalia clara* -- Politian. Omnis *ceratis* radiat *funalibus ara*. De Cereo Mart.

---- Nocturnos præstabat *cereus ignes*,

Furere à φονᾷν, φονδᾷν, φόνειν. Liquida transit in fortiorem. Ut pro *cœluleus* dicitur *cæruleus*. Thema est *furo*, non *furio*. Dicimus *furunt*, non *furiunt*: *furebant non furiebant*, ap. Cic. Quod autem *furia* dicitur, fit ratione ortus Græci φονία. *Tisiphone*, à τίειν τὺς φόνους, i.e. vindicare cædes. Cic. 3. de Nat. deor.

Furfur, βόρβορος. Aliis à *far*, per repetitionem. Varro: Pascuntur farre, & furfuribus hordeaceis.

Furvus, Scal. Ex. 325. s. 12. *fulvum* quod esset *furvo* propius: unde *fulmen*, *fuligo*. Origo item Græca: φέρβω, φορβή: mutata in melliorem aspera litera. Aut tam facile à φλέγω fit *fulgeo*, *fulgur*, *fulmen* & ejus generis alia. Ita à φλέγω est φλεγυρὸς, φλέγμα, φλογερὸς ardens, flammeus, fulgidus.

Fuscum, Scalig. Ex. 325. sect. 17. Si niger esset citra illud obscuritatis fastigium, *fuscum* dixere, Græcis principiis: ubi φῶς σκιᾶται. Quod si minus acutum videatur: esto simplicissime πυρὸ τὸ φώσκειν. Hoc enim est ustulare, ap. Hippocr. Hæc ille. A fuscus est *fusco*: apud Ovid. 1. de arte. Et amplius *offusco*; unde triviale: *Lumen majus obscurat, seu offuscat minus*. Non recte. A lucido

tido corpore tale nihil. Potius tegit minus. *Infuscare vinum* est aqua diluere: quod cum vini generosi nigrior sit color, dilutior mixta aqua fusciorque reddatur.

G

GAbriel, Γαβριὴλ, est vir Dei, aut fortitudo Dei, aut fortis Deus. Ita *Michael*, Μιχαὴλ, quis sicut Deus. *Uriel*, οὐριὴλ, ignis aut lumen Dei. *Ezechiel*, Ἐζεκιὴλ, fortitudo ac robor Dei. *Daniel*, judicium Dei: Scuti *Dan* est judicans vel judicium, & Syrorū more, *Danna*, *Joel*, Ἰωὴλ, est incipiens Deo. *Hieronymus*, variat. In præfat Malach. est ei Dominus Deus. In Nominibus *Joel*: incipiens, vel est Deus, vel Dei. In præf. in Joel. incipiens, ἀρχόμενος, *Nathanael*, Ναθαναὴλ, donum Dei. *Asael*, Ἀσαὴλ, factura Dei. *Beseleel*. Βεσελεὴλ, in umbra Dei. *Eldad*, Ἐλδάδ, Dei dilectio vel dilectus, *Eleazar*, Ἐλεάζαρ, Dei adjumentum, vel Dei atrium. Et sic *Lazarus* est, cui Deus auxilio est: vel inops, alieni auxilii egens: uti disputat Full. l. 1. Misc. c. 10. *Immanuel*, Gr. Ἐμμανουὴλ, nobiscum Deus, Jes. 8. 8. Matth. 1. 21. μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. *Gamaliel*, Γαμαλιὴλ, retributio Dei. *Hamuel*, Ἀμουὴλ, calor sive ira Dei 1. Par. 4. *Hazael*, Ἀζαὴλ, videns Deum. *Jadibel*, Ἰεδιηὴλ, scientia Dei. *Ismael*, Ἰσμαὴλ, exauditio Dei. *Namuel*, Ναμουήλ, dormiens, Deus. *Phanuel*, Φανουήλ, videns Deum, vel facies Dei, εἶδος τοῦ θεοῦ. *Rahuel*, Ραγουήλ, pastor vel amicus Dei. *Salamiel*, Σαλαμιήλ, pax Dei. *Samuel*, Σαμουήλ, positus à Deo, vel ejus à Deo. Et sicuti multa ab *El* fiunt: ita nec pauciora à *Ia*, i. e. Deus. *Sophonias*, Σοφονίας, est arcanum Domini, vel speculator noster Dominus. *Abdias*, Ἀβδίας, servus Domini. *Malachias*, angelus vel nuncius Domini. *Nehemia*, Νεεμίας, consolatio vel requies Domini. *Ananias*, Ἀνανίας, nubes Dei, aut divinatio Domini: *Hieronymo*, gratia Dei. *Azarias*, Ἀζαρίας, auxilium Domini. *Azanias*, Ἀζανίας, auris Domini, *Azazias*, fortitudo Domini. *Semeias*, Σεμεΐας, audiens Dominum. *Barachias*, Βαραχίας, benedicens Domino. *Achias*, Ἀχία, frater Domini. *Adaias*, Ἀδία, testis Domini, vel ornatus aut præda. *Adonias*, Ἀδωνία, dominator aut basis Domini. *Athalia*, hora aut tempus Domino. *Banaias*,

 filius

filius aut intelligentia Domini. *Baraia*, Βαραΐα, creatura Domini. *Eselias*, Ἐσσελίας, liberans vel reservans Dominus. 2. Par. 34. *Ezechias*, Ἐζεκίας, fortitudo Domini. *Hasadias*, Ἀσάδια, misericordia Domini 1. Par. 3. *Iadaia*, Ἰαδαΐα, scientia Domini, vel cognitio. 1. Esd. 2. *Ieremias*, Ἱερεμίας, sublimitas Domini. *Nathania*, Ναθανίας, donum Domini. *Obadias*, Ὀβδίας, servus Domini. *Ochozias*, Ὀχοζίας, possessio aut visio Domini. *Osaias*, Ἀσαίας, salvator Dominus: unde & *Osee*, Ὠσηέ, salvator, aut salus. *Raamias*, Ῥεεμαΐ tonitru Domini. *Samachias*, Σαμαχίας, adhærens Domino. Urias, Οὐρίας, ignis Domini.

Gagates, γαγάτης, lapis pretiosus: בַּרְכַּד, à fulgore, vel igne denominatus est. Buxtorfio est Pyropus, lapis preciosus, quasi *scintillans* dictus. Avenar. Jes. 54. 12. vertit *gagaten*. Sed & bene conveniunt, quæ Plin. l. 36. c. 19. Diosc. l. 5. & alii super isto lapide memoriæ prodiderunt. Qui à loco vel amne appellari malunt vulgi nenias seqvuntur.

Galbanum, χαλβάνη, à חֶלְבְּנָה, *chelbenah*. Est succus virgæ aut stipitis in Syria. Ex 30. 34. LXXII. vertunt χαλβάνην. Tremell. Buxtorf. Avenar. & Pagnin, expresse *galbanum*, Meminit Plin. in l. 12. c. 26. Et Renod. Med. Reg. de mat. med. l. 1. f. 7. c. 10.

Galea, non nemini à γυαλὰς, i. e vas militare. Aliis à γυαλὰ, i. e. latibulum. At hi *antiquitatum* rudiores. Isid. veram designat originem l. 18. c. 14. *Cassis* (inquit) de lamina est: *galea* de corio. Nempe à γαλέη, γαλῆ, ab Hebr. חֹלֶד, *choled*, quod plane idem Hom. Iliad. 10. --- ἀμφὶ δ' οἱ κυνέην κεφαλῆφι ἔθηκε Ῥοῦ ποιητὴν: Et ei galeam capiti imposuit ex pelle factam. Κυνέην vocat: quia principio ἐκ τῆς κυνὸς corio fiebat. Silius l. 5. --- sævosq; canum pandebat hiatus Scal. in Conj. olim *galea* ex diversorum animalium pellibus conficiebantur. Quod patet ex ipsis nominibus ap. Poetas. Snnt enim ap. illos κυνέαι, λυκέαι. Sic etiam, quod è felina pelle fiunt, γαλέαι dictæ. Γαλῆ enim felis, vel simile animal ei, quod vocant Græci ἴκτιν. Quare & Homer. quoque ἰκτιδέην *galeam* vocavit. Ex quibus

bus apparet Varronem non recte sensisse, qui à *galero* deduxerit. *Hæc ille.* Lips. l. 3. de mil. Rom. dial. 1. *Simplici tegmine capitis.* Significat ex ære aut ferro nihil fuisse, duntaxat è pelle aut lana aliquid, & *Galeram* aut *Galeam.* Nam sic discernit hanc à Casside Isidorus : quod *Cassis de lamina est, Galea de corio.* Ille hoc vere & pro eo Tacitus : *Vix uni alterive cassis, aut galea,* de Germanicis sic scribens, & manifesto abjungens. Ipsa vox quoq; præfert, quia *Galea* est proqrie ἀπὸ τῆς γαλέης, *à fele aut mustella:* etsi Varro maluit petere *à Galero,* Sane prisci tegmina fere capiebant à feris. Unde in Hom. aliisque, ἰκτιδέη, κυνέη, ταυρείη, αἰγείη : *mustellina, canina, taurina, caprilla.* Lego & in Suida : Ἀλωπεκέα, ἡ περικεφαλαία : *Vulpina, ipsa galea,* Sic igitur dictæ, quia à talibus animalib captæ. Mos, qui passim tangitur à poetis. Ut Statio l. 7. *Tela rudes trunci, galea vacua ora leonum.* Ipsas enim leoninas exuvias sumebant, & sic aptabant, ut caput capite velarent, cæteris humeros & dorsum. Hom. de Agamemn. Iliad. 10. v. 23.

> Ἀμφὶ δ᾽ ἔπειτα δαφοινὸν ἑέσσατο δέρμα λέοντος
> Αἴθωνος, μεγάλοιο, ποδηνεκές. ----
> Atque humeros circumjecit pellem inde leonis
> Ardentis, magni, crurum tenus. ----

Noster Virgilius de Aventino Italo lib. 7.

> Ipse pedes tegmen torquens immane leonis
> Terribili impexum seta, cum dentibus albis
> Indutus capiti, sic regia tecta subibat.

Nec de nihilo hoc poeta Romanus, quoniam & Romani in sua militia vulgo usurparunt, & adnoto in columna Trajani signiferos omnes semper in hoc habitu. Cum pelle dico leonis quæ caput, humeros, deorsum tegat, & cauda pedes flagellet. Etiam in Tacito, Germanicus *contectus humeros ferina pelle, adit castrorum vias.* Non sic tamen in nostro Velite, cui galea tantum è tali aliquo tegmine, & sæpe *lupo,* (Romana fera, & Romuli nutrice) quod aperte Polybius hic signat. Alludit Propert. de cascis illis Romanis, l. 4. eleg. 1.

> Et galea hirsuta compta lupina juba.

Virgilius : ----spicula gestant

Bina manu, fulvosque lupi depelle galeros.

Alias ex urso, aut tali fera habuerunt. Statius lib. 4.

Ille Lycaoniæ rictu caput asperat ursæ.

Quin Claudianus Afris dat è serpente, l. 1. de laud Stil.

Serpentum gestant patulos pro Casside rictus.

Hæc talia *Galeros* appellat Virgilius supro, & Frontinus Veliti nostro *Galericulos* adaptat. Silius *Cudones* dixit:

—— caput his cudone ferino

Stat cautum.

Iterum: — Cudone comantes

Dejecit crines. Huc usque Lipsius.

Galerus, media longa, à *galea*. *Galerita*, avis propter apicem in capite, instar *galeri*, dicta. Ut & *cassita* eodem modo à Cassis. Græcis κόρυδος & κορυδαλὶς itidem à κόρυς, i. e. galea. Propert. l. 4. El. 1. Prima *galeritus* posuit prætoria Lycmon. *Galerita* vulgo est alauda, *à laude* scilicet. Et Cassitam non à casside, sicut galerita à galero: sed à חֲסִידָה, volunt nominari: quod alias ciconia, ut Jun. & Tremell. ubique vertit. Aliis vero *chasidah* est Struthiocamelus. Et sept. interpr. plurifariam exponunt. Nam Job. 39. 16. & Jer. 8. 7. ponunt ἀσιδα, scilicet ex Hebræo flexum. Hieronym. ibi vertit, *milvum*. Lev. 11 19. interpretantur ἐρωδιὸν, & Ps. 104. 17. ἐρωδιȣ̃, Hieronymus sequitur, ponens *herodionem* & *herodii*. Rursus Græci Deut. 14. 18. habent πελεκᾶνα, Hieron. vero *onocrotalum*. Deniq, Zach. 5. 9. Græci vocant ἔποπος: at Hieronymus iterum Milvi.

Galli, *Gallia*. Cybeles sacerdotes à *Gallo* fluvio nomen arcessunt, apud quem Deæ istius orgia agitare solebant, ut Festus etiam docet. *Semiviri* dicti, quod qui ex eo Phrygiæ fluvio bibisset, adeo is furere inciperet, ut seipsum castraret, testiculis Samia testa exsectis, ut scribit Plin. l. 11. 49. & l. 35. c. 12. Qui & etymon illud probat: ut etium Ovid. Fast. cum Martiano.

Qur igitur Gallos, *qui se excidere, vocamus?*

Cum tantum à Phrygia Gallica distet humus?

Inter, ait, viridem Cybelen altasque Celænas.

Amnis it insana nomine Gallus *aqua.*

Qui

Qui bibit inde furit. Procul hinc discedite, queis est
Cura bonæ mentis: qui bibit inde, furit.

Galli *populi dicuntur à lacteo candore*: à γάλα lac. *Mantuanus*: *ignea mens Gallis*, & lactea corpora: *nomen A candore* datum. Abr. Ottel. *A candore* populi nuncupata est Gallia. Nam montes & rigor cœli, ab ea parte solis ardores excludunt, quo fit, ut candida corpora non colorentur. Hinc Græci Gallos, *Galatas* vocant, propter lacteum gentis colorem. Γάλα enim eis est, quod nobis lac: à quo nomine Latini *Gallos* deflexere. Hanc Etymologiam omnes fere scriptores probant. Sunt tamen, qui hanc derident; atque eam potius à pluvia, quod Hebræis *galah*, & antiqua Britannor. lingua *Glau* dicitur, nomen habere putant, quasi impluviati vel inundati ab ipso diluvio (cum gens antiquissima sit) vocentur. Hæc ille. Sed audiatur etiam *Cluver. l. 1. Germ. antiq. c. 9.* Tunc primum GALLI dicti videntur, à Celtica voce *gallen* (quam nunc dicimus *VVallen*; significatque *iter facere*) cum exundans domi multitudo, patria relicta, exteras petere regiones cœpissent; parte eorum in Italiam, parte in Illyricum, atque inde in Græciam, & Asiam, parte in Germaniam delata. Tunc enim primum, à re ipsa invento vocabulo, dicti fuere, cum sibi ipsis, tum proximis Germanis Illyriisque, *ibi Gallen*, sive *Galler*, & alia dialecto *VValler*; quod voce æquipollenti vulgo dicimus *die VVanderer*, Latine *peregrinatores*. Quod vocabulum mox Latini, suo ori accommodantes formavere *Galli*. Græci postea, paulo longius à genuina voce deflectentes, dixere ΓΑΛΑΤΑΣ. Qua equidem appellatione perpetuo postmodum signati fuerunt ab ipsis *Galli Asiatici*, raro Κελτοὶ, antiquo universæ gentis vocabulo, nuncupati. Unde firmissimum etiam validissimumque argumentum, hos veros fuisse Gallos, nomen à re ipsa, id est, à migratione, olim adeptos. Latini postea simulque Græci universam gentem, tam in Asia, Pannonia, Italia, atque Germania, quam in antiqua avitaque sede inter Rhenum Pyrenæumque, Gallorum, sive Γαλάτων, appellatione affecerunt.

Ganeum. γάνος γάνυσθαι, non à subterraneis cryptis, ut Gram-

Grammatici Scal. Ex.317.f.2. Γάνος, ab Hebr. עדן, delicate vixit, aut jucunde. *Ganeum* dicitur fornix, γάνειον. ait Turn. l.30. c.33 Nam Latini η in α sæpe commutant: & ει in E breve: ut *gynecæum* ap. Terent. penult. brevi γυναικεῖον. *Cyclopeus* ap. Maron. 1. Æn. κυκλώπειος. *Conopæum* ap. Horat. od. 9. ep. quod est κωνωπεῖον.

Gangræna, γάγγραινα, à γράω vulgo, i.e. ἐσθίω. Aliis à γάγγος antiquo, i.e. cancer. Fœmininum γάγγραινα, cancer morbus. Hinc etiam toties à Jos. Scal. laudatum Gloss. γάγγραινα, *Cancer*. Et vero ipsæ voces consonant, ut in aliis etiam fieri solet: quamvis res inter se distinctæ sint. Nam si accuratius dispiciamus, & scholas medicorum consulamus: non exiguum apparebit discrimen inter *Gangrænam* & *cancrum*. Sed & *cancer* Latinum videtur fieri à γάγγρος: nisi velis id, quod prius notatum in *Cancer*. In sacris exstat γάγγραινα. Ut 2. Tim. 2.17. ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει: i.e. sermo eorum depascet, ut gangræna. Vel, ut Tremell. Syrum vertit, Sermo eorum tanquam *cancer* pastionem apprehendet. Aut, tanquam *cancer depascens* apprehendet seu occupabit multos. Morbum hunc fuse persequitur Galen. comm. 7. in aphor. Hippocr. f. 7. Cels. l. 5. c. 26. Ægineta l. 4. c. 9.

Gannire tribuitur *volpi*; aut etiam cani: ut sic propria ejus vox quodammodo exprimatur: quod inprimis fit sono NN. & I. Jos. Scal. in Conj. *Ganniunt* canes gestientes ob herorum adventum, ut ap. Lucr.

--- *Gannitu vocis adulant*.

Et Homero γάνυσθαι semper est gestu quodam oris exprimere gaudium ob amici aut alius chari adventum. *Ogganire* ab Ob. Terent. & Plauto.

Ganymedes, vet. Latinis *Catamitus* dicebatur. Plaut. Menæch, ubi aquila *Catamitum* raperet. Nam videtur à γαδυμείδης, quod idem est cum γανυμήδης, detortum esse. Γάδεσθαι enim & γάνυσθαι idem. Ut prius diceretur *Gadamidus*, inde *Catamidus*. Sic *Laumedo*, pro *Laomedon*: Scal. in eleg. de ob. Mecœn.

Gargarismus, γαργαρισμὸς: γαργαρίζειν, γαργαρεών. gargareon. A similitudine ipsius soni. Ita Heb. est גַּרְגְּרֹת, gut-

tur aut faux. Item גַּרְגְּרוֹן est guttur: ab attractione spiritus, ut notat etiam Buxtorf. Apud medicos & alios *gargarizare*, est guttur aqua colluere, ex quo asperior ille sonitus oritur: ap. Aetium, Oribasium, Celsum, Plinium. Ap. Latinos est, *Gurges*, similis monetæ. J. C Scal. in Arist. hist. de Animal. l. 2. c. 17. *Gurges* proprie est, ubi vortices sunt & veloces motus, παρὰ τὴν γοργότητα. Hæc ille.

Virg. — Clauso fit *gurgite murmur*, 11. Æn. Hebræis est גַּר, *gar*, tractus, per quem murmurat aqua.

Gargarus Idæ montis cacumen, teste Macrob. Strab. Plutarcho lib. de montib. Dicitur eodem modo à strepitu aquarum, quib. abundat. Hom. in Vener,

Ἐν ἀκρωπόλοις ὄρεσιν πολυπιδάκυ Ἴδης.

Gaudium, est voluptas faciens spiritibus effusis animum sese efferentem. *Exultatio* vero est gaudium gestuosum: quod notat origo. Ab *Ex* & *Salto*: cum *quis*, ut ille ait. *incedit omnibus lætitiis*. *Gaudeo* est à γηθέω, quod à חָדָה, vel à γαυριάω, aut γαυρίου. A γαῦρος, quod à γαῖος, interjecto ρ, γαῖος à γαία. Ab Hebr. גָּאָה, *gaab*, elatus est. Scal. in Conj. *gaudium*, γᾶθος: priscum. Ut à πλαδόω unde πλαδαρός, *plaudus, plaudo*. Estque *plaudo*, *complodo*, *explodo*, strepitum facio proprie & inprimis pulso manib. Gloss. κροτῶ crepito, *plaudo*. Etiam *plaustrum* à plaudo. Et quamvis Scal faciat à *palando*: ut in (*Phalanx*) vidimus. Tamen rectius à *plaudo*. Analogia adspirat. Ut enim à rasum rastrum, à rosum rostrum: ita à *plausum plaustrum*. Et ut dicitur *plaudo, plodo*: ita etiam *plaustrum, plostrum* Et rotis circumactis plaustrū edit *plausū*, adeoq; *plaudit* & *sonat* sub onere. Gloss. Cyr. κρόταλον *plaustrum*,

Gaza, γάζα. Curt. l. 3. ante solis ortum *gazam*, quam Persæ fiscum vocant, cum preciosissimis rerum efferri jubet. Et Hieron. in c. 39. Jes. *Gaza* lingua Pers. divitiæ nuncupantur: nec est Hebræus sermo, sed barbarus. *Gazabar*, est qui præest thesauro 1. Esd. 1. Videtur tamen fieri à גָּזָה, quod est thesaurus, *gaza*: etiam interprete Buxtorfio.

Gebenna, γέεννα. גֵּיהִנֹּם *Gebinnă*, Latini H imponunt;

 his-

hiatus causa: & quia in Hebr. est ח. quod Græcis in medio omittendum. Vox conflata è גֵּיא, vel גֵּיא, vel גַּיא, i. e. vallis, τόπος ἰμβύθιος: & הִנֹּם, *Hinnom*: quod nomen proprium. גֵּי הִנֹּם vallis Hinnom. Jos. c. 15. 8. Cognatum est τῷ נָהַם, *naham*, fremuit ululavit, ἐκλαυσε. Quod postea contigit, cum Judæi in eo loco Moloch offerrent & cremarent liberos suos. Quorum ejulatus ne tam à parentib. audirentur, pulsata sunt tympana. Inde nomen *Tophet*, תֹּפֶת. Scilicet à תֹּף tympanum: Locus igitur iste adeo horribilis & *Satanæ* ipsi destinatus, meruit, ut pro tartaro aut inferno sumeretur. Ut passim in novo testam. Et *Elias* Levita: Gehinnam (inquit) vocant Rabbini nostri locum, ubi impii plectuntur post mortem. Fr. Jun. in Jos. 15. *Gehinnom*, unde voce corrupta irrepsit *Gehennæ* nomen, propter immanes cruciatus eorum, qui immolabantur Molech. 2. Reg. 23. 11. & Jer. 9.

Geminus, proprie est similis, per omnia æqualis. A Gr. ἅμα, simul. Heb. תְּאֹמִים gemini. Cic. consorti quidem in lucris atq; furtis, *gemino* & simillimo nequitia. Idem: *simillima* & maxime gemina societas. Et alibi. Sic *geminare* est simile facere. Plaut. Amph. 2. 2. sc. 2. Sosia ad Amphitr.

Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam.

Nunc si pateră pateram peperit, omnes congeminavimus. i. e. quisque sibi similem dedit. Deinde, quia similitudo aut comparatio est inter duo, inde factum, ut *geminus* etiam idem sit, qui duplex, aut duo. Iterum Plaut. Quid opus est verbis? *geminus* Sosia hic factus est tibi. Item *Gemini* sunt duo uno partu editi, qui admodum similes quoque, propter nimirum parentes, natalia, locum, tempus & cætera. *Tergemini* fratres, i. e. tres & quidem similes. Nam si geminus hic esset duplex, tergeminus foret ter duplex: & ita sex fratres. Quod autores, qui ea voce usi, non patiuntur. Itaque primaria vocis significatio discernetur ab altera, & adventitia sæpe aut spuria.

Gemo, γέμω, i. e. plenus atque onustus sum. De animo etiam acceptatur. Scalig. l. 5. Poet. c. 4. *gemitus*
ex

quæ repleto pectore eſt. Hoc namque *γέμειν*. Vel cum plenum mœrore pectus erumpit in ſonitum. Ita etiam Gr. *στένω, στενάζω, στενάχω* à *στενὸς*, i. e. anguſtus. Aſſentit Valla l. 5. El. c. 52. *gemere* eſt in pectore, cum præ anguſtia in ſonitum prorumpit. Ideo & jumenta ſub nimio pondere *gemunt*: & inanimata quoque, cum nimis onuſta ſunt, *gemere* dicuntur: ut ap. Virg. 6. Æn. gemit ſub pondere cymba. *Serv.* gemere eſt canere: Proprie tamen dicitur de turture. Falſo, ut antegreſſa docent. *Gemmæ*, (ait Scal. in Theoph. de pl.) i. e. oculi in arboribus & vite, quæ ſunt tubercula quædam prodeuntia. *Gemmas* Latinus nominat appellatione Græca. Turgent enim. At hoc eſt *γέμειν*, i. e. plenum eſſe. Ovid. 1. Faſt. Et nova de gravido palmite gemma *tumet*. Gloſſ. ὀφθαλμὸς *ἀμπέλου*, gemma. *Gemurſa* ſub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum, qui id gerat. Feſt. Aut quia turgeat, ſive ſit tuberculum.

Gena, proprie eſt membranula illa, quæ circumcirca oculos tegit, aut munit. Ab עַיִן, oculus: item גָּנַן, texit, circumdedit. Plin. l. 11. c. 37. Piſces & inſecta non habent *genas*, nec integunt oculos. *Idem*: Sed quadrupedi in ſuperiori tantum *gena*, volucribus in ſuperiori. *Et poſt*: graviores alitum inferiore *gena* connivent. Valla l. 4. El. c. 52. *Genam* membranam illam, & quaſi veſtem, qua oculus integitur & connivet, i. e. aperitur & clauditur: h. n. e. connivere. *Et paulo poſt*: quam vetuſtatem à poſteriorib. quibusdam ſervatam reperimus, nec Poetis modo: ut, Draconis *genæ*, pro oculis, continens pro contento: & Seneca in Trag. de Oedip. loquens inquit: Et per irati ſibi *genas* parentis: etiam continens pro contento: Verum oratoribus quoque, ut Quinctil. de cæco loquens: illa perpetua nocte clauſæ *genæ* non cuſtodierunt. Hæc princeps ſignificatio, & quidem apud vetuſtiores etiam: poſtmodo dilatata eſt ad partem genæ inferiori contiguam.

Luc. *Humentes mirata genas* —

Genu, *γόνυ*, genu. Æolum more, qui *ἰδὺς*, quod alii *ὀδὺς*. A *genu* formatur *geniculo*: quod viſitur in compoſitis, *ingenicu-*

geniculo & congeniculo, quorum utroque utitur etiam hodieque I. Lipſ. i. e. in genua procumbo: Sicuti Græc. γονυκλίζω, γονατοῦμαι, γνιόομαι. Etiam *ingeniculo* ad dictionis Hebr. vim exprimendam, uſurpat Tremell. & Jun. Dan. 6. 11. Et vet. Biblior. interpres 3. Esd. 8. Tertull. ad Scapul. *Geniculatio*.

Gerræ, Gloſſ. *Gerræ*, ἀδυμμοί. Et poſt: *gerræ*, πλεκτάνια. *Intergerivi* parietes, qui inter confines ſtruuntur. Aut potius *intergerrivi*, nempe à *gerris*, i. e. cratibus, Nam iidem etiam *concratitii parietes* dicuntur. Gloſſ. *Intergeries* paries: τοῖχος ὀδυκλήσεως διοείζων. Athenienſes cum Syracuſas obſiderent, & milites crebro *gerras* poſcerent, irridentes Siculi *gerras* clamare cœperunt. Γέῤῥον, γέῤῥα, i. e. crates vimineæ. Poſtea pro reb. frivolis, & nullius precii. *Cerrones*, i. e. leves & inepti à cratibus dicti. Inde *concerrones* & *concerræ*. Aut *congerrones*, qui ſimul garriunt: ut Gr. συνψιάζοντες, & ἐψιώμενοι, ab ἴπω. Etiam *concerræ* & *congeræ* unico R antiquitus. Lucill. Tapullam legem rident *concera* Opimi. Lipſ. l. 3. de mil. Rom. dial. 2. Feſtus, *Cerrones leves & inepti, à cratibus dicti, quod Siculi adverſus Athenienſes cratibus pro ſcutis ſint uſi quas Græci γέῤῥας appellant*. Bene Feſtus. Et cum eo Euſtath. γέῤῥαι, ἀσπίδες περσικαὶ ἐκ λύγων, καὶ οἰσύινοι: *Gerræ, ſcuta perſica ex viminibus, & ſaligna*. Perſis attribuit, quia creberrime & recentiſſime ii habuerunt. Gloſſæ item: γέῤῥον, εἶδος ἀσπίδος περσικῆς: *Gerrum* (hoc etiam genere vulgo extulerunt) *genus ſcuti perſici*. In Xenophonte aliquoties ea vox: & Ammianus de Perſis etiam ſui ævi l. 24. *obtecti*, inquit, *ſcutis vimine firmiſſimo textis; & crudorum tergorum denſitate veſtitis*. Idem poſtea: *Manipuli peditum contecti ſcutis oblongis & curvis, quæ texta vimine & crudis coriis geſtant*. Hactenus Lipſ. A gerris fit etiam *garrio*: cum quo fere congruit γηρύω. Pind. Κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρύετον. Doricum eſt γαρύω, i. e. loquor. A γῆρυς, vox: quod ab Hebr. גָּרוֹן, guttur. Etiam geminatum RR garritum illum commode exprimit: ut ſit vox ductu naturæ facta. Origo ſatis patet. Ut à gero *gerulus*: ſic à garrio *garrulus*. Sed & *augur* & *augurium* à garritu avium: de

de quo multa egregie monet 2. de divin. Cic. l. 1. form. præstantiss. Briss. Peucer. de divin. & Aldronand. in proleg. Ornithol.

Gesum: in Gloss. exstat: *εἶδος ἀκοντίου, gesa, sparus, sarisa.* Lips. l. 4. poliorc. dial. 4. *Gesum*, quod alii *GAESUM* scribunt, & sæpius sic Græci. Liv. l. VIII. in Hastatorum manipulo leves vicenos milites locat, & addit: *Leves autem qui hastam tantum gesaq; gerent, vocabantur.* Gesa nempe bina. Ex Varr. ap. Nonn. *Qui gladiis cincti, sine scuto, cum binis gesis essent.* In Classib. Servianis *Gesa* non nominantur, & vox ac telum peregrina videntur. Athenæus quidem Romanos petiisse ab Hispanis vult, l. VI. *παρὰ Σαυνιτῶν θυρεοῦ χρῆσιν, παρὰ δὲ Ἰβήρων γαίσων: A Samnitibus scuti usum, ab Hispanis, Gesorum.* At alii magis dixerint à Gallis. Nonius: *Gesa tela Galliarum.* Et Virg. de iis.

— duo quisque Alpina coruscat.
Gesa manu.

Propertius etiam de Virdumaro, eorum rege:

Nobilis è rectis fundere Gesa rotis.

Claudianus etiam quasi propriis insignib. Galliam ornans, l. II. de laud. Stilic. Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro,

Binaque gesa tenens.

Comatam facit, *Torquatam*, *Gesatam*. Et in Polyb. l. II. videndum, an non verius sit Gallos illos, quos *Gæsatas* dictos ostendit, ita à telo potius, quam à mercede (quod ipse vult) agnominatos. Statius & Mercedonibus tribuit, *II.* Achilleidos:

—Didici quo Pœones arma rotatu,
Quo Macetæ sua gesa citant—

Sed ibi quidam scripti libri, *tela.* Parum est, Poëtæ hæc confundunt. Quale autem fuit? Suidas ita: *Γέσι, ὅπλον, ἢ κόντος μακρόθεν κεντῶν, ὡς Κοΐντος Κρίτων ἔγραψεν ἐν τοῖς Γετικοῖς: Gesi, telum vel contus longe feriens, ut Q. Crito in Geticis scripsit.* Vertit & sic interpres Biblior. lib. Judith. c. IX. *ἤλπισαν ἐν ἀσπίδι καὶ γαίσῳ καὶ τόξῳ*: *Vertit*, inquam *Contos, Scuta, Sagittas.* Et grandius fuisse jaculum etiam Festus indicat: *gesum, grave jaculum*: Et Diodor. de armatura

tura Gallor. τὰ μὲν ξίφη τῶν πυρ' ἑτέροις σαυνίων οὐκ ἐλάττω, ἡ δὲ σαυνία τὰς ἀκμὰς ἔχει τῶν ξιφῶν μείζω. *Gladii eorum non sunt minores aliorum hastis, hasta ferrum habent majus aliorum gladiis.* Si tamen de Gesis hisce, ut videtur, sentit. *Pastoritium telum* Livius id facit, l. IX. *ibere pastorali habitu, agrestibus telis, falcibus binisque gesis armati.* Silius ita ornat Pastorem Afrum, libr. II. — Omnia Pœnum

Armenti vigilem, patrio de more, sequuntur,

Gesaque, latratorque canis. —— Casaub. in 3. Strabonis: Sunt *gesa* Hispanis propria. Nam qui Gallor. inventum esse volunt, quia dixit Virgil. *Alpina gæsa*, falluntur, nisi me Athenæus fallit, qui l. 6. autor est: *Gæsorum* usum didicisse Romanos ab Hispanis. Scio tamen gæsa Gallis tribui à plerisque scriptoribus.

Gibbus, κῦφος. *Gibbus* terga premit: sed collum *struma* molestat, inquiunt vulgo. Juven. *Strumosum atque utero pariter gibboque tumentem.* Græcum κυφὸς, ὑβὸς. κυρτὸς à κύπτω. Ab Heb. גִּבֵּן, *gibben*, i. e gibbosus, gibber. גַּב, gibbus tergum. Item כָּפַף, est flexit, curvavit.

Gigas, à γίνεσθαι & γῆ: quasi γηγενὴς. Homer. in Barrach: γηγενέων ἀνδρῶν μιμούμενοι ἔργα γιγάντων. Sic & *Titanes* πηῆνες, recte dicuntur ab Hebr. טִיט *tit*, i. e. terra, lutum Num. 13. 33. Ovid. 5. Fast.

Terra feros partus, immania monstra, Gigantes
Edidit, ausuros in Jovis ire domum. Orpheus.

Οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν,
Οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο.

Terra mater omnium & altrix. Inde à γῆ, γίνομαι, γεννάω. Ex quo antiquum *geno*, γίνω. Aut ab Heb. כּוּן, genuit, perfecit. *Geno*, hodie *gigno*: G interjecto, ut ap. Græc. item: Γένομαι, γίγνομαι, γίνομαι: item γινώσκω, γιγνώσκω. *Geno*, ap. Varr. & Ulpian. Si qua filia mihi *genitur*, ei heres meus centum dato. Et alibi: Si quis mihi filius aut filia *genitur*, heres mihi esto. *Gingiva*, quasi *gigniva*: à *gignendis* dentibus, l. 11. ap. Isid. Quod etiam probat Lactant. Et Scal. hist. Anim. l. 1, c. 9. *Gens* quasi *genens*, quæ

quæ ope generationis perpetuatur. Gr. γένος. Hebr. גוי, *Ingens*, i. e. tantum, quantum sufficit in gentem. Aut potius magnum natum, ut *In* hic augeat à *genor*. Itaque plus est. quam magnum. Etiam ex illo Terentiano: magnas vero agere gratias Thais mihi GN. ingentes. Jos. Scal. *ingens* dicitur ex *incens*: quod scilicet censeri non potest nec æstimari. *Bignus*, pro *bigenus*. Et *bignæ* (inquit Festus) geminæ dicuntur, quia bis una die natæ sunt. *Genitor*, γενήτωρ: ut & *genitrix*, à genitum: sicut *meritrix*, à meritum, non *meretrix*: Scilicet quoad originem. Alias permutatio maxime affinium literar. ap. veteres, bene cognita. *Gener*, tanquam generis propagator *Germen*, aliis quasi gerimen. Jos. Scal. quasi *genimen*. Nam archaice R. pro N substituebant, ut cortumio, pro contumio. Sic & *gramen* eodem flexu, à *generatum*, κατ' ἐξοχήν. *Genimen* exstat in antiq. Bibliis. Marci 14. de *genimine* vitis: & alibi. Et ap. Tertull. contra Valentin. Ut ergo *canimen* carmen: Ita *genimen* germen dicitur. Et sic Prudentius Cath. utitur.

Pars illa potentior exstet
Quæ germen *ab æthere traxit*,

i. e. originem, ἀρχήν. A germen *germanus*: ut à silva silvanus, à mundus mundanus, ab urbs urbanus. *Germanus*, est ejusdem germinis aut originis, γνήσιος. *Germanitas* γνησιότης, ἀδελφότης, ut exponit Glossarium. Aliud vero est, *Germanus*, nomen populi, ut suo loco dictum. *Ingenuum*, i. e. ingenitum, proprium, & natura inditum. Lucr. l. 1. *ingenui* fontes, i. e. nativi, non manu facti. Hebræis est *aqua vivens*. Gen. 26.19. Ausonius *ingenuam* aquam dixit, h. e. à natura huc quasi infusam, vel quæ naturali via promanet: aut, ut Ulpianus ait, quæ fluit ipsa sibi, me non ducente. *Ingenium*, i. e. vis innata, ἐμφυΐα, φύσις. Sallust. *ingenium loci*. Nævius: ingenio arbusta consita. Tertull. de Habit. mul. c. 20. *herbarum ingenia*. Gloss. *Antigena*, ὁ πρωτογεννηθείς. *Indigena* (*endo* est *in*) qui in eo loco, quem incolit, natus est. Græce ἐνδογενής. Etiam αὐθιγενής: ab αὖθι contracto ex αὐτόθι, i. e. ibi aut illic. Gloss. *Indigena*, αὐτόχθων. Item: αὐτόχθων, *Aborigo*, *indigena*, *patricianus*.

nus. Hebræis itidem אֶזְרָח, qui ibi, ubi vivit, ortus est. Etiam indigena Hebræis est *radicatus* Lev. 25. 47. *Genius à genendo*, quod unumquemque jam *genitum* suscipiat & tueatur, opinione veterum. Varro l. 6. rer. divin.

Menander:

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

Vocat *mystagogum.* Sen. epist. 111. *pædagogum.* Aliis à *genendo Genius*, hac causa: quia genuit nos, sive, ut Apuleius de deo Socratis ait, quia nobiscum genitur. Verum ista Ethnicor. deliria sunt: apud quos etiam hic mos, ut die natali immo quoties hilarius ac lautius vivebant, sacra quoque facerent Genio, *ac piarent Floribus & Vino*, ut ait Poeta. Ex eo nata sunt: *Indulgere genio*, ap. Pers. *Curare genium*, ap. Horat. *Defraudare genium*, ap. Terent. Quibus hodieque utimur: Sed utamur parce in tempore, & ut priscorum fuisse propria meminerimus. A genius *genialis*: ut à rivus rivalis, à lethum lethalis. *Geniales deos* (inquit Fest.) *dixerunt aquam, terram, ignem, aerem. Ea enim sunt semina rerum.* Qui, ut & in eum Jos. Scal. amplius videndus. *Genialis lectus*, ap. Rad. in Mart. l. 12. epig. 54. *Gentiles* (ait Cic. in Topic.) qui inter se eodem nomine sunt, qui ab *ingenuis* oriundi: quorum majorum nemo servitutem servivit. Aut potius κατ' ἀναλογίαν ita: Agens *gentis gentilis*: ut à puer, pueri, puerilis. *Genus, eris* γένος. *Genero*, est genus propago. *Prægenero* olim, nunc *prægno prægnare.* Antecedit enim: quod innuit τὸ *præ.* Aut prægnans quasi *prægenans* à prægeno. Fest. *prægnans* veluti occupata in generando. *Degenero*, à genere decedo: sive ad bonum fiat, sive ad malum. Ita rusticus degenerat, qui depositis rastris, sequitur castra. Opponitur *generosus*, qui à genere non deflectit. *Gnatus* quoque non aliunde: quasi *generatus.* Igitur *gnatus* primum: ex eo per ἀφαίρεσιν, *Natus.* Scal. c. 19. L. L. Similiter *gnascor*, postea *nascor*, à γεννάω, γεννάομαι. Est enim *nascor* generando existo aut fio. Quod *nasco* non dicatur, vel ipsius ratio naturæ dictat. Qui enim nascitur, nihil ipse agit: sed ab alterius actione pendet &

ita

Digitized by Google

ita patitur. Ut à satum satio: ita à natū *natio*: quomodo Gr. φῦλον. itidem à φύω fit, ἴδιον πλῆθος. Ut à fatum fatalis: ita à natum *natalis*: γενέθλιος, pertinens ad nativitatem: ut natale solum, natalis dies, natalis deus. At κατ' ἐξοχὴν natalis simpliciter pro die sumitur. *Cognatus*, quasi *à cognascor* συγγενής. *Agnatus* ab *agnascor*. *Agnatos* dicimus (inquit Scal. l. 4. L.L. c. 92.) qui familiam augent accessione sua; & *agnata* membra ap. Plin. quorum additamento corpus auctius factum est. Ultimo γῆ, γαῖα fit à גיא, *ge*, id est, vallis, terra profundior. Est enim in natura infimum elementum.

Girus, gyrus, γῦρος: *giro* vel *gyro*, γυρόω Tibul. l. 4. El. 1.

Seu libeat curvo melius contendere giro.

Plane ab Hebr. גָּבַר, *gabar, gar*, giravit. *Girgillus*, quod in *girum* vertatur. Est enim lignum in transversa pertica mobile, ex quo funis cum situla vel utre in puteum demittitur hauriendæ aquæ causa, ait Isid. l. 10. c. 15.

Glacies, quasi *Gelacies*, à gelu. Apul. de mundo: *Glaciem dicimus humorem, sereno frigore concretum.* Et sic etiam describunt sacræ literæ. Jobi 38. 30. *Tanquam lapide aquas abscondentes se, quum superficies abyssi concrescit.* Metaphoricè glacies vocatur *thorax*, aut etiam *cutis*. Eccles. 43. 22. παγήσεται κρύσταλλος ἀφ' ὕδατος ἐπὶ πᾶσαν συναγωγὴν ὕδατος καταλύσει, καὶ ὡς θώρακα ἐνδύσεται τὸ ὕδωρ. Sidon. carm. 5. *Frange cutem pendentis aquæ.* Fortunat. l. 12. carm. ult. *Et densata gravem vestiit unda cutem.*

A gelu fit *gelidus*: qua forma tepidus, albidus, calidus, & alia flectuntur. *Egelidus*, i. e. extra *gelu*, ubi frigus remittit. Catul. carm. 47.

Jam ver *egelidos* refert vapores. Ovid.

Egelidum boream, *egelidumque notum.*

Etiam Celsus τῷ frigido *egelidum* alicubi opponit, ut signate l. 6. c. 8. At contra videtur Virg. uti l. 8. Æn.

Ut procul *egelido* secretum flumine vidit.

Ubi & Servius, egelido, i. e. *nimium gelido*. Ut ita gemina significatio τοῦ *egelidi* appareat. Philargyr. ad 4. Georg. E, ait, & adjicit & adimit. Ad diversa tamen id ratione

putem

putem fieri. Ut scilicet τὸ E, & Ex vel separationem, disjunctionem, στέρησιν notet, & idem sit quod à, extra, ἔξω, item non: quomodo *egregius* est è grege extra gregem; *effluo*, extra fluo. Vel notet τὸ ἐξ ὃ aliquid consuevit fieri, aut saltim hujus ἀναλογίαν & similitudinem. Ita ventus *egelidus* erit, quasi ex ipso frigore aut gelu conflatus: *Edura* pyrus, h. e. valde dura, interpr. Servio: quasi ex ipso duro vel duritie ea sit: Ut ita αὔξησις quædam sit.

Glamæ & *Gramiæ* sunt vitia oculorum. Græc. est λήμη & additione τυγλήμη, Æolice γλάμα. Hinc *glamæ*, *gramiæ*. Λημαλέ@, γλημώδης: gramiosus, lippus. Λήμη, *lema*, sordes oculorum. Item *lama*, ap. Fest. i. e. collectio aquarum. Gloss. Lamæ πηλώδεις τόποι. Sed & *Lamia*, à rubore & sordibus oculorum denominatur, i.e. venefica, à λήμη. Nam ex oculis de affectu animi, aut moribus facile capitur judicium: de oculis vero incantricum, quod rubeant & sordescant, quis non audiit? Maro alludit: *oculus* fascinat agnos. Et hoc magis placet, quam istorum conjectura: quasi *Lamiæ*, λαμίαι, vocentur, propter similitudinem aliquam, quæ ipsis sit cum Lamiis antiquorũ. Horum enim Lamiæ spectra & phantasmata erant, formosarum mulierum specie cum insigni splendore apparentia, quæ sese amore juvenum captas mentiebantur, & cum ipsis conversabantur, dum eos perderent, atque devorarent. Quoniam ergo sagæ nostræ non quidem spectra sunt: sed cum spectris convivantur, colludunt, negotiantur, libidinem exercent, ac infantum nonnunquam succos expetunt, Lamiæ sunt vocatæ: *Th. Erast.* de Lamiis. Etsi autem λαμία etiam antiquitus significat φάσμα sive spectrum; tamen id non adeo quadrare multis videatur ad anus veneficas, quæ non tam cum spectris, quam pharmacis & characteribus rem habent. Nostra sententia innititur signo & receptâ ubivis opinione. Interim Λαμία, *Lamia* ap. autores etiam alia notat. Λαμία piscis è planorum genere: Λάμια Oppiano: Σκύλλα Nicandro. Porro Hesych. Λαμία θηρίον. Suid. Λαμία fera, ἀπὸ τοῦ ἔχειν μέγαν λαιμὸν, quod habeat magnum guttur. Vet. Biblior. interpres Hebr. לילית per *Lamiam* vertit: alii

per

per *ſtrigem*, Jeſ. 34. 14. Quam varient hîc autores: Plin. l. 9. c. 24. Nicander Coloph. ἐν ταῖς γλώσσαις, Diod. Sicul. l. 20. Strabo l. 1. Apoll. l. 4. Duris amius Libicor. l. 2. Plutarchus initio libri περὶ πολυπραγμοσύνης, alii: hiſtorico ignotum eſſe non poteſt.

Glans, quaſi *blans*, *balanus*, à βάλανος. In Gloſſ. *Glans*: βάλανος. Vox Græca oritur ex Hebr. בְּאֵלוֹן, h. e. *in quercu*: ut in qua βάλανος naſcitur. Quid ſit *myrabalanus* docet Cluſ. hiſt. Arom. l. 1. c. 27. Ad verbum ſonat, Nux vel glans unguentaria. *Juglans*, quaſi *juſtæ glans* & eſui accommoda. Vel quaſi *Jovis glans*, ap. Macrob. l. 3. Sat. 8. & Cajum JCtum. Sicut enim *Jupiter* eſt *Jovis pater*: ita *Juglans* Jovis glans: manifeſta ἀναλογία. Græcis κάρυον βασιλικὸν, i. e. nux baſilica, quaſi regis aut *Jovis* nux. Quia enim Jovi quercus, eſculus, fagus, ſacræ erant arbores: eidem multo magis & juglandem referebant acceptam ut quæ aliis præſtaret. Plin. l. 15. c. 22. *Sunt, qui honori nomen interpretantur, & Jovis glandem eſſe dicunt.* Et Matthiol. in l. 1. c. 141. Dioſc. Cum homines primum glandibus tam diu victitaſſent, inventa tandem arbore, quæ nuces ferebat, deguſtato nucleorum ſapore, horumque dulcedine mirum in modum allecti, nuces Jovis glandes ob excellentiam appellavere. *Hæc ille.* Sed & caſtaneæ (κάστανα) ap. Græcos vocantur διὸς βάλανοι, Jovis glandes, ap. Theophr. & Dioſc l. 1. c. 122. Eadem de cauſa. Nam (ut ſcribit Galen. l. 2. de facult. aliment.) caſtaneæ omnium glandium ſunt præſtantiſſimæ. A *juglans* ducitur etiam *Jugula*, ſtella Orionis: ἄστρον ὠρίων, ut habet Gloſſ. ita dicitur quod amplior ſit cæteris, quam nux juglandis, Feſt. *Orion* ὠρίων. Quibusdam quaſi *Urion*, ab οὐρεῖν. Ex eo *nimboſus*, poetæ. Et Ovid. 5. Faſt.

Hunc Hyreus, quia ſic genitus, vocat Uriona.
Perdidit antiquum litera prima ſonum.

Aliis ab Heb. אוֹר *or*, lux. A Rad. אוֹר illuxit. Item חֶרֶס, *cheres*, eſt coruſcatio, ſplendor, Sol. Unde item *Horus*, ὧρος. Macrob. l. 1. Sat. c. 21. ap. Ægyptos Apollo, qui

est sol, *Horus* vocatur, ex quo & horæ 24. quib. dies, noxque conficitur. Sane credibile est, Judæos multa cum Ægyptiis vocabula communicasse; non secus atque ritus & particulam sapientiæ, ac religionis. Ab ὥρος est *corusco*. Aut ab isto Hebr. חֹרֶס, quod sane ἀστράπτουσι. Sed & quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, *horæ* vocantur. Gloss. Ad *annum*, εἰς ὥρας. Inde etiam ὥρα Latinis *tempestas* dicebatur. In legib. Decemuirum Atticis: *Sol occasus suprema tempestas esto*. Græce enim scriptum fuit: ὁ ἥλιος ἐπὶ τῶν ὀρῶν ἐσχάτη ὥρα ἔστω. Scal. c. 98. L. L. *Hora*, ὥρα, habet *horarium*, cum diei partem significat. At Græci quaternas anni partes sic appellarunt. Unde Latini *Hornum*, quod hujus anni esset, neque in alienas transisset ὥρας anni sequentis. Horat. vocat *hornum* vinum. Ep. 2. & *hornam* frugem 3. od. 23. quod Cic. frumentum *hornotinum*. *Horaum*, salsamenti genus ex Pelamyde pisce. Dicitur non à tempestate, sed à veris tempore, quod tum salsamentum istud fieret, ὡραῖον: Turneb. l. 2. c. 23. Interim ὡραῖον (ab ὥρα) propriè est *tempestivum*. Plin. vertit *æstivum*: l. 11. c. 14.

Glaucus, γλαῦκος, γλαύκιος. Γλαὺξ ulula, noctua. *Glaucoma*, γλαύκωμα, γλαύκωσις. Cels. l. 6. nominat *suffusionem*: Græci ὑπόχυσιν: Plin. semper *glaucoma* vocat. Plaut. Mil. Glor. liberius dixit *Glaucomam*: & de oculis. Ita ejus verba habent; Glaucomam ob oculos objiciemus.

Gleba, frustum terræ durius. βῶλος γῆς, ut exponit Gloss. Isid. l. 16. orig. c. 1. facit *à globus*: non inscitè: cum *glebam* ad globi figuram accedere quodammodo, videamus. Etiam κόλλαβος ap. Suid. est μικρὸς ψωμὸς, i. e. parvum frustrum: ut ita *gleba* quasi *cleba* videatur dicta.

Glisco. Fest. *gliscere crescere est*. Hoc verbo admodum delectatur Tacitus. Græc. γλίχομαι est origo nostri verbi, quod significat appetere. Signatissime ap. poetam: Turni violentia *gliscit*. Quia crescebat & præceps ferebatur. Scal. in Theoph. de pl. Et γλισχρὸν est lentum, viscosum tenax. Γλισχραίνω, lentum reddo. Γλίσχρων, cupitor, ἐπιθυμητής.

Glumus

Glumus; nomen vitii in plantis, λοπᾷν, quia λόπος cortex est, & squama. *Deglubere* an verbum. Unde *glumus*, *Glabrum*, cum deglubitur radix. Hoc in plantis vitium nomen ap. Latinos non habet. At in pecore habet. Ovis enim *glabella* dicitur, *Apica*. Scal. in Theoph. de pl. *Gluma* (inquit Fest.) *hordei tunicula: dictum quod glubatur è d granum. Unde & pecus glubi dicitur, cujus pellis detrahitur.* Cæterum *Apica*, ἄπεκος. i. e. glabra. A πέκος ἢ πέκος. Sed τὸ λέπω est decortico (ut loquitur Plin.) putamen detraho. Inde & *Lepidium*, λεπίδιον: herba, quæ squamas, & maculas faciei abstergit. Aliis *glubo*, *glabrum* fit à γλύφω, γλάφω, i.e. sculpo, fodio, abscindo. Ab Heb. גָּלַב, *gallaf*, *glaf*, i. e. tonsor, qui abradit & facit glabrum. Nec procul à γλύφω distat *culpo*, *sculpo*: parum mutatis literis. Porrò *glumus*, seu *gluma* differt à *glomus*: de quo dictus Scal. c. 31. Ll. *B* mutatur in *M*, *globus*, *glomus*. Malim tamen Heb. גָּלַם, *galam*, *glam*, i. e. glomeravit, volvit in glomum, seu globum. Ex quo & *Chlamys*, vestis ita convoluta. Nomen est גְּלוֹם, i. e. glomus, χλαμῦς, pallium, vertente Buxtorfio. De chlamyde legatur Jan. Guilielm. quæst. Plaut. & Lips. l. 1. Elect. c. 25. Item גֹּלֶם *golem*, est glomus, massa informis in matrice mulieris fœtæ, item involucrum. Ps. 139. 16. גָּלְמִי, i.e. in volucrũ meum viderunt oculi tui. LXXII. Ἀκατέργαστόν μου: ut & Pagnin. *imperfectum* meum. Tremel. vero *massam* meam, vertit. *Glutire*: unde *Gluto* ap. Pers. *Nec gluto sorbere salivam*—

Deglutire compositum usitatius simplici. Augußt. in l. de Gram. Helvo, qui & *Glutto*. Gloss. *gluttit*, ἐγχάπτει. *Gluttus* βρόγχος: Inde *gluttire*, *glutire*. Casaub. *Gluttus*, ficta vox per onomatopœiã. Nam *Glut* est imitatio soni, quem edit liquor, per angustũ tramitem means. Hæc ille. Etiam *singultus* & *singulto* videtur ejusdem respectu soni ficta: quasi *singlutus*, *singluto*. Sil. l. 2. *singultantem animam* dixit. Et talis auditur sonus, quando è motu ventriculi corrupto, nec non inter crebriores lacrimas *singultũ* edimus. Perot. *à gula singultus, quod fere in gula fiat.* Addet singultus, quasi *songultus*: quasi *sonus gulæ*. Quod priori

etymo satis respondet. Martin. *Malo, quod motus ille & sonus singulatim fiat per intervalla*: quasi singultus fiat à fingulus. At prius etymon merito huic præponitur.

Gnatho, à malorum officio, γνάθων: γνάθος est mala bucca. Gloss. *Buccones*, παράσιτοι. *Parasitus* à παρὰ & σῖτος, ad verbum cibi assecla. Latini carent tali appellatione. Ni sit *adulator* ab aula scilicet, vel olla. Scal in comœdia *Ceparum*, posuit nomen novum *cœnaturionis*. In oratione contra Sallustium, est assecla mensarum. Sen. epist. 123 *Cœnarum bonarum assectator* Gr. τρεχέδειπνος, ἐπαινόδειπνος, ψωμοκόλαξ. Gloss. *assecla* παράσιτος. Et Isid. *Assecla*, buccellarius. Juven. Sat. 3. *perpetui comites, notæque per oppida buccæ*. In Horat. & Plauto, *umbra*, Græc. σκιά, ap. Plutarch. symp. 7. qu. 6. Item Cap. a. 1. f. 2. *profundus*, quod impleri non possit. Et *Profundus* veterib. dicebatur Venter Ita *curgulio*, à gula. Hinc Plautus comœdiæ nomen indidit. quæ fraudem parasiti depingit. *Parasitaster*, qui haut magna cum re parasitatur: & quia agit, sive imitatur parasitum, citra parasiti modum est, ait Scal. c. 95. L L. Etiam hic notetur, quod olim nomen *prasiti* fuerit venerabile & sanctum: ap. Polluc. l. 7. c. 7. Athen. l. 6. c. 6. 9. & in eumdem Casaub. *Prasiti* enim Græcis quondam ita appellati, quos Romani in superstitionum suarum ritibus *viros epulones* dixerunt, ut notat ibi Casaub. Ap. Syracusios Cetes colebatur σιτὼ, *Sito*, ut scribit Athen. ob σίτου, i.e. frumenti curam. Σῖτος ab סָעַד, i. e. paxit, fulcivit.

Gnavus, prius est, quam *navus, navare*: quippe à γνάφω, γνάπτω, κνάπτω, quod est carpendo, vellicandoque expolio, carmino. Proprium fullonibus. Igitur γναφεὺς, seu κναφεὺς, i. e. fullo, nostrum genuit vernaculum **Knappe.** Alii à *nave* supicantur fieri, ut sit celer, strenuus. At melius à κνάπτω. Gnavo opponitur *ignavus*, quod notat στέρησιν. At κνάπτω manat à κνάω, item κνέω, κνῆμι, quod est rado, scindo, polio: κνήθω, scalpo, frico. Hinc *cnason*, i. e. acus, quia mulier caput scalpit. Estque formatum more Tarentinor. κνάω, κνῶ, κνάζω, κνάζων, & Latine *Cnason*.

Gom er

Gomer, filius Japheti. גֹּמֶר à Rad. גָּמַר, i. e. finiit, perfecit. Habitavit in regione ſeptentrionali: à quo orti, & appellati ſunt *Cimmerii*, qui ad Pontum habitarunt, ſub cœlo craſſo & nebuloſo. Ex eo *cimmeriæ* tenebræ dicuntur, pro denſa caligine. Hi poſtea ſunt dicti *Cimbri*, quadam literarum mutatione. Id nomen retinent hodie Holſati, Sleſvicenſes, item Cimbrica Cherſoneſus, quæ eſt Dania. Nec non Sicambri, qui hodie ſunt Geldrienſes & Clivenſes. Audiamus etiam quid ſcriptitent Tremell. & Jun. in Gen. 10. 2. *Gomer* ſeptentrionalē tractum obtinuit præ fratrib. ſuis occidentem verſus, ut tum ex liberor. ſedibus cognoſcitur v. 3. & Ezech. 38. 6. tum ex *Cimmeriorum* appellatione à quib. interiorem Aſiæ partem fuiſſe poſtea poſſeſſam narrat Herod. l. 4. i. e. (ut Joſeph. narrat) *Galatiam*: cum à ſuo ſolo interventu Scytharum pulſi profugiſſent. Hinc *Cimmerii*, montes ſupra Albaniam, & in Phrygia opidum *Cimmeris*, & *Cimmerius* boſphoros & in ultimo ipſius oſtio *Cimmerium* opidum, quod antea *Cerberion*, fuiſſe vocatum dicit Plin. l. 6. c. 6. Etſi mihi quidem videtur in eo loco deceptus Plinius vocis homonymia. Nam duplex fuit *Cimmerium*: unum Tauricæ Cherſoneſi, transfertum, in ipſo ore Boſpori ut loquitur Mela l. 1. Geog. c. 21. alterum juxta lacum *Avernum* quondam in Campaniæ agro, cujus meminit Plin. l. 3. c. 5. *Cerberion* a. non illud Tauricæ fuit appellatum: ſed hoc Campanienſe propter inſalubritatem loci, quam efficiebat Avernus graviſſimo odore aquæ ſulfureæ. Qui autem *Cimmerii* ante vocabantur, iidem *Cimbri* degenerante nomine fuerunt appellati. Videatur etiam Cluv. l. 3. Germ. antiq. c. 22. Gorop. de orig. Cimerior. ita l. 4. ſuo more: Strabo (inquit) Diodor. Plutarchus eosdem *Cimmerios* & *Cimbros* eſſe putant. Quidam Cimmerios dictos eſſe arbitrantur, quaſi *Chimerios*, i. e. hibernos: quam rationem Proteas Zeugmatites tuetur. Feſtus de Cimbris & Cimmeriis in hæc verba ſcripſit: Cimbri lingua Gallica *Latrones* dicuntur: *Cimmerii* homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt. Martial.

Si daret auctumnus mihi nomen, Oporinus *essem:*
Frigida si brumæ tempora, Chimerinus.

Fuerunt, qui pro Cimmeriis, *Cemmerios* scriberent, à caligine, quam κίμμερον vocant, quod in perpetuis tenebris habitarent. Longius originem Eustathius quæsivit, dicens Cimmerios, quasi κειμένους ἐν τῷ ἀέρι, i. e. caligine. Alii *Cerberios* dixerunt, in quorum numero fuit Crates, quod loca tenerent *Cerbero* vicina. Est vero **Cumber** vox in usu frequenti, i. e. impedimentum, vel onus grave. Componitur è **Cum/** i. e. vix: & **Ber /** i. e. fero, unde **Bare/** vel **Bery/** i. e. feretrum. *Cumber* igitur ab eo, quod vix tolerari potest, ad omnia fere onera atque damna transiit. Atque æque *Cummer* atque *Cumber* pronunciatur εὐφωνίας gratia. Hinc fortasse allusione vocum *Cimber*, *Cumber* nominatus est, eo quod intolerabilis & damnosus vicinis esset, propter rapinas & latrocinia. Hæc ille. E quibus facile apparet, quam feliciter omnia ad ἰδίωμα Germanor. revocet.

Gorgon, à terribili adspectu, γοργῷ. Nam & velox & terribile est τὸ γοργόν. Hinc *gorgoneus* vultus: *gorgonei* oculi: *gorgoneus* anguis, i. e. truculentus. In Gloss. *Agilis* exponitur, γοργός.

Grabatus, κράβατος, κράββατος: παρὰ τὸ κρεμᾶν τὰς βάσεις, à suspendendo gradu. Qui enim pensibilib. lecticis incumbunt, vel sedent, pedib. terram non attingunt. Hesych. σκίμπους est κράββατος σκιμπόδιον εὐτελὲς κλινίδιον μονοκοίτιον. In *Agell.* l. 19. c. 10. offendo, *Cubantem in scimpodio Graciensi.* Catul. de Varri Scorto 10. *Fractum qui veteris pedem grabati. In collo sibi collare posset.*

Gracilis, nomen verbale: ut labilis, mobilis, stabilis, futilis. *Agracere,* aut *cracere,* ap. Enn. Ab Heb. רָזָה, *rasab,* emaciavit, gracilẽ reddidit. רָזִי macies, gracilitas, ἰσχνότης.

Graculus, à garrulitate. Est enim loquaciss. genus & vocib. importunum. Isid. l. 12. c. 7. *Addam his & similia nomina. Pavo,* ait idem ibidem, nomen de sono vocis habet. Jos. Scal. fit *à* Græco ταώς. Malim vero utrumque

ab

ab Heb. יָפָה, *japhah*, *pah*, ob insignem ejus avis pulchritudinem ac decus. *Ciconia*, à sono quo crepitant Isid. l. 12. c. 7. Ambros. 5. Hex. c. 16. Græci vocant πελαργὸν, ab albo nigroque pennarum colore. Inde ἀντιπελαργεῖν, quod Scal. vertit *Reciconiare* l. 1. Epidorp. Alias metaphorice beneficium rependere est. Quod sensu & ciconia à Pub. Syro & Petron. Arb. *pietati cultrix* dicitur: ubi videantur Erhardi symbolæ. *Picæ*. quasi *poeticæ*, quod verba in discrimine vocis exprimant, ut homo, ait Isidorus dicto loco. Respexit forte ad fabulam de Pieridibus in picas olim mutatis, ap. Ovid.

Martial. l. 14.

Pica loquax certa dominum te voce saluto:
Si me non videas, esse negabis avem.

Perf. in prol. Corvos poetas & *poetrias picas*. Aliis *pica* quasi *poica* à ποικιλίς. In Sat. Petron. *Picabaria*: de qua Joh. à VVouw. in animadv. & adhuc prolixius agit Erhard. in symb. *Furfurio*, quod prius farre in farinam redacto pascatur, inquit Isidorus. Legitur etiam *Farfario*. Varro de re rust. Diebus xx. ante, quam quis tollere vult turdos largius dat cibum, quod plus ponit & farre subtiliore incipit alere. *Crex*, nomen avis Ægyptiis bene notæ, à sono *crex*, *crex*, quem edit, ut scriptores illarum gentium notant. Meminit Arist. κρὲξ l. 9. hist. anim. c. 2. *Palumbes* proprie dicitur *plausitare*, quod verbum alias est à plaudo. Hirundo *drinsat*. Acredula *mitilat*, quia sonus exilior. Anas *tetrinit*. Vultur *pulpat*, ubi Ulenius enunciandum. Sic etiam Guil. Sallust. Bartass. vocem *alaudæ* æmulari studuit. Quod sic è Gallicano vertit *Lermeus* l. 5. Hebdomad.

Ipsa suum *tireli*, *tireli*, *tiretirlire* tractim
Ingeminans secat astra levis dein tramite verso
Ima petens *di*, *di*, *dii* inquit alauda valete.

Similes animalium voces in carmine *Philomela*, quod Ovidianis vulto assutum, etiam visuntur: & tanto illæ meliores, quo rectius sonum à natura cujusque editum exprimunt. Ita ursus dicitur *Uncare*. Lynx *orcare*. Verres *quirritare*. Mus *mintrare*. Mustela *dintrire*. Hircus *mutire*.

Aries *blacterare.* Sed vereor, ut aliquæ harum vocum naturæ bestiarum minus satisfaciant.

Granum, granulum: proprie de seminib. frumentor. Postea de arena, & aliis. Ita etiam a similitudine, *grando* appellata. Granum à גרש de quo ante. Item גֹּרֶן, *goren*, granarium horreum, frumentum. LXXII. etiam vertunt σῖτον Deut. 15. 13.

Grassor, à *grassum* verbi gradior: pro quo usitatum *gressum*, *gressus*. Item ap. Plaut. in Pœnul. a. 3. s. 1. *Grallator*, à gradu magno. Ita *gradus militares* in proverbium abierunt pro gradibus, celeribus. *Gradarius* equus ap. Lucill. pro quo *Manutio*, equus alterno gressu crura molliter explicans. *Adgretus*, pro aggressus, Enn. & Festo. Mars *Gradivus* appellatus est, *à gradiendo* in bello ultro citroque. Ut à noceo nocivus, à satum sativus: ita à gradior gradivus. Sive à vibratione hastæ. Gr. κραδάω, κραδαίνω, i. e. vibro concutio, Fest. Potest Latin. haberi ex Hebr. דרג *damg*, *grad*, i. e. gressus est, incessit per gradus: si literas modo transposueris. Item דָּרַךְ *darach*, est calcavit, incessit.

Gratia, quasi *charatia*. C enim & G στοιχεῖα παρόμοια. Et coaluit postea vox: à χάρις. Quæ ἀλλοίωσις si ferenda: etiam hæc non minus. *Gratia* aut *Gratum* ab Heb. רָצָה i. e. gratum habuit, acceptavit, dignatus est gratia, רָצוֹן benevolentia, studium, gratia. Tantum antepone augmentum & habebis, quod dixi. A gratum, *grator*, & postea *gratulor*: quo gratum nobis aliquid accidere, innuimus. Tuis *ingratiis* Latine dici negat Gifan. Indic. Lucr. Aut errat, aut Plaut. Latine non loquitur, qui habet in Cas. a. 2. s. 5. in Merc. a. 2. s. 4. *Gratuitus* sicut & *fortuitus*, autoritate Horatii contra vulgum, penultima producta. *Ingratum*, à probatis autorib. usurpatur: *ingratitudo* exploditur. Scal. Ex. 317. s. 2. *gratitudo* barbarum est & non necessarium. Non enim reperitur ipsa res in animis mortalium. At *ingratitudo*, ut æque barbara: ita maxime necessaria vox ad significandum id, quod frequentius, quam Sol ipse reperitur. Hæc ille. Multis ergo

Digitized by Google

ἀχαριστία, pro *ingratitudo* : vel pro eodem, *ingrati animi vitium* ponitur. Sed & sunt quibus *ingratitudo*, vigore ἀναλογίας, asseritur : quibus tamen erudita antiquitas non consentit.

Gregorius, i. e. vigil : Latine *Vigilantius*, *Vigilius*. γρηγορέω, i. e. industrius sum & vigil. Ab ἐγείρω. Hujus præt. medium ἤγορα & attice ἐγήγορα, & cum pleonasmo τοῦ ρ, ἐγρήγορα. Unde ἐγρηγορέω & per apocopen τοῦ ε, γρηγορέω.

Grumus, Hebr. est גֶּרֶם, *gerem*, i. e. grumus, frustum, ossa, artus. Verbum est גָּרַם, *garam*, i.e. grumulos fecit, comminuit, in partes minutatim divisit, aut contrivit. Fest. *grumus, terræ collectio minor tumulo*. Gloss. *grumi*, τύμβοι.

Grus, quæ Pygmæo sanguine gaudet avis. Convenit cum Heb. עָגוּר, *Agur* : & cum Gr. γέρανος. *Geren*, γέρην, inquit Æl. Dionys. grus fœmina, *Gerium*, non à γέρανος : sed à γέρας. *Geranium*, herba à rostro gruino. Cæterum vox Heb. & Græca & Lat. facta est à sono illius avis. *Gruere*, est verbum ejusdem soni. Gloss *Congruere*, συνωνεῖν. *Congruere* inde vulgo consentire. Nam grues nunquam solivagæ : & cum volant, certo ordine distinctæ, literam γ, aut λ exprimunt. Id primum Palamedes observasse scribitur. Hinc Avis Palamedis, i.e. grus ap. Mart. Christ. Colerus docet *ingruere* verbum militare esse, & significare, clade afficere. Ut & Serv. ad illud Virg. *ingruit* Æneas Italis. Causam affert, ex Joh. Sarisber. l. 2. c. 13. Grus semper affert, quod expedit : unde & *gruere* verbum ambiguum : à quo *congruere*, quod perficit : ingruere contra quod officit. Unde illud ---- *vitibus ingruit* horror. Verum ista omnia κατ' μεταφορὰν dicuntstr. Prima ac propria notio τοῦ *gruere, congruere, ingruere*, sumta est à sono illo gruis : postmodum alio migravit.

Guberno, κυβερνῶ. Æolenses κυβερνητὴρ & κυβερνάτωρ : qua forma & *verbalia* nostra sunt. Scilicet ut à dictatum dictator : ab aratum arator : sic à gubernatum *gubernator*. In Gloss. est *Guber*, κυβερνήτης : Sed puto, decurta-

tam esse vocem, pro *gubernio* : quod est etiam ap. Isid. l. 19. *Gubernium* pro gubernatore dixisse Laberium in Anna peranna, ait Agell. l. 16. c. 7. Exstat quoque *archigubernius* sive etiam *archigubernus* l. 36. Dig. tit. 1. c. 46. Item *guberna* pro gubernaculis dixit Lucr. Disjectare solet magnum mare, transtra, *guberna*. Lucill ap. Nonn. Proras despoliare & detondere *guberna*. Pro gubernacula. Sic Græci δῶ pro δῶμα. Et sic Ennius, *endo, suam do*, pro domum. Idem : lætificum *gau*, pro gaudium. Idem : altisonum *coel*, pro cœlum. Quod imitatione Græcor. factum est. Primitus τὸ κυβερνᾶ fit ab Heb. גָּבַר, *gabar, guber*, i. e. superavit, gubernavit, prævaluit. Inde & גִּבּוֹר, *gibbor*, est prævalidus, δυνατὸς, quia alios gubernat, fortis, heros gigas, Jes. 9. 6. *El gibbor*: LXXII vertitur θεὸς ἰσχυρός : ut & Aquilæ. Etiam Hieron. & Pagn. *Deus fortis* Oecolamp. *Deus gigas*. Tremell. reddit, *Deum fortem robustissimum*. Nonnullis placet, pro Deus, δύναμις, potentia, virtus : Krafft/Held. Atqui τὸ EL non facile eo modo ὡς ὑποστατικὸν inveniri puto. Hebraicum EL (inquit *Luther.*) in singulari sic significat Deum, ut simul significet etymologiam originis, scilicet fortem : & hæc fortitudo non est illa activa, de qua sequitur in voce *gibbor*, sed substantiva, substantia, quæ est sua natura, firmitas, seu firmitudo. Ideo in translatione nostra Germ. reddidimus, Krafft. *Et post :* Hæc est proprie hujus fortitudinis significatio : Deus est ille fortis, i. e. ipsa substantiva firmitas, & invicta ac stabilis soliditas. *Hæc ille*. Luculentum id vero τῆς θεότητος in Christo testimonium. Tamen adversarii sic legunt & exponunt : *Admirabilis consultor, Deus fortis, pater futuri seculi, vocabit, principem pacis*. Verum τὸ יִקְרָא facile refutat, i. e. Jehova *vocabit*, vel unusquisq; *vocabit* nomen ejus. Vel ὡς ἀπρόσωπον, *vocabitur*.

Gula, Scal. in Arist. hist. de anim. l. 1. c. 18. *Gula à* Latinis invenit Græcam appellationem: quippe à *curvitate* & *cavitate*. Sic etiam γύαλα pocula ap Megarenses : & cavernæ ap Sophocl. in Philoct. *Hæc ille*, *Degulare*, ap. Augustin. etiam : ut *degulator* ap. Isid. l. 10. & Apul. 2 apol.

A *gulu*

A *gula* formatur *ingluvies*, quasi *inguluvies*. Terminatio qualis in proluvies, colluvies, eluvies. Scal. Ex. 241. sect. 2. προλοβὸν Græci, quasi *præcipium*. Quod inferior venter deinceps *capturus* est, scilicet is intercipit. Quod si ex Arist. nesciebas, at Latine poteras ex Columella. Vocant enim ille in pullis *Ingluviem*: Fest. ingluviem. *voracitatem*. Serv ap. divinum poetam, *ventris capacitatem*. *Penga* quibusdam locis Italiæ dicitur, quasi Condus à *reponendo*. Vascones *pappach*, à pappis. Scal. in conj. *ingluvies* à gula dicta: hinc & *ingluviosus*, & *gluto*, *gulo*, *gumio*, *guttur* Id manifesto est à Gr. γόμος, quod significat πλήρωμα τῆς νηὸς, ἕρμα *Saburram* Latini vocant. Itaq; qui nimis se ingurgitant cibo, ita dicti ab eo. Quare & Plauto, saturæ mulieres dicuntur *saburratæ*. Hæc ille. Hebræis vocatur *gula*, maxime affinib. literis, לוֹעַ : à Rad לוע, degulavit, ligurivit. Propius accedit λίχνος, i. e. liguritor, gulo. Si præsertim τὸ ע legas, sicut olim.

Gutta, χυτὴ quasi Chuta. Ejus enim proprium est fundi. Quomodo similiter λιβὰς dicitur à λείβειν, fundere: σταγὼν à στάζειν, stillare: ῥανὶς à ῥαίνεσθαι, perfundi. *Guttus*, χυτὸς, à χέω. Quia vinum & alios liquores *guttatim* fundat: ap. Varr. l. 4. L. L. Agell. l. 17. c. 8. Plin. l. 16. c. 38. *Gutturnium* vas, à guttis, quas excipit Hebræis שָׁפַךְ, i. e. fudit, ἔχεε.

Gymnasium, γυμνάσιον: à γυμνὸς. i. e. nudus. Scal. l. 1. poet. c. 22. à nudis dicta gymnasia: quod nomen hautquaquam convenit literariis ludis. Nusquam enim minus, quam in tam sanctis sodalitatibus nudos agere convenit. Sed, pace tanti viri, scholæ atque Musarum domicilia, non à nuditate sic dicta: sed ut indicentur perpetua exercitia, eaque satis difficilia: qualia fuerunt athletarum, qui ideo, ut etiam nunc operarii solent ac messores, corpora nudabant; aut saltim vestes aliqua detrahebant: quo agiliores fierent & promtiores. Neque γυμνάζειν, γυμνασία, γυμνάσιον, nisi pro exercitiis, aut loco istorum, facile, quantum scio, inveniuntur. Et ipse idem Scal. de Insom. consentit: ἐπιγυμνάζεσθαι. Τὸ ἐπὶ significat, præ-

ter deambulationem etiam exercitationes, quas nudi magna ex parte faciebant. Unde & nomen. Quanquam etiam in vestibus currebant, & in πανοπλίᾳ, sicuti qui pyrrhicham saltabant. Hæc ille.

Gymnocritbum, γυμνόκριθον, non est, quod vulgo *scandella* in Italia dicitur, ut censuit Jul. Alexandr. sed potius hordeum nudum & decordicatum: ut nomen indicat, cum in se contineat nomen, κριθῆ: quod & Joh. Gorræo probatur. Istud est, quod à Columell. l.2. c. 9. *hexastichon* & *Cantherinum* dicitur: ἑξάστιχον, quia spicam fert, quæ sex ordines complectitur. *Cantherinum*, quia folliculo *castratum* nascitur, ut exponit Ruell. l. 2. c. 16. quod nomen ductum est à similitudine quadam ab equis *castratis*, quia quod semine carerent, *Cantherii* vocabantur, Catone & Varr. autorib. Vel, ut Columellæ verbis utar, quia & alia animalia quæ ruri sunt, melius, quam triticum; & hominem salubrius, quam malum triticum pascit. Cæterum Græcor κανθήλιος & κάνθων non longe abit à significatu *Cantherii*. Est enim asinus, item equus, aut generatim quodvis jumentum. Ap Fest. *cantherius* est eqvus, cui testiculi amputantur. Lips. in epist. 58. Senecæ exponitur *eqvus sectus*. Gloss. *Cantherius*, καβάλλης μηχανικός. A κάνθω est *Cantharus*, i. e. poculum, e quo bibimus. Ita dictum à similitudine ac figura Scarabæi. Nam primo ac proprie Cantharus, κάνθαρος, est scarabæus. Plin. l. 11. c 28. Gignitur enim è stercore κάνθωνος. Suidas ducit ex κάνθων, i. e. ὄνος: & ὀρὸς vel θορὸς, quod est σπέρμα. Vel quod ἐκ τῦ κάνθωνος ὀρύει. *Cantharis*, κάνθαρις: simile animalculum. Plin. l. 18. c. 17.

H.

HAbena, lorum, quo equi cohibentur, ab *habeo*. Cujus origo alia fortean non est, quam ab ἀφὴ, ἄπτω. Aut potius ab Heb. יָהַב, *jehab*, *hab*, i. e. habuit, adhibuit, tradidit Interdum sumitur pro *habito*, è Nonio. Afran. Sallust. aliis. Nec temere: cum hoc sit ab illo, tanquam frequentativum. Plaut. Truc. act. 2. s. 4. Nam mihi hæc meritrix, quæ hic *habet* Manutius notat in Cice-

Cicerone bis eo modo legi. *Habito* melius cum accusativo.

Virg. 2. Eclog. *Habitarunt dii quoq; silvas*. Idem ibidem:

Atque humiles habitare casas ———

Servius: sane melius, *habito* illam rem, quam *habito* in illa re, dicimus. Nam etiam principalitas hujus verbi frequentativi, accusativum regit: ut *habeo* illam rem. Inde fit, *habito* illam rem. Ut à gemitum, gemitus, à ductum ductus: sic ab habitum *habitus*, h. e. qualitas ac status, qui *habetur*. Gloss. *habitus* χέσις ἕξις: itidem à χέω & ἔχω. *Habitior*, i. e. pinguior, Verr. Flacc. qui *bene habet*. Ter. Eun. a. 2. sc. 3. quæ *habitudo* est corporis? Et: si qua est *habitior* paulo, pugilem esse ajunt. Ab *habeo*, *præbeo*, quasi *præhibeo*. Pariter Græcis est παρέχω. *Præbitum* quasi *præhabitum*. Plaut. Menæch. ancillas, penum, recte *præhibet*. Sic *Probi* ap. Fest. quasi *prohibi*, qui se à delinquendo *prohibent*. Virg. 1. Georg.

Labor omnia vincit Improbus.

i. e. qui non inhibetur, ὁ ἀπαρακώλυτος. Quam vocis proprietatem Interpretes sequuti non sunt. *Inhibeo* est totum verbum nauticum (inquit Cic. 13. epist. ad Att.) Arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges jussi. Atqui tam etymon, quam usus laxæ significationis esse ostendit. *Inebr* dicitur quasi *inhiber* ab *inhibendo*. Gloss. *Enibra*, ἐναλία. *Enibrum*, πράγματος ἐπιλαβεῖν. *Aves enebræ* (aut *inebræ*) ap. Fest. quæ in auguriis aliquid fieri *prohibent*. Isid. l. 12. c. 7. eædem aves dicuntur *inhibæ*, quod inhibeant. *Debeo*, à de & habeo: debitor enim non habet, sed habuit: *Debilis* à debeo; ut labilis, stabilis, facilis formatur. *Redhibeo*, à re & habeo, D. interjecto εὐφωνίας ἕνεκα: ut redintegro, redamo. Ulpian. l. 1. ad Edict. ædil. Curul. *Redhibere* est facere, ut rursus habeat venditor, quod habuerit: & quia reddendo id fiebat, iccirco redhibitio est appellatio, quasi redditio. Hæc ille. At vero hoc posterius non commode: & forte non tam originem, quam modum redhibitionis, ut quæ reddendo fiat spectavit. Alias *redhibitio* factum est, ut exhibitio. A cohibeo est *cohibum*, quasi *cohibitivum* Gloss. *cohi-*

Digitized by Google

Tobibum, χάλυξ, *Conibum*, χάλυξ ῥόδυ μεμικώς. Postea *tobibum*. κατὰ μετάθεσιν *cobum*, i.e. lorū, quo temo buris cum jugo colligatur, Varr. *Habeo* Græcis est ἔχω, & inusitat. ὀχέω: fit ab Heb. אָחַז, i.e. tenuit, habuit. A Græco plurima veniunt *Hecticum*, τὴ ἕξει, vel habitu paratum, durabile: & à medicis ἑκτικῶς usurpatur. *Schema*, σχῆμα est habitus, prout res se habet Hesych. *Schema*, πλάσμα, ἱματισμὸς, διάθεσις. Plaut. in Amph. Servilem *schemam*, liberius dixit. Πλεονεκτέω est plus habeo. Πλεονεξία est pluris vel amplioris possessio Ex accidente notat, plus habendi aviditatem sive avaritiam. 2. Cor. 9. Ὥσπερ πλεονεξίαν. Vet. Interpres, *tanquam avaritiam*. Erasm. *fraudationem*. Beza, ut *extortum aliquid*, vertit. Si vero Græcum penitius inspiciam & τὴν εὐλογίαν, quæ antecedit & τῇ πλεονεξίᾳ opponitur; malim interpretari tenacitatem, habendi cupiditatem, avaritiam. *Castellio* autem, qui *profusionem* exponit, nullo loco habendus est: cum ea duo vitia, profusio & tenacitas, adversissima sint.

Hæresis, αἵρεσις: ab αἱρέομαι. Ab eligendo, quod quisque eligat, quæ sequatur vitæ instituta, ut fuerunt Philosophor. sectæ. Tertull. de præscript. adversus hæret. *Hæreses dictæ Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis sive ad instituendas sive ad suscipiendas eas utitur*, Ite ap. Judæos septem fuerunt hæreses: quod Epiphanius notat & Sigon l. 5. c. 11. de Repub. Heb. Nempe Sadducæi, Scribæ, Pharisæi, Hemerobaptistæ, Nazaræi, Osseni vel Essæi, & Herodiani. Legatur tamen simul Casaub. Ex. 1. sect. 9. contra Baron. Scal. l. 6. de emend. temporis. Fuller. l. 1. Misc c. 3. & l. 4. c. 3. Αἱρέω à בָּחַר, i. e. elegit.

Hagar, הָגָר, nomen ancillæ, quod è Bibliis notum. Inde *Hagareni* populi: nunc *Saraceni*, corrupte· ה enim, ut ap. Græcos iste spiritus, aliquoties in sibulum abit: uti vulgo putant. Sed erudite *Waserus*: Hagareni, inquit, ab ipsis etiam veteribus Arabibus vocantur, *El-Hegarin*, vel *El-Magherin*; ab Hebr. *Hagrim*. Sane psalmor. paraphrastes Arabs Ἀγαρηνοὺς vertit *Mahgerim* vel *Mahgarin*, in

in Pſ. 83. Inde μαγαρίζειν ap. Cedrenum eſt μαομεθίζειν: & μαγαρισμός eſt μαομετισμός. Aliud tamen eſt *magar* ap. Turcas, qui ita Hungaros vocant. *Saraceni*, quos Σαρακηνοὺς vertunt Græci, Arabibus dicuntur *El-Sarak*; quæ vox ſignificat furaces, ληστρικοὺς καὶ νομαδικοὺς: quales ſunt, qui Turcis dicuntur *Coſaki* Tartari, quales *Martoloſſi*, quales *Bandolieri* in Pyrenæis. Et certe Arabes rapinis etiam nunc hodie victitant, ceu genus hominum vagum καὶ νομαδικόν: à quibus ideo ortum adagium: *Ut Arabs in deſerto*. Jer. 3. 2. & Ezech. 38. 13. de latronib aut prædonibus ex graſſationibus, & latrociniis viventib. & vias obſervantibus, qui proprie ſunt, quos *Iſmaelim* idem Pſalmus vocat, & Moſes in hiſtoria Joſephi venditi à fratrib. Epiph. Σαρακηνοὶ, οἱ καὶ Ἰσμαηλῖται προσαγορευόμενοι ἔχουσι. Hinc apparet, *Saracenos* dici non à Sara, Abrahami uxore. *Et poſt*: Arabes dicti ſunt ab Heb. voce *herab*, veſpera, quæ dicitur à miſcendo ſeu commiſcendo: quia tunc lux tenebris miſcetur. Tropice eſt mixtura variorum populorum, turba miſcellanea Jer. 15. 20. 24. Ubi Kimchi ſcribit Arabes vagos & mixtos, *habitantes tabernacula*, intelligi, qui, ob id Plinio dicti *Scenitæ*, paſtionibus inprimis vacabant. Hæc ille. Legatur etiam Full. l. 2. Miſc. c. 12.

Halcedo: quur enim Euſtath. H. negligat, non video. Ab ἅλς & κῆυξ, quod ſit avis marina. Aut ab ἀλκυὼν, *Halcyon*, quod ſit ἁ' κύω: quoniam pullos in ſcopulo maris pariat. Plin. l. 10. c. 32.

Halec, non *alec*, vel *alex*, ut malunt aliqui. Ab ἁλιεὺς: ἅλς, mare, ſal: quo gaudet & maceratur. *Haleces* quidam dicere trepidant: cum *ſoles* & *lunas* & *mundos* & *Phœnices* admittant: nempe *ſingularia*, & τῷ ἀριθμῷ τούτῳ. Aliud tamen eſt, quando *ſoles*, pro diebus, ſumuntur. Quando ſenſu Philoſophico diſſeritur, an plures ſint *mundi*, quam unus? Cic. 1. de Nat. deor: Qvur non ſexcenta millia *mundorum*, ſed innumerabilia auſus es dicere. At vero & neceſſitas *Haleces* dicere omnino jubet: ſcilicet ob multitudinem. Nec abeſt autoritas. Scal. in Ex. multitudo *halecum*. Euric. Cordus 2. epig. Quod tres *haleces* dixi, me Sexte reprendis.

Hali-

Haliaetus, & *Haliatus*, ab ἅλς & ἀετὸς, Jonice αἰετὸς: Latine *Aetus* ex ἀέρος. Scal. Ex. 23. Idem Falco, Nisus, Haliætus, è Virgilii pulcherr. poemate. Nisus enim in Haliætum; eo canente mutatus est. *Nisus* ab Avenario & Schindl. dicitur à נצ LXXII ἱέραξ. A נָצָה, volavit. Scal. in Ceirin. Virgilii: *Haliaetum* eandem & *Nisum* facit. Fere omnes invasit opinio. *Cirin* esse alaudam nostram, uno cristæ argumento: Nisum vero accipitrem. Quin & veteribus persuasum video. Nam in pervetusto Gloss. inveni: *Circum* ἱέρακα· ἐπὶ δὲ ὄρνεον μεταβληθείσης τῆς σκύλλης τῆς νίσου μεγαρέων. Frustra. Nam & accipiter non est è genere aquilarum, ut haliætus. Et *haliaetus*, ut ipsum nomen indicat, marinas & palustres aves venatur. At *alauda* non est marina avis. Tametsi audio, nescio quas marinas alaudas in Aremoricis inveniri. Esto. Non convenit alauda cum descriptione *Ciris* nostræ. Deinde quis nescit alaudam κορυδαλλίδα esse? Quid ergo opus est κεῖριν vocari? Non est ergo *alauda* nostra. Itaque nec *haliaetus* accipiter. Quare cum parente meo puto Cirin eam esse, quam *Egrettam* vulgo vocamus. Neque obstet plumarum varietas, quæ hic ei attribuitur, non magis sane, quam Cygno, quem ποικιλόπτερον vocavit Pratinas Philiasius. Egrettam venatur falco. Nam accipritis congressus impar. Ergo haliætus Virgilii est falco noster. Nam alius est Aristoteli. Ut alia echeneis est Aristot. & Plinio: alia Oppiano. Egrettarum cum sint duo genera; alterum cum apice in capite; alterum careat. Hoc, quod caret est Aristotelis λευκερώδιος: alterum κεῖρις. Ap. Plaut. *I nunc, venare leporem, nunc Cirim tenes*: manifesto ostenditur (est autem allusum ex apologo quodam) eum, qui Cirim venari potest, posse & leporem. Quod sane non faceret accipiter. At falco & leporem & *agrettam* seu *egrettam* capit. Hæc ille.

Halo, ἅλως: area circa Lunam: Latinis *corona*. Scilic. à figura illa. Seneca, *coronam* & aream vocat: interdum etiam *circulum*, & fulgorem sidera circumnectentem: l. 1. quæst. Nat. c. 2. Apul. de mundo: *Halo's est cathena quadam luminis clarioris; per solis ambitum in se revertens.*

tens. Sicuti & Aristoteli ad Alexandrum ἅλως dicitur ἔμφασις λαμπρότητος ἄστρυ περιέχων, i.e. edita imago splendoris stellam fulgore suo ambiens.

Halophanea, seu rectius *Holophanta*: quid sit dubitatur. Quidam *Holophanta*, malunt: Gr. ὁλοφάντης, qui omnia ostentet, & mentiatur. Ab ὅλον & φαίνομαι. Ita enim Turneb. l. 11. 5. putat, *Holophantem*, i. e. in omni re impostorem vel qui omnia mentitur. Fest. *Halapanta*, significat omnia mentientem ἀπὸ τῆς ἅλης, i. e. πλάνης, & ἅπαντα. Ad quod Jos. Scal. Ego suspicor Plautum scripsisse *Halopanta* per O: ut παρὰ τὴν ἅλα, simile faceret ut παρὰ τὰ σῦκον factum est sycophanta. Nihil significat *Halapanta*, sed Comice ex tempore lusum est, propter habitum marinum. Et recte hodie in codicib. Plautinis legitur per O. Halophantam. I. Palmerius: ἅλς contumeliæ verbum est, ut *febris*, *vomitus*, *pus*: hinc in Curgul. a. 4. sc. 1. *halophanta*: & Pœnulo, *halagoras*, ceu ἅλς ἀγορᾶς. Etiam Guliel. Canter. in explanatione hujus voculæ multus est l. 4. Nov. Lect. c. 10. At enim quænam istarum opinionum optima? Difficile est agere Palæmonem, & rectam instare viam, ubi tam magni viri diverse abeunt. Interim si & origo, & significatio putetur, malim cum Turnebo facere: ut sit ὁλοφάντης, quasi totus in ostentatione, & mendaciis. Quo sensu tantum abest, ut aliquid textui Plautino decedat, ut plus lucis accedat. Expresse enim ibi vocatur, *Nugator lepidus*: i.e. qui omnia lepide fingat, ostentet, mentiatur. Et Nonius obsuenda mendacia conduci *Holophantam* affirmat. Similiter *Sycophanta* ad verbum sonat *ficiloquus*: qui ficos semper in ore habet, lepidus, item cavillator.

Hallucinor, ab *Hallux*, aut *hallus*, i. e. maximus pedis digitus: i.e. impingo vel illido *hallum*: ab ἀλιεῦσθαι. Gloss. *hallus*, ποδὸς μέγας δάκτυλος. Formatur ut à balbus, balbucinor: à sermo sermocinor. Aliud est *alucinor*, i.e. videndo fallor, à *luce* aberro. Lux enim objectum visus. Lexic. Græcolat. *allucinor* παραβλέπω. Fulgent. in expos. serm. antiq. *Allucinare*, vane somniare. *Allucinatio*, lucis alie-

 natio.

natio. *Allucitæ* somniatores. Itaque quod ab ἀλύω ap. Agell. l. 16. c. 12. minus commode flectatur, indicio aut documento sit compositum illud priscum in Festo, *oblucinasse*, id est, mente errasse. Ad quod Jos. Scal. Manifesto ostendit & *allucinasse* compositum esse. Et ita est. Nam *Lucini* inter eos numerati, qui aliquo oculorum vitio laborant. Plin. l. 11. c. 37. *Ocellæ & Lucini* cognomen injuriæ habuerunt, Hæc ille. Fuere tamen, qui cum S. scriberent *Luscini*. Sed & *Luscus*, *Lusciosus* à luce nominantur, interjecto S. sicuti *cæsna*, *dusmus* erat antiquis: quod nunc cœna; dumus. Illa autem retinuimus τῆς διαφορᾶς ἕνεκα. Nam *Lucus* aliud significat. Itaque *Luscus* dici oportuit. Et *luscus* non nemini dicitur, quasi *Lucisecus*, cui *lux secta* aut ex parte ademta est. Gloss. *Luscus* μονόφθαλμος. Nonius: *Lusciosi, ad lucernam nihil vident.*

Hamaxari, ab ἅμαξα. i. e. currus. Inde verbum ἁμαξεύω. Plaut. Truc. a. 2. sc. 2. *Ut ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovem.* Idem ibidem act. 2. sc. 7. *bonorum hamaxagogæ.* In Satyr. Petronii exstat *Chiromaxion*, χειραμάξιον: quia manibus provehatur: Ubi Scal. in *Arcuma* ap. Fest. & Janus Dousa præcidan. c. 13. legi debet. *Hamaxobius* & *hamaxobita*, ab ἅμαξα & βίος. Plin. l. 4. Nat. hist. c. 12. *Sarmatæ, Græcis Sauromatæ eorumque hamaxobii.* Hor. l. 3. od. 24. *Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.* Sil. l. 3. *Nulla domus, plaustris habitant.* —— Tertull. l. 1. contra Marc. *hamaxobio instabilior.* Faciunt ἅμαξα ab ἅμα ἄγειν: vel ab ἅμα & ἄξων. Malo tamen ducere ab Hebr. עָמַס i. e. onerare.

Hara pro stabulo porcorum, anserum & similium. Etiam origo locum quemvis cœnosum esse arguit. Ab Hebr. חֲרָא, *chora*, חוֹר, חֲרִים, i.e. excrementa, stercus, hara. Ex eodem formatur χράω: inter alia polluo, inquino.

Haurio, ἀρύω, Scal. in Theoph. de pl. *Auster* è siccis locis flans humidus est nobis propter mare, quod transmeat: unde ab *hauriendo* Latin. nomen. Unde ab Hieron.

ron. vocatur Auster *pincerna pluviarum*: quod notat Rhodig. l. 15. c. 7. Quia vero auster è siccis locis flat, ut ajebat Scaliger, ideo benè Joh. Piscat. Nittenav. Palat. ab αὖος siccus: & ῥέω dicitur. Lazicus in rer. Vienn. comment. *Austriæ* nomen recenti seculo natum est, ante annos circiter quadragintos, ab *austri,* ut credo, venti flatu, qui ista in regione frequens est: vel ob similitudinem German. appellationis, Oesterreich (quod verisimilius mihi videtur) quod nomen orientali regnorum suorum limiti Francorum reges indiderant, ceu & occidentali Westenreich.

Haut. Quinctil. ait l. 1 sermo constat ratione, vetustate, autoritate, & consuetudine: Rationem præstat præcipue *analogia,* nonnunquam & *Etymologia.* Quidni ergo nos quoque rationi litemus ante omnia: nec *haud* ex consuetudine scribamus, sed *haut?* Quia, sic pronunciamus, non molliter: quia fit ab *aut,* conjunctione disjunctiva. Nihil enim aliud negatio, quam subjecti & prædicati divulsio. Et Græc. est οὔτι. Lips. l. 3. var. lect. c. 29. Et Scal. c. 22. L L. potius utrunque ficciore elemento scribendum sit, *aut, haut.* Negativæ *haut,* addita est aspiratio differentiæ causa. Græc. fuit αὖτι. Omnis autem disjunctio obtinet vim negationis. Ab aut *autem.* Sicuti ab ita *item.* Et *autem* manifesta quoque distinctionis notula. Græc. νὴ & νὶ, quod cernis in νήποδις est per μετάθεσιν ab אִין, vel אֵין: & Latinor. IN, quando privat. Ibidem: *Adque,* illi dixere, nos *atque.* Sane melior priscorum ratio. Nam & mollior sonus est, & origo servatur. Præpositionis enim vis adhuc manet ut dicamus: Tu *atque* ego: & fit, *Tu & ad te* ego. Sed voluere discrimen esse inter præpositionem & conjunctionem. Ejusdem modi fuit, *sed.* Nam è contrario olim erat, *Se, Et.* Disjungit enim: Tu curris *se &* ego sedeo, Separata enim est actio mea ab opere tuo. Adversatur enim vox illa, SE. *Pap.e,* βαβαὶ & παπαὶ ab Hebr. אֲבַגַּי quod ejusdem notæ.

Hedus, nonnullis ab αἰδώς, i. e. membrum genitiale, quia

Aries *blacterare*. Sed vereor, ut aliquæ harum vocum naturæ bestiarum minus satisfaciant.

Granum, granulum: proprie de seminib. frumentor. Postea de arena, & aliis. Ita etiam à similitudine, *grando* appellata. Granum à גֶּרֶשׂ de quo ante. Item גֹּרֶן, *goren*, granarium horreum, frumentum. LXXII. etiam vertunt σῖτον Deut. 15. 13.

Grassor, à *grassum* verbi gradior: pro quo usitatum *gressum*, *gressus*. Item ap. Plaut. in Pœnul. a. 3. s. 1. *Grallator*, à gradu magno. Ita *gradus militares* in proverbium abierunt pro gradibus, celeribus. *Gradarius* equus ap. Lucill. pro quo *Manutio*, equus alterno gressu crura molliter explicans. *Adgretus*, pro aggressus, Enn. & Festo. Mars *Gradivus* appellatus est, *à gradiendo* in bello ultro citroque. Ut à noceo nocivus, à satum sativus ita à gradior gradivus. Sive à vibratione hastæ. Gr. κραδάω, κραδαίνω, i. e. vibro concutio, Fest. Potest Latin. haberi ex Hebr. דָּרַג *darag*, *grad*, i. e. gressus est, incessit per gradus: si literas modo transposueris. Item דָּרַךְ *darach*, est calcavit, incessit.

Gratia, quasi *charatia*. C enim & G στοιχεῖα παρόμοια. Et coaluit postea vox: à χάρις. Quæ ἀπόδοσις si ferenda: etiam hæc non minus. *Gratia* aut *Gratum* ab Heb. רָצָה i. e. gratum habuit, acceptavit, dignatus est gratia, רָצוֹן benevolentia, studium, gratia. Tantum antepone augmentum & habebis, quod dixi. A gratum, *grator*, & postea *gratulor*: quo gratum nobis aliquid accidere, innuimus. Tuis *ingratiis* Latine dici negat Gifan. Indic. Lucr. Aut errat, aut Plaut. Latine non loquitur, qui habet in Cas. a. 2. s. 5. in Merc. a. 2. s. 4. *Gratuitus* sicut & *fortuitus*, autoritate Horatii contra vulgum, penultima producta. *Ingratum*, à probatis autorib. usurpatur: *ingratitudo* exploditur. Scal. Ex. 317. s. 2. *gratitudo* barbarum est & non necessarium. Non enim reperitur ipsa res in animis mortalium. At *ingratitudo*, ut æque barbara: ita maxime necessaria vox ad significandum id, quod frequentius, quam Sol ipse reperitur. Hæc ille. Multis ergo

ἀχαρισ-

ἀχαριστία, pro *ingratitudo* : vel pro eodem, *ingrati animi vitium* ponitur. Sed & sunt quibus *ingratitudo*, vigore ἀναλογίας, asseritur : quibus tamen erudita antiquitas non consentit.

Gregorius, i. e. vigil : Latine *Vigilantius*, *Vigilius*. γρηγορέω, i. e. industrius sum & vigil. Ab ἐγείρω. Hujus præt. medium ἤγορα & attice ἐγήγορα, & cum pleonasmo τοῦ ρ, ἐγρήγορα. Unde ἐγρηγορέω & per apocopen τοῦ ε, γρηγορέω.

Grumus, Hebr. est גרם, *gerem*, i. e. grumus, frustum, ossa, artus. Verbum est גרם, *garam*, i.e. grumulos fecit, comminuit, in partes minutatim divisit, aut contrivit. Fest. *grumus, terræ collectio minor tumulo*. Gloss. *grumi*, τύμβοι.

Grus, quæ Pygmæo sanguine gaudet avis. Convenit cum Heb. עגור, *Agur* : & cum Gr. γέρανος. *Geren*, γέρην, inquit Æl. Dionys. grus fœmina, *Gerium*, non à γέρανος: sed à γέρας. *Geranium*, herba à rostro gruino. Cæterum vox Heb. & Græca & Lat. facta est à sono illius avis. *Gruere*, est verbum ejusdem soni. Gloss *Congruere*, συνωνεῖν. *Congruere* inde vulgo consentire. Nam grues nunquam solivagæ : & cum volant, certo ordine distinctæ, literam γ, aut λ exprimunt. Id primum Palamedes observasse scribitur. Hinc Avis Palamedis, i.e. grus ap. Mart. Christ. Colerus docet *ingruere* verbum militare esse, & significare, clade afficere. Ut & Serv. ad illud Virg. *ingruit* Æneas Italis. Causam affert, ex Joh. Sarisber. l. 2. c. 13. Grus semper affert, quod expedit : unde & *gruere* verbum ambiguum : à quo *congruere*, quod perficit : ingruere contra quod officit. Unde illud ---- *vitibus ingruit* horror. Verum ista omnia κατ' μεταφορὰν dicuntstr. Prima ac propria notio τοῦ *gruere*, *congruere*, *ingruere*, sumta est à sono illo gruis : postmodum alio migravit.

Guberno, κυβερνῶ. Æolenses κυβερνητὴρ & κυβερνήτωρ : qua forma & *verbalia* nostra sunt. Scilicet ut à dictatum dictator : ab aratum arator : sic à gubernatum *gubernator*. In Gloss. est *Guber*, κυβερνήτης : Sed puto, decurta-

tam esse vocem, pro *gubernio* : quod est etiam ap. Isid. l. 19. *Gubernium* pro gubernatore dixisse Laberium in Anna peranna, ait Agell. l. 16. c. 7. Exstat quoque *archigubernius* sive etiam *archigubernus* l. 36. Dig. tit. 1. c. 46. Item *guberna* pro gubernaculis dixit Lucr. Disjectare solet magnum mare, transtra, *guberna*. Lucill ap. Nonn. Proras despoliare & detondere *guberna*. Pro gubernacula. Sic Græci δῶ pro δῶμα. Et sic Ennius, *endo, suam do*, pro domum. Idem : lætificum *gau*, pro gaudium. Idem : altisonum *coel*, pro cœlum. Quod imitatione Græcor. factum est. Primitus τὸ κυβερνῶ fit ab Heb. גָּבַר, *gabar, guber*, i. e. superavit, gubernavit, prævaluit. Inde & גִּבּוֹר, *gibbor*, est prævalidus, δυνατὸς, quia alios gubernat, fortis, heros gigas, Jes. 9. 6. *El gibbor*: LXXII vertitur θεὸς ἰσχυρὸς : ut & Aquilæ. Etiam Hieron. & Pagn. *Deus fortis* Oecolamp. *Deus gigas*. Tremell. reddit, *Deum fortem robustissimum*. Nonnullis placet, pro Deus, δύναμις, potentia, virtus : Krafft/Held. Atqui τὸ EL non facile eo modo ὡς ὑποστατικὸν inveniri puto. Hebraicum EL (inquit *Luther.*) in singulari sic significat Deum, ut simul significet etymologiam originis, scilicet fortem : & hæc fortitudo non est illa activa, de qua sequitur in voce *gibbor*, sed substantiva, substantia, quæ est sua natura, firmitas, seu firmitudo. Ideo in translatione nostra Germ. reddidimus, Krafft. *Et post :* Hæc est proprie hujus fortitudinis significatio : Deus est ille fortis, i. e. ipsa substantiva firmitas, & invicta ac stabilis soliditas. *Hæc ille*. Luculentum id vero τῆς θεότητος in Christo testimonium. Tamen adversarii sic legunt & exponunt : *Admirabilis consultor, Deus fortis, pater futuri seculi, vocavit, principem pacis*. Verum τὸ יִקְרָא facile refutat, i. e. Jehova *vocabit*, vel unusquisq; *vocabit* nomen ejus. Vel ὡς ἀπροσώπως, *vocabitur*.

Gula, Scal. in Arist. hist. de anim. l. 1. c. 18. *Gula à* Latinis invenit Græcam appellationem: quippe à *curvitate* & *cavitate*. Sic etiam γύαλα pocula ap Megarenses : & cavernæ ap Sophocl. in Philoct. *Hæc ille*, *Degulare*, ap. Augustin. etiam : ut *degulator* ap. Isid. l. 10. & Apul. 2 apol.

A *gulu*

Digitized by Google

A gula formatur *ingluvies*, quasi *inguluvies*. Terminatio qualis in proluvies, colluvies, eluvies. Scal. Ex. 241. sect. 2. πρόλοβον Græci, quasi *præcipium*. Quod inferior venter deinceps *capturus* est, scilicet is intercipit. Quod si ex Arist. nesciebas, at Latine poteras ex Columella. Vocant enim ille in pullis *Ingluviem*: Fest. ingluviem. *voracitatem*. Serv. ap. divinum poetam, *ventris capacitatem*. *Penga* quibusdam locis Italiæ dicitur, quasi Condus à *reponendo*. Vascones *pappach*, à pappis. Scal. in conj. *ingluvies* à gula dicta: hinc & *ingluviosus*, & *gluto, gulo, gumio, guttur* Id manifesto est à Gr. γόμος, quod significat πλήρωμα τῆς νηὸς, ἔρμα *Saburram* Latini vocant. Itaq; qui nimis se ingurgitant cibo, ita dicti ab eo. Quare & Plauto, saturæ mulieres dicuntur *saburratæ*. Hæc ille. Hebræis vocatur *gula*, maxime affinib. literis, לוֹעַ : à Rad. לוּעַ, degulavit, ligurivit. Propius accedit λίχνος, i. e. liguritor, gulo. Si præsertim τὸ ע legas, sicut olim.

Gutta, χυτὴ, quasi Chuta. Ejus enim proprium est fundi. Quomodo similiter λιβὰς dicitur à λείβειν, fundere: σταγὼν à στάζειν, stillare: ῥανὶς à ῥαίνεσθαι, perfundi. *Guttus*, χυτὸς, à χέω. Quia vinum & alios liquores *guttatim* fundat: ap. Varr. l. 4. L. L. Agell. l. 17. c. 8. Plin. l. 16. c. 38. *Gutturnium* vas, à guttis, quas excipit Hebræis שָׁפַךְ, i. e. fudit, ἔχεε.

Gymnasium, γυμνάσιον: à γυμνὸς. i. e. nudus. Scal. l. 1. poet. c. 22. à nudis dicta gymnasia: quod nomen hautquaquam convenit literariis ludis. Nusquam enim minus, quam in tam sanctis sodalitatibus nudos agere convenit. Sed, pace tanti viri, scholæ atque Musarum domicilia, non à nuditate sic dicta: sed ut indicentur perpetua exercitia, eaque satis difficilia: qualia fuerunt athletarum, qui ideo, ut etiam nunc operarii solent ac messores, corpora nudabant; aut saltim vestes aliqua detrahebant: quo agiliores fierent & promtiores. Neque γυμνάζειν, γυμνασία, γυμνάσιον, nisi pro exercitiis, aut loco istorum, facile, quantum scio, inveniuntur. Et ipse idem Scal. de Insom. consentit: ἐπιγυμνάζεσθαι. Τὸ ἐπὶ significat, præ-

ter deambulationem etiam exercitationes, quas nudi magna ex parte faciebant. Unde & nomen. Quanquam etiam in vestibus currebant, & in πανοπλίᾳ, sicuti qui pyrrhicham saltabant. Hæc ille.

Gymnocrithum, γυμνόκριθον, non est, quod vulgo *scandella* in Italia dicitur; ut censuit Jul. Alexandr. sed potius hordeum nudum & decordicatum: ut nomen indicat, cum in se contineat nomen, κριθὴ: quod & Joh. Gorræo probatur. Istud est, quod à Columell. l.2. c. 9. *hexastichon* & *Cantherinum* dicitur: ἑξάστιχον, quia spicam fert, quæ sex ordines complectitur. *Cantherinum*, quia folliculo *castratum* nascitur, ut exponit Ruell. l. 2. c. 16. quod nomen ductum est à similitudine quadam ab equis *castratis*, quia quod semine carerent, *Cantherii* vocabantur, Catone & Varr. autorib. Vel, ut Columellæ verbis utar, quia & alia animalia quæ ruri sunt, melius, quam triticum; & hominem salubrius, quam malum triticum pascit. Cæterum Græcor. κανθήλιος & κάνθων non longe abit à significatu *Cantherii*. Est enim asinus, item eqvus, aut generatim quodvis jumentum. Ap Fest. *cantherius* est eqvus, cui testiculi amputantur. Lips. in epist. 58. Senecæ exponitur *eqvus sectus*. Gloss. *Cantherius*, καβάλλης μηχανικός. A κάνθω est *Cantharus*, i. e. poculum, è quo bibimus. Ita dictum à similitudine ac figura Scarabæi. Nam primo ac proprie Cantharus, κάνθαρος, est scarabæus. Plin. l. 11. c 28. Gignitur enim è stercore κάνθωνος. Suidas ducit ex κάνθων; i. e. ὄνος: & ὀρὸς vel θορὸς, quod est σπέρμα. Vel quod ἐκ τοῦ κάνθωνος ὀρσει. *Cantharis*, κανθαρὶς: simile animalculum. Plin. l. 18. c. 17.

H.

HAbena, lorum, quo equi cohibentur ab *habeo*. Cujus origo alia fortean non est, quam ab ἀφὴ, ἅπτω. Aut potius ab Heb. יָהַב, *jehab*, *hab*, i. e. habuit, adhibuit, tradidit Interdum sumitur pro *habito*, è Nonio. Afran. Sallust. aliis. Nec temere: cum hoc sit ab illo, tanquam frequentativum. Plaut. Truc. act. 2. s. 4. Nam mihi hæc meritrix, quæ hic *habet* Manutius notat in Cice-

Digitized by Google

Cicerone bis eo modo legi. *Habito* melius cum accusativo.

Virg. 2. Eclog. *Habitarunt dii quoq; silvas.* Idem ibidem:

Atque humiles habitare casas ———

Servius: sane melius, *habito* illam rem, quam *habito* in illa re, dicimus. Nam etiam principalitas hujus verbi frequentativi, accusativum regit: ut *habeo* illam rem. Inde fit, *habito* illam rem. Ut à gemitum, gemitus, à ductum ductus: sic ab habitum *habitus*, h. e. qualitas ac status, qui *habetur*. Gloss. *habitus* σχέσις ἕξις: itidem à σχῶ & ἔχω. *Habitior*, i. e. pinguior, Verr. Flacc. qui *bene habet*. Ter. Eun. a. 2. sc. 3. quæ *habitudo* est corporis? Et: si qua est *habitior* paulo, pugilem esse ajunt. Ab *habeo*, *præbeo*, quasi *prehibeo*. Pariter Græcis est παρέχω. *Prabitum* quasi *prehabitum*. Plaut. Menæch. ancillas, penum, recte *prehibet*. Sic *Probi* ap. Fest. quasi *prohibi*, qui se à delinquendo *prohibent*. Virg. 1. Georg.

Labor omnia vincit Improbus.

i. e. qui non inhibetur, ἀπαραπόδιστος. Quam vocis proprietatem Interpretes seqvuti non sunt. *Inhibeo* est totum verbum nauticum (inquit Cic. 13. epist. ad Att.) Arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges jussi. Atqui tam etymon, quam usus laxæ significationis esse ostendit. *Ineber* dicitur quasi *inbiber* ab *inhibendo*. Gloss. *Enibra*, ἐναντία. *Enibrum*, πρόγραμμα ἐπιβλαβές. *Aves enebræ* (aut *inebræ*) ap. Fest. quæ in auguriis aliquid fieri *prohibent*. Isid. l. 12. c. 7. eædem aves dicuntur *inhibæ*, quod inhibeant. *Debeo*, à de & habeo: debitor enim non habet, sed habuit: *Debilis* à debeo; ut labilis, stabilis, facilis formatur. *Redhibeo*, à re & habeo, D. interjecto εὐφωνίας ἕνεκα: ut redintegro, redamo. Ulpian. l. 1. ad Edict. ædil. Curul. *Redhibere* est facere, ut rursus habeat venditor, quod habuerit: & quia reddendo id fiebat, iccirco redhibitio est appellatio, quasi redditio. Hæc ille. At vero hoc posterius non commode: & forte non tam originem, quam modum redhibitionis, ut quæ reddendo fiat spectavit. Alias *redhibitio* factum est, ut exhibitio. A cohibeo est *cohibum*, quasi *cohibitivum* Gloss.

cohi-

cobibum, κάλυξ, *Conibum*, κάλυξ ῥόδε μεμυκώς. Postea *cobibum*. κατὰ μετακοπὴν *cobum*, i.e. lorū, quo temo buris cum jugo colligatur, Varr. *Habeo* Græcis est ἔχω, & inusitat. χέω: fit ab Heb. אָחַז, i.e. tenuit, habuit. A Græco plurima veniunt *Hecticum*, τὴ ἕξει, vel habitu paratum, durabile: & à medicis εἰδικῶς usurpatur. *Schema*, σχῆμα est habitus, prout res se habet Hesych. *Schema*, πλάσμα, ἱματισμός, διάθεσις. Plaut. in Amph. Servilem *schemam*, liberius dixit. Πλεονεκτέω est plus habeo. Πλεονεξία est pluris vel amplioris possessio. Ex accidente notat, plus habendi aviditatem sive avaritiam. 2. Cor. 9. Ὥσπερ πλεονεξίαν. Vet. Interpres, *tanquam avaritiam*. Erasm. *fraudationem*. Beza, ut *extortum aliquid*, vertit. Si vero Græcum penitius inspiciam & τὴν εὐλογίαν, quæ antecedit & τῇ πλεονεξίᾳ opponitur; malim interpretari tenacitatem, habendi cupiditatem, avaritiam. *Castellio* autem, qui *profusionem* exponit, nullo loco habendus est: cum ea duo vitia, profusio & tenacitas, adversissima sint.

Hæresis, αἵρεσις: ab αἱρέομαι. Ab eligendo, quod quisque eligat, quæ sequatur vitæ instituta, ut fuerunt Philosophor. sectæ. Tertull. de præscript. adversus hæret. *Hæreses dictæ Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis sive ad instituendas sive ad suscipiendas eas utitur*, Ite ap. Judæos septem fuerunt hæreses: quod Epiphanius notat & Sigon l.5. c.11. de Repub. Heb. Nempe Sadducæi, Scribæ, Pharisæi, Hemerobaptistæ, Nazaræi, Osseni vel Essæi, & Herodiani. Legatur tamen simul Casaub. Ex. 1. sect. 9. contra Baron. Scal. l. 6. de emend. temporis. Fuller. l. 1. Misc c.3. & l. 4. c.3. Αἱρέω à בָּחַר, i. e. elegit.

Hagar, הָגָר, nomen ancillæ, quod è Bibliis notum. Inde *Hagareni* populi: nunc *Saraceni*, corrupte. ה enim, ut ap. Græcos iste spiritus, aliquoties in sibulum abit: uti vulgo putant. Sed erudite *Waserus*: Hagareni, inquit, ab ipsis etiam veteribus Arabibus vocantur, *El-Hegarin*, vel *El-Magherin*; ab Hebr. *Hagrim*. Sane psalmor. paraphrastes Arabs Ἀγαρηνοὺς vertit *Mahgerim* vel *Mahgarin*, in

Digitized by Google

in Pf. 83. Inde μαγαρίζειν ap. Cedrenum eſt μαομετίζειν: & μαγαρισμός eſt μαομετισμός. Aliud tamen eſt *magar* ap. Turcas, qui ita Hungaros vocant. *Saraceni*, quos Σαρακηνοὺς vertunt Græci, Arabibus dicuntur *El-Sarak*; quæ vox ſignificat furaces, λῃστρικοὺς καὶ νομαδικοὺς: quales ſunt, qui Turcis dicuntur *Coſaki* Tartari, quales *Martoloſſi*, quales *Bandolieri* in Pyrenæis. Et certe Arabes rapinis etiam nunc hodie victitant, ceu genus hominum vagum καὶ νομαδικόν: à quibus ideo ortum adagium: *Ut Arabs in deſerto*. Jer. 3. 2. & Ezech. 38. 13. de latronib aut prædonibus ex graſſationibus, & latrociniis viventib. & vias obſervantibus, qui proprie ſunt, quos *Iſmaelim* idem Pſalmus vocat, & Moſes in hiſtoria Joſephi venditi à fratrib. Epiph. Σαρακηνοὶ, οἱ καὶ Ἰσμαηλῖται προσαγορευόμενοι ἔχουσι. Hinc apparet, *Saracenos* dici non à Sara, Abrahami uxore. *Et poſt*: Arabes dicti ſunt ab Heb. voce *berab*, veſpera, quæ dicitur à miſcendo ſeu commiſcendo: quia tunc lux tenebris miſcetur. Tropice eſt mixtura variorum populorum, turba miſcellanea Jer. 15. 20. 24. Ubi Kimchi ſcribit Arabes vagos & mixtos, *habitantes tabernacula*, intelligi, qui, ob id Plinio dicti *Scenitæ*, paſtionibus inprimis vacabant. Hæc ille. Legatur etiam Full. l. 2. Miſc. c. 12.

Halcedo: quur enim Euſtath. H. negligat, non video. Ab ἅλς & κεῖσθαι, quod ſit avis marina. Aut ab ἀλκυὼν, *Halcyon*, quod ſit à κύω: quoniam pullos in ſcopulo maris pariat. Plin. l. 10. c. 32.

Halec, non *alec*, vel *alex*, ut malunt aliqui. Ab ἁλιεύς: ἅλς, mare, ſal: quo gaudet & maceratur. *Haleces* quidam dicere trepidant: cum *ſoles* & *lunas* & *mundos* & *Phœnices* admittant: nempe *ſingularia*, & τῷ ἀριθμῷ παῦλα. Aliud tamen eſt, quando *ſoles*, pro diebus, ſumuntur. Quando ſenſu Philoſophico diſſeritur, an plures ſint *mundi*, quam unus? Cic. 1. de Nat. deor: Qvur non ſexcenta millia *mundorum*, ſed innumerabilia auſus es dicere. At vero & neceſſitas *Haleces* dicere omnino jubet: ſcilicet ob multitudinem. Nec abeſt autoritas. Scal. in Ex. multitudo *halecum*. Euric. Cordus 2. epig. Quod tres *haleces* dixi, me Sexte reprendis.

Hali-

Haliæetus, & *Haliætus*, ab ἅλς & ἀετός, Jonice αἰετός: Latine *Aetus* ex ἀετός. Scal. Ex. 23. Idem Falco, Nisus, Haliætus, è Virgilii pulcherr. poemate. Nisus enim in Haliætum; eo canente mutatus est. *Nisus* ab Avenario & Schindl. dicitur à נֵצ LXXII ἱέραξ. A נָצָה, volavit. Scal. in Ceirin. Virgilii: *Haliaetum* eandem & *Nisum* facit. Fere omnes invasit opinio. *Cirin* esse alaudam nostram, uno cristæ argumento: Nisum vero accipitrem. Quin & veteribus persuasum video. Nam in pervetusto Gloss. inveni: *Circum* ἱέραξ· ἐστὶ δὲ ὄρνεον μεταβληθείσης τῆς σκύλλης τῆς νίσου μεγαρέων. Frustra. Nam & accipiter non est è genere aquilarum, ut haliæetus. Et *haliaetus*, ut ipsum nomen indicat, marinas & palustres aves venatur. At *alauda* non est marina avis. Tametsi audio, nescio quas marinas alaudas in Aremoricis inveniri. Esto. Non convenit alauda cum descriptione *Ciris* nostræ. Deinde quis nescit alaudam κορυδαλλίδα esse? Quid ergo opus est κεῖριν vocari? Non est ergo *alauda* nostra. Itaque nec *haliaetus* accipiter. Quare cum parente meo puto Cirin eam esse, quam *Egrettam* vulgo vocamus. Neque obstet plumarum varietas, quæ hic ei attribuitur, non magis sane, quam Cygno, quem ποικιλόπτερον vocavit Pratinas Philiasius. Egrettam venatur falco. Nam accipritis congressus impar. Ergo haliæetus Virgilii est falco noster. Nam alius est Aristoteli. Ut alia echeneis est Aristot. & Plinio: alia Oppiano. Egrettarum cum sint duo genera; alterum cum apice in capite; alterum careat. Hoc, quod caret est Aristotelis λευκερώδιος: alterum κεῖρις. Ap. Plaut. *I nunc, venare leporem, nunc Cirim tenes*: manifesto ostenditur (est autem allusum ex apologo quodam) eum, qui Cirim venari potest, posse & leporem. Quod sane non faceret accipiter. At falco & leporem & *agrettam* seu *egrettam* capit. Hæc ille.

Halo, ἅλως: area circa Lunam: Latinis *corona*. Scilic. à figura illa. Seneca, *coronam* & aream vocat: interdum etiam *circulum*, & fulgorem sidera circumnectentem: l. 1. quæst. Nat. c. 2. Apul. de mundo: *Halos est cathena quadam luminis clarioris, per solis ambitum in se revertenti.*

tens. Sicuti & Aristoteli ad Alexandrum ἅλως dicitur ἔμφασις λαμπρότητος ἄστρα περιέχων, i.e. edita imago splendoris stellam fulgore suo ambiens.

Halophanea, seu rectius *Holophanta:* quid sit dubitatur. Quidam *Holophanta,* malunt: Gr. ὁλοφάντης, qui omnia ostentet, & mentiatur. Ab ὅλος & φαίνομαι. Ita enim Turneb. l. 11. 5. putat, *Holophantem,* i. e. in omni re impostorem vel qui omnia mentitur. Fest. *Halapanta* significat omnia mentientem ἀπὸ τῆς ἄλης, i. e. πλάνης, & ἅπαντα. Ad quod Jos. Scal. Ego suspicor Plautum scripsisse *Halopanta* per O: ut παρὰ τὴν ἅλα, simile faceret: ut παρὰ τὰ σῦκον factum est sycophanta. Nihil significat *Halapanta,* sed Comice ex tempore lusum est, propter habitum marinum. Et recte hodie in codicib. Plautinis legitur per O. Halophantam. I. Palmerius: ἅλς contumeliæ verbum est, ut *febris, vomitus, pus:* hinc in Curgul. a. 4. sc. 1. *halophanta:* & Pœnulo, *halagoras,* ceu ἅλς ἀγορᾶς. Etiam Guliel. Canter. in explanatione hujus voculæ multus est l. 4. Nov. Lect. c. 10. At enim quænam istarum opinionum optima? Difficile est agere Palæmonem, & rectam instare viam, ubi tam magni viri diverse abeunt. Interim si & origo, & significatio putetur, malim cum Turnebo facere: ut sit ὁλοφάντης, quasi totus in ostentatione, & mendaciis. Quo sensu tantum abest, ut aliquid textui Plautino decedat, ut plus lucis accedat. Expresse enim ibi vocatur, *Nugator lepidus:* i.e. qui omnia lepide fingat, ostentet, mentiatur. Et Nonius obsuenda mendacia conduci *Holophantam* affirmat. Similiter *Sycophanta* ad verbum sonat *ficiloquus:* qui ficos semper in ore habet, lepidus, item cavillator.

Hallucinor, ab *Hallux,* aut *hallus,* i. e. maximus pedis digitus: i.e. impingo vel illido *hallum:* ab ἀλλεσθαι. Gloss. *hallus,* ποδὸς μέγας δάκτυλος. Formatur ut à balbus, balbucinor: à sermo sermocinor. Aliud est *alucinor,* i.e. videndo fallor, à *luce* aberro. Lux enim objectum visus. Lexic. Græcolat. *allucinor* παραβλέπω. Fulgent. in expos. serm. antiq. *Allucinare,* vane somniare. *Allucinatio,* lucis alie-

ron. vocatur Auster *pincerna pluviarum*: quod notat Rhodig. l. 15. c. 7. Quia vero auster è siccis locis flat, ut ajebat Scaliger, ideo benè Joh. Piscat. Nittenav. Palat. ab αὖος siccus: & ῥέω dicitur. Lazicus in rer. Vienn. comment. *Austriæ* nomen recenti seculo natum est, ante annos circiter quadragintos, ab *austri*, ut credo, venti flatu, qui ista in regione frequens est: vel ob similitudinem German. appellationis, Oesterreich (quod verisimilius mihi videtur) quod nomen orientali regnorum suorum limiti Francorum reges indiderant, ceu & occidentali Westenreich.

Haut. Quinctil. ait l. 1 sermo constat ratione, vetustate, autoritate, & consuetudine: Rationem præstat præcipue *analogia*, nonnunquam & *Etymologia*. Quidni ergo nos quoque rationi litemus ante omnia: nec *haud* ex consuetudine scribamus, sed *haut*? Quia, sic pronunciamus, non molliter: quia fit ab *aut*, conjunctione disjunctiva. Nihil enim aliud negatio, quam subjecti & prædicati divulsio. Et Græc. est οὔτι. Lips. l. 3. var. lect. c. 29. Et Scal. c. 22. L. L. potius utrunque ficciore elemento scribendum sit, *aut*, *haut*. Negativæ *haut*, addita est aspiratio differentiæ causa. Græc. fuit αὖτι. Omnis autem disjunctio obtinet vim negationis. Ab aut *autem*. Sicuti ab ita *item*. Et *autem* manifesta quoque distinctionis notula. Græc. νὴ & νὶ, quod cernis in νήποδες est per μετάθεσιν ab אַיִן, vel אִין: & Latinor. IN, quando privat. Ibidem: *Adque*, illi dixere, nos *atque*. Sane melior priscorum ratio. Nam & mollior sonus est, & origo servatur. Præpositionis enim vis adhuc manet ut dicamus: Tu *atque* ego: & fit, *Tu & ad te* ego. Sed voluere discrimen esse inter præpositionem & conjunctionem. Ejusdem modi fuit, *sed*. Nam è contrario olim erat, *Se*, *Et*. Disjungit enim: Tu curris *se &* ego sedeo, Separata enim est actio mea ab opere tuo. Adversatur enim vox illa, SE. *Papæ*, βαβαὶ & παπαὶ ab Hebr. אֲבַגֵּי quod ejusdem notæ.

Hedus, nonnullis ab αἰδοῖς, i. e. membrum genitiale:

 quia

quia sit animal libidinosum. Ovid. 13. Met. *tenero lascivior hedo.* Et illi per Æ scribunt. Malim *Hedus* ab Hebr. גְּדִי, *gedi,* quasi *Gedus.* Et ejusdem significatus. Veteres etiam scripserunt, *Edus.*

Helcium est lorum aut capistrum, aut tænia spartea collo jumentorum indita, ut ea machinas trahant. *Helciarius* ap. Mart. l. 4. epig. 51. qui fune navim trahit, adversus undam. Et Sidon. l. 2. ep. 10. Curvorum hic chorus *helciariorum.* Ab ἕλκω. Sicut *alea* ab ἄλη, ἀλάομαι, erro. Nihil alea incertius.

Helleborus, ἑλλέβορος. παρὰ τὸ ἑλεῖν τῇ βορᾷ: quod esu perimat. Ap. Diosc. visitur ἐλλέβορος: *elleborus.* Sed illud rectius. Latini vocant & *veratrum* quasi *viratrum*, cum *virus* illud atrum, i.e. melancholicum humorem, si medice & modice sumas, expugnet: ut differit Diosc. l. 4. & ad illum Matthiol. At vero Scalig. in Ceirin putat *veratrum* dici à *Verum*: Verare, *inquit*, est verbum vatum. Enn. *Satin vates erant ætate in agunda.* Et quia *veratores* & *veratrices* pro insanis habebantur, ab eo helleborum *Veratrum*, quod eo insani purgabantur. Hæc ille.

Helucum est languidum ac semisomnum, quod post ebrietatem contingit. Græci vocant ἴωλον, *Fest.* Ita *Tertullianus* de corona mil. gravitatem capitis vino excitatam, seu crapulam appellat, cum scribit: Liberum eundem apud Ægyptios *Osirim*: Harpocration industria hederatum argumentatur, quod hederæ natura sit caput ab heluco defensare. Eo facit, quod etiam hedera Baccho olim consecrata sit. Plutarch. 3. Sympos. quæst. 2. Rhod. lib. 11. c. 4. *Helucum* ab *helvone.* Vel ut à cado *caducum*: ita ab eluo *elucum.* Post H accendente (ut in heluo) *helucum.*

Hemina, media longa. Pers. Sat. 1. *Fregerit heminas Areti ædilis iniquas,* ἡμίνα ab ἥμισυ, ἡμι. Est enim dimidium sextarii: Athen. l. 17. τὴν δὲ κοτύλην καλεῖσθαι καὶ ἡμίναν. In sancta lingua est חֵמֶת, *chemet,* quod non abludit. Est quippe urceus, vas, quod secundum Hieronymum *utrem* vocare possis. LXXII. vertunt ἀσκὸν: sicuti Pagnin. & Tre-

Digitized by Google

& Tremell. *utrem.* Avenar. vero heminam Gen. 21. Ab ἡμιονῆμι, est Latinor. *Semi:* ut *seminetes* ap. Virg. *Semita* ab *itu*, ut sit via minoris spatii: quasi *semi iter*, *semivia*, compendiaria & angusta via. *Varro* l. 4. qua ibant ab *itu* iter appellarunt: qua anguste *semitam*. Nec *sesqui* aliunde, sicut enucleat Scal. l. 2. poet. c. 26. Ac viri quidem docti, quid esset *sesqui*, diligentissime declararunt: unde esset non dixere. Nobis in originibus ita visum fuit. *Sesqui* fuisse per initia *semis æquum*. Idem enim est, quod ἡμιόλιον, semis totum. Postea usu extorquente coaluisse ad brevitatem. Inde Terentianus novam posuit vocem, *sesquata*. Quam vocem August. in l. 1. de Musica c. 10. male fuit interpretatus: quasi, inquit, *se absq:* veluti dicas, præter se, i. e. suam quantitatem, etiam dimidio superat. *Sestertius* quasi *semistertius*. Dicitur quarta pars denarii. Itaque cum denarius decussi, id est, decem assibus æstimabatur, tum *sestertius* duobus assibus & semisse permutabatur. At cum sexdecim assibus denarius æstimatus est, tum sestertius quatuor asses valuit, autore Plin. l. 33. *Sestertium* valet mille sestertiis numis. Suntq; idem mille numi & sestertiũ. Ut, quod Varro de re rustic. 3. scribit, mulum emtum octo *sestertiis:* hoc octo millib. numum dixit Macrob. Satur. 2. Item quod Tacit. annal. 11. capiendis pecuniis posuit modum usque dena *sestertia:* hoc Plin. Epist. 5. Peractis tamen negotiis permittebatur pecuniam duntaxat decem millium dare Varro l. 4. In argento dicti numi *denarii*, quod denos æris valebant; *quinarii*, quod quinos: *Sestertius*, quod semistertius: dupondus enim & semis antiquus est sestertius. Erat veteris consuetudinis, ut retro æra dicerentur, ita ut semistertius, semis quartus pronunciarent. Ab semis tertius igitur sestertius dictus. Videatur etiam Bud. de asse. l. 1. Charis. l. 1. Prisc. de pond.

Hercules, ἡρακλέης & ἡρακλῆς contractum. Ab ἥρα, i. e. Juno, quæ denotat aerem: & à κλέος gloria. Quasi dicatur, vir supra vulgarem conditionem, aerius, cœlestis. Aut quasi *Heroum gloria*. ἥρως heros: ab ἥρα, vel ἀήρ, quia

 Hero-

Heroes non sapiunt terrestria, sed supereminent instar aëris. Hebr. est חרים *chorim*, Heroes, illustres. LXXII. *ἄρχοντες* Ies. 34. 12. & alibi. Ἔντιμοι Neh. 2. 4. 5. 6. Et ubi in Hebræo est *chorim*: ibi *Targum* ponit רַבְרְבִין, i. e. principes, primores: ut Eccles. 10. 17. Ies. 34. 12. Jerem. 27. 20. Benè August. l. 10. de civit. *Herois* nomen à Junone dicitur tractum, quod Græce Juno ἥρα appellatur: & ideo, nescio quis, filius ejus Heros fuerit nuncupatus. Hoc videlicet veluti mysticum significante fabula, quod aer *Junoni* deputetur, ubi volunt cum dæmonibus *Heroas* habitare. Hæc ille. Lucanus:

Quodq; patet terras inter Lunæq; meatus
Semidei manes habitant: quos ignea virtus
Innocuos vita, patientes æheris imi
Fecit ——

Semidei, i. e. heroes: ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, ut vocat Hesiodus. Arnob. l. 1. *Semideos heroas*. Gloss. Cyr. ἡμίθεος, semideus, indiges *Heroina*, ἡρωίνη. Herois, ἡρωΐς. Heroicus ἡρωϊκός. *Herodes* non aliunde: item *Herus*, *herilis* annotante Scal. l. 1. L. L. c. 26. Et ab *Herus*, *heres*, *heredis*. Aut ab Hebr. יָרַשׁ, *iarasch*, *haras*, possedit, heres fuit. Gloss. *Heres*, κύριος, κληρονόμος. Etiam addit Manut. in Festo, libris ac lapidibus vet. *Heres*, sine diphthongo, spectari. *Heredis* appellationem veteres dominum significasse, *Justinianus*, aliique in jure prodiderunt. Videatur etiam Briss. l. 7. de form. Ab Hercules fit *Me hercule*, & *mehercle* & *mehercules*. Cic. orat. Libentius dixerim *me hercule*, quam *mehercules*. Juramentum Ethnicorum, Christianis fugiendum. Oritur à Gr. μὰ, quod alibi probavimus: & ab Hercules. Cæterum ut *Medius fidius*, *Mecastor*: ita etiam *mehercules* ἀναλόγως, recte dicitur, ut docent exempla.

Herniæ nomen, παρὰ τὸ ἔρνος formarunt: ut & ramicis à ramus. Utrunq; enim cum intestinum incipit in scrotum decidere, videtur *Ramum* facere. *Hirnea*, vel potius *Irnea*, ut ap. Plaut. amphit. genus vasis vinarii. Antiquitus *Erneum*, unde & genus libi ei simile, aut ad ejus formam

mam fictum, vocabatur παρὰ τὸ ὄρνιον, quod avis figuram haberet: ut quod musculi formam, μυοβαρβον. Unde, *Myobarbum* Ausonii. Nam βάρβιτος variis generis. Sic quod *Scarabæo* similis, κάνθαρος. Scal. in Catal. Postea vero in Auson. idem *Scal.* seipsum corrigit. Non est *inquit, myobarbum* παρὰ τὸ βαρβιτον, ut putat Turneb. l. 3. c. 19. & ut nos quoque perperam aliquandiu putavimus. Nam, hoc si esset; non neutro genere μυόβαρβον: sed masculino dicendum erat, μυόβαρβος. Deinde si βαρβῶς est mysterium Cereris: quid Baccho cum Cereris mysteriis? *Et post:* Bacchum cum cantharo oblongo & angusto fingi solitum, non solum veteribus autorib. qui hoc tradunt: sed & nobis ipsis credendum est, qui in veterib. marmorib. numis ac monumentis id observavimus. Nam alii sunt canthari, ex quib. vinum defundebatur in pateras: alii potorii canthari, quib. bibebatur. Arnob.

Quid ille in Liberi dextra pendens potorius cantharus? Illi canthari, ut dixi, oblongi sunt, & angustissima infima parte, qua committuntur basi suæ. Desinunt enim in turbinem subtilissimum, qui init basim ipsam. A qua similitudine & *muris* & *barbæ*, quæ in conum desinit, nomen ibrida voce, ex Lat. & Græco sermone infititium adeptus est, & vocatus est cantharus ille *m obarbum*. Quæ compositionis lascivia, ne cui forte mira videatur, habet similem in alio vase Romano; quod Græco nomine, item Latino *Nanum barbaton* vocabant. Græc. nomen est *Nanus*, sed figura Latina. Lat. nomen *barbatos*, sed figura Græca. Varro: *Quo postea accessit Nanus cum Græco nomine, & cum Latino nomine Græca figura barbatos.* Quare si id est in nominib. separatis: quidni & in compositis? *Et post:* Ego sane non dubito, quin ea sit vera conjectura, & ex Græco & Lat. iculariter composita sit vox, & *myobarbum* dictum, ut *myoparo*, propter longitudinem. Est enim piratici navigii genus.

Hetruria, quasi ἑτερηρία: ab ἕτερος ὅρος, qui extenderetur ad alteram ripam Tiberis. Ita ajunt in triviis, & plura. Aliis ab ὄρους, quod Cretice mons est. Scal. in Var-

 ro, de

ro. de re ruft. ut λιγυεὶς (inquit) *Ligures*: fic ὄθρυες, *Etrures*. Ubi O in E mutatum more illo Romanor. antiquo. Nam veteres Pelafgi, qui infederunt in Italia, ita vocarunt nobilem partem Italiæ montofam (ὄθρυες enim montes) ut τ̄ πεδιάδα *Campaniam*. Gloff. *Campania*, πεδιάς. Καμπὸς enim eorum vox prifca. Sic *Hernicam*, afperam, ut in Græcia τ̄ τραχῶνα. Sic oppofitam orienti *Apuliam*, ἀπηλίαν, ἀπυλίαν. Ἕλη enim Sol. Eodem modo in Etruria vocarunt *Umbros*. Ea enim vox ap. veteres fignificabat fpurium. Unde ap. Plinium infititium quoddam genus ovium *Umbri* dicuntur: ut ap. Græcos ὀμβρίκαλοι.

Hetta. Feft. eft res minimi precii, quafi *hieta*, i.e. hiatus hominis, atque ofcitatio. Inibi Jof. Scal. Vet. gloffæ, *hetta, ecta*, φλοκτὶς ὕστιν. At *Hitta* aliter interpretantur Gloffæ: *Hitta, Hicta*, ὑμὴν ῥοιᾶς: quod ciccum dici alibi diximus & *Hittus* φωνὴ κυνός. Unde factum *Hittio*, ἰχνεύω, proprium canum veftigia indagantium cum aliqua vocis nictatione.

Hieracium, ἱεράκιον: ab ἱέραξ, ἀπὸ τοῦ ἱέρακ ῥᾶον, i. e. φέρεσθαι: quia fit perniciffima avis, ut proverbio locum dederit: *Ocior accipitre*. Ap. Hebr. eft רָאָה, *raah*, dictus, ab acuto vifu. Inde malim ἱέραξ facere. Latini ducunt fuum ab *accipiendo*, i.e. rapiendo. Hinc *acceptor* idem, qui accipiter: quomodo & Scal. in Caffandra Lycoph. utitur. Et in gloff. Ifid. *pipiunculus*, accipiter, *acceptor*. *Mart*. l. 14. dift. 186. eft prædo volucrum.

Hilaris & *hilarus*, ἱλαρὸς: ab ἱλάω. Ab hilaritate olim *Hilaria*, quæ ex eo concepta eft, quod fol ab hoc æquinoctii die diem longiorem nocte protendit, ut Macrob. ait. Celebrata enim funt 25. Martii. Turnebus Matris deum fuiffe credit illas ferias. Ιλάω, ἵλαος ab Hebr. סָלַח, mitis, benignus fuit.

Hinnus, e Gr. ὕννος vel ἴννος, dicitur ἡμίονος ex equo & afina natus. *Hinnulus* deminutum. Vel proprie *hinnulus*, ἴννος, eft pullus vel equarum, vel cervarum, vel caprearū, vel damarum, vel fimilium. *Varro* l. 2. de re ruft. c. 8. muli & hinni bigeneri. Gloff. Hinnulus, ὁ ἐξ ἵππου & ὄνου. Hinnuli,

Digitized by Google

nuli, γῖβεροι. Legatur etiam Hesych. Arist. l. 1. hist. Animal. c. 7. ἐπεὶ ἔστιν ἔν τι γένος, καὶ ἐπὶ τοῖς ἔχουσι χαίτην λοφούροις καλουμένοις, οἷον ἵππῳ, καὶ ὄνῳ, καὶ ὀρεῖ, καὶ γίννῳ, καὶ ἴννῳ, i. e. interprete I. C. Scal. *Ea, quæ jubata sunt, & jumenta vocamus, unũ quoddam genus habent commune: ut equus, asinus, mulus, ginnus, hinnus.* Et addit ibidem Scal. Diversa fecit ὀρεῖς, γίννον, ἴννον, καὶ ἡμίονον τὸν περὶ τὴν Συρίαν. In 6. historiar. *innum* ex equâ & mulo ortum prodit. Hoc genus nobis ignotum est. Ibi ait hoc esse *ginnum*, quod νάννον in homine, & μετάχοιρον in porco. Nos & agnoscimus, & habuimus ex tauro & equâ ortum. Mirum, Plinius de *ginnis* nihil. Sed in 8. mulum ex equa & asino: *hinnulos*, ex equo & asina. Quanquam in principio ejus capitis negligenter scripsit sic: *Mulum ex equâ & asino: mulam ex asinâ & equo:* quasi vero propterea sexus varietur. Columella melius: quod & quotidie nobis compertum est: utrumque ex utrisque: itemque ex onagro & equâ. Appellatos ab *hinnitu* patris *hinnos*, ait; & Varro in 2. de re rust. Hæc Scaliger.

Hippomanes, quod equos ad furorem & intemperies libidinum stimulat: ἱππομανὴς, à μανία, μαίνομαι. Ita dicitur nunc *planta*: ap. Theocr.

Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι ----

Neque id abusive, ut censet *Servius*: quia etiam in rabiem agit equos. Nunc *virus* ex inguinib. equarum defluens appellatur Hippomanes. Aristot. ὁ ῥεῖ ἐκ τοῦ αἰδοίου ὅμοιον γονῇ, λεπτότερον δὲ πολὺ ἢ τὸ τοῦ ἄρρενος. Virgil. 3. Georg.

Hinc demum hippomanes, vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum destillat ab inguine virus.

Vero nomine, i. e. congruo cum re ipsa: utpote qua equi in furias aguntur. Tibull. l. 2. El. 4.

Hippomanes cupidæ stellat ab inguine equæ.

Cupidæ, h. e. maris, aut coitus: dum amat, ut Ovid. ait: quid valeat virus amantis equæ. Deniq; *hippomanes* dicitur caro illa tenera in fronte pulli equini, recens editi; quam genitrix illico devorat, tanquam fomitem & quasi illicem amoris. Plin. l. 8. c. 42. Virg. 4. Æn.

Digitized by Google

Quæritur & nascentis equi de fronte revulsus,
Et matri præreptus amor ----

Etiam Arist. l. 6. hist. Anim. c. 22. ὅταν δὲ τέκῃ ἡ ἵππος, τὸ τε χόριον κατεσθίει εὐθὺς καὶ τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ πώλου, ὃ ἐπιφύεται ἐπὶ τοῦ μετώπου τοῦ πώλου· ὃ καλεῖται ἱππομανές. ἔστι δὲ τὸ μέγεθος, ἔλαττον μικρῷ ἰσχάδος· τῷ δ' ἰδέᾳ, πλατὺ, περιφερὲς, μέλαν, i. e. interpr. I. C. Scal. *Equa ubi peperit illico devorat secundas. Itemque avulsum de pullo id, quod in equorum genere pullorum fronti innascitur, Hippomanes nomine: magnitudine parvæ caricæ, facie latum orbiculatum, nigrum.* Nomen igitur, *Hippomanes*, tribus illis, quæ dixi, commune; propter eundem effectum, h. e. insaniam, sive furorem, qui ex nimia cupiditate & æstu Veneris: quod ajunt Physici. Cæterum ab *Hippus*, ἵππος, est *Hippacare*, aut, ut Glossæ Isid. volunt *hippitare*, i. e. celeriter animam ducere, ab equi halitu, qui est supra modum acutus, Fest. *Hippagines*, naves, quibus equi vehuntur: Græc. ἱππαγωγοί. *Ephippium*, ἐφίππιον, quod equo injicitur. *Philippus*, φίλιππος, à φιλέω, i. e. eques, amator equorum. *Equiselum*, rectius *equisetum*: ab equina cauda: ἵππουρις, *Hippuris*. Plin. l. 26. c. 13. Latin. *Equus* flectitur Jos. Scal. ab ἵππος. Aut equus (prius *echus, ecus*) ab ὀχέω, ἐκχέω, ἱπποχέω: quia equi est vehere. Hinc ὄχησις Hesychio est ἱππασία.

Hircus, olim etiam *ircus*, τράγος. Heb. צָפִיר, *zaphir*, *phir*, *hir*, addita Latinor. appendice, *hircus*. Quia vero is olidus aut fœtidus, inde *hircus* pro δυσωδία aut fœtore sumitur. *Catullus* car. 69. -- Tibi fertur valle sub alarum trux habitare caper. *Horat.* Polypus an gravis hirsutis cubet hircus in alis. *Idem*: Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. *Idem l. 1. carm. od. 17.* Olentis uxores mariti, i. e. hirci fœtidi. *Ovid.* etiam ita, 1. de arte: Nec lædat nares virque paterque gregis, i. e. hircus. Videatur Joh. à VVouvv. animadvers. in Petron. Et Rhod. l. 15. c. 10. qui etiam hujus *graveolentiæ* caussam ex Aristot. adducit. Inde & *hircosus*. Prudent. cynicos vocat hircosos: ab illuvie & sordibus. *Pers.* hic aliquis de gente *hircosa* centurionum. Ad quem Casaub. *hirco-*

Digitized by Google

hircosam gentem nominat, illuviem eorum & ἀυχμηρίαν notans. *Et post:* Neque restringi debet vox hircosa ad hirci fœtorem: verum pro quovis alio odore tetro γραικῶς accipiendum. Sic τραγῶσιν Græci dicunt, non eum solum qui τράγου i. e. hircum oleat: Sed quemvis ἀυχμηρόν, ut appellat Theophr. in charact. Ap. Hebr. (quia *hircus* est dux gregis) עַתּוּדִים, *attudim*, i.e. hirci, ponuntur pro magnatib. ac principib. Ut Ies. 14.9. Omnes hirci terræ, i. e. principes. Sed & quia hircus est animal fœtidum ac salax, apud eosdem שְׂעִירִים, *Sehirim*, (à שָׂעִיר *Sahir*, i. e. hircus, à pilis ita nominatus) Satyros ac dæmonas notant. Ut Ies. 34.14. Et ante c.13.21. *Sehirim* saltabunt ibi, i. e. diaboli, ut Chald. Interpr. vertit. LXXII. καὶ δαιμόνια ἐκεῖ ὀρχήσονται. Vet. versio: *pilosi* saltabunt ibi. Nam *Sahir* est & pilosus, hirsutus. Pagnin. *dæmones* saltabunt ibi. Aven. *Satyri* saltabunt ibi. Tremel. & Jun. vero aliter: *Scopes saltabunt illic*. Σκῶπες, aves deformes motu Satyrico, olim inauspicatæ, voce incondita: Homerus meminit odyss. 5. Athen. l. 9. & 14. Latini etiam *asiones* vocant, Galli sua appellatione *dominas*: quæ avis est imitatrix ac parasita & quodam genere saltatrix, ut loquitur Plin. l. 10. Nat. hist. c. 23. Hom. versus Odyss. 5. est: σκῶπές θ' ἴρηκές τε τανύγλωσσοί τε κορῶναι. Videatur etiam Arist. l. 9. de hist. anim. c. 28. Sed ad Hebr. Lev. 17.7. Non ultra sacrificabunt *Sehirim*. Vetus versio: nequaquam ultra: immolabunt hostias suas *dæmonibus*. Pagn. item, *dæmonibus*. Avenarius *Satyris*. LXXII. Τοῖς ματαίοις, i. e. vanis, inanibus. Tremel. & Jun. etiam, *dæmonibus*. Vel ad Hebr. *horrentibus* aut *horrificis*, quia horridi sunt & horrorem iis incutiunt, quib. apparent. Adeoque dæmones horrifica hircorum specie colendos sese magis cultoribusq; suis solent exhibere, ut ait Tremel. & Jun. In hunc locum *Rabbi Moses* Maymonis ex libris, quos de mysteriis & sacrificiis Chaldæor. Sabæorumq; legerat, tradit in more fuisse positum, ut sacrificaturi diabolis in deserta concederent, effossaq; fovea sanguinem in eam injicerent, ad

ad eam epularentur & in honorem malignorum spirituum dies festos celebrarent, referente *Bodin. l. 2. dæm. c. 6.* Ap. Græcos *diaboli* figura salacium Satyrorum, semiviror. & semihircorum picti sunt. Et Zoroastes hircorum nomine dæmones intelligit, quia putidum & lascivum esse in proprietatib. hirci numeratur: quod Mirandulanus princeps obscure 12. positione in Zoroastem significavit his verbis: Quid sit intelligendum per capros ap. Zoroasten, intelliget, qui legerit in libro *Bair*, quæ sit affinitas capris cum spiritib. Propria autem dæmonum est in lascivam brutamque cupiditatem dominatio, ut Hebræi annotant, dicentes Satanam portari à serpente, i. e. ut Philo Hebræus interpretatur, à voluptate, ut dicto loco *Bodinus* notat.

Hirundo. Ut cœruleus, pro cœluleus factum: ita hirundo, pro *helundo*, uti veteres utebantur, à χελιδὼν. *Chelidonia*, Gazæ *hirundinaria*: quod ea hirundo oculis pullorum medeatur, Plin. lib. 8. c. 27. autore. Vel quod sub hujus adventum germinet. Theoph. l. 7. c. 14. *Hirundo* (inquit Tertull. de pœnit.) *si excæcaverit pullos, novit illos oculare rursus de sua chelidonia.*

Historia est gesta res, ab ætatis nostræ memoria, Cic. 1. de Invent. At popularis illa est finitio. Nam historia est etiam nostra ætate factorum, immo rerum, quæ semper obviæ & æternæ. Quo Arist. Hist. animal. referenda. Igitur alia desideratur. Ea talis esto, Keckerm. Philos. & Log. illustris: *Historia est explicatio & notitia rerum singularium, eo fine suscepta, ut universalia ex iis evidentius à nobis intelligi & confirmari possint.* Ex origine ἱστορία est cognitio ocularis, ἵστωρ, ἱστορία, ab ἵστημι & ὁράω. Quando quid novimus, non leviter, non ex rumore: sed indicio, & judicio visus, sive nostri, sive alterius, qui non fallit. Et hoc est, quod ait Comicus: *Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem: qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane sciunt.* Et in *Menæch.* servus plane alludit originem: quin nos hinc domum redimus, nisi si *historiam* scripturi sumus. Ergo qui scri-

ſcribere hiſtoriam cupit, & ſciat res, quas meditatur: & ita ſciat, ut vel ipſe viderit: vel quia omnia unum videre difficile, ab iis, qui viderunt & quib. fidendum, audiat.

Homilia, ὁμιλία: Græc. παρὰ τὸ ὁμȢ ταῖς ἴλαις βάλλειν. Hebr. הֲמֻלָּה, i.e. ſtrepitus verborum, turba, congregatio. Sed ὅμιλος vero peperit Latinor. *cumulus:* quod notat τὸ ὁμȢ, ſive conjunctam multitudinem.

Homonyma, ὁμώνυμα ab ὁμῶς & ὄνομα. Ionicè ὄνυμα. Iſid. l.1.c.6. *Homonyma hoc eſt, uninomina.* Ergo homonymos eſt cognominis, & idem nomen habens. Sicuti etiam *ſynonymos*, συνώνυμος. Papias: *Synonyma id eſt plurinomina.* Damaſc. dial. c. 33. πολυώνυμα. Tamen res propriè πολυώνυμος eſt, quæ habet multa nomina. Sed loquatur Scal. Noſtris recentiorib. aptiſſimo vocabulo *æquivoca* libuit appellare: quaſi vocis hæreditate æquali rem inæqualem repræſentarent. Si quis *Unonyma* velit dicere, nihil vetat: ſed Græca appellatio magis ſapit: ὁμῶς enim ſimul ſignificat, non autem ἴσως. Itaque Latini non ita recte, cum æquitatem illam interſeruere, *Æquivoca.* Itaque commodius fortaſſe nos *Unonyma:* ut *una* ſit adverbium ſimul. *Synonyma*, συνώνυμα, Græcis prudentiſſime dicuntur. Cum nomine enim rem communicabant. Non enim τὸ σὺν, conjungit ea ſub nomine: ſed nomen & nominis rationem. Latine *cognomina* rectiſſime dicas. Παρώνυμα, quæ παρὰ ἕτερον derivarentur, ſola terminatione à priore differentia. Latini *denominativa* commode vocitarunt: Scal. c. 91. LL.

Honos honor. Veteres *Onor* ſcribebant: Eſt à priſco ὄνη: unde ὀνίνημι: ut ab ᾀνὴ factum ὠνεῖοζ; ait Joſ. Scalig. Heſych. ὦνος ὠνὴ τιμὴ ἡ καταβαλλομένη ἀντί τινος. Sunt autem ὄνημι, ὀνίημι, ὀνίω, ὄνειαρ & cætera ab Hebr. הוֹן, vel אוֹן, *on*, i.e. utilitas, facultas, opulentia, aut opes labore aut conatu partæ. Procreat etiam Latinum, *Conor conatus:* הוֹן, *hon, con.*

Horatius non ab ὡραῖος: non ab *oro*, quia repugnat modulus primæ ſyllabæ, quæ brevis. Sed ab ὁρᾶν: unde ὁρατὸς

Prop.

Prop. 3. Et cecinit Curios fratres & *Horatia* pila. Ovid. 4. Trist. Detinuit nostras numerosus *Horatius* aures. Temere itaq; *Oratius*, omissa litera H. scribitur. Adversatur origini: Græcis scriptorib. quib. est ὁράτιος: marmori, quod Venusiæ, in patria Horatii legitur: C. OPTIO FILIO HORATIO LEGATO XII. COHORTIS PRIM. Denique numo æneo exprimenti ipsam Horatii effigiem, in quo hæc verba: FLACCUS HORATIUS. Est vero idem, qui aspectabilis, ὁρατός. Plato in Timæo, ubi de Deo loquitur, ipsum videlicet fecisse ζῶον ἓν ὁρατόν, Id Cic. de univers. vertit, animal *unum aspectabile*: seu, ut idem in Offic. loquitur, *spectatu dignum*, ὁράω, ut & ἴσως, ἱστορέω, est ab Heb. רָאָה *raah, ora*, vidit, aspexit, intuitus est.

Hordeum, κριθή: dicitur vulgo quasi *aridum*: causâ minus probabili. Rectius *hordeum*, quasi *horredum*, ab *horreo*: quia *horridum* & quasi *hirsutum* est, præ aliis frumenti generibus. Etymo huic subveniunt Hebræi, Quippe *hordeum* similiter τὸ שְׂעֹרָה Deut. 8. 8. vocant, quod sit hirsutum. A verbo שָׂעַר quod est *horrere*. Item שֵׂעָר est horror, pilus.

Horizon, ab ὅρος, terminus. ὁρίζω finio. Cic. 2. de div. Illi orbes, qui cœlum quasi medium dividunt & adspectum nostrum definiunt, à Gr. ὁρίζοντες, à nobis *Finientes* rectissime nominari possunt. Aliud est ὄρος, i.e. mons: ὄρος, οὖρος: Inde *Urus*, ὀρεινὸς βοῦς, bos montanus: sive bos ferus, ap. Macrob. l. 6. c. 4. At ὄρος ab Hebr. הַר *har*, i.e. ὄρος. *Aaron* vel *Aharon* est mons, sive princeps laudis. הָר, mons. *Ron*, רוֹן, i. e. cantio, laus. Radic. רָנַן, i. e. ovavit, cecinit, exclamavit præ lætitia. Unde & Græc. ὄρνις: scilicet à cantus perpetuitate. Avia nam resonant avibus, inquit ille.

Horror est asperitas corporis, ubi contrahitur cutis & arrigitur coma. Similiter ap. Hebr. est vox שֵׂעָר, *sahar*, i. e. horror, ubi pili exstant rigidi. Et יָגֹר, *jagor*, est

hor-

horruit. Et צָמִים est horridus, quasi *crinitum* dicas. Job. 5. 5. Sic etiam Latini. Horat. epod. 5. *Horrens capillis.* Veget. l. 1. de Molum. c. 3. *Fit gracilis horrentibus pilis.* Apul. Apol. *Capillus horrore implexus.* Et 3. metamorph. *Immodicis horripilant auctibus.* Immò etiā voculæ *hirtus* & *hirsutus* videntur ab isto horrore pilorum exstitisse. Hinc *Hirsutus* quasi *horrens setis* à Perotto dicitur. Glos. *horripilatur*, ὀρθοθριχεῖ. Ecclesi 27, 15. *horripilationem capiti statuet.* Descripsit maximus poetarum: *Obstupui steteruntque comæ.* Id propterea fit, quod introrsum refugiunt spiritus, cutemque destituunt. Vox autem est à re ipsa, quam æmuletur, desumta. *Metus*, ut finit Cic. 2. Tusc. est opinio magni mali impendentis. Idem in Cat. *Metuere* est servorum: *vereri* liberorum. *Metus* (inquit Scal. Ex. 312.) est demissio animi propter expectationem futuri mali, παρὰ τὸ μέλλειν. Amittitur enim constantia. Sic dicimus abjicere consilium. Scal. vero in Conj. ducit à μέθω: quod est antiq. unde μέμοθα, μόθος.

Hortus, à χόρτος: quod nunc herba est, vel gramen, vel etiam fœnum (unde etiam Latin. *cordum*) nunc septum. Etymon horto conveniens. Matth. 6. Χόρτος τοῦ ἀγροῦ, i. e. gramen agri. Jac. 1. ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται, i.e. flos herbæ: Vel etiam flos horti: sicut κρίνα τοῦ ἀγροῦ, lilia agri.

Hosanna, ὡσαννά, Matth. 21. Marci 11. Aut potius dicendum, *Hosianna*, i. e. serva quæso, σῶσον, ut LXXII interpretantur. In Hebr. ex Psalm. 118. est הוֹשִׁיעָה נָּא *hoschihahna*, serva nunc. Conflata est vox, ex verbo הוֹשִׁיעַ, *hoschiah*, in *Hiphil*, servavit, ἔσωσε: & ex particula נָא, *na*, id est, age, eja, quæso, nunc. Ap. Syrum legitur, הוֹשַׁעְנָא, *hoschahanah*. Hieron. tom. 5. ep. ad Damas. Hebræi inter reliquas proprietates linguæ suæ habent interjectionem, ut quando volunt Dominum deprecari, ponant verbum petentis affectu, & dicant: אָנָּה יְהוָה, *annah, Iehovah*: quod 70. dixerunt, ὦ κύριε. *Hoschiah* ergo salvifica interpretatur. *Annah* interjectio de-

deprecantis eſt. Si ex his duobus compoſitum velis facere, dices, *Hoſianna*, ſive ut nos loquimur, *Oſanna*, media vocali litera eliſa. Quapropter ubi nos legimus in Latino: *ô Domine ſalvum me fac! O Domine bene complace! Benedictus qui venit in nomine Domini*: Juxta Hebr. ſenſum legere poſſumus: Obſecro Domine, ſalvum fac! Obſecro Domine proſperare! Ang. Caninius de locis N. Teſtam. *Hoſanna* proprie ſignificare ramos ſalicum tradit: verum uſurpari conſueviſſe pro ramis etiam aliarum arborum, atque adeo in ſcenopegia moris fuiſſe portare *hoſanna*, ac circumire cum *hoſanna*, h. e. cum arboris ramo: & ſic optime convenire, quod dicitur ab Evangeliſtis, turbam acclamaſſe: *Hoſanna filio David*, h.e. *Rami filio David*. Etiam Tremel. ita ſcribit: Utebantur hac voce, præſertim in feſto tabernaculorum, quo gaudium ſuum & fiduciam ex præteriti beneficii recordatione plenius excitarent & in poſterum ſibi confirmarent, atque in ſpe Meſſiæ conquieſcerent. Unde etiam factum, ut & dies illi feſti, & rami quos geſtarent in illis, à fauſta illa & ſolenni acclamatione vocati ſint *hoſchianna*, ſicut explicatur fuſius in Talm. l. de feſto Tabernac. Scal. in chron. Euſeb. *Oſanna* eſt ὄζος ſive ramus qui geſtatur in ὀζοφορίᾳ σκηνοπηγίας. Itaque ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, nihil aliud eſt, quam ὁ ὄζος τῷ υἱῷ Δαβίδ. *Hæc ille*. At proprie vero, ut ante dictum, *hoſianna*, eſt fauſta illa & feſtiva προσφώνησις: *Serva & opitulare quæſo*, ex Pſal. 118. Atque ita omnino in Matth. & Marco exponendum, non per τὸν ὄζον, vel ramum. Quæ ſignificatio tropica eſt, & ab illa acclamatione ſumta. Et quid ſonet quæſo; ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις: *Ramus*, ὄζος, in altiſſimis. Immo *Hoſanno*, i. e. ſerva, ô Deus, qui in altiſſimis es. Legatur Caſaub. Ex. 16. Num. 2. contra Baronium Suid. ὡσαννὰ interpretatur δόξαν, *gloriam*. Juſtin. Martyr Quæſt. & reſponſ. 50. μεγαλοσύνην ὑπερεχειμένην, magnificentiam eminentem. Clemens Alexandr. pædag. l. 1. c. 4. φῶς καὶ δόξαν καὶ αἶνον μεθ' ἱκετηρίας: lucem & gloriam & laudem cum precatione. Sed illi non tam vocem *hoſianna*, quæ nihil tale ſignificat;

Digitized by Google

eat; quam Lucam spectarunt, ut in cujus c. 19. legatur: δόξα ἐν ὑψίστοις: pro quo Matth. & Marcus *hosanna* habent.

Hostimentum, in Plaut. & Fest. est æquamentum, ἀντιτάχωσις, ἀμοιβή. *Hostire* est æquare. Glossæ Isid. *hostit* æquat adplanat. Scilicet ab ὅσος, ὅσος: cum æquatios in tanto quanto, h. e. proportione æquali consistat.

Humanus, ab homine: κατ' ἀντίστοιχον. Quamvis antiqui & *hemo hemonis*: & *humo*, *huminis* dixerint. Ut à silva silvanus, ab opidum opidanus: ita eadem analogia ab *humo humanus* ducitur. *Humanitas* virtus, quæ maxima hominis officia complectitur. Gr. ἀνθρωπότης ἢ ἀνθρωπισμός. *Studia humanitatis: literæ humaniores* dicuntur, quæ alias bonæ artes aut liberales, μαθήματα. Et merito. Sunt enim ab hominibus, Dei gratia, inventæ: sunt hominum propriæ. Et qui finis illarum? Ut ruditas illa animi, &, ut sic dicam, agrestis ferocitas exuatur, & *homini humanitas* reddatur. Aristot. πᾶσα τέχνη καὶ παιδεία τὸ προσλεῖπον βούλεται τῆς φύσεως ἀναπληροῦν. Τὸ προσλεῖπον, i. e. quidquid deest: uno verbo si vis, humanitas quæ natura abest, per has artes reddenda Plato evidenter: ὁ ἄνθρωπος παιδείας μὲν ὀρθῆς τυχὼν θειότατον ἡμερώτατόν τε ζῶον γίγνεσθαι φιλεῖ. Μὴ ἱκανῶς δὲ, ἢ μὴ καλῶς τραφὲν, ἀγριώτατον μὲν ὁπόσα φύει γῆ.

Humus ait Scal. l. 1. L. L. c. 26. est ab ὕμαι. Ita erit terra *compluta*. Vel à χυμὸς, quod est liquor à χέω. Hebr. est הִמְסִיר liquefecit. Item מָסַס est liquefieri: מָס liquescens: תֶּמֶס liquefactio. A χυμὸς vero, aut ab Hebr. illo, recta fit *humos*, *humor* & *humeo*. A χαμαὶ potius *Humi* & *humus*. Unde & *humilis*: sicut à χαμαὶ est χαμηλὸς aut χαμαιλός. *Posthumus* à *post* & *humus*, i. e. qui *post humationem*, sive sepulturam patris sui nascitur. Notum enim est, quod *humare* sit sepelire, mandare terræ. Videatur Hotoman. in comm. Leg 12. tab. *Posthumare* Tertulliano est post nasci & posteriorem esse. *Plaut.* manifesto alludit in Aul. *Post* mediam ætatem, qui mediam ætatem, qui mediam ducit uxorem domum: Si *eam* senex anum prægnantem fortuito fecerit; Quid dubitas, quin sit paratum

 ne-

nomen puero *posthumus*? Et Cic. 3. de fin. Dicuntq; ut liberis consultum velimus, etiamsi *posthumi* futuri sint. Idem pro A. Cæcin. filium *posthumum* appellat, qui natus erat defuncto patre dictusque *Posthumus*. Festus: *Posthumus* i. e. post patris mortem natus. Plutarch. in Sulla: οἱ ὕστερον τ͂ πατέρων τελευτῆς γενόμενοι. Theophilus paraphrastes juris Inst. Tit. 13. de tutel. ποστοῦμοι, οἱ μετὰ τὴν ἡμετέραν γενόμενοι τελευτήν. Quod monuit etiam clariss. VVigand. Spanhem. Atque ea cum ita sint, ideo H. ne omittatur, nec scribatur, *Posthumus*: ut nonnulli malunt. Cujac. l. 3. obs. c. 4. *Posthumus* enim est extremus. ut formatur citimus & citumus: intimus & intumus: extimus & extumus: sic *postimus* & *postumus*. Atque rursum, ut extimus & extremus dicitur: ita etiam *postimus* & *postremus*. Scilicet à *posterus*, *post*. Ut itaque origo: sic etiam significatio dispar, *posthumus* & *postumus*: quæ ne confundatur. A *postumus* fecit Tertull. verbum *postumare*: uti ab intimus intimare. Apol. c. 19. *Mosi postumant*, i. e. posteriores sunt. Inde componitur liticula illa ap. Agell. l. 2. c. 16: è Virg. 6. Æn. Tua *postuma* proles. Nimirum si Silvius post obitum Æneæ natus sit, ut multi tradiderunt: jure *posthuma* proles dicatur. Alioquin & *postuma*, i. e. ultima, ratione ordinis, non incommode appelletur. Ita recte: *postuma dies*, i. e. extrema. *Postuma* spes, i. e. ultima ap. Apuleium.

Hyades sunt in fronte Tauri. Hesiodo 5. Proclo. 6. Higino 7. numerantur. Maro innuit originem, dum 1. Æn. nominat *pluvias*: ἀπὸ τ͂ ὕειν, quod cient. Aperte Ovid. 5. Fast. Navita quas hyadas Graius ab *imbre* vocat. Et paulo post:

Mater Hyan & Hyan mœstæ flevere sorores,
Cervicemq́; polo suppositurus Atlas:
Victus uterq́; parens tamen est pietate sororum;
Illa dedit cœlum, nomina fecit Hyas.

Idem ait Cic. 2 de Nat. deor. Quo sensu & *succulæ* à *succulo*, vel humore, ap. Plin. l. 2. c. 42. & l. 18. c. 26. Veteribus etiam sidus *Palilitium*, quia Palilibus vesperi occidere incipiebant. Vel, à natali die Urbis Palilibus, ut notat Scal.

in

Digitized by Google

Ind.5, Manili. Ap. Agell. l.13. c.9. Tull. Tiro M. Cic. libertus ita: Adeo (inquit) veter. Romani literas Græcas nescivérunt, & rudes Græcæ linguæ fuerunt, ut stellas, quæ in capite Tauri sunt, propterea *suculas* appellarint quod eas ὑάδας Græci vocant, tanquam ad verbum Latinum Græci verbi interpretamentū sit: quia Gr. ὕες, sues Lat. dicuntur. Sed ὑάδας (inquit) οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, ita ut nestri Opifici: sed ab eo, quod est ὕειν, appellantur. Nam & cum oriuntur, & cum occidunt, tempestates, pluvias, largosq; imbres cient. *Pluere* a. Gr. lingua ὕειν dicitur. Hæc Tiro in pandect. Sed n. veteres nostri, non usq; eo Opici, & Agrestes fuerunt, ut stellas hyadas iccirco suculas nominarent, quod ὕες, Latine sues dicantur: Sed, ut, quod Græci ὑπὲρ nos *super* dicimus: quod illi ὕπτιος, nos *supinus*: quod ὑφορβὸς (ab ὗς & φέρβω pasco) nos *subulcus*: quod item illi ὕπνος nos primo *sypnus*, deinde per y Græcæ, Latinæq; O literæ cognationem *sopnus*. Sic quod ab illis ὑάδες, à nobis primo *syades*, deinde *suculæ* appellatæ. Hæc Agell.

Hyems, aut Romane *Hiems*: Lucio Cæcilio & aliis *hyemps*, ut sumptus, tempte. Illud vero potius. Παρὰ τὸ ὕειν, quoniam pars anni pluviarum & tempestatum plenissima. Virg. 1. Georg. Nescivere *hiemem*, i. e. humiditatem aut pluviam. *Hibernus*, i. e. hiemalis, ab hieme: ut à diu. diurnus: hodie hodiernus. Quasi *himernus*. B enim & M invicem permutari solent. Etiam alludit χειμερινός. Et sic à χειμὰς aut χειμὼν etiam derivabitur *hiems*. Porro Gr. χειμὼν ἢ χεῖμα, plerisque dicitur à χέω, quod est fundo. Ap. Hebr. est כִּימָה, i.e. sidus cœleste, cujus ortus & occasus efficit frigora ac tempestates. Quidam interpretantur aquosum *Orionem*: quidam *Arcturum*. Hamos 5. 8. faciens כִּימָה, *cimah*. Vet. versio: Facientem arcturum & orionem. *Pagnin.* Qui facit arcturum & orionem. *Tremell.* Quærite opificem pleiadum & orionis. *Abenar.* faciens arcturum & succulas. LXXII. penitus ab Hebræo secesserunt: ὁ ποιῶν πάντα. Idem vero Job. 9. 9. aliter vertunt: ὁ ποιῶν πλειάδα καὶ ἕσπερον καὶ ἀρκτοῦρον καὶ ταμιεῖα νότου. Quod vet. versio ita: Qui facit arcturum, & oriona & hyadas & interiora austri. *Pagnin.* Qui

facit arcturum, oriona & pleiades & penetralia austri. *Tremel.* Qui facit arcturum, orionem & pleiades: ac penetralium austri sidera. *Abenar.* Qui facit arcturum, succulas, & orionem & penetralia austri.

Hygiea, hygea; crebro hodie in usum venit. Ὑγίεια, ὑγεία, jota extrito: ὑγιής, sanus Ab Hebr. חָגָה, sanavit. Ars illa ὑγιεινή, aut medicina quur *muta* dicitur? Liceat mihi διεξοδικῶς quærere: & illud

Virgilii, 12. Æn.

Mutas agitare inglorius artes, delibare.

Mutas. i. e. latentes, *ignobiles*, aut ignominiosas, dicunt ἀδόξας; decepti *vocula inglorius*. At non pertinet ad artem, sed ad consilium viri, qui maluit domi suæ latere, quam extra opibus inhiare aut gloriæ. Potius vocat *mutas* συγκριτικῶς, i. e. comparat cum strepitu augurii, citharæ, sagittarum, quibus medicam Japis prætulit: etiam in se *mutam*, h. e. difficilem, obscuram, & quia olim discipulos medicorum oportebat esse *mutos*, ἀφώνους, i. e. silere mysteria illa, nec in vulgum spargere. Menandri illud; non vult mussare medicum, sed taxat garrulum, aut blateronem: ἰατρὸς ἀδολέσχης νοσοῦντι πάλιν νόσος Mercur. l. 3. Var. lect. c. 13. probat sententiam Fulv. Ursini: Mutam dici à Virgilio: quod tota medicinæ vis in operationib. ac remediis potius, quam in sermonib. atque eloquentia collocetur.

Hymen, hymenis, media brevi, contra Priscian. Nam & Poetæ corripiunt, & Græcis est ὑμὴν, ένος. Est in natura muliebri membranula, quæ scinditur virginib. primo quoque Veneris tentamento atque aditu. Inde factum nomen Numini à Græcis. Existimarim (inquit in Anatom. *Laurent.*) cervicis latera nondum Venerem expertis duntaxat, quasi conglutinata connivere, quæ primus concubitus magna ex parte divellat. Quod si membranula quædam cervici adnascatur, id vitio conformationis contingere puto. Sic sæpe ad osculi & vulvæ extremum caruncula aut membrana concrescit: & hunc affectum Paulus φίμωσιν, Latini mulieres has non *perforatas* aut velatas dicunt, *Hæc ille. Hymenæus* est carmen nuptia-

nuptiale, ὑμέναιος. Pollux: ὑμὴν & ὑμέναιος, τὸ ᾆσμα τὸ γαμήλιον Hymeneius ὑμέναιος. Numeris hymeneia dicam gaudia, ait ille. Hymeneon, ὑμένιον: i. e. membranula. An etiam *Hymenæon* dicatur in neutro? vel tanquam Adjectivum, ut vota hymenæa, , id est nuptialia; quæritur. Apud neminem è veterib. quantum memoria mea fert: legi. Lucr. n. l. 1. Græcos imitatur.

Posset claro comitari hymenæo.

Interim *Hymenæon* dici potest analogice, mutato casu è Græco ὑμέναιος: quomodo alias *lagena, metreta*. Aut etiam jure suo Romani in urbem recipiant hoc tanquam Adjectivum, *Hymenæus, a, um:* ut alia similia. Lotich.

- - ad sponsæ thalamos hyemenæa canamus.

Quale vero illud sit Calentii, nescio cujus; *audis tædiferum pueros Hymenæa canentes.* non satis conjecturam capio. Sic forte pallietur: Audis canentes Hymenæa tædiferum, id est, tædiferorum, hoc est, qualia canunt tædiferi. Stigelius vero erravit. Gratulor ergo tibi *felicem hymenæa*, SABINE. Id quod nulla ratione excusari quit; nulla veterum autoritate.

Hymnus, ὕμνος, ab ὕδω: quod ab Hebr. הֵידָד, *hedad*, i. e. jubilum, celeusma, exclamatio læta.

Hypocrita, ab ὑπὸ & κρίνομαι: qui subdole & occulte judicat aut simulat. Isid. l. 10. est simulator. Græce ὑποκριτὴς: ης abit in A ap. Latin. Ut τηγανίτης, τηγανίτης, *taganita*, à τήγανον: πειρατὴς, *pirata*, à πειράω: *Catarracta*, καταῤῥάκτης, & omisso, R. *Cataracta*, καταράκτη: à ruptione, ῥάσσω, ἀράσσω. Luc. l. 10. dicuntur præcipites Cataractæ.

Hysopus, ὕσσωπος, ab אֵזוֹב, quod ejusdem significatus. Jun. in Ex. 12. 22. Hebr. *ezob* & *tzabtar* Arabum primo & per se latæ sunt significationis. Nam & hyssopum & omnia origani genera & thymbram & thymum & satureiam complectitur utrumque, velut affinitate juncta. Sed κατ' ἐξοχὴν accipiuntur angustius. Nam quia *ezob* ad fluctus, tussim, duritias, collectiones & manantia ulcera utilis est, quæ indicantur etymo: speciatim hac voce *hyssopus* designatur, quæ principatum in eo

genere obtinet. *Tzahtar* vero Satureiam sonat, quasi minima in suo genere. Huc me adducit autoritas apostoli Heb. 9. 19. qui ἐν τοῖς καθολικοῖς legitimorum rituum nominat hyssopum, respiciens ad eam legem, quæ est Num. 19. Nec obstat quod 1. Reg. 4. 37. cedro opponitur & parietinas amare dicitur. Nam oppositio fit rerum ὁμογενῶν, ac non genere differentium. Est autem genus commune utriusq; plantæ in scapum assurgens vel caulescens: quo in genere certum est maximam cedrum fere, Satureiam minimam appellari.

I.

Jacobus, i.e. supplantator. Tenuit n. plantam fratris Esavi. R. עָקַב, i.e. calcaneo supplantavit, item pessumdedit. Ex *manu* & *calcaneo* nomen est compositum, inquit Tremel. & Jun.

Jambus. Catullo sunt *Truces jambi*. Terent. de pedib. *Erit jambus, pes virilis, acer, & raptim citus*. Videatur etiam Diomed. l. 3. pe pede & ejus divis. Scal. l. 1. poet. c. 54. ἰαμβίζειν impetere: παρὰ τὸ ἰέναι & ἀναβαίνειν, cum insurgimus jaculationi. Non autem à *Jambe* muliercula, à qua versus usum sibi sumserit Hipponax & nominarit, ut ait Hephæstio: quia lavanti lanam sibi cum facesseret negotium Poeta, illo eum versiculo amoverit, quo postea delectatus est:

Ἄνθρωπ' ἄπελθε τὴν σκάφην ἀνατρέπεις.

Et c. 12. Hoc fuit ἰαμβίζειν quod nos maledicere: sicut ait Aristot. & repetit Strabo. Inde nostrum *jacere*, παρὰ τὸ ἰὸν ἄχος. Unde *jacere* maledicta ap. Liv. *jacere* contumeliam atq; etiam injuriam ap. Cic. Ex quo ad eandem notionem, *objicio*, compositum est. Etiam τῷ *jaceo* affine est ἰαύω ab ἵημι. Martin. *jacio* facit ab ἴα vis & κίω, eo. A *jacio*, *jactum*, est *jactura*. Ut à nascor natum, natura. Facere jacturam, quando res projicitur. Item *jaculum* à jacio. Quomodo *Jaculum* rete dicatur in Plauto, non possum non doctorum ἐξηγήσεις adducere. Plaut. asin. a. 1. s. 1. *Venari à rete jaculo in medio mari*. Est *rete jaculum* dictum à *jaciendo*: quod & *funda* appellatur à fundendo, vel fundo. 1. Geor. Atq; alius latum *funda* cum verberat amnem. Dicitur

tur *jaculum rete* ad differentiam *verriculi*, quod non jacitur, sed verritur. Hebr. מִכְמֹר רֶשֶׁת vertit Tremel. & Jun. per *rete jaculum*. Gr. ἀμφίβληστρον. Scal. in Catal. *Rete jaculum* dici ait, ut *metra verba* Virgil *pallium peristroma* Ulp. *arvus ager*, *laniena taberna* Varr. ap. Nonn. *ancile scutum*, *lapidem silicem*, *tibicini modi*, *pœna multa* ap. Cic. *fidicinæ fides*, *ventus turbo*, ap. Plaut. *Hæc ille*. Mihi videtur cum alterū semper alteri adjiciatur, declarationis & majoris differentiæ causa, posse excusari per *Appositionem*, ut vocant Grammatici: quædam etiam esse *adjectiva*, quæ tamen communiter pro *substantivis* usurpantur: qualia multa sunt, ut amicus, festum, pecunia. Ita jaculum, arvus, ventus, ancile. Sed ad propositum. *Subjicio*: unde *subjices*, quia subjiciuntur. *Subices* Enn. in Achille pro *subjectis* posuit: *Nubes per ego Deum subices humidas*. Analogice *subjices* & *subices* dicuntur: ut *objices* & *obices*, quia *objiciuntur* foribus. Germ. Fürwurff. Perot. *obex significat objectum sive objectionem cujuscumq; rei*. Quod etiam in 4. Georg. firmat Serv. *Obiex*, objicis ab *objicio*: *obex*, obicis, ab obicio. *Porricio*, ex disciplina aruspicum, & ex præcepto potificum solenne sacrificantib. fuisse tradit Macrob. l. 3. c. 2. *porro jacio*. Varro l. 1. de re rust. 29. Exta diis cum dabant, porricere dicebant. Fest. porriciam, pro porro jaciam. *Porro*, πόῤῥω: πυῤῥώτερος ulterior. *Porro* ποθέριον est tractus ulterior ad extrema, inquit Scal. in Theoph. *Rejicio*, unde *reiiculæ* dictæ sunt oves, aut ætate, aut morbo graves: quia ab aliis removentur, ap. Varr. 2. de re Rust. c. 1. *Amicio*, i. e. *circumiacio*, quod notat AM, ἀμφὶ: à circumjectu. Ab amicio, *amiculum*: ut à rejicio *reiiculum*, aut (ut alii volunt) à *reicio* reiculum. *Amictus*, περιβλήματος. Varro l. 4. L. L. *Amictus* est dictum, quod *amiectum*, i. e. *circumjectum* à quo etiam quo vestes se involvunt, *circumjectum* appellant. *Redimio*, quasi *redimicio*, per contractionem: inde redimitus, & *redimiculum*, ut *amiculum*, à simpliciori. Glofs. Redimicula, διαδήματα.

Japhet nomen filii Noah, qui agentibus, ἰάπετος, *Japetus* dictus est. Gr. παρὰ τὸ ἴεσθαι καὶ πέτεσθαι, ab incessu vola-

 tuque

tuque. Cœlestem sphæram eo nomine intelligi mavult Eustath. Est vero Hebr. יֶפֶת, *iephet.* Alludit 5. Ovid. Met.

Quam satus Japeto mixtam fluvialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Legatur Full. l. 2. Misc. c. 4.

Jaspis à יָשְׁפֵה: gemma viridis Propterea Claudianus,

Viridiq; angustat Jaspide pectus.

Et Mantuanus:

Multa sinus & colla virens ornabat Jaspis.

Ex. 28. 20. Hebr. יָשְׁפֵה vertit Tremel. & Avenar. jaspidem. & consentit Buxtorfius.

Ichneumon, etiam *mus Pharaonis* dicitur: ab ἰχνεύειν. Herod. Nicand. & Hesych. ἰχνευτὴν, h.e. vestigatorem sive indagatorem exponunt. Isid. l. 12. c. 2. *Enhydros* bestiola, ex eo nuncupata, quod in aquis versetur & maxime in Nilo. Quæ si invenerit dormientem crocodilum, volutat se in lutum primum & intrat per os ejus in ventrem, & carpens omnia interiora ejus, exit viva de visceribus crocodili, ipso mortuo. Hinc *Ichneumon* Græce vocatus, eo, quod odore ejus & salubria ciborum & venenosa prodantur. Plin. l. 8 c. 24. & 25. Oppian. l. 3. Cyneg. Ælian. l. 8. c. 25.

Idus. Multæ de hujus etymo ἀδολεσχίαι. Aliis ab *Itis* vel *Idis*: aliis ab ἴδιος aliis ab εἶδος vel ἰδεῖν: aliis ab ove *Iduli*. Omnes frustra sunt. Et *Idulis* ovis est, quæ omnib. idibus *Jovi* mactabatur, Festo. Ergo *Idulis* ab Idus, non contra Macrob. l. 1. Sat. c. 15. ab antiqua Hetruscorum voce *Iduare*, i. e. dividere, flectit: quoniam *Idus* dividant mensem. Hor. l. 4. od. 2. Idus tibi sunt agendæ, Qui dies mensem Veneris marinæ *Findit* Aprilem. Per τὸ *findit* respicit originem iduum, ab iduare. Recte sane. Sed nondum plene satisfacit. Etiam vulgo videas poni, *iduare* φιλαρχαίοις pro distribuere: sed vim minus capiunt. Item *vidua* à *viro*: aut verius, *à ve*, & *iduo*, i. e. per mortem à marito separata: sicuti *Divira*, à *dis*, di & viro: eadem causa. Plaut. Menæch. Præter hæc si mihi tale post hanc diem faxis: faxo *vidua* visas patrem. *Vidua*, i. e. à me divisa. Sed ubi tandem origo? Tentabo: quia sæpe hactenus alea jacta.

In

Digitized by Google

In arithmetica numerus binarius eſt primus, qui dividitur: & quidem in principium: Talmudice דו, i. e. duo a Græcis eſt δύο, & δὶς: unde δια & Lat. *Dis*, quod plurimis verbis addit ſignificationem ſejungendi ab alio. Ubi nec prætereundum, quod pro modulo binarii omnia in hac univerſitate primum in duo diſtinguantur. Nempe hic mundus dividitur in cœleſtem partem, & elementarem: corpus in materiam & formam: homo in animam & corpus. Eſtque διχοτομία prima omnium diviſionum & principalis, ad eamque reliquæ, velut ad caput ſuum, omnes reducuntur. Quod cum priſcis ſapientibus notum fuerit, ſolertiſſime id verbum fecerunt, quo diviſio illa primaria exprimeretur. Quippe *iduo* eſt εἰς δύο: & amplius *dividuo: à dis ve & iduo*: verbum emphaticum. Niſi pro VE Æolicum digamma aſſumas. Lucr. l. 1. *Nec findi in bina ſecando*. Similiter Græcis eſt διχάζω. *Dividuum*, quod poteſt dividi, διαιρετόν. *Dividia*, quæ dividit, ap Plaut. ut moleſtia, diſcordia. Fulgentius: *Dividias* dixerunt triſtitiam. Gloſſ. *Dividia*, διχόνοια. Idem quoque Germani imitantur: quando volunt indicare, aliquid diviſum eſſe, dicunt: Es iſt in zwei/ i. e. dividuum, h. e. comminutum, & fractum eſt. Hæc conjectura noſtra qualis ſit, judicent ii, quibus ſincerum judicium.

Jehova, vel *Jehovah*, יְהוָה. Quia enim propriis, ut vocant, punctis ſive vocalibus deſtituitur; ideo interim ex אֲדֹנָי, *adonai*, aſſumuntur. Invenitur etiam יֱהוִֹה *Jehovi*: & tum puncta vocalia ex Elohim אֱלֹהִים eidem ſubjiciuntur. Sed contra diſputat doctiſs. Fuller. in Miſc. & vocales illas nomini huic Tetragrammato vindicat proprias. *Jehovah* (inquit in append. l. 6.) *genuinam ac germanam lectionem & pronunciationem eſſe ex animo credimus*. Si certam quantam (inquit Arias Montan.) ex alior. ſimilium nominum ratione indicare pronunciationem fas eſt, *jehueh*, dicendum eſt. Atq; ita exiſtimo, veteres illos pronunciaſſe tum Iſraelitas, tum ex aliis gentibus homines, ad quos nominis hujus & DEI ipſius notitia pertinuit. Hæc illæ. Lil. Gregor. Giraldus po-

nit *Jheube* hist. deor. Syntag. 1. Interdum vero idem contrahitur, & fit יָהּ *jah*, pro *Jehova*. Inde nostrum Ia est, & sancte, quasi cum invocatione numinis aliquid affirmat. Inde etiam est *hallelujah* : nempe ex imperativo *pihel* הַלְלוּ & יָהּ i. e. *laudate Dominum*. Similiter & Latini pro Jehova, *Iova* vel *Ihova* utuntur: quod primam necessario producit & propter contractionem & propter ו, vocalem, longam. Hoc augustissimum nomen primitus Mosi patefactum fuit. Ex. 3. 15. & 6. 2. Ego sum Jehova: apparueram quidem Abrahamo, Isaaco, & Jacobo nomine *Elschaddai*, i. e. Dei fortis omnipotentis: at nomine meo Jehova non cognitus sum illis. Estque nomen solius Dei opt. max. proprium, nec ulli uspiam vel angelo vel homini, uti *Elohim* solet, tribuitur. Jes. 42. 8. Ego Jehova, hoc est nomen meum: & gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam sculptilibus. Objiciunt quidem illud Gen. 22. 14. Vocavit Abraham nomen loci illius, *Jehova providebit*. Verum locus non vocatur ipse Jehova: Sed in symbolon ac testimonium diæ providentiæ, *Jehova providebit*: quod tum Abrahamum DEUS ἀπὸ μηχανῆς quasi respexerit, & filium ejus ab imminente jamjam morte retraxerit. Posteri vertunt κύριος ὤφθη, i. e. dominus visus est. *Onkelos* paulo aliter totam hanc periodum transtulit: Et oravit atque immolavit Abraham loco illo, & dixit coram Domino: Hic erunt servientes generationes. Propterea dicebatur in die hac; in monte isto Abraham coram Domino immolavit. Rabbini enim παραγματῆς hoc vaticinium, 1. Reg. 8. impletum ajunt. Sed & objiciunt simile Ex. 17. 15. ædificavit Moses altare, & vocavit nomen ejus *Dominus exaltatio mea*. Sed idem & hic respondemus, quod antea. Aram non vocari Jehovam: sed ejus modo ἐπιχειρήσει designari. Tremell. & Jun. ita habent: Tunc extruxit Mose altare, cujus vocavit nomen, *Jehovæ vexilli mei*. Id est, qui per me populo suo in conflictu isto vexillum & in perpetuum erigit. Latebras quidam (ait ille Theologus) captant hoc loco: quia & altari à se extructo nomen istud imposuerit Moses, & Ezechiel civitati

tati novæ Jeruſchalaim. Sed quis non videt, altare extrui in monumentum, quod Deus ſit exaltatio Moſis? Nec Hieroſolymam inſigniri Dei nomine, niſi ad teſtandam DEI præſentiam? Quod attinet Radicem τ̃ Jehova, eſt illa הוה, *havah*, i. e. fuit. Sic etiam Ex. 3. 14. *Eheieh aſcher Eheieh*, i. e. Ero qui Ero. Et poſt: *Eheieh*, i. e. Ero miſit me ad vos. Eſtque אהיה, *Eheih* à verbo היה, *hajah*, i. e. fuit. LXXII. interpretantur: ἐγώ εἰμι ὁ ὤν: Ego ſum qui ſum, vel Ens. Ejusmodi enim temporum mutatio ap. Hebr. non inſolens. Etiam ita Johann. expreſſit Apoc. 1. 4. & 8. ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος. Et c. 22. ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ ω, ἀρχὴ καὶ τέλος. Inde novitia vox exſtitit *Azot*: ſcilicet è primis atque ultimis Hebræor, Græc. & Latin. literis אתו, α ω, az: ſic vero diſpoſitis $\overset{\text{א}}{\text{a}}$ z ω ת: vel ſimili modo.

Philo de vita Moſis, יהוה interpretatur ὄνομα τ̃ ὄντος. Similiter etiam Damaſceno Deus eſt οὐσία ὑπερούσιος. Gregor. θεὸς ἦν μὲν ἀεὶ, καὶ ἔστι καὶ ἔσται: Deus erat ſemper, & eſt & erit. Dionyſ. (ut volunt) Areopagita: οὐ ποσὸν ἐστιν ὤν, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ ἀπεριορίστως ὅλον ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν τὸ εἶναι καὶ προειληφώς, i. e. non quoad quantitatem eſt ens, ſed ſimpliciter & indefinite totum in ſeipſo comprehendens eſſe & ante complexus. Tertull. l. 1. contra Marcion. definit, *Deum ſummum eſſe magnum, in æternitate conſtitutum, innatum, infectum, ſine initio, ſine fine.* Auguſt. in Pſal. 9. In Dei natura non erit aliquid, quaſi nondum ſit; aut fuit, quaſi jam non ſit: Sed eſt tantum id, quod eſt, & ipſa eſt æternitas. Gregor. 4. Moral. c. 27. Et Iſid. Hiſpal. l. 7. orig. c. 1. Deus eſſe tantum novit; fuiſſe & futurum eſſe non novit. Solus enim pater cum filio & cum Spiritu S. veraciter eſt; cujus eſſentiæ comparatum eſſe noſtrum, non eſſe eſt. Bernh. l. 5. ad Eugen. Quid eſt Deus? Sine quo nihil eſt: tam nihil eſſe ſine ipſo, quam nec ipſe ſine ſe eſſe poteſt. Ipſe ſibi, ipſe omnibus eſt, & per hoc quodammodo ſolus eſſe ipſe, qui ſuum ipſius eſt, & omnium eſſe. Hæc ille. Ubi notandum, quod omnes illi τὸ εἶναι poſuerint, & ſic Hebr. *havah*, unde

unde Jehova, spectarint. In primis vero Bernhardus toties repetit τὸ ipse, αὐτὸς. Inde recens αὐτοὤν. Qua notione & Scal. Deum admirabili voce, αὐταυτὸν, appellavit. Et ipso in fine Exerc. ait:

> Sine principio principium absque fine finis:
> Cui præteritum non abit, haut subit futurum:
> Ante omnia post omnia, totus, unus IPSE:

Idem paulo ante Ex. 365. sect. 6. Deus neque ens est, sed essentia: neque bonus, sed bonitas: neque sapiens, sed sapientia: neque omnipotens, sed omnipotentia. Quæ ita in ipso sunt ut sint ipsum. Ita insunt, ut nihil antecedat, nihil subsequatur. Alias vero Jehova si Latine aut Græce, aut aliter una voce vertendum sit, nihil enimvero, quod aliqua sufficiat. Indipisceris, vel quæras in medio mari. Solent quidem Græci vertere κύριον, *dominum*. Sed Hebræum leviter attingit. Et illi ita obsequuntur Judæis, quibus *Adonai*, vel *Elohim*, pro Jehova legebatur. Latinis etiam nove factum est, *Essentiator*, aut *Existentiator*. Quod ut Græco quidem melius: ita necdum exhaurit Hebraicum Nam Jehova etsi ἀπὸ τοῦ εἶναι semetipsum sic vocaverit: tamen vox illa plus adhuc indicat. Eum videlicet indicat qui *fuit*, *est*, *erit*, h. e. vere, ὄντως infinitum atque æternum. *Iod* cum *scheba* futurum: *Vau holem* præsens: *Lamed he* quiescens in *camez* præteritum tempus ingerit. Nempe הָיָה *fuit*, הֹוֶה *est*, יְהֹוֶה *erit*. Quod notat etiam Zanch. l. 1. de attrib. div. c. 13. Adeoque rectissimum fuerit: ut יהוה cujusque gentis literis (quantum possit) exprimatur *Jehova*, *Jehovah*, ἰεωβὰ, ἰωβὰ, ἰεωυὰ, vel saltim ἰεωυὰ ut disputat etiam Full. l. 4. misc. c. 13. Epiph. l. 1. contra hæreses de Archonticis, affert Ἰαβέ, quod exponit, ὃς ἦν καὶ ἔστι καὶ ἀεὶ ὤν. Nisi forte legatur ἰωβὰ. Theodoretus in Exodum quæst 15. nomen illud Ἰαβέ, vel, ut Scalig. legit, Ἰαβαὶ attribuit Samaritanis. *Samaritani*, inquiens, *vocant illud nomen Iabe*, *Judæi vero Ia*. Etiam nonnulli ex Græcis jam olim ex יהוה fecerunt ΠΙΠΙ & ΙΑΩ, & ΙΕΥΩ. Porphyrius apud Eusebium l. 1. præparat: Evang. c. 5. in 4. serm. contra Christianos ex Sanchuniathone meminit sacerdotis Dei τοῦ

Ιευω.

Ἰουδα. Diodorus Siculus biblioth. l. 1. παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις μωσῆν τὸν ΙΑΩ ἐπικαλούμενον θεὸν προσποιήσασθαι τοὺς νόμους αὐτῷ διδόναι. i. e. *apud Judæos Mosen finxisse Deum illum, qui Iao cognominatur, leges ipsi tradidisse.* Alii Ιαω: alii aliter enunciabant.

Macrob. l. 1. Sat. c. 18. & Iren. l. 1. c. 18. Consultus Apollo, quo loco inter deos ἰαὼ, habendus sit? Respondit, φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν ἰάω, id est, dic Deum *Iao* omnium deorum summum esse. Et origenes sexto contra Celsum, tradit idipsum tum de Ἰαὼ tum de Ἰαώια, duobus forte nominibus ex יהוה & יה sic conflatis. Quamvis ex uno יהוה, sic potuerit existere. Videatur Scalig. sub finem de emendatione temporis. Hugo Sanfor. Theol. insignis solicite ostendit, quomodo *Iao, Iaot, Iebo, Ieie,* ab Hebræo sint ducta, de descensu Christi ad inferos l. 1. At πίπι exstitit è יהוה, ita exarato sine punctis, & lecto à finistra versus dextram. Nam & Græcor. Π proxime accedit τὸ ה, *he.* Græc. jota, ι, apprime etiam τῷ *Vau* & *jod* respondet. Hujus voculæ πίπι meminit quoque Hieronym. Sed & Chaldæi inde suum fecere τριγράμματον יְיָ: & alterum διγράμματον יְיָ: Ex Hebræo, inquam, fecere יְהוָה, quod & τετραγράμματον dicitur. Scilicet κατ᾽ ἐξοχὴν: quia quatuor literis pingitur. Latin potes, *quadriliterum.* Quomodo etiam Gr. θεὸς Lat. DEUS: Germ. Gott: Ægyptiis θωὺθ: Illyricis Bogi: aliis itidem gentibus quatuor literis scribitur: ut & Zanch. l. 1. de Nat. dei c. 13. monet. Isid. l. 7. orig. c. 1. *Tetragrammaton,* hoc est, quatuor literarum, quod proprie apud Hebræos in Deo ponitur, *iod, He, Vau, He,* i. e. duobus *ja ja*, quæ duplicata ineffabile illud & gloriosum nomen Dei efficiunt. Dicitur autem *ineffabile*, non quia dici non potest: sed quia finiri sensu & intellectu humano nullatenus potest, & quia de eo nihil digne dici potest. Hæc ille. Quo sensu non diffiteor, posse Jehova nomen ἄῤῥητον vocari. At Judæi amplius pergunt & planissime ἀνεκφώνητον judicant, ut legere non ausint. Theodoretus quæst. 15. in Exod. ἀπαίρητον γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς τοῦτο διὰ τῆς γλώττης προφέρειν. Et

Rabbi

Rabbi Abba Saul in lib. *Sanhedrin* cap. *Halec* ait: Qui pronunciat ipsum nomen quatuor literarum, ut literæ ipsæ sonant, non habet partem in futuro seculo. At rursus ad mortem usque *Simeonis Justi* solitos fuisse Judæos illud effari, doctores eorum testantur in Babylonico Talmud tract. Jonia c. 4. A multis tamen, maxime sequioris ævi, non legitur prorsus neque pronunciatur; sive superstitione quadam, sive, ut lenius agamus, nimia veneratione. Quamvis neutra probabilis. Si superstitio: longum exesto. Sin veneratio, nobis explicent eam necesse est. Quando potius illum venerari nos recte statuimus, cum nomen ejus non mussitamus, non reticemus: sed subinde repetimus. Præsertim ubi nomen præsigne, egregium, & toties iteratum. Sicuti quidem Deus ipse hoc tetragrammaton nomen primitus edidit, & toties repeti curavit. Jam nos quoque idem pronunciare aut voluit, aut noluit. Si noluit, quur nobis patefecit? Quur non potius reconditum esse sivit? Si voluit, uti certe voluit: quur Judæi non pronunciant? Sed & nomen id enunciari nequit, vel quoad *materiam*, vel quoad *formam*. At *materia*, nimirum literæ, sicuti scribi, pingi, sculpi: ita etiam pronunciari possunt. Aut si istud peccatum fuerit; etiam illud erit. *Forma* in eo est, quod Jehova notet eum, qui fuit, qui est; & qui erit: ut antea explicuimus. Quod si ita exponere nobis id licet: quidni efferre idem quoque liceat? Nihil hic obstaculi: uti disputat etiam Zanch. l. 1. de Nat. Dei cap. 13. & Full. l. 4. c. 13. Etiam ulterius idem exponimus, indeque mysterium τῆς τριάδος aliquo modo elicimus; quantumvis ringantur Judæi & fremant. En tibi literas יהוה. *Jod* litera est consonarum, ut & numeri denarii principium. Litera vero *He* significat הוא, *hi*. Sed *Vau* est copula inter duo. His igitur sic junctis, oratio efflorescit hæc: *Principium istius & istius*. Ut videlicet pater sit principium filii & Spiritus S. Dico principium, non quoad gradum aliquem aut tempus, quod in æterno nullum: Sed quoad ordinem & τρόπον ὑπάρξεως. Namque pater est filii pater, & sane ab æterno: non

contra

contra filius est pater alterius. Numerus item literarum יהוה est quaternarius, seu natura quadratus, planus, qui est duarum proportionum simplarum æqualium: unius ad unum & duorum ad duo. Ita innuitur monas essentiæ divinæ, & quod à patre unus gignatur filius, æqualis patri proportione prima: & quod ab utroque emanet Spiritus S., altera proportione simpla, æqualis patri & filio. Quia vero proportio ea omnium perfectissima, inde æqualitas τῶν ὑποστάσεων in divina essentia, per geminum scil. modum, alterum generationis, alterum vero spirationis, non plures, colligitur. Sed & quia *He, He* literæ mollissimæ ac lenissimæ sunt, non nisi spiritu, sine aliis organis editæ; ex eo mera illa πνευματικὴ, & occulta generatio filii & emanatio Spiritus S. elicitur. *Luther.* in Ps. 5. In quadrato, *inquit*, hujus divini nominis significatur unitas paternæ substantiæ, ex qua unus procedit filius æqualis eidem, simpla proportione prima: ex utroque autem Spiritus Sanct. secunda processione, velut altera proportione simpla, æqualis patri & filio: sicut proportio duorum ad duo, & unius ad unum æqualis est Geometrice. Cum autem proportio ista simpla omnium sit perfectissima, prima; & proportionum fons & caput, ubi neutra partium alteram excedit, nec exceditur utraque, quia unum uni, duo duobus per omnia æqualia; fit, ut æqualitas personarum in divinis, per duas tantum processiones & non plures, subsistentium, pulcherrimi istius quadrati seu tetragrammati symbolo, significata sit antiquis patribus in occulto. Æqualis n. patri filius processione prima: æqualis utrique spiritus processione secunda. Huc jam facile est referre 4. istas relationes quas Theologi habent usitatissimas: Generatio activa, generatio passiva: spiratio activa, spiratio passiva. Hæc enim quatuor constituunt (ut sic dicam) Deum trinum & unum, sicut istæ quatuor literæ ejus nomen. Hæc Luther. Concludimus igitur Jehovæ nomen, quia exponitur, etiam legi ac pronunciari posse aut debere. Neq; exponitur modo, quod objiciant nobis, à Christianis: verum etiam ab ipsis Judæis. Hinc est *Schemhamphorasch*, id est, nomen expositum,

expositum, ὄνομα μεθερμηνευόμενον, שֵׁם, *schem*, est nomen פֵּרַשׁ, *pharasch*, exposuit. Ex eo formatum in *puhal* conjugationis *pihel* fit מְפוֹרָשׁ, *mephorasch*, expositum, ènarratum adeoque apposito τῷ ה emphatico הַמְפוֹרָשׁ, *hamphorasch*: inde שֵׁם הַמְפוֹרָשׁ *Schemhamphorasch*. Atque hoc nomen plerorumque sensu est יהוה. Quamvis non parum dissentiant, quomodo & quibus literis aut vocibus id fuerit explicitum. Rabbi Menachem putat Schemhamphorasch fuisse nomen יהוה ter repetitum & 12. sic literis constitisse. Rabbi Jacob tradit, fuisse itidem nomen יהוה una cum vocib. Ex. 3. 14. אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה *eheieh ascher eheieh*: & continuisse literas quindecim. *Rabbi Nagid* interrogatus, quodnam esset illud duodecim literarum nomen, scilicet יהוה expositum? Respondit: אָב בֵּן רוּחַ הַקֹּדֶשׁ. *Abben Ruach hakkodesch*. I. e. pater, filius, Spiritus S. Item quod esset nomen 42. literarum, quorum & Thalmud Sanhed. meminit; respondit אָב אֱלֹהִים בֵּן אֱלֹהִים רוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֱלוֹהִים שְׁלֹשָׁה בְּאֶחָד אֶחָד בִּשְׁלֹשָׁה: *Ab elohim, Ben elooim, Ruach hakkodesch èlohim: Scheloscha beëchad ëchad bisch loschah*, i. e. Pater est Deus, filius Deus, Spiritus Sanctus Deus, Tres in uno, unus in tribus. Qui plura in hoc argumentum expetit, legat Petr. Galatin. (qui tamen suos libros confecit è Pugione fidei Raim. Sebonis monachi dominicani: in Colleg. Fux. Tolos.) Mornæum de verit. relig. Christ. c. 6. Christianum Gerson Judæum in Thalmud. c. 31. Buxtorf. in Lex. Drus. in Tetragram. Full. l. 2. Misc. c. 6. Alias, ut hoc obiter addam, vox illa, *Schemhamphorasch* exstat etiam in Chald. Bibliis Eccles. 3. 11. In Thargum Jonathan. Cantic. 2. 17. In Thargum Hierosolymitano Exod. 32. 25. Lev. 42. 11 Atque ita pro tempore satis diximus super sanctiss. illo Dei nomine. *A Jehovah*, uti & ante monuimus, extitit *Jovah*, vel *Ihovah*: rursum à *Jova* est Ethnicor. *Jovis*: qui alioquin, ut postea dicetur, à *juvando* plerisq; : cum *Juvo* potius à Jove aut Jova sit: quod proverbi-

verbium innuit: Homo homini Deus: Videlicet ob beneficia, & opem. *Veiovis*, qui non juvandi potestatem, sed vim nocendi haberet: Agel. l. 5. c. 12. Quasi parvus *Jovis*. Ovid. l. 3. Fast.

Vis ea si verbi est, quur non ego Veiovis ædem,
Ædem non magni suspicor esse Jovis?

Ve enim hoc loco minuit. *Scal.* hic mire subtilis an sublimis? est, *lib. de plant.* Sic (inquit) ex eorum Jova, nostrum quoque *Jovis* propagatum fuit. Nam recto casu hoc appellatum sono, manifeste cognoscitur ex augurum libris, in quibus illi duo versus:

Juno, Vesta, Minervn, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Volcanus, Apollo.

Sibilum vero qui vocem claudit, nequaquam vacare existimetis. Nempe ab intelligentia cœlesti τῷ ὀνοματέτῃ, cum sermonem conderet, cœlitus infusum lumen reor; quod aperire deberet id; aliquando elementum illud in admirabilis nominis medio futurum: ut novæ gratiæ veterisque legis nexus unicus universi compleret ævi mysticam præscriptionem in Servatore nostro JESUA. Secunda namque vocalis utique una est & indifferens prolationi, quæque auditur in Jova, & quæ percipitur in Jesua. At medio consonans, quæ principio finem copulavit, ineffabili nomini haut sine magnis, atque admirabilibus legib. interposita fuit. Ea siquidem simplex interdum, alias duplex cum sit, pristina substantia non mutata: Ita DEI filius ante omnia secula simplex erat DEUS. Postquam Patri placitum est, ex DEO vero, simplici, uno, vero, puro homine factus est unus JESUA. Missus quidem mittenti par; major autem illis, qui ab eodem mittente ad minora mittuntur ministeria. Adhæc Trivertex illa una inter omnes litera signum est immensæ Trinitatis in unitate, pro ejusmodi nomine, quod in cœlis natum, ab illis per humanæ salutis nuncium delatum, ei est impositum, per quem unum Trinitatis mysteriis initiati, ad immortalitatem capessendam evecti sumus. *Jupiter* itaque non est idem planè cum Jove; sed quasi *Jovis pater*, ut *Jovis* sit *Nominativus*. Græcis Ζεὺς πατὴρ. Quomodo Di-

 jovis

jovis idem est, qui *Dis jovis*. Obliqui sunt *Jupitris Jupitrem* ap. Prisc. l. 6. & Scal. l. 4. L. L. c. 84. qui Ex. 75. ita: *Jupiter* est Latinis *jubans*: Græcis vegetans, *ζωὸς*: non παρὰ τὸ ζεῖν, sed ἀπὸ τοῦ ζῆν. Cic. 2. de Nat. Deor. *Jupiter* i. e. *jubans pater*, quem conversis casib. appellamus *Jobem* à juvando: à poetis divumque hominumque dicitur: à majorib. nostris *optimus maximus*. Et quidem ante *optimus*, i. e. beneficentissimus, quam *maximus*: quia majus est, certeque gravius prodesse omnibus, quam opes magnas habere. Bene Agell. l. 5. c. 12. *Jobem* Latini veteres à *jubando* appellavere, eundemque alio vocabulo juncto, *patrem* dixerunt. Nam quod est in elisis, aut immutatis quibusdam literis *Jupiter*, id plenum atque integrum est *Jobis pater*. Sic & Neptunus pater conjuncte dictus est, & Saturnus pater, & Jannus pater, & Mars pater: hoc enim est *Marspiter*. Item Jovis *Diespiter* appellatus, i. e. diei & lucis pater. Iccircoque simili nomine *Dijobis* dictus est, & *Lucetius*, qui nos die, & luce quasi vita ipsa afficeret, & juvaret. Alia cognomina Jovis sane plurima, olim Ethnicis usitata, habentur ap. Girald. syntag. 2. ap. Jul. Aurel. l. 1. de cognom. deor. c. 3. & Xyst. Betul. in l. 1. Lactantii de falsa relig. c. 22. Ita dictus est *Capitolinus*, à Capitolio, quod voverat primum Tarquin. Priscus, bello Sabino jactis fundamentis: extructum postea à Servio Tullio, & perfectum à Tarquinio Superbo. *Capitolium* à capite hominis invento inibi, teste Dion. Varr. Plin. aliis. Ante mons Saturnius Halicarnasseo κρόνιος, Stephano ταρπαῖος, *Tarpæus* dicebatur. *Latialis* item idem Jovis audiit: à Latio, quod in eo, & à Latinis coleretur. *Elicius* ab eliciendo.

Ovid. 3. Fast.

Eliciunt *cælo te Jupiter: unde minores*
Nunc quoq; te celebrant, Eliciumque *bocant*.

Lapis à lapide silice, quem in sanciendis fœderibus juraturi tenebant. *Enn.* quid igitur jurabo? per Jovem *Lapidem* Romano ritu? *Scal.* de Insomn. compluria etiam recenset nomina, quæ olim Jovis. Asscribam, quia ille liber non multis visus. *Labradæus* (*inquit*) in Caria, à se-

à securi: quo nomine id telum eorum voce appellabatur. *Agoraus*, cui vota concepit pro Socrate puero pater Sophroniscus. Fuit & *Policus*, ex Pausania, & Plutarcho, qui etiam βυλαῖον recenset in commentario, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. Fuit *Pappaus* ap. Scythas, ex Herodoto. Fuit *Trophonii* delubrum: Item Ænesii ap. Strab. in nono: *Lycæi* in octavo: item *Liberatoris*, *Hospitalis*, *Limitaris*, si *Herceum* velis dicere: *Olympii*, *Tonantis*, *Feretrii*: (quod pacem *ferre* putaretur, ap. Fest.) *Imperatoris* in sexta actione in Verrem: ubi etiam οὔριον Græca interpretatio est. Μειλιχίου mentionem facit Thucydides in primo, cum veneratione maximæ festivitatis. Pausan. in Att. agnoscit *Aphesion*, propter Æaci sacrificium quoddam: idemque πανελλήνιος. Declarat fusius causam in Corinthiacis, ut pluviam eliceret. At nos aliam ob rationem, *Elicium*. In Corinthiacis item χθόνιον, quem nos *Ditem* & *Summanum*, cui etiam sunt fulmina attributa. Alterum ὕψιστον: nos hunc *optimum maximum*; quæ erant propria Capitolini, ut ait M. Tull. *Capitolini* facit mentionem Pausanias ib. sicut in Eliacis, *Impubis*: quem nos *Anxurem*, quoniam esset ἄνευ ξυροῦ. In eodem libro est ὅρκιος. Est in Alexandra Lycophronis Jupiter φύξιος, cum alibi multis locis, tum apud Strab. lib. 9. Jupiter σωτὴρ. quem M. Tull. in act. 4. in Varr. negavit unico Latino verbo exprimi posse: verum ille servivit causæ. Nam cum Verrem vellet premere criminis magnitudine, exclusit eam vocem à Latina potestate. Verùm in ea oratione, quæ inscripta est in L. Pison. seipsum, qui patriæ salutem dedisset, *Conservatorem* appellavit. In 3. a. de Fin. *Salutarem*, cujus in tutela sit *Salus*. *Servatoris* quoque Jovis templum memorat Plin. in l. 34. Hippocr. etiam κτήσιον hic vocat: *Statorem* Calvus est pessimè interpretatus. Nam *Stator*, Jupiter à Romulo primum est nuncupatus, qui exercitum stitisset à fuga: qui fortasse sit idem cum Jove *statibo*, Plin. l 16. At & κτᾶσθαι possidere est. *Ctesii* Jovis meminit Plutarch. in lib. de Fæn. Jupiter, inquit, *Ctesius* vix eorum opus servet, qui sumunt fœnori. Ergo in ταμιείοις ejus simulacrum statuebant, ut ait Suid. Quæ vox cum & ærarium & cellam significet promtuariam, ad penum

 potius

Digitized by Google

potius respexit Anticlides in l 11. Athenæi, cum *Cadiscum* ornat lana candida, ut sit pro signo *Ctesii* Jovis. Nos *Opulentum* ex lauto interpretati sumus.

Jentaculum, *jentare*. Scal. l 1. poret. c. 5. jentatione præparca ac minima contenti; à quo etiam *jentare* ὅτι δεῖ ἰέναι,&, ut Dores loquuntur ἰεν. Haut multo largius *merendabant*: quod ab hora mediæ diei, in qua eum cibum caperent, adpellarunt. Quod & Festus annotat. Sed dum στοιχεῖα ὑπαγωγῆς hujus verbi, *merendare*, nec non analogian magis intueor,, potius à *merenda* formaverim. *Merenda* autem dicitur ut legenda, præbenda, & similia. Scal. in Varr. de re rust. *Turundam* censeo à *terendo* dictam, & & subandiri offam. *Turendæ* sunt fartilia Plinio: offæ Columellæ. Italis *Tronda*. Terenda & *terunda*: ut legenda & legunda. Sic *præbenda*, sic *calcanda* item *merenda*, quæ iis, qui *merebant* ære, h. e. mercenariis dabatur. Calpurnius:

---- Seræ cum venerit hora merendæ.

Nam hoc antequam labore mitterentur, dabatur, ut puta à domino seu conducto.

JESUS, Ἰησοῦς, i. e. σωτήρ, *Salvator*: Romane *servator*: Tertull. de carne Christi *salutificator*: ex Apul. *Sospitator*. יֵשַׁע vel יֶשַׁע salus σωτηρία. יָשַׁע hiphil הוֹשִׁיעַ salvum fecit. Matt. 1. αὐτὸς σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν. Propterea etiã κατ' ἐξοχὴν *Jesus* vocatur יְשׁוּעָה, *ieschuah*, i. e. σωτηρία vel σωτήριον: quod moribundo etiam Simeoni placuit Lucæ 2. Neque raro in Vet. Testam. occurrit, ubi Messiæ mentio. Ut Gen. 49. 18. Ps. 98. 2. Jes. 52. 10. & 49. v. 6. Hab. 3. 18. Vet. interpres ita habet: In Domino gaudebo & exultabo in Deo *Jesu* meo. LXXII. ἐν τῷ κυρίῳ ἀγαλλιάσομαι, χαρήσομαι ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σωτῆρί μου. Ut vero Jesus, Ἰησοῦς ex יֵשַׁע oritur: ita de ejusdem scriptione quæritur. Quomodo inde formetur (*inquit Chemnit.*) & quomodo originaliter scribatur, quæritur. Quæ quæstio non est otiosa; sed digna bonis ingeniis, in eo nomine, quod Salvatori nostro impositum. Hæc ille *Paguinus* vult nomen illud scribi oportere יְשׁוּעַ, *ieschuah*, non

non autem יְהוֹשֻׁעַ, *iehoschuah:* propterea, quod Romæ in templo crucis, in titulo crucis, quem existimat è Palæstina eo delatum, scriptum sit יֵשׁוּעַ. Sed certius argumentum (inquit idem *Chemnit.*) est, quod Syriacus paraphrastes constanter legit & scribit יֵשׁוּעַ. Et quomodo ע in fine Græci & Latini legerint, ostendit nomen *Elisa*, quod pronunciatur *Elisæus.* Hæc ille. Porro à ישוע fit etiam *Josua*, *Jehoschuah*, *Jehosua*; itidem Salvator. Jesaias, *Jeschaiah.* Hebr. i. e. salus domini. Respondet Latino Græc. *Sosia*, ἀπὸ τοῦ σώζειν, σόος, σῶς, i. e. Salvus. Inde *sospes* idem, qui salvus & incolumis. *Sospito* est propriè sospitem facio: Lucill. *Sospitat, impertit salutem plurimam, & plenissimam.* Inde *Sospitator.* σωτήρ. Apul. apol. 1. de Deo: *æternus animantum sospitator.* Σῶστρον, *sostrum*: præmium, quod medico datur, ubi quis revaluit. Ex eodem σωτήρ, Cic. act. 11. in Verrem: Hoc quantum est? Ita magnum, ut Latine uno verbo exprimi non possit: is est nimirum *Soter*, qui salutem dedit. *Sostrata*, ἡ σώζουσα στρατὸν, quæ exercitum servaret. De JESU: Nomen hoc subtilius à *Jehovah* duci potest. Phil. 3. ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ. Quod est illud nomen? Non aliud, quam Jehovah. Jes. c. 42. & 45. Ego JEHOVAH, h. e. nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo. Mihi curvabitur omne genu. JESUS igitur à יְהוָֹה, quod ineffabile & mysticum. Ut verò pronuncietur & rectius innotescat, indita est litera ש, ut ita יְהוֹשֻׁעַ, idem sit, qui JEHOVAH homo factus, σαρκωθεὶς: & nomine isto summum ἐνανθρωπήσεως mysterium adumbretur. Quod paulo ante ex Scalig. etiam notavimus. Sed ut illud subtilius: ita hoc verius, quod *Jesus* rectâ à ישוע fiat, teste etiam angelo ap. Matthæum. Græci scribunt communiter Ἰησοῦς. Rectè. At quidam mavult Ἰησοῦς, ex Hebr. & ita in vet. Græcor. libris etiam invenitur. Item ἰησεία, ad Hebraicum. *Christus* autem est plane Gr. Χριστὸς, unctus à χρίω. Κατ' ἐξοχὴν Salvatori tribuitur. Hebr. 1. 9. Unxit te ô

Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, ultra consortes tuos. Act. 10. 38. Jesum unxit Deus spiritu sancto & potentia. Heb. *Messias* מָשִׁיחַ, i. e. unctus: à מָשַׁח, i.e. unxit oleo.

Ignis, à Gr. ἀειγόνος videtur dici posse: quia *perpetuo motu generatur*. Quomodo πῦρ αὐτόγονον vocatur etiam à Nonno. Sed Latinis æque commodè *Ignis* dicetur ab in & geno. N. absorbetur, ut in Ignarus. Hoc loco a. IN est συζυγικόν. Nec deest ratio. Quia nihil sine calore uspiam gignitur, aut procreatur. Itaq; vox sonat, quasi IN, i. e. per ignem. Etenim antiqui putabant aquam rerum omnium elementum esse: ignem verò formam. Qua causa utrunq; in limine positum à sponso & sponsa tangebatur: ut in quæstionibus Romanis etiam meminit Plutarchus. Livius quoque tradit institutum à Numa Pompilio, ut à virginib. Vestæ dicatis *ignis* aleretur perpetua vigilia, quod omnium principium esset. *Ignitabulum*, Festo & Solino est *ignis* receptaculum, πυρεῖον. *Segnis* à *se* & *ignis*, i. e. frigidus, ignavus. Sic *ardor*, *fervor* pro diligentia Scal. in Ætnam: Apte *segni pondere* dixit. Nam *segnis* sine igne: ut *secors* sine corde. Segnis ergo, cui calor naturalis decessit. *Hæc ille.* Obiter nota lingua Tusca *Verse arse* esse idem, quod *averte ignem*: Afran. Nonio. *Verse* pro *verte* ut *pulsa*, *pulta*. *Arse*, *arsum*, *assum* ab *ardeo*.

Ilex dicitur, quod agresti ruditate mortales primum sibi in victum *elegerint*, glandesque, nondum reperta fruge, comederint. Ut enim *Lex* à lego: sic ab eligo *elex* & postmodo *ilex*. Propterea Italis est *Elice* & *Elige*. Immo quoque Hebr. אֵלוֹן, est ilex, species quercus. Et אַלּוֹן idem, teste Buxtorfio.

Imago videatur ab εἴγμα esse, i. e. *Similitudo*, quod ab εἴκω similis sum. Similiter Latinis *imago* dicitur, quasi *imitago*: quia imitatur & repræsentat suo modo rem, cujus est imago. Nec abnuit Festus. Aliis ab *imor*: unde fit imitor. *Imitari* μιμεῖσθαι. *Imago* latius patet, quam *effigies*; & omnem similitudinem comprehendit tam pictam, quam fictam. Cic. 1. de Nat. Deor. Effigies hominis, & imago Deus. Liv. l. 5. En vobis, *inquit*, *juvenem* *filium*

Digitized by Google

filium tenens, effigiem atque imaginem ejus. Tac. Ann. 16. Quod inter imagines majorum etiam C. Cassii effigiem coluisset, cum inscriptione DUCI PARTIUM. Ab imago *imaginor*, i. e. imaginem efficio. Gloss. *imagino*, ἀπεικάζω: *imaginor*, φαντάζομαι. *Imaginosum*, propriè est plenum imaginum. Catull. car. 42. *Solet hac imaginosum*. Ut imago ab imitor: Ita *Icon*, εἰκὼν ab εἴκω, i. e. similis sum, εἰκὼς, ἐοικὼς similis. Aut refer ad Hebr. חָקָה vel חָקַק i. e. effigiavit, fecit imaginem. Sicut etiam *character*, χαρακτὴρ, χαράσσω sculpo: ab Heb. חָרַת, *charath* & חָרַשׁ *charasch*, i.e. sculpsit. Præ illis ergo *character* est ἐμφαντικώτερον, & idem quod imago fortiter impressa & insculpta, adeoque rei admodum similis. Hac voce Apost. Hebr. 1. maluit uti: Χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ut doceret, filium Dei esse imaginem patris perfectissimam, quam ab æterno pater in se conceperit aut genuerit. Ex eodem χαράσσω, aut *charath* oritur etiam *charta*, χάρτης: ut in qua literæ ac notæ insculpuntur & inscribuntur.

Imber, ὄμβρος, à ῥέω: quod ex aere defluit: ὄμβρος, quasi ὁμόρρος, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ῥεῖν. Vel ab ὁμοῦ βρύειν, i. e. simul diffluere. *Imbrex*, quia excipit *imbres*. Junio in *Nomenc.* exponitur tegula, semitubili in modum advoluta Gloss. *imbrex*, καλυπτὴρ. Onomast: *imbrex* γείσωμα: quam vocem Gaza ap. Aristot. l. 2. de part. anim. transtulit *Grundam* & *Imbricamentum*. Ab imber *imbricus*: ut à lustrum lustricus. Plaut. mercat, a. 5. s. 2. *Istic auster imbricus*. Fest. *Imbricâ* tempestate pluviam videtur significare. Gloss. *Implicitur*, ὀμβρεῦται, ἐρέχεται. Ennio est *imbricitor*, ὀμβροφόρος. Apul. de mundo: Dicitur & fulgurator & tonitrualis & fulminator: etiam *imbricitor*, & item Serenator.

Imbuo ab *in* & *buo*: quod priscum verbum, à βύω, i. e. infercio, impleo. Gloss. Isid. *Butum*, imbutum, imbuendum. Βύω, ἐπιβύω. Serv. *imbuere* est proprie inchoare & initiari. Sed perperam. Nam ille versus nihil patrocinatur:

Eclog. 1: - - - *Illius aram*
Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Imbuet, i. e. rigabit aut perfundet aram: scilicet sanguine. Quod etiam notat Pomp. Sabin. *Imbuet*, i. e. madefaciet. Gloss. *Inbuit*, ἀβάπτει. *Exhuo*, id est exinanio, exhaurio: ut *imbuo*, impleo. *Delibutus* facit noster Martin. à *de* & *libo*. Potius est à *buo*, *butum*, βύω. Nam dicitur etiam *delibuo*. Solin. c. 18. de delphin. *Unguentis etiam delibuit*. Gloss. ἐλαίῳ βρέχω *delibuo*: καταβρέχω, *delibuo*. Ergo *delibuo* & *delibutum* manifesto originem τῷ *buo* & *butum* referunt. At Li in *delibuo* est syllaba αὐξητικὴ: ut Ci in reciprocus, in recipero: & quæ ejus notę alia sunt. *A buo* fit etiam *bua*. Lucillius *vinibuas*, vinibibas, & vinolentas dixit. Apud Festum legitur *Exbuæ*, quæ ebiberunt. Inde *Bua* omnis generis potio. *Simpuvium* quasi *simbuvium*: quia omnes sacerdotes simul bibebant. Nam Sabini, à quibus translata vox, P pro B efferebant. Varro de liberis educandis: cum cibum ac potionem *buas* ac *papas* vocent.

Imploro, sicut est *plorando* opem oro, ap. Fest. & Val. l. 5. c. 5. ita *exploro* erit exclamo ἰδίως cum lacrymis, sive ejulo: item elicio plorando: unde *exploratores*. *Ploro* enim est πληρῶ, id est, impleo. Subintellige lacrimas, sive clamorem. Talia enim multa sunt, quæ absolute ponuntur, & sine casu aliquo expresse addito, sed tamen κατ' ὑπόνοιαν substrato. Ut *pario*, i. e. subolem edo. *Aro*, i. e. terram. *Pasco*, intellige pecus, & si quæ alia. Vel *ploro* sic erit à πλήρης, & πληρῶ: ut ita sit *plenâ* voce clamo: πλήρει φωνῇ καλέω. Significatus verò ejusdem notæ -- Fest. *Plorare*, flere, inclamare nunc significat, & cum præpositione *implorare*, i. e. invocare: at apud antiquos *planè inclamare*. Hæc ille. *Planè*, i. e. planâ claraque voce: vel *plene*, i. e. plenâ ac concitata voce. Ita enim ap. Fest. legi potest *plene inclamare*. Germani dicunt: mit vollem Halse. Hinc etiam Jer. 12. vers. 6. ita reddit vetus interpres: *Clamaverunt post te plenâ voce*. Et Joh. Piscat. Schrieen dir nach mit voller Kählen. In Hebr. enim est מָלֵא, quod *plenum* significat. Atque ita etymon, *ploro* à πληρῶ, satis communitum, ut abire longius non deceat.

Imus,

Imus, complicate pro *infimus*: hinc nonnullis *Immus*, ut τὰ ὁλικὰ eo integrius serventur. Et recte: sicut supremus *summus*: ita infimus, *Immus*: ab *inferus*. Manut. etiam *Immo*, duplici M, ex vet. libris & Virg. Carp. probat. Gloss. *Inferna, inferilia*, καταχθόνια. *Infer*, adverbium: ap. Caton. de re rust. c. 149. Sicuti *super, subter*. *Inferus* autem primo ab *in*, ἐν, εἰν. Ap. Vitell. *Bassus* idem est, qui profundus, immus. Gloss. Isid. *Bassus*, crassus. *Bassatum*, terræ hiatus. Idque Græca voce, non ut somniarunt: βάσις enim Græce: sicuti *fundus*: quia ab immo φύουσι τὰ φυόμενα. Scalig. Ex. 103. f. 4. Aut à βάσσων, i.e. profundior, à βαθὺς. Vulgo in Musica *Bassus*, cui opponitur *altus*. Versiculi è trivio:

Dumq́; suis numeris aliæ tolluntur in altum:
Me submissa gravi murmura voce juvant.

Idem Scal. de *fundo* in Theoph. de pl. ῥάβδων φύσις non communi more, naturam: sed exitum significat, atque ut ad verbum respiciamus, *fusionem*. Quippe *fundus* παρὰ τὸ φύειν, qui non est aversus à natura fructificandi.

In, ἐν καὶ εἰν. *Endo, indo*: ἔνδον. Hinc *indogredi, Indigena, Industrium* pro quo antiqui dicebant *Endostruum*: ab endo, *& struo. Inde* ἔνδια. Huc pertinet *Inter*. Ut à sub *subter*: ita ab In *inter* & notat medium, τὸ μεταξὺ. Amplius *Inter*, *intimus*: & hinc *intimare*, i. e. propriè *intimum facere*. Ammian. l. 15. *oceani gurgitibus intimatur*. Postea *intimare* est significare aliquid ex intimis rei visceribus, non leviter, ἐπιπολῆς, aut perfunctorie. Gloss. *Intimare*, γνωρίσαι, ἐμφανίσαι, φανερῶσαι. Utitur τῷ *intimare* Plin. Apul. August. & alii. Item ab inter *internus*, ut à super supernus, ab exter externus. Sed & *intestinus* formatur, uti clandestinus, vespertinus, matutinus. Et pariter ἔνδινα sunt *intestina*, ab ἔνδον. Etiam ἐντόσθιος est internus. Item ab ἐν, *intus*, ἐντὸς, ἔνδον: ut *extus* ἐκτὸς ab ἐκ, ex. Item *intro*, unde intrare, introire: & alia. Addam hisce & alias particulas similes. *Cur* est factum è *Quur*: hoc rursum ex *Quare*: uti dicimus: *Qua causa, qua propter, quamobrem*, ὅτου χάριν, ἀφ' ὧν. Ita *Quasi* est ὡσεὶ vel καὶ ὡσεὶ. Dicebant & olim *quase, nise, sibe, here*, pro *heri*, ut ap. Pro-

pert. *scis here.* Ubi non est vocativus, Here, ab Herus: ut inscite somniarunt. *Nam* à *μὴν*, Dorice *μὰν*: per inversionem: *μὴν γε*, est ap. Plat. Isocr. *Nempe* quasi *nampe*, à *nam* & *pe*, quæ est appendicula, ut in quippe. *Enim* Scal. l.7. poet. quid esset *Enimvero?* Verum unicam syllabam fuisse *Enim*, cum vellent, arbitror. Siquidem Græcum fuit *ἦν* & *ἠνὶ*. Neque repugnat longa vocalis: quod etiam in libris originum docuimus. *Enim* præponitur etiam, classicis scriptoribus. Terent. Hecyr. a. 2. sc. 1. Enim lassam opido. Adelph. act. 2. sc. 1. Phorm. act. 4. sc. 4. Et passim in Plauto Linacer. l. 6. vocat hyperbaton. *Ita ἦν, En ecce ἠνὶ, ἠνίδε*: aut melius ab Hebr. הֵן, *hen*, הִנֵּה *hinne*, i. e. ecce. An, *ἂν* ab אָן, *an*, Hebr. *Euge*, *εὖγε*: Hebr. הֶאָח *heach* Ps. 35. 21. LXXII. Græci vertunt *εὖγε*. Chaldæus plerumque vertit חֶדְוָא *lætitia*: ut Job. 39. 28. Ezech. 36. 2.

Incboo qui scribendum sit, ambigitur. Quidam, inter quos Camerarius, volunt *incoo*: propterea, quod in Latina lingua nulli consonanti aspiretur. At quam feliciter hoc obtineant, non intelligo. Cum enim pleraque Latina oriantur è Græcis: quidni horum etiam *ὑλικὰ* retineant? Sed & exempla in propatulo sunt non una: ut *machina*, *chlamys*, *Rhythmus*, *Nothus*. Quidam malunt *incoho* hiatus causa. At quid quæso opus? Ergo ubivis concursu vocalium, *H* inferatur: ut *coopto*, *coorior*, *coincido*, *coerceo*: quod sane nemo eruditorum admittet. Quod autem *cohærceo* dicimus, id facit origo. Aut sit *incobo* ab *In* & *cobum*, antique pro *chaos*: aut H in suum locum restituatur, *incboo*. Est enim à *χάος*, Festi autoritate. Ut *incboo* sit *in chao*, h.e. initio sum. Nam initia rerum omnium tenuia sunt & vacua. Ut Cic. ait: omnium rerum principia parva sunt. Et Hesiodus omnium rerum initium *chaos* esse pronunciavit.

Industrium, ab *Indu* vel *indo* & *endo*, *ἔνδον*, *ἐν*. Hinc etiam dicebant *Indostruum*, *endostruum*. Literæ quippe O, I & V sunt admodum cognatæ, & invicem permutari solent. Festus: *Industrium antiqui dicebant* indostruum, *quasi qui*

qui quidquid ageret, intro ſtrueret. Sed rectius ab *indo* & *ſtruo*. Ut ſit *induſtrius*, qui ſe & ſua diligenter *inſtruit*, ea *ſtruit* & parat, quæ neceſſaria ſunt. Gloſſ. *Induſtrius* ἐπιεικὴς, σπουδαῖος. *Induſtria*, σπουδὴ, ἀρετὴ, φιλοπονία. Ut à detritum detrimentum: ita ab inſtructum *inſtrumentum*, h. e. quo aliquid *inſtruimus*, quo *inſtructi* agimus ea, quæ opus. Græc. ὄργανον. Sed & *ſtrumentum* (à ſtruo, ſtructum) utitur Apul. l. 8. Tertull. l. 1. ad uxorem, Ambroſ. ad Rom. c. 9. Neque reſpuit analogia. Et hodie Italis eſt *ſtrumento* & *ſtromento* At *ſtruo* fit à στερεῶ, στεῶ, à στερεός: ut ita ſtruo ſit idem, quod firmo, ſolido, & ſtabilio. Quem ſignificatum non tantum deducta *ſtrues*, *ſtruices*, *extruo*, *conſtruo*: ſed etiam conſentiens autorum uſus ubique condocefacit.

Infligere (inquit in Poet. Scalig) eſt ἐνφλίζειν. Unde & *profligare*. Ut cumbere cubare: ita dicitur *profligere*, *profligare*. Idem tamen in Theoph. de plant. ita: *affligi* (ait) eſt dejici, ac ſterni. Quod evenit arboribus, cum vento, aut lignatoris opera ruunt. Ita loquitur Latinus. Neque *afflictam* arborem alio Romanus capiat modo. Aliud eſt vulgum ſequi: aliud puritatem ex uſu, & Etymo. Hæc ille Plaut. amat. *efflictim*, i. e. vehementer; uſque donec *effligatur*. *Fligere*, ſimplex eſt in Lucret. l. 2. in Livii Ægiſtho & aliis. Sil. *galea horrida flictu*. Commodius derivatur *fligo* à φλάω, quod Attici uſurpant pro θλάω: unde etiam θλίβω. Onomaſt. *Fligo* θλίβω.

Infrunitus, in Sen. l. 3. de benef. i. e. imprudens, inſipiens, ἀφρόνητος, ἄφρων. Valla contra Raudens: mavult *infronitus*: idque ratione orignis. Ab *in* & *frunitus*, ap. Caton. h. e. φρονητὸς, φρόνιμος. Utitur & hac voce vet. Biblior. interpres. Sir. 23. 6. *animæ irreverenti & infrunitæ ne tradas me.* In Græco videtur omiſſum: ψυχῇ ἀναιδεῖ μὴ παραδῷς με. i. e. interpr. Pagnino, animæ impudenti ne permittas me. Verbum *fruniſcor* eſt in Lucill. idem quod Græcis φρονέω. A φρέω, quod, ut & πινύειν ab Hebr. בִּין. Aliis בִּין, *bin*, *pin*. Nomen בִּינָה intelligentia. A πινύω autem eſt Latinum *opinor*, *opinio*. Ut levis mutatio: ita ſignificatus bene quadrat.

Inſula.

Infula. Sicuti libens & lubens, similo & simulo κατ' αὐλιστοιχον dicitur: ita etiam *insila* & *infula*: *Insilare* & *infulare*. Gloss. Isid. *Infulat, propitiat.* Hinc *infula* usitatius circumfertur. At *insila* & *insilare* fovet etymologia. Oritur enim ab *In* & *filum*. Festus: *infulæ sunt* filamenta *lanea, quibus sacerdotes & hostiæ templaque velabantur.* Neque alio sensu scribit Varro l. 6. L.L. *Infulas dictas apparet in hostiis, quod velamenta è lana, quæ adduntur* infulæ, *intra hostiarum cornua velamenta erant.* Ibi addit Jos. Scal. Infularum *nomen Latinum est.* Insilare *enim veteres dicebant* amicire & velare, *at puto: cum contra dicerent exfilare. Inde ergo infulæ*, Scilicet à *filo*, ut dixi. Unde autem *filum*? Audiamus. Martinius deducit à πιλέω ἢ πιλέω: quia *filum* sit contortum aut condensatum. Varro l. 4. L. L. *Quod minimum est* hilum: *id enim minimum est in vestimento.* Rectius Isid. *Fila dicta*, inquit, *vel quia ex* pilis *animalium sunt, vel quia lanificium filis tenuibus constat, in modum pilorum.* Recte inquam facit *filum* à *pilo* Isid. κατ' αὐλιστοιχον *pilum* & *filum*: & quia *filum* ad similitudinem *pili* in animalibus, factum est. Etiam *filum* accedit τὸ φύλλον: cum rudis opera primum *fila* è foliis fecisse videatur: quibus postea linum, canabis, & lana successit.

Inquilinus, quasi *incolinus* propter elementorum C. & Q. affinitatem. Proprie qui ædes *incolit*, Græce ἔνοικος. Secundum Vall. l.4. c.54. inquilinus est, qui in alieno privato, proprie tamen in conducto, sive in urbe, sive ruri habitat. Cic. in Philipp. At vero *inquilino*, non domino, personabant omnia vocibus ebriorum.

Instar, faciunt ab *instare*: ut ita *statum* ac positum membrorum notet. Et similiter eo etiam tendit *statura*, à statum. Olim τὸ *instar* flectebant: ut nectar, nectaris. Ap. Probum, *instaris*. Et residuum *instar* pro *instare*, omisso E, ut *ritu* nivis, *more* aquæ, illius *ergo*: sic dicitur, instar montis, pro *instare*, i. e. ad æquiparationem, aut mensuram. Tranquill. in Cæs. Dictat. Nec patientem sessoris alterius primus adscendit: cujus etiam instar pro æde Veneris genitricis postea dedicavit. *Instar*, i. e. effigiem,

giem, figuram. Ergo instar, vel ad instar est etiam ad imaginem vel figura, effigie. Gloss. *Instar* similitudo, ὁμοίωμα. Valla l. 6. c. 18. tumultuatur, quasi *instar* tantum significet ad æquiparationem, vel ad mensuram. Sed exempla, quæ adducit, contra pugnant. *Instar mortis* (inquit) & *fulminis instar, significat æquiparationem doloris in morte & impetus ex fulmine.* Sed quur non etiam similitudinem dolorum, aut impetus? Ita sane dicendum. Dolor enim & mors, & impetus est qualitas. Jam ex Aristot. ὅμοια ἢ ἀνόμοια κατὰ μόνας τὰς ποιότητας λέγεται. Addit Valla: *si quando reperiatur proxime accedere ad significationem similitudinis, admoniti simus, ut nimiam utendi licentiam devitemus.* Obsequemur, si prius rationem suæ sententiæ idoneam reddiderit.

Instauro, Barbarum est *Restauro*, uti Scalig. taxat Cardan. Ex. 195. Non semel, *inquit*, infelici verbo, *restaurare*, uteris. Quamvis alicubi utatur Tacitus: certe ex floridiori antiquitate deficit autoritas. Festus: ab *instar* dictum est, cum aliquid ad similitudinem pristinam reficitur. Quod & asserit Macrob. l. 1. Sat. c. 11. Malim à σαυρὸς facere, i. e. palus ligneus. Σταυρόω est vallum, seu palum depango. Verbum ex antiquo rusticorum ævo, qui palis ædificia, septa, aliaque reficiebant. Hoc erat primum σαυρῶν, *staurare, instaurare.* Post aliter vox adhibita invenitur: scilicet in cruce suffigere. Lips. l. 1. de cruce c. 4. σαυρὸς proprie non nisi stipidem signat singularem & erectum. Latine dixeris *palum* sive *vallum.* Eustathius in odyss. ξ initio & quidem vertente Lipsio: *Stauri* sunt ligna recta & præacuta: quæ & σαύαρα *stavara* dicuntur ab iis, qui minus ingenue loquuntur. Facta vox, vel quod ad *aerem stent*, παρὰ τὴν εἰς ἀέρα σάσιν: vel quod *in latum*, παρὰ τὸ εἰς ὖρος. Hi ipsi & *scolopes* dicuntur. Quod vero ait, εἰς ὖρος vel in *latum*: de pluribus junctis verum est, ut solet in castrorum vallo. Hesych. *staurè* defixi stipites sunt, valli & omnia ligna recta stantia: ab eo, quod stent *stauri*, ἀπὸ τῦ σῆναι: vel quod ad auram consistant: ἐκ τῦ εἰς τὴν αὖραν ἵςασθαι. Allusisse ad postremum hoc etymon Prudentius videatur:

---- Crux

- - - - Crux istum tollat *in auras*
Viventesque oculos offerat alitibus.

Lucianus pro argumento, scilicet in judicio vocalium, derivat à *Tau* literà, quæ figura crucem refert. Ait ἀπὸ τούτου (τοῦ ταῦ) καὶ τῷ τεχνήματι τῷ πονηρῷ τὴν πονηρὰν ἐπωνυμίαν συνελθεῖν: ab ista etiam instrumento pessimo (*cruci*) pessimum nomen venisse. Sed jocosa hæc derivatio: & σταυρὸς, proprie stipitem notat defixum: secundario crucem. Quamvis interim non negem, literam *Tau*, aliqua crucem exprimere, & maxime illam, quæ Lipsio *commissa* vocari solet. Nam & ita patres orthodoxi similiter. *Tertull.* 3. adv. Marcion. Ipsa litera Græcorum *Tau*, nostra autem T, species crucis. *Isid.* *Tau* litera speciem crucis demonstrat. *Hieron.* antiquis Hebræorum literis, quibus usque hodie Samaritæ utuntur, extrema *Tau* crucis habet similitudinem. Videatur Casaub. Exerc. 16. s. 78. contra Baron.

Instigo, ait Scal. c. 32. L. L. ex coalescente O & A, *insto, ago*: verbum agasonum & armentariorum. Malim tamen à *stigo*, στιγῶ τοῦ στίζω, i. e. pungo, signo, cunctis distinguo. Unde & στίγμα, *stigma*, h. e. nota pungendo facta. *Stigmatias*, στιγματίας, cui stigma inustum. *Stigmaticus*, ad stigma pertinens. Etiam *stimulus*, στιγμὴ. Plaut. in Casin. a. 2. sc. 6. Stimulus ego nunc sum tibi. Ita etiam scriptura loquitur. Jos. 23. 13. in flagellum lateribus vestris ac in spinas in oculis vestris. Sed & à στιγμὴ fit *signum*, T ablato. Latinorum ἀναλογία ita suadeat: Ut à tego tignum: à lego lignum: ita à seco *signum*: ut nota sit *incisa* aut τομῇ facta. *Significo*, est facio *signo* aut nota aliquid indicari & sensibus objici: Græcis σημαίνω. Signa enim ducunt nos ad rem ipsam. A signum est *insignis*, hoc est, insignitus vel notatus. Vocabulum μέσον. Signum Græcè est, σημεῖον, σῆμα: ab Hebræo סמן: *niphal* נִסְמָן *nisman*. Apud Rabbinos סִימָן, σημεῖον, signum. A signum *sigillum* est: ut à tignum tigillum, à mamma mamilla, à pugnus pugillus & similia. A sigillum *sigillatim*, hoc est, per signum, σημειωτικῶς, additâ quasi notâ aut sigillo. Uti *singulatim*, quasi per singula, καθ' ἕκαστον. Cic. *sigil-*

sigillatim unicuique denunciabat, i. e. ἰσσεύμως. *A stigo* fit etiam vestigo, i. e. vestigia facio, inquiro: vel per vestigia indago. A ϐe, quod nunc intendit, nunc minuit. Ut ita *ϐestigium* sit signum cujuscumque rei adeo impressum, ut bene deprehendi possit. Virg. 4. Eclog. Pauca tamen suberunt priscæ *ϐestigia* fraudis, i. e. indicia. Attestatur idem Valla l. 5. Eleg. cap. 45. *ϐestigium* est signum indiciumve quo ad rei notitiam pervenimus. Post ἀδικῶς à vulgo ad signum pede factum adstringitur. Græce ἴχνος.

Instita, ap. Horat. & Ovid. Utitur etiam vetus interpres biblior. Joh. 11. Puto fieri, ut institor, ab *institum*: sicuti dicitur præstatum & præstitum. Scilicet, quod veluti *instet* & ambiat extremum vestis: aut illud, in quo *stamus*. Gloss. Isid. *Institæ*, gravatæ, resticulæ. Similis est *inserta*. De quo, ut & *instita*, ad huc versum Publii Syri: *Frugalitas inserta est rumoris boni*: Ita Joseph Scalig. Jam dudum olim (*inquit*) monuimus hanc esse lectionem ex veteri cod. Excerptorum Gellianor. Nam vulgata lectio, inepto vel potius nullo sensu est. *Inserta*, aliter *instita*: utrumque ab eadem origine. Græce πάρυφος ἢ τὸ ἐπιθέτης. Ut *instita* non est tota vestis, sed sequela & ornamentum: ita frugalitas non omnino tota causa est rumoris boni, sed accessit ornamentum illi. Planè Publianæ elegantiæ sententia. Tertull. quoq; lib. de Idolol. literuturam secularem *insertam* prædicationis idololatriæ vocat. Verba hæc sunt: Si fidelis literas doceat insertas idolorum prædicationis. Male hodie *prædicatione* pro *prædicationis*. Idem eodem lib. *Cæterum purpura, ϐel cætera insignia dignitatum inserta, dignitati & potestatibus idololatria ab initio dicata.* Insignia & purpuram vocat *insertas* dignitatum, quasi dicas ornamenta: ut est *instita* vesti, aut emblema annulo: Tam enim *inserta* potest esse *instita*, quam emblema. Hæc Scalg. Vt autem inserta, ab *insertum*, insero: ita ab exero *exertum*, cujus usus etiam notabilis, ap. autores. Virgil. est *exerta* mamma, & exertum latus. Hor. exertum metallum. Ovid. enses exerti. Statio, exerti humeri exertaque brachia. Senecæ, lacerti

lacerti exerti. Plinio, apri dentes exerti. Salv. exerta veritas. *Exertum* igitur illi accepere pro exstans; apertum, nudum. Gloss. *Exertantem*, προεκτείνουσιν, ἐξέχουσιν. *Exerta* sunt (inquit noster Rittershusius) nuda quæ Græci vocant τετραχηλισμένα. Sicuti apostolus hæc duo conjungit, γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα. Hebr. 4. 13. opponens illis τὰ ἀφανῆ, i. e. in adspicua. *Pagn.* vertit: nuda & patentia. *Beza*: nuda & intime patentia. *Vetus interpres*: Nuda & aperta. Metaphora satis manifesta: τραχηλίζω à τράχηλος, i. e. collum, cervix.

Insula, quasi *insalo*, i. e. locus in mari eminens & habitabilis. Similiter νῆσος à νῶ: qui innatare aquis videtur. *Peninsulæ*, quasi pene insula. Græc. χερσόνησος, quasi terrestris insula. Χέρσος, terra: νῆσος, insula. *Salum*, ὁ σάλος. Inde etiam *Salus* Enn. Nam is in Hec. dicit, *undantem Salum*: ap. Non. c. 3. Plutarch. de Garrulitate conjungit σάλον καὶ ναυτίαν. Et Cæsar l. 1. *Salo nauseaque confecti*. Ut ita *salum* notet jactationem & commotionem in mari. Etiam *salum* est ora maris, in qua naves commorantur. Vocatur Græcis ferè ἀγκυροβόλιον. Arian. conjungit: ἀγκυροβολίοις καὶ σάλοις ἔχοντα. Polyb. l. 1. πολισμάτιον ἀλίμενον μὲν, σάλους δὲ ἔχον· καὶ προβολὰς περικλειούσας ἐκ τῆς γῆς εὐφυεῖς, i. e. interpr. Baysio, *opidulum quidem importuosum, sed quod haberet promontoria, quæ aliqua ex parte prominentia eas stationes continerent*. Interim *salum* proprie videtur mare significare. Et sic ut plurimum Latini usurpant. Cognatæ vero significationes facile isthuc revocantur. Hinc etiam Etymolog. σάλον facit ex ἅλς: & inde σαλεύω. Vel à σείω & ἅλς: ut notet mare commotum. Ratio eodem tendit. A σάλος *salamandra*, σαλαμάνδρα, sic dicta: quia prope σάλον amat habere μάνδραν. Per σάλον intelligo locum humidum ac frigidnm, quem alluit unda, & quo salamandra impense gaudet. Sal per metathesin ab ἅλς, Virg. 10. Æn. Campos *salis* ære ruebant. Mare enim salsum. Scilicet primæva indole & de consilio Opt. Max. creatoris: deinde etiam ab exustione, aut calore solis; per quem partes tenuiores in summo maris elevantur: crassiores autem & licciores marisque adustæ

adustæ relinquuntur. Aristot. 2. Met. c. 3. Scal. Ex. 51. Neque enim oritur, salsedo à montib. salsis, ut quidam pertendunt, aut fontibus. Amaror autem à bituminis inest scatebris. *Halias*, ἁλιάς, est cymba, navicula: ab ἅλς mare. Ut מַלָּחִים *mallachim* sunt Hebræis nautæ, qui in salso mari navigant. *Halimus*, ἅλιμος, herba, quia salsi saporis sit: & eadem causa *Salsolla* in Apulia dicitur. Ab ἅλς, ἅλμη est etiam *alumen*: est enim salsugo: aut veluti muria terræ, ut ait Plin. l. 35. c. 15. & explicat Renod. de Mat. med. l. 2. sect. 1. c. 6. *Sal*, h. e succus ille concretus & acris, quo condiuntur cibi: itidem ab ἅλς, ut & ἅλας. Nam sal fit è marinis aquis, ipsa vi naturæ & deinde arte etiam. *Sales*, ἅλες, pro facetiis, quod salitum & sapidum sint condimentum quasi sermonis. Etiam *Sal* in singulari numero pro facetiis. Cic. de orat. nullam artem esse salis, i. facetiarum. Idem 7. ad Attic. Literæ sparsæ sale humanitatis. Catul. epigr. 13. Et vino & sale & omnib. cachinnis. Idem epig. 84. Nulla in tam magno est corpore mica salis. Sed & *Sal* perpetuitatis nota est, quia ipse ἄφθαρτος & arcet putredinem Plin. l. 31. c. 9. defuncta ac putrescentia ita sal vindicat, ut durent ea per secula. Hebr. *melach*. Gen. 19. 26. Cum intueretur uxor ejus ulterius post eum, *Statua salis* effecta est. i. e. non tantum mutata in materiam salis: sed etiam durabilis ac perpetua. Unde & sese vidisse ipsum Joseph. scribit l. 1. antiq. c. 12. Origenes vocat *staticulum salis*. Num. 18. 19. Do tibi & filius tuis ac filiab. tuis tecum in statutum perpetuum, *fœdus salis*, h. e. æternum & immortale: LXXII. αἰώνιον. Bodin. Quod diabolum à sale diximus abhorrere, ratione optima nititur: quia *sal* æternitatis est & immortalitatis signum, neque putredine neque corruptione infestus unquam; sed ipse à corruptione atque putredine omnia vindicans. Diabolus vero nihil procurat aliud, quam rerum creatarum corruptionem & dissolutionem: ut generationem Deus. Quamobrem salem mensæ loci sancti omnibusque universe sacrificiis apponi lex Dei imperat Lev. 2. Quod mandatum ab Hebræis Plato videtur didicisse, cum salem

à diis affirmat diligi. l. 2. Dæmon. c. 2. *Salio & sallo*, (apud Lucill. Tibul. Columel. & alios) est salem aspergo, ἁλίζω. Videatur & Prisc. l. 10. *Salsamentum* est cibus sale conditus. Ab inusitato *salsare*, quod erit sale condire. Gloss. Cyril. ταρίχιον *Salmen:* ταρίχος *Salsamentum, salsus.* ταριχεύω *salso:* ταρίχευσις, *salsatio.* Marc. 9. ἁλὶ ἁλισθήσεται: sale salietur. Συναλίζομαι, simul salior: postea etiam per synedochen, eodem sale aut cibo vescor. Nam sal est, quod condiat cibos, gratosque gustui efficiat. Job. 6. 6. An comeditur insulsum absque sale LXXII. εἰ βρωθήσεται ἄρτος ἄνευ ἁλός. Ap. Chrysost. ἁλῶν κοινωνοῦντες, sunt sodales, σύσσιτοι, quos ὁμοτραπέζους Græci & ita *commensales* vulgo dicunt. Act. 1. συναλιζόμενος. Quod vet. interpres vertit: *convescens.* Vel, ut quædam exemplaria habent, *conversans.* Illud tamen propius Græcum attingit. Gloss. *convescitur* συναλίζεται. Idem Gloss. σύναλος, *consolaneus*, h. e. qui eodem sale aut dape fruitur. *In Syriaco ita habet:* Cum comederet cum eis panem. *Erasm*, congregans illos in idem loci. Quasi ab ἁλὴς fiat. Neque vero ullus ejusmodi casus in textu visitur. *Pagn.* congregans eos. *Beza* mavult: *cum illis conveniens:* respiciendo τὸ σὺν. Ut vero eas interpretationes non improbo: ita nixus autoritate Syri & Latini veteris interpretis itemque Glossarii; & quia συναλιζόμενος sine casu ita ponitur, ab ἅλς, quam ab ἁλὴς malim facere. Et sic presse, uti Græcum exprimam vertere placet: *convescens* vel *consalescens.* Nam *salesco*, ap. Lips. & alios invenio. *Salinum*, in quo sal reponitur, ap. Hor. l. 2. Carm. Ut à vinum vinulum, villum: Sic à salinum, salinulum, *salillum*, Plaut. Trin. a. 2. sc. 4. *Nos homunculi, salillum animæ, qui cum extemplo amisimus.* Minimam scilicet durationem vitæ hujus & fragilitatem corporis innuit. Tam cito enim perimus aut perimur, uti leve salinum intervertitur seu frangitur. *Salillum*, i. e. corpusculum φθαρτόν. Ut vero salillum respectu salis dicitur: Ita corpus respectu animæ, cujus id vasculum. Jam ut sal perpetuus & à corruptione immunis: ita etiam anima. Quod hac vocula innuit: & evidentius docent sequentia: *Verum nos homunculi!* qui simul

simulatque perdidimus & quasi fregimus salillum animæ, i. e. corpus, vasculum animæ immortalis, æquo mendicus atque ille opulentissimus censetur censu ad Acherontem mortuus. Uti *insulsum*, ita etiam ἀναλέγως fit *exsulsum*. Insulsum, sine sale: τὸ IN ἀποφατικὸν: Græc. ἄναλον, ap. Aristot. *Salsus insulsus*, quasi insalsus. Nam a facile migrat in u, ut in exulto, insulto, inculco, conculco. *Exsulsum* utitur Lips l. 2. phys. Stoic. diss. 16. acceptam ab Oceano aquam colant, mitigant, & usibus nostris *exsulsam* reddunt. Hæc ille. *Salacia*, teste Festo, quod *salum* ciet. Agel. l. 13. c. 21. Salacia Neptuni, Aliis salacia à salax, ut pertinacia à pertinax. Sed rectius à *salo*. *Salacia* recte exprimit Homeri ἁλοσύδνην. Etiam Gloss, *Saliacia*, ἀμφιτρίτη. Serv. in l. 1. Æn. Triton, Deus marinus: Neptuni & *Salacia* deæ maris filius, ab aqua salsa dictæ. Etiam *salmacidum* dicitur *à sale*. i. e. mari. Gloss. Philox. *Salmacida aqua*, ἁλμυρὸν ὕδωρ. *Salmacida spolia* ap. Enn. i. e. diluta non cruenta: quæ explicat Scal. in Fest. & Auson. l. 1. c. 28. Turn. l. 28. Adv. c. 39. Uterq; videatur. *Salari* ap. Martial. iidem qui salsamentarii: Gr. ταριχοπῶλαι. *Salarium*, i. e. merces sive stipendium pro labore. Plin. l. 31. c. 7. *Sal* honoribus etiam militiæq; interponitur, *salariis* inde dictis magna apud antiquos autoritate. Cornut. in Pers. ait; *salarium* victum esse unius diei, cui imprimis sal inservit. Est enim condimentum non tam utile, quam necessarium. Heb. מָלַח salivit: מֶלַח Sal, non procul abest ab ἅλς, modo invertas.

Interpretor, à simplici, at jam exoleto, *prator*: ab Heb. פָּתַר, *patar*, *prat*, i. e. exposuit, interpretatus est τὰ ἀμφίβολα καὶ σκοτεινὰ: quale somnium; de quo plerumq; Hebraicarum sumitur. Isid. l. 10. *interpres*, quod inter partes medius sit duarum linguar. dum transfert. Sed & qui inter Deum, quem interpretatur, & homines quibus divina indicat mysteria, interpres vocatur.

Joachimus, ex Heb. *Jojakim* vel *Joachim*, יְהוֹיָקִים, idem quod *Anastasius*, ἀνάστασις, i. e. resurrectio Domini, vel Jehovæ. Rad. קוּם, i. e. surrexit, erexit, constituit.

Jobus אִיּוֹב ἰώβ. Proprium nomen hominis cui res adversa & inimica. A Rad. אָיַב, i. e. inimicitias exercuit, infestavit. Inde Hieron. Job. vertit *dolens*.

Johannes, Ἰωάννης, i. e. gratiosus. Latinis *Gratius*, *Gratianus*: Charisius, χαρίσιος. Germanis *Huldericus*, i. e. dives gratiæ: pro quo nunc *Ulricus* & *Uldaricus*. Hebr. est יוֹחָנָן, *jochanan*: à Rad. חָנַן, i. e. gratia affecit, in gratiam recepit, benefecit. Ab eodem est & *Anna*, ἄννα. *Hannah*, si Hebræum spectes חַנָּה. *Susanna*, i. e. lilium amabile. *Suson*, lingua Punica est lilium: Græcis inde σοῦσον. Non nisi ab Hebr. שׁוֹשַׁן, i. e. lilium. Idque testatur Syrus etiam interpres. Ubi enim in N. Test. κρίνα: ibi Syrus ponit שׁוּשַׁנָּא, Matt. 6. 28. & Luc. 12. 27. Itidem Arabib. סוּסַן, *Susan*, est lilium. Sed & LXXII. interpr. Hebr. שׁוֹשַׁן, *schoscan*, vertunt κρίνον, lilium. Hebr. faciunt à שֵׁשׁ, i. e. sex: quia lilium *sex foliis* & interius etiam totidem capillamentis constat. *Hannibal*, i. e. dominus gratiæ. בַּעַל, princeps dominus. Ergo *Hannibal*, etiam ex antiquiss. libris Latin. non *Annibal* scribamus. At *Johannes* & *Joannes* utrunque toleratur. Illud ex Hebr. origine: hoc ex Græca & quidem propiori. *Janus* pro Johannes per contractionem scribitur hodie nonnullis, Germ. Jahn. A quo aliud est *Janus* ille bifrons, à quo mensis accepit nomen *Januarius* ap. Varr. l. 5. L. L. quia *Janus* ἅμα πρόσσω, καὶ ὀπίσσω, i. e. præterita, & futura videt. Alii quia sit initiũ anni, à *janua* denominant. Gloss. *Janus*, θυραῖος, θεός. De origine vero *Jani* variæ opiniones sunt. Macrob. l. 1. Sat. c. 9. dicitur *bifrons*, quod & præterita sciverit, & futura providerit. Et paulo post: *Janum* quidam solem demonstrare volunt, & ideo geminũ, quasi utriusque *januæ* cœlestis potentem, qui exoriens aperiat diem, occidens claudat. Inde & simulacrum ejus plerunq; fingitur manu dextra *ter centum* & sinistra *sexaginta quinque* numerum tenens, ad demonstrandum anni dimensionem, quæ præcipua est solis potestas. Alii mundum, i. e. cœlum esse voluerunt: *Janumq;* ab *eundo* dictum

Digitized by Google

dictum eo, quod mundus ſemper eat, dum in orbem volvitur, & ex ſe initium faciens in ſe refertur. Unde Cornific. Etymor. l. 3. Cicero, inquit, non *Janum* ſed *Eanum* nominat ab *eundo*. In ſacris quoque invocamus *Janum Junonium*, quaſi non ſolum menſis Januarii, ſed menſium omnium ingreſſus tenentem. Et poſt *Conſivium*, à conſerendo, i. e. à propagine generis humani, quæ Jano autore conſeritur. *Quirinum* quaſi bellorum potentem, ab haſta, quam Sabini *Curim* vocant. *Patulcium* & *Cluſium*, quia bello valvæ ejus patent, pace clauduntur. Hæc Macrob. Videatur etiam Lipſ. l. 1. Elect. c. 20. Ovid. 1. Faſt.

Præſideo foribus cœli cum mitibus Horis,
  Et redit officio Jupiter ipſo meo.
Inde vocor Janus: *cui cum cereale ſacerdos*
  Imponit libum, farraque miſta ſale,
Nomina ridebis: modo namque Patulcius *idem.*
  Et modo ſacrifico Cluſius *ore vocor.*
Scilicet alterno voluit rudis illa vetuſtas
  Nomine, diverſas ſignificare vices.

Feſtus cum chaos ex Heſiodo deſcribit: *Chaos*, inquit, ex eo, quod χαίνειν Græci, nos hiare dicimus. Uude *Janus*, detracta aſpiratione (Item *janua*) nominatur ideo, quod fuerit omnium primus, cui primo ſupplicabant velut parenti, & à quo rerum omnium factum putabant initium. Cluv. l. 1. Germ. antiq. c. 26. *Jah* Hebr. & *Janum* Italor. eumdem eſſe putat.

Jonia: ἰονὶς, ἰωνία: Jones, ἴωνες. Nomen eſt à *Javan* יָוָן, qui eſt tertius *Japeti* ſive *Japhet* filius, & illam terræ regionem inhabitavit, Gen. 10. 2. Dan. 8. 21. Joel. 3. 6. Filius Javan fuit *Cittim*, כִּתִּים: à quo Macedonia regio, Macedo: Græce μακετία, μακέτης, ap. Heſych. Agel. l. 9. c. 3. Philippus Amynta terræ *Macetiæ* rex, i. e. Macedoniæ.

Joſeph. Latine additio, vel acceſſio, quod Rachel ſuſcepto & edito Joſepho alium inſuper filiū ſibi adjici petiit, Gen. 30. 24. Syris eſt *Jauſeph*. Radix eſt יָסַף, *jaſaph*, i. e.

 addi-

addidit adjecit, auxit. Non bene prima corripitur. Et Hebræis est vocalis longa: & Græcis ἰωσὴφ, ἰώσηπος.

Iris, ἀπὸ τοῦ εἴρειν, i. e. nunciare, prædicere. Indicat enim fore pluviam, aut quandoque etiam serenitatem postridie. Hor. *plubius* arcus. Stat. *imarifer*. Quippe in meridie constituta, nunciat largiorem pluviam: in occasu, eandem rariorem & tenuiorem. Atqui in ortu si appareat iris, futuram serenitatem spondet. Videatur Sen. l. 1. Quæst. Nat. c. 6. Quid vero in scola Theologor. denunciet: Zanch. fuse explicat Ut ita Iris ab εἴρειν verissime dicta sit. Dicitur *iris Junonia*: *nuncia Junonis*: quia *Juno* idem est quod aer. Hinc Virg. 9. Æn. *Iris area*,

Ovid. 1. Metam.

Nuncia Junonis varios induta colores

Concipit Iris *aquas* ——

Hebr. קֶשֶׁת *keschet*, i. e. arcus. Gen. 9. 13. arcum meum ponam in nube. LXXII. Τὸ τόξον μου τίθημι ἐν τῇ νεφέλῃ. Hinc Theologis peculiariter vocari solet *arcus clementiæ*. Latinis *arcus cœlestis* à figura. *Arcus multicolor*, à forma. *Multicoloria* iris Apulei de mundo. Arcus *Discolor*, Stat. *Purpureus*, Propert. *Arcus vix ulla variatus luce colorem*: ap. Lucan. l. 4. *Thaumantias* Virg. Æn. 9. *Roseo Thaumantias ore loquuta est*. Paulo post: *decus cœli*. Ovid. 4. Met. *Roratis illustrat aquis* Thaumantias *iris*. Claud. 3. de raptu Proserp. *cinctam Thaumantida nimbis*. Iterum Ovid. 14. Met. *Cum virgine Thaumantea*. A θαυμάζω. Quia vere miraculum est in aere & contemplatione dignum μετέωρον. Cic. 3. de Nat. deor. Est arcus pulcher: & ob eam caussam, quia speciem habeat *admirabilem*, Thaumante dicitur esse nata. Ecclesi. 43. 12. Vide arcum, & bene dic ei, qui fecit ipsum, valde speciosum splendore suo. Θαυμάζω θαῦμα, quod non est proprium τῷ ἀνθρώπῳ: quippe primo suo significatu & ortu fuit θέαμα: à θεάομαι video. Aut simpliciter à תָּמַהּ, *tamah*, miratus est valde, ob stupuit, notante etiam Buxtorfio.

Irus, ἶρος: nomen mendici, Gr. ab εἴρειν: ex illo Homer.

— Ἶρον δ' νέοι κικλήσκον ἅπαντες,
Οὕνεκ' ἀπαγγέλλεσκε κιὼν ὅτε πού τις ἀνώγοι.

Hodie idem est qui pauper: ut Crœsus pro divite.

— *Non distat Cræsus ab Iro*, Propert

Itaque ἶρος, ἄϊρος, item χρεῖος, χρήζω, fiant ab Heb. רשש pauper factus est, aut inops. Aut רוש, *rusch*, eguit; רוש paupertas.

Isce, Scal. c. 128. L. L. Utriusque origo, eadem est: ὅσκε, *Isce*: ὅκε, *Hice*: à quo per apocopen *Hic*. Nam Jones ὁ pro ὅς dixere. In sancta ling. הוא est Hic, ὁ, ille. Ab *Is* fit *idem*, à quo *itidem* & *identidem*: *Itidem* est ὡσαύτως, i. e similiter, quasi iterum idem: Aut quasi *Et idem*. *Identidem* est αὖθις καὶ αὖθις. frequenter cum quodam intervallo, subinde. Idem Scal. Brundisium veni, atque *isthic* offendi quendam: pro *ibi*: atque si dicat, *Isto* in opido offendi: ut æque dicatur, *Isto opido*, & *Eo opido*. Quoniā *Iste* fit *IS TE*. At ipse commune omnium personarum est. Ejus origo est ab *IS*, sic, *Ipse*. At *is sum*, dices: & *Is es*: & *Is est*. Ab eodem *Is*, est etiam *ille*. Quanquā non parum convenit cum Heb. אל *el*, item אלה, *elle*, i. e. illi. illæ, isti, istæ. Eidem Hebræo adhuc propius respondet *Elle*, *ellus*, *ellum* antique, uti notat in andr. act. 5. sc. 2. Donat. *Postilla*, sicut postea, ap. Plaut. & Terent. Hodie ratione non Latina, *postillæ postillarum* dicitur. Origo tamen inde, quod ejusmodi ἐξηγήσεις & ambitiosæ pro indole populi interpretationes factæ sint *post illa*, μετὰ ταῦτα: scilicet evangelica præmissa, aut alia, quæ exponi publicitus solebant.

Israel, Ἰσραὴλ, יִשְׂרָאֵל, Philoni Judæo lib. περὶ τῶν μετονομαζομένων, exponitur; ὁρῶν θεὸν *videns Deum*: quod etiam probat Salvian. Massil. l. 2 de gubern. Dei. Quasi veniat à verbo *schur*, i. e. vidit. Sed rectius vertitur, *prævalens Deo*, vel princeps Dei fortis, principalem potentiam *à* Deo omnipotente consequutus Ita enim Deus Jacobum affatur Gen. 32. 28. Non Jacob dicetur amplius nomen tuum, sed *Israel* nam ut principem te geris apud Deum & ap. homines, & potentia vales שַׂר, *sar*,

 est

est princeps, superior: verbum שׂוּר, *sur*, item שָׂרַר, *sa-rar* & שָׂרָה, *Sarah* princeps fuit, superior fuit, prævaluit. Joseph. l. 1. archæol. c. 19. Significat hoc nomen Israel, ἀντιστάντα ἀγγέλῳ θείῳ, i. e. obsistentem angelo divino. Hieron. in quæst. c. 32. *principem cum Deo*, vertit: idemque rursus in comm. in Joel, εὐθύτατον θεοῦ, i. e. rectissimum Dei.

Jubar, lucifer, uti Perot. Isid. l. 3. c. 70. Fest. & Varro, consentiente stilo, docent. Verba Varr. sunt l. 5. L. L. *Ex orta stella tempus dictum à Græcis* ἑσπέριον, *Latine* Vesper: *ut ante solem ortum, quod eadem stella vocabatur* jubar, *quod jubata*. Pacuv. dicit: *Pastor exerto jubare, noctis decurso itinere*. Enn. *Lumen jubarbe in cælo cerno. Quia* (addit Fest.) *splendor ejus diffunditur in modum jubæ leonis*. Ergo *jubar* proprie splendor. A Gr. φοίβη, φοίβα: *phœba jæba juba, jubar*, levi mutatione. Est φοίβη splendida, lucida: à φάω, φάος. Similiter etiam *juba* dicitur: prius *phoba*, inde *phuba, juba*: à φόβη, φόβα, quod est coma, juba. Et *phoba, foba*, ap. Plin. l. 9. c. 30. l. 18. c. 7. legi oportere (pro *Joba*) notat Massarius. Estque *juba* proprie crinis è collo animalis pendens, χαίτη. Gloss. *juba* χαίτη, λόφος ἵππου. Virg. 3. Georg. *densa juba*. Et 7. Æn. *cui triplici crinita juba*. Et 10. Æn. *discussæque jubæ capiti*. Et 11. Æn. *luduntq; jubæ per colla per armos*.

Jubilo, ἰὼ βάλλω: est rustica voce inclamo, explicante Festo, *Iô*, ἰὼ. Scal. l. 1. L. L. c. 32. nisi sit ab ἰὼ ἰὼ, vocibus triumphatorum. Superstites enim vitam Apollini acceptam ferebant, cui canerent pæana in victoria, ἰὼ, βιῶ, παιάν. Olim etiam *jobilare* dicebant. Ab Hebr. יוֹבֵל, *jobel*, i. e. aries jubilum. Quippe *annus Jubilæus*, i. e. quinquagesimus, cornu arietino solenniter promulgari solebat. Lev. 25. & 27. Num. 36. Jos. 6. Quanquam Masius in c. 6. Jos. *cornu arietinum* repudiat. Interim Tremel. & Jun. Jos. 6 vertunt, *buccinas arietinas* & *cornu arietinum*. Neque aliter Pagn. & Mercer. Alii, & nominatim Full. l. 4. Misc. c. 8. יוֹבֵל simpliciter à *diductione soni* (quod ingerat thema) appel-

appellatum existimant. Et huc alludit illud Lev. 25. 9. *Facietis, ut transeat tuba in tota terra vestra.* Hebræum יוֹבֵל. Chaldæus paraphrastes, alias retinet יוֹבְלָא Lev. 25. alias vertit שׁוֹפְרָא, *tubam* Exod. 19. 19. alias דִּכְרָא *arietem* Jos. 6. 7. Idem Hebræum LXXII. Græci vertunt ἄφεσιν, remissionem: aut ἀφέσεως σημασίαν, i. e. remissionis significationem, Lev. 25. 10. 11. 12. aut σημασίαν Lev. 25. 15. etiam ἀφαίρετον Num. 36. 4. ἱερὸν Jos. 6. 8. Ibidem vero Jos. 6. 4. retinent Ἰωβὴλ. *Jobel*, à Philone περὶ τῶν δέκα λογίων exponitur ἀποκατάστασις, i. e. restitutio. Quo illud refertur Lev. 25. 10. *Iubilæus ille erit vobis, ut revertamini quisque ad possessionem suam & quisque ad familiam suam redeatis.* Joseph. l. 3. Antiq. c. 10. Ἰώβηλος, ἐλευθερίαν σημαίνει τοὔνομα. Quibus omnibus pensitatis facile patet: Quod *Iubilum* ab Hebr. יוֹבֵל commodissime deducatur. Nam & anno Jubilæo lætitiæ, lubentiæ, plaususque plena erant omnia.

Iucundus: quia fit à *jocus*, malunt aliqui *jocundus*. Sed non opus. Potius V assumatur ob mutationem quantitatis primitivæ: sicut *humanus* ab homo. Aliis *Iucundus* à *jutum*, ut facundus à fatum: fœcundus à fœtum. Et hoc probissimum. Aut fortean duplex fuerit. *Iucundus* à jutum, Ap. Cic 2. de fin. Etiam *Iucundus* in vet. lapidib. exstare testatur Manut. Deinde *Iocundus*, ut Bembus ubique scribit, à *jocis*. Isid. l. 10. *Iocundus*, quod sit semper *jocis aptus. Iocus* & *jocari* ab ἰάχω: quod est ἰὼ ἠχῶ. Est enim sonus ut clarior, ita lætior.

Iudæus, traxit appellationem à *Iuda* filio Jacobi Patriarchæ, tanquam eminentiore, & natu majore. יְהוּדָה *jehudah*, Juda. יְהוּדִי Judæus. Rad. est יָדָה, *jadah*, i. e. emanavit, & active, fecit emanare, i. e. emisit, ejecit: & in *Hiphil* accipitur, pro confiteri & celebrare, quando aliquid non celatur, sed publica quasi voce decantatur. *Iuda* Græcis est Ἰούδα vel Ἰούδας. *Iudæa* ex origine notat proprie regionem posterorum *Iudæ*. Postea significatio latius patuit.

Iugum, ζυγὸν, ζυγὸς. Imponitur collis. Inde ζυγὸς ἐπαυχένιος,

νιϑ ap. Pind. *Conjux* (ut Gr. σύζυξ & ὁμόζυξ) non *conjunx*. Dicimus enim conjugis. Ergo *conjugium* vox erit generalior, quam putant. Et ita Lucret. utitur.

Qui coitu conjugioq;
Corporis atque animæ consistimus uniter apti.

Adjugare (ut *conjugare*) ap. Pacuv. Nonium *Iuxta* à jugo, i. e. conjunctim prope. *Conjux jux, juxta*. Sumta ratione per metaphoram à conjunctione aut jugo. Ut *conjux*, ita etiam dicitur *subjux*, Plin. l. 11. c. 49. *Subjuges carpento suo equos*. Matth. 21. 5. πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου, pullum filium subjugis. Apul. 7. metam. *subjugus* habet. Vox *subjugalis*, à Latino interpr. usurpata, inter parum Latinas numeratur. Etiam in Gloss. Isid. exstat *Injux*, bos nondum jugo junctus. Fest. *injuges boves, qui sub jugo non fuerint*. Injux pariter Græcis est ἄζυξ, Hebræi Num. 19. 2. describunt: *Junix super quam non adscendit jugum*. A jugo etiam *Biga* complicate quasi *Bijuga*: ut *quadriga* à quatuor jugis. Isid. *quadrigæ, bigæ, trigæ, sejugæ* ab equorum numero, & jugo dictæ. Vox manifesto cum re ipsa congruit: & facili contractione è *Bijuga* fit *Biga*. Ut ita frustra Martin. *bigam* quasi *biagam* putet dici. *Iungo*, interposita N à jugo: ut cumbo à cubo. *Iugum* Veneris dicit matrimonium Oppianus: Hal. l. 4. Serv. & Isid. memorant. *Jugum* dicis causa imponi consuevisse sponsis, ut societatis individuæ admonerentur hoc symbolo. Et Junoni *Iuga* nomen inde esse monet Cl. Rittersh. & ante ipsum Lil. Girald. de diis gent. Synt. 3. *Iuno juga* est Apul. metam. l. 6. *zygia*: uti omnia manuss. habent. Dionys. Halic. in præcept. nuptial. ζεὺς γὰρ καὶ ἥρα, πρῶτοι ζευγνύντες τε καὶ συνδυάζοντες, οὕτω τοι ὁ μὲν καὶ πατὴρ λαλεῖται πάντων: ἡ δὲ ζυγία ἀπὸ τοῦ ζευγνύναι τὸ θῆλυ τῷ ἄρρενι. Fest. *Iuges*, ejusdem jugi, pares. Uti dicuntur conjuges & sejuges. *Iugis* à coutinuo tractu boum: sicut *perpes* à volatu avium. Gloss. *Iugis*, διηνεκής: *Iugites*: συνεζευγμένοι. Plin. l. 18. c. 2. *Iugerum* vocabant, quod *uno jugo* boum in die exarari potuisset. *Actus*, in quo boves agerentur. *Iugerum*, antique *Iugus*, jugeris: hinc jugere, & jugera. Varro l. 4. L. L. *Iugerum dictum junctis*

ctis duobus actibus quadratis. Sed à *jugum* propius probiusque ducitur. Gloss. *Iugeratio*, ζυγάνιον, *Iumentum*, quasi *iugamentum*. Agell. l.20. c 1. Veteres nostri à *jungendo* dixerunt. Lactantius rectiss. *à Iutum*: Ut à motum, momentum: à cæsum cæmentum. *Iuvat* enim id animal operas nostras. Gloss. *jumentum* ἀχθοφόρον κτῆνος. Simili analogia dicitur *adjumentum* ab adjuvo. Scal. l. 1. poet. c. 9. ζυγὸν facit à δύω. Vox (inquit) non est mutata, quanquam aucto numero. Et ita Plato in Cratylo: ζυγὸν vocarunt orisci δυογόν: à δύο & ἄγω: quia duo agunt ducuntque.

Iulus, ἴουλος, prima notione est idem, qui οὖλος, integer, bene sanus, incolumis. Dein tralatitio significatu inter alia notat tenuem, ac frequentem rem: tum spicam, tum lanam: quemadmodum ad barbam, & ad centipedam eadem significandi proportione accommodatur. A Julo est *Iulius*; qui postea mensis nomen. Quia *Iul. Cæsar* hoc mense natus est. Inde & καισάριος Cypriis. Olim dicebatur *Quinctilis*: quia quintus à Martio.

Iuno, à juvando. Cic. 2. de Nat. Deor. Potius à Jove: quasi *Ioveno*: post *Iuno*. Nam & soror, & conjux Jovis est, quod similitudo est ætheris, & cum eo summa conjunctio, ait Cic. Macrob. l. 1. in som. Scip. c.17. Juno Jovis & soror & conjux vocatur. Est autem Juno *aer*, & dicitur soror; quia iisdem seminibus, quibus cœlum, etiam aer est procreatus: conjux, quia aer subjectus cœlo. *Iusjurandum*: Apul. de Deo Socrat. ait, hanc vocem formari à Deo, quasi *Iovis jurandum*. Versum, quem intelligit ibi, Lips. monstrat Elect. l. 1. c. 18. ap. Cic. 3. offic. Ennius:

Fides alma, apta pennis, jurandum Iovis.

Et addit alterum Nævii: Jus sacratum, Jovis jurandum sagmine. Cic. 3. offic. *jus jurandum* est affirmatio religiosa. Igitur *jus* contracte; quasi *Iovis os* (antique *Ious*) non incommode dicetur. Omne enim jus, & justitia à Deo, tam Ethnicorum quam Christianorum suffragiis. Hinc δίκη διὸς ἐκγεγαυῖα est Hesiodo. *Scip. Gentil.* in l. Orig. ad Pandect. *jus* cum Grammaticis à *juvando* non deducam,

cam, sed potius (idque verum spondere ausim) ab illa tragica & miserabili ejulatione, *ἰώ*, ex qua ipsum verbum *ejulare* natum est. *Et post*: Nec minus tamen vero similis mihi videtur alia notatio & certe docta. A *Jove*, inquam, quem antiqui, recto casu *Jovis* dicebant, omnis juris autore & quasi patre. Hæc ille. A *jus*, fit *jurgo*: qui enim jurgat aut objurgat, *jure* vult agere. Varro l.6. L. L. *Jurgare*, ab *jure* dictum, cum quis *jure* litigaret: à quo *objurgat* is, qui id facit injuste. A *jus* fit etiam *justum*. Ap. Hebr. est ישר *jaschar*, *jasch*, rectum, æqvum, justnm. ישר *joscher*, *josch*, æquitas, jus. Inde potius *jus* & *justum*. Etiam inde *jubeo*, *jussum*. Nam jus facienda jubet. A justum, *justitia*: de cujus scriptione differit Scal: Male scripserunt, *Icius*, non *itius*. Nam ut est à justo, justitia: sic fuit à crate cratitius: L. L. c.98. *Jureconsultus*, qui de jure consulitur, & qui consulit clienti. Cic. 2. de Orat. A jure est *juro*, vel quasi *Jovem oro* aut tanquam testem invoco. Hoc etymon essentiam *juramenti* aperit, ut quod fit Deo teste invocato. Et convenit cum illo Pauli 2. Cor. 1. 23. *Ego testem Deum invoco in meam animam*. Nec non à juro est *dejero*, *perjurium*, *pejero*. U enim longum migrat in E breve, ait Scal. c. 32. Hor. l. 2. Carm. od. 8. *Ulla si juris tibi pejerati*. Ut ita falso nonnullis *pejero*, in *pejero* mutetur: quasi breve à longo fieri non soleat. A jure etiam *injuria*. Ulp. l. 56. ad Edict. *Injuria* ex eo dicta est, quod non jure fiat. Omne enim quod non jure fit, injuria fieri dicitur. Respondet Græcor. *ἀδικία*. Quam injuria plus est *contumelia*, & illius veluti gradus superior. Cic. 3. Verrina: Habet quendam aculeum *contumelia*, quem pati prudentes ac viri boni difficillime possunt. Pacuvius Periboea: Patior facile *injuriam*, si est vacua à *contumelia*. Græcis est *ὕβρις*.

L.

L*Abarum*: vexillum sacrum. Prudent. 1. contra Sym. Christus purpureum gemmanti textus in auro Signabat *labarum*. Græci scribunt *λάβαρον*: & *λάβουρον*. Vereor,

reor, *inquit Lipsius*, ut peregrina vox sit: certe novitia, & sub Trajani aut illud ævum nata. Vetustior Tertulliano, qui hodie exstant, non commeminit. Gregor. Nazianz. doctus & fortis orator, ait, καμάτων λυτήριον εἶναι καὶ κατὰ ῥωμαίους ὀνομάζεσθαι: *laborum* levamen pausamque esse & à Romanis sic appellari: Orat. 3. in Julian. Igitur à labore derivavit, eo proclivius, quia ipsi Græci λάβωρον scribebant. Sed nostri poetæ nonne corripiunt? Quomodo etiam pausam laboris, non alia additione, vox ea significet? Nisi forte, quia ubi laborabatur in acie, signum illud eo solet ferri. Longinqvum est: & persevero externam vocem esse. Junius in c. 8. Gen 4. A verbo *Labar*, inquit, (de quo in dictione *Ararat*) est nomen *labarum*, signum pensile, quod præferebatur regibus & imperatorib. ex Armenior. & Persarum usu, quia exemtile erat, & de comto suo (ut ita dicamus) descendebat amovebaturque commode. Sic vocant Tertull. in Apolog. Arnob. & Prudent. Græcorum alii dixerunt λάβαρον, ut Euseb. l. 1. de vita Constant. alii λάβωρον, ut Sozom. l. 1. hist. eccles. c. 4. & l. 9. c. 4. Junium confutat *Fuller*. l. 2. Misc. c. 1. & *labarum* ipse vel à Gr. λάβωρον: vel à Latin. *labor* deducit. Ut enim ab *odor*, *odorum*: sic à *Labor*, *Laborum*, i. e. *laboriosum* dici: adeoque ut λάβωρον ap. Sozomenum exstat: ita hujus scriptionis vestigia in Justiniani Cod. l. 12. Tit. 18. remanere & ibi *præpositos Laborum*, pro *Labororum* legi: sicuti præfectos *fabrûm* pro *fabrorum*; erudite existimat. Postea l. 4. c. 12. *Labarum* à Gr. λάφυρον ducit: quia fuerit indumentum ita hostibus detractum.

Labes, λώβη, i. e. damnum, pernicies, item morbus Scal. in Theoph. de plant. paulo aliter: Ad unguem (inquit) est *labefacere*, λαπάττειν. Unde *labes* proprie, cum terra subsidet. In usu tamen est significatus concussionis, quæ lapsionem antecedit, ut: *Labat ariete crebro Ianua*. Nisi ibi quoque casum jam ipsum intelligas. Addit enim: *& everso procumbunt cardine postes*. Recte igitur *labes*, tanquam à *labendo*, est πλῶσις, πλῖσμα. Interdum macula, κηλὶς: utpote quia illabitur. Nam facilis Tro-

pi

piratio est. *Labor* & *labo*, si Græcum æstimes, fiet à λὰ & βῶ, valde eo. Valla l. 5. Eleg. c. 59. labare *est ruere & repente cadere*: labi, *leniter sensimq́; deorsum ire*. Ap. Hebr. τὸ נָפַל, *naphal*, est cecidit, lapsus est: cui Latin. *Labor* & *labo* non qarum convenit. A labor *labile*: ut à facio facile: & ita notat τὸ *labile*, ad lapsum facile, sive ut ipsum *labatur*, sive ut quis inibi *labatur*. Onomast. *Labile* ὀλισθηρόν. Ut à ludo ludicrum: ita à labor *labricum*: & κατ᾽ ἀντίστοιχον, *Lubricum*, in quo quis facile elabitur.

Labor, Quinctil. l. 1. inst. ut *Valesii* & *Fusii* in *Valerios Furiosque* venerunt: ita *arbos*, *labos*, *vapos* etiam & *clamos* priscæ ætatis fuerunt. Scal. in Theoph. de plant. verbum ad solatium agricolarum, *labor*. Cum ad operam sese invitarent, dicebat: λάβωμεν: jam fructum capiamus: ἐκ πάνυ γὰρ καρπός. *Opus* vero nostrum est illorum ὁ πόνος. Scal. in Conject. *opus est* ab ἕπω facio, administro. Δίοπος, qui aliquid facit. Ergo *opus* proprie est aliquid agendo productum. *Opera*, actio ipsa qua opus fit. Κάματος vero, i. e. labor, καματόω, descendit ab Hebr. קָמַט, *kamat*, i. e. defatigavit, laboravit, oppressit laboribus. Sicuti λαβεῖν, à לָכַד, i. e. accepit. Item לָקַח, *lakach*, est ἔλαβε, ἔλαχε. A λαβεῖν fit etiam *labium* & *labrum*, utpote quo apprehendimus. Postea *labrum* est vas patens, ad similitudinem *labri* in ore. Aliis tamen *Labrum* dicitur, quasi *Lavrum*, à *lavando*: ut sit vas patulum idoneumque ad *lavandum*: quomodo λουτὴρ à λούω venit. Gloss. λουτὴρ *labrum*: λουτηρίσκος, *labellum*: quo significatu *labellum* exstat ap. Cic. 2. de Legib. & Columell. l. 12. c. 43. Perottus ita distinctos significatus constringit: *Labrum* (inquit) *à lavando dicitur, quod aquæ superficie perluatur. Est enim proprie* Labrum *margo & extrema ora fluminis, lacus, fontis & aliorum, quæ levi aqua motu perluuntur. Hinc labra & oris & aliarum rerum extremitates vocamus.* Hæc ille. Et hæc sententia favore dignissima videtur; cui & usus autorum, constans & analogia (*lavrum à lavo*) & Græcum λουτὴρ à λούω; consonat. Nemo enim ignorat, quod

Lac-

Digitized by Google

Labrum notet communiter *extremum*: & quidem ex origine, quod *labetur* aut perluatur. *Labrusca*: quia in *labris*, hoc est, agrorum finibus nascatur. *Labrum* Græcis est χεῖλος: inde *chilo*, χείλων, à magnitudine *labiorum*: Latine *Labeo*, id est, improbe labeatus. Gloss. Vet. πρόχειλος, *labrosus*. Ut osculum ab ore: ita *labratum à labro*. Græcis inde posterioribus λαβράτον & λαυράτον. Estque *Labratum* φίλημα βασιλικὸν, ἀσπασμὸς βασιλέως: Ut Gloss. interpretatur. Vel *Labratum* est veneratio principis, quæ fit manu *labris* admota: Uti amplius declarat Cujac. l. 11. Obs. c. 27.

Lac, Scal. l. 1. L. L. c. 25. Dicebant olim *Lacte*, *lactis*: à Græco amputatis duabus literis, γάλαξ, γάλακτος, γάλα, λάξ. Idem Exer. 41. γαλλὼν Syra voce à Phœnicibus importata. *Gal* enim undam significat Hebræis גַּל, à Rad גָּלַל. Unde γάλα & γαλατεία, *Galatea*, à liquiditate. Aut magis directe à חָלָב, *chalaf*, *chal*, i. e. lac, ex quo butirum, & pinguedo conficitur frequenti agitatione. Lac describitur à Lucretio l. 1. candens lacteus humor. *Galion*, herba, quia in contrahente lacte, coaguli vicem obit. Dioscor. l. 4. c. 91. *Galactites* lapis, qui lacteum succum emittit, cum alioquin cinereus sit, atque dulcis, ut tradit Dioscor. *Collactaneus*, vel ut Gloss. habet, *Conlactaneus*, ὁμογάλακτος, σύντροφος. *Delactatus*, ἀπογαλακτισθείς. *Lactes*, intestina, Prisciano & aliis ob albedinem à *lacte* dicuntur: aliis vero à *laciendo*, quod cibum alliciunt. Plautus in Curc. ita vacuitate tibi venio *laxis lactibus*. Scal. l. 1. Hist. animal. c. 19. Puto lactes à mollitudine dici: tenella enim admodum ejusmodi sunt intestina. *Laserpitium*, quasi *Lac sirpitium*, i. e. ὀπὸς σιλφικὸς, succus è radice silphii expressus. *Sirpe* autem est depravatum ex σίλφι, σίλφιον. *Laser* decurtatum ex *laserpitio*, videtur. In hanc rem legatur Martinius: & ante hunc Theophr. l. 6. Dioscor. lib. 3. cap. 76. inque eum Matthiolus & Bauhinus. Insuper de *laserpitio* copiosissimè disseit Robertus Titius l. 8. Controv. c. 24. At rursus hunc

hunc in multis confutat Yvo Villiomarus in Animadv. l. 8. c. 12. 13. 15. A γάλα oritur *Galaxia*, γαλαξίας: Plin. *lacteus* circulus: Pont. *lactea* via, & vulgo: propter eximium candorem, quem à lacte Junonis, & combustione factum esse poetæ fingunt. Macrob. in Som. Scip. l. 1. c. 15. Vere sic dicitur à *lacteo candore* stellarum ibi collucentium. A *lacte* est *lactuca* Varr. Plin. Isid. Nam ubi excrevit in caulem, vim quandam acquirit succo, aut lacti silvestris lactucæ persimilem, ut annotat Dioscorides.

Lactucini à studio lactucæ sunt dicti Valerii. Quare qui consul anno 297. M. Valer. Max. dicitur, is Diodoro est μάρκι☉ ὐαλέρι☉ λακτύκας. Subjiciam hac occasione similia cognomenta, quæ occurrunt. *Iunii* sunt appellati *Bubulci*, quod optime uterentur bobus. *Lucius*, quia oriente *luce* natus sit, Fest. *Pilumnus*, quod pilum invenerit Pistrinis. *Cic. Lentulus, Fabius*: à ciceris, lentis, fabæ satione. *Pictor*. Q. Fabius, quod primus Romæ Salutis ædem pinxisset. L. Ælius Stolo *Præconius*, quod præco fuisset. Plin. l. 33. c. 1. *Seranus* Attilius, quod ipsum invenissent serentem. Lucinius *Murena*, & Sergius *Orata*, à piscium studio. *Dolabella*, à dolabra. Suillus à sue, *Torquatus* à torque, Manlius Tribunus, quam à milite Gallo hoste detractam induit; Agel. l. 9. c 13. Liv. l. 7. Cic. 3. offic. *Maro*, à mari, i. e. viro. Ut sit Maro idem, qui Andreas vel ἀνδρεῖ☉. Ita *Agenor*, ἀγήνωρ, est agens viros aut superans. *Antenor*, ἀντήνωρ, qui impugnat vel obsistit. Ab ἥνωρ, ἄνωρ, pro ἀνήρ. Nomina à robore, aut fortibus factis. *Marcus* item à fortitudine (à Mars) ut censet Scal. Deminutiva sunt *Marculus*, *Marcellus*. At revera Hebr. est Latinis politor seu politus. מָרַק, id est, tersit, polivit. *Cajus*, ab antiquitate γάι☉, scilicet à terra, quasi *Gajus*. Nam sicuti ap. Athenienses αὐτόχθονες, & apud Thebanos σπαρτοὶ: Ita Latinis à vetustate, & *opici* & *indigenæ* & *Caji* dicti sunt. Scaliger cap. 28. L. L. *Liberi*, quod execto matris utero, ipsi *liberi* evaserant. *Titus*, ab honore & dignitate, τιμὴ. *Cneus*, à generositate, γνήσι☉. *Spurius* à defraudatione

tione generis. *Quinctus*, *Sextus*, *Decimus*, à numero liberorum. *Decius* à decore. *Publius* à cultu populi. *Manius* à matutino tempore. *Scipio* ab opera, quam patri præstitit seniori. Hinc ἀσκίπων Antiphilo senex, i. e imbecillis, aut sine Scipione. *Africanus* ab Africa domitâ. Multa etiam sunt ab habitu corporis. *Labeo* à labiis: *Naso* à naso: item *Simi* & *Sili*, & hoc Sergiorum cognomen fuisse Festus testatur. A fronte *Frontones*. A capillis *Grispi* & *Cincinnati*. Ab oculis *Pæti*, *Strabones*, *Coclites*, *Lusci*, *Luscini*, *Ocellæ*, *Cæci*. A superciliis eminulis, *Silones*. A vitio linguæ, *Balbi* & *Blæsi*. Balbus Hebræis est *præputiatus labiis* Ex. 6. 11. Item à flaccidis auribus *Flacci*. A dentibus *Dentati*. A barba *Barbati*: ut Æmilii Barbulæ: & *Ænobarbus*. A colore *Rutili*, *Eburni*, *Aquilini*, *Albi*, *Nigri*, *Rufi*, *Flavi*. Sic à quantitate, qualitate corporis itemque membrorum ista sunt: *Crassus*, *Longus*, *Varius*, *Valgus*, *Sedigitus*, *Bucculejus*, *Plautus*, *Plancus*, *Varus*, *Pansa*, *Rufus*. Ab eventis aliis *Posthumus*, *Proculus*, *Geminus*. A rebus gestis *Nero*, *Celer*. Ab actis *Salinator*, *Venox*. Sic *Messala Aviene* dictus cognomento Valerii Maximi, qui postquam *Messanam*, urbem Siciliæ nobilissimam, cepit, *Messala* dictus est. *Asinæ* cognomentum Corneliis datum est, quoniam princeps Corneliæ gentis emto fundo, seu filia data marito, cum sponsores ab eo solenniter poscerentur, asinam cum pecuniæ onere, produxit in forum, quasi pro sponsoribus præsens pignus. Tremellius *Scrofa* cognominatus est, eventu tali. Is Tremellius cum familia & liberis in villa erat. Servi ejus, cum de vicino scrofa erraret, surreptam conficiunt. Vicinus advocatis custodibus, omnia circumvenit, ne qua hæc efferri possit: isque ad dominum appellat, restitui sibi pecudem. Tremellius qui illico rem comperisset, scrofæ cadaver sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat. Quæstionem vicino permittit. Cum ventum est ad cubiculum, verba jurationis concipit, nullam esse in villa sua scrofam, nisi illam (inquit) quæ in centonibus jacet: lectulum monstrat. Ea facetissima juratio Tremellio scrofæ cognomen dedit. Valerius dictus est *Corvinus*, à cor-

Digitized by Google

vo, cujus auspicio & ope Gallum vicisset Macrob. l.1.Sat. c.6.& Jul.Scal.c.92.L.L. Car.Sigon.de Nomin. Prop.

Lacero, à λακὶς, i. e. fissura, seu scissura. Λακίζω à λακίδέω, *lacero*, scindo cum quodam strepitu. A λακέω, λακίω. Hesych. λακίδες σπαράγμοι, σπαραγμοὶ κατὰ ἱματίων. Λακὶς ῥαγὰς, ἐμβολὴ, ῥαφὴ, τραῦμα, σχίσμα. λακίζει, ῥηγνύει, ῥήσσει. Ut à luceo, lucerna, à lateo laterna: ita à *lacero*, *lacerna*, h. e. vestis vulgata ac vilis, quæ quotidiano usu *laceratur*. Uti Græc. τρίβων, à τρίβω, quod est tero. Hesych. λακιζὸν εἰκαῖον. Jam inter alia εἰκαῖον est etiam τυχὸν, vulgare. Ea de causa Mart. l. 4. lacernas vocat *nigras*: Juven. Sat. 9. *pingues lacernas*: scilicet à tritiori usu. Etiam *Lacinia* λακὶς: ut sit pars quædam vestimenti, uti quidem Festus exponit. Gloss. *Lacinia*, κράσπεδον, λῶπος. Plin. l. 8. c. 50. *Laciniæ è cervice binæ dependentes.* Idem l. 25. cap. 10. *Laciniosa folia*, dixit, pro partibus concisa, *lacinias* imitantibus. Apulejus l. 8. *laciniatim*, ponit pro minutatim. *Lacinia* & *lacuna* ortu differunt. Quippe *Lacuna* est *à lacu*, i. e. aquæ collectio, Fest. Conjungit l. 6. Lucret.

——*multosque lacus multasque lacunas.*

Lacus à λάκκος: significat flumen stagnans & antrosum; vel antrum aquæ plenum. Λάκκος & λάκος, à strepitu undæ.

Statius:

——*Tunc stagna lacusq; sonori.*

A *lacus* vel à lacuna(uti pulvinar à pulvinus)fit etiam *lacunar*, in ædificiis: quod ista contignatio quadam lacus similitudine sit. Et Servius asserit idem ad illud 2. Æn.

——*Laquearibus aureis.*

Laquear principaliter(inquit)*lacus* dicitur. Ut Lucill. ait:

Resultans ædesq; lacusq;.

Deminutio *lacunar* facit. Inde fit alia deminutio *lacunarium*: & per ἀντίστοιχον *laquearium.*

Lacio, κατὰ μετάθεσιν, ab ἑλκύω, ἑλκέω, ἕλκω, traho. Aut ab Hebr. לָקַח, *Lakach*, cepit, allexit: item חָלַץ, *chalaz*, *lach*, laxus fuit, extraxit unde etiam *laxus*, *laxo*. Ut à veho, vexo: sic à lacio, laxo. A laxus vero *prolixus*, quasi

Digitized by Google

quasi amplius inque longum extractus. Fest. *lacit*, i. e. decipiendo inducit, in fraudem inducit. A *lacio*, lacesso: ut à facio, facesso, à capio capesso. Item composita: *illiceo, elicio, allicio*. Et frequentativa, *delecto, oblecto, illecto*. Item *deliciæ* quæ quasi laciunt & suaviter afficiunt. *Delicatus*, qui deliciis capitur. Hinc apud Ciceronem de Nat. deor. pueri delicati: voluptates delicatæ sunt. Ergo *delectatio, oblectamentum*, & ejus generis alia erunt deliciæ, quæ *laciant*, id est, trahant ad se. *Lax* fraus est, teste Festo. *Elecebra* ab eliciendo: Plaut. in Menæch.

Nam ita sunt hic meritrices omnes elecebræ *argentariæ*. *Elices* sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur è liris, Festus. *Elicatores* ὑδραγωγοί, ab *elicibus*, sive ab *eliciendæ* aqua. *Prolecebra à proliciendo*, ap. Poetas: sicut *illecebræ*, item *illicium*, ab illiciendo; ut & *illix*, cujus beneficio aliquid *illicitur*; ut avis. *Illix* & *Illex* sic discernuntur: ut illud sit ab *illiciendo*, quomodo jam diximus: hoc *à lex* legis, sicut *exlex*, i. e. à quo lex non observatur, seu qui extra legem est. Gloss. *Inlex*, παράνομος, ἄνομος. Non. Marcell. *Illix* & *Illex* discernuntur: ab illiciendo illix: illex vero à quo lex non servatur. Plaut. Pœn. Qui malæ rei ante fuimus *illices*. Idem Persa: Injuriæ, *illex*, labes populi. Hoc est, vivens sine lege, sine jure. Sed interim, uti veteres solebant permutare literas E & I, pro *illix* invenitur & *illex*, illicis: uti *pellex*, pellicis à pelliciendo. Ab illicio fit etiam vox *ipsullices*. Suntque *ipsullices* bracteæ in virilem muliebremque speciem expressæ. Puto lectionem ap. Fest. ita sanam esse: *ipsullices*, vel *ipsillices* potius: quia *ipsum* vel *ipsam illiciant*. In sacris enim, quæ sagæ faciebant, ad conciliandum amorem, vel sibi, vel aliis, ponebatur imago cerea, aut ex alio, similis ei quem devovebant & in amorem pellicere satagebant. Eæ effigies sunt *ipsillices* dictæ ap. Fest. non *ipsiplices*. Aliud vero notat Ipsiplices: de quo Gloss. *Ipsiplices*, αὐτόπλοκα φύλλα: à plico.

Lacryma, & Latine *Lacrima*, δάκρυα. *Lacrimula*, δακρύδιον. Mutatur Δ in Λ: sicut Latini pro ὀδυσσεύς dicunt Ulys-

Ulysses. Quanquam & *Dacrima* invenitur apud Liv. Andron & Fest. U, quia ejulatus & tristitiæ nota, interdum, ubi magnitudo rei postulat, à poetis apposite usurpetur, *Lacruma* ἐγχαϊκῶς. Δάκρυα vero à δάκνω, quod ex Hebræo. Quia δάκρυα morsicant quasi aut lædunt oculos. Ideo dicuntur *Lacrimæ salsæ* Lucret l. 1. aliis *amaræ*. Hinc èxstat Jes. 22. 4. אֲמָרֵר בַּבֶּכִי. Quod LXX. reddunt: πικρῶς κλαύσομαι. Tremell. *Amaritudine afficiam in fletu isto*, Matth. 26. 75. ἔκλαυσε πικρῶς. Oculi vero inde rubescunt & turgent. *Catull.* Carm. 3. Flendo turgiduli rubent ocelli. *Plaut. Mil. Gl.* Lippam atq; oculis turgidis.

Lædo, placet à λοιδορέω nonnullis. Atqui nec significatus patitur, nec scriptio. *Lædo* enim usitatum, & *Ledo*. Si mutatiunculam non aversaris, erit à δηλέω, δηλῶ, quod idem. Quasi *Delo*: ut differat à *deleo*, *Lædo*. Quod verbum hoc magnam notet violentiam: docent etiam composita, ut *illido*, *collido*, *elido*, & similia.

Lælaps, λαῖλαψ, i.e turbo. Ap. Græc. ζάλη est etiam procella, turbo, ab Hebr. זַלְעָפָה. Quod componitur è נָזַל, i. e. manavit, defluxit; & עוּף volitavit. Ovid. utrumque complectitur, 11. Metam.

——*In cursu nimbosi turbinis*,

Et *Silius* procellam vocat undantem.

Læna, à χλαῖνα: vestis, quæ tunicæ exteriori superinduitur ad pellendum frigus. Χλαῖνα à χλιαίνω, i. e. calefacio: quod ab Heb. קָלָה, *kalah*, *chla*, calefecit, ussit. De *læna* videatur Strabo l. 4. & in eum Casaub. qui dictum etymon ibi etiam probat.

Lætus, λαῖτος. Hesych. est ἀκέραιος, incolumis, integer, hilaris. Ab Heb. עָלַז, i. e. lætus, exultabundus. Facessant igitur, qui vel à letho, vel à lato misere torquent. *Cic. 4. Tusc.* Atque ut confidere decet, timere non decet: Sic quidem *gaudere* decet, *lætari* non decet: quoniam docendi causa à gaudio lætitiam distinguimus. Cum animus ratione movetur placide atque constanter, tum illud *gaudium* dicitur. Cum autem inaniter & effuse animus

mus exultat, tum illa *lætitia* gestiens, vel nimia dici potest. *Terent.* Gaudia sua si omnes homines conferant unum in locum, tamen mea exsuperet lætitia. *Sallust, Catil.* Veluti servitute erepta gaudium & lætitiam agitabat. *Cic. in Catil.* 1. Qua lætitia perfruere ? Quibus gaudiis exultabis ? A *lætatum*, *lætamen* : ut à gravatum gravamen, à fundatum fundamen. Lætamen etiam fimus ; quod lætas faciat segetes, ut ait Virgilius.

Lævus, λαιός. Sicut *Levis*, pro glabro, à λεῖος : ergo per Æ non scribitur. *Levigo*, i. e. leve facio : ut remigo, navigo. *Lea* est species brassicæ : ap. Caton. c. 157. Plin. l. 20. c. 9. qui ibidem *Leam* quoque *Levem* interpretatur. Quippe *Lea* Gr. λεία : à λεῖος, levis : quod opponitur τραχεῖ, ut ψιλὸς δασεῖ.

Lagena, ut & λάγηνος, ex Heb. לֹג, *log*, Lev. 14. 12. quod nomen mensuræ, continentis sex communia ova gallinacea. Mart. l. 7.

Nulla cathenatis pila est præcincta lagenis.

Pers:

Et signum in vapida naso tetigisse lagena.

Lallare, est nutritia vox, infantes ad lac sugendum prolectans. Unde post Persium *Hieronymus*, Mammæ antiquum referens *lallare*, congeminet. Et *Auson. Ep.* 17. Nutricis inter lemmata, lallique somniferos modos. In causa vero, quod pueri dicantur *lallare*, & quod ad pueros uti soleant nutrices ; est litera L, mollis ac liquida, apteque huic ætati conveniens. Sicuti *Scal. c.* 38. L. L. ait : L, facillima fuit atque inter primas reponenda : lactentis enim ætatis est ; itaque udam Græci appellarunt. *Lallo*, λαλῶ : item Hebr. עוֹלֵל est puer lallans. Onomast. *Lallare* βαβάζειν. Gaza *vagire* reddidit per βαβάζειν. Item λάλος est loquax. *Lallus*, loquaculus sonus. Ad summam : λαλεῖν, *lallare*, *lallus* exstitit è sono *la la* : quæ per naturam primæ lactentique ætati insigniter convenit. A verbo λαλίω est *Eulalia* : nomen proprium.

Lamentum, est ægritudo cum ejulatu, 4. Tusc. Ab ἰάλεμος. *Ialemus* fuisse scribitur infelix Calliopæ suboles.

Ἰαλεμίζειν est *lamentari*, ejulare. Fit levicula trajectio in deductione. Neque abludit Græc. κλάιω vel κλαίομαι. Et notabile, quod in verbis, quæ doloris aut παθημάτων signa sunt; & ap. Hebræos & Græcos & Latinos & Germanos etiam visatur, L cum A, E, O, U. Ut ita qualiscunque soni lugentium imago pingatur literis. Exempli causa: ילל ejulatus, ὀλολύζω, κλαίω, ἀλγέω, λυπέω, ἰάλεμος: ejulo, ululo, lacrimor, lamentatio, lugeo, plango, doleo, fleo, lessus, ploro, **heulen/ klagen/ winzeln.**

Lampurus, ap. Theocr. λάμπουρος: à lucente cauda οὐρὰ est cauda. *Melanurus*, μελάνουρος, nigram caudam habans. *Lampyris*. λαμπυρὶς, & prius λαμπουρὶς, itidem quia *fulget cauda*. Plin. l. 11. c. 28. *Lucent ignium modo noctu laterum & clunium colore* (alii legunt, candore.) *Lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes*. Idem l. 18. c. 26. Lucentes vespere per arva cicindelæ. Ita appellant rustici stellantes volatus: Græci vero *lampyridas*. Arist. l. 5. hist. animal. c. 19. sunt πυγολαμπάδες. Ibi Scal. vertit *Igniclunes aut luciclunes, noctilucas, cicindelas*. Porro *Lampas*, λαμπὰς, λάμπω, Ab Hebr. לַפִּיד, i. e. lampas, fax lucida. Et sic à φάος, est *fax* Latinum.

Lana, à λάχνη, exemto χ, i. e. lana, lanugo: quod à λα & χνοῦς. Hesychio est densum capillamentum, derivanti παρὰ τὸ λάσιον. *Lanugo* ea analogia formatur, qua *salsugo, ferrugo*: estq; *lanugo* mollis *lana* fructuum & herbarum: atq; adeo quod ad *lanam* aliqua similitudine accedit. Fest. *dilaniare* est lanam trahere. Hinc & *laniena, lanius*. Nec non *lenis*, quasi à mollitie lanæ, quæ facile cedit. Jos. Scal. ita: λῆνος prius dicebatur, & Doribus λᾶνος: Apoll. l. 4. Juvat etiam Scal. citare l. 1. poet. c. 4. Id genus carminis nominabant ἴουλον. Extant verba concepta quædam πλεῖστον οὖλον ἵει, οὖλον ἵει. Spicam enim veteres sic nominabant ab aceris tenuitate, atque aristularum. Quare *lanam* quoque eadem voce ob filorum frequentiam. Atque iccirco *lanificarum* bene ominantium cantiones hoc item ipso vocabulo dictas memoriæ prodidere. Messorum autem cantus Λιτυέρσης, fuit

Digitized by Google

fuit Lityerſe. Hæc ille. Poll. l.4. c. 72. ita ſcribit de *Lityerſe*: ὡς ἔξω ἀμῶντα περιελαυνόμενον καστιγοῦν τοὺς ἐνδιδόντας. ᾔδετο δὲ ὁ θρῆνος περὶ τὰς ἅλως καὶ τὸ θέρος ἐπὶ Μίδου παραμυθίᾳ. Et rurſum l. 1. c. 133. λῖνος καὶ λιτυέρσης σκαπανέων ᾠδαὶ καὶ γεωργῶν. Videatur Caſaub. & Heinſius ad illa Theocriti: θᾶσαι δὴ καὶ ταῦτα τὰ τῶ θείω Λιτυέρσα. *Laniſtæ* λανιστὴς, prima ſignificatione qui *lanam* carminat, Græcis alias κτενιστὴς: tanquam verbum ſit λανίζω, ex λᾶνος, *lana*. Donat. in Eun. act.2. ſcen.2. Lanii, *qui laniant pecora, unde* & laniſtæ *dicti, qui* laniandis *præſunt gladiatoribus*. Iſid. l.10. Laniſta *gladiator, i. e. carnifex, Thuſca lingua appellatus* à laniando *ſcilicet corpora*. Origo tamen eodem redit. Videatur etiam Jan. Gruter. ad Senec. l.6. de benefic. c.12. qui amplius exponit, quinam fuerint Laniſtæ.

Lapis, Scal. Ex. 107. Dorica vox communis, λᾶος. *Lautumiæ* apud Plautum Pœn. act.4. ſcen. 2. quaſi λαοτομίαι. *Aſcon.* Sunt loca lapidibus cæſis exſecta, in quæ noxii damnari ſolebant. *Lapicidinæ*, non *Lapidicinæ*. Ita etiam utriuſque ſimplicis principia ex æquo remanent: ſcilicet, ꝟ *Lapis* & *cædo*. Inde Julian. pand. l.50. de verb. ſignif. *Lapicædinas* dixit. Gloſſ. λατόμος, *Lapidicæſor*. Deinde *Lapicida*, ut parricida, homicida. Ut *lapicidina*, ita vet. Gloſſ. ponit *Corpocidina*, id eſt, κρεοπωλεῖον. Aut potius *Corpocidina* à cædundis corporibus. Λᾶας autem λᾶς, ab Hebr. סָקַל, ſi retro colligas, i. e. lapidibus obruit. Etiam *ſilex* inde, ob eminentiam. Niſi Latinum magis ſapiat, quod notavimus e Scalig. Virg. 7. Æn. Stabat acuta *ſilex*, præciſis undique *ſaxis*. Catull. de Ber. & Atti: *Divellit ille acuto ſibi pondera ſilice*. Apud Hebræos צוּר, *zur*, lapis, petra, nomen habet ab acie & anguſtiis. Exod. 4. 25. Et tulit zippora צוֹר, *zor*, petram, ψῆφον: h. e. exponente Avenar. cultellum petroſum & acerrimum. Tertull. eſt *petrina acies*, contra Judæos. *Lyra*: tulit illico Sephora acutiſſimam petram. Hebræi dicunt aciem vel novaculam. *Pagnin.* reddit acutum gladium: *Tremell.* & Jun. cultellum acutum. Qui lapidem, *inquit*, acutum exponunt, vocum ambiguita-

te falluntur: quia ſic accipitur Ezech, 3. 9. Pro cultro, vero acuto Joſ. 5. 2. & 3. Pſalm. 89. 44. Nam familiam & quidem paſtores, deſtitutos fuiſſe cultro tam neceſſario ad multa inſtrumento, non eſt veriſimile: quo inſtructos fuiſſet ſtultum uti lapide. *Hæc ille.* Sed (inquit contra quidam in Joſuam) חַרְבוֹת צֻרִים explicari per cultros acutos vel in lapide ſubactos, ſubtilitas Deo incognita eſt, & judaiſſat. Moſes certe melius intellexit, quia & filium ſuum cultro è lapide circumcidit. Quippe etiam lapis ita exacui poteſt, ut ſecet: & forte ejus fuit generis, quod Germanis dicitur Schiebber. *Reſpondeo.* E lapidib. quibusdam non nego aliqua fabre fieri organa: & nominatim cultellos in Orbe novo; quod etiam notat Salmuthus in Comment. ad Guid. Pancir. l. 2. Tit. 1. Sed dubito, an cultri in illis oris jam olim ſic facti, & tam quidem acuti, qui commode tenellam cuticulam amputarint. Opus hic certe probatione. Plinius quidem lib. 35. cap. 12. tradit ſacerdotes Cybeles teſta Samia, vel ut Catullus ajebat, acuto ſilice, virilitatem ſibi amputaſſe. Sed huc illud minime trahetur. Quin etiam vox ap. Moſen & Joſuam nihil juverit, cum & gladium acutum & petram acutam ſua notione ſignet. Illa tamen ἐξήγησις, quæ cultros acutos præ ſe fert, forte ſit ſubtilior. An ideo culpabilis, aut Deo incognita? Subtilitas cum veritate nihil pugnat: & quod ſubtile dicitur, πρὸς ἡμᾶς & noſtræ cognitionis reſpectu dicitur. Neque etiam ille ſtatim judaiſſat, qui cum Judæis ſuæ linguæ peritioribus; aliquot voculas eodem ſignificatu accipit: maxime cum eumdem quoque origines Hebrææ ſuggerant, tot interpretes Chriſtiani æque probent. Nam צוּר, *zur*, & צֹר, *zor*, ratione originum ſive radicum, non ſimpliciter ſunt rupes aut petra: ſed petra acuta & anguſta. Quippe veniunt à צוּר & צָרַר. A quibus deducta itidem omnia *aciem* & *anguſtias* ſua notione inferunt. Adeoque *zor*, ut ait Avenar. eſt petra acuta, quæ inſtar gladii lædit & anguſtat homines. Idem Avenarius

Joſ.

Jos. 5. *cultros petrarum*, i. e. acierum, qui præditi sunt acie acutissima. Justin. Martyr in dial. cum Tryph. aliquoties ponit μαχαίρας πετρίνας. *Lyra in eumdem locum*: Fac tibi cultros lapideos. Hebræi dicunt novaculas acutas. Cultellus enim lapideus non est de necessitate circumcisionis: neque hoc utuntur Judæi moderni in circumcisione, sed cultello ferreo. *Pagn.* vertit, cultros acutos. *Tremel.* gladios acutos, *Elias Huterus*, ὀξεῖς, ἀκυλάτους. Etiam *Lutherus* in margine: **Steinerne Messer/ das ist/ scharff als am Stein gewetzt.** Qui adducit etiam ibidem Ps. 89. 44. צוּר חַרְבּוֹ, h. e. ut ipse Germ. lingua vertit, **Scherffe des Schwerdts** / item **Krafft des Schwerdts.** *Pagn.* aciem gladii. *Trem.* acumen gladii. Quod si hæc expositio ut sana & linguæ sanctæ consona Ps. 89. habetur: quur Jos. 5. rejiciatur, cum utrinque eadem plane verba appareant.

Langueo & prius *langueo*: ab Heb. לָאָה vel לָהָה, *labah, lag*, Ut ita proprie *langueo* sit deficio, defatigor, ubi vigor & vires dissolvuntur, aut dissipantur quasi. Id enim Hebraicum ingerit. Et communi usu Latinis *Languor* est defectus virium ac succi naturalis. Ovid. 11. Met.

— *molli languore solutus*.

Politian.

— *Frigidulo nuper languore soluta*.

Seneca: Piger ignavos alligat artus *languor*. Ubi enim calor, puta bene attemperatus, ibi alacritas. Ejus vero inopiam aut excessum comitatur languor, & frigus deniq;.

Lapit, i. e. dolore afficit, ap. Fest. aut *Lipit*, quorundam conjectura. *Pacuv.* Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. Græc. est, λυπέω, λυπῆμαι. λύπη, λύπα: à sinistra versus dextram lege Hebr. אָבַל, quoad elementa, habebis primam originem.

Larva. Turneb, l. 7. à laribus *larvæ*: à larvis furiosi insanique vocantur. Capella l. 2. *Lemures*, Si vitæ prioris adjuti fuerint honestate, in *Lares* domorum urbiumque vertuntur: Si autem depravantur ex corpore, *Larvæ* perhibentur ac *Maniæ*. Gloss. *Larva* δαιμόνιον, εἴδωλον.

Lar aut Lars est Hetrusca vox, idem quod princeps. προϛάτης aut προϛάτης, Latine *præstes*, ut monuit Scal. in Propert. Hinc *Lares* dicti sunt varii variarum rerum antistites dii.

Ausonius:

Tertia opima dedit spoliatus Aremoricus Lars.

Congruit cum Hebr. שַׂר, *sar*, i. e. princeps: si L præponatur, aut ש mutetur in istam. Cato l. 2. de re rust. *Larem qui domi à familia colebatur.* Quod etiam alii testantur. *Lar cœlestis*, ap. Capel. & *Cunctalis*: quorum ille præses ac princeps Deus Jupiter: hic autem Janus, quem regere omnia credebant, ut liquet è Macrob. l. 3. c. 9. & Ovid. l. 2. & 5. Fast. Lares *Grundiles* dicebantur, qui à Diomede Gramm. autore, Romulus constituerat eos in honorem scrofæ, quæ 30. porcos pepererat. *Grundire* enim olim erat, quod hodie *grunnire*: à γρὺ seu γρῦ, quod sonitum suis imitatur, γρύζω.

—— *Lascibus* luscivia.

Lucretius:

Floribus & foliis lascibia læta monebat.

Proprie de propensione illa ad venerem, aut mollitie. Ab Heb. שָׂגַל, lascivus fuit, proclivis ad venerea. Si Græcum mavelis, *Lascibus*, erit à λάζω, quod est ὑβρίζω, & ita libidinem ac petulantiam innuit. Suid. ὑβρίζοντες σκιρτῶντες. Ab eodem videtur etiam fieri λάσῃ. Hesych. λάσῃ πόρναι. Eidem λάσθαι παίζειν. Gloss. *Lascibi* σπατάλαις. *lascibia* ἀσέλγεια.

Lassus ducatur à labore, aut lapsu, aut aliunde, illi qui intra cancellos Latii se inclusum mavult, quam ad Heb. aut Græcos expatiari. *Lassus* enim commode ab Hebr. derivatur חָלַשׁ, *chala*, *laß* & הֶחֱלִישׁ, i. e. lassus fuit, lassavit, lassum reddidit.

Laberna, Dea furum; quam ita miseræ illæ Gentes fingebant. *Labernio*, ap. Fest. i. e. φώρ, qui sub istius tutela. *Labernale*, quod isthuc pertinet: Ut porta Lavernalis. Plaut. Aul. Ita me bene amet Laverna. Varro l. 4. L. L. Arnob. l. 3. A Gr. λαβεῖν, B in U Latin. ut Abella, Avella:

Avella: πάπυρα Vappa: sic Laberna, Laberna: à λαβεῖν. Isid. Gloss. *Laberna*, fermentum latronum, vel grassatorum vel furum. *Laberna*, latro aut qui filios alienos seducit. Gloss. *Laberna*, πραξιδίκη: quam orabant Græci, ut consilia furandi fortunet, ut det δίκην, i. e. jus τῆς πράξεως, i. e. callidæ & versutæ actionis. Nam & Hesychio πράξεων est λαβεῖν: πρᾶξις, ἀπαίτησις, ἄνυσις ἢ ἔργα ποίησις.

Laus à λαός. Nam, ut Augustinus ait, gloria est judicium hominum bene de hominib. judicantium. Scal. l. 3. poet. c. 110. ita videtur. Hoc (inquit) à Latinis *laus* dicta fuit veteri voce Æolica: cujus composita adhuc durant, ἀπολαύω. Fuit enim λαύω fruor. Nullus sane major fructus ex virtute, aut actione illius, quam laus. Agel. l. 2. c. 6. *Laudare* significat prisca lingua nominare appellareque. Nonius in hanc rem producit istud Plauti: Jovem supremum testem *laudo*, i. e. nomino. Potest etiam ita exponi: Nomino cum *laude*, seu prædico. Testis enim sit fide dignus & laudabilis. *Laudare* itaque plus est, quam prædicare, vel etiam probare. Cic. Rufo: Non solum probant, sed etiam *laudant*. Terent. Eunucho: Quid ego ejus tibi nunc faciem prædicem aut *laudem*? Cornel. Fronto ita discernit: *Decus* est instrumentum cujusque: *Gloria*, quasi honoris merces. *Honor* dignitatis consummatio vel privatim vel publice. *Laus*, secunda existimatio recte factorum. Aristot. 1. Rhet. c. 9. ἔστι δ' ἔπαινος λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς, i. e. *laus est oratio indicans magnitudinem virtutis*. Quanquam vox latius patere videatur: ut Laus *sit significatio expressa boni, quod in re qualibet est*. Hinc *laudare* à λα & αὐδᾶν ἢ ἀείδειν satis commode dicetur.

Lebes, λέβης. Virg. 3. Æn.
——*Dodonæosq; lebetas.*

Id est, ollas æreas, interpr. Servio. Ap. Homer in Odyss. ἀργύρεος λέβητος. Aut proprie vas quodcunque, in quod infunditur aqua. *A* λείβω vel λίβω. Gloss. λέβης, *cacabus, pollubrum.*

Ovidius l. 12. Met.
Fragilesq; cadi, curvique lebetes.

Et

Et Mantuanus.

—Cavosq; lebetes.

Lebitonarium, λεβιτωνάριον: ap. Suid. λεβιτωνάριον χιτὼν μοναχικός. Hieron. in præfat. ad regul. Pachomii: Nihil habent monachi (*in cellulis*) præter *psiathium* & duo *libitonaria*: quod Ægyptiis monachis genus est vestimenti sine manicis. Isid. l. 19. c. 22. *Lebitonarium* est colobium sine manicis, quali monachi Ægyptii utuntur. Et sic videtur à forma lebetis illa vestis dici. At rectius scribitur *Levitonarium*: scilicet à *Levitis* sacrificis.

Lectus, Scal. in Theoph. de pl. λεχαῖος herbosum significat. Vox pastorum, non contemta Latinis usurpatione, qui torum *lectum* dicunt, cum tamen sit herbarum proprium. Hæc ille. Simplicius ita colligo: ut Græca λέχος, λέκτρον à λέγομαι: Ita etiam *lectus*, à *lego lectum*. *Lectus*, subintelligatur *locus*, vel quid tale. Plaut. Amph. Prius abis, quam *lectus* ubi cubuisti concaluit *locus*. Ratio appellationis: quia *electus*; & è gramino aut herbis *lectis* primum fiebat: quod Varro testatur. Substraverunt sibi στιβάδας, i. e. *toros gramineos*, teste Aristoph. in Plut. vel, ut Posidon. ap. Athenæum l. 4. c. 13. refert, χόρτον, i. e. gramen. Inde στρῶσαι λέχος στρῶσαι κλίνην & simpliciter στρῶσαι dicitur.

Lucret.

Strata cubilia herbis & frondibus aucta.

Propert.

——— Strato vidisti Lydame lecto.

Ab illa συλλογῇ demum appellata est λεχαία: scilicet πόα, i. e. herba collecta, ut inde lectus sterneretur. A quo verbo, *lectisternium*. A lectus item *lectica*: media producta, autoritate poetarum. Varro: *Lectica*, quod legebant, unde eam facerent, stramenta atque herbas. Isid. l. 11. *Lecticæ* à lectis herbis vocatæ. Ut *urtica* ab *urtum* pro ustum: sic *lectica* à lectum. De qua multum differit noster Lips. l. 1. Elect. c. 19. *Lecticam* Juven. Sat. 1. per *pensiles plumas* describit. Ut lectica Græcis est φορεῖον à φέρειν: ita *sella gestatoria* ap. Sueton. in Ner. A lego oritur etiam *suppellex*. Turneb. l. 18. c. 123. Ego (inquit) nomen supellectilis,

Digitized by Google

lis, à *lectis* habuisse originem crediderim; ut initio censerentur ea, quæ *super lectos*, vel cubiculares, vel discubitorios poni solerent: postea longius latiusque significatione propagata. Aliis à pellis. Celf. l. 19. Labeo ait originē fuisse *supellectilis*, quod olim his, qui in legationē proficiscerentur, locari solerent, quæ *sub pellibus* usui forent. Analogia ita jubet & assonat etiam significatio. Ut à lego lex ita à *superlego*, *superlex* & postea *supellex*. Et sic notat instrumenta, quæ *colliguntur*, atque ad usum necessarium reconduntur, quasi supra alia, quibus utimur quotidie.

Lecythus, λήκυθος: quasi ἐλαιόκυθος: παρὰ τὸ ἔλαιον κεύθειν: interpretamento Græcor. At vox multo vetustior. Ab Hebr. לֶתֶךְ, *letech*, quod est nomen vasis, aut etiam mensuræ ap. Hebræos. Hos. 3. 2. Tremel & Buxtorf. est *semichomer*. Si Hebræum invertas, emerget *Cotyla*, κοτύλη, κότυλος: quod egregie notat Avenar. Ut ita principali sua notione *Cotyle* sit lecythus, vel vasculum, aut urceus concavus, quo ad varia utebantur. Inde fusa significatio etiam ad alia, κατ' ὁμοιότητα: quo nihil crebrius.

Leuturgia, λειτουργία: & omisso E, *liturgia*, nihil aliud proprie est, quam *actio* aut operatio publica. *Leiturgus*, λειτουργὸς, & postea *Liturgus*, proprie qui *publica operatur*. Suid λειτουργία κυρίως ἡ δημοσία: παρὰ τὸ λήϊον καὶ τὸ ἔργον. Ibi *Portus*: λήϊον publicum: à λαὸς, λάϊος & λήϊος, quasi dicat *populeus*, i.e. publicus. Aut λήϊτον quasi λαΐτον commode videtur dictum, à λαὸς. Eodem enim redit cum origine significatio. Λήϊτον & λῆτον est δημόσιον Hesych. i. e. publicum. Eidem Hesych. λειτουργὸς est ὑπηρέτης: λειτουργοὶ, ὑπουργοὶ, δημιουργοὶ, i. e. ministri, qui subserviunt aliis, operarii publici. LXXII. Græci interpr. Hebr. פעלתו convertunt τῆς λειτουργίας: Ezech. 29. 20. cum alibi פעלה & פעל sæpissime per τὸ ἔργον reddant. Propria significatio patet: exinde λειτουργὸς, λειτουργία, λειτουργεῖν latius καθ' ὑποκειμένην ὕλην, καὶ τὰς περιστάσεις sumitur.

Lemnisci: Hesych. tradit: Syracusiis λημνίσκους dici τὰς ταινίας. In Gloss. καρπόδεσμος lemniscus, *articularia fasciola*.

Inve-

Invenitur *lemniscus* & *limniscus*: λημνίσκος & λιμνίσκος. Fest. sunt fasciæ coloriæ dependentes ex coronis: quod antiquiss. fuit genus coronarum lanearum. Vel *ut Casaub. citat è Cord. Viterbiensi*; Lemnisci sunt fasciolæ purpureæ dependentes ex coronis. Turneb. l. 18. c. 3. *lemniscum* ait Syracusanum verbum esse, quo stricta angustaque tænia significetur. Et *lemniscum* aut *lemniscatam* coronam à Marone 5. Æn. significari: Puniceis ibant evincti tempora tænis. Et palmam *lemniscatam* dici à Cic. pro Roscio. In veterib. agonibus (inquit Scal. l. 1. lect. Auson.) quod vicerant, corona & ramo *lemniscatis* aut torque involutis donabantur. Græcis est λημνίσκος, ap. Plutarch. Hesych. alios. Forte à λίνῳ aut *lamna*. Nam etiam alicubi nunc videmus, quod inde coronæ efficiantur, aut saltim firmentur. Sed nihil certi affirmare ausim. Tamen ita Dalecamp. scribit in l. 21. c. 3. Plinii: ap. Germanos coronæ sponsarum *lemniscos* etiam nunc habent; nempe undique pendentia foliola aurea nunc celata nunc rudia, quæ Galli vocant *gailletes*, veluti paleolas.

Lemures, quasi *Remures* vult dictos Porphyrio: à *Remo*. Cujus interfecti species nocturna seu umbra Romulo objecta est, eumque miris modis perterruit. Postmodum pro spectris aliis noctu vagantibus, sumserunt. Hinc *nigri lemures* ap. Pers. Sat. 5. h.e. noxii: aut quia more umbrarum & nigra nocte apparent. Apul. *de deo Socratis*. Animum humanum, exutum, & liberum stipendiis vitæ, hunc vetere Latina lingua *Lemurem* reperio dictitatum. Gloss. *Lemures* νυκτερινοὶ δαίμονες. *Lemuria* & *Lemuralia* fuerunt sacra ad placandum Lemures, i. e. Remi manes, primum instituta.

Ovid. 5. Fast.

Romulus obsequitur, lucemque Remuria *dixit*
Illam, qua positis justa feruntur avis.
Aspera mutata est in lenem: tempore longo,
Litera, quæ toto nomine prima fuit.
Mox etiam Lemures *animas dixere silentum:*
Hic sensus verbi, vis ea vocis erat.

Lens,

Lens, lentis, Germ. Linse: quod humida & *lenta* sit, ap. Isid. l. 17. c. 4. Alii *lentem* quasi *lenem*, malunt ex illo Plin. l. 18. c. 12. Invenio ap. autores æquanimitatem fieri vescentibus ea. *Lenticula*, modicum vas æneum vel argenteum, quadrangulum, in latere apertum, quod & *lechitum*, (aut legatur, *lecythum*) inquit Isid. l. 20. c. 7. Scilicet à figura. Apul. l. 2. Florid. Ampullam oleariam, quam gestabat *lenticulari* forma, tereti ambitu, pressula rotunditate. Hieron. Habac. 3. *Lenticula* vas fictile sic vocatur, i. e. *φακὸς*. 1. Sam. 26. ubi David è Saulis centorio abstulit hastam & *φακὸν ὕδατος*, ut LXX. interpr. habent, antiqua tralatio, quam citat Lucifer Calitanus l. 1. pro Athanas. *lentem aquæ*, reddidit: alii, *lenticulam aquæ*. Pagn. Scyphum aquæ, Tremel, ampullam aquæ.

Lentum est flexibile, quod ita trahi potest & duci, ut tamen non frangatur. Gr. *εὐστρεφὴς*, quod facile potest *στρέφεσθαι*, h. e. flecti & in obliquum duci. Catul. in nupt. Pelei *lentos ramos* ponit. Virgil. 3. Æn. ---- *Lentandus remus in unda*. Nonn. cap. 4. *lentum* exponit *flexuosum, tenax*. Muret. l. 3. Var. c. 18. *Lentum idem valet, quod molle, cedens, quodque, quocumque velis, facile trahi ducive possit*. Ex quib colligitur: quod *lentum* probe ducatur à *lene*. Gr. *λεαίνω* est mollio ac subigo. *Lentiscus* arbor, etiam dicitur à *Lentus*: sed qua de causa autores variant. Dodon. in fine hist. Stirp. quia *lenti ac flexibiles rami* ejus sunt. *Bauhin. ad Diosc. l. 1. c. 75*. Lentiscus forte nominatur, quod folia ejus lentore quodam lentescant. *Ruell*. quod liquore quodam *lentescat*, dum sudat resinam.

Leo, *λέων*, *leæna*, *λέαινα*. Etjam *Lea* ap. Lucr. l. 5. Ovid. 4. Met. Prisc. l. 5. Heb. לְבִיא, leo immanis: aut inversim ab אֵל, quia leo polleat robore. Nam אֵל, *el*, est fortis, *δυνατός*, potens. Atque hinc etiam Deus sic dicitur, quia potens, aut omnipotens. Etiam לַיִשׁ est leo, cui imprimis Gr. *λῖς* respondet.

Lepesta. Varro l. 4. dicta *depesta* etiamnunc in dieb. sacris

cris, Sabinis vasa vinaria in mensa deorum sunt posita. Legitur à Jos. Scal. *Lepesta*, quæ à Gr. λεπαστή. Cujus præter quod vet. Grammatici, Athenæus & Pollux meminerunt, ipse quoque Varro eadem pœne quæ hic monuerat l. 1. de vita Pop. Rom. *Lepestæ* (inquit) etiamnunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt aut æneæ. Sed pace tanti Herois, etiam ibi δέπαστρον legi posse, nec adulterinum esse, docet Græcor. δέπας tritissimum, unde δέπαστρον. Inde *Depestra* & post, quo fiat mollius, *depesta*. Hesych. λεπαστή κύλιξ, λεπαστὶς οἰνοχόη καὶ εἶδος κύλικος. Legatur porro Martin. in Lexico, & Casaub. in Athen.

Lepidum, parvis de reb. tantum dicimus, utpote quod dictum sit, ἀπὸ τῆς λεπίδος. Λεπὶς est à λεπίζω, λέπω, i. e. cuticula tenuis aut cortex, Muret. Unde etiam *Lemma*, λέμμα: quod differt à λῆμμα *lemma*. Λέμμα est λέπος, cortex, liber. *Lepidus*, i. e. politus, ait Donatus: ἀπὸ τῆς λεπίδος, i. e. à lamina, vel squama. Plin. l. 34. Excutiuntur veluti milii squamæ quas vocant *Lepidas*. Etiam herba *Lepidium*, λεπίδιον sonat *squamulam*: & dicitur ita, quod λεπίδας, h.e. squamas & maculas faciei delet, ut notat etiam Bauhin. in phytopinace. Proprie itaque est tersum, purgatum à maculis, aut politum, *Lepidum*: post Tropice aliò transmittitur. Certe Plautus utitur apte de forma, quam vocat *lepidam*, & liberalem. Imitatur etiam Terent. & alii. Nam mulieres, dum *poliuntur*, dum comuntur, annus est. Legendum ibi ap. Terent. *poliuntur*, inquam; usitate *moliuntur*. Quia illud propius fœmellarum mores attingit. At *moliri* generalius. Et quidem poliunt faciem: comunt capilos. Plaut. Sticho: Sed amica mea & tua dum *comit*, dumque se *exornat*. Fabius de ornatu orationis loquens: Non quia *comi expolirique* non debeat. Si Donatus, *moliuntur*, in eo Terentii loco legisset, non fuisse de illo taciturum, ait Palæst. 1. Stephan. Sed hoc obiter. Redeo ad λέπος. Inde faciundum *Liber*, *libri*. Scal. in Varr. L. L. format *liber à luo*, quod *lui*, i. e. solvi queat aut soleat. Verum probius ac propius *Liber* fiat à λέπος, λεπτὸς, λέπυρον λέπυρμα: quod

quod est cortex, ita dictus, quod *deglubitur*. Quod enim pellis in animali: hoc cortex in stirpe est. Antiquitus scribebant in *cortice* ac *libro*: unde nomen remansit apud posteros. λέπος, λέπυρον, primum *Lebos, leber*: postea *liber libellus* καὶ αὐλίσκος. Serv. in 11. Æn. *Liber* dicitur interior corticis pars, quæ ligno cohæret. Unde *liber* dicitur, in quo scribitur: quia ante usum chartæ vel membranæ de libris arborum volumina compaginabantur. Plin. l. 13. c. 11. In palmarum foliis primo scriptitatum, deinde quarundam arborum libris. Videatur Guiland. de papyro & Alexander ab Alexandro l. 2. c. 30.

Lepus. Varr. l. 3. & 14. L. L. citante Agell. lib. 1. c. 18. Non dicimus *leporem*, ut L. Ælius, quod est *levipes*: sed quod est vocabulum antiq. Græcum. Multa enim vetera illorum ignorantur, quod pro iis, aliis nunc vocabulis utantur. Tamen nihilominus Perott. *apud nos* (inquit) lepus *à pedum levitate nomen habet: quoniam ambulans non sentitur. Nullum certe animal pilosis in terra pedibus est, lepore excepto*. Bene dictum. Interim Scal. in Varr. λεπορις epitheton *leporis* esse mihi videtur, vel λιπόρρις: quia simus est. Et puto, ab aliquo poeta hausisse Varronem. Scal. c. 189. LL. Habet suam causam *Lepus*, qua desciscat, sequaturque aliam proportionem, ut faciat *leporis*: propterea quod Græca Dorienses ita & appellabant, & flectebant: quare generis quoque analogiam secutus est lepus Græcam, non Latinam *equi*: ὁ καὶ ἡ λέπορις: neque solum genus inde, sed vocis in recto casu lineamenta Latina sibi assumsit, ut esset *Lepus*, sicut *equus*. Hæc ille. *Lepus* Græc. est λαγωός. Inde *Lageos*. Virgil. 2. Æn. *tenuisque lageos*. Ibi Serv. *Lageos latine dicitur* Leporaria. Plin. l. 14. c. 3. *dixit Virgilius Thasias, Mæotidas, & lageas*. Nempe est λάγειος & λάγειον: item λαγεία.

Lessus. Exstat in 12. Tab. Mulieres genas ne radunto neve *lessum* funeris ergo habento. Hoc vet. interpretes, Sextus Ælius, Lucius Acilius non satis se intelligere dixerunt: sed suspicari, vestimenti aliquod genus lugu-

bris. Lælius *Lessum* quasi lugubrem ejulationem, ut vox ipsa significat: quod eo magis judicio verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat: Cic. 2. de Leg. Etiam Plutarchi locus in vita Solonis huc facit: *ἀμυχὰς δὲ κοπτομένων, καὶ τὸ θρηνεῖν πεποιημένα, καὶ τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφεῖλεν.* Origo est à Græc. *λέσχη*, i.e. sermocinatio, confabulatio, querela. Aut *λέσχη*, lessus, item *λάσκω* ab Hebræo לְזוּת, loquacitas, perversus blaterandi mos, pravitas.

Lethum, quidam à supino verbi inusitati, *Leo, levi, letum*, trahunt. Sed nihil probant. Ubi enim est illud verbum leo? Nam quod deleo, præsidii causa, huc accersunt, parum juvat. Id enim est à *de* & *oleo*: sicut *aboleo, exoleo, exoletum*: ita *deleo, deletum*. O absorbetur, ut in proles, in *demo*, quasi *deemo*. Quidam à *λήθη*, i.e. oblivio. Mortui enim oblivionis quasi nube involvuntur, & latent. Huc pertinet Psal. 88. 6. Reputor inter mortuos, semotus; ut confossi, jacentes in sepulcro, quorum non *recordaris* amplius. Et v. 13. An cognoscetur in tenebris mirabile tuum & justitia tua in terra *oblivionis?* A lethum *lethare*. Quod verbum est ap. Virgil. in Cul. Paris hunc quod *lethat*. Et Ovid. 3. met. *lethataque* corpora vidit. *Lethe*. Lucan. l. 9.

Quam juxta Lethes tacitus perlabitur amnis
Infernis (ut fama) trahens oblivia *venis*.

Strabo l. 3. Deinde alii fluvii, ac post Lethes (ὁ τῆς λήθης) i. e. *oblivionis amnis*. Ibi Casaub. Non dicit ἡ λήθη, sed τῆς λήθης. Recte. Nam is fluvius non *oblivio*, sed *oblivionis fluvius* appellabatur. Verbum est λήθω, λανθάνω: quod creat Latin. *Lateo*: Doricè λάθω: plane ortus Hebr. לָאט, *laat, lat*, i. e. obvolvit, latere fecit. Et לוּט, *lat*, est operuit, abscondit, illatebravit. Item לָט, *lat*, absconsio, latebra. A *lateo*, *latesco*, est *delitesco*: quod hodieque usitatum. Item *latibulum*, uti patibulum formatur. Item *latebræ*: ut à teneo tenebræ: à salio salebræ, ab illicio illecebræ. Valla distinguit l. 4. c. 79. *Latebræ* hominum proprie dicuntur: *latibula* ferarum

Digitized by Google

rarum. Quod esse falsum & autores & etymon tantum non clamant. *Latex,* humor, qui latet: Hebr. itidem. לָשָׁד, i. e. omnis humor, qui intus latet. Lucret. lib. 5. liquoris vitigeni *laticem,* i. e. vinum: Ovidius *Palladios latices* oleum nuncupavit. *Later,* sub quo tectum quasi latet. Aut à *lapis* & *terra,* quia è terra coquitur in lapidem. Martinio dicitur *Later,* quasi λᾶς τερσόμενος ἢ πεσσόμενος, i. e. lapis, qui siccari atque ita coqui solet. Ut ita hoc etymon cum priori conveniat. Ut à pater paterculus: ita à *Later, Laterculus,* h. e. proprie *parvus later.* Onomast. *Laterculus* πλινθίον. Etiam *liber* ita vocatus, in quo catalogus dignitatum militarium & civilium. Onomast. *Laterculum* βήστελον καὶ στρατεῖον Cedrenus: ἡ παρ' Ἕλλησιν ὀπτὴ πλίνθος ΛΑΤΕΡΚΟΥΛΟΝ παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται. ἦν δὲ πλίνθος δημοσία, ἐφ' ἧς τά τε τῶν βουλευτῶν καὶ τὰ τῶν στρατευμάτων ὀνόματα ἀπεγράφετο, καὶ ἐγέγραπτο ἐπὶ τείχους τις τετράγωνον σχῆμα τύπος ὡς καὶ γραμμὴ πλίνθιος. Legatur Scal. de emend. temp. l. 7. Appellatio non aliunde videtur tracta, quam à similitudine πλίνθου, *lateris.* Quamvis etiam propheta jubeatur in *laterem* incidere civitatem Jerusalem Ezech. 4. 1. 2. Ut à luceo lucerna: ita à *lateo laterna,* in qua ignis *latet.* Mart. l. 14. epigram. 56.

Dux laterna *viæ clausis feror aurea flammis;*
Et tuta est gremio parva lucerna *meo.*

Latus, quia sub axillis conditum sit. *Latrina,* quæ semota, & abstrusa *latet:* etiam Germanor. suffragio. Opponitur *forica* à *foro:* quæ publicè omnib. patet. Ni potius à φορύω, φορύνω, quod etiam est polluo: & φορυτὸς est colluvies. Unde & *foria* antiquum. Olim *latrina* erat balneum, quasi *lavatrina,* Lucil. Nonius. Gloss. *Latrina* λουτρών. An vicinitate literarum duo ea significatus distincti nomina confusa sint: *latrina* & *lotrina?* Ut à sutum sutrina: à tonsum tonstrina: sic à lotum *lotrina:* vel à lautum *lautrina,* vel etiam à lavatum *lavatrina,* ap. Varr. *Latro,* quoniam *latens,* ex insidiis homines adoritur. Ni *latro,* quasi *latero,* dictus: quod stipet auc-

cingat *latera* magnatum. Tertull. l. 5. adv. Marcion. c. 43. *lateranensis* dicitur: & in Jure Civili, à *Latere*. Apul. de mundo: *stipatores regalium laterum*. Scaliger in Priap. ad illud: *Accedent duo, qui latus tuentur*, notat: Nihil aliud, quam *latrones* eo designantur, qui prius *laterones*, quod *latus* tegerent. Hæc ille. Quanquam rursus, *latro*, Festo autore, à λατρεύω sit, & ap. antiquos significarit militem. Λάτρις servus. Et recte quidem. A Plauto docemur. In Milit. *Latrones* quos conduxi, i. e. milites. In Pœn. *latrocinari* est stipendio præsente militare. In Trin. *latrocinatum* ire pro eo, quo Terent. *militatum* dixit. Postmodo hæc significatio immutata est, ut tyrannus, parasitus, & alia. Ut à palatium palatinus; à quiris Quirinus: ita à *Latium Latinus*, h.e. qui è Latio. Virgil. Æn. 1. de Ænea; *inferretque Deos Latio, genus unde Latinum*. Ibi de antiquitate *Latinor*. legatur Serv. & è novitiis L. Joh. Scoppas lib. 1. Collect. cap. 22. Amplius ut à fatum fatalis, à majus majalis: ita à *Latium Latialis*: & rursum *Latiaris* κατ' ἀντίστιχον: uti agonalia & agonaria. Etiam à *lateo*, *Latium*; quod inibi ap. Janum *latuerit* Saturnus, cum Jovem fugeret. VIII. Æn.

------ Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset *tutus in oris*. ---

Ovid. 1. Fast.

Dicta quoque est Latium *terra*, latente *Deo*.

Lactant. lib. 1. Cyprian. de idolis. Qua occasione nonnulli *Saturno* nomen inditum existimant à verbo Hebræis Phœnicibusque protrito סָתַר, abscondidit, celavit. Ut ita Saturnus ex origine idem sit, qui *Latens*. Unde in agro Latino, quasi interpretantes, vocarunt eum *Latium*: & ejus uxorem Opem, *Latiam*. Hinc in pontificalibus indigitamentis dicta, LATIA SATURNI. Agell. l. 13. c. 21. Contra Dresser. in 3. Mill. Verius est (inquit) à שַׁדַּי, quod est omnipotens, vel sufficiens, & omnibus necessaria ad vitæ cultum, usumque suppeditans. Hujus enim imperium adeo fuit justum, æquum,

æquum, & commodum, ut nemo serviisse sub illo visus sit. Hæc ille. Prior autem sententia palmarium tenet à סָתַר: quod etiam ab aliis observatum. Quis Græcis tantum implicantur, ἀπὸ τῆς σάθης malunt, propter abscissa pudenda, cœli ipsius falce, & in mare dejecta. Immo & σάθη à סָתַר: quia natura ipsa membrum illud latere, aut abstrusum esse voluit. Tull. 2. de Nat. deor. *Saturnum* eum esse voluerunt, qui cursum, & conversionem spatiorum ac temporum contineret, qui Deus Græce idipsum nomen habet. Κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος i. e. spatium temporis. *Saturnus* est appellatus, quod *saturaretur* annis. Macrob. l. 1. c. 8. & 10. Satur. *Saturnalia* feriæ fuerunt in honorem Saturni celebratæ. Sed qui fit, quod non *Saturnale*, verum Saturnalia. Hilaria, Floralia, Faunalia, Bacchanalia, dicamus? Id suggerit Scal. c. 78. L. L. Pluralia quare dicas unum diem, *Saturnalia*, Floralia, ratio subest. Comprehendit enim, & ludos, & ioca, & mercatus & comissationes, & alia.

Levi, לֵוִי, nomen proprium filii Jacobi Patriarchæ, i. e. copulatus. Gen. 29. Nunc adjunget se mihi vir meus: ajebat Lea. Sic dicebatur & *Matthæus* Apost. λευί Matth. 9. Rad. est לָוָה, i. e. mutuatus est, accepit mutuo, utendum accepit, accommodavit. Inde est etiam *Levinus*, ap. nos usitatum. Item *Leviathan* est copulatio, societas sua, vel sibimet traditus. Magnus piscis marinus Job. 40. Ps. 104.

Levidense, λεπτομερὲς est. Alii modo *Levidensam* dici existimant de veste, quæ leviter densata sit, & texta crassiore filo. Quorum ut hoc posterius verum sit: illud tamen prius falsum, quod de veste ejusmodi solum accipiatur. Nam quod Cic. ad Dolabel. producunt (munusculum mittere volui *levidense*, crasso filo) ut suam indesistant opinionem, perparum efficiunt. Scribunt enim *levidensæ*. Atqui simile exemplum in Cicerone quantum scio, non legitur: *munus togæ, penulæ* aut al-

 terius

terius vestimenti, ita, ut ad scriptum, aut orationem accommodetur: velut hic Cicero orationem incultam, & minus elaboratam, modestè vocat. Et sane *levidensa* substantivum non est: sed adjectivum, & καθ' ὑπόνοιαν aliquid subindicatur. Itaque etiam *levidensus* dicetur: adeoque *levidensis* quoque, ut imbecillus, imbecillis; exanimus, exanimis. Sed quid pluribus opus? Simile est ap. Plaut. Epid. a. 2. sc. 2. *Ralla*. A *raritate* texturæ, Nonius. Cui opponitur *spissa*. Scal. in Cirin. *plauduntur*, κροτοῦνται, σπαθῶνται: ut σπαθηταὶ ἐσθῆτες Sophocli, i. e. crebræ: ut contra *Rallæ*. Ap. Plin. l. 8. c. 48. crebræ *papaverata*. Ubi forsan melius legeretur *paverata*, h. e. σπαθηταὶ, ut sint eædem, quæ *pavienses* ap. Isidor. quomodo *pavera* frumenta, multum trita, ut granum deglubatur. Sunt enim frumenta quædam, quæ vix è glumis suis evaginari possunt. *Pavera* autem, à *paviendo*. *Pavire* παρὰ τὸ παίειν: ut palmisque misellam *depuvit* me. Hæc ille. Aberravit igitur Turneb. in Varr. dum vestem *panidensem* dicit, quæ crebrius & densius erat texta & tanquam *panita* & calcata. Debebat, *pavidensem* à pavire: sicut levidensis. Scal. Exerc. 312. *pavor* est idem, quod percussio: Græca origine, παίειν. Cicer. 4. Tusc. *pavor* est metus mentem de loco movens. Ex quo illud Ennii: tum *pavor* mihi sapientiam omnem ex animo expectorat. Virg. 3. Geor. *Pulsans corda haurit pavor*. Ergò *pavor* recta à pavio. Hebr. פַּחַד, i.e. pavor: è Rad. פָּחַד, obstupuit. *Pavimentum*, à pavitum: ut alimentum, ab alitum; quod subjectum pedibus *pavitur*, ac teritur. Græcis similiter δάπεδον. Igitur generale est: non speciale, ut putarunt. A pavire fit etiam *Oppuvire*, & *Oppuvia*, ap. Afran. *Tripudium*, de quo Cic. 2. de div. aves, quia cum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram *pavire*: *terripavium* primo, post *terripudium* dictum est: hoc quidem jam *tripudium*. Itaq; propriè non dicimus, aquilam in aere tripudium facere. Etiam *tripudium* videtur dici quasi *tripodium*, ut sit numerosus pedum motus, in ternarium cadens. Gloss. Cyr. τριπόδιον tripodium. Sed ratio eodem redit.

Liba-

Libanus, לְבָנוֹן, i. e. mons; qui fert frutices & arbusculas turiferas, ac maxime odoratas. Hinc לְבֹנָה, idem est ac *Tus*, à candore eximio sive splendore, Cant. 4. 14. *Libanotis* ex eadem origine: videlicet propter fragrantiam: λιβανωτὶς, λιβανωτὸς, λιβανωτὸν: quia ejus radix ὄζει λιβάνου. Theophr. l. 9. c. 12. Plin. in fine l. 19. *Libanotis odorem turis reddit.* Etiam *libanotis* nominatur Latinis *Rosmarinus*: In culice Virgil. *Rores marini.* In Ovid. 3. de arte: *Rosmaris.* Sed quare? *Quia* (ut ait Papias) *nascitur in locis marinis.* Sed malo ita dici: quod ejus usus sit, tanquam *roris*, ad adspersiones: & quod sapor ejus sit *marinus*, i. e. amarus. Hebrææ originis est etiam λίβανος, i. e. tus: quamvis Græci è patrio ortu velint esse, à λείβω: tamen canicies Hebræor. veneranda præponderat.

Libare, ineptissime quasi *labiare*. Λείβω vel λίβω est originale. Proprie *libo* est fundo: ex ista origine & consentientibus autorib. Λοιβὴ *libatio*. Hesych. λοιβὴ ἀπονδὴ, θυσία οἴνου. Lips. l. 3. antiq. Lect. Et quia *libatio*, λοιβὴ, spontanea aut ultronea fuerit & debeat esse: inde fecerunt *liber*: prisci *Loiber*, *loeber*, Festo teste. *Liber*, cognomentum Bacchi: quod liberet animum curis. Seneca in fine de tranquillit. vitæ: *Liber dictus, quia liberat servitio curarum animos.* Quomodo etiam Græcis Λύσιος & λυαῖος à verbo λύειν, eadem causa appellatur. Non igitur tam commodum etymon *Liberi* à λείβω: scilicet à *fundendis* vinis. Hesych. Λοιβαῖος ὁ Διόνυσος: λείβειν σπένδειν. *Liberare* à *liber*, h. e. ut aliquis immunis ab onere & suæ potestatis sit, efficere. *Liber* ἐλεύθερος: *Libertas* ἐλευθερία. Diog. Laert. in dogm. Stoic. ἐλευθερία ἐστὶ ἐξουσία αὐτοπραγίας. Inde *Liber* fiet à *libet*: quia homines *liberi* faciunt, quidquid *libet*. Idq; etiam Perotto placet. Interim certum, quod antiqui etiam *Loeber*, *Loebesum*, *loebertas* dixerint: uti paulo ante monui. Ut à murus muralis: ita à *liber liberalis*, h.e. ad liberum pertinens. Hinc *artes liberales*, quæ libero homine dignæ

sunt & liberum efficiunt. Aristot. vocat ἐλευθερίους ἐπιστήμας: Galen. ἐλευθέρια μαθήματα: Cic. in 1. de orat. *Ingenuus artes*. Fest. *Liberales dicuntur non solum benigni* (uti Germ. freygebig) *sed etiam ingenuæ formæ homines*. Libertus ea analogia dicitur: qua disertus: & *Libertinus*, qua paupertinus. Utraque vox oritur à *liber*: utriusque discrimen notat Turneb. l. 30. c. 25. & inprimis ICti. *Liberi*, i. e. nati, quod *libera* conditione nascuntur: quod *liberati* & immunes sunt ab onerib. servorum. *Liberi* in plural. Num. tantum veterib. quia id nomen filios una & filias complectitur: nec minimum erat decus πολυτεκνία. Nec pauca ap. Romanos constituta erant privilegia ac præmia ejusdem πολυτεκνίας: de quib. in Disput. anniversf. diligenter agit Fr. Duaren. At ἀτεκνία probrosa. Gen. 30. 23. Quomodo inter alia, & illud Iesai. c. 3. 28. restatur: *Vocemur de nomine tuo, aufer probrum nostrum*. Apud sequioris ætatis etiam *Liberum* invenimus, pro filio. Quinctil. Declam. 2. *Liberi* & parentis is est affectus. Ulp. Locupletior non est factus, qui *liberum* (alii *libertum* malunt) acquisivit. Modestin. Non potest quis nolle suum *liberum* esse. Valla lib. 3. eleg. c. 8. *Liberi* pro filiis singularem non agnoscit. Idem vero lenius postea: *Liberum*, inquit, tamen pro filio, & ap. Quinctil. & ap. Paulum Cajumque reperio. Aurel. Victor. locum *liberi*, exitum *liberi*, h. e. τοῦ παιδὸς ἢ τέκνου dixit. Sed neque Ovid. dissentire planitus videtur. 1. Metam. sub finem: Quodque magis doleas genitrix, ait, en ego *liber* ille ferox tacui --- Id est filius ille vester Phaethon, aliàs ferox, gloriosus, Phœboque parente superbus, tacui; nec refutavi convicia Epaphi, ut qui tumidum genitoris imagine falsi, sive falsum Phœbi filium vocavit. Cic. l. 2. de Nat. deor. Quod ex nobis natos *liberos* appellamus; iccirco ex Cerere nati nominati sunt liber & *libera*: quod in *libero* servant, in *libera* non item. A *libo* est etiam *Libum*, quia utebantur in sacrificiis. Varro l. 4. L. L. *Libum, quod libaretur, priusquam esset, ut erat, coctum*. Et l. 6. *Liba, quod libandi causa fiunt*. Ovid. 1. Fast. Cui cum cereale sacerdos Imponit libum. Et 3. Fast. *Nomi-*

Nomine ab autoris ducunt libamina *nomen,*
Libaque *quod sacris pars datur inde focis.*
Mantuano, mystica liba. Ap. Hebr. לְבִבוֹת sunt liba, scilicet ἀζυμάζεια: *mattiæ, lagana:* ut vertit etiam Buxtorf. 2. Sam. 13. 6. Græci LXXII. vertunt κολλυρίδας.

Libitina Scal. l. 3. poet. c. 90. Neque Libitinam primum dictam arbitror: sed *Labitinam,* quæ omnes mortales *caperet* tandem à λαβεῖν. A qua origine alia quoque, *labor, labrum.* Vespillones autem rem duram ex officio suo, meliore vocabulo, fecisse molliorem. Ap. Plaut. Bacch. *Libitinarius,* pro sene: à libitina, ut cui scilicet destinatus unice videatur. Gloss. *Libitinarius,* ἐνταφιαστής. Etiam Venus dicebatur *Libitina* aut *libentina,* ap. Varr. l. 5. L. L. Cic. 1. de nat. deor. Plutarch. in Numa & Αἰτίοις, Dionys. Halic. l. 4. Arnob. l. 4. contra gent. Et tum commodius à *libet, libens* (unde & *Libentia, Lubentia, & libido*) dicitur.

Libra, λίτρα κατ᾽ αἰολισμόν. Poll. l. 4. c. 24. Ap. Rabinos est לִיטְרָא, *Litra,* e Græco. *Deliberare* à libra, libella, qua quid perpenditur, Fest. Aliis fit à *de* & *liberum:* quia de *liberis* & quæ ἐφ᾽ ἡμῖν sunt, deliberare solemus. *Sembella* quasi semilibella. Varro l. 4. L. Ling. *Sembella*, quod sit libellæ dimidium, quod semis assis.

Lybia, λιβύη. Faciant vel à vento *Libs,* aut rectius *Lips,* λίψ. Vel à filia Epaphi. Vel quod egeat pluviæ, à λείπεσθαι τῦ ὕειν. Verius ab Hebræis. Gen. 10. 13. *Mitzraïm genuit* Ludæos *& Hanamæos & Lahabæos.* Heb. לְהָבִים, Λαβιείμ: i. e. *Libyas,* ut notat ibi Junius. Sed & iidem vocantur לוּבִים 2. Chro. 12. 3. *veniebant cum ipso ex Ægypto, Lubæis, Succæis & Æthiopibus.* Ubi iterum Junius: *Lubim sunt Libyes Mareotæ contermini Ægypto. Quare potius dicendi fuissent Lubies sive Lybies ex vero etymo.* Junio hic subvenit Abr. Ortel. *In antiquis* (inquit in Synon. Geograph.) *inscriptionibus sæpius LYBIA per v in prima legitur.* Interim consuetudo Λίβυες, Λιβύα, *Libya* confirmavit. Dan. 11. 43. *Libiesq. & Æthiopes.* Ita enim Aven-

Tremell. Jun. & alii vertunt. Etiam LXXII. λίβυες. Hebr. לְבִּים *Lybbim*, *Lubim*, i. e. corda maris: à לְבַב propter fortitudinem. Ut Phœnices: ita propter affinitatem cum Judæis *Libyes* exotica & nomina & res inde acceperunt. A libya dicitur *Libs*, *Lips*, λίψ: etiam λίβυς, ventus. Sen. l. 5. Nat. quæst. c. 6. *ab occidente hiberno Africus furibundus & ruens, apud Græcos* λίψ *dicitur*. Ut igitur Libya est Africa: ita λίβυς & λίψ ventus est Africus, inde spirans. Etiam à לֵב *lebh*: לִבָּה *libba*, quod est cor, videtur esse, *libet*, *lubet*, *libido*, *lubioo*, Quia cor omnis *lubentiæ* & affectus, quasi vitalis fons & sedes est. A *lubet* Perot. & Isid. l. 11. c. 1. faciunt *Lumbus*. Satis bene. Et ita prius fuerit *Lubus*: postea per M insititium *Lumbus*. Ut pago pango: cubo cumbo: ita *lubus lumbus*. Hic enim est sedes *libidinis*. Immò ipsæ divinæ literæ hîc ponunt fontem generationis Genes. 35. 11. 2. Chron. 6. 9. Actor. 2. 30. Hebr. 7. 5. & alibi. Similiter Hebræi *renes*, qui sunt in ea parte vocant à cupiditate כִּלְיוֹת. Nam כָּלָה est etiam valde cupere.

Ligare, à λύγος, i. e. vimen. Hesych. λύγος ἱμαντῶδες φυτόν, i. e. planta flexilis in modum lori. Hom. Od. 1. λύγοι δὲ στρεφέες. Verbum λυγόω est flecto & vincio. Λυγώδης, viticeus, flexilis instar viminis. Scal. l. 1. de plant. à λύγω nostrum *Ligare est*: à specie scilicet. Leviter Varro putabat à *legendo ligare*. Idem c. 11. L. L. *Licium* à *ligando* dictum: sicut & *Lictor*. Rectius verò & κατ' ἀναλογίαν. A *ligere*, *lictum*, *Lictor*: sicuti à legere, lectum, Lector. *Ligere* autem & *ligui*, *lictum* fuit antiquis idem, quod *ligare*: quomodo frico, fricui frictum. Cic. pro Rabirio: I *Lictor, colliga manus*. Lege Agell. l. 12. Noct. Att. c. 3. Lips. l. 1. Elect. c. 23. Briss. de formul. l. 5. *Licium* dicitur quasi *Ligium*, κατ' ἀντίστιχον. Quia utrimque ligat stamina & abscinditur, cum ad ultima ventum est. *Bilix* à duob. *Trilix* à tribus liciis. *Religio*, autore August. de vera Relig. c. 55. Et Lactant. lib. 4. c. 28. dicitur à *religando*, & significat omnia illa pietatis officia,

officia, quibus Deo, & proximo *obligamur*, & per quæ etiam Deo quasi *colligamur*, & ad salutem unimur. Et rursum August. l. 20. de civ. Dei c. 4. Ipse fons nostræ beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hunc *eligentes*, vel potius *religentes*, (amiseramus enim *negligentes*) hunc ergo *religentes*, unde *religio* dicta perhibetur, ad eum dilectione tendamus. Cic. 3. de Nat. Deor. ita: qui omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam *relegerent*: sunt dicti *religiosi* & *relegendo*: ut *eligentes* ex eligendo, ex intelligendo *intelligentes*. His enim verbis omnibus inest vis legendi eadem, quæ in Religioso. Itaque cum pietas, omnium consensu, in *lectione* & repetitione sacrarum literarum versetur: sententia Ciceronis non erit minimi precii. Et succurrit analogia, Ut *legio*, à *lego*; ita *religio* à *relego*. Ergò propriè *religio* erit actio ejus, qui res divinas studiosè *relegit*, pietatis ergo. Deut. 17. v. 18. 19. Rex describet sibi Deuteronomium legis, & habebit secum *legetque* illud omnibus diebus vitæ suæ. וְקָרָא, *ἀναγνώσεται*. Jos. 1. 8. ne recedat volumen legis hujus ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus. Sic igitur etymon. hoc (*religio à relego*) satis firmatum. Legatur Agell. l. 4. c. 9.

Ligo, ligonis: instrumentum rei rusticæ familiare, quo refoditur terra. Hinc exstitit illud vulgare: *Mors sceptra ligonibus æquat*. Onomast. *Ligones* δίκελλαι. Perot. facit à *ligare*: Varro l. 4. L. L. à *legere*. Uterque etymi rationem reddere probabilem non potest. Videtur commodius fieri à λίζειν, h. e. radere: quia *ligonis* usus primùm in radenda terra apparuit. Suid. λίγδην οὐ κατὰ βάθος, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ἐπιφανείας. Eustath. λίγδην est ξεστικῶς ἐξ ἐπιπολῆς i. e. radendo è superficie. Derivat à λίζειν, quod exponit ὕλῃ ἢ σιδήρῳ ξέειν. Sed & pro re etymon *ligonis* arrideat: à λύειν γῆν: quia solvit terram & ita culturæ præparat.

Limen, λιμὴν: quod à λίαν μένειν, quod à continua quasi

Digitized by Google

quasi mansione dicitur. *Eliminare,* extra limen protrudere. Cic. in Top. Cum *vis postliminii* quæritur, & verbum ipsum notatur; in quo Serv. noster (ut opinor) nihil putat esse notandum, nisi *Post* : & *Liminium* illud productionem esse verbi vult, ut in finitimo, legitimo, æditimo non plus inesse *Timum,* quam in *Meditullio, Tullium.* Scævola autem Publii filius, junctum putabat esse verbum, ut sit in eo & *post* & *limen* : ut quæ à nobis alienata sunt, cum ad hostem pervenerint, & ex suo tanquam limine exierint; hinc cum redierint, *post* ad idem *limen, postliminio* videantur rediisse. Hæc Cic. Et quidem posterior rectius sentit. Nam singnificatio ipsa ubivis recepta contradicit Servio. Festum audi: *Postliminio* receptus dicitur is, qui extra *limina,* h. e. terminos provinciæ captus fuerat, rursus ad propria revertitur. Et ibidem plura: quæ *Liminium* minime pro cauda aut productione habendum esse ostendunt. Quod etiam Scal. monet. Itaque *postliminium* recte ex Latini sermonis proportione dicitur, ἡ ἐπάνοδος: ut contra *Eliminium,* ἡ ἔξοδος. De *Tullium* vero an sit itidem cauda, alibi egimus. Imp. Justin. l. 1. Tit. 12. Instit. Dictum est *postliminium,* à *limine* & *post.* Unde eum, qui ab hostib. captus est, & in fines nostros postea pervenerit, *postliminio* reversum recte dicimus. Nam *limina* sicut in domo finem quendam faciunt: sic & imperii finem esse *limen* veteres voluerunt. Hæc ille. Ergo proprie est *postliminium* reversio post limen, unde quis elatus videbatur.

Limus, ἰλὺς, λειμαὶ, λειμών, i. e. terra madida, irrigua. *Illimis,* i. e. purus, sine limo: *Sublimis,* supra limum. Aut à *limine,* ut sit *limen* superius ap. Fest. Enn. Thyest. ita vocat cœlum: Adspice hoc *sublimen* candens, quem invocant omnes Jovem: ap. Cic. l. 2. de Nat. deor. Et addit Cic. Euripides, ut multa præclare, sic hoc breviter:

Vides sublime fusum, immoderatum æthera,
Qui tenero terram circumvecta amplectitur.

Limax

Digitized by Google

Limax Varr. l. 6. L. L. quia in *limo* vivit: quia locis ejusmodi humidis insidet. Post μεζωὰμλιται ad alia. Ut Scal. in Conject. *Limaces* (inquit) meritrices, ut apparet, dictæ à limace, quæ folia plantarū & olera corrodit. Ejusmodi sunt meritrices, quæ miseros amantes κατεσφάγουσι. A quo illa ap. Menandrū meritrix dicitur αἶξ, ἐπικαλεῖται ἡ αἶξ, ὅτι μέγαν κατέφαγε τὸν ἐραστὴν πότε θαλλόν. Vel potius, à *limando*. Nam Græci quoque τὸ ῥινᾶν in eadem significatione usurpant. Ælian. ὁ ὁ μὲ τοῦ μελανδρου θήραι (nomen est parasiti) μέγα φρονεῖ, ὅτι ῥινᾶν ἀνθρώπων φάτνην αὐτοὺς ἐκείνους ἔχει. Ubi etiam eleganter, περὶ τῆς φάτνης. A quo dixit Plaut. de Parasito: recepit se ad *præsepim* suam. Cur. act. 2. sc. 1.

Lingo per augmentum τοῦ N à λείχω. Ergo prius fuerit *ligo*. Ut à tago tango: ita *ligo lingo* dicetur. Ut à scateo scaturio, à cœno cœnaturio. Ita à *ligo, ligurio,* h. e. *lingendo, absumo*. Germ. vocant verlecken. Nonius c. 2. *Ligurire, degustare*. Ter. Eun. 2. 2. sc. 2. patria qui abligurierat bona. Utque Latinum *ligo* & *lingo* fit à λείχω, λίχω: ita λιχνεύω est catillo ac ligurio: λίχνος delicatus cibus: λίχνος *ligurio*, h. e. qui ligurit, gulosus. A verbo λείχω, λίχω manat λιχανὸς. Lat. *lichanus*, i. e. index digitus: ut quo exserto inprimis utimur *lingentes*. A latino *lingo* rectâ oritur *Lingua*, quia sit unicum linctus instrumentum. Hebr. לָקַק *lakak*, item לָחַךְ, *lachach, lach*, i. e. linxit, elinxit. Et עָלַע, deglutivit. Lingua μετωνυμικῶς pro sermone, vel loquela hominis, ut cujus est præcipuum instrumentum. Ita & *labium*, χεῖλος, שָׂפָה *saphah*, ponitur Gen. 11. 1. Erat universa terra *labii* unius. Etiam *lingua* est promontorium γλωσσοειδὲς, aut terra, quæ *linguæ* instar exertæ in mare procurrit: ap. Plin. l. 5. c. 7. Sic etiam loquitur Hebr. Ut Jos. 15. 2. *lingua maris*. Nec non Ies. 11. v. 15. ubi Symmach. ad verbū: τὴν γλῶσσαν θαλάσσης. Tremell. & Buxtorf. *sinum maris* A lingua *linguarium*. Senec. l. 4. de Benef. c. 36. *linguarium* dabo. Linguarium exponit Turn. l. 12. c. 19. linguarum thecam & repositorium. Muret. l. 12. Var. lect. cap. 5.

lingua-

linguarium vocat id, quod pro [illegible] quæ temere loquuta est, penditur. Etiam annuit in Senec. Lipf. *Nam linguarium* (inquit) *ita appositè, ut vasarium, hordearium, calcearium, cerarium, ; quod pro vasis, hordeo, calceis, cerâ datur.* Idem etiam Martinius sequitur. Interim & analogia pro Turnebo militaverit: ut *lararium, ærarium, granarium,* & similia. Immo cogitent sagaciores velim: an non *linguarium* etiam communiter sit idem, quod ad *linguam* pertinens & certo modo relatum. Quâ analogiâ formantur plurima: ut *penarium, frumentarium, sumtuarium, pecuarium, aquarium* & alia. A lingua manat *lingula*, i. e. propriè *minor lingua:* apud Prisc. l. 3. Sed *lingula* ferè metaphoricè legitur in Agell. l. 10. c. 25. Vitruv. l. 9. c. 9. Mart. in distichis:

Quamvis me *ligulam* dicant equitesque patresque:
Dicor ab indoctis *lingula* Grammaticis.

De hac dictione (*Ligula* & *lingula*) Martin. multa disseruit, eo nomine videndus. Si pressius inspexeris: *Ligula* & *Lingula* differunt etymo & significatu. *Ligula* à *ligo:* ut radula à rado. Charis. *In calceis ligula à ligando.* Lingula à *lingua:* ut notet id, quod suo modo *linguæ* assimilatur. *Lingula* postea usitatius, N exemto, *Ligula* etiam. A lingula *lingulaca*, h. e. linguâ improbè utens. Quomodo dicitur *Linguax*, & *Linguosus*, γλωσσώδης. Apud Hebr. אִישׁ לָשׁוֹן, *vir linguæ*, i. e. maledicus & calumniator. Nonius cap. 1. *Lingulacæ dicuntur verbosi.* Etiam *Lingulaca* est piscis à similitudine linguæ. Græc. βούγλωσσος: Varro l. 4. L. L. Fruter. lib. 1. veris. c. 1. Turneb. l. 15. c. 3. Ap. Græc. γλῶσσα est lingua: *Gloss.* γλωσσάριον, i. e. parva lingua. *Gloria* antique *Glosia*, à γλῶσσα. Ita & *gloria* ap. Hebr. ponitur pro *lingua.* Gen. 49. Ps. 16. 9. Et Psal. 30. 13. *ut psallat tibi gloria ac non conticescat.* Id est, lingua. Sed & gloria est frequens de aliquo fama cum laude, Cic. in Rhetor. Aut illustris ac pervagata multorum & magnorum fama, pro M. Marcello. Inde ap. Comic. Esse in ore hominum. Et Ennium:

Voli-

Digitized by Google

Volito vivu' per ora virum.

Buglossus, βούγλωσσος, i. e. herba similis bovinæ linguæ: Plin. l. 25. c. 8. Γαίω, i. e. glorior, fit ab Hebr. גָּאָה: ut γλῶσσα præfixo γ, à לָשׁוֹן, quod idem.

Lipire, non solum de oculis dici, sed πολύχωνον esse, origo monstrat & autoritas. *Lipus* & *Lippus* à λίπος, i.e. humor pinguis. Λιπώδης succiplenus. Plaut. Cur. a. 2. sc. 3. *lippiunt* fauces. Mart. *lippa* ficus, i. e. pinguis, exuberans. Hor. Sat. 3.

Pervideas oculis mala lippus inunctis.

Quia lipporum oculi vel collyriis vel proprio quasi madent unguine τῷ λίπῳ. Nec λείβω dissonat. *Liparis* piscis ap. Plin. l. 32. c. 11. à pinguedine. Græce enim λιπαρὸς est pinguis: etiam à λίπος. Similiter *Lipara* iterum ap. Plin. l. 23. c. 9. & l. 33. c. 6. ad verbum, medicamenta pinguia. Cels. l. 5. c. 19. *Lenia medicamenta emplastra sunt, quas λιπαρὰς ferè Græci nominant.*

Lis à limitibus. Maro 12. Æn. *limes* agro positus, litem ut discerneret arvis. Aut potius ita: *Lis* primum *Elis*, & quidem *Elis* pro *Eris*, ἔρις: R transeunte in L. ut λείριον, *lilium*: ἅλως area: *cribanus*, *clibanus*. *Lis* deinde factum, amputato capite. Ut θέλω ἐθέλω: μαλὸς, ὁμαλὸς: Sic *Lis*, *Elis*. Neque malè ducetur *Lis* à λύσις: quia lis consistit in *solutione* & disjunctione animorum. Et λύα Græcis est dissidium. Hesych. λύα, στάσις: λυάζει, στασιάζει. *Litigo* forma verborum ita dicitur, à lis litis: non ab ago: *igo* enim λῆξις est. *Vitilitigator*, Plinio docente, eleganter à Carone factum ex *vitio* & *litigatore*, h. e. qui vitiosè aut quodam vitio suo litigat. A *lite lituus*. Serv. in 3. Georg. *Lituus*, virga regalis, quasi lites disterminans.

Virgil. 7. Æneid.

Ipse Quirinali lituo, parvaq; sedebat
Succinctus galea ----

Deinde *lituus* est è genere buccinarum incurvarum: scili-

scilicet à figura illa bacilli. Senec. Jam silet stridor litui strepentis. Videatur Cic. 1. de Div. Agell. l. 5. c. 8. Lipf. l. 4. de mil. Rom. dial. 10. Scalig. in Crit. *Limes* à divisione, qui solveret dominium, & possessionem, mutata Græca vocali in Latinam tenuiorem. Λύειν est solvere. Aliis tamen rectius *limes* fit à *limen*: ut limes notet terminum quendam aut finem, uti etiam *limen*. Justinian. Imper. lib. Instit. Hinc *limen* dictum est, quasi finis quidam ac terminus. Fest. *Limites* nunc terminos, nunc vias transversas designant. Et sic etiam *Limes* Germ. est Marck/ à *margo*: ut notet finem & extremum agri, sive notam, per quam confines agri distinguuntur. Isid. tamen ita lib. 15. c. 14. *Limites* appellati antiquo verbo *transversi*. Nam *transversa* omnia antiqui *lima* dicebant: à quo & *limina* ostiorum. Videatur Pithœus l. 1. Subs. c. 2. Etiam *limbus* à *limes*: est enim limes quidam h. e. extremitas vestis, vel (ut Isid. ait l. 19. c. 33.) limbus *est fasciola, quæ ambit extremitates vestium.* Nisi mavelit Philologus *limbum* referre ad λῶμα, quo utuntur LXXII Exod. 39. 31. pro פָּתִיל, i. e. fascia. Hesych. λῶμα ῥαφὴ, κλωσμὸς ἢ εἰς κατώτερον τῦ ἱματίυ λῶμα. Suid. λῶμα τὸ κράσπεδον. A *limes* fit in Gloss. *Elimes*, ἄποικος, πάρεδρος. A *limes* provenit etiam *Limentinus*: aut propius à *Limen*. Ut enim à monimen monimentum, à carmen carmentum: sic à *limen limentum*. Ab hoc *Limentinus*, Deus limini præfectus. Ut *Forculus* foribus: *Cardea* cardini: ita *Limentinus* præficiebatur *limini* à gentilitate. Tertull. de coron. Milit: *Janus à janua: Limentinus à limine: Forculus & Carda à foribus & cardinibus.* Quod etiam monet Arnob. l. 4. contra Gent. *Limitarii* agri, *Limitanei* milites dicti sunt à limitibus imperii, quos Amm. Marcell. eleganter *Romanum cespitem* & *collimitia* vocat. Sed enimvero à verbo λύειν oritur *Lyæus* & *Lysius*, ap. Pausan. in Bœot. Inde etiam λυσίφρων & λυσιμέριμνος. Solvit enim curas, & depellit tristificas nubes animi, ut ille ait.

Horat.

Horatius, Epod. 9.

Curam metumq; Cæsaris rerum juvat
Dulci Lyæo solvere.

Ovid. 3. de arte:

Turpe, jacens mulier multo resoluta Lyæo.

Idem:

Et juvenum curas & libera vina referre.

Libera, i. e. quæ liberant, & discutiunt solicitudines aut mœrores.

Homerus:

οἶνόν τοι, Μενέλαε, θεοὶ ποίησαν ἄριστον,
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας.

Theognis.

Ἀπὸ μὲν χαλεπὰς σκεδάσεις μελεδῶνας.

In Propertio ἐναντιοφανὲς videtur: lib. 3. Eleg. 3.

Me juvat & multo mentem vincire Lyæo.

Sed vincit & solvit, κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο. Dum enim mentem ab æstu curarum ac tristitiæ liberam facit, vel solvit, ipse occupat eandem, & quodammodo vincit: sed suaviter. Propterea ait: *me juvat*, i.e. ultro, & cum jucunditate bibo, aut adjumento.

Litare. Turneb. l. 18. adv. c. 20. cum se *litasse* veteres dicebant, quo verbo grata acceptaque diis immortalibus sacra fuisse intelligebant: à *solvendo*, si Varroni fides, ita loquebantur: proinde quasi sit *litare*, *lutare*, i.e. luere & solvere. Tum enim denique solutum diis videtur, cum acceptum fecere. Varr. verba sunt in *Lutavi* ap. Nonium: Habes qui & cujus rei ergo fecerint hecatomben: in quo equidem (ut puto) quoniam *luere* est *solvere*, *lutavi*. Itaque ut maximus & maxumus dicitur, ita *luto & lito*. Mihi ita videtur: Litare esse à λιτὴ, λιτά. *Lita*, i. e. preces, supplicatio: sicut & *Litania*, λιτανεία. Isid. l. 6. litaniam Latinè vertit *rogationem*. Λίσσομαι & λίτομαι, i. e. precor, supplex oro. Λίσσομαι à שָׁאַל, i.e. petiit, ἠτήσατο.

Litera, Scalig. c. 4. L.L. De Litera acturi veram ejusce nominis rationem ex figura emergere compe-

 rie-

Digitized by Google

riemus, cum eas certis lineis contineri videbimus. Exemtis namque ex prisca nominis origine aliquot elementis, cum primum dictæ essent *lineaturæ*, *literæ* postea factæ sunt: sicut ap. Græc. γράμματα παρὰ τ γραμμὴν. Evenit deinde, ut quoniam album nigredine aspergeretur, atque ei quasi officeretur, ut ea significatio latius fusa sit, & *lituræ* inde etiam macula diceretur. *Oblitterare* autem verbum non à *literis*, ut dixere, sed à *lituris* deductum est, versa scilicet vocali. Quemadmodum à fœnus fœneror & à pignus pigneror, & à tempus tempero: sic à *lineando*, *linere*, unde *lineaturæ* & *literæ* & *lituræ*, ex eodem fonte æque omnia. Neque enim à *lituris* literæ, quia delerentur: prius enim factæ quam deletæ sunt. At formæ potius atque ἰδέας rationem, quam interitus, habeamus. Ex his constat eosdem veteres non recte quasi *legiteram* commentos esse, ut extrema pars vocis ab *itinere* fingatur. Prisc. in vestib. l. 1. Dionys. Halic. Quinctil. J. Gorop. l. 3. Hermath. Ex illo jacto Scaligeri fundamento discimus, quod Litera una T scribendum sit: quia à *linea lineatura*. A *linea* fit *collineo*, i. e. propriè *ad lineam* dirigo: sicuti *collimo* est *limis* oculis aliquò tendo & obliquè adspiciens oculos in rem defigo: de quo Agell. l. 9. c. 1. *Linea* à *linum*. Est enim *linea* minima corporis dimensio: fitque è *lino*: is scilicet subtiliss. & tenuiss. funiculus, qui fermè obtutum fugit. Et hæc propria *lineæ* significatio. Columell. l. 8. c. 11. *emissa ligato pede longa linea gallina custoditur.* Plin. l. 32. cap. 2. *admovent dentibus lineas.* Intelligit funiculos. Gloss. *Linea, funis*, γραμμὴ, σειρά. *Linaria* herba ita dicitur: quia *lino* similis est. *Linum*, Græc. λίνον: à λίς, λῖς. *Linteum*, quidquid è lino. Inde λέντιον venit ad Græc. Non. in Johan. ponit Λέντιον versus sunt:

Καὶ λινέη λαγόνεσσι πόθην ἐζώσατο μίτρην
Σφίγξας σκληρὸν ὕφασμα, τόπερ φάτο θυμβελαὶ αὐδῇ.

Λέντιον. Ubi nonnullis placet legere --- τυμβελαὶ αὐδῇ, à voce τύμβος: quasi *Linteum* ita voce sepulcrali appelletur: cum *linteo* involvantur mortui. Frustra. Legatur enim

enim θυμβρικὴ αὐδὴ: quibus verbis, λίτλον, Roman. esse vocem, indicavit Nonnus. Quippe θυμβρικὴ αὐδὴ est lingua Rom. à *Tiberi* fluvio sic dicta. *Tiberis* Græc. θύμβρις, ap. Herod. & maximè Poëtas.

Litus. Cic. primum instituisse legitur, ut *litus* sit, quousque maximus fluctus à mari excurrit: quæ quidem æquoris effusio maxima, quando hieme fere conspicitur, existimatum est pelagi nostri *litus* dici oportere, quatenus hibernis fluctibus maximis excurrit, epist. ad Brut. Scalig. c. 26. L. L. λιτός quod esset terra inculta. Idem in hist. de anim. l. 4. c. 10. Litus est, quod extra mare est, ab arenæ tenuitate, λιτὴν γῆν tenuem dixere veteres. Et in 1. Æn. Serv. *Litus* dicitur terra, quæcunque mari vicina. Sicut ipse Virg. in 4.

Cui litus arandum:

Cum per naturam litus arari non possit. Dan. 3. litus dicitur, χεῖλος θαλάσσης, labrum maris. Nam eo modo & שָׂפָה, *saphah*, i. e. labium, usurpari assolet, pro ora sive margine. Gen. 22. 17. Sicut arenam quæ est juxta *labium* maris, i. e. litus. LXXII. interpr. sequuti sunt: παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. *Ripa* ἀπὸ τῆς ῥιπῆς, ob præcipitium, & impetus: quia ripa fluminis impetum coercet & quia à se aquas ῥίπτει, præcipitat. Utriusque discrimen: Ad flumen *ripas*: ad mare *litus* habes. In Ovid. vides 1. Met.

---Pro ripis litora pulsant.

Sed id tamen non ubique. *Acta*. 5. Æneid.

In sola secretæ Troades acta.

Ἀκτὴ ab ἄγω nonnullis, id est, frango: est litus, ora, præceps ad mare locus, ut annotat C. Rhodig. lib. 11. Antiq. c. 26.

Libia, quasi *livida*, à colore. Aut magis ex analogia: ut ab invideo, invidus, invidia: ita à *liveo*, *livia*. Similiter Græcis est πέλεια & πελειάς à πελός i. e. niger, lividus. Gesner. πελειάς, genus columbæ *nigrioris*, ut dictio ipsa insinuat. Nam πελὸν & πελιὸν nigrum significat, etsi nonnihil à nigro differat. *Lividum* enim potius significat,

 qui

qui color nigricans cœruleo dilutus videtur. Etiam Ulyſ. Aldrov. in Ornith. eodem tendit. Ariſtot. ita deſcribit l. 5. hiſt. anim. cap. 11. ἡ δὲ πελειὰς καὶ μέλαιν καὶ μικρὸν καὶ ἐρυθρόπουν καὶ τραχύπουν: Id eſt, interpr. I. C. Scal. *Tum autem Libia turrilia, nigra ac parva pedibusq. & rubentibus & aſperis.* Et in l. 2. c. 18. addit: Earum color plurimarum *ſubniger.* Quare πελειὰς à *libore* dicta fuit. Itaque *Libiam* vertit Gaza feliciſſime: nos à *turribus* etiam *Turriliam,* quas incolit. Perot. πελειάδες varii ſunt coloris ac *libidi,* propter quod nonnulli eas *Libias* appellavere.

Locus Scal. 3. poet. c. 90. Etymologia ſit aut à *recta,* aut *contraria.* A *recta,* veluti cum locum, παρὰ τὸν λόχον dicimus: quia proportio eſt inter locum & locatum. Λόχος inſidiæ dicuntur, quin vet. Græc. *locum* priſca & abolita voce ſic appellabant. Λόχος ab Hebr. כבל, i. e. inſidiatus eſt. *Locarium* à loco, quod pro *loco* ſolvitur: etiam dicitur ſolarium, quod multi cum τῷ *ſalarium* confundunt. Ulpian. lib. 68. ad edict. vectigal hoc ſic appellatur *ſolarium* ex eo, quod pro ſolo pendatur. *Locuples,* i. e. agri plenus: *ples à pletum, pleo.* Nam *loci* dicebantur olim agri, Plin. l. 18. c. 3. *Locupletes* (inquit Feſt.) locorum multorum domini. Ovidius 5. Faſt: latam dives habebat humum, Hinc etiam *locuples* dictus ---- *Illico,* i. e. in Loco: ſicut in tempore. Caſſ. ap. Nonium: *Et quia, quo irent, neſciebant, illico manſerunt.* Idem: *his perſuadet ut illico manerent.* Plaut. in Curc. *Staſis illico.*

Logica & *dialectica.* Ita inſignitur paſſim illa ars, quæ dirigit mentem in cognitione rerum. Λογικὴ & Διαλεκτικὴ: Subaudiatur τέχνη ἢ δύναμις ἢ διδασκαλία. *Dialectica* ducitur ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod eſt colloqui & diſſerere. A διὰ & λέγω. Unde *dialogus* etiam. Plato poſt Zenonem Eleatem primus διαλεκτικὴν vocavit: teſte Laërtio l. 3. in ejus vita. Idemque τὸ διαλέγεσθαι in primo Alcibiade interpretatur τῷ λόγῳ χρῆσθαι, i. e. ratione uti. *Logica* itidem appellatur ἀπὸ τοῦ λόγου. Jam duplex eſt λόγος: ἐνδιά-

Digitized by Google

ἐνδιάθετος ἢ ἐνθυμηματικὸς: & προφορικός. Ariſtot. lib. 1. poſter. anal. c. 10. τὸν ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὸν ἔξω λόγον nominat. Utriusque reſpectu *Logica* ſic vocatur. Primo & primario quoad λόγον ἐνδιάθετον, i. e. *Rationem.* Quia Logica rationem & mentem hominis in cognitione rerum occupati dirigit, quaſique manuducit. Eapropter Platoni in Theæteto eſt τέχνη λόγου: i. e. *ars rationis.* Ariſt. 2. Metaph. 3. τρόπος ἐπιστήμης: ſimiliter 1. Eth. c. 3. & 1. de partibus Animal. c. 1. παιδεία. Modum enim oſtendit, quo res explicare, probare, juxtaque concinno ordine digerere debemus. Hinc idem etiam Ariſtoteles hanc artem inſcripſit μεθοδικὴν, teſtib. Laërt. lib. 5. & Simplicio, quod Philoponus interpretaturus dicit ἕξιν ὁδοποιητικήν. Cic. de fato eſt *Ratio diſſerendi,* Ratio τὸν λόγον innuit. Deinde *Logica* etiam ſpectat λόγον προφορικὸν, i. e. *orationem.* Quomodo? Non ut oratio cum autoribus recte loquentibus congruit: hoc enim Grammatici eſt. Non ut oratio delicata copia ornatuque affluit: hoc enim Rhetoris ac poëtæ eſt. Sed ut oratio certa, propria, perſpicua, ipſis rebus inſeruit, & ut τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολον eſt: uti loquitur Philoſophus c. 1. περὶ ἑρμηνείας. Scal. illud diſcrimen etiam ſuggerit l. 1. L. L. cap. 1. *Vocis affectiones tres.* Formatio, compoſitio, veritas. *Veritas eſt orationis æquatio cum re cujus eſt nota. Compoſitio eſt unio partium pro earum proportione. Formatio eſt creatio & figuratio. Itaq; orationem ejusque partes duo artifices diverſis modis contemplantur. Dialecticus ſub ratione veritatis, tanquam ſub fine: Grammaticus ſub figurationis & compoſitionis modo, quam vocarunt conſtructionem, tanquam materiam. Nam tametſi Grammaticus etiam conſiderat ſignificatum, qui quaſi forma quædam eſt: non tamen propter ſe id agit, ſed ut veritatis indagatori ſubminiſtret. Accidit autem ei poſtea ornatus ab oratore & numerus à Poeta.* Quia igitur *Logica* proxime à λόγος (qui & rationem & orationem ſimul ſignificat) deducitur: *Dialectica* à διαλέγεσθαι, quod proprie eſt colloqui ac ſermocinari: ex eo colligitur, quod nomen hoc *Logicæ* dignius atque auguſtius ſit *Dialecticæ.*

 Unde

Digitized by Google

Unde etiam Aristot. hanc vocem διαλεκτικῆς in locis infinitis sumit pro parte hujus artis, quæ argumenta ἔνδοξα, φαινόμενα, καὶ δοκοῦντα suppeditat: alias τοπικὴ dicta. At universa hæc ars syllogistica recte vocatur *Logica*, à λόγῳ. Cui etiam Plutarch. l. 1. de Phil. plac. Sever. Boëch. in Top. Cic. Valla l. 3. Log c. 44. & alii consentiunt.

Longum Scal. Exer. 103. s. 4. Dicitur *longum* comparatione brevis, Græca item origine λόγχη: quod inter alia etiam venabulum significat. Ab eodem est *Lancea*. Festo. Lips. l. 4. poliorc. dial. 4. *Lancea*, Græc. λόγχη: atque adeo ab hac derivat Festus. *Lancea dicta*, inquiens, *à Græco, quam illi λόγχην vocant*. Argute, haut vere. Et est Hispan. ipsa vox, ut Varro & Agell. l. 15. c. 20. testificantur: Gallica, ut Diodor. De Gallis enim scribit l. 6. προβάλλοντες λόγχας, ἃς ἐκεῖνοι λαγκίας καλοῦσι: *jaciunt hastas quas ipsi Lanceas appellant*. Sed possunt esse Hispanica stirpe, in Galliam tamen post traductæ uti & in Latium ipsum. Vox quidem *Lanceare*, quod est jacere, mittere, ipsis Hispanis Gallisque & hodie est in usu. Tertull. usurpavit adv. Marcion. l. 3. c. 13. *Aliud est, si penes Ponticos infantes in prælium erumpunt, qui ante norint lanceare, quam lancinare*. Hæc Lips. Interim & *Lancinare* facit Perott. etiam à *Lancea*: neque significatus adeo reclamat. De *lancea* agit quoque Casaub. in l. 4. Strab. Porro à λόγχη λόγχος (quod in compositis, χρυσόλογχος, πλατύλογχος) fit etiam *lonchus, lunchus*. Tertull. de coron. milit. *Requiescens super luncho, quo perfossum est latus Christi*. Etiam à λόγχη, λογχῖτις. *Lonchitis* herba, cujus semen involucris clausum *lanceæ* simile. Diosc. l. 3. cap. 144. A longum faciunt quoque *Longano*. Ita enim in Varr. & Arnobii MSS. exstat. Aut *longabo*: quia in *longum* protenditur. Ap. Rhodig. *longao* & *Longano*. Gloss. *Longao* κωλέντερον. Vegetius l. 1. c. 42. *Longanon* intestinum. Isid. l. 11. Clunes vocatæ, quod sint juxta colum, quod est *Longao*. Sed λόγχη fit à λαγχάνω, λάχω, λήχω, quod à לָקַח, i. e. accepit, ἔλαχε.

Loquor.

Loquor. Scal. l. 3. poet. c. 90. Non à *loco*, ut ait Varro, sed παρὰ τὸν λόγον. Quare? quia proportio est inter mediam, & tenuem mutam. Locus autem cum sermone nullam habet affinitatem proportionis, quam analogiam Græci vocant. Etiam *Logi* ap. Latinos inveniuntur: ex Græc. λόγοι, à λέγω. Plaut. Menæch. a. 5. s. 2. *Loquere, uter meruistis culpam, paucis: non longos logos.* Ter. Phorm. act. 3. sc. 2. *Logi.* Ap. Cic. in orat. *Logodædalus,* λογοδαίδαλος. Ut ita *Loquor* à λέγω commodissime ducatur. A loquor *loquela:* quomodo à suadeo suadela. A eloquens *eloquentia:* & κατ' ἀναλογίαν *subtiloquentia,* ap. Tertull. l. 5. contra Marcion. Itidem *locutulejus* à *locutione:* scilicet nimia & importuna. Quod vitium Plutarchus peculiari libro persequitur. Agell. lib. 1. c. 15. *homines in verba profectos locutuleios & blaterones & linguaces dixerunt.* Similiter *locutulejus* Græcis est λάλος, à λαλέω: & adhuc significantius, ἀμετροεπής ἀπεραντολόγος, ἀχαλίνομυθος, ἀθυρόγλωσσος: *cujus lingua tam prodiga & infrenis est, ut semper fluat & æstuet colluvione, & spuma verborum.*

Lorica, à *loris,* è quibus per initia fiebat. Sicut *galea* è pelle felina. Varr. L. L. l. 4. *Lorica à loris, quod de corio crudo pectoralia faciebant. Postea succuderunt Galli è ferro, sub id vocabulum ex anulis ferream tunicam.* Probat hoc etymon Lips. & erudite multa amplius de *lorica* differit l. 3. de mil. Rom. dial. 6. videatur.

Lotus, λωτὸς Hebr. לוט, *Lot,* i. e. lotus: arbor fructu dulci, odore gravi. Genes. 37. v. 25. Vet. versio cum LXXII. & Pagnino exponit *Stacten.* Avenar. *Lotum.* Tremell. & Jun. *Ledum* (inquiunt) vel *Ladanum,* interpretamur, Onkelon Chaldæum & Arabas sequuti. Nam quod Hebræi *Lot* vocant, Chaldæus *Letum,* Arabes *Laten* vel *Laden* nominant.

Luca, Bos luca, i. e. elephas. Alii *Lucam* quasi *Libycam* volunt appellatam, quod ex Africa ejusmodi bestiæ primo fuerint in Italiam traductæ. Varro lib. 6. à *luce* dictas existimat, quod elephanti relucebant propter in-

Digitized by Google

auratos regios clypeos, qui in turribus superædificatis conspiciebantur. Isid. l. 12. *Boves Lucas* (alii legunt *Lucanos*) vocabant antiq. Romani. *Boves* quia nullum animal grandius videbant. *Lucanos*, quia in Lucania illos primus Pyrrhus in prælio objecit Romanis. Plin. l. 8. c. 6.

Lucta. Scal. c. 22. poet. l. 1. *Luctam* Græci πάλην à concussione: Latini à motu, unde *Luxare*. Et in Theoph. de plant. *Luxatio* est dimotio ex loco naturali, παρὰ τὸ λύειν. *Luo, luxo*, ut *vebo, vexo*. Fest. *Luxa* membra, è suis locis mota & *soluta*. Luxatus inde Gr. λέξατος.

Lucubro, quasi *lucibro*. U assumitur: quia justior ita εὐφορία, velut in *luculentus*, non *lucilentus*, ut lucidus. Dein, quia V & I solent invicem usurpari: *recupero, recipero: mancupium, mancipium:* & sic *lucubro, lucibro:* à *luce*. Proprie est ad lucernam, aut ad lychnum quid facio, λυχνοθίζω. Generale enim est: non tantum νυκτογραφέω, quod putant. Sed quærat aliquis: qui *lucubro*, cujus primam faciunt brevem, ut *lucernæ*, descendat è *luco*, cujus prima longa? Dudum à multis responsum, & data regula: *Brevia à primis fieri longis:* & contra, *Longa à brevibus*. Quod ut verum sit, cum mica salis accipiendum. Nempe *Brevia* oriri dicuntur à *Longis*, non simpliciter: sed, *vel omissione literæ:* ut *mamilla, mamma: curulis, currus: orion*, ὠρίων, ὠρίων: εἴδωλον, εἴδωλον. *Vel lege quadam compositionis*, ut *siquidem* à si: *Ingnipotens* ab igni: *terrigena*, à terra; ult. longa. *Vel brevia (ut & longa) sæpius non tam proximæ, quam remotæ originis quantitatem sequuntur;* consilio poetarum, qui ita usi. Sic *notare, nota*, retinet quantitatem τοῦ νοεῖν, νόος: unde νόησις, νώσκω, & latinorum *nosco, notum, nomen, nominare*. *Fragor, fragilis*, primam corripiunt, prout φράγω, *frago:* nunc frango. *Tigillum* à tego, tignum. *Vadum* βαδίζω, vado. Et sic *lucubro, lucerna* imitantur quantitatem τῆς λύχνης: unde λὺξ, lux, contractim. *Deinde* Longa nascuntur à Brevib. *Vel additione & mutatione literarum*. Ut ὀνομάζω, ὠνόμαζον: ἐλπίω, ἤλπισον: reliquiæ, relliquiæ: quatuor, quattuor; religo, relligio. Quod

Digitized by Google

Quod quia veterib. non insolens; ideo illas sæpe literas non geminabant. Ut videre est in Lucret. aliis. *Vel* διὰ τῆς γραμμάτων συναθροίσεως, h. e. quando literæ contrahuntur. Nota illa figura. *Jubo, jubabi jubatum* (ap. Sallust. in Jugur. *jubaturus*) nunc contracte, *jubi, jutum, jumentum*. Primitus erat: *labo, lababi, labatum*, à quo *labacrum*: item, *seco, secabi secatum*: nunc vero *laui, lautum*; *Secui, sectum*, & hinc *seculum*. Ita olim, *rego, regii, regitum*, unde etiam nunc *regimen*: hodie dicimus, *rexi, rectum*: indeque *rex, regula*. Antea *tego, tegii, tegitum*: & hinc *tegimen, tegimentum*: nos malumus, *texi, tectum*, è quo *tegula*. Pariter *fobeo, fobii, fobitum*: *fabeo, fabii, fabitum*, à quo *Fabitor*: nobis placet, *fobi, fotum*: inde, *fomes, fomentum*: item, *fabi, fautum*. Ita olim *tero, terui* (residuum adhuc *atterui*) *teritum*: hodie *tribi, tritum, tritura*. Hac via, nisi me ratio fugit, vel brevia à longis, vel longa à brevibus veniunt. Si probe notetur; nihil vel ἀνωμαλίας vel ἀναλογίας, ut objiciunt, superererit.

Lucunter Jos. Scal. λευκαντής, ab adspersione farinæ, quæ alba est. Dicitur & *lucuns, lucuntis*. Varro: Ac nulla ambrosia, ac nectar: non allia, sardæ, panis, pemma, *lucuns*, cibu qui purissimu multo est. Idem: Vinum, pemma, *lucuns*, illi nihil ista ministrant. Ab eo ὑποκοριστικὸν, *lucunculus*. Gloss. *Lucunculus*. τηγανίτης. Afranius Fratris:

Pistori non: at cur non scriblitario?
Ut mittat fratris filios lucunculos.

Ludo, ludus, lusus, ludio. Scal. Poet. c. 4 Circumire igitur provincias, & certare in Italia, qui se βωμολιχοὺς prædicarent, atque alio nomine λυδιαστάς. Unde & *Ludionum* vox perpetua mansit Latinitati. Scribendum vero *Ludius*, non *Lydius*, ut notetur discrimen. Quanquam *ludii* ex eo vocati, quod à Lydis hoc genus ludicri inventum videretur. Lydia à לוד, *lud*: nomen filii *Sem*, qui istam coluit regionem. Gen. 10. v. 22. *Lydus*, è Lydia ortus. Et erant *Lydi* molles ac voluptuarii: unde Æsch.

in Perf. ἀβρεθλιαι των Λυδῶν ὄχλος. Hefych. Λυδοὶ, ὅτει τῶι θύειν ὀρεῖν λέγοντα, ὅθεν καὶ ῥωμαῖοι λύδος φασί. *Lydius lapis*, λυδία λίθος, quia inveniebatur in Tmolo Lydiæ fluvio. Etiam Hebr. לוץ, *luz*, eft illudere. A ludo *ludibrium*: & quidem ex analogia *ludubrium* factum, ut manubrium: poftea *ludibrium*. A ludo vel ludus eft *ludicrum*, quod ad ludum pertinet. Utrum *Ludicer*, an *ludicrus* dicatur rectius, quærunt Philologi. Facilis refponfio. Dicatur *Ludicer*, 1. ob analogiam ut macer, facer, pulcher: ita Ludicer. 2. quia nullum præterea adjectivum exit in *Crus*. 3. Itaque illa ὑγιεῖς mendofa; cum fecundum analogiam *Ludicrus* dici ajunt, ficut *lubricus, tetricus*: hæc quippe in *Cus* definunt. 4. Eruditi malunt *Ludicer* εὐφωνίας ἕνεκα: ut annotat etiam Lexic. Calep. Scalig. ad illud Catull. Carm. 19. Vosque *ludiæ* Lacus undæ, notat: *Ludius* proprie eft ὀρχηστής.

Ovid. 1. de arte:

Ludius *æquatam ter pede pulfat humum.*

Prudent.

Saltat tonantem tauricornem ludius.

Statius:

Hoc plaudunt grege ludiæ *tumentes.*

Turnebus ad hoc Statii graviter peccat. Nam *Ludius*, ut dixi, faltatorem fignificat. Unde eo nomine Luperci dicti, qui per totam urbem difcurrerent faltitando, autor Tertull. Hinc Plaut. peffuli, heus peffuli, vos faluto lubens: Fite caufa mea *Ludii* barbari, fubfilite. Varro rer. ruft. 3. Cum infulas *ludiano* ritu chorevufas vidiffes, h. e. ὀρχηστῶν δίκλω χορεύουσας Hinc duæ ftellæ in cauda cynofuræ, quæ præcedunt ultimam, dicuntur Græce χορευταὶ quia circa ultimam moventur. *Ludentes* autem ab interprete Germanici. Igitur *Ludiæ undæ* dictæ, quæ perpetuo motu agitantur. *Ludius* itaque & *ludens* ὀρχηστής, χορευτής. Gloff. εμπυρεστής ὁ σκηνικός, Ludio. Hæc Scaliger.

Ludovicus, Ludwig: à *Lud*, i. e. populus & wig vel vvick, quod eft afylum, & perfugium. Ergo *Ludovicus* erit idem quod Demofthenes: feu populi hominumve refu-

Digitized by Google

refugium. In Annalib. reperimus *Leudevicum:* in Cæſaris comment. *Litavicum.* Lipſ. Polior. l. 1. dial. 2. *Heddevigis:* rectius *Hettwig,* i.e. patris refugium, ab *Hetto,* ut ſuo loco diximus.

Lugeo, à λυπέω, doleo: aut λύζω, λυγξάνω, i.e. ſingultio. Exquiſitius ita: λύγη ſunt tenebræ & ſqualor. Λυγέω in caligine ſum, in ſqualore verſor. Id faciunt *Lugentes.* Unde illis etiam propria veſtis pulla, cum tenebris communis. Nazianz. δυσφεγγὲς πένθος dixit. Etiam λοιγός eſt pernicies: λοίγιος funeſtus. Hebræi à vocis ejulatu & lamentatione fecerunt הוגה, mœrore affecit, afflixit: & נגה, i. e. luctuoſus fuit, vlulavit, mugiit. Inde eſt Græc. γοάω, γόος.

Lumbricus, quaſi *Lubricus* dicitur Iſid. l. 12. orig. c. 5. Perott. & aliis. Hinc exſtitiſſe puto, quod mediam in *Lumbricus* correpte efferant: quam extendi tamen oporteat. Plaut. Aul. a. 4. ſc. 4 *Foras, lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modo.* Idem Bacch. a. 4. ſ. 6. *Nunc ab tranſenna hic turdus lumbricum petit.* Vox commodiſſime ducitur à λύμα, i. e. ſordes: & βρύω, ſcaturio: vel à βρέχω, rigo. Rationem hic vermis ipſe ſuppeditat. Nam *lumbricus* in humidis ſordidisque locis ſtabulatur: è putrida materia ſubnaſcitur: à pluvio madore è terra elicitur: Dioſc. propterea γῆς ἔντερον appellatus l. 2. c. 61. In inteſtinis vero juniorum maxime è craſſa lentaque pituita gigni ſolet. Gloſſ. Philox. *Lumbricus,* ἕλμινς, κίσρος: uti etiam ap. Hippocr. & Dioſc. ἕλμινς reperitur. Gloſſ. Cyr. ἕλμιγξ Lumbricus.

Luna, quaſi *Lucina,* exemtis duobus elementis: quia eſt alterum luminare, præſes noctis. Gen. 2. 16. *luminare minus ad præfecturam noctis atque ſtellas.*

Catull. carm. 35.

Tu Lucina *dolentibus*
Juno dicta puerperis.

Lucina dicta, quod ejus opera fœtus in lucem prodeant, & lumen cœli intueri incipiant. Ovid. 2. Faſtor:

Gratia

Gratia *Lucinæ :* dedit hæc tibi nomina *lucus :*
Aut quia principium tu dea *lucis* habes.

Hebr. luna eſt לְבָנָה, ſcilicet ab albicante lumine. Inde facile Latinum. A luna *lunaticum :* ea forma exſtitit, qua *fanaticum.* Gloſſ. *Lunaticus,* σεληνιακός. Peculiariter notat epilepſian. Cauſa dependet à *luna :* quæ ut humorum domina, quæ *cuncta humifico ſpiritu laxat,* dictione Plin. l. 2. c. 104. ita in corpore humano humores ſpiritusque valde conturbat & inde morbos ſuſcitat aut eosdem jam ſuſcitatos auget. Quod experientia quotidiana nobis ſuggerit. Altius eruit cauſam Firmic. 4. Matheſ. *Si luna male fuerit collocata, aut ſpaſticos, aut lunaticos aut caducos facit.* Matth. 17. 15. σεληνιάζεται καὶ κακῶς πάσχει i. e. *lunaticus eſt & male afficitur.* Ibi Arabs: *In principiis menſium affligitur valde.* Et huic etiam morbo (qui è cauſis naturalib. oriri ſolet) acceſſit inſuper furor Satanæ. Hinc v. 18. Dominus ejecit hoc *dæmonium.* Et qui Matth. 17. 15. eſt *lunaticus :* is, absque mentione morbi, dicitur habere πνεῦμα ἄλαλον, Marc. 9. 17. Interim hæc πάθη diſtincta ſunt. Unde Matth. 4. 24. diſtincte ponuntur : δαιμονιζομένους καὶ σεληνιαζομένους. Arabs pro σεληνιαζομένους ponit : *Ruentes in principiis menſium.* Itaque cum grano ſalis accipienda ſunt verba Hieron. in c. 4. Matth. ubi *lunaticos* exponit *non vere lunaticos : ſed qui putabantur Lunatici ob dæmonum fallaciam, qui obſervantes lunaria tempora, creaturam infamare cupiebant, ut in creatorem blaſphemiæ redundarent.* Agnoſco fraudes & perverſitatem Satanæ, ſæpius admiſtam. Interim non dubitandum ; quin, juſto Dei judicio, luna aliaque hujus naturæ corpora vel excitent vel etiam augeant morbos. *Luna* Græcis eſt σελήνη. Inde λίθος σεληνίτης. Etiam Latinis *Selenites :* quaſi *Lunaris.* Vocant etiam *Aphroſelenon :* quaſi ſpumam Lunæ. Dioſc. l. 5. c. 116. *Selenites lapis, quem aliqui aphroſelenon appellarunt, quoniam allucente luna,* ἐν τῇ τῆς σελήνης παραυγάσει, *media nocte ac intempeſta reperitur :* uti citat Dalecamp. in l. 37. c. 10. Plin. Boëth. l. 2. c. 215. exponit : *quia noctu inveni-*

venitur plenus, luna crescente. Plin. dicto in loco: *Selenites ex candido translucet melleo fulgore, imaginem lunæ continens, redditque eam in dies singulos crescentis minuentisque numero.* Σιλήνη est à σέλας: unde quoque *stella* Latinum. Σίλας & σέλας. Non enim poterant facere *sella* aut *sela.* Ergo *stella* geminato L. Alioquin aditus patuisset caligini ambiguitatis. Aliis à τέλλω, ἀνατέλλω, i. e. orior, præposito sibilo. Sed prius etymon prævalet. Est enim stella, quæ σελᾶ, aut luminare in cœlo ordinarium. *Stellio* à stella. Isid. *Stellio* à calore nomen habet. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum.

Et Ovid. lib. 5. Metam.

—— —— *Aptumque colori*
Nomen habet variis stellatus *corpore guttis.*

Luo, λύω, *Lavo,* à luo, λύω. Nam ablutione id, quod inhæret, λύεται. A luo *luela:* ut à suadeo suadela, à niteo nitela. Lucret. l. 3. *Scelerisque luela Carcer* ——

A luo *lutum,* utpote quod abluitur: λῦτρον, item λύτρον est aqua sordida. Sed & *lutum* veteres vocabant γλοιὸν ὀχρὸν πεφυραμένον, uti videre est ap. Aristot. l. 4. Top. c. 5. Scal. in Arist. de animal. l. 5. c. 15. *Lutum* est terra *soluta* imbribus: παρὰ τὸ λύειν, quasi terra *lota.* Idem Ex. 84. f. 2. Nivib. *solutis* lutum fit, unde & nomen: quod convenit etiam terris aqua *dissolutis.* A lutum est *collutulare,* ap. Plaut. luto fœdare. Ut à tabeo tabes, à labo labes: ita à luo etiam *lues.* Fest. *Lues* est diluens usque ad nihil. *Lua,* dea in gentilitate, quæ *luebat,* i. e. purgabat: uti ex Liv. l. 45. differit Turneb. l. 19. Adv. c. 11. & l. 23. c. 21. Scal. l. 1. poet. c. 4. *Luem* morbum dicimus, cujus vi corpora *solvuntur.* Idem: Diana cognominata est *Lya:* quod intestinam discordiam *solvisset.* Alii cognomen hoc, ut & fatentur & attribuunt: ita rationem causamque assignant aliam. Ante Hieronis regnum gravi morbo cum laboraret insula, ad averruncandam numinis iram, ludos passim per agros, in quos captandæ liberioris auræ gratia sese contulisset, institutos: Dianamque tum ea de causa *Luam,* quæ morbum

luisset,

Digitized by Google

luisset, appellatam. A luo *lutum* fit etiam *Lutra*: Varr. *Lytra* l. 4. L. L. *quod succidere dicitur arborum radices in ripa atque eas dissolvere.* Ita respicit τὸ λύειν. Vel ita dicitur à λύω, quod in aquis habitet. Ut Gr. ἐνυδρὶς. Scal. in histor. de Animal. l. 1. c. 2. Varro *Lytram*, quam iccirco dictam autumat: quia succisis morsu radicibus arbores *luat*, i. e. *solvat* & evertat. Accuratius igitur Latini, quā Græci: qui simpliciter ἐνυδρὶν, ab aqua. Idem in l. 8. c. 9. *Lutra* vox Græca Sicula fuit, quoniam in aquis degeret: quasi *Lavacram* dicerent. Hæc ibi Scal. A lutum videtur etiam fieri *lucrum*. Analogia non renuit. Ut à fulcio fultum fulcrum: Sic à luo lutum *lucrum*. Est enim quæstus aut commodum, quod *solvit* sive pecunia sive aliud bonum, quo aut nos ipsi utimur, aut utendum quod aliis damus. Gloss. αἰσχροκερδὴς, *turpilucris*. Aliis origo *lucri* eadem videtur cum *Lucar*. Quod lucrum captabatur è *lucis*, vocabant *Lucar*, ait Fest. & Jos. Scal. A Græc. λύω fit λύτρον, *Lytron lutrum*: quo solvitur aliquis: sive precium communiter, quod captivi pro redemtione expendere coguntur. Gloss. λύτρα. redimiæ. *Lyta*, itidem à λύω: Habet Justinianus Digest. procemio: hoc est, qui legum nodos solvere cœperit, *Prolyta*, à Turnebo vertitur *prosolutor*. l. 8. c. 19. Sed & *Lustra* sunt cubilia ferarum in silvis, nec non latibula ganeonum ac lupanaria. Quia utrobique *soluta* omnia, immo *lutum*. Isidor. l. 14. c. 8. Sic dicuntur per contrarium: quia *parum lustrantur*. Similiter *lustrum* à luendo, i. e. solvendo, eo, quod quinto quoque anno vectigalia & tributa per censores *solvebantur*, ap. Varr. Itaque nunc pro quinquennio usitate legitur. Analogia talis: A luo lutum, fit *lustrum*: ut à moneo monitum vel montum *monstrum*: a claudo, clausum, *claustrum*: à tondeo, tonsum, vel tontum *tonstrum*: (à quo *tonstrina*) à fluo, fluxum, *flustrum*. Scal. in Priap. Λύτρα vet. Latini vocabant *lustra*. Nam tragœdiam Ἕκτορος λύτρα quum verteret Ennius inscripsit *Hectoris lustra*. Ita enim habent omnes Nonii Marcelli tam scripti, quam antiquitus excusi codices. Ergo λύτρα *lustra*. Et sane ratio est apud

apud Varr. qui ait *lustrum* dictum à *luendo*: & proprie lustrum, quod pendebatur quinto quoque anno. *Lustrum* à luendo: ut à fluendo *flustrum*, ἡ θαλάσσης μαλακία: ut *frustrum* à frio: & *transtrum* à transeo. Hæc Scal. A lustrum est *lustrare, illustrare, perlustrare*, & cætera similia, quorum significatus evidenter ad primum ac principem alludunt. Gloss. *lustrat.* περιέρχεται, περικαθαίρει. Perott. Lustrare expiare est à luendo. *Lustrale*, πενταετηρικόν. *Lustrum*, πενταετηρίς. A luo lutum, *luxum* quoque ut à fluo, flutum, fluxum. A luxum, *luxus, luxuries*: ut ab esum, *esus, esuries*. Nam *luxus* & *luxuries*, alludendo ad originem, notant laxationem aut dissolutionem. Ab *abluo* est & *alvus*, quasi *abluus*. Isid. quod abluatur & purgetur. Ex ipsa enim sordes defluunt. Ut à scabo scabies: sic ab *illuo illuvies*, à proluo *proluvies*, *Illuvies*, sordes *in*, id est, non ablutæ aut solutæ. Sicuti Gr. ἀλουσία. *Colluvies*, i. e. sordes simul ablutæ. *Proluvies*, ap. Virgil. Sed & *proluvium*; sicuti diluvium. Ter. Adelph. Quod *proluvium*, i. e. notante Nonio, profusio. Ita etiam editiones pleræque. Aliud vero *prolubium*, ap. Agell. l. 16. c. ult. à *lubet*. Donatus exponit, promtum ad largiendum animum & προθυμίαν. *Polluo* est *porro luo*: & ita *pollutum*, quod ulterioris pollutionis eget. A *polluo*, *pollutum*, fit *pollubrum* in Nonio: sicuti à deluo, delutum, *delubrum*. *Pollubrum* est vas, quo aqua ex ablutis manibus *polluta* excipitur. Corn. Fronto: *delubrum*, in quo homines pericula sua *deluunt*. Ponunt enim vel pileum, vel scutum, vel alia suscepta votis. Varro l. 8. rer. div. (ut recitat Macrob. Sat. l. 3. c. 4.) scripsit: alios existimare esse *delubrum*, in quo præter ædem sit area assumta deum causa: alios intelligere locum, in quo Dei simulacrum sit dedicatum, ut à Dei simulacro dedicato *delubrum* sit dictum: sicut candelabrum, in quo figeretur candela. Gloss. *Delubrum*, καθίδρυμα, ξόανον, ἀνάθημα. Popma: *Delubrum* proprie est ædicula, in qua delibratum stat Dei simulacrum ligneum. Cujus fere sententiæ est & Festus. Sed Asconius rursum illud improbat. Etymo autem Frontonis multi favent, atque

Insu-

Digitized by Google

insuper analogia: à *deluo*. Fest. *Deluit*, solvit. Unde etiam *deluvium* in Gloss. κατακλυσμός: alias *diluvium* ap. Virgil. *diluvies* ap. Horat. *Pelluvium*, pelvis à luendis pedibus: sicuti *malluvium*, à luendis manibus: χειρόνιπτρον. Varr. l. 4. L.L. *Pelvis* à pedum lavatione, quasi *pedelvis*, pedes luens. Jos. Scalig. *pelluvium* fit à πέλυς: Sed illud mavelim ex analogia. A πέλυς tamen vel πέλικυς: fit *peluis*. Amplius à lotum oritur *lotium*, ὑγρὸν τροφῆς περίττωμα: uti à potum *potium*, unde *repotia*. Lautum, lotum, lautus, lotus. Unde & *lodix*: quia subinde abluitur. A Lautum, *Lautia* & *Lautitia*, quæ legatis hospitii gratia dabantur ap. Romanos. Liv. lib. 20. Plutarch. quæst. Rom. ἐκαλεῖτο λαύτεια τὰ πεμπόμενα. Fest. *Lautia* (aliis daucia) *epularum magnificentia*. Ut à lætum lætitia: ita à *lautum lautitia*. Hujus occasione verbi ἀμφισβητήσιμον è Plaut. a. 1. sc. 1. Curc. appono: Tute tibi puer es *lautus*, luces cereum. Scal. in Conject. legit *daucus*. Primum (inquit) *daucus*: quod detritum ex δᾳδοῦχος: deinde *laucus*, ut *dautia*, *lautia*: *dacrimæ*, *lacrimæ*. Posset tamen non ἀλόγως *Lautus* retineri. Nempe tu ille lautus, & magnificus, tibi δᾳδοῦχος es, neque famulo uteris. Vel tute *lotus* ex balneo tibi facem gestas. Simile est, αὐτολήκυθος. Et hæc forsan conjectura verisimilis sit, cum officium vel vox δᾳδούχου lateat in verbis: *Luces cereum*. Consule Taubm. Plaut. Ab eodem *luendo* (ut in lineam revertar) ducit Turn. 17. Adv. ex Festo *reduviam*. Quam omnib. (ait) in libris *reduviam* appellari legimus, ipsa vocabuli origine adducti, contra librorum fidem omnium & famam, *reluviam* libenter diceremus: cum præsertim à *reluendo reluvia* dicatur Grammaticis, quando se cutis reluit, i. e. resolvit circa ungues. Idem lib. 18. Adv. quas ratio *reluvias* dici postulat; usus *reduvias* obtinuit. Hæc ille. Contra ita malim & rectius opinor: *reduviæ* à *reduere* inusitato: sicut *induviæ* ab *induere*, *exuviæ* ab *exuere*. Fit enim nova generatio cutis, & unguis, instar cujusdam tegimenti aut vestis.

Lupinus & *Lupinum*, non est à *lupo*, ut suspicantur: sed

Digitized by Google

sed à λύπη. Quia est ingratæ amaritudinis legumen: & ita λυπηρόν. Quo nomine Virgil. 1. Georg. *Tristem* vocat. Aut *tenues fœtus viciæ tristisve lupini Sustuleris calamos*, Gr. λυπηνάριον & λυπινάριον: sed hæc à Latinis more Græcor. posteriorum deflexa censeantur. Moschop. θέρμια τὰ λυπηνάρια Suid. Λυπινάριον εἶδος ὀσπρίου, οἱ θέρμους καλοῦσι, οἱ θέρμοι. Horat. l. 1. ep. 7. *quid distent æra lupinis*. Quia ludicrum genus numorum ex illis *lupinis*, aqua maceratis, fieri solebat & opponi æreis; maximè in comœdia. Eo respectu *comicum aurum* in Plauti Pœn a. 3. s. 2. sunt *lupini*: aut. Mureto: uti meminit Turn. l. 1. Adv. c. 15. Jan. Guliel.. Quæst in Stich.

Lupus, fera illa ovibus inprimis inimica. Horat. epod. 4. *Lupis & agnis quanta sortito obtigit, Tecum mihi discordia est*. Physicis est ἀντιπάθεια nativa, è principiis occultis manans. Hinc λύκος commode à λύω, quia μηλοφόνος oves *solvit*, dispergit, concerpitque. Λύωκος sit, *solvo pellem ovillam*. Eodem respectu *Irpus* Samnitibus erat *Lupus*: itidem ab ἁρπάζω: quia *lupus diripit* oves. Inde dicti *Irpini*, Ἱρπηνοὶ, ap. Strab. l. 5. *Lupum* enim ducem sequuti, agros occupavere, *Irpex*, *irpices*, rastrorum genus plures habens dentes, ap. Fest. & Varr. l. 4. L. L. prius *Sirpices* & *surpices*: vel *hurpices*, ap. Caton. Scilicet ab ἅρπαξ, ἁρπαγὴ. Eurip. in Cyclop: Σαίρειν σιδηρᾷ τῇ δὲ μ' ἁρπάγῃ δόμους. In sacris de *lupo* verbum ἁρπάζειν etiam sumitur. Joh. 10. 12. ὁ λύκος ἁρπάζει αὐτὰ καὶ σκορπίζει τὰ πρόβατα. Probum igitur etymon. Latinnm vero *Lupus* absque tergiversatione ducitur â λύκος. Quia significatio utrimque ex asse quadrat: Quia κ & π invicem permutari solent: ut κοτὲ pro ποτὲ, κῶς pro πῶς apud Jonas. Et *lupus* fieri oportuit, ut distinguatur à *Lucus*. Etiam *Lupus* est aranei genus Plin. l. 11. c. 24. quia valde *rapax*. Insuper *Lupus* & Græc. λύκος, est ferrum simile dentium *lupi*. Hesych. λύκος τὸ τοῖς χαλινοῖς σιδήριον. Itidem *Lupatum*, frenum asperrimum, à dentibus *lupinis*, qui inæquales sunt. Germ. Wolffsbiß. Est & *Lupus* piscis, à voracitate sic nominatus, λάβραξ. Similiter Græc. λύκος, Hesych. Λύκος ποιὸς ἰχθὺς Et à Gr. λύκος faciunt *Lucium*.

Quamvis enim *Lucius* non sit *lupus*: tamen ita ex quadam similitudine à λύκῳ videatur dictus. Scal. l. 1. Hist. animal. c 6. *Labrax* lupus est, optimus piscis. *Lupacium* vocant Narbonenses. Lupum *lucium* hic est Albertus interpretatus: & sane *Labraci* dentes nulli. *Lucius* voracissimus: quippe ne generi quidem suò parcit. *Lucillum* nos è *Lucii* ventre exemimus manu nostra. Idem Scal. Ex. 21. *Lucium* piscem, cave appelles *Lupum*. Tam enim ab eo distat, quam *asinus* à Lupo. Est enim ex genere *asellorum*, fluviis aliisque dulcibus aquis peculiaris: sicuti mari *callarias* & aliæ species. Non autem *oxyrynchus*, ut quidam existimarunt. *Lupo* alia caro, facies, color. Quanquam quod ad rem ipsam spectet, maioribus atque insignioribus meritis, *Lupi* nomine dignandum censeo, quam *labracem* Græcor. qui noster est *lupus*. Nam *labrax* non prædonem significat, sed *voracem*. At *lupus* ipse non latrocinatur, sed potius latrinatur. *Lucius* autem etiam sui generis minusculos, & persequitur & *devorat*. Integrum enim *luciolum*, in *lucii* ventre vidimus nos. Quamobrem aliquis fortasse Græculus, cum *Aselli* nomen ejus immanitati neutiquam congruere videret, Græco filo nomen texuit illius naturæ convenienter, contemtà consuetudine. Hæc Scal. pro etymo Lucii. A *lupus* dicitur *Luparia*, aconitum λυκοκτόνον, ap. Diosc. l. 4. c. 73. Itidem ut ab herus hera: ita à *Lupus lupa*, fœmina lupi. Metaphor. *meritrix* dicitur *Lupa*, ap. Cic. & Plaut. Epid. a. 3. sc. 3. quia sit pestis ac pernicies adolescentium. Tertulliano meritrices sunt, *publicarum libidinum victimæ*: sumta itidem metaphorà ab animalib. *Lupanar*. i. e. prostibulum, seu *luparum* domus Gloss. πορνεῖον fornix, ganeum, *lupanarium*. A λύκος *Lycaon*, λυκάων: Pelasgi filius, rex Arcadum, quem in *lupum* fuisse mutatum tradunt. Unde & *Lycaonia* regio appellata. Plin. l. 5. c. 27. Strab. l. 12. *Lutumones* in Latio ii sunt, qui in Arcadia λυκάονες, inquit Scal. in Varr. Quamvis L. Schoppa l. à. collect. c. 18. aliunde quærat originem. *Lupercus* quasi *lupum arcens*: cognomen Fauni, λύκειος. Scal. in Varr. Panos epitheton est Λυκαῖος.

Epigr.

Epigr. l. 6. *τὰ λαγωβόλα πανὶ Λυκαίῳ*. Et is quidem Pan ita dictus videtur, quod *lupos* arceret, ovium custos & magister. Vives in l. 17. August. de civ. c. 12. *Pana Lyceum* simpliciter interpretatur *Lupinum*. Ovid. à *Lycæo* monte derivat 2. Fast.

Quid vetat Arcadiæ dictos de monte Lupercos?

A Lupercus *lupercalis*. Varro l. 4. *Luperci, quod Lupercalibus in Lupercali sacra faciunt.*

Virg. 8. Æn.

- - - - gelida monstrat sub rupe lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycai.

In Gloss. Cyr. *περὶ πανὸς Lupercal.* Dionys. Halic. l. 1. Quem Romani *Lpercal.* appellant, nos Græci *Lyceum* diceremus, *λύκειον*.

Ovid. 2. Fast.

Illa loco nomen fecit, locus ipse Lupercal.
Magna dati nutrix præmia lactis habet.

Lupercalia sunt festa in honorem Panos agitata. Plutar. in quæst. Roman. *Λύκος μὲν ὁ λύκος ἐστι καὶ Λύκαια τὰ λυκαιμάλια.*

Luteus, scilicet color, ap. Agell. l. 2. c. 26. Est prima longa. Virgil. deminuto usus, 2. Ecl.

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Ut enim à lacteus lecteolus: ab eburneus eburneolus: sic à luteus *luteolus*. Origo Hebr. à תּוֹלָע, Jes. 1. 18 quod assonat. Modo fiat methathesis. Ovid. ita describit sulphur, 15. Metam,

Lutea ut exiguis ardescunt sulphura fumis.

Hadr. Jun. in Nomencl. *Luteus*, quale est ovi *vitellum*. Germ. dunckelgelb. Scal. Ex. 325. f. 16. Color ab animalib. ut *aquilus*: ab animalium partib. ut *eburneus*: ab iis, quæ ex animalib. ut *luteus* ab ovo & lacteus. Et 12. Luridum est potius *χλωρὸν*: tale est ovi *vitellum*, iccireo *luteum* vocatum.

Lux à *φλὸξ*: aut verius à *λύκη*, *λὺξ*. Macrob. l. 1. Sat. c. 17. Et Scalig. Exerc. 71. Latinis Græca voce Lux dicta est hæc vis, quæ esset in copore lucido, *λὺξ*. Unde *λυκάβας*

At hujus divini accidentis ſive ſpeciem, ſive effectum, qui in aere ita videtur, ut alibi terminetur, & faciat viſilem ſuperficiem per colorem, *Lumen* appellarunt. A *luce* verbum *luceo*: Ab hujus ſupino, ſed obſoleto, *lumen:* ut à motum, momen: à notum nomen. Aliis quaſi *Lucimen.* Sed prius pro analogiâ, & ita rectius. Ut *colluceo*: ita dicitur etiam *polluceo.* Cato: *Jovi dapali culignam vini quantumvis polluceto.* Perot. *Polluceo, quaſi porro, hoc eſt, valdè ſive longè luceo. Pollucere enim dedicare eſt: quod is, qui talia facit, longè luceat, ob lumina ſacrificiorum.* Videatur & Turn. l. 28. Adv. c. 31. Et rectè *polluceo* à *porro luceo*: idque ob copiam *luminum*, & à *luce* ſacrificiorum. Varr. *profanatum, quod in ſacrario polluctum.* Inſuper à luceo *lucerna*: ut à lateo laterna. Tertul. l. 2. ad uxor. *Janua laureata & lucernata.* Ubi Lipſ. l. 1. Elect. c. 3. evolvi fas ſit. *Licinius* dicitur, quaſi *Lucinius*, à luce. Eſt enim candela lucernæ: inquit Iſid. l. 20. c. 10. *Lucia*, nomen proprium, à *Luce.* Quaſi dicatur *illuminata.* Ut & *Lucius*, λύκιος: idem *Lucas*, Λύκας. Hic vero Hebraice exponi poteſt, *Ipſi reſurrectio.* A lux eſt etiam *diluculum*, quando jam lux hinc inde ſpargi incipit: quod notat *dis* vel *di*, i. e. Græc. διαύγασμα, διάφωσμα. *Lychnus*, λύχνος item à λύκη: aliàs à λύω λύχνος. *Lychnis* herba à colore lychni. *Lychnuchus*, λυχνοῦχος, habens vel geſtans lychnum. Cic. Qu. Frat. Hanc ſcripſi ante ad *lychnuchum* ligneolum. Suet. in Jul. Cæſ. Quadraginta elephantis dextra atque ſiniſtra *lychnuchos* geſtantib. Jcal. l. 3. poet. c. 90. *Lucum* ajunt, quod non luceat: nos quia ſacrificiorum frequentia luceat. Ibidem refutat eos, qui *lucum* à *luce* derivent: qui lucum (inquit) à luce numinis; nimis arceſſitum. A lacus *Lucar.* Plutarch. in prol. Διὰ δὲ τὸ πλήθρον εἰς θέας Λύκαρ καλοῦσιν, ἢ ὅτι πολλά ἐστιν ἄλσεα περὶ τὴν πόλιν ἀνειμένα θεοῖς, ἃ καλοῦσι λύκους, καὶ τὴν ἀπὸ τούτων πρόσοδον εἰς τὰς θέας ἀνήλισκον. Gloſs. à Steph. edit. *Lucar.* θεατρικόν. Μισθὸς ἀπὸ φίσκου.

Lyceum, λύκειον: Spartiano in Hadriano Cæſare, *Lycium.* Unde oriatur vox, multi indagarunt. Alii ab

Apolli-

Apolline præside *Lycei*, qui etiam *Lycius* dictus. Alii ἀπὸ τῆ λύκης, i. e. à *luce* multipliciis doctrinæ & à *luce* celebritatis, voluerunt dici. Quæ sanè non adeo respuenda. Suid. *Lyceum*, λύκειον gymnasium Athenis. Fr. Jun. de Acad c. 2: *Lyceum* (inquit) Hebr. nomen est, *Labakà* 1. Sam. 19. 20. cœtum atque conventum significans: & per Syncopon Hebræis frequentatam *Laka*: ut sunt *bahat*, *bat*: vel *labat*, *lat*: similiaque multa. Hinc ergo Phœnices duxerunt scholasticor. conventuum suorum appellationem: à quib. regiones illas Joniæ, quas incoluerunt primùm, *Lyciam* & *Lycaoniam*, gymnasiis ipsorum exornatas, fluviumque *Lycum* dixerunt: quod secundum eum gymnasia operâ ipsorum fuerint instituta in minore Asia: itemque in Ægypto *Lycaopolin* sive *Lycopolin*: Nomonque *Lycopoliten*. Hæc ille.

Lycisca, canis à forma aut similitudine τῦ λύκυ. Aut quia è lupo caneque generatur. Coire enim diversa animalia, etiam vulgo compertum est. Ut gallum cum perdice: anatem cum gallina: canem cum hyena, cum vulpe, cum lupo: Immo (quod Physici memoriæ prodiderunt) canes è lupis olim ortum habuerunt. Cum vero efferantur, primo quidem in agrestes, inde in lupos, sicut & lupi cicures post multas generationes in canes transeunt. Bene igitur Virgil. & ex natura.

---- Multum latrante Lyciscâ.

Hîc enim notentur versus *Evantii* de ambigenis, qualis est lycisca, burdo, , tityrus & similia.

Hæ sunt *ambigenæ*, quæ nuptu dispare constant.
Burdonem sonipes generat commixtus asellæ:
Mucus ab Arcadicis & equinâ matre creatur:
Tityrus ex ovibus oritur hircoque parente:
Musimonem capra ex vervegno semine gignit:
Apris atque sue setosus nascitur *hybris*:
At lupus & catula formant coeundo *lyciscam*.

Lyra, λύρα. Pollice tango *lyram*, facio sed fomere *liram*. *Lyra* enim est organon musicum, quod formam habe-

habebat *testudinis*, ut innuit Plin. l. 9. c. 10. vel quia inde rudimenta cepit. Horat. l. 1. ad od. 10. in Mercur.

Te canam magni Jovis & deorum
Nuncium, curvaq; lyrae parentem.

Rursus l. 3. od. 11. ad Merc.

Tuq; testudo resonare septem callida nervis.

Poll. l. 4. c. 8. instrumenta quae pulsantur sunt lyra, cithara, barbiton, chelys & quae sequuntur. De *lyra* multa & eruditè & copiosè proponit Scal. l. 1. poet. c. 44.48. l. 3. c. 124. Jos. Scal. advers. Manilii l. 5.

Nunc surgente lyra testudinis enatat undis
Forma.

Nos investigamus etymon. *Lyra*, λύρα videtur πεποιημένον: ab asperiuscula illa soni exilitate: *Lir*, *lir*. Gallis *lire*, *liron*: & Germ. leyren/lyren. Annuit Isid. l. 2. c. 21. *Lyra dicta à varietate vocum, quod diversos sonos efficiat.* Deinde *lira* est in agro. Colum. l. 2. c. 4: *Jugerum talis agri quatuor operis expeditur. Nam commode proscinditur duabus: una iteratur, tertiatur dodrante, in liram statim redigitur.* A lira, verbum *lirare*, Varr. l. 1. rei rust. c. 29. *Tertiò cum arant jacto semine, boves lirare dicuntur*, Plin. l. 18. c. 20. *Hac quoq;, ubi consuetudo patitur, crate dentatâ, vel tabulâ aratro annexa, quod vocant* lirare, *operientes semina: unde primùm appellata* deliratio *est.* A liro est etiam *liratim.* Ap. Colum. l. 11. c. 3. *liratim seri debent.* Origo prorsus Hebr. *Lira*, *liro*, à נִיר novale, νέωμα. In Hphil הֵנִיר *henir*, i. e. agrum proscidit de novo. Jer. 4. 3. נִירוּ *niru*, i. e. *novellate vobis novale.* LXXII. νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα. Alii *lirare* & *delirare* faciunt à Gr. ληρεῖν, ἀπολήρειν, quod est, nugor, ineptio. Rectè; si paulo distinctius agatur. Nam diversi significatus illa verba esse, planè existimo; ut & originis. *Lira* & *lirare* ab Hebr. *nir*, *Lir*: est verbum agriculturae. At *lerare* est ληρεῖν: *delerare*, ut De hîc augeat. Ita enim *lerare* & *delerare* per E in antiq. libris invenitur. Gloss. *Delerus*, ληρῶν, παράληρος. *Delerat*, ληρεῖ. Postmodò quia E & I elementa vicina sunt, σύγχυσις obtigit: & *delirare*

lirare pro *delerare* usurpari cœpit. Plaut. Pœn. a. 1. s. 1. *liroe*, *liroe*: h. e. λῆροι: pressius ad Græc. *leroi*. Meurs. *liroe* à λῆροι omnino assertum it. Et Gruter. λῆροι (inquit) *pronunciatione Latina erit liroe*, Plutarchus sympos. 8: ληρεῖν est λόγῳ κενῷ χρῆσθαι καὶ φλυαρῶδει. Ultimo ληρέω aut λῆρος Eustathius ducit à λα particula intensionis, & ῥῶ, dico aut loquor.

M.

MAceria, à μάκελλα. R. pro L. ut κρίβανος pro κλίβανος: cœruleus pro cœluleus. Estque μάκελλος ἢ μάκελλα Hesychio nil aliud, quam φραγμὸς, à φράττω: Et Varr. l. 3. rei rust. c. 12. *Septa è maceriis*. Ut ita utrobique significatus conveniat. Gloss. *Maceries* θριγκός. At Græc. μάκελλα, μάκελλα & μάκελλος oritur ab Hebr. מַקֵּל *makkel*, baculus, virga: quæ sunt materia ejusmodi septorum.

Machina, μηχανὴ, Doricè μαχανά: *machinor* μαχανῶμαι. A μαχανὴ est *mechanicus*, μηχανικός, pertinens ad machinam. Onomast: *mechanicus* ἀποχειροβίωτος: aliàs χειρόβιος. Germ. Handwercker. μηχανὴ à μάχομαι, id est, prælior, pugno. Lips. l. 1. polior. dial. 3. μηχανὴ παρὰ τὸ μήδω, μήσω, ut vult autor etymologici: ab inveniendo & sapiendo: sive παρὰ τὸ μὴ χαίνειν, ut Eustath. ἡ μὴ ἐῶσα χαίνειν τινὰ ψεκτικῶς, διὰ τὸ ἐπιτυχὲς καὶ ἔντεχνον αὐτῆς: *quæ biscere aliquem non sinit, neq; reprehendendi causa os solvere, ob efficaciam in ea & artem*. Sanè ab ingenio, consensu derivant, quod intervenit: & posteriores scriptores Latini hæc ideo *ingenia*: & eorum architectos *Ingeniarios* dixerunt. Ascon. *machina est, ubi non tam materia quam ratio artis atq;* ingenii *ducitur* Itaque fraudes, doli, insidiæ, in hoc nomen ap. Comicos aliosque passim venerunt. Sed & molitiones altiusculæ, *machinæ*. Unde Isid. *machiones, qui machinis insistunt, propter altitudinem parietum*: Intelligit nostros hodie & Gallor. *Massones*, sive fabros cæmentarios, qui olim à machina *machinones*, postea *machiones*, pronunciatu illo Hispan. & Gallico, quo ch pingue S valet.

let. Vet. Græci μάγγανα etiam hæc dixerunt. Et ita Hesych. μάγγανα, μηχανήματα. Hegesip. usurpavit l. 4. c. 20. de Nerone: *manganum sibi quoddam de ligno parabit, quo se necaret.* Hæc Lipſ. Porro à μάχομαι eſt etiam *Machæra* μάχαιρα ἡ, i.e. gladius, quo pugnatur. Aut Heb. מְכֵרוֹת, *mecheroth*, i.e. gladii, quib. occiduntur illi qui ejus juri ſunt venundati & commiſſi. Et מכרות eſt *ſcindens*, aut concidens. Heſych. μάχαιρα ξίφος καὶ παραζώνη, καὶ οἷς ἀποκείρεται τὰ τρίβαλα καὶ ζῶα ἐξ πλὰ πολύποδα: ἴουλος καὶ ἐξαλεῖον τεχνικόν. *Macharium* apud Plaut. aulul. a. 2. ſ. 9. μαχαίριον. A μάχομαι, μάχη, fit *Logomachia*, λογομαχία, velitatio & pugna verborum. *Lyſimachia* herba, quæ *ſolvit pugnas*: à λύσαι μάχης. Dioſc. l. 5. c. 3. eſt τραυματικὴ καὶ ἴσχαιμος: quia *cohibet* & ſiſtit ſanguinem. Idem vocat etiam λυσιμάχιον & ſimpliciter λύτρον. Plin. l. 25. c. 7. *vis ejus tanta eſt, ut jumentis diſcordantibus jugo impoſita aſperitatem cohibeat.* Ultimò μάχομαι eſt ab Hebr מָחָה, *machah*, i. e. delevit manu. מְחִי, i. e. machina bellica, quæ ſternit muros. Kimchi arcum aut baliſtam exponit.

Macies, maceo, maceſco: & addito R. *macreo, macreſco, macer*; ut ſunt ejuſdem ſignificatus, ita quoque ὁμόφυλα. Nempe à מַק *mak*, tabes, macies: נָמַק, *namak*, tabuit. Item מָכַךְ *machach*, *mac*, i. e. macuit, contabuit, maceratus eſt. A quo etiam Gr. μακρὸς, i. e. attenuatus, longus, extenſus. *Macrob.* μακρόβιος: à μακρὸς & βίος: Cui longum extenditur vita. Joſ. Scal. facit τὸ macer à μακρὸς: quod macri longi ſunt. Verum primæva magis origine acquieverim. *Macero* eſt attenuo, conſumo, velutimacie & macrum efficio.

Macula, i. e. labes, σπῖλος. A מָהַל, *mahal*, *macal*, inquinavit, vitiavit, uti exponit Avenar. *Macula* igitur ubiq; in deterius accipitur, non etiam guneratim, pro nota. Niſi abuti quis audeat. Martin. in Lex. Macula *fœda nota* in corpore. Hinc etiam ducit à *maceo*: ut ſit nota ac fœditas livida *macentis*. Vel à μίασμα, quod eſt mcula, ex μιαίνω, i. e. inquino, maculo.

Ma-

Magale est idem quod *Mapale*, ut volunt. Interim hoc primam corripit, quam illud producit, autoritate maximi poetæ. Sunt *mapalia* agrestes casæ, lingua Punica aut. Festo. Et scribit Plin. l. 5. c. 3. *Numidæ vero Nomades, à permutandis papilionibus, Mapalia sua, hoc est, domos plaustris circumferentes*. Gloss. *Mappalia*, καλύβαι. Quasi scicet à *mappis* dicta sint. Idem tamen Gloss. *magalia*: καλύβαι. Recte Serv. in 1. Æn. *magalia* dici *magaria* oportere contendit. Quippe est Hebr. à מָגוּר *magur*, i. e. habitatio, commoratio. Igitur κατ' ἀντίστοιχον pro *Magaria* dices *magalia*. Ut agnonalia, agonaria. At *mapale* fit ab Heb. מַפָּל i. e. quisquiliæ, deciduum: à qua materie tales casæ fiebant: vel à מַפֵּלָה, casus, ruina: quia casui obnoxia erant mapalia.

Magdalena: ita dicta est Maria, è qua Christus septem dæmonia profligavit Luc. 8. à patria, Matth. 15. 39. exstat: ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά: *venit in fines Magdala*. Est nomen opidi *Magdala* siti ad mare Galilæum, prope Bethsaida: uti Chytr. in Onomast. Theol. & Piscator in Bibliis Marc. 8. 10. notat Beza in Matth. 15. 39. suspicatur hunc tractum *Magdala* esse, qui *Maceda* sæpe in libro Josuæ vocatur. Nomen id *Magdalenæ* hodie apud nos valde frequentatum: sed cui nihil tamen aut parum subsit rationis: si scilicet *Magdalena* dicta sit à *Magdala*, uti vult Chytræus. Neque enim nomina, quibus à patria aliquis dicitur, à posteris assumenda: neque tale exemplum occurrit uspiam, quantum scio. Nomina σημαντικά potius & quæ eximium in memoriam nobis revocent, imponi debebant. Scalig. Ex. 266. Quanto studio veteres conati sint, ut insignia nomina, liberis imponerentur; exemplo sunt nationes integræ, argumento ritus. Hebræi enim & Græci, nunquam sine aliquo significatu. Sic & veteres Arabes. Romani vero non sine deorum consensu nomina videntur indidisse. Quippe nunquam nisi factis sacris. Hæc ille.

Magister, nonnulli, quod sit τετραμέγιστος quasi quidam:

dam; à *magis* & *ter*. Nonnulli à *magis*, ut *Ter* sit terminalis appendix: sitque ille, qui *magis* possit, quam alii: vel qui magis, quam cæteri diligentiam, & curam iis, quibus præest, debet. Nonnulli à *magistrare*. Omnes, si obloqui fas sit, scire magis, quam vere. *Magus* μάγος, μαγίστωρ: sicut πολιστωρ: aut quia *magister* imitetur *magos*: ut non deminutio artis; sed majorum imitatio indicetur. Sapientum est imitari: Et Aristot. artem imitari naturam non semel docuit. Ergo *magister* à *magus*. Et hæc vox Persica. Interim alii originem quærunt ab Hebr. מָעֹז, quod est robur: ut *magus* sit aliis superior, qui aliis præstat doctrinâ, virtute & dignitate. Communiter faciunt ab Heb. מְהֹגִים, *magim*, i. e. σοφοὶ θεωρητικοὶ, sapientes, meditabundi, in rerum cognitione occupati. A radice הָגָה, *hagah*, quod est ἐμελέτησε, in animo volutavit, meditatus est. *Magus* igitur nil aliud, quam sapiens, vel mysteriorum gnarus & solicitus. Et sapientes suos vocabant ita Persæ, *Magos*: quos Ægyptii appellabant *Sacerdotes*: Indi *Gymnosophistas* & Brachmanas: Græci *Sophos* & *Philosophos*: Galli *Druidas*: Germ. die Pfaffen/ & dialecto Saxon. die Papen/ à papa ex Hebræo scilicet. Suid. παρὰ Πέρσαις μάγοι οἱ φιλόσοφοι, καὶ φιλόθεοι. Apoll. Tyanens. epist. ad Euphr. Μάγους ὀνομάζουσι τοὺς θεὺς οἱ Πέρσαι. Μάγος οὖν ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν, ἢ ὁ τὴν φύσιν θεῖος. Simile etiam notat Dio orat. 36. & 49. Porphyr. de abstin. animal. μάγοι παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις διαλέκτοις, οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ καὶ τούτου θεράποντες. Platoni magia est θεραπεία θεῶν. Hesych. χαλδαῖοι τὸ γένος τῶν μάγων. Apul. in apolog.

Persarum lingua magus est, qui nostra sacerdos.

Quod cum ita sit, *Magister* erit prima sua notione nomen sapientiæ, aut studii occultioris & divini. Postea alio conversum est, ut sit præfectus, moderator Fest. *magistrare* est regere, temperare, moderari. Hoc enim à sapientia. Ab illo verbo est *magistratus*, i. e. moderator sapiens. Atque hæc sententia ut suis nititur rationibus non contemnendis: Ita etiam antehac mihi placuit.

Sed

Digitized by Google

Sed hodieque magis placet; si *magister* ducatur simpliciori viâ à Latino *magus*, pro *magnus*. Et quidem initio *magus*, (pro quo hodie *magnus* dicimus) fuisse in usu: testatur τὸ *magis* & *mage*: nec non origo. Etenim *magus* oritur rectà à μέγας, quod idem significat. Ut ergo à manus *manister* prius, deinde *minister*: Ita à *magus magister*. Ut ita *magister* sit, qui *magna* virtute, autoritate & dignitate præest aliis. Similiter μέγιστες, μεγιστᾶνες, μεγιστᾶνες sunt proceres & magistri, à μέγας. Et ap. Hebr. רַב est *magnus, magister*, qui multis præfectus est LXXII. vertitur μέγας, κρατὴς, ἡγεμὼν, πολίαρχος. Chald. est רַבְרְבָן quod LXXII. vertunt μεγιστᾶνες, magnates, ἄρχοντες, in Dan. Proph. Ap. Hesych. reperitur μαγιστωρ ἐπιστάτης, διδάσκαλος: quod videtur formatum ut πολιστωρ quomodo antea monebam: aut ex Latio ita tralatum. Quid si etiam Persæ suum μάγος ex Græco acceperint? Ita enim soliti sunt interdum. Et ita μάγος referetur ad μέγας. Ita Simon magus vocabat se μέγαν. Act. 8. 9. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν. Ad summam à magus *magister*: abhinc *magistrare*: à magistratum venit *magistratus*. Quæ omnia *magnam* dignitatem & juxta sapientiam innuunt.

Magnes, μάγνης: ap. Eurip. Dicitur μαγνῆσσα: & σιδηρίτης, Orpheo: μαγνῆτις Theophr. Vulgari idiomate Italorum *pietra magnete* & *Calamita*. Nomen μάγνης habet à regione Magnesia, testante Lucr. l. 6: Quem *magneta* vocant patrio de nomine Graii, *Magnetum* quia sit patriis de finibus ortus. At Plinii sententia l. 36. c. 16. appellatus sic est ab inventore, ut Neander testatur. Nam pastor cum ormenta pasceret, invenisse fertur, clavis crepitarum & baculi cuspide hærentibus in Ida monte. Appellatur & *Herculeus*, Theophr. ἡρακλεῖος. Scilicet ob eminentiam. Vel quia monstret viam *more Herculis* ἡγεμόνος: uti disputat Fuller. l. 4. 19. Augustinus magnetem vocat *mirabilem ferri raptorem*. Unde etiam dicitur *Siderites*, σιδηρίτης, à σίδηρος, i.e. ferrum, quod indole sua naturali trahit, immo cujus etiam, scilicet impoliti, speciem præ se fert. Ferrum enim

rude

rude videtur, ſine ſplendore metallico. Sed de talibus Phyſici: & nominatim Gulielm. Gilbert. Angl. è noſtris verò περὶ τῆς τῆ σιδηρίτου πολοδείξεως, id eſt, de magnetis ad utrumque mundi polum converſione, præclare egit Chriſtoph. Hunnich. Dipp. pullus ille Uranies: qui excellenti ingenio & eruditione ſua meretur, ut in luce Academica, contra ſexſeptem alios, viam præeat Juventuti noſtræ ad intima iſta univerſæ Philoſophiæ adyta; & inprimis Mathematicæ. Vel exteri in hoc Germano (loquor præfiſcinè) habent, quod mirentur, quod imitentur. Sed ne extra ſaltum.

Magnus: ut à lego *lignum*: à rego *regnum*: à *νύσσω νυγὸν*: à *στίζω ſignum*, amiſſo T: à *παχὺς pinguis*: à *λείχω*, *lingo*: à *δασὺς denſus*: Ita à *μέγας magnus*: notante Scal. in Conj. *Megaleſia* ſunt ludi in honorem Magnæ matris frequentati. *Μεγαλεήσια* à *μεγαλή*. *Μείζων* & *μίζων* ab אַמִּיץ, *ammiz*, *miz*, i. e. major, prævalens. *Jupiter* à Tuſculanis ducebatur *Deus majus*, i. e. *μίγας*. Veteres enim pro *magnus* uſurpabant. Unde hodieque nobis *Major*. Scalig. c. 101. L. L. *magnus* fecit *magnior*, *mapaius*, & *magius*, ac tandem *majus*. Adverbium autem voluerunt variare, retenta litera priſtina, ac fecere *Magis*: quod eſt comparativum. Amplius à magnus, magnior; *magniſſimus*, & contractè *maximus*: ut à propis, propior, *propiſſimus* & inde *proximus*. Ita enim quæſivere compendium. *A majus* eſt *majeſtas*, *μεγαλειότης*. Ut à venus venuſtas, à vetus vetuſtas, à tempus tempeſtas, ab *egus* (quod intermortuum, ſed in *indigus* hodie vivit) egeſtas. Cic. in part. *majeſtas* eſt magnitudo quædam Pop. Rom. in ejus poteſtate, aut jure retinendo. Nomen menſis *Majus*: vel à *Maja* matre Mercurii, *παρὰ τὸ μαιεύεσθαι*: vel à majoribus. Macrob. l. 1. Sat. c. 12. Fulvius Nobilior in Faſtis Romulum dicit, poſtquam populum in majores, minoreſque ſeu juniores diviſit, ut altera pars conſiliis, altera armis remp. tueretur: in honorem utriusque partis, hunc *Majum*; ſequentem *Junium* menſem vocaſſe. Ovid. 1. Faſt.

Terti-

Tertius à senibus, *juvenum* de nomine quartus.
Hinc sua majores tribuere vocabula *Majo*: l. 5. Fast.

Junius à *juvenum* nomine dictus adest.
Junius *est* juvenum, *qui fuit ante senum*. 6. Fast.
Apud eundem Juno ita, 6. Fast:
Ne tamen ignores, vulgique errore traharis:
Junius *à nostro nomine nomen habet.*

Quasi *Junonius*. Ita Prænestinis *Junonialis*: Aricinis *Junonius*. Atticis σκαπμβαιὼν ille mensis Junius dicitur. Δαῖς Josepho & Galeno: Δέσι☉ Macedonibus: ἱπποδρόμι☉ Bæotiis: Κρόνι☉ Plutarcho. *Junius* est concisum, quasi *juvenius à juvene*: sicut *junior à juvenis*. Quanquam & *junis*, contractum ex *juvenis*, invenitur. Et sic à *junis junior*. Ap. Columell. habes, l. 9. c. 11. Juniori examine. *Junix* in Plaut. Mil. a. 2. sc. 3. & Pers. Sat. 2. quasi *Juvenix*, i. e. vacca juvenis. A juvenis juvenilis & juvenalis, ap. Plin. Hinc in Gloss *Juvenalis*, νεανικός. Sed *juvenis*, νεαρός, unde? Forte à *juvo*: an possis aliunde, in incerto situm. Ut ita juvenis sit vegetus, promtus ad laborandum aut juvandum. Isid. l. 11. c. 2. *juvenis* quod juvare posse incipiat: ut in bubus *juvenci*, cum à vitulis discesserunt. Varr. l. 4. L.L. *Juvencus, juvare qui jam ad agrum colendum possit.*

Malaxo, μαλάσσω. Agell. l. 16. c. 7. ex Laberio in compitalibus: Malas malaxavi. Est *malaxo* vel *malasso* mollio. *Malacisso*, μαλακίζω. Plaut. Bacch. a. 1. s. 1. *malacissandus es*. Et Sen. epist. 66. *malacissandos articulos* dixit. Amplius μαλακὸς mollis: μαλακία, *Malacia*, mollities: vox ortu suo φοινή. Dein ad maris tranquillitatem refertur seorsum 1. Cor. 6. οὔτε μαλακοὶ neq; *molles*, nempe manusturbatores, cinædi, ac libidinosi, qui insuper gestu effœminato, vestitu, sermone delicatulo, aliisque lenociniis seipsos & alios irritant. Plaut. Truc. a. 2. s. 7. mœchum *malacum* dicit. *Malacio*, μαλακίων, molliculus, aut delicatulus. *Malagma*, μάλαγμα, quod emollit.

Malleus, non quod ferrum molliat quasi *Molleus*, uti ludunt aliqui. Ab Hebr. הָלַם, i. e. quassavit, malleo per-

percussit. Item בַּלְמוּת, est malleus. *Malleolus* proprie est parvus malleus, σφυρίον. Valla l.4. c.26. Malleolus à sarmento sic distat, ut pars à toto. Est enim *malleolus* (ut placet Columellæ) in modum *mallei* rostra habens, aptus plantationi Fest. *Malleoli* vocantur, non solum parvi mallei, sed etiam ii, qui ad incendium faciendum aptantur, uti prolixè disserit Lipſ. l. 5. polior. dial. 5.

Malva, μαλάχη, Hebr. מַלּוּחַ, i. e. malva, herba salsa. Rad. est מָלַח, i. e. sale condiit, conspersit. Græcis etiam μαλόχη dicitur, & μολόχη, ut docet Camerar. *Molochites*, gemma ab illo colore ap. Plin. l. 37. c. 9. *Molochinarius*, qui colorem tingit ad purpuram inclinantem, qualis in malvæ flore spectatur. Athen. l. 2. πεπαίτερος ἔγωγε μολόχης, i. e. ego quidem *moloche* mitior. A μαλάσσω Græci derivant. Unde & *maltha*, μάλθα ἢ μαλάχη, i. e. aliquid μαλθακὸν seu μαλακὸν molle, ut cera, item lutum, ex quo lateres fiunt. Aut pure est Heb. מֶלֶט, i. e. maltha, Jer. 43. 9. Tremell. vertit, *argillam*. Vatabl. *lutum*,

Malus, à μαλὸς, unde ἀμαλὸς, i. e. malus, debilis, mollis, ἀμαλδύνω, destruo. Ab Hebr. אֻמְלָלָה, languida, infirma. Et propius adhuc מָעַל, *mahel*, *ma*, est, prævaricatus est. Et מַעַל, *mabal*, est malum, defectus, πλημμέλημα. Nec aliud affert Scal. Ex. 300. ſ. 3. Sic iidem malum & turpem & imbellem appellarunt. Est in Plantina scena, *Forma haut mala*. Et malus παρὰ τὸ μαλακόν. Unde & ii, qui militibus serviebant, neque dato nomine merebant, dicti *Cacula* militares: quia κακοὶ, i. e. imbelles, κακὸς, quia κάκη vitium est in militia, cum amittunt locum in acie. Verbum est ap. Homer. Idem in Arist. de anim. l. 8. c. 1. Malitia nimis ampla vox est ad πονηρίαν. Malitiam veteres dixere *imbelliam*, μαλακίαν. Hæc ille. Prius autem magis ad gustum: quia è principiis ut summis, ita etiam sanctissimis.

Mamon, μαμωνᾶ, *Mamona*; & *Mammon*, μαμμωνᾶ: propter Dages, quod τῷ מ in Chaldaico etiam imponitur. Pœnis idem fuit, quod κέρδος, lucrum test. August. l. 2. de Serm. Domini in monte. Syris idem, quod divitiæ,

opes:

opes: πλοῦτος ὁ πολυτελὴς καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν: ut explicat Suidas. Vel φιλοχρήματος πλεονεξίας: Hesych. φιλαργυρεία Clementi Strom. l. 4. Est orig. Hebr. הָמוֹן, i.e. copia, opes: item multitudo aut turba. A Rad. הָמַן, copiosus fuit, opulentus, abundavit. Alii faciunt ab Heb. אָמַן significante nutrire: ut *mamon* notet bona, quibus alimur. Chald. est מָמוֹן vel מַמּוֹן inserto Dages. Syris מָמוֹנָא, *mamuna*. Estque sua naturâ *Mammon* vox bona; vitio hominum facta deterior. Ex eo Christus prohibet τὸ δουλεύειν μαμμωνᾷ. Matth. 6. 24.

Mamphula, appellatur panis Syriaci genus. Fortè ab Hebr. מָן, *man*. Fr. Jun. in Lev. 6. 14. *cocturas muneris frustorum*, i. e. *manphulas*: à verbo *naphal*, quod est cadere, appellatas. Est autem *manphula* delicati panis Syriaci genus, quod in clibano ante, quam decoquatur in carbones cineremque decidit. Id Hebræi sic vocant periphrasticè, quasi coctum munus frustulentum, per hypallagen rhetorum.

Lucillius:

Pistricem validam si numi suppeditabunt,
Addas empleuron, mamphulas *quæ sciat omnes.*

Ap. Fest. Ad quem Jos. Scal. Ego scio in Hebræor. commentariis *Manphul* esse mancipem pistrinorum, depravatum à Gr. μονοπώλης. Neque dubito, quin *Mamphula* in traduce Syriacæ linguæ ex matrice Græca propagata sit. Sic in Daniele vetustiss. scriptore Græcum est *Psantherin* pro psalterio. Sic in Paralipomenis, seu Chronicis *Rapsod* παρὰ τὸ ῥαψῳδεῖν. Hæc ille. Alii contra putant esse purum Hebraicum, idem quod collectiones lignorum, compagem, aut compositionem. רְפְסוֹדוֹת. A רָפַד, i. e. consuit. Et יְסוֹד, fundamentum eruditio. *Rhapsodia*. Scal. l. 1. poet. c. 41. *Rhapsodiæ* cognomentum Pisistrati opera inventum putant: qui cum Homeri carmina sparsa, & divulsa offendisset atque digessisset: à cantu, & sutura fecit, ut ῥαψῳδία diceretur. Verum si ante Pisistrati tempora, & nomen hoc extitit, & opera diversa fuit: neque illud ille invenit, nequ

neque hoc, aut primum, aut solum significavit. Hesiodi profecto nomen exstat:

Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν.

Quo aperte videmus, ῥαψῳδεῖν esse versuum ipsam commentationem. Atque ita & Philochorus est interpretatus, & Nicocles ait primum omnium Hesiodum etiam ante Homerum ῥαψῳδῆσαι. Plato in Jone ῥαψῳδοὺς, non solos cantores aut recitatores τῶν ἐπῶν; sed & interpretes agnoscit. *Ibidem*: oratio tametsi competit omni hominum dictioni: tamen uni eloquentiæ attributa est: cujus autor solus *orator* appelletur. Ita *dictio* quanquam est communis omnium locutioni, quia est εἰπεῖν & ἔπος: tamen solis dactylicis senariis magniloquis attributa fuit. Unde ab Horatio dictum est, *forte epos* & *Epicus* Poeta nobilissimus Varius. Diomedes Grammaticus l. 3. ῥαψῳδία dicitur ποιήσεως aliqua particula discreta, atque divulsa, dicta παρὰ τὸ ῥάπτειν, quod versus in unum velut volumen consuantur, & comprehendantur. Dehinc addit: vel quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculis, i. e. virga pronunciabant, qui ab eodem dicti sunt Homeristæ.

Mamphur, Festus: appellatur loco circumvolutum mediocris longitudinis lignum rotundum, quod circumagunt fabri in tornandis operibus. Jos. Scal. Græcum est μαννοφόρον: quia circumvolutum habeat lorum, ut collum monile, quod μάννον & μάννον vocant Græci.

Mandragoras, μανδραγόρας, videtur ab ἀνδρὸς γυνῆ, vel etiam forma sic appellari, quasi *mandragonas*. Pythagoras vocavit ἀνθρωπόμορφον. Columella:

Quamvis *semihominis* vesano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores, mœstamque cicutam.

Matthiolus in l. 4. Dioscor. c. 71. Profecto, *inquit*, vanum ac fabulosum est, quod mandragoræ radices ferant, quæ humanam effigiem repræsentent, ut ignarum vulgus & simplices mulierculæ certo credunt & affirmant. Quibus etiam persuasum est, eas effodi haut quaquam posse, nisi cum magna vitæ periculo, cane, qui effodiat, radi-

radicibus adalligato, & auribus pice obthuratis, ne radicis clamorem audiant effodientes, quod audita voce periclitentur, pereantque fossores. *Et post.* Non sine ratione mandragoram à Pythagora ἀνθρωπόμορφον dici. Quippe quod in universum omnes fere mandragoræ radices à medio ad imum bifurcatæ proveniant, adeo, ut crura hominum modo habere videantur. Quapropter si eo effodiantur tempore, quo fructum gerunt, qui mali instar super folia ad terram procumbentia brevi pediculo appensus, parum à radice distat, hominis cui brachia desint, effigiem quadamtenus repræsentant. Hanc quidem rem nulli, quod sciam, vel pauci sunt qui recte acceperint. Hæc ille. Renod. de mat. med. l. 1. sect. 5. c. 1. *Mandragora dicta, ut viri quidam putant docti, quod in mandris & specubus sata delectetur.* Sed prius etymon præcellit, nugisque ipsi herbæ congruit.

Manacus, μανακός. Vox paulo rarior: Μὰν Doricè: Μὴν est mensis: Μήνη luna. Gloss. μηνιαῖος, menstruus. Μηνιαία κάθαρσις: ap. Alexandrum Aphrodis. Inde jam fit μανακός. Audiatur Scal. in Ætnam: Orbita lunæ est linea σεληνιακή. Ea Tarentina voce à veteribus Latinis vocabatur *circulus Manacus.* Vitruv. l. 9. *Circinatio circuli menstrui agatur, qui Manacus dicitur.* Nam ut βαρδιαῖοι Illyrienses à Latinis dicti *Bardiaci:* sic μηνιαῖος *Maniacus* & *Manacus.* Unde *Almanac* dixerunt Arabes calendarium, addito scilicet articulo suo. Non enim, quod quibusdam persuasum audio, mera vox Arabica est: sed tantum in Arabicarum vocum familiam recepta. Hæc ille. Videatur etiam Full. l. 1. misc. c. 16.

Mane. Rectus olim erat *Manis*, sicut *immanis.* Et nunc ita loquimur: sub ipsum *mane:* ut *mane* sit obliquus tertius. Item aureo *mane.* Per. Sat. 3.

- - - - Jam clarum mane fenestras
Intrat - - - -

Mane quærere ap. Hebr. Prov. 1. 28. est diligenter quærere, quasi à primo diei initio. Et alias matutinum tempus diligentiæ & assiduitati aptius Macrob. l. 1. Sat. c. 3. Dictum, aut quod ab inferioribus locis. i. e. à *manibus* ex-

 ordium

Digitized by Google

ordium lucis emergat, aut (quod veriùs mihi videtur) ab homine boni nominis: Nam & Lanu vini *Mane* pro bono dicunt: ſicut apud nos quoque contrarium eſt *immane*: ut *immanis* bellua pro non bona. Hæc ille. Ego ita conjicerem: *Manis, mane*, primo ſuo ſignificatu eſt clarum, à μανὸν, i. e. lucidum. rarum. Iſid. l. 5. c. 30. *Manus* eſt rarus & perſpicuus. Poſtea cum nihil luce jucundius atque melius (unde lux pro felicitate ponitur Pſal. 118, 27. Eſth. 8. 16.) idem Tropice etiam ſignavit *Bonum*: Ut *Cerus manus*: item *manes*: quanquam hoc ſit ambiguæ ſignificationis. Ut, pii *manes*: ut, quiſque ſuos patimur manes. Feſt. *manes* dii ab auguribus invocantur, quod ſi per omnia ætheria terrenaque *manare* credebantur. Hæc ille. *Immane*, i. e. non clarum, tenebroſum: poſt terribile, dirum: quia nihil magis horrendum tenebris. Ejus uſus eſt in exaggerando apud Horat. *Immane* quantum: l. 1. od. 27. quomodo ap. Cic. 4. de Fin. *nimium quantum*: Græcis ἀμήχανον ὅσον: θαυμαστὸν ἡλίκον. Hæc mea conjectura: an ἀπωλείᾳ, ὀκτὼ habeat, dicant judicio qui potiore valent. *Summanus*, i.e. Deus *ſummus manium*. Ex eo Scal. penultimam rectè produxit. Aliud eſt *ſummanare*, à manu, i. e. furari ap. Plaut. Cur. act. 3. Meurſius vult ſubmanare eſſe ὑποχείριον ποιεῖν. Et ſic Laberius in Mimis, poſuit, *manuatus* eſt, pro furatus eſt: item furem appellat *manuarium*. A mane eſt etiam *matuta*, quaſi *manuta*: ſicut Græcis ῥοδοδάκτυλα, à tempore illo, quo hæc rubedo viſitur. Eadem dicitur Cic. 1. Tuſc. *Leucothea*. Gloſſ. λευκοθέα, *Albunea mater*, *Matuta*. A matuta *matutinus*: ut à veſper veſpertinus.

Maneo, μένω: ἐμμένω: μονή, i. e. manſio. Hebr. מָעוֹן, *mahon*, i. e. habitatio, manſio. *Mantare* eſt frequentativum, *à manſum*, ap. Feſt. Nam S & T. invicem permutantur, ut *cauſa, cauta*: *mertat*, *merſat*: *pultat*, *pulſat*. *Manturna*, ſicuti Juturna formatur: dea ap. Ethnicos ideo culta, ut *maneret* nova nupta cum viro. Sicuti *Domitius*, ut eſſet in *domo*: *Domiducus*, ut feliciter *duceretur* in *domum*: Item *Viriplaca*, ut virum placaret. Valer. Max. l. 2. c. 1.

Maneros

Digitized by Google

Maneros. Scal. l. 1. poet. c. 4. cantus ille gentis ejusdem *Maneros*, dictus ab eo, qui ipsis autor agriculturæ extitisset, quem etiam musarum discipulum autumant: ἠμανέρως in Pausaniæ codice scriptum est.

Manna, μάννα. Hebr. est מָן, *man*. Inde LXXII. retinent μαν Ex. 16. 31. 33. 35. Chald. מַנָּא, *manna*. Syris מַנְנָא. Arabib. אַלְמַן, *alman*, cum articulo. Hinc LXXII. Num. 11. 6. Deut. 8. 3. & alibi ponunt μάννα: quomodo etiam Joh. 6. invenitur. Est tutem מָן, *man, manna*, cibus quasi per distributionem de cœlo lapsus & Judæis certo tempore communicatus. Pagnin. Mercer. & Conrad. Kircherus מָן vocant *destinatum*. Martin. in Lex. *paratum aliquid ad edendum*. Buxtorf. vocat *quasi præparatum cibum*, Radix enim est מָנָה, *manah*, i. e. numeravit, supputavit. In *pihel* paravit, constituit. Ex. 16. 16. *man hu* LXXII. vertunt, τί ἐστι τοῦτο, *Quid hoc est?* Joseph. l. 3. antiq. Jud. c. 1. τὸ μᾶν est interrogatio, τί τοῦτ' ἐστιν ἐκεῖνο. Videatur thesaurus Heb. Pagn. & Merceri. Rectè ita 16. *Videntes filii Israel dicebant alter alteri, man est: non enim sciebant, quid esset.* *Man*, i. e. cibus præparatus ac distributus; vel ut Moses subjicit: *hic est panis ille, quem dat vobis Jehova ad comedendum.* Idem *man* amplius describitur Exod. 16. 15. *Ecce in superficie ipsius deserti tenue quiddam rotundum, tenui sicuti ipsa pruina super terram.* Et v. 32. *vocavit domus Israelis nomen ejus Man: quod erat quasi semen coriandri, album, & ejus sapor velut epichyti ex melle, sive attanitæ.* Sic enim istud placentarum genus appellari docet Athenæus l. 14. Dipnosoph. Nichocare, Pamphilo, & Hipponacte testibus. Nec alludit multum ab Hebræa appellatione Num. 11. 7. *Man ut semen coriandri erat & color ejus ut color bdellii.* Ps. 78. 24. 25. Psaltes emphaticis verbis explicat: *Depluens super eos Man ad comedendum, frumentum cœlorum daret illis; panem robustissimorum comederet quisque, viaticum mitteret eis ad saturitatē.* l. Sap. c. 16. 20. ἀγγέλων τροφὴν ἐψώμισας τὸν λαόν σου, καὶ ἕτοιμον ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ ἔπεμψας αὐτοῖς ἀκοπιάτως, πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν ἰσχύοντα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἁρμόνιον γεῦσιν. Vocat

 Psal-

Psaltes *frumentum cœlorum*. Et quidem *frumentum*, quia ejus usum præbuit: uti legimus Num. 11. 8. *Frumentum cœlorum*, à loco: *Ego faciam*, (inquit Dominus Exod. 16. 5. *ut pluat vobis panis ex ipso cœlo*. Nonnus in Joh. c. 6. *αἰθέριος ἄρτον ὅπαζε μελιῤῥυτον εἰλαπινάζειν*. Deinde vocat *panem Abbirim*, potentum hoc est angelorum quod angeli tanquam administri voluntatis Dei suppeditarint. Ita Augustinus putat: *Man* dici *panem angelorum*, non quod illo angeli, qui cibo non egent, saturentur: sed quia per angelorum ministerium, uti lex ipsa Act. 7. man. & beneficium pluviaque ista à Deo quotidie præbebatur. *Lamb. Dan. Isag, part. 2. c. 13*. Verius est, dici *Man* panem angelorum; quoniam is cibus præstantissimus fuit miraculosus & extraordinarius. Nam quidquid est in aliquo rerum genere egregium & supra reliqua ejusdem generis excellens dicitur esse *El* vel Dei. Sic dicuntur arbores Dei & montes Dei. i.e. excellentes. Sic *Man* dicitur panis angelorum, i.e. excellentissimus cibus. Certe quatenus corporis Christi *Man* fuit Sacramentum; ut ait Paulus 1. Cor. 10. 3. hujusmodi fuit, tantæque dignitatis ut etiam angelos ipsos pascere & vivificare posset & quò meliorem alium illi habere aut quærere noluissent. Ergo per & propter illius cibi excellentiam, atque extraordinarium illius dandi modum, *Man* dicitur non cibus humanus, sed angelicus. *Hæc Danæus.*

Mantica est sacculus, aut pera: vel ex illo Catulli: Sed non videmus *manticæ*, quod in tergo est. Videtur à *manu* esse: quia semper ad manum, *πρόχειρος*. Tamen ab Hebr. hariolor esse. Nam אַמְתַּחַת, est saccus, marsupium. Elementa item *τὰ ὑποάδη* omnia adsunt. Etiam Casaubono est vox peregrina. Ait in Pers. *Mantica* est peregrina vox, & proprie balteum significat, aut zonam, quæ veteribus instar peræ cujusdam fuit. *Balteus* erat cingulum latum.

Virg. 5. Æn.

--- *Lato quam circumplectitur auro* Balteus.

Persius.

--- *Sed lato balteus auro.*

Liv.

Digitized by Google

Liv. l. 9. auratæ vaginæ, aurata *baltea* illis erant. Varro de L. L. 4. *Balteum* quod cingulum è corio habebant bullatum, balteum dictum. Auſ. Popma: *Balteus* eſt faſcia militaris, quæ ab humeris dependet, militis inſigne. *Balteum* vero eſt cingulum è corio, ornatum bullis, ad quod alligatur gladius Hæc ille. Forſitan igitur è *bullatum* exſtitit *balteum*. Quales mutationes in omni linguarum genere accidunt ſæpiſſimè. Audiamus etiam Lipſ. anal. l. 3. dial. 3. Feſtus *arma* dicit *appellata, quod ex armis, id eſt: ex humeris penderent, ut gladius.* Sed & vetera monumenta paſſim oſtendunt, & procaciores militum hodie uſurpant. Loris autem latioribus dependebant, & id *Baltei* vel *Baltea.* Virgil. 12. Æn.

---- *Humero* cum apparuit alto
Balteus, & notis fulſerunt cingula bullis

Sidon. l. 4. Ep. 20. *Penduli ex humero baltei.*
Silius l. 10.

---- *Tergo qua balteus imo*
Sinuatur, coxaq; ſedet munimen utraq;.

Qui verſus tamen indicat, cingulum etiam commune, & quo in orbem ambimur, *Balteum* item appellari. Quod verum eſt: & de utroque Iſidor. *Balteus dicitur non tantum, quo cingimur, ſed etiam à quo arma dependent.* Ab hac ſimilitudine Zona illa cœleſtis, *balteus* Manlio:

Sed nitet ingenti ſtellatus balteus orbe.

Hunc autem ſingulariè milites ornabant. Eoque velut militiæ præcipuo inſigni ſuperbiebant. *Bullis* honeſtari plerunq; ſolet ex argento, auro, interdum & gemmis. Inde Varro *balteum* format, *quod cingulum è corio habebant bullatum.* Virgil. de illo Pallantis:

---- *notis fulſerunt cingula bullis.*

Calpurn. in bucol.

Alternat vitreas lateratis cingula bullas.

Cingulum dicit: novo genere, ut & Gloſs. *ζωνὴ, cingula, balteum, Cingulum.* Bullæ autem iſtæ quid ex Iſid. diſcas: *Bullæ*, inquit, *quod ſimiles ſint rotunditate bullis,*

quæ in aqua vento inflantur. Et tales Plauto sunt. *Jussin bullas has foribus dari in splendorem?* Item Cic. in Verrem: Sed illæ forium ex ære, & ut capita clavorum: hæ meliore, ut dixi, metallo. Liv. de Samnitib. *Aurata vagina, aurata baltea illis erant*. Plin. *Capuli militum, ebore fastidito] calantur argento, vagina batillis, baltei laminis crepitant*:

Virgil. - - - *phaleras Rhamnetis, & aurea bullis Cingula*.

Auson. in Cupidine:

- - - *aurata fulgentia cingula bulla*.

Trebellius Pollio in Salonino: *cum cingula sua plerique militantium ponerent hora convivii, Saloninus puer his auratos constellatosq; balteos rapuisse perhibetur: atq; hinc tractum, ut deinceps cum imperatore cincti discumberent*. Constellatos ibi accipio, stellulis, aut stellarum in modum lineis decussatis sparsos. Simile autem furtum in Taciti historiar. secundo: *incuriosos milites, vernacula urbanitate, quidam spoliavere, abscissis furtim balteis, an accincti ferent? rogitantes*. Hectenus Lips.

Manucodiata, avicula vere ἄπους, sed colorum uti varietate, ita mira suavitate insignis, in *Moluccis* insulis existit. Aliqui putant illam quoque olim innotuisse: & esse, quam Plutarchus in vita Artaxerxis Pers. regis, vocat *thyntaci*. Vox nobis nova, & exotica: utitur Scal. Cardan. & alii. *Manuco Diatta*, i. e. *avicula Dei*: quod in paradiso tantum, loco solius Dei, ut arbitrantur, proprio, nasci gentes illæ sibi persuasum habent. Legatur Aldrov. l. 12. ornith. c. 21. & seq.

Manus vulgo à *manando*: quod hoc instrumento actiones potissimum è nobis emanent. Ubi quidem observata dignum notationem Hebræor. plane similem esse. Dicunt enim יָד, i. e. manus (unde *Jod*, quia manum qualitercunque repræsentat, & Græc. *Jota*) Radix est ידה, i.e. manavit. De *manu*, sicut & pugno ita Scal. l. 1. poet. c. 22. πύξ Græcis & πύκτης pugil. (Tertull. contra Gnost. *pyctes*.) Nostra *pugna*, inde, atque etiam *pugnus*: quoniam manus, quæ erat antea passa & μιᾷ

(unde

(unde vox nostra) contracta clausis digitis effecta est πυκνὴ, i. e. densa. Hipocr. δακτύλους πὺξ ἴσχειν: digitos in pugnũ contractos habere. In sancta lingua est נָאבַק, i. e. pugnavit, in pulvere colluctatus est pugnis: inde πύξ. Sicut μανὸν à מָנָה, *manah*, scilicet à diductione seu distributione partium. Etiam, si Eustathio fides, olim μάρη, μάρεις, fuerunt manus. *Pygon*, πυγών. *Pugillus*, i. e. minor pugnus. *Pugillare*, quod ad pugillum pertinet, quod pugillum implet. *Pugillares*, i. e. tabulæ ceratæ, è ligno, aut alia materie, à *pugno*, quo contineri poterant. Ab eodem est & *pugil*: unde Homer. πὺξ ἀγαθὸν, i. e. pugno præstantem vocat Pollucem. *Pugio*, i. e. genus gladii minoris, quod *pugno* aptum sit. Inde & *pungo*. Aut *pugo*, *pungo*, à πήγω: quod pungo, in id aliquid acutum figo. Inde *punctum*, quod punctione factum. Ap. Lucret. l. 6. *punctum tempus*. Gajus l. 6. ad leg. 12. tab. *Pignus* appellatum à *pugno*: quia res, quę pignori dantur, manu traduntur. Unde videri potest, verum esse quod quidam putant, *pignus* proprie rei mobilis constitui. Et sic Græcis ἐνέχυρον est, quod Lat. *pignus*. Gloss. *pignus* ἐνέχυρον, ὑπάλλαγμα, ἐπάλλαγμα. Aut à *pago pignus*, ut à tego tignum: *pago*, πήγω: ut ita *pignus* sit, quo quis se *pagit*, i. e. obligat alteri, ad fidem servandam. Utrumque etymon ejusdem generis. *Buxus*, seu *puxus*, πύξος, διὰ τὸ πυκνὸν τοῦ ξύλου. Plin. l. 16. c. 20. Spississima ex omni materie, ideo & gravissima judicatur ebenus & buxus. *Pyxis*, πυξὶς: vasculum è puxo, teres & excavatum. Omnia à πὺξ & πύκα, i. e. dense, spisse. Nunc ad *manum*, & μανὸς, à quo derivat Festus, *manare*, i. e. cum humor ex integro, sed non solido nimis per minimas partes erumpit, i. e. raro. Alioquin νάω est fluo. Possit fieri trajectio, præposito M. A *manu*, i. e. scriptor, aut minister ἐπίχειρ, ὑποχειρεύς: Addita terminatione Romanor. *Amanuensis*. Similiter à *pedibus* est cursor: Græcis ἀνδράποδον, mancipium, quasi pes hominis. *Æquimanus*, unde fiat, facile patet.

Digitized by Google

Auſon.

Quis Myrmilloni contenditur? æquimanus Thrax.

Is videtur eſſe, qui *ambidexter* à nonnullis dicitur, qui ſcilicet utraque manu æque utitur. Nos enim ſiniſtram immunem, & prope inutilem habemus. Quibusdam utraque eſt munifex, & operoſa: iſid. l. 10. Etym c. 1. *æquimanus* appellatur, qui utraque manu gladio incunctanter utitur. *Ambimanus* ἀμφιδέξιος: quod etiam notavit Gloſs. Stephan. editum *Manicæ* quibus veſtiuntur manus, 9. Æneid.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Manubiæ, dicitur præda quæ *manu* capta eſt: Agell. l. 13. c. 22. *Manubrium*, quod manu teneatur. Varro l. 5. L. L: *Manſtutor*, quaſi *manu tutor* ap. Plaut. Truc. act. 4. ſc. 4. *Nanſuetus*, quaſi *manu ſuetus*: *manſues*, χειροήθης, i. e. quaſi ſuetus ad manum accedere, & manuum patiens, ut ait Maro. 7. Æn. Quomodo *Cicur*, ab οἴκουρος, domi manſuefactus Scal, in hiſt. Anim. l. 1. c. 2. *Cicur*, ab ſono, quo adblandimur equarum pullis, cum inſtituimus domationem. *Manumiſſus*, quaſi mànu emiſſus Ap. veteres enim quando *manu* mittebant, alapa percuſſos circumagebant, & liberos confirmabant; Iſid. l. 9. c. 4. Sen. l. 1. epiſt. 8. ad Lucil. Philoſophiæ ſervias oportet, ut ibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui ſe illi ſubjecit & tradidit, ſtatim *circumagitur.* Illa *circumactio* Perſio eſt *vertigo* Sat. 5. Heu ſteriles veri, quibus una Quiritem *Vertigo* facit. Et paulo poſt: *Verterit* hunc Dominus, momento turbinis exit Marcus Dama. *Manceps*, quia manu capit ut à princeps principiū: ita à manceps *mancipium*: & rurſus *mancupiū*, ut aucupium. Eſt igitur *mancipium* proprie mancipis poteſtas. Lucr. l. 4. *Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus uſu.* Inde colligitur, quare mancipium, ſit perſona in ſervitutem redacta. Vulgo, quod manu caperetur. Similiter *Mancipium* Græcis eſt ἀνδράποδον. Ut *manceps* factum: ita etiam *Emanceps*, Iſid. gloſs. i. e. emancipatus. Gloſs. *Emancipatus*, χειρόφιτος. Similiter exſtitit *menceps*,

ceps, h. e. mente captus: ap. Prisc. l. 5. c. 3. Item *mango* à manu, tanquam ἰδίῳ ὀργάνῳ, quo vendundi poliuntur & ornantur. *Mango* n. ἀνδραποκάπηλος perhibetur esse. Quanquam φορτικάπηλον apparet sive etymon sive usum notes. Sen. ad Lucill. Mangones, quidquid est, quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt. Describit etiam Quinctil. mangonem l. 5. c. 12. Nonnullis etiam à manus videtur *mappa* fieri, ut qua manus abstergantur. Mappa, quasi *manupa* aut *manupia* à *manu* & *pio*, i. e. purgo, ut non displicet Martinio. Gloss. *Mappa* χειρόμακτρον. Hanc vocem vero Quinctil. Pœnos sibi vindicare scribit l. 1. instit. c. 9. A manu fit *mandare*, quasi in manus trado & manibus committo. Et adhuc plus *commendare*. Germani non aliter: **zu treuen Händen befehlen.** *Eminus*, i. e. extra manum, procul. *Comminus* à cum, i. e. ad manum. Ita geminetur M. Ab eminus *emineo*, quasi extra manum aut ulterius exsto. Sed & *immineo*, in manus ruo, aut incido. A manu etiam fit *manifestum*: quod, ut Virgil. ait, *ante pedes interque manus obvium*. Martinius superaddit, à *manus* & *festum*: ut *manifestum* idem sit, quod *manui confestim* obvium, & expositum. *Adminiculum*, quia ad manum præsto sit, πρόχειρον. *Manipulus*, *maniplus*, quod manu comprehendatur. Postea per metaphoram de militibus. Varro l. 4. L. L. *Manipulos* exercitus minimas manus, quæ unum sequuntur signum. *Manipularis*. Ovid. 3. Fast.

Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Unde maniplaris *nomina miles habet.*

Huc pertinet *mantile*, à manus: vel quasi *manus telæ*, qua manus terguntur. A mantile *manticulæ*: unde *manticularia*, quæ frequenter in usu habentur & quasi *manu* tractantur, inquit Festus. Item inde *manticulari*, apud eundem. Etiam *manticula* videtur esse parva mantica. Joseph. Scalig. *mantilibus* extergentur manus, quæ antiquitus dicebantur *Manticulæ*. Unde *manticularia*, quæcunque erant ad manum καὶ πρόχειρα, vocabant: quia nihil magis ad manum, quam *mantile*. Idem Scal. ad illud Varronis: *mantelium*, quasi *manuterium*, notat,

Digitized by Google

χειρόμακτρον. Etiam ap. Athen. χειρόμακτρον est genus velamenti. Sic Latine *mantelium* & *mantile* ad tergendas manus, itemque genus pallii, aut velamenti Plaut. Cap. act.3. sc.3. Neque fallaciis ullum *mantellum obviam.* Utrunq; Hesyc. χειρόμακτρον ἢ χειρόμακτρον, μανδύλιον. A manu itidem *mantisa* vel *mantissa*. Vox Lucilliana. Exponitur *additamentum*, Cic. & Festo: Græce προθήκη, ἐπίαγμα Scal. in Fest. *Mantisa*, non est Tuscum: sed purum putum Latinum, *Mantisa* pro *manutensa*. Ut *manterium* Varroni *pro manuterium*. *Tesum* antiqui pro *tensum* dicebant: & *pesum* seu *pensum*: & *passum* pro *pansum*. Igitur *mantisa* seu *mantissa* quod melius est, & extat in quibusdam veteribus editionibus, dictum pro *manutensa*, pro eo, quod manu porrigitur, præter id, quod ad pondus exigitur. Ut sit *mantisa* caro, vel *mantisa* merx, χειρότινον κρέας. Porrigitur enim manu, non datur pondere. Porro *mantisam* pro *mantesam* dictum non mirabitur, qui scit veteres *pertisum* pro *pertesum* & similia dixisse. Scal. l. 1. L. L. 34. Plaut. Cur. act. 3. *summanare* à manu, furari. *Manus* enim instrumentum est. Ab eadem *ministro*, quasi *manistro*. Quomodo etiam Hebræis *manus* est idem quod *ministerium*. Exod. 4. 13. 9. 35. Lev. 8. 36. Ut à manu *summanare*: ita ab eodem Plauto factum est *evolare* pro eripere: à vola: ut & *involare* pro eripere: à vola: ut & *involare* Catullo: *Remitte pallium mihi meum, quod involasti.* Quomodo & illud Terentii: Vix me contineo, quin ei *involem* in capillum, à nonnullis exponitur, pro *volam iniiciam*, aut manus Gloss. *Involat*, κλέπτει. Est autem *vola* cavum in media manu: sicuti Hebr. כף, itidem vola est, seu cavitas manuum, à כָּפַף, i. e. curvavit, flexit. Latinum *Vola* fit à Græco βολὴ, βολά: unde etiam in Papia & aliis *Bola* legitur. Scal. l. 1. Hist. de Anim. c. 14. *Vola* θέναρ est. Cava manus planities: quasi *funda* manus, à *jactu* ita dicta, βάλλω βέβολα: *volares* lapides, & *volema* pyra inde. Hæc Scal. *Volema*, scilic. quod *volam* manus impleant. Germ. itidem Faustbieren. Et hinc Virg. 2. Georg. *gravibusq; volemis*. Plin. l. 15. c. 15. *Manus* appellatur Græcis

Græcis *χείρ*. *Enchiridion*, *ἐγχειρίδιον*, quod in manu, ut pugio, liber. Hesych. *ἐγχειρίδια τὰ ἐν χειρί*. *Chirotheca*, qua manus induitur. *Ἀντίχειρ*, quasi manus altera sit, aut pro tota manu. Idque ob præstantiam & robur. Quo respectu Romanis appellatur *pollex*: quia præ cæteris dignitate ac viribus valeat. Macrob. l. 7. c. 13. Lactant. de opif. Dei c. 10. *Polleo* idem est, quod multus sum virib. Est enim *Polleo* à *πολλὸς*: quia multa ad robur necessaria, ut dicitur: *συμφερτὴ κρείσσων ἀρετή*: vis unita fortior, i. e. ex multis complicata. A polleo est & *pollen*, quia flos farinæ pollens & nobilior. A pollen *polenta*: eliso L. ut mamilla à mamma. Estque farina frumenti tosti. Ovid. 5. Met. *Dulce dedit, tosta quod coxerat ante polenta*. Neq; enim *testa* legitur. Turneb. l. 12. c. 8.

Marchio est vox è medio Germaniæ orta. *Marcgrav* aut Marggraff. C. n. & G invicem sæpe permutantur, ut *cygnus*, *cycnus*. Germanis significat eum, qui limiti regionis cuipiam præfectus. *Marc* n. est limes. *Marchiæ*, quasi dicas *Limentaneæ*, à March dictæ sunt: inquit Joh. Cuspin. in procem. Austriæ. *Grave* non est à fodiendo: sed à graw/ i.e. canus, vel senex. Senes n. officiis ejusmodi præsint, & quidem tales qui senes omnino sint, i. e. tam ætate, quàm prudentia & moribus, ut Aristot. annotat. Multi enim excesserunt quidem *pueritiam*, sed non *puerilitatem*. Burgrav / i. e. arcis senator aut præpositus Burg à Græco *pyrgus*. Marg. Freher. orig. Palat. c. 2. Ut à Burgo sive castro præsidioq; factus est *Burggravius*: à Marcha vel limite *Margravius*: à Landa vel provincia *Landgravius*: à Centena *Centgravius*, (ne & *Gogravios*, & *Dychgravios*, aliosq; id genus addam) ita & à *Palatio* vel curia *Pfaltzgravus* Pfaltzgreven / ut olim scribere solebant. Glossæ vet. *Palatinus*, *Palensgreve*. Ita Palatium vertit Otfridus *Palinza*: & Pilati curiam atq; tribunal *Palinzhus*.

Mare, omni procul dubio ab Hebr. מָרָה, *marah*, seu מָרַר, *marar*: quorum utrumq; significat *amarus* fuit. מַר, *mar*, amarus. Mare a. est salsum & amarum. Virgil. 4. Georg. rorem dispergit amarum Lucret. *mare*

ponti,

ponti, i. e. salsedo, aut amarities : vel mare amarum aut salsum. Gen. 14. 3. *mare salis*. Homer.

---- Θεῖναι θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Et sic Virg. 1. Georg. *freta ponti*, i.e. æstus, vel æstuantem pontum. Ex eodem fonte fit etiam *amarities*, *amaritas*, *amarus*, *amarito*, Item Hebræa, *Mara*, i. e. πικρία, amarities. *Maraja*; nomen viri 2. Esd. 11. amaritudo, vel myrrha Domini. *Marimuth*, μαριμωθ, amaritudo vel myrrha mortis. 1. Esd. 10. *Martha*, μάρθα, i. e. amaricans, vel etiam provocans. *Mergo*, an à mari sit, diu fluctuantem, stabilit me Jos. Scal. Ut à jure (inquit) *jurgo*: sic à *mari mergo*. Græcis καταποντίζω, itidem à πόντ☉. *Mergus* non aliunde: Græcis αἴθυια. Ovid. 11. Metam:

Æquor amat, nomenq; tenet, quia mergitur *illo*.

A mari faciunt etiam *margo*: aut ab Hebr. גָּמַר, *gamar*, si paululum transponas. A mari est item *muria*: ut Græc. ἅλμη. Liquor è sale resolutus. Scal. Auson. Lect. l. 2. c. 28. aliud est *muria*, aliud *garum*, Græcè γάρον. Nam *muria* ex thynnorum, *garum* ex scombrorum tabe conficiebatur: quæ & liquaminis nomine & liquoris sociorum vocabatur. At *muria* pauperum tantum erat: contra *garum* divitum, unde & *fastosum* à Mart. l. 13. ep. 102. vocatur. A muria arida ταρίχη piscium vocarunt Romani, quæ omnino uno nomine septentrionalium lingua hodie dicuntur Stockfisch. Nam, nisi denuo aqua macerata, & rude, aut bacillo verberata, non coquuntur. Hæc ille. Ap. Virg. 10. Æn. *marmore* verso, i. e. mari. Nam Græcum est μάρμαρον. A nitore aquæ commotæ. Μαρμαίρειν enim micantis nitoris est, & significat splendorem jaculari: inde *Marmor*. Mare etiam vocatur *Pontus*, πόντ☉. Unde & *Pons* quibusdam: quia super aquas extenditur & terram cum terra jungit: quomodo γέφυρα dicitur quia supra aquas εἰς γέαν φέρει. Pontus aliis à πίω: quia in eo πολλοὶ καὶ αἴτμοι. Aliis à πόν☉. Homer. πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν. Hinc epitheta maris, θάλασσα τρηχεῖα, ὀλοὴ, δυσηχὴς, πολύφλοισβ☉, ἰχθυόεντ☉. *Pelagus*, πέλαγ☉: ap. Lucr. sæpe *Pelage*, πελάγη; à πέλας & γῆ: quia circumlabitur orbem. Ni sit à פָּלַג, i. e. divisit in multas

multas partes: idque de aquis & fluminibus. Hinc & פֶּלֶג, rivus, fluvius, qui hinc inde manando quasi dividitur. Scal. l. 4. L. L. c. 89. *Pelagus*, quia πέλας ἄγει. Jam enim τὸ πέλας significat tractum ipsum. Et Callimachus quasi proverbio utitur in Apoll. hymno: οὐ φιλέω τὸν ἀοιδὸν ὃς οὐδ' ὅσα πόντος ἀείδει. Et apud Latinos *Maria* ac montes polliceri. Vulgo etiam dicimus, *Maria* de re immensa. Sic Catullus cum multa proposuisset, etiam majora fide, subdidit: Cætera sunt *maria*. Ad quod Jos. Scal. & Turnebus ita: illud (inquit) *maria* pro ingentibus & infinitis possessionibus, dictum est. Ita ap. Sallust. Maria & montes polliceri, i. e. res maximas. Et θάλασσα ἀγαθῶν, in proverbio est, pro magna bonorum copia: χρυσοῦ πόντος. Hebræi quoque eodem proverbio utuntur. In Threnis Jer. Magna est, sicut mare, contritio tua: quis medebitur tibi? c. 2. 13. LXXII. ita: ἐμεγαλύνθη ποτήριον συντριβῆς σου, τίς ἰάσεταί σε? Magnum factum est poculum contritionis tuæ, quis medebitur tibi?

Margarita, μαργαρίτης. Tertull. ad Martyres: *Tanti vitrum, quanti margaritum*. Quo etiam utitur Tacitus in vita Agricolæ. Græci ab Indis accepisse nonnullis existimantur, qui מַרְגָּרִית, i. e. amaram crustam: vel בַּרְגָּרִית, i. e. puram, sinceram crustam, seu potius baccam appellant. Alias Heb. בַּר purum, genuinum, γνήσιον, significat גַּרְגְּרִים, *gargerim*, grana, vel baccas denotat. Unde & nomen *Barbara*, non à *barbarie*, factum est. Heb. גַּרְגְּרִים *gargerim*, Jes. 17. 6. i. e. baccæ, ut vertit Tremell. vel grana, quasi segmenta dicta, ap. Rabb. A גָּרַר secuit, item ruminavit. גֵּרָה, rumen, cibus ruminis. Hinc Græc. γράω. i. e. edo. Ap. Virg. in Culice: *concha bacca* est margarita. Nam in *conchis* margaritæ conceptu roscido generantur. Unde *margaritifera conchæ* ap. Plin. Glossæ Isid. baccatum, *margaritatum*. Pers. Sat. 2. margaritam vocat *baccam conchæ*: & rursum Plinius, *Nucleos* quosdam corporum. Item Tertull. *Conchaum pustulam rotundam & verrucam*. Idem appellat & *pomum maris*: unde margarita à *mari* nonnullis ducitur.

Infimæ

Digitized by Google

Infimæ Latinitatis autores, nominatim interpres Horatii, margaritas dicunt *perulos*: quod nomen idioma nostrum servavit. Græci denique λίθους, i. e. lapides, κατ' ἐξοχὴν: item ὀστᾶ, i. e. ossa Differentia inter *gemmam* & *margaritam* est, ut notat Auson. Popma: quod *gemma* est omnis lapillus preciosus cujuscumque coloris vel naturæ sit. *Margarita* concharum partus. Cic. in Verrem 6. Nego illam gemmam aut margaritam fuisse. Plin. l. 7. erat auro gemmisque ac margaritis preciosum. Sueton. in Aug. Gemmasque ac margaritas. Utrisque vero boni autores nomen lapilli communiter tribuunt. Catull. pelluciduli deliciis lapides, i. e. *gemmæ*, Horat. Gemmas & lapides, i. e. *margaritas*. Tertull. de hab. mulieb. *Lapillos istos, qui cum auro superbiam jungunt, quid aliud interpreter, quam lapillos & calculos, ejusdem terræ minutalia.* Videatur etiam Salmuth. in Guid. Pancir. l. 1. deperdit.

Mars (unde *Martinus*, i. e. bellicosus) ab ἄρης: quod antiqua Syrorum prosapia exoritur, ut alibi notavimus. *Mavors* ap. Poetas, idem qui Mars: sicut & *Mamers*, Oscorum lingua: item *Camers*, A Mars, *Mamers*, *Camers*: veluti nomina Heæmantica ap. Hebræos formantur. A Mamers, *Mamertus*, i. e. πολέμιος, στρατιωτικός: quomodo & *Martialis* dicitur Sueton. in Jul. Cæs. *Mamertum Æmilium*. Quidam legunt, *Mamercum Æmilium*. Et sic ap. Plutarch. Dion. Halicarn. Fest. aliosque Μάμερκος, *Mamercq*. Quod ut rejiciendū non puto: ita autoritate originis potiꝰ videtur, *Mamertus*: ut & codicum aliquot. Etiam Lycophroni, Μαμερτὸς. item à Mamertus *Mamertinus* in Liv. Plin. aliis. Et in Strab ἐκαλοῦντο δ' ὕστερον Μαμερτῖνοι Καμπανῶν τὸ φῦλον. A Marte etiam dictus Martius.

Ovid. 3. Fast.

--- Patrioq; vocat de nomine mensem:
Dicitur hæc pietas grata fuisse Deo.

Ab ἄρης & πάγος, fit *Areopagus*, Ἄρειος πάγος, i. e. martius collis seu clivus. *Areopagitæ* sunt judices gravissimi & justissimi, inde nominati.

Marschallus, Mareschalcus, Marschalck/ est equorum magister. Mare est equus: Schalck servus *Lutherus*. Nullum (inquit) nomen fœdius est corruptum per Italos vel

vel scriptorculos. Est enim id, quod mehrer/ seu Major, & Stalherr/ qui est magister equitum Mehrstalherr/ major equitum magister Gorop. l. 2. orig. Mar/ i.e. equus: *Meri*, equa; quod posterius adhuc in usu est. *Scalc*. non simpliciter cujusque rei peritum signat, sed sic peritum; ut & callidus sit, & in arte, quam tenet, astutus. Ut ita sit *Marschalcus*, magister equorum industrius & callidus. Videatur Kilian. in Lex. Belln. latino.

Marsupium, μαρσύπιον ἢ μάρσιπον: à μάρσυπος, *crumena*. Hæc à κρεμάω, quia sit pendula. Plaut. amph. Ut bene numatum servaretur *marsupium*. A crumena fecerunt *crumeniseca* (Aristoph. in Ranis act. 3. sc. 1. βαλλαντιοτόμος:) sicut *fœnisecа* ap. Pers. *Fœnisecium*, ap. Varr. & Columel. Similiter ut *crumena* à κρεμάω: ita *Bulga* à μολγὸς, βολγὸς: levi mutatione: i. e. *bulga*, sacculus scorteus.

Massa, Scal. c. 28. L. L. derivat à μᾶζα, quæ est communis, ac vulgaris quidam cibus è farina, ut notat Athen. l. 14. Plin. μάζαν interpreratur offam. A μασάομαι: aut à μάττω, μάσσω: vel ex Hebr. מַצָּה, *mazzah*, i. e. placenta, panis non fermentatus, ex farina & aqua, aut etiam lacte. Radix ponitur מָצַץ, *mazaz*, i. e. expressit manib. liquorem. C. Rhod, l. 9. c. 12. *Amazones*, pro pauperiorib. tenuiori promiscuoq; utentibus victu ap. Græcorum scientissimos reperias, veluti qui *mazam* non habeant. Sed & *Amazones* ipsæ possent videri inde appellationem ducere, quod nec Eustathio displicet: quoniam lacertis ac testudinibus, & id genus bestiis alerentur. At tritum quod à μάζω, i. e. mamma commodè ducatur nomen. Hinc Servius notat Amazones à Tatiano *Unimammas* vocari. Et ap. Plaut est: Classiam *Unimammiam*. *Mamma*, μάμμα & μάμμη, unde & μαμμᾶν, *mammare*, vox puerorum. A mamma, *mamilla*, i. e. parva mamma. *Mamillana ficus* ap. Plin. l. 15. c. 18. à similitudine mammæ. Propriè ergo *mamma* erit officina lactis: οὖθαρ Hom. ὑπήελοι Suidæ. Inde *mamma* est etiam mater & nutrix, quæ *mammam* præbet. Var. Cato de liberis educandis: *matrē mammam*, *patrem tatam* vocant. Eustath. in Iliad. ξ: μάμμην Ἀττικοί ἢ μαμμαίαν τὴν μητέρα καλοῦσι. Quod etiam Suidas nota-

notavit. Interim omnia illa (*μάμμη*, *mamma*, Germ. Memme/Hebr. אֵם, *Em*) sunt è lallo primæ ac blandientis otatulæ orta Hebr. דַּד, māma, דַּדִּים, mammæ fœminarum: unde *τιτθὸς*, *τιτθὴ*, seu *τίτθη*, *τιτθίς*, & Latin. *Tata*; nisi Græcor. *τίτθα* malis.

Massaris, uva quæ ex vite silvestri cum flore decerpitur in Africa: Plin. l. 12. c. ult. quæ in Africa fit ad medicos tantum pertinet, vocaturq; *Massaris*, Ab Hebr. מִשְׁרָה, succus uvarum, uti quidem Avenarius conjicit.

Mastix, non mastyx, *μάστιξ*: *mastigia*, ab Heb. מָחַץ, flagellavit, cruentavit. *Mastigia* ap. Plaut. i. e. *mastige* dignus: qua notione *verbero furcifer* & similia dicuntur.

Mater Doricè *μάτηρ*: communiter *μήτηρ*, à *μάω*: aut ab Heb. אֵם, *em*, *mem*, *me*, *ma*, quod est lallantium vox.

Materia, quia in corporum generatione aut *συστάσει* habet se instar *matris*. Quippe est *ἀρχὴ τιθηνική*: & à Philosophis *μήτηρ καὶ τιθήνη καὶ ὑπόθεσις* appellatur. A matre est *matrona*: ut à patre patronus. Itaque Isidorus non rectè l. 9. c. 8. matrona est, quæ jam nupsit, & dicta matrona quasi *mater nati*, vel quia jam mater fieri potest. *ONA* est cauda, seu terminatio. Quibusdam proprie dicitur, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi liberi nondum nati forent: Agell. l. 17. c. 6. Cedren. *τὰς σώφρονας γυναῖκας ματρώνας ἐκάλουν*. A mater *Matrimonium*, proprie quod ad matrem pertinet: ut à pater patrimonium. *Matrix* à matre: ut Græc. *μήτρα* à *μήτηρ*. Arist. l. 1. hist. anim. c. 11. *τὸ θήλεος ἴδιον μέρος, ὑστέρα*. Ut à pater, patruus, *patruelis*: Sic etiam à mater factum est, *matruelis*, ap. Martian. A frater *fratruelis*, ap. Isid. *Fratrueles*, inquit, materteræ filii sunt l. 9. orig. c. 6. *Matertera* quasi *mater altera*, matris soror, Fest. *Commater* ap. Paul. Melis. Poetam, sicut *compater*. i. e. quæ una cum fœmina, quæ peperit, sobolis mater est: ob institutionem & curam. *Δημήτηρ* quasi *γῆ μήτηρ*, i. e. Ceres. Platoni quasi *διδοῦσα μήτηρ*, i. e. mater exhibens. Galeno, Oppiano, aliis *δημήτηρ* sumitur, pro frumentis. *Metropolis*, *μητρόπολις*, est matrix aut mater

Digitized by Google

mater aliarum urbium. Quomodo ap. Hebr. אֵם, *mater*, itidem notat metropolin. 2. Sam. 20. 19. Jer. 15. 8. Et נָשִׁים i. e. fœminæ, etiam significant majores urbes Jes. 32. 9. Uti rursum ex ordine τῶν πρός τι minora opida vocantur *filiæ*, בָּנוֹת Jud. 11. 26.

Mathematica, à μανθάνω Est nomen γενικὸν & εἰδικὸν disciplinarum. Uno verbo μάθημα est disciplina. Quur vero peculiariter Matheseως titulo honorentur eæ scientiæ, quæ quantitatem ἐξ ἀφαιρέσεως considerant, causa hæc est: non quia discuntur: quæ enim ars non discitur? sed κατ' ἐξοχὴν, quod, cum aliæ disciplinæ sine doctore, propria diligentia, dici possint; solæ mathematicæ non cognoscantur, nisi præeunte aliquo, cujus solertia succidantur vepreta, & exurantur, & superciliosa complanentur aspreta, ut loquitur Rhodig. l. 7. c. 30. Τὸ μαθεῖν ex Heb. לָמַד, *lamad, mad*, i. e. didicit. Unde & Judæorum *Thalmuth*. *Talmud*, תַּלְמוּד, est disciplina, μάθησις, discipulus, μανθάνων, 1. Paral. 25. 8. לִמּוּד est eruditus, disciplina, eruditio.

Matthias & *Matthæus* vigore originis idem designant à מָתַח, id est, traxit, expandit. Aliis quasi Donum DEI: à מַתָּן, i. e. donarium. Ex quo descendit etiam *Nathan*. Rad. est נָתַן, i. e. donavit. Θεόδωρος: δῶρον τοῦ θεοῦ: inversim *Dorotheus* δωρόθεος & *Dorothea* Θεόδοτος: *Adeodatus*, ap. Augustin. Hebr. *Elhanan*.

Mattici, ita dicebãtur Gulones, non quasi *Malatici*, sententia Festi: sed à ματτύη, quæ vox significat edulia, opipara, vel delicias ciborum. Etiam malas antiquitus vocabant ματύας. Athen. l. 14. dinosoph. ματτύη est πᾶν τὸ πολυτελὲς ἔδεσμα. Rhodig. l. 9. c. 12. Hinc ματτυάζειν, hoc est, ματτύας coquere aut pinsitare. Ματτύα à verbo μάσσω, μάττω: unde etiam *Mactra*, μάκτρα. Μάσσω originis Hebr. uti paulo ante in *Massa* vidimus. Apud Latinos est *mattya*, vel etiam *mattea*, non aliunde quam à ματτύα. Aliis tamen magis arridet *mactea*, quasi à *mactando*: ut sint cupediæ, quibus mactabatur convivium, & tragemata ἐπαικλα. Sueton. in Calig. c. 38. *benena-*

tas macteam misit. Alii legunt *matteas.* Inde & deminutum *matteolæ* ap. Arnob. l. 7. Martial. *Inter quadrupedes mattea prima lepus.* Ita enim recte Gruterus edidit è MSS. Palatinis & Bongarsii. Nam qui substituerunt, -- *gloria prima lepus*, non videntur intellexisse vocem *mattya.* Et vero *gloria* ibi loci minus proprium: nec convenit Martiali, ut qui leporem ibi inter optimas ciborum delicias numerat. Et ita scite Jos. Scal. expressit: τετραπόδων, πρῶτον ἔδεσμα λαγώς. Etiam idem Martialis admisit hanc vocem l. 10. *Te mattya sola juvat.* In quem locum videatur etiam Matth. Raderus.

Maturus, nihil aliud signat, quam percoctum calore naturali. At id tam in serotino quam tempestivo invenitur. Non est eadem in hoc licentia significandi, quæ in adverbio est, cum dicimus: aliquid *maturè* fieri. Nam etiam imperfecta quædam maturè fiunt: at ipsa non matura. Docet hoc origo vocis. A diei siquidem tempore dicta est, nempe à mane, cui præest *matuta* dea, inquit Scal. in Theoph. de plan. Gloss. *maturum* ὥριμον significatum docet Virg. 1. Geor. Multa forent quæ mox cœlo properanda sereno. . *Maturare* datur, i. e. tempestivè facere. Agell. l. 10. c. 11.

Maurus est idem, qui niger. Et regio ac populus ita à nigredine dictus: *Mauritania* Mauri. Μαυρός, ἀμαυρός. Lapides vetusti & numus æreus Græcus ΜΑΥΡΕΤΑΝΙΑ, exhibent. Etiam inde Μαυρήνος, *Mauritius*: à colore aut forsan origine. *Maurus* est ab Heb. מַעֲרָה, id est locus obscurus, niger, spelunca. Scal. ita ad hunc versum Manilii l. 4. - - *Mauritania nomen oris habet, titulumq; suo fert ipsa colore*, notat: Nam μαυρὸς (*inquit*,) Græci ab eo dixerunt. Itaque μαυρίτης *Maurita.* Græca inflexio. Latina *Mauritanus*. *Mauricatim* extulit Laberius, μαυριστί. Sed potius μαυρούσιοι dicuntur, ut ἀμαθούσιοι, ῥαμνούσιοι. Videtur igitur nomen loci μαυρόεις seu μαυροῦς: ut ἀμαθόεις, ἀμαθοῦς, ῥαμνόεις ῥαμνοῦς, ὀπόεις ὀποῦς, μαλόεις μαλοῦς. Hæc ille *Morion* est gemma, quæ nigerrimo colore translucet: ap Plin. l. 37. c. 10. Plaut. Pœn. Act. 5. sc. 5. *Ego illam pugnis totam faciam ut sit morula*, i. e. nigra, instar Mauri.

Quod

Digitized by Google

Quod etiam cætera firmant. *Itaque replebo atritate, atrior multo ut siet, Quam Ægyptii.* Maurus, *morus*: ut plaustrum, plostrum, ut aula olla. *Maurulus, morulus.* Sed MSS & omnes meæ (inquit ibi Taubm.) præter Brix habent *merulea*, i. e. tota nigra, ut avis merula Quod notat & Lambinus è suis & Turn. l. 10. c. 24. itemq; Aldrov. l. 16. Ornithol. Interim in textu Taubm. retinet *Morula*: & quidem ex Camerario. Ac omnino Comicus videtur alludere Maurorum colorem; cum è vestigio etiam Ægyptior. qui (ut loquitur Petron.) tincti colore noctis h. e. nigri itidem, meminerit.

Mecœnas, ποικιλόχειλον est. Maxima pars rectius scribere existimat *Macenas*, μαικήνας, è Dione, & priscis tabulis. Sed non credo: nisi rationem hujus scriptionis adjungat comitem. Nam tabulis, & monumentis antiquis, quæ ab indoctis scriptoribus aut pictoribus elaborata, ut hodie apud nos fit, quantum fidei insit, omnibus innotuit. Præsertim ubi dissensus: sicuti hic *Mæcenas* per *OE* in prima scriptum non semel in antiquis & libris & lapidibus inveniri, Turnebus asserit. Sed nec Græci μαίκηνας ubique: verum etiam μηκήνας. Et inscitia scriptorum facile potuit fieri trajectio, *H* in *OI*: quod exempla testantur innumera. Ratio nostra firma est: Mecœnas à μὴ & κοινὸς, i. e. singularis, non plebejus, non unus è multis, supra vulgum patronus. Hæc enim significat *Mecænas*, & antiq. & recentium usurpatione. Quod si talem suæ scriptionis causam illi alteri dederint, quis non assentiatur? Atque ecce nonnulli jam dant manus, conceduntque *Mecænas* scribi posse à μὴ κοινὸς: quod non novus, sed antiquis, aut atavis editus sit regibus, ex Horatio.

Medica mala, μηδικὰ μῆλα, ἢ κιτρόμηλα, *Citria mala.* Ab Heb. est μηδία regio מָדַי, fuit filius Japheti; à quo regio, quam incoluit, dicta Gen. 10. 2.

Meditari, μελετᾶν mutata liquida: Scal. c. 28. L. L.

Virg. 1. Ecl.

——*Musam meditaris avena.*

Ad quod Pomp. Sabin. *meditari* canere est, ut meminit

nit Plinius. Potius est, cum cura effingis, exerces, attentas. Nuspiam vero *meditari* est canere.

Medium *μέσον*: quod inter extrema consistit. *Medulla*, quia in medio ossis. *Mensa* quasi *Mesa* (& hodie *mesa* Hispanis est mensa) quia in medio poneretur, ap. Varr. & Plutarch. symp. 8. q. 6. *μέσον* μὲ τ τράπεζαν τ ἐν μέσῳ θέσεως. Et alludit Maro 3 Æn. Aula in *medio*. Ejusdem ortus *medioxomum* i. e. mediocre: prius dicebant *mediotumum*, ut Plaut. Cist. act. 2. s. 1. dictum à medio *mediotumum*, sicut *à quoto*, *quotumum*. Ap. Plaut. in pseud. act. 4. sc. 2. *quotumæ* sunt ædes? *Mesenterion*, *μεσέντερον*: Galenus tradit ita nominari, quod sit in medio intestinorum collocatum, ait Rhodig. l. 4. Antiq. c. 14. Non, ut Cicero, *medium* intestinum, quasi peculiare sit intestinum: l. 3. de Nat. Aristot. l. 1. hist. animal. c. 19. ὑπὲρ τῶν ἐντέρων, τὸ μεσεντέριόν ἐστι. At illud J. C. Scal. Sane, *inquit*, non respondet etymon, ὑπὲρ τῶν ἐντέρων: & tamen dicitur μέσον τῶν ἐντέρων. Neque tam *supra* ut dicimus nos; aut *super*, ut malè dicit Theodorus: quam *sub* intestinis est: & basis quasi quadam eorum: non enim tot sese simus possent sustinere. Hæc ille. *Dimidium*, *dimidiatum*, quasi *diimediatum*, & inter partes duas pares divisum: Agell. l. 3. c. 14. *Meridies*, olim *Mediidies* In sacris Act. 26. 13. μέσης ἡμέρας. Cic. ad Brut. ipsum meridiem, qvur non *medidiem*? Credo, quod erat insuavius. Igitur εὐφωνίας ἕνεκα mutarunt elementa. Et quia μέσος & μέσον & medium cognata erant, ait Scal. c. 22. L. L. Camerar. probl. etym. decur. 1. Quur *Meridies* dictus *dies medius*? utrum duplex verbum? ut Græcum μεσημβρία, sic est ad svavitatem soni quasi modificatum, qvum *Medidies* ingratius videretur, quemadmodum Cicero Orat. sensit. Et idem in Græco nomine cernitur. Nam ἀπὸ τ ἡμέρας caderet simpliciter μεσημερία: Unde Theocritus θυλημεσημέριον dixit, *medii diei tempus*. An vero recta & evidens compositio est? quod illo tempore nulla accessio ad lucem amplius fiat, neque eam quicquam quasi infuscet, quum sol altissimus sit, & ideo merus, i. e. plenus atque sincerus dies dicitur. Hæc Camerar. *Meridies noctis*, pro medio noctis:

Var-

Varro Marcipore usurpavit : *Repente noctis circiter meridiem.* Licet æmulari ? Sane quia res, quæ sunt mensuræ vocum, majoris fieri oportet, quam autoritatem: abstinendum est ab eo loquendi genere, si ἀκρίβειαν secteris, ne lux cum tenebris aut nocte confundatur. Subest ἀντίλεξις, meridies noctis, ut atramentum viride, σιδηρόξυλον. *Mediastinus* formatur ut clandestinus, matutinus: à *medius* : h. e. qui *in medio* versatur & obvia quæq; expedit. Had. Junio exponitur μεσοστάτης & μεσαύλιος. Ut à servatum servator : ita à *mediatum mediator*, ap. Theol. μεσίτης. Jud. 11. 10. שֹׁמֵעַ בֵּינוֹתֵינוּ audiet vel cognoscet *inter nos*. LXXII. ὁ ἀκούων ἀνὰ μέσον ἡμῶν. Targum : *Testis inter nos*. Sed ad alia. *Meditrina* est deæ nomen, à *medendo* : quod à medio. Nunc idem, quod *medicina* Nobis Scal. in Theoph. Sanitas est in *modo* : unde & *medium* & *medicina*. Morbus enim secundum Aristotelem, ὑπερβολή. *Idem Insomn* : Habet proportionem virtus cum sanitate. Nam illa est animi : sanitas corporis quædam mediocritas. Itaq; sanitas & virtus in medio, una est : extrema vero ægritudines & vitia multa. Rectum enim unum : obliqua multa. Ab illo medio, sive mediocritate abscedunt corpora, atque in morbos cadunt. Ad id medium mediocritatemque ars ea, quæ corpora reducit, inde nomen adepta est sibi, ut à modo ac medio *medicina* diceretur. Etiam *medicina* de loco accipitur : uti *tonstrina*, *sutrina*, *officina* & ejus generis alia. Plaut. amph act. 4. sc. 1, *In medicinis, in tonstrinis.* Ejusdem originis est etiam *Modus*, quod ἐν τῷ μέσῳ.

Horat. 1. Serm.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

A modus modestia, i. e. nihil aliud, quàm virtus, si loquaris proprie. Virtus, ἐν μεσότητι, ap. Aristot. Plautus conjungit, *Virtutis modum*, most. a. 1 sc. 2. Græcis μέτριος, qui μέτρον servare amat. Et sic etiam Hebræis מִדָּה, *middah* quandoque est virtus, quia certo modo, μέτρῳ aut mensura determinetur, interque ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν via media ac regia incedat. Forma talis est : à modus *mode-*

 stus :

stus: ut ab honos honestus: à tempus *tempestus* (unde nox *intempesta*). A modestus vero modestia. A modus etiam *modius*: unde Græc μόδιος; *Modialis*, ap. Plaut. in Capt. A modus *modulus* Deminutum: & *modulor*, modulis quibusdam efficio, dimetior. A modus *moderor*, ut à fœnus fœneror, i. e. do, aut præscribo modum, aut normam agendi, quodcumq; & ubicumq; fit. Gloss. *Immoderatus* ἄνευ ῥυθμοῦ. *Commodum*, i. e. *cum modo*: ubi nihil deest, nihil excedit. Neutrum utile vitæ humanæ, aut commodum. *Comicus*: Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex se. Et Hippocr. πᾶν τὸ πολὺ, πολέμιον τῇ φύσει. Jos. Scal. facit *modus* à μέδω, μεμοδα, μόδος. Verum principaliter omnia & medium & μέσον & cætera oriuntur ex Heb. מַד, *mad*, i. e. metrum, modus. Vel מִדָּה, mensura, modus. A Rad. מָדַד, *madad*, i. e. mensus est, certo modo aut medio distinxit.

Meio (cujus præteritum Diomedes *meii* esse dicit, sed in usu *minxi*) est ὀμιχέω, μίχω, ὀμίχημα: *mictum* supinum. *Commictilis*, à commictum usurpavit P. Attellanarius: si sciam quid vobis quasi servi comici *commictilis*, i. e. contemtibilis, seu contemtitii. Sic & simplex, *mictilis*, ap. Lucret. sed *mictilis* hæc est merx. *Mingens* ad parietem, מַשְׁתִּין בְּקִיר, est descriptio canis, qui sublato pede meiere ad parietem solet 1. Sam. 25. 22. 34. 1. Reg. 14. 10. & alibi.

Mel, μέλι. Ut à cor *corculum*, à ver *verculum*: ita à mel *melculum*, h. e. dulce instar mellis & gratum. Plaut. Casin. a. 4. sc. 4. conjungit: *Meum corculum, melculum, verculum*. Alii malunt *melliculum*. Sed analogia & Priscianus τὸ *melculum* tuentur. A μέλι dicitur insula *Melita*, i. e. melliflua: hodie *maltha* dicitur. *Melimela*, quasi mellea poma, μῆλα. *Malum*, μῆλον, μᾶλον. Hinc Mart. l. 7. epig. 21. *Infanti melimela dato*. Plin. l. 15. c. 14. *Mustea* à celeritate mitescendi; quæ nunc *melimela* dicuntur à sapore *melleo*. Dioscor. l. 1. c. 161. μελίμηλα καὶ γλυκύμηλα. *Mala* in facie, à specie aut rotunditate mali. Μηλέα, *malus* arbor: & postea in navi, κατ' ἐξοχὴν. Quur Homerus μηλέας

ἀγλαο-

ἀγλαοκάρπους: Empedocles ὑπέρφλοια τὰ μῆλα dixerit: exponitur in Plutarchi l. 5. Symp. q. 8. *Melicratum* μελίκρατον, à μέλι: sicut *œnomeli*, οἰνόμελι, ab οἶνος, & κεράννυμι. *Melacœtum*, quod suo alveari non contentum, fluit: adeoque purum & maxime laudabile. Ἄκοιτος proprie sine κοίτη, hoc est, cubili, aut loco. Plin. l. 11. c. 15. *In omni melle quod per se fluit appellaturq; acœtum*, (ita inquam *acœtum* rectè legitur contra Dalecampii conjecturam, qui legit ἀκηδὲς vel ἀκήδεστον) *maxime laudabile est*. Ponit Tremell. & Jun. Ps. 19. 11. dulciora melle & quidem *acœto* melle.

Melchior est regius, מֶלֶךְ, rex. A מָלַךְ, regnavit. Ab eodem est & *Molech*, i. e. regnans: *Malchus*, μάλχος, est rex. *Melcha*, regina. *Melchias*, rex Dominus. *Melchisedek*, rex justitiæ. *Melchisua*. rex salvator. Ut vero Melchior est rex. Sic *Caspar* significat scribam. סֹפֵר, est scriba. A סָפַר numeravit ordine, recensuit, memoravit. Inde quoque *Sipbra* in Arithmeticis. Quippe סֵפֶר est numerus. Aliis *Caspar* aut *Gaspar* est præfectus ærarii, thesauri: à Chaldæorum גִּזְבָּר Esr. 1. 8. Eruditiss. Casp. Barth. l. 53. Adv. c. 4. Caspar putat esse ortus Germ. Gastpar / h. e. Philoxenus, hospitalis.

Meliom, ap. Fest. correcte. Jos. Scal. Tarentinum est *Melior*, ἀμείνων pro ἀμείνων, ἀμίνων, *menior*, quod postea *melior*. Ἀμείνων ab Heb. הוֹעִיל profuit, bono fuit. At χείρων à יָרַע, malus fuit.

Melis aut *Melia*, i. e. hasta ap. Fest. μελία, i. e. fraxinus, arbor apta conficiendis hastis. Unde pro hasta crebro capitur.

Melos, μέλος. Propriè est membrum, quod à natura, quasi divisum, aut distinctum: item, quod abscindi solet, ut in animal. Unde prius *melbrum*, postea *membrum*. Aut à μέλος, per epenthesin μέμβλος: quomodo Eustath. ponit similiter μέμβλω pro μέλω. A poetis μέμβλεται factum ex μέλεται. Apud Hesych. μεμβλᾶσαι est συνδῆσαι, id est colligare. Et sic *membrum* à μέμβλος: aut membrum prius *melbrum*: ut dixi. Scaliger in Arist.

 hist.

hist. l. 1. c. 1. *membrum* à Gr. μεμερισμένον. Ratio enim eodem tendit. A membrum fit *membrana*, quæ circa membra: ut & συμάτιον apud Græcos est *membrana*, quæ corpus ambiat. Ab Heb. מרל i. e. præcidit, amputavit: & capitur de membris tantum corporis. Sic apud Græc. μελίζειν est membratim concidere: διαμελισμὸς, concisio aut divisio in membra, διαμερισμός. Πλημμελὴς, cui deest membrum, mutilus; à πλὴν πλημμέλημα defectus. In Musicis μέλος dicitur carmen, cantus; κατ᾽ ἐξοχὴν, propter membra legitimo ordine & modo distributa. Camerar. probl. etym. decur. 1. Μέλη unde? an sic dicuntur, quasi μερῶν ὅλων ὄντα, quod nimirum se tanquam *tota* habeant ad *particulas*? Et propterea in corpore μέλη nuncupantur quæcumque membra partes in se peculiares alias continent, ut *Caput, Crura, Manus*, denique *brachium integrum* & *Pectus*, ut ait Aristot. Forte etiam eadem ratione musica *mele* sive cantiones denominatæ fuere, tanquam concentus & modorum partes consonæ. Et rursus hæc *Mele* τὸ μελῳδεῖν de se pariunt, h. e. canere, τῷ μέλει videlicet ἕπεσθαι, quasi quispiam cantionem sequi dicatur. Hæc Camer.

Mens à μένος simpliciter. Aliis quasi *meminens*, à præcipua illa muneris functione. Scal. Ex. 307. *Mens* non à motu dicta est, sicut neque *mentum*: ut est trivialibus persuasum. Sed παρὰ τὸ μηνύειν. Unde & μήνυμα postea. Est enim *mens* indicatrix rationum. Sic *mento* pueri demonstrant, & muti, & qui aliis rebus intenti sunt, neque libenter edunt vocem. Quod si faceta ingenia facile admittis: evocabuntur è Germania subsidia ad Grammaticorum munitiones Dicimus enim mentum Kinn. Quasi igitur à Græco sit, παρὰ τὸ κινεῖσθαι. Ut Græcum ἄνους καὶ ἄφρων: ita eadem notione *Amens* & *Demens* dicitur. Neque aliunde *Clemens*. Perotto à claritate mentis. Donato, qui *colit* mentem. Sed rectius à *clino* & *mens*, quasi *clinemens*, postea *clemens*: h. e. qui facilè clinatur & flectitur in mente, ἤπιος. Etiam *Vehemens à Ve* particula, & intendendi, & minuendi, quasi *bemens*, id est validæ mentis. Simile est quod *mebe*

pro

pro *me* antiqui literatores notant. Quinctil. l. *1*. c. 9. Geminandi enim ratio fuit olim, & flatus interponi est solitus ad sustentandum sive etiam minuendum. Agel. l. 16, c. 5.

Mensis, à μὴν μηνὸς. Μήνη est luna. Dorice μάνα. Ab Heb. מָנָה, i. e. distribuit, numeravit, computavit. Omnis enim distributio annorum digeritur pro motu lunæ, & pro ratione mensium qui à luna: nec tamen sole excluso, qui tanquam primaria fax ubi loquimur de cœlestibus, includitur. Sed & מְנִי, est ipsa luna, secundum aliquorum explicationem, aut Mercurius, aut insignior stella. Certe dum oritur è radice מָנָה, *manah*, unde & νόμα: haut dubie designabit tale astrum, quod in dividendo temporis fluxu conspicuum sit & mortalibus notum: qualis luna. Jes. 65. 11. Qui instruitis ipsi Gad Mensam & impletis ipsi *Meni* libationem. Meni Avenario est *Mercurius*. LXXII. καὶ πληροῦντες τῇ τύχῃ κέρασμα. Vet. interpres: Qui ponitis *fortunæ* mensam & libatis super eam. *Pagnin.* Qui paratis exercitui cœli mensam, quique adimpletis numero stellarum libamen. *Tremel.* & Jun. Qui instruitis turmæ illi mensam quiq; impletis numeris illis libamen. *Et addit*: Hebraicè, *Numero illi*: Sed numeri pluraliter tantum hac significatione dicuntur: quib. velut exercitib. cœlum, terra & aqua instructa sunt, ut Gen. 2. 1. *Mensem*, ubi definit Cicero, etiam ad distributionem illam respicere videtur: Cursus lunæ (ait) quia *mensa* spatia conficiunt, menses nominantur: 3. de Nat. deor. Ergo μὴν, μήνη, mensis, μηνακὸς, *almanac*, de quo ante; ex Hebræis non sine causa elicientur. *A mensis* est *mensurnus*: eâ analogiâ, quæ in *diurnus*, in *diuturnus* & similib. conspicitur. Exstat hæc vox ap. autorem ad Herenn. & Boeth. E *mensurnus* videtur exstitisse *menstruus*, μηνιαῖος. *Semestre* quasi *semenstre*. Gloss. Philox. *Semenstris* ἑξαμηναῖος. *Semestre* à quodam alias erudito Viro positum est pro *semimenstruum*, sane perperam. Est enim à *senis mensibus*, i. e. spatium, quod sex menses amplectitur, *semissis* annis Græcis ἡμίετες aut ἑξάμηνον sicuti *Trimestre* à tribus mensibus.

Digitized by Google

Meo à *νίω*, quod est eo aut vado: N transeunte in vicinam M. Aut *meo* à *μαίω*. Et *αι* in E breve abire, satis probavit Scal L. L. Aut si facilius videatur, à *μάω*. Utrumque *μαίω* & *μάω* est quæro, cupio, item cupide vado. Igitur *Meo* erit *ἐμφατικῶν*, h. e. cum quadam cupiditate eo: aut ultro citroque, quod est querentium ac cupientium. *Remeo*, i. e. revenio, sed inclusa quadam orexi. Itaque Sinon Virgilianus.

Si patrios unquam remeassem victor ad Argos,

i. e. revenissem: quia id ex voto & animi mei sentententia. *Vovi*: fors si qua tulisset. *Cupi*: quia patria illic mea: quia me promisi ultorem. A meo *meatus*: item *Commeatus*, quid sit proprie, simplex docet: & Cæsar l. 5. Bell. Gall. duobus commeatus exercitum reportare constituit. Postea pro cibariis, quorum egent trajectus vel commeatus. Gloss. *παρόδευσις, ἐπισιτισμὸς, ἐξουσία*. Martin. *à meo* facit *mos, moris*. Ut ita *mos* sit *modus*, quo itur veluti & & vitur. Sic ap. Græc. *ἦθος* (*ἔθος*, mos) ab *ἴω* fit. Ap. Hebr. similiter דֶּרֶךְ *darech*, simul est via: & mos, consuetudo, ratio Perott. *Mos* propriè definitur ratio vivendi, consuetudine firmata: & per syncopen *à modus* deducitur. Scal. in 1. de plan. Nihil est aliud *mos*, quàm *modus*; extritis mediis elementis.

Mercor, unde commodius eruatur, quam è tabernis Hebr. vetustissimis, non intelligo. Ibi est מָכַר, *machar, marc*, i. e. vendidit merces, venditavit. Levis fiet literarum trajectio. מֶכֶר, i. e. venale mercimonium, mercatura, unde *commercia*. LXXII. vertunt Lev. 25. Deut. 18. *πρᾶσις*. *Mercurius*, quia præsit *mercibus*, aut quasi *Mercicurius à* curandis mercibus, denominatur. Prologus Amph. Plaut. ita:

Ut vos in vestris voltis mercimoniis
Emundis vendundisq; me lætum lucris
Afficere. *Item*: *nunciis præsum & lucro*.

Videatur etiam locus non contemnendus Isid. l. 8. c. 11. Quæritur an *Mercurii* media brevi sit enunciandum? Omnino. Sic enim Horat. *Mercuri* facunde nepos *Atlantis*. Nihil hic mendax & mendosa licentia populi valeat.

Digitized by Google

valeat. Nec apocope vel ſinæreſis, i. e. coitio duarum ſyllabar. in unam, qualis tamen hic nulla (ut quidam exiſtimat) quidquam mediæ ſyllabæ officit. Et ut *mancipi* pro mancipii, correptè: ſic *Mercuri*, dicendum. Idem *Mercurius*, præter cætera, vocatur etiam *Cyllenius*, quod omnem rem ſermone, ſine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ *Cylli* dicuntur, ait Feſt. i. e. claudi. Κυλλόω eſt claudum reddo. Item *Hermes* ἑρμῆς ab εἴρω. Hebræis אֹמֶר, *omer*, eſt eloquium, ſermo. Si inde velis formare. Ab hermes etiam *hermula* deducitur. Joſ. Scalig. in Ætnam. *Qualis acervus*, notat: Acervi fiebant in quadriviis & triviis ad *Hermulas*, quas vocabant, h. e. Mercurii ſtatuas quadratas, jactis ex tempore lapidibus à pretereuntib. Qui acervi Mercurio ſacri erant. *A* quo dicti ἑρμακες à Græcis. Iſid. in Gloſſ. quæ ſunt adhuc in membranis: *Mercurii*, inquit, *lapidum congeries in cacumine collium*. Eos *hermacas* nunc hic intelligit. De quib. & Sibylla:

> Καὶ πτεινὰ [illegible] ἑρπὰ θηεῖα γαίης.
> Καὶ π[illegible] λίθων συγχάμματα ταῦτα σέβεσθε.

Similes etiam monticelli ex lapide congeſto, qui pro terminis erigebantur, ab autorib. de agis limitandis, vocantur *ſcorpiones* quia in metam deſinebant. Σκορπίος enim Græcis dicitur etiam quidquid metam ac conum faſtigiatum eſt, ut tutulus crinium in pueris ita vocabatur. *Hæc ille*. Quæ pertinent (ut obiter addam) ad explicandum illud Prov 26. 8. *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii: ita qui tribuit inſipienti honorem*. Ita enim habet vetus verſio. Non aliud arbitror (*inquit Lipſ. epiſt. 5. Cen. 5. Miſc.*) quam ad morem veterem alluſum: qui ſic habet. Mercurius viarum præſes, & Græcis ὅδιος, ἐνόδιος, ὁδηγὸς, in biviis aut triviis effingebatur trunco habitu, & in lapidem rudem, quadratum, quos Hermas Græci vocabant. Ii ſignum erant & indicina viæ: atque ubi non illi, moris ut lapides aliquot acervarentur, qui vicem eorum & uſum ſupplerent. Ita pauci illi conjecti aut diſpoſiti augebantur pietate, an ſuperſtitione, tranſeuntiũ: & Hebræus ille ſapiens nunc dicit, Beneficium aut honorem

Digitized by Google

norem insipienti dare assimile esse illi, si quis in acervum talem lapidem velit jecisse. Nam beneficium quidem est, viatori puta: sed nemo imputat, quia dator ignoratur: tale in fatuo, cui beneficium confers, perdis. *Hæc Lips.* Similiter ap. Germ. restat vox **Irmenseul**: quâ eadem Mercurii statua insignitur. Ab *Irmen* sive *Hermin* (scilicet ab *Hermes*) & **Seul**/ quod est statua: Uti etiam notat Gobelinus Persona Cosmodro. c. 38. Aliis est Irmendsul: aliis Erminsul & Ermensul: aliis Hormensul & Hermensul: uti c. 1. de Irmensula idolo Saxonum primario Helmst. Meibom. disserit. Ipsa statua ex veteri ævo etiamnum hodie conspicitur ante presbyterium in summo templo Hildesh. Sed nos redimus ad illud Prov. 26. Etsi verò *Mercurii acervum* vetus ponit versio: tamen neque LXXII. interpretes, neque fontes Hebræi sic exprimuntur. In Græco est σφενδόνη, funda. Ut sensus sit: *Qui stulto tribuit gloriam, similis est ei qui fundæ lapidem preciosum immiserit*: interprete quidem Elia Hutt. In Hebr. autem exstat מַרְגֵּמָה, *margemah*, i. e. σωρὸς τῶν λίθων, acervus lapidum. *Abenar.* ita vertit: Perinde ut si quis ligat lapidem in acervo. *Pagnin.* Sicuti inclusio lapilli in acervo lapidum: sic qui dat stulto gloriam. *Tremel. & Jun.* Ut qui applicat lapidem ballistæ; ita qui præbet stolido honorem facit. H. e. eodem interpretante, qui stolidi personæ aut verbis honorem habet indebitum, gladium porrigit manui furiosi, & ei quodammodo arma subministrat ad nocendum, eumque confirmat in malo: perinde ac si quis lapidem aut missile quodvis gravissimum imponeret tormento illius qui temere ejaculaturus esset. Hæc ille.

Merda. Horat. l. 1. Serm. *merdis* caput inquinet albis corvorum. A Gr. μέρδειν, privare, excernere. Μέρδω, Doricum: alias μέρζω, integrum μειρζω, à μέρος, μείρομαι. Sed & Σμέρδω postea extitit, unde Σμερδνὸς & σμερδνός: & rursum σμερδαλέος. In Priap. *Smerdaleos certe nisi res non munda vocatur.* Ad illud, *Smerdaleos*, ita notat Scal. σμερδαλέος dictum censeo παρὰ τὸ σμέρδειν. Quod idem est cum ἀμέρδειν & μέρδειν. Itaque plus erit σμερδαλέος,

quam

Digitized by Google

quam φοβιερὸς, quum tamen cathedræ Grammaticor. fere omnes φοβερὸν tantum interpretentur. Non obſcurum quid ipſe velit, Ut autem ſuis, bovis, muris ſtercus ſucerda, bucerda, mucerda: ſic hominis prius *homerda* dicta fuit. Hæc ille.

Merges, i. e. faſciculus ſpicarum. Ab Hebr. עֹמֶר, *homer*: vel עָמִיר, i. e. manipulus ariſtarum aut culmorum. עָמַר, manipulos fecit. *Mergæ* ſunt furcæ, aut ferramenta, quorum uſus tempore meſſis: à *merges* dictæ.

Merula à mero: quaſi *mera volans*, autoritate Varr. Iſidorus olim *Medulam* à *modulando* dictam perhibet. Sane rectius. *Merus* eſt ſolus, purus. Feſt. *merum* antiqui dicebant *Solum*. Quod etiam teſtatur Nonius. Gifan. in Ind. Luc. *Merum*, quid ſit, aut eo ut veteres uſi, paucos reperias, qui intelligant: nullum qui explicarit. Putant vulgo, nihil eſſe aliud, quam *ſolum*: & errant. *Merus* igitur à Lat. linguæ autorib. ponitur pro vero, præſtanti, non ficto, non ſimulato, pro inſigni & vehementi. Ita merum lac, in Lucretio, eſt recens, bonum, purum, putumque. Cic. Scelera mera loquitur. Idem, meras proſcriptiones, meros Sullas attendere. Idem meram bilem, mera monſtra nunciare: meros principes è ſchola Iſocratis exiiſſe: quem locum tentarunt ſcioli. Meros bellatores dixit Plaut. Hoc autem totum à Græcis ſumtum eſt: ap. quos admirabili venuſtate ἄκρατος ponitur; ἄκρατος ὀργὴ, ἄκρατον ψεῦδος. Hæc Gifan. Vir doctus, fateor, & magni æſtimandus: ſed cum Ariſtot. ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. Nam immerito vellicat eos, qui *merum* recte per *ſolum* & *purum* hactenus explicarunt. Quid cauſæ affert? Exempla: quæ omnia à nobis ſtant. Qui non credit, paululum examinet. Ita *merum* lac eſt, quod ſolum, purum, cui nihil aquæ admiſtum. *Merum* mel, i. e. ſolum, ſeparatum à cera, à ſordib. *Mera* ſcelera, i. e. ſola, citra virtutem. *Meri* principes, i. e. ſoli, excellentes, eximii. Hoc enim princeps. Monſtra *mera*, i. e. ſola, nil niſi monſtra. E. g. Inſula mera monſtra parit; quomo-

quomodo de ſententia Giſanii expones? Non dices vera, non præſtantia, non inſignia, non vehementia. Et vero ineptum ſit, ſi dicas: Inſula parit vera, aut præſtantia monſtra: pro *meris*. Non ſatis facis. Non omne merum eſt quoque verum. Mendacia mera, dicimus. At vera, non dicimus. Rectius in hunc modum: Inſula mera monſtra parit, i. e. multa monſtra, nihil aliud quam monſtra. Namque *merum* multitudinem quandam, & ab aliis ſeparationem ubique ſubinnuit. Aurum atque argentum *merum*, Plaut. i. e. ſolum nih niſi aurum atque argenteum. Plaut. Curc. damnum eſt *merum*. Adde hoc quoque. Si dicas: Fœmina iſta meros eniſa eſt maſculos. Quid pro *Meros* ex Giſanio repones? Sunt quidem veri, non ſunt ficti: ſint etiam inſignes, ſint vehementes. At ita quod cupis, quod res ipſa eſt, non exprimis: ſcilicet fœminam ſolos maſculos peperiſſe, non puellas: ſive veros ſive præſtantes, ſive inſignes dixeris; certe non excludentur puellæ. Ergo ne ambigue loquaris, pro, *meros*, ſubſtitue *ſolos*. Prudent. Periſt. Stabat calce *mera*, i. e. calceis exutis. Quomodo in Sat. 6. Juven. *mero pede*. Ubi & merus eſt ſolus. Et hæc noſtra ἐξήγησις firmatur quoque origine. Eſt quippe à μέρος, μείρομαι. Ut ita inde *merum*. ſit, quod *ſolum*, uti diximus, ſeparatum, diſtinctum ab aliis, quæ contraria ſunt, quæ alioquin abeſſe ſolent: quomodo priſci utebantur, aut Feſt. ſcilicet pro *ſolum*: quomodo Terent. in Phorm. Nihil habet niſi ſpem meram i. e. ſolam: quomodo denique τὸ ἄκρατον, i. e. non miſtum, ſolum, purum, à Græcis adhibetur.

Merum, propriè eſt vinum purum, ἄκρατον, non miſtum Integrè *vinum merum*. Scilicet à *merus*, qui propriè eſt ſolus, purus: ut paulo ante dictum. At *merum* pro vino convenit etiam cum Chald. מְרִית, quod eſt vinum inebrians. Etiam cum Hebr. חֶמֶר *chæmær, mer*, quod eſt merum, vinum rubens: quaſi luteum dictum, vel quod turbet cerebrum. Quippe חֹמֶר, lutum & cæmentum eſt. Thema חָמַר eſt turbari lutoſum eſſe. Ratio in promtu. Nam vinum, utut ſplendeat, è lutoſa materie

oritur

Digitized by Google

oritur, & multum fecis (quæ lutum sapit) in se continet. LXXII. Heb. חֶמֶר vertunt καλὸν Jes. 27. 2. ἄκρατον Ps. 74. 7. οἶνον Dan. 5. 1. & Deut. 32. 14. αἷμα σταφυλῆς ἔπιον οἶνον. At חֹמֶר iidem vertunt πηλὸν communiter, i. e. lutum aut cœnum. Simul testatur Hesych. τ̄ οἶνον ab Jonibus dici πηλὸν. Ita Hebræor. & Græcor. nomenclatio aptè consentit. Etiam יַיִן vinum, cognationem habet cum τῷ יָוֵן i. e. cœnum, ἰλὺς, ut vertunt LXXII. Nec non τρὺξ notat vinum, juxtaque fecem vini Poll. l. 6. c. 2. Plutarch. sympos. 6. probl. 7. Videatur *Vinum.*

Mesancylum ap. Fest. & Turn. l. 19. c. 31. Græcè μεσάγκυλον, i. e. jaculum amentatum: ab ἀγκύλη. Inde *ancile*: quanquam Varro ab *ancisu*. Quia ista arma, ut Thracum, utrinque incisa erant. Ovid. 3. Fast.

Idque ancile *vocant, quod ab omni parte recisum,*
Quemque notes oculis, angulus omnis abest.

Gloss. *Ancyle* δικτὶς ὅπλον ἀσπιδισκάριον. Videatur Lip. l. 5. antiq. Lect. c. 16. Ut *ancile* ab *anicdo*: ita *incile* ab incido. Ulp. l. 70. ad edict. *Incile* est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod *incidatur*. Inciditur enim vel lapis vel terra, unde primum aqua ex flumine agi possit. Apul. l. 9. asini: Via tota, quam nocte confeceramus longe peiorem: quippini lacunosis *incilibus* voraginosam, partim stagnanti palude fluidam.

Mesopotamia, μεσοποταμία, est majoris Asiæ Syriæque pars inter amnes Tigridem & Euphraten, à septentrione Tauro excepta. Μέσος est medius: ποταμὸς fluvius. Nonnullis dicitur *Interamna*: scilicet ab amnibus. Lamprid. in AlexandroSevero. Hebr. ut Gen. 24. Deut. 23. Ps. 59. dicitur אֲרַם נַהֲרַיִם *Aram Naharaim*, i. e. Syra fluviorum: scilicet duorum. Nam dictio ipsa est dualis numeri. Ita Jos. 24. est in Hebræo *Ebur hanaar*, i. e. trans flumen.

Metallum, μέταλλον, σῶμα μεταλλευόμενον. Unde fit verbum μεταλλᾶν, non contra. Eustath. ducit à μετὰ & ἄλλος: διὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα, τὴν κατὰ τ̄ βίον χρησίμων ἐπινοηθῆναι τὴν ἐρευναν αὐτῶν.

αὐτῶν. Et Plin. l. 33. c. 6. Ubicunque una inventa vena est, non procul invenitur alia hoc quidem & in omni fere materia, unde μέταλλα Græci videntur dixisse. At revera est Hebr. מְטִיל, *metil*, quod est metallum, vectis, palus. Job. 40. 13. מְטִיל בַּרְזֶל LXXII. vertunt σίδηρος χυτός. Targum: *virga ferrea*. Hieron. *Lamina ferrea*. Tremel. & Jun. *vectis ferreus*.

Metaxa, à circuitu scilicet filorum: nam *meta* circuitus dicitur, vel quod transferatur, inquit Isid. l. 19. Aut potius Græc. est μέταξα, à μεταξύ: aut à verbo. Gloss. *metaxa* σειρὰ: & *metaxa* νῆμα. Utitur ea voce Virtuv. l. 7. c. 3. Et Martian. l. 39. D. de pign. & hypoth. Unde *metaxarii*, qui metaxam tractant, ap. Justinian. l. 8. C. eod. tit. Scal. Ex. 158. s. 9. Juxta mare Caspium Strava civitas, à qua sericæ texturæ cognomines celebrantur. Etiamnunc *Madeixa* Hispani, collecta in unum filia serici: idque voce antiquâ. *Metaxa* enim dicebatur. Cujac. in Cod. Justin. l. 10. tit. 8. metaxa rude est sericum & αὐτοφυὴς, nondum neque tinctum, neque in fila deductum.

Meteoron, μετέωρον à μετὰ & ἀείρω, vel αἴρω vel αἰωρέω. Aut ab αἰώρα ἢ ἐώρα, i. e. sublimitas. Aliis à θεωρεῖν ut Alberto: ab ὁράω, ab ὄρος. At primum αἰνώτατον est. Pleraque si unum & alterum excipias, in sublimi fiunt, varieque moventur. Hinc μετέωρον est dubium; trepidum, varium. Thucyd. Μετέωρος ἦν ἡ Ἑλλάς. Μετεωρίζειν est fluctuare Luc. 12. 29. Pro firmanda origine, sciendum, quod μετέωρα etiam *stellas* vocarint: quod notat in aditu l. 1. Manil. Scal. Poetice dicitur μετήορος pro μεταίωρος. Iliad. θ. τὰ δ᾽ αὖτε μετήορα πάντα γένοιτο. Igitur legitime etiam penultima correpte poni potest; sed in versu. Nam dum vulgus ait, in *Meteoris*: non loquitur more poetico, sed sibi peculiari, & usitato: h. e. fatuo & inepto: & ideo errat.

Methodus, μέθοδος à μετὰ. *Ephodus*, ἔφοδος, ab ἐπί. *Periodus*, περίοδος à περί. *Synodus*, σύνοδος à σὺν & ὁδός. *Exodus*, ἔξοδος. *Exordium*, ἐξόδιον: proprie est exitus, & finis cujusque rei: Ap. Varr. Apul. Juven. Sat. 6. qui secundam corripit: ut

ut ita frustra sint, qui ab *ᾠδὴ* faciant. *ἰόδος*, ut etiam *θέω, θίω*, ab Heb. אָרַח, venit, accurrit. Etiam עָרָה est ex significatione Chaldaicâ, transivit.

Metior. *Meta* est proprie congeries, seu strues in acutum tendens. Ita ajunt: & audio, sed præter verba nihil, quod persuadeat.

Aliter origo docet: aliter usus Autorum.

Lucretius apte: ——

Ut vertat *metas* ad solstitiales. Et enim *meta* proprie terminus, sed justo modo aut *μέτρῳ* peculiariter definitus. *A metari, metiri:* sicut stare stire. Et ubique ita reperies in omnium libris. Ita *meta* lactis; *meta* fœni dicitur: quando lac, fœnum, è confuso, è disperso redigitur ad certum terminū, aut modum aut figuram: qualis etiam fit, modo aliqua & certa. *Metrum μέτρον. Metreta μετρητὴς* ap. Budæum de asse l. 5. Proprie est mensor, à *μετρέω*: post etiam mensuræ genus. *Geometra, γεωμέτρης*: in Gloss. *Agrimensor.* *Symmetria* vox (Victruv. & J. C. Scal. vocant *commensum*) magis coneruit cum re, quam, *condecentia*, ut loquitur Cic. *Metior* igitur & *metor à μετρέω* Græcor. *Metari castra* dicuntur, quod metis diriguntur, autore Fest. *Metatores*, qui præcedentes locum eligunt Veget. l. 2. c. 7. quos alii & *antecessores* vocant itemque *mensores*. Onomast. P. Dan. Aureliani vetustiss. *Metatores* mansionum præparatores. Etiam in agrorum divisione & assignatione, modum metiebantur: quod *metari* appellabant. Unde Val. Cato, vel qui Autor Dirarum:

Pertica quæ nostros *metata* est impia agellos.

Virg. 2. Georg. — Pinguis agros *metabare* campi,

i. e. illos divides ac suis finibus & metis secabis. Hos agrimensores Plaut. in prologo Pœn. vocat *finitores*: ut & Cic. in Agraria. Ap. Horat. est *metata* porticus, i. e. mensurata & disposita, ut explicat Scholiastes ejus. Tertul. l. 1. c. 8. contra Marcion. Tempus arbiter & *metator* initii ac finis dicitur. Scal. l. 2. Lect. Auson. c. 24. Hospitium quod advenienti Hospiti paratur, ap. Romanos dicebatur

metatorium, ap. Græcos ἀπληκτικὸν. Sane ex libr. XII. cod. de *Metatis* & Epidemericis, item Novella XXIX. patet *metatores* esse, qui advenientibus hospitibus locum parant. Unde colligitur, quare *metatoria* epistola dicta sit. Nam in historia ecclesiastica hospitium episcopale, quo advenæ excipiebantur, & vocatur à Græcis κατηγώγιον ἐπισκοπικὸν, idem & ἀπληκτικὸς οἶκος, & metatorium dicebatur. Hæc ille. Ap. Bedrenum & alios exstat Græcè μιτατώριον. Sed è Latino uti solent. Legatur hic etiam Lips. l. 5. de mil. Rom. dial. 12. Ultima denique origo τῦ metari vel metiri vel μετρεῖν est Hebræa. מַד, *mad*, est metron. מָדַד, est dimensus est, metatus est.

Meto, ab ἀμάω esse testantur deducta. Ut ἄμητος, ἀμητὴρ. Hesych. ἀμαθεῖν, θερίζειν, metere. Et ἀμᾶν, θερίζειν, ἀπὸ τῦ ἅμα ἀλέγειν. Ab Heb. עָמַל, i. e. laboravit. Aut אלם item אֲלֻמָּה manipulus, fascis. Ἄμαλλα, quod alias Græci ab ἀμάω trahunt, propius attingit: ut ita propriè sit manipulus, qualem messores colligunt & colligant.

Migro, prima brevi: composita *emigro*, *semigro*, *commigro*. Ab Heb. מָגַר, *magar*, i. e. migravit, detrusit. Vel à מָגוּר, *magur*, i. e. habitatio, peregrinatio. Gloss. migragratio μετοίκησις. Latinum quoque cum casu invenitur. Titiun. ap. Nonium: Quod pestes, fenia, & jurgia sesemet ædibus *emigrarunt*. Lucret. l. 5. Omnia *migrant*. Vel *migrat*: quod dulcius & elegantius esset, censente sic Gifanio. In Noct. Att. Cassita nidum migrabat. Ita & Cicero & alii loquuti sunt, ait idem Gifanius.

Miles quibusdam, quasi *mollis* κατ' ἀντίφρασιν: aliis à *moles*. Rectissime quasi *millies*, i. e. de numero magno sive exercitu. Varro l. 4. *Milites*, quod trium *millium* primo legio fiebat, ac singulæ tribus, Tatiensium, Ramnium, Lucerum, millia singula militum mittebant. Et dum Virg. 12. Æn. ait: medius in *millibus* ardet idem est, quod medios inter milites. Favet & huic sententiæ Eutropius, quod cum Romulus initio mille ex populo delectos armasset, à numero appellaverit *milites*. Obiter nota errorem Frischlini, qui in sua Grammatica facit

facit *militem* gen. masc. quia sit virile officium. Atqui Amazones nonne bella gesserunt? Et Ovidius aperte: nova *miles* erat. Cæterum *mille* vel etiā *mile*, nonnemini dicitur à χίλιοι, χιλιάς *Chilias*: aliis ab Heb. אֶלֶף, ejusdem significatus. Quamquam non exigua hic opus mutatione. Aut ab Heb. מְלֹא, i.e. plenitudo, multitudo: qualis in millibus. Et pro multis aliquando *mille* dicuntur. A mille vero est *milium*, propter granulorum innumerabilem copiam: aliis à μελίνη, quod sit genus milii, aut mellei coloris. A mille item *milliare* & Gr. μίλιον, quod receperunt etiam Syri, מִילָא. Suid. μίλιον μέτρον γῆς. Plin. l. 24. c. 16. *Myriophyllon*, quod nostri *millefoliū* vocant caulis est tener, similis fœniculo, plurimis foliis: unde & nomen accepit.

Milvus, vulgo milvius. Omnes nostri libri vet. (inquit Lambinus) habent *milvus*. Legendum autem τετρασυλλάβως, *miluus*, per διαίρεσιν. Idem affirmat de suis exemplaribus Gruter. Et Gifan. in Ind. Lucret. *Ostendit, non milvius, sed* miluus *dici*. Ovid. 2. *Met*. In veteri codice optimo:

Ut volucris visis rapidissima miluus extis.

Taubmannus monuit in comm. Plaut aul. a. 2. sc. 4. Sed de origine quid? Est ne quasi *molliter volans*, autore Isid. An à milio, secundum alios? An à sonitu, quem edit? Hoc sane postremum inter ista videtur optimum.

Mimus, μῖμος. ἀπὸ μιμεῖσθαι, Diomede autore dicitur. Donatus trahit à diuturna imitatione vilium rerum, & levium personarum. Παντόμιμος, rerum omnium imitator. Ἀρχίμιμος, princeps mimorum.

Mina & ejecto, I. *mna*, Plaut. Curc. act. 2. sc. 3. *triginta mnis*. Plin. l. 21. c. 34. *mna, quam nostri minam vocant, pendent drachmas Atticas centum*. Græcis itidem μνάα & μνᾶ: Ionicè μνέα. Rectà fluit ab Hebr. מָנֶה, *maneh*, i.e. *mina*, libra, pondo: uti Tremel. Jun. Buxtorf. & alii interpretantur. LXXII dedita opera ponunt μνᾶς 1. Reg. 10. 17. Esd. 2. Neh. & alibi. Sed μνάα & *mina* est prius, vigore originis Hebr. מָנֶה: à themate מָנָה numeravit, dinumeravit. *Mina sacra* antiqua conti-

nebat quinquaginta ſiclos ſacros: centum vulgares *Mina noſa* Ezech. c. 45. 12. continebat ſexaginta ſiclos centum viginti vulgares. adjecta nimirum ſexta parte. Legatur Bud. de aſſe, G. Agric. Funger. in etymologico: & imprimis C. Waſer. l. 2. de antiq. Heb. numis c. 16. *Minæ*, ἀπειλή: *minor* ἀπειλέω: commode etiam fit ab Hebr. מָנַע, h. e. inhibuit prohibuit. LXXII. vertunt per κωλύειν, ἀποστρέφειν, συνέχειν, ἀφιστάναι. Propterea enim *minamur*, ut aliquem à propoſitio avertamus & ita cohibamus. Similiter Græc. ἀπειλέω fit ab ἀπὸ & εἰλέω coarcto, cogo: idem etiam notat εἴλω & εἱλῶ: quod ap. Heſych. etiam eſt εἴργω, κωλύω, arceo, prohibeo. Quod fit *minis*, h. e. verbis ac geſtibus terrentib. Sed & *minæ* in turrib. ac muris, inde nominatæ. Virg. 4. Æn.——*pendent opera interrupta minæque murorum ingentes*. Quia altitudine ſua quaſi *minari* videntur: Græcis θριγκοὶ, πύργοι στεφανώματα, ἐπάλξεις. Turn. l. 3. Adv. ſc. 14. *minæ ſignificant partes illas murorum, in quibus ſunt propugnatores hoſtibusque minantur*. Pomp. Sabin. *Minæ*, inquit, *vocantur partes murorum eminentes*. Ammian. l. 24. *excellebant minæ murorum*. Inſuper quoque verbum *mino*, *minare*, (ut & Græc. ἀμύνω, μύνω) oritur à dicto מָנַע, *manah*. Quippe *mino* eſt pello, propello, ante me pello: uti exponit Cujac. ad Jul. Paul. Recept. ſent. l. 1. c. 17. & Scal. in 1. lib. Manilii. Ipſum *mino* in vulgata Biblior. verſione crebro occurrit. Quod tamen ut obſoletum non adeo probat Beza in c. 3. 4. Jacobi. Auguſt. Tom. 9. *Superbia angelos de cælo projecit, homines de paradiſo minavit*. Etiam *minare* ap. Apul. l. 3. metam. & *prominare* l. 9. conſpicitur.

Minuo, μινύω & μινύθω: ab Hebr. מָנַע, *manah*. Aut à particula מִן, quæ imminutionē & στέρησιν notat. Ita μινυὸς & μινυρὸς eſt parvus minutus. *Minuere* igitur eſt tollere quantitatem. *Minurio*, μινυρίζω, i. e. exili voce & arguta quæror, aut cavo. *Minuritio* inde de aviculis minorib. A minutum *minutal*: ſicuti à vectum vectigal. Tertul. *Minutalia regna*, l. 1. contra Marc. *Minor* & *minus*

quoque

Digitized by Google

quoque non aliunde. *Minime gentium*, pro eo, quod eſt omnium gentium judicio minime faciendum, Feſt. Vel potius apud gentem nullam, aut nullibi gentium. Negatio vehemens. Sicuti *nullibi locorum*, *nusquam gentium*. Quam Scal præclare de verbis *deminuo* & *diminuo* ex ordiſſerat, lege c. 95. L. L. Abuſi ſunt (inquit) veteres nomine *diminutionis*: nam *minuere* eſt tollere quantitatem. *Diminuere* igitur utrumque quantitatem ſtatuit in diverſa: at ab Homine cum dicis Homulum, decurtas potius, quam diminuis. Quæ fuit cauſa, ut illi conſultius *deminuere* dicant. Eſt enim *diminutio* affectus conſequens diviſionem. Omne enim diviſum ita minuitur, ut eadem quantitas minor dicatur, quoniam partes ſeparentur: at in nominis *deminutivi* ſignificatione nullæ extat partes. Cic. 2. de Nat. *Minerva* quod vel *minueret*, vel *minaretur*, nominata eſt. Præfero etymon à μίνος. Et facile aſſentient, ſi, cujus dea olim fuerit habita norint. Prius *Menerva*, poſt *Minerva*. Arnob. l. 3. adv. gent. putat *minervam*, quaſi *meminervam*, quod veteres dixerint memoriam. Macrob. l. 1. Sat. c. 17. Sed alia videamus quæ à *minuo*, vel *minus* fluunt. Iſid. Scal. in Conject. *mendum* à *minus*: ut à *manus mando* παραγγυῶ. A *mendo*, *mendicus*, cui deeſt aliquid. Nam *mendum* proprie defectus. Itaque qui *minus*, quam opus eſt, dicit, is veritatem imminuit, diciturque *mendax*: h. e. qui falſum ſciens dicit, fallendi cauſa. Sic *mendicum*, vocabant minus velum, quod in prora ponitur: Græcis eſt ὁ ἀρτέμων. Iſid. l. 10. *Mendicus* dictus, quia *minus* habet, unde vitam degat. Sed rectius dicitur à *mendo*: quia *mendicus* μειονεκτεῖ τῶν βιωτικῶν, i. e. deſtituitur vitæ degendæ ſubſidiis. A mendum eſt *emendare*, i. e. extra mendas ponere. Turn. l. 6. Adv. c 9. *Mina* ovis à M. Varr. de re ruſt. l. 2. c. 2. vocatur, quæ ventre eſt non lanato, ſed glabro. Verum origo noninis quæritur, quam à *minus* deduci puto, ut ſit, quæ *minus* habet *lanæ*. Argumento eſt, quod ap. Feſt. l. 11. Ælius *Minam* eſſe dicat vocitatam mammam alteram lacte beneficientem, velut *minorem* factam. Et quod hic in mamma: inibi in lana eadem tamẽ utrobiq; poteſtate.

Digitized by Google

Misceo, miscui, miscitum, & *mistum.* Usus leniorem fecit pronunciationem, demto C radicali, *Mistum*: aut SC. in X concretis, *Mixtum.* Nihil enim aliud X quam SC. vel CS. Utitur τῷ *mixtum* ipse Cic. sic citante Nizolio. Quem sequuntur & alii Latinè doctiss. Nominatim Lips. cent. 1. Ep. 22. Ut venena vinis *admixta.* Et alibi sæpius. Etiam Gloss. *mixtura* μίγμα. Sic & ap. Græc. μίξις. i. e. mixtio: μικτὸς, mixtus: à μισγέω, μίσγω, μίγνυμι. Ab Heb. מָסַךְ, i. e. miscuit. Et מֶזֶג, mistio. Ut à vaco vacuus: sic à misceo *miscuus*: & quod usitatum *promiscuus.* Qua analogia exstitit etiam *proficuus*, à proficio: quo Boron. medici, aliiq; hodierni scriptores sæpe utuntur. Ap antiquos non invenio.

Mitis qui facile mittit. Scal. in Arist. hist. anim. 1. c. 2. Mitem à rectitudine & simplicitate. Μίτος filum textores vocarunt, & qui ad directiones amussi utuntur: unde refusa ad mores significatio. Hæc ille. Mitis opponitur tenaci. *Promitto*, i. e. ante mitto: à *pro*, quod fit verbis, quæ præcedunt. Ejus synonymon vulgo est *polliceor*: proprie ap. Ictos, cum ultro offerimus: & *pollicitatio* solius offerentis promissio. Unde recte illud in Cas. Plaut. act. 3. sc. 2. operam uxoris polliceor foras. Quasi *porro liceor.* Ut ita polliceor sit proprie ementis: & exinde etiam aliud simile agentis. *Mitto* est παρὰ τὸν μίτον, i. e. filum, duplicato T. Qui enim mittit, elongat, inquit Scal. c. 26. L. L. Et *promissus* capillus est longus. A μίτος πολύμιτος: Latinè *Polymitus*, i. e. è multis, aut variis filis. Sicuti *multitia*, quasi *multilicia* dicit, altera syllaba producta: quia è *multis liciis* texitur. Plin. l. 8. c. 48. plurimis liciis texere, quæ *polymita* appellantur, Alexandria instituit. Gloss. *Babulonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. *Polymitas* Hebræis est vestis duorum generum. Lev. 19.19. Verbum (ut ad alia veniamus) *Amitto* vulgo est *perdo.* Plaut. utitur proprie in Capt. Et te & hunc *amittam* hinc, i. e. ἀποπέμψω. Et quidem ut mittere, sic *amittere*, est volentis: at perdere inviti & inscii. Plautum sequitur Terent. prius pecuniam omnem, quam à te *amittas* filium

Digitized by Google

filium, i.e. aliquo mittas, vel ámandes. Item virg. 2. Æn.

— Amissos hinc jam obliviscere Grajos.

i. e. dimissos e castris. Neque enim perditi erant *Omitto* & integrum *Obmitto*. Ita enim in antiq. scripturis invenitur. *Missus* cibi, teste nonio: quia mittitur seu imponitur mensæ. Ut à traho, tractum, tractus: ita à mitto, missum, *missus*. Et rursum ut à fissum, fissile, ap. Virg. ita à missum *missile*. Ergo *Missilia* ἐκ πηγῆς omnia significat, quæ mitti solent. Sueton. in Nerone: Sparsa & populo *missilia* omnium rerum per omnes dies, singula quotidie millia, avium cujusque generis multiplex penus tesseræ frumentariæ, festis aurum, argentum gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ feræ, novissimè naves, insulæ, agri. Ab emitto, *emissum* fit *emissitius*. Hinc ap. Plaut. Aulul. a. 1. s. 1. *oculi emissitii*, h. e. qui hinc inde vertuntur, quasique emittuntur, etiam sua natura volubiles. Ita Apul. l. 2. Miles *Cuncta curiosis oculis arbitrabar*. Similiter ab *emissum* formatur *emissarius*, i. e. qui emittitur Ita Plin. l. 17. c. 23. est *palmes emissarius*. Sirac. 33. 6. *equus emissarius* Græcè dicitur ἵππος εἰς ὀχείαν. Lev. 16. 21. *hircus emissarius*: Græce ἀποπομπαῖος: qui emittitur in desertum. Mich. 1. 14. *Dabit emissarios* LXXII. ἐξαποστελλομένους, Quamvis pro Hebræo sonet: *Dato munera*: Nam שִׁלּוּחַ est munus aut donum: & itidem habet nomen à *mittendo*: uti *missilia* ap. Latinos. שָׁלַח est misit, emisit. De *Missa* multi laborant, qualisnam vox sit. Quidam Pontificium illud idolum intuiti vel à מִסַּת, quod contributionem notat Deut. 16. Vel מָעֻזִּים, Dan. 11. 38. quod idem est ac summum robur, deduxere. Sed non opus. Etiam Deus roborum מָעֻזִּים ap. Danielem est verus Deus Israelis: quod συνέπεια contextus & ipse scopus abunde ostendit. Et *Missa* verè Latinum est, quamvis recens: & apud gentes etiam ille ritus &. Polyd. Virg. l. 5. c. 12. In sacris Isidis unus ex sacerdotib. quem *Grammatea* vocant, solitus fuit renunciare præ foribus, ritu & sermone Græco, λαοῖς ἄφεσις:

populis *missio*. Plutarchus tradit inprimis consuevisse suo tempore Romanos peractis votis venerari deos, inque templis sedere & permanere, usque dum sacerdos, *Ilicet* pronunciasset. Dicitur ergo *missa* pro missio: sicuti *remissa*. Tertull. l. 4. contra Marc. Diximus de *remissa* peccatorum. Cyprianus de bono patientiæ: Qui *remissam* peccatorum erat daturus. Et l. 3. epist. 14. Qui blasphemat Spiritum S. *remissam* peccatorum non habet. Sep quur à mittendo tamen, *missa?* Aliis à *missis* eleemosynis vel collectis, quæ in Liturgia sacra mittebantur, hoc est. afferebantur, deinde pauperibus dabantur, ut ex Tertul, Justino & aliis liquet. Alcuinus & Paschasius à *transmissione* precum & oblationum populi, per ministerium & orationem, sacerdotis ad Deum. Alii, à remissione peccatorum putant desumtum. Alii è vetustis item scriptorib, colligunt, missam ab *emittendis* cathechumenis, energumenis & similib. & à *dimittendis* à sacro cœtu populis, dictam esse. In liturgia quæ Chrysostono tribuitur: Ante cantionem symboli apostolici diaconus clamat: Januas, Januas sapienter observemus, ne scilicet quis adsit sacris, qui inde *misi* & ejecti sunt, & quibus interesse non licet. August, de Temp. Serm. 237. & 244. & 251. Ecce post sermonem fit *missa* cathechumenis: manebunt fideles: uti pluribus de argumento hoc differit Hospin, Hist. Sacram. l. 2. c. 9. Et magnus ille Phil. Mornæus l. 1. Euch. c. 1. 3. 4. Nec non Casaub. contra Baron. Ex. 16. sect. 58.

Mitra, *μίτρα*, Græco filo ducitur, *ἀπὸ τῶν μίτων*: quia è filis peculiariter constat. Aut ab Hebr. מִדָּה, מַד, quod est vestis aut tegumentum *σύμμετρον* & corpori congruū. Quia vero *mitra* alias *vitta* Latinis est, *διάδημα* Græcis: rectissime orietur ab Hebr. מֵיתָר i. e. funis, *χοινίον*. מֵיתָרִים, funes, nervi Jer. 10. v. 20. Ps. 21. 13. Eustath, *μίτραν* exponit *ἀνάδημα ποιὸν τῆς κεφαλῆς*, i. e. redimiculum capitis: *ταινίαν*, fasciam. Ap. Homer. *μίτρα* etiam est cingulum militare & quidem latius. *Λύειν μίτραν*, ap. Catul. *solvere zonam*.

Ma-

Mœchus, plane Græcum μοιχὸς: qui alterius conjugium inquinat. *Mœchari* ap. Catull. Græce μοιχεύειν. Suidas etiam ponit μοιχάζω. Græc. μοιχὸς non incommode deducitur ab Hebr. מָחָה *machah*, quod est delere & corrumpere. LXXII. est ἀπαλείφειν. Etiam מָחַץ est percutere ac frangere. Chaldæis מַחָא est læsio & macula. Omnia τῷ μοιχῷ conveniunt.

Mollio, μαλακύνω, μαλακίζω, μαλάσσω: μαλακὸς mollis. Hebr. חָמַל, *chamal*, *mal*, i. e mollis fuit. Scal. Ex. 134. si nolim deducere molle παρὰ τὴν μολόχην, & placeat argutari: dederim ei vocabulo principia sumta ex Aramæis. Illi enim liquida *Moim* vocant. Unde & Venetiæ regionis angulus, cum lintea aut lina macerant, in *Smoia* esse dicunt. Hebræis מַיִם, id est, aquæ. *Mollusca* est species nucis à mollitie: ap. Plin. l. 14. c. 22. *Mulceo* quasi *Molliceo* dicitur Perotto: sed melius à μαλκίω. Hebræis נִמְלַץ est suave aut dulce esse, permulcere. A mulceo est *mulsum* adjectiv. & *mulseum*. *Promulsis* dicta est cœna veteribus, ut Turneb. in Advers. l. 1. c. 24. & Lips. 3. antiq. lect. tradunt, quod ante *mulsum* daretur. Varro 3. rei rust: Fanus venit ad altaria, & mel ad principia convivii, & in secundam mensam administratur. Alii *promulsidem* ajunt: quod mulsi vice dabatur convivis ad ciendam appetentiam. Horat. accinit: 2. Serm. 4. sat.

> ---- *Vacuis committere venis*
> *Nil nisi lene docet: Leni præcordia* mulso
> *Prolueris melius* - - -

Legi etiam potest, quod hic notavit Fr. Jun. in Tertull. de Pall. c. 5.

Momar, Sicula vox, μῶμαρ: significat μέμψιν, αἶσχος. Plaut. in prol. Menæch: Quid tu, ô *momar*, Sicule homo, præsumis? ubi non tantum *momar*, sed & *Siculus* pro stulto, inquit Jos Scal. Oritur vero à *Momus*, μῶμος. A Rad. Heb. מוּם, i. e. macula, vituperium, reprehensio, μῶμος, notante Buxtorf. LXXII. Hebr. מוּם vertunt per μῶμος.

Lev. 21. Num. 19. & alibi. Ἄμωμος Tertull. est *Invituperabilis* l. 4. contra Marcion.

Monachus, μοναχὸς: ut Hebr. בָּדָד, בַּד, quia sit solitarius, à μόνος. Ita & *monialis*. Ægyptii insignes sanctimonia & solitarios vocabant *Nonnos* & *Nonnas*. Quas etiam voces in Nomenclat. admisit Ad. Th. Siber. Etiam Rhodiginus & quidem ex Hieronymo meminit l. 5. c. 12. Gloss. Arab. latin. *Nonnus* major. *Monas*, μονὰς, ἀδος, i. e. unitas: sicut τριὰς, Trias. *Monas*. Isidoro est singularitas. In sancta lingua est מִין, i. e. solum, species, quæ uni soli convenit: idea, quæ ab aliis subtracta est. Habet itaque non parum cognationis cum מָנָה, distribuit singulatim.

Moneo, (prius *maneo* dixerunt) ut scopulum ambiguitatis effugerent & *mano* & *maneo*: à μνάω quasi μανάω, i. e. in memoriam revoco: μέμνημαι, unde *memini*. Ap. Auson. & Sidon. epist. 10. *meminens*. Ex eodem fonte fluit *memor*, h. e. qui meminit: Græcis itidem μνήμων. A memor *memoria*, μνήμη: h. e. vis animæ, quâ memores sumus: quâ servamus & retinemus ea, quæ beneficio sensuum percepimus. Scal. Ex. 307. f. 28. Memoria est vis animæ communis ad retinendum tam rerum imagines, i. e. phantasmata, quam notiones universales: easq; vel simplices vel complexas. Hæc ille. *Memoro*. μνημονεύω, est propriè *memor sum*, in memoriam reduco. Fest. *memorare est nunc dicere, nunc memoriæ mandare*, Valla l. 3. El. c. 58. confundit *memini & recordor*: quorum hoc majus est isto. Quippe *memini* est simpliciter in memoria volvo, μνάω, μνάομαι: at *recordor* est cum motione cordis repeto. *Mnemosynon*, μνημόσυνον: à μνάομαι. *Monumentum*, μνῆμα μνημεῖον. *Mentior* à *mentum*, & *meniscor* aut *miniscor*: quod apparet in comminiscor & commentum. Ut ita *mentior* sit mente fingo, aut è mente promo contra ipsam rem. Ab eodem inusitato *mentum* est etiam *mentio*: quomodo Græc. μνεία à μνάομαι. A *miniscor* fit quotidianum illud *Reminiscor*, i. e. in memoriam redeo. *Comminiscor*, i. e. excogito, memoria agito: à *miniscor*, à Gr. μιμνήσκομαι,

μιμνή-

μιμνήσκω. Frequentativum eſt, *commentari*, commentator & ſimilia. Gloſſ. *Commentum*, ἐνθύμημα, Sicuti *rememntus* exſtat in Gloſſario, i. e. ἀναμνησθείς. Et in Gloſſ. Iſid. *ementum* excogitatio. Cæterum ex origine elicitur diſcrimen inter *moneo* & *hortor*. *Admoneo* & *commoneo* ſunt verba memoriæ: *hortor* & *adhortor* ſunt verba incitationis ac impulſionis. Scal. l. 3. poet. c. 105. ad conſequendum movemur aut ea, quæ in mente noſtra eſt, ratione: aut extrinſecus aliorum impulſu. Id vero dicitur *hortatio*, quia Græci ſic loqvuti ſunt. Eſt enim ὁρμὴ impetus. ὄρω, i. e. excito, impello. Ab Heb. עוּר, *hur*, i. e. excitavit. Et רַעַם, eſt impetus, ὁρμή. A moneo eſt *monumentum*, quod ita ſcribitur κατ᾽ ἀναλογίαν, ut *nocumentum*, *documentum*. Idque firmant etiam vet. libri & lapides: ap. Manut. Interim & monimentum toleratur, tanquam à *monitu*: ſicut optimus & optumus, libens ac lubens, quo poſteriori Comici imprimis utuntur. Cic. in Epiſt. ad C. Cæſ. Quæ *monumenti* ratio ſit, nomine ipſo admoneor: ad *memoriam* magis ſpectare debet poſteritatis; quam ad præſentis temporis gratiam. Plaut. Stich. act. 1. ſc. 2. lora è corio bubulo, vocat *monumenta bubula*: ut quæ monent hominem officii. Videatur hîc etiam Briſſ. l. 7. de Form. Item à moneo, *monile*, quod loco μνήματος: ut à ſedeo ſedile, à caveo cavile. *Monedula* Scal. in Ariſtot. hiſt. anim. l. 9. c. 30. monedula nomen fuit augurum, quoniam eſſet oſcen: *monere* autem loqui. Scal. ad Tibul. 5. Huc veniat *natalis avis*; notat: *avis* eſt cornix, quam concordiæ ſymbolon in nuptiis veteres invocabant. Natalis Dea eſt Juno, quæ eſt nuptialis, cujus ea ales in tutela eſt. Unde & *monetula* congener ejus avis dicitur: quia Juno *Moneta* cognominatur. Poſterior ætas per D, *monedula*. A monendo *Moneta*. Cum enim, inquit Cic. 1. de divinat. terræ motus eſſet, ut ſui plena procuratio fieret, vox ab æde Junonis ex arce extitit: quocirca Juno *moneta* cognominata eſt. Νόμισμα item *Moneta*: quia nota illa & de valore & de autore admonet.

Mon

Mons, Scal. l.3. poet. c. 90. *Qui montem* à monendo, non à movendo, quemadmodum illi, quibus contradiceunt, sentiebant: quid enim moneat mons? sed à manendo μένω, μενῶ, μέμονα: unde μόνος, qui solus mansisset, neque abiisset. Et montes soli sunt, nec inhabitantur. *Mons* pro copia aut cumulo. Virg. 1. Æn. Præruptus aquæ *mons*. Plaut. Pseud. act. 1. sc. 2. *montes* frumenti; pro maxima vi & copia. Terent. Phorm. act. 1. sc. 2. *Montes* auri polliceris. Prudent. Peristeph. *Montes* monetæ conditos. Eadem notione sumitur & *mare*, θάλασσα, ut paulo ante notavimus. *Promontorium* est mons ante mare eminens, quasi prominens mons, à *pro* & *mons*. Ut ita Turneb. l.13. c.18. non rectè à *promineo* derivet. Nec etiam patitur analogia.

Monstrum, Cic. pro S. Rosc. Amer. *portentum atq; monstrum certissimum est.* Ad illud Matth. Dress.: *Monstrum* (inquit) *proprie est fœtus à specie sua degenerans* Verum contra ipse Cic. communius esse docet, à monstrando. 2. de Nat. Deor. *monstra*, prædictiones, præsensiones rerum futurarum. quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quæ futura sunt, portendi, prædici? Ex quo illa *ostenta*, *monstra*, *portenta*, *prodigia* dicuntur. Idem 2. de div portentorum exercitatissimi interpretes extiterunt. Quorum quidem vim, verba ipsa prudenter à majoribus posita declarant. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt: *ostenta*, *portenta*, *monstra*, *prodigia*, dicuntur. Hæc ille. At falsissime *prodigium* facit à prædico. Est enim à *prodigo*, i. e. quod ante agatur, & agat mortales in cognitionem futuri. Ut *adagium* ab adigo: *aquagium* ab aqua & ago: ita *prodigium* quasi prodagium. Scal. in Theoph. de pl. *prodigium* est σημεῖον terra significans: quod aruspicum prudentia disciplinaq; expiatur. Dictum quod *porro agatur*, i. e. averruncetur. Atqui *ostentum* rite dicitur ab *ostendo*: quia ejusmodi signum aliquid omnino *ostendit* & futurum notat. Ubi *portentum* à portendo: quod est *porro tendo* & ita præmonstro aliquid. Festus: Portenta, *quæ quid porro tendatur, indicant*. Ostenta, *quæ tantum ostendunt*.

Sed

Digitized by Google

Sed redeo ad *monstrum*. A quo potius verbum, *monstro*, ducerem. *Monstrum* à *monitum*, *montum*: ut à rado, rasum, rastrum: à rodo, rosum, rostrum: à plaudo, plausum, plaustrum: à claudo, clausum, claustrum: à tondeo, tontum, tonstrum: quod tamen exolevit. ita à monitum *monstrum*. Fest. *Monstrum*, ut Ælius Stilo interpretatur, à *monendo* dictum est, velut *monestrum*. Gloss. *Monstrum*, τέρας, σημεῖον, παράδειγμα. Ut ita proprie *monstrum* nihil aliud sit, quam quod de aliquo & inprimis futuro monet: tanquam singulare monitum & documentum. Aristot. 4. de Gen. an. c. 4. ἔστι γὰρ τὸ τέρας τῶν παρὰ φύσιν τι. παρὰ φύσιν δ' οὐ πᾶσαν, ἀλλὰ τὴν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Scal. Ex. 221. *monstra sunt præter opera naturæ*. Veteres ut castrum, castellum: ita *monstrum*, *mostellum*, omisso N dixere: ut semestre pro semenstre. Ex quo Plauti *mostellaria*: quia in ea Poeta multa ridicula ciet: quo sensu quoque nominatur φάσμα. Gloss. φάσμα *mostellum*.

Moretum, μορητὸν: Attice μυττωτός. A μορέω, μόρος. Ob diversas partes, è quibus miscetur. *Mortarium*, in quo aliquid teritur: suspicor sic quasi *Moretarium* vocari, quod in eo *moreta* intritaque fiebant: unde & in quibusdam manuscriptis *Moretarium* integre reperimus. Unde contractum in *mortarium* tandem est vocabulum ipso usu: ut & à *morte* earum rerum, quæ teruntur, non desunt, qui putent deductum: sed ἀπειροκάλως. Jos. Scal. in Moret. Etymi ratio à Græca lingua. In ea μυσσωτός, & attice μυττωτός. Inde *Mosetum*: deinde pro *moseto*, *moretum*: ut *Valesius*, *Valerius*. Græci igitur μυσσωτοῦ nomine, nihil aliud, quam alliatum intritum intelligunt: ut & Latini quoque Hesych.: Μυττωτὸν τὸ διὰ σκορόδων τρίμμα τι ἐξ ἀρτυμάτων πολλῶν συντιθέμενον. Diosc. lib 2. c. 146. similia habet. Ovidius *herbosum moretum* ideo dixit.

Morticinus, altera longa: ut à vicus vicinus, à medicus medicinus, unde *medicina*: à formica *frmicinus* in Plauto: à clam clandestinus Sic à morte morticinus. Jos. Scal. *morticina ovibus* dicebantur. Etiam *morticinus* convicium

convicium erat in tetros & exsangui facie homines, qui mortuos aut cadavera æmulentur, Plaut. in pers. act. 2. s. 4. Ap. Terent. est *cadaverosa* facies. Plutarch. vocat νεκρώδεις. alias Græci δημητρίους καὶ δημητριακούς. Gloss. *morticina*, θνήσιμα. Lev. 22. 8. morticinum aut discerptum ne comedito.

Morus, μωρὸς ἢ μῶρος, i. e. fatuus: παρὰ τὸ ὁρᾶν. Quod cæco impetu quasi ruat. Μωραίνομαι stultus fio, desipio. Matt. 5. 13. & Luc. 14. vers. 34. ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ: cum vero sal infatuatus fuerit. Hein. Steph in prim. palæst. Haut, *inquit*, audivi unquam ullam de hoc verbo μωρανθῇ esse ortam suspicionem. At mihi propemodum μαρὸν aut saltim ἀπόμαρον videtur, credere μαρανθῇ ab ipsis Evangelistis scriptum fuisse. Ac veteris interpretis autoritas (quæ & alibi magna est apud me) hanc mihi suspicionem augere potest, vertentis, *Quod si sal evanuerit*, atque ita ostendentis apertissime, se quoque illam lectionem non seqvutum esse. Hæc ille. Verum omnia manuscripta constanter μωρανθῇ præ se ferunt, quæ Steppanus idem industriosissimus numero plurima contulit & accurate inspexit: non autem μαρανθῇ. Sicuti etiam Syrus interpres Melancht. Erasm. Pagnin. Arias Mont. Tremell. Beza, & alii omnes tam nuperi, quam veteres per *infatuatus* vertunt. Neque tanta est veteris interpretis autoritas, ut quem in locis innumeris exorbitasse novimus. Neque τὸ *evanesco* & μαραίνομαι aliqua huc quadrat. Ut quorum hoc est, maresco, tabesco: & quî sali conveniat? Illud vero textui repugnat, qui loquitur non de sale, qui *evanuerit* aut omnino ablatus sit, vel resolutus: Sed de ejus corruptione, qui aptus ad saliendum amplius non sit. Etsi enim sal alias acrimonia insigni valet, & putredinem indole nativa pellit: tamen, ut omnia hæc sublunaria, ita & ipse tandem diuturno situ & à contrariis corrumpitur viribus. Atque illud πάθος dici solet *stupor*, ubi sal fit stupidus, aut insipidus quasi, aut insulsus: Sicut Marcus explicat c. 9. v. 50. ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, i. e. cum vero sal *insulsus* fuerit factus. Sal igitur ita corruptus, ut eo non uti amplius possis,

Digitized by Google

possis, κατὰ μεταφορὰν dicitur μωρὸς vel μωραίνεις: Sicuti & *insulsus* alioquin est fatuus, stultus: & contra, *sal*, *sales*, *salitus*, notant sapientiam ac circumspectionem.

Morus, μορέα. *Morum*. μόρον, fructus. Plin. l. 16. c. 26. *Morus, novissima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum* In sancta lingua est בָּכָא, i. e. morus, arbor quæ producit baccas succi plenas. Ex quo Latin. est *Bacca*. Etiam *Sycomorus*, συκομορέα: arbor foliis mori, quæ fructum fert figura ficus. A συκῆ & μορέα. Celso est *morosycos*. Itidem *Sycaminus*, συκάμινος, est morus. Συκάμινον morum. Hesych. συκάμινα, ἄβρυνα, βάτινα. Galeno βάτινα. Demetrius Ixio eadem putat esse συκάμινα & μόρα & dici συκάμινα, quasi σῦκον ἀμείνω. vel ab Hebr. שִׁקְמִים, Sicomori: Jes. 9.

Moses, Heb. מֹשֶׁה, *Mosche*, i. e. tractus vel eductus: scilicet ex aquis. Nota historia Exod. 2. 10. Eapropter ὑδογενὴς dicitur *Moses* in Orphaicis Onomacriti. Quia ex aqua retractus & ita quasi de novo *genitus* fuit. Thema est מָשָׁה, *maschah*, i. e. traxit, protraxit. Tertull. vet. interpres & alii scribunt, *Moyses*: etiam μωϋσῆς habent LXXII Græci. *Quædam exemplaria Marci 9.5. μωϋσεῖ scriptum habebant*, inquit Beza. Philo Judæus de vita Mosis l. 1. τὸ ὕδωρ Μῶς (alii μῶ vel μῶϋ legunt) ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι. Josephus lib. 1. contra Appion. *Verum nomen significat ex aqua servatum* Μωϋσῆν: τὸ γὰρ ὕδωρ οἱ Αἰγύπτιοι Μῶϋ καλοῦσιν. Idem libr. 2. antiq. Jud. c. 5. aquam Ægyptii *Mo*, Μῶ, vocant: *Yses*, Yσῆς, vero servatos. Quare composita voce ex utrisque, hoc ipsum nomen *Mosi* impositum fuit. Idque sequitur etiam Cl. Alexandr. l. 1. Strom. At rectius est *Moses*. Scribitur enim Hebræis מֹשֶׁה, *mosche*, h. e. extractus vel eductus, ἀνασπαστός. Quia ex aquis מְשִׁיתִהוּ extraxi eum, inquit filia Pharonis Exod. 2. vers. 10. Syris itidem *Muse* κατ' ἀντίστιχον. Et Græce legitur Μωσῆς, in Novo Testamento quod Erasm. Heinr. Steph. Beza & Casaub. collatis inter se codiciqus ediderunt. Porro *Monion* apud Ægyptios fuisse dictum confirmat Abben Hezra,

Hezrà, qui Hebræis *Moſche* appellatur: eoq; nomine à veterib. hiſtoriographis nominatum. Sed ille ut fallatur, metuimus. Nam *Monios* Ægyptiis ſententia Tremellii & Junii eſt rex ille *Menes*, cujus Herodot. Diod. Siculus & alii meminerunt.

Muccus, recte enim, c, geminatur, ut ſit diſcrimen, à *Mucus*: Et *muccus* à *mugo*, ut ſuccus à ſugo. Eſt enim ſuccus id, quod alimenti cauſa ſugi poteſt: ὀπὸς Græcè. Pro *mugo* nunc *mungo*: ut tango, ranceo: pro tago raceo. Mugo & mungo à μύσσω: muccus eſt μύξα. *Μυκτὴρ*, i. e. naſus, per quem muccus defluit. *Muccinium*, ῥινόμακτρον, quo abſtergitur. Græc. vero μύσσω fit ab Hebr. מִיץ, *miz*, quod idem; veluti τὸ μύζω, i.e. ſugo, à מָצָה, *mazah*, quod pariter idem. A *mugo* fit etiam *mugil*, qui etiam κέφαλος i. e. *capito* vocatur. Græcis ſimiliter eſt μύξων à μύξα, i. e. muccus. Ratio evidens: quia *mugil* aut μύξων ſuo *mucco* veſcitur. Ariſt. l. 8. hiſt. Anim. c. 5. ἔστι δὲ ὁ μὲν κέφαλος ὅν καλοῦσί τινες χελλῶνα, πρόσγειος· ὁ δὲ περαίας, οὔ· βόσκεται δὲ ὁ περαίας μύξαν τὴν ἀφ' αὑτοῦ. διὸ καὶ νῆστις ἐστὶν ἀεὶ, οἱ δὲ κέφαλοι, νέμονται τὴν ἰλύν. διὸ καὶ βαρεῖς καὶ βλεννώδεις εἰσίν, id eſt, *interprete J. C. Scal.*: In genere *capitonum* is, quem *labeonem* vocant, litoralis eſt. Alter autem procul incolit: atque hic quidem *ſuo mucco* alitur. Icircoque ſemper jejunio inanis eſt. Capitones autem paſcuntur limo ac propterea graves & cœnoſi ſunt. *Idem Scal. in Ariſt. hiſt. l. 2. c. 16.* Mugilum nomina multa Græcis & Italis. Latini hoc tantum nôrunt. Nam *Cephali* vox Græca eſt. *Et mox*: Species digerit, κέφαλον, κεστρέα, χελλῶνα, μύξινον. In quib. etiam ordinem ſtatuit ad veſcendum. *Cephalum* præſtantiſſimum: ſecundo loco κεστρέα: tertio *myxinos*: poſtremo χελλῶνες: quos etiam *bacchos* cognominat. Agnoſcunt etiam *ſargum* inter mugiles: alium à ſargo, de quo Oppianus. Quam ambiguitatem ut tollant, *ſargonem* non *ſargum* nominarunt. Sicuti *myxonem*, quem ſupra *myxinum*, alii *mixum*. Præterea aliam quoque ſpeciem, quam φερραῖον appellant. Ac *Chelonem* quidem propter terram degere, alique ſabulo & limo: *pheraum* autem procul à terra & ali *ſuo mucco*.

Ubi

Ubi videris, an ſit *myxon*. Autores enim diverſis nominibus ſæpe eandem ſpeciem repræſentant: dum nihil volunt omittere. Hæc Scal.

Mucus, C, ſimplici, i. e. *διερός*. *Mucidus*, *διερώδης ἢ σηπτός*, ut panis mucidus: ſcilicet è ſitu diuturno. Signate Juven. Sat. 14. Mucida cœrulei panis conſumere fruſta. Oritur ex Heb. מַק, mucus fœtidus, mucor. Affine eſt מָכַךְ & מוּךְ, tenuem aut mucidum fieri. Ut & Latina *mucus, muceo, muceſco* cognata ſunt τῷ *maceo, macies, maceſco, marceo, marceſco*.

Mucro. Serv. ad illud Virg. 11. Æn.

----- *Alto ſtat vulnere mucro.*

Hinc (ait) apparet, *mucronem* eſſe cujuslibet teli acumen. Et Lex. Calep. *mucro* proprie cuſpis & acumen enſis ac telorum. Id eſt, τὸ μικρὸν, unde mucro. Nihil enim tenuius, aut μικρότερον, quam extremum in enſe, aut quovis alio.

Lucret.

Ancipiti quoniam mucrone utrimque notantur.

Id eſt, fine, ſive extremo, quod parvum, μικρόν: Ergo figurate capitur *mucro*, pro gladio ipſo aut enſe. *Μικρὸν* Dorice effertur μικκόν: unde *Mica*, quæ exiguum notat fruſtulum, τὸ μικρόν.

Mulgeo, μέλγω & ἀμέλγω. Teſtatur compoſitum βουμολγὸς, *Bumulgus*. A verbo fit etiam *mulctra*, h. e. vas in quo mulgetur. A mulgeo, non eſt *promulgo*, ſed quaſi *provulgo* à vulgus. Vel rectius à προμολογέω. Ut promulgare ſit in publico, aut in conventu aliquid proponere, vel dicere: quod innuit τὸ πρὸ & ὁμοῦ.

Mulier, quaſi *mollier*: a *mollitie* hujus ſexus. Quod molle, varium, & mutabile, 1. Pet. 3. 7. ἀσθενέστερον σκεῦος. Tertiã in obliquis rite corripitur. Mart. l. 1. ep. Amethyſtinaſque *mulierum* vocat veſtes, correpto E. Nec exemplum contrarium ex erudita antiquitate oſtenditur. Qui Priſcianum allegant, ſi ipſius non quidem verba, ſed mentem æſtimaverint, hinc illum facile ablegabunt, inquit Taubmanus.

quaſi *merex*. Quia autem vertigo conchæ in acutum tendit: ideo etiam murex ſignificat acumina ſive res quasdam acutas. Serv. ad illud Virg. 5. Æn. & acuto in *murice* remi; notat, ſaxi acumen eminens per tranquillitatem: cum alibi ſignificet piſcem, cujus ſucco purpura tingitur. Iſid. iterum l. 16. orig. c. 3. *Murices* petræ in litore, ſimiles muricibus vivis, acutiſſimæ & navibus perniciosæ. Amplius & *murices* ſunt triboli, i. e. aculei ferrei, quos Galli *calciatrappæ*, Germ. Fuß-angel nominant. Val. Max. l. 3. Suadentibus quibusdam, ut circa mœnia urbis, quam obſideret, ferreos *murices* ſpargeret. *Fulgent.* Intuemur, inquit, arva, quib. adhuc impreſſæ bellantium plantæ, *muricatos* (quod ajunt) ſigillaverunt greſſus. Ap. Q. Curt. l. 4. Bion quidam transfuga nunciat regi, *murices* ferreos in terram defodiſſe Darium: ut plurib. monet præſtantiſſ. noſter Rittersh. in l. 6. Salviani.

Murmur. Dum paulo attentius Naturæ rerum, aut ſaltim propria cognoſcuntur, eo meliora nomina exſtant. Nempe quæ juſta literarum proportione ac qualitate res ipſas veluti pingant. Quæ cauſa, quod etiam advena, cui tamen res aliqua notæ, audita ejusmodi voce, quid ſignificetur, ocius intelligat. Talia vocant Græci πεποιημένα: quia cum natura, aut è natura rerum veluti facta ſint.

Lucretius.

---- *Varios linguæ ſonitus natura ſubegit Mittere.*

Et vero propterea omnium ſunt optima. Quo enim ſignum rectius ſuo fungitur officio, i. e. indicat: eo præſtantius merito. Huc conſcribam aliquot, quæ inter prima offeruntur: ut ſententia noſtra muniatur, contra ſciolos atq; zoilos, qui ex occulto vituperant, ſi tale quid inaudiunt: ipſi non prodeunt, ſed latent, & ut proverbium habet, ἔθ' ὕονται, ἔθ' ἡλιῶνται. Talia ſunt *murmur, murmurare*, μορμύζειν, βορβορύζειν, τονθορύζειν. Et German. Murren. Iſidor. gloſſ. *Murrare*, murmurare. Audis indignationem & vocem ipſam murmurantis. Quinctil. l. 8. c. 6. Sunt plurima ita poſita ab his, qui ſer-

monem primi fecerunt, aptantes affectibus vocem. Nam *mugitus* & *sibilus* & *murmur* inde venerunt.

Lucret. graphice:

---- *Graviter sub murmure mugit.*

Et lib. 6.

---- *Murmura Percurrunt cælum.*

Item Persius:

---- *Nec clauso murmure raucus.*

Mitius istis sonant, θρυλλεῖν, θρύλλος: κελαρύζειν, λακηδίζειν, ψιθυρίζειν, χωλλεῖν. Efficax vero est τὸ βροντᾶν, βροντή. Nec non *fremere*, βρέμειν. *Fremitus*, βρόμος. *Bromius*, βρόμιος, i. e. Bacchus. Et *Bromia* ap. Comicum. *Frendere*, βρύχειν est dentes vi quadam collidere, aut fremere. Ap. Heb. חָרַק, *charak*, i. e. frenduit. Ipse sonus verbi æmulatur. Et Maro, 3. 8. 10. Æn.

Dentibus infrendens ------

Satis proprie. Nam quod Servius ait proprium esse aprorum, & poni ibi translate, nihil probat. Nobis tam Poetæ, quam naturæ ductus potior; & instar causæ maximæ. Postea autem *frendere* est *frangere*: quia fit dentib. Hinc *frendere fabam*: & *fressa faba*, ἐρεγμός. Etiam *Nefrens*, *nefrendis* & *nefrendus*, puer vel senex, qui alimenta dentibus frendere, i. e. frangere nequit. Aptissime quoque rem suam significat τὸ ῥέγχειν, *rhonchare*: ῥόγχος, *Rhonchus*. Idque tum propter R, tum propter halitum, quem ducit sopitus, & propter O sonorum. Causa hæc est. In somno calor quasi vocatur ad interiora membra, & cor etiam calidis ac fuliginosis halitibus magis obsidetur, quam in vigilia. Unde sopitus respirare gravius & quandoque etiam rhonchos ducere solet. Sed & attende *Bombum*, βόμβος, unde βόμβυξ, *bombyx*: & βομβύλη apis, sic dicta à susurro: uti etiam ap. Hebr. דְּבוֹרָה, *deborah*, apis ab eodem susurro, quasique loquela (à דָּבַר loqui) nominatur. Iste Lucretii versus singulari cura ita factus, ut gravitatem soni præ se ferat: *Et roboat raucum retrocita barbara bombum.* *Bombilo*, aut *bombo* βομβεῖν: βόμβαξ. Item *bombalio* non aliun-

aliunde. Et hujus generis *Crembalum*, κρέμβαλον. Et adhuc mollius *Cymbalon*. Iṡid. l. 3. cap. 21. Græci dicunt cymbala *ballematica*. A βάλζειν, quod est, ut ait Suid. τὰ κύμβαλα κτύπειν. Item signatissima vox est *bombarda*: quasi bombus ardens, machina illa πυρίκβολος, πυρβόλος. Annales superiores dicunt *Lombardam*, teste Lipſ. in Poliorc. Similiter *bronteum*, βροντεῖον, à fragore, quasi quodam tonitru. Item *Sclopetum* à *sclopus*: quando spiritus cum impetu erumpit: aut *stloppus*, stloppetum; ut magis intendatur.

Perſ. Sat. 5.

Nec stloppo tumidas intendis rumpere buccas.

Sic enim habent vet. membranæ. *Ruspari* & *corruspari* Plautinum, & in Festo ac Nonio est quærere, scrutari, aut aliud quid agere strepitu excitato, qui ab R. V. S. P. quasi pingitur. Ut cum librum avidè evolvimus. Tertull. de pall. *Alibi stipantem copiam, alibi deserentem, runcare atque ruspare consuluit.*

Paul. Meliſſ. Poeta.

------ Palma ruspante poemata versas.

Simile est Græc. ῥάσσειν: ubi quid amputamus, aut vi abscindimus: & σπαράσσειν. Et Hebr. רָצַץ, i. e. quassavit. Sic σμαραγεῖν est rerum strepentium, vel stridentium: ut & ῥαθαγεῖν: adhuc illo fortius, συῤῥαθαγεῖν. Nec ab istis aliena: ῥοθεῖν, ῥόθος: ῥοιζεῖν, ῥοῖζος. Et Hebr. עָרַץ, item רָעַשׁ, & רָצָא & similia. Ab S ficta sunt, σιωπᾶν, σιγᾶν, *silere*: ut observat etiam Fronto, & Perottus. Plaut. in pœnulo conjungit: *Sileteq. & tacite atq. animum advertite.* A σιγάω est *Sigaleon*.

Auſonius:

Aut tua Sigaleon Ægyptius oscula signet.

Si enim nota silentii, quod facile & celeriter audiatur propter sibilum, qui penitrabilis. Hinc & Hebr. הָסָה, i. e. siluit: etiam inde σιγᾶ, modica mutatione. Etiam שְׁלָא Chald. & Syris est cessare, vacare, quiescere: immo quoque silere. Ut Marci 4. 39. שְׁלִי σιώπα, sile.

 In-

Digitized by Google

Insuper *ST* indicentis silentium, ap. Comicos. Itidem ob strepitum ac sibilum literæ S factum est *sibilo*, antiquitus *sifilo*. Gr. σιφλόω, i. e. ignominiâ afficio. Σιφλὸς est irrisio, vituperium: contractè è σιπαλὸς, ἢ σίπαλος. Itidem Hebr. est שִׁבֹּלֶת *schibboleth*, sibilus aquarum, fluctus quasi sibilans: item sibilus, qui è tibia & aristis. Ut *sibilare*: ita exstitit quoque σίζειν: cum ferrum candens, aut candela aquæ inditur.

Lucret. attigit:

Ut calidis candens ferrum, è fornacibus olim
Sridit, ubi in gelidum properè demersimus imbrem.

Stridit, i. e. σίζει. Ap. Aristoph. τὸ ἐπισίζειν est canes instigare, vocare. Quod nobis hodieque usitatiss. Sic ψιττάζειν est sonare illud ψίττα pastorum, quo gregem permulcent & incitant, σίττα, φίττα, ψίττα. *Tussis* à tussione, quâ thorax tussientis movetur, & ita quidquid spirandi instrumentis molestum accidit, expellitur. Etiam *Tussis* exstitit propter V, quod sono obtusiore: & propter sibilum duplicem, SS. Sicut Græcanicum βήσσειν, βήττειν, i. e. tussire. Ut asperius sonet: βρήσσειν, βρήττειν. Porro τὸ σπίζειν est serpentis, quæ sibilat: itemque avis, quæ inde σπίνος, & σπίζα appellatur. Τὸ ξέειν est radere. Eustathius fictum ait è sonitu ξ. Ut Hebr. קָצַץ, è litera צ. Verbum τραυλίζειν est balbi, vel balbutientis ὁ τραυλὸς balbus.

Lucret.

Balba loqui non quit, traulizi ———

Ejusdem significatus est & ψελλίζειν, ψελλὸς. Insuper Ἐλελίζειν καὶ ἀλαλάζειν est militum, & alior. ubi res bene gesta. Ut Heb. צָהַל, *zahal*. Item ποππύζειν, & ποππάζειν: πόππυξ sibilantis est & blandè demulcentis. Ut & ποππύζειν. Hesych. ποππύσματα, κολακεύματα. Latinè poppyzo, aut poppysso. Ποππυσμὸς, *poppysmus*. Ita blandientis quoque τὸ εἶα, *Eja*. Literæ omnes molliculæ, & suaves. *Halare*, ut Græcor. ἀάζειν, genitum est oscitatione, dumque os aliquanto diducitur cum flatu validiori. Βαβάζειν, inaniter blaterantium est, vel nugantium.

Digitized by Google

rium. Unde & eadem forma Latin. *babare.* Gloss. *Babit* γαυριᾷ, Gloss. Isid. *Babigera* stulta: *babiger* stultus, qui inutilia & inepta fatur, uti fatuorum mos est. *Taratantara* Ennii: & *Tantarara,* ἄφθογγον, ac tubæ sono accommodatum. Enn. 2. annal. *A tuba terribili sonitu taratantara dixit.* A voce anseris rudimenta cepit. Hebræor. quoque חֲצֹצְרָה tale est, nempe tuba. *Serra* ab illo strepitu. Inde Lucret.

——— *Serræ stridentis acerbum Horrorem,*

elegantiss. dixit Isidor. l. 19. c. 19. *Serræ nomen de sono factum est, i. e. à stridore.* Etiam ῥίνη propter duas primas non est minimum inter τὰ ὀνοματοποιημένα. Asperè enim sonat & exiliter illud fabrile instrumentum. Ejus generis est etiam κρίζειν: mollius λίγξειν. At Latin. *Lima* posterius est Græco, propter liquidam. *Raucus, raucedo,* ob asperitatem τῦ R. & gravitatem vocalium sequentium; non est contemnendum. Sicut & Græc. βράγχος. Verba sunt *Rauceo, raucesco.* Nonius, *ravis* est raucitas, h. e. vocis asperitas. Onomast. Ravis, φωνῆς ἀποκοπή. Isidor. *ravit,* i. e. raucè loquitur. Lucill. *Rausuro Tragicus qui carmina perdit Oreste.* Prisc. l. 10. *raucio, rausi, rausum.* Gloss. *raucit* βραγχιᾷ: A *ravis* est *ravus* Adjectivum. Fest. *Ravam* vocem significare ait Verrius *raucam* & parum liquidam; proxime canum latratum. Horat. lupam nominat *Ravam;* quia raucedinem pariat. Quod omnes jactitant: causam venantur Physici. Plinius lib. 8. cap. 22. Itaque non putant assentiendum Jan. Guilielmo l. 3. c. 9. Cui canitie (inquit) caput jam inspergitur, ravus est: unde ravam Lupam Horatius l. 3. od. 27. dixit, pro cana. Nam *ravus* propriè & primò de voce illa obtusa, quam diximus: dein de colore capitur. Nec tralatio ista infrequens. Ita acutum πρώτως de cuspide: δευτέρως de sono, de ingenio usurpatur. *Crabro,* ab hujus insecti stridore ingrato. Virgil. 4. Georg. æmulatur.

Aut asper *crabro* imparibus se immiscuit armis.

Vagire quid sit, exponit Agell. lib. 16. c. 17. Noct. Att. *Vaticanus* deus nominatus, penes quem essent vocis

humanæ initia. Quoniam pueri simulatque parti sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano, syllaba est. Iccirco *Vagire* dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. A vagio fit *Vagilo*, *Vagulo*, *Vagulor*, quod est, queror cum convicio, ploro & clarè clamo. Explicatur amplius à Rævardo ad L. 12 Tab. c. 11. Porro etiam *Lallare*, ut Græc. βρύλλειν, vox itidem ætatis teneræ. Tum enim organa minus apta ad exprimendum elementa cætera; utpote quæ difficiliora sunt. Iterum vox puerор. *Cacare*, κακκᾶν & χακκᾶν. Nec multum absimile τὸ κάππαξ. Poetæ, *cacata charta*. *Cacibora* avis, ap. Indos; quæ aliar. avium stercore alitur. *Lambere* non obscurè etiam à sono illius actionis, ut canum, luporum: sicut Græc. λάπτω, λαπάζω, λαπάττω: & Hebr. לָקַק, i. e. lambit. Hesych. λάπτοντες, πίνοντες τῇ γλώσσῃ. *Barrire* est elephantis. De *barritu militari* evolvatur Lipsf. l. 4. de mil. Rom. dial. 11. *Hinnire*, χρεμετίζειν, equi. *Rugire* leonis. Τὸ G etiam Hebræi agnoscunt in suo שָׁאַג, i. e. rugiit: quod ajunt competere leonibus proprie. LXXII. vertunt ὠρύεσθαι, βοᾶν, κράζειν, ἐρεύγεσθαι. Etiam שְׁאָגָה ὤρυμα, βρύχημα, θύμος. Etiam Arab. רג prope accedit, quod est tremere ac fremere. Anton. Geta ap. Spartian. ursi sæviunt, leones rugiunt, leopardi rictant. *Boare*, βοᾶν bovis. *Mugire*, μυκᾶν, vaccæ. Heb. גָּעָה, i. e. mugiit. *Muginari*, fit uti vulpinari, bovinari. Nonio est murmurare, γογγύζειν. Festo nugari & tarde conari. Cic. l. 16. Att. Dum tu *muginaris*, nec mihi quidquam rescribis. Tamen ἰδίως est mugitum bovis æmulari: atque ex eo metaphoræ. Ita μηκᾶσθαι ἢ μηκάζειν. Lat. *Mecare*, Germ. Meckern/ capræ. Cani propter literam caninam R tribuitur, *Latrare*: propter liquidam ap. Græc. τὸ ὑλᾶν καὶ ὑλακτεῖν: Unde *Hylax*, *hylactor*. Ab Heb. ילל in Hiphil הֵילִיל quod est ululare, fit ὑλᾶν. Utroque melius τὰ βαΰζω, βαυβαίνω, *baubo*: si de majorib. loquamur canib. Hebr. נָבַח, i. e. latravit, non parum assonat. Lucretius, dum passivâ voce protulit, etiam

etiam plus tumultus excitavit, *baubantur.* Vox est βαῦ βαῦ. Et Aristoph. cum canes latrantes, seu potius baubantes imitari vellet, αὖ αὖ. *Au au* commentus fuit. *Baucalium*, βαυκάλιον, etiam à βαΰζω. Est vas angusti oris, quod βαΰζει cum aqua infunditur. Exstat *baucale* in pontificali Roman. *Coaxare* & *quaxare* in Festo: κοὰξ, *Coax*, apprime Ranis convenit. Quo alludere etiam Ovid. videtur l. 6. Metam. Quamvis sint *sub aqua, sub aqua* maledicere tentant. Loquitur enim de agricolis à dea in ranas mutatis. Neque dissonat *Batrachus* βάτραχος, βατραχίζειν. Quamvis παρὰ τὴν βοὴν τραχεῖαν ἔχειν, Etymologi flectant. Tamen naturæ autoritas præponderat. Illud vero Aristophanis lepidum & consonum, si quæ alia: βρεκεκεκὲξ, κοὰξ κοάξ. *Rana* (inquit Varro l. 4.) à sua voce dicta est: sed obscurius, præ illis Græcor. Sonat enim *ra-ra*. Etiam assonat Heb רָנַן i. e. exclamavit, insonuit voce læta & clara. Aut à רָנָה *ranah*, quod idem.

Virgil. 1. Georg.

------ *Veterem in limo ranæ cecinere querelam.*

Horat. 1. Serm. 5. Sat.

------ *Ranæq; palustres*
Avertunt somnos ------

Perdix, παρὰ τὸ πέρδειν. Eum quippe sonum edit. Unde κακκαβίζειν quoque dicitur: & κάκκη fœtor, Jos. Scalig. Latinè potes, *Cacabare*: κακκάβα perdix. *Bubo* à cantu, quē edit, *dirum mortalibus omen.* Ut βύας: si Υ more antiquo enuncies. Plin. l. 10. c. 12. Verbum est βύζειν: Lat. *bubare*; aut *bubulare*, V duplicato. Alias *Bubo*, βουβὼν tumor est παρὰ φύσιν in corpore: Sed & κικκαβαῦ vox noctuæ. Κικκαβὴ noctua ab illo sono. Et *Coturnix*, ὄρτυξ ap. Fest. à sua voce. Maximè si ipsas syllabas tractu toni divisim *co-tur-nix* iteres. *Turtur* etiam ab ἰδιοφωνία. Græcis τρυγὼν, τρυγὼν: à τρύζειν, quæ dicitur vox propria turturum. Pariter apud Hebræos idem: nempe תּוֹר *tor.* Quod ἐτυμολογοῦντες formant à Rad. תּוּר. i. e. intuitus est, inquisivit, indagavit. *Cornix*, κορώνη, similiter à clamore. Melius tamen imitetur, si Germa-

norum exemplo, literam, A, imponas. Velut à Marone factum, plane singulari judicio, ut eam sexies repetierit in versu de cornice, quæ pluviam præsagiat: 1. Georg.

Et sola in sicca secum spatiatur arena.

LA, CA, SPA, TIA, RA, NA. Nam qui τὸ S quater iteratum, modo attendunt, & nescio quid de progressu cornicis in arena notant, illi summum poëtæ acumen suo pede metiuntur. *Crocitare, crocire*, κρώζειν est corvi. Eustath. κράζειν & κρώζειν propria corvorum & cornicum. *Clozare*, κλώζειν graculi, ut vult Pollux. *Jugire* est milvi, vel etiam *jugere*: apud Fest. Et Varro Sesquiulyxe: *Jugere* volitans milvus visus, aquam è nubibus tortam indicat fore. Inde *milvina* tibia: iterum ap. Fest. & Solin. Gloss. *jugit*, ἰκτῖνοσ βοᾷ. *Gratitare* anseris: ejusdem etiam, *Gingrire*, ubi vox tenuior. Arnob. l. 6. *anserum gingritibus*. Gloss. *Gingriunt*, χῆνες κλαγγάζουσι. *Gingrum*, φωνὴ χηνός. *Gingrinæ*, tibiæ soni exilioris, vel, ut Fest ait, *tibiæ* exiguæ. Gloss. *Gingriba* εἶδος φωνῆς σάλπιγγος. Etiam ap. Athen. l. 4. & 14. γίγγρας: & ap. Poll. lib. 4. c. 10. γίγγρας est nomen tibiæ minoris. *Glocitare, glocire* gallinæ. *Clogmus*, κλωγμός. Plutarchus arpertè tribuit gallinæ; scilicet matri, quæ pullos circumducit. *Cugurrire* est Galli. *Fritinnire* hirundinis, teste Scal. in l. 6. Varr. Est *fritinnio* à Gr. φριττίζω, φριττινύω. Amplius Τιττυβίζειν coturnicis. *Fritillare, trutillare, minurire, zinzulare, zinzillare, zinzilulare*, μινυρίζειν, τιτίζειν minorū avium & suave canentium. Sunt etiam nomina ὀνοματοποιητά: *Ululare, ulutatus ulula*: ut & Gr. ὀλολύζω, ὀλολυγὴ: & Heb. הֵילִיל, i. e. ululavit. Proprie ὀλολύζειν dicitur de clamore, quem tollebant mactata victima, qui sacris intererant, ut ab Herodoto est annotatum: qui morem hunc è Lybia in Græciā manasse autor est. Quare qui elegantius Græcè sunt loquuti, nunquam aut rarissimè, nisi in re læta eo verbo utuntur: irrisique sunt LXXII. interpretes à veteribus quod ὀλολύζειν ab ὀλοφύρεσθαι nescivissent distinguere: ut illis objicit quidā Grammaticus antiq. Ap. Plin. l. 11. c. 37.

est

Digitized by Google

est ololygon. Similiter ὀλοτύζειν est dolentis, ὀτοτοῖ, hei hei. Item ἰύζειν, ἰῢ clamare: μυζάκιζειν μῦ repetere: in Aristophane tribuitur flenti. His adde, ὀχυχύειν, iterũ plorantis. Item θρῆνος, *threnus*. Et Latin. *Ejulare, ejulatus*. Heb. è notione Chald. אֱלַה est ejulavit. Aliqui præponunt H, *Hejulo*, ut sonus & suspirium magis audiatur, quasi sit ab *Hei*. Adspiratio n. explicat suspiria, & difficultatis nota est. Itaque à Græcis sumtam Latini servarunt in expressione Affectuum. Ita *Phi*, φεῦ, *Heu*. Et in medio posita H, *Eheu*, αἶ αἶ ap. Græc. & Heb. אֲהָהּ, *Eheu, Aha*: & per ἀφαίρεσιν τοῦ א, הָהּ, quod est σημαντικώτερον. Item *Hei, Hoi*, quod melius est Græcorum οἰ & compos. αἰβοῖ. Verbũ est οἰμώζω. Plane ab הוֹי, *hoi*: Et הוֹ־הוֹ *Heu, heu*, Amos 5. 16. Item אוֹי oi, o, ὦ, aut אוֹ, i. e. O. *He*, ἒ ἒ iterũ ab Hebr. הֵא, quod idem. Tale est etiam *Va*: melius *Vah*, propter aspirationem, ut dixi. Græce οὐαί. Ex *Va* demto A factum est *VE*, particula nunc intendendi, nunc minuendi. Idque propter παθήματα ad quæ prius significanda, varie adhibebatur. Nisi placeat à βοῦ, quæ est particula augendi. Ἀτταταῖ, *Atat*: ἰατταταῖ vox afflictorum, aut metu perculsorum. *AH*, vel fortius *Ach* ab Heb. אָח, quod est mœrentium. Ezech. 6. 11. & 21. 15. אֲנָחָה, est suspirium, gemitus, ἀχία. It. אֲהָהּ, i. e. *Eheu, heu, heu, Ach, ach*. Scal. c. 49. L. L. in H nisi per apocopen syllabam exire negarunt: *Ah, vah*, οὐά. Fuisse enim *Aha, vaha*: & verisimile sit, ita factum esse. Sæpe enim dolentes etiam nunc sic geminatum pronunciamus. Et cap. 164. Veteres negant, ullam vocem adspirari in fine: quare fuit, ajunt, *Aha*. Nostra nihil interest, quid senserint agrestes Opici: nam meliora secula ita pronunciarunt *Vah, ah*. Similiter rectius scribitur *Proh*, quam *Pro*. Quia ita fit discrimen à *Pro*, πρό. Deinde ob literam adspirabilem plus afficit. Quod & de, *Oh* verum est. Pariter Aristoph. lepidissime finxit, versum ab ὖ ὖ, flatu per nares celeriter aliquoties trajecto: ut olfacientes solemus. Versus iste de carne Suilla: ἰοὺ ἰού, ὦ μιαρωτά

φωτάτω πολὺ χεῦμα πιμαχῶν κὴ κρεῶν --- ὠπὶηρθρων ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ. Idem Ariftoph. in *Avibus*, multar. avium voces ipfe expreffit. Videatur ipfa comœdia. Tantum fubjicio, corollarii loco, Scal. è cap. 13. L. L. fententiam, quæ à dictis haut abludit: S, valde (ait) fervit ad fpiritus elifionem: Virgil. 5. Æn.

------ *Sale faxa fonabant.*

R autem ad rudiorem, atque afperiorem, ut *Murmur.* Utrunque conjunctum implent valde, *ftridere*, τρίζειν. Et magis, cum terminant dictionem, *ftridor.* Adfpiratæ confonantes multo acrius urgent his adjunctæ, *Fragor.* Quippe etiam molliffimam omnium literarum exafperant, φλοῖσβος, φλάω, παφλάζω. Etiam fonum ipfum audias, quafi præfentem, in quibusdam vocibus, λίγξ: & ap. Virgil. cujus diligentiam non affectatam ac divinum judicium, nemo eft affecutus omnium unquam poetarum: percipies enim lignatorum operam illis vocib. Virgil. 6. Æn.

------ *Sonat icta fecuribus ilex.*

Et illud quantum eft? Virgil. 5. Æn.

------ *Tremit ictibus ærea puppis.*

Illa autem etiam cum navi dilabuntur ap. Virgil. 8. Æn.

Labitur uncta vadis abies ------. Hæc ille.

Murus, Scal. c. 21. L. L. Ex dipththongis illi OE, nos V: *Mœri*, nos *Muri*, ut pœna, punio. Adhuc antiquitatis veftigia remanent in *mœnia:* pofteritatis autem in *munus*, munia. Origo autem erat ab εἰ, μοῖρα, rata fcilicet cujusque civis pars. Quisque pro fua parte virili tutabatur muros, quos & una conftruxerat. Ap. Varr. l. 5. L. L. *Mœros:* & Lucret. *mœrorum* pro murorum. Inde *pomœrium.* Liv. l. 1. *Pomœrium* verbi vim folam intuentes *poftmœnium* interpretantur. Agell. l. 13. c. 14. *Pomœrium* eft locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum, *pone muros*, regionib. certis determinatus. *Mœne* fingulare, ap. Enn. *Mœnio*, olim: hodie eft *munio*, i. e. proprie mœnia facio, τειχίζω: poftea firmo. *Circummœniti* ap. Plaut. a. 2. f. 2. capt. id eft, circumdati. *Munus* à mœnibus. Idem Scaliger cap. 31.

Tran-

Digitized by Google

Transit R. in N. Fuit *munus, onus muris* reficiendis, ubi primum unum in locum è vicis convenissent, ad condendum opidum. Inde *munimenta.* Id oneris cum remittebatur virtutis ergo, donum dicebatur. Aut simplicius ab Hebr. מִנְחָה, ut munus sit, quod offertur, proprie, sive δῶρον, sive officium. *Amœnus* locus à mœnibus: sicut pomœrium. Gloss. *Amœnia, αἱ ἀνται. Amœnus, τωύσκιος τόπος, περιτιός. Amœnus,* Hebr. est נָעִים, נֹעַם Transponas elementa. Inde & *Naim,* nomen opidi. Ab amœnitate & deliciis. Verbum *amœnare* è Cypr. Salv. Cassiod. & aliis probat Jo. Savaro in l. 1. epist. 9. Apoll. Sidonii. *Munis, officiosus.* Lips. in præf. 1. Cen. epist. qui tam *munes* fuistis in re & verbis hactenus *immunem.* Et quidem imitatione Plauti in Mercat. Dico ejus pro meritis gratum me & *munem* fore. Eadem quoque vox in Pandectis reperitur. Item Plin. lib. 11. c. 10. vocat *munificem* mammam, quæ copiose lac præbet. Festus & Veget. l. 2. c. 7. *Milites* vocant *munifices,* qui *munus* faciunt, h. e. fossas, vallum struunt, excubias stationesque obeunt: ap. Lips. lib. 5. de mil. Rom. dial. 6. Etiam *munifer* in Gloss. Isid. qui fert munera. Idem: *Muna,* munera quæ militibus dantur. Agell. lib. 6. c. 13. utitur εἰδικῶς τῷ *Immunis* pro ἀσυμβόλῳ. Inquit: Ne omnino, ut dicitur, immunes & asymboli veniremus. Etiam Terent. habet *asymbolus* Phorm. a. 2. sc. 2. Ulterius *communis* est *ejusdem muneris.* Cic. 2. de Invent. *Commune* est quod omnes vulgo probarunt, & secuti sunt. Magis ad originem respicit dictus Scal. c. 93. Quod aut opus aut officium faciundum fuerit omnium civium opera, aut impensa, id dictum est, *communi* studio factum iri, quoniam munia sua quisque in unum conferrent. Itaque id opus, ut complectitur omnium civium functiones, *commune* dictũ est. *Communiter* pro passim, sæpe, vel plerunque accipitur à vulgo. At sinistre. Proprie, quod è memoratis liquet, idem est quod pariter, simul, conjuncte, κοινῶς. Opponitur ei *separatim.* Cic. alia epistola *communiter* commendavi tibi Legatos Arpinatum: hac *separatim* Quinctum. *Municeps,* qui capit munus.

Agell.

Agell. l. 16. c. 13. *municipes* sunt cives Rom. ex municipiis, suo jure & legib. suis utentes, muneris tantum cum Pop. Rom. honorarii participes, à quo munere capessendo appellati videntur.

Mus, Mys, μῦς. Eustath. à μύω ducit: quia in foramine clausus veluti & detentus, vivit. Aut potius ab Heb. מוש, *musch*, quod est recedere, fugere. Natura enim timidus vel levem strepitum fugit & ab hominum conspectu recedens, noctu hinc inde procurrit. Homer. est δειλὸς: Aristoph. in Vesp. μῦς ὀρεσφίας: Nicandro τωχηδέρος. *Murrire*, clamare, proprie mutium, inquiunt Gloss. Isidor. *Muscipula*, à capiendis muribus. Sicuti τὸ φονικὸν *Decipula*: & ap. Apul. *decipulum*. *Mucerda*, μυόκοπρος ἢ μυόχοδον: quod à mure excernitur. Sicut *sucerda*, συόκοπρος, à sue. *Capricerda* à capra. *Mustricula*: Jos. Scal. Invenio in Gloss. Latin. *Mustricula* machina ad stringendos mures. Et puto verum esse. Nam lignum illud ad calceos suendos, à similitudine illius machinæ dictum videtur. Idem Scal. Plaut. in Epid. Væ tibi *murricide* homo. Melius scriberetur unico R, *muricidus*. Quod videtur tanquam iocalariter ignavo exprobratũ, ut qui hostem non potuisset, *mures cæderet*, quasi μυοκτόνος. *Muricidium* tamen etiam dixerunt veteres, ut Pompon. Atellanarius.

Musa, μοῦσα. Dorice μῶσα: Æolice μοῖσα & μόσα: *Mysa*, *Musa*. Scal. l. 1. poet. c. 2. Musæ παρὰ τὸ μῶσθαι, à Platone deductæ sunt, quib. scilicet inventio attribuatur. Alii ἀπὸ τοῦ μύεσθαι, unde *mystæ* & *mysteria*, quo verbo judicium designetur. Arcana enim selecta sunt: electio autem à judicio. Nempe omnia, quæ in opere posita sint, ab intellectione, aut ab inventione, aut à judicio proficiscuntur. Hebr מוּסָר, *musar*, i. e. disciplina, castigatio. Aut à מָצָא, *maza*, i. e. invenit studio. Etiam מָשַׁשׁ est contrectare, scrutari, ἐρευνᾶν. Gen. 31. Quæ Hebræor. deliciæ cui non magis animum afficiant, quam Sirenes illæ Atticæ! *Museum*, μουσεῖον: ει vertitur non in Æ, sed E longum, aut interdum EI. *Musium*, ap. Spar-

Spartianum. Est *museum*, locus Musis dicatus: hodie nobis ἀσκητήριον & μελετητήριον. *Musem mel*, ap. Lucret. l. 1. & 4. *Musicus*, μουσικὸς, ad musam proprie pertinens. Postea ars illa canendi; *Musica* μουσική, ab harmonia & jucunditate, quæ accepta Musis refertur. Prov. 25. 20. *Ut qui imponit sibi vestem tempore frigoris, aut acetum nitro: ita qui canit cantica apud animum male affectum.* Nomina Musarum sunt: *Clio*, vel Cleio à κλείειν: gesta canit & celebrat, laudat. *Melpomene*, à μέλπεσθαι: etiam à cantu, μολπῇ. *Thalia*, θαλεῖα: θάλλομαι. Ab immortalitate & virore. *Euterpe* ἀπὸ τέρπω. Εὐτερπής, qui bene delectat, à τέρπω. Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget. Ab eodem τέρπω & χορὸς, fit *Terpsichore*, quæ affectus citharis movet, imperat, auget: scilicet in choris. *Erato*, ab ἐρῶ: quia amabilis doctrina & eruditio. *Calliope*, à pulchra voce, ὀπὶ καλῇ, ut ait Homer. Καλὸς pulcher: κάλλος, pulchritudo: ὄψ, est vox. Carmina *Calliope* libris heroica mandat. *Uranie*, ab οὐρανὸς: cœli motus scrutatur & astra. *Polymnia*: à πολὺς & ὑμνέω: ab ὕδω. Πολυύμνος, i. e. celebris, multæ laudis. Videatur Plutarch. symp. 9. q. 14. Epigramma Græcum Callimachi: Fulgent. l. 1. mythol. Natal. Com. l. 7. mythol. c. 15. Quia ergo Musæ à cantu commendantur, aut etiam plerisq; dicuntur; non inique musa est ἀοιδή, cantus, carmen. Virg. 1. Ecl.

Silvestrem tenui musam meditaris avena.

Silvestrem, i. e. hilarem, aut sonoram, non rusticam aut agrestem. In silvis enim & sub tegmine arboris clarior sonus est & echo. Quod insequens docet versus:

Formosam resonare doces Amaryllida silvas.

A musa est etiam *Musivum*, μουσεῖον: ut Achivum ab ἀχαιός. *Musivum* est concinne tessellatum, & veluti elegante *musarum* manu: à μοῦσα. Inde Græci etiam dicunt μουσάκιον & μουζάκιον: Latini *Musaicum* & *Mosaicum*: ap. Meurs. in Gloss. Græco barb. Jul. Firm. l. 3. Faciet eos, qui sic habent Jovem, quodam subtili artificio sæpe pollentes, aut aurifices, aut ex auro vestes pingentes, aut inauratores, aut *musivarios*. Ad quos Jos. Scal. Male, inquit, in vulgatis Firmici codicib. *aut in usu varios.*

Pavi-

Digitized by Google

infestas. Cujus rei dedit specimen, quod in templo suo muscam nullam superesse fecerit. Sicut hodieque in Venetiano palatio nulla esse dicitur, & in Toletano unica. Quod si certa est ea fama, omnino statuamus idolum aliquod sub palatii limine fuisse conditum, ut ait Bodin. l. 1. Dœmon. c 3. Plin. l. 29. c. 6. vocat *Myjoden* à *myja* & *Deus*, si Latine formes. Aut rectius *Myjoden* pro *μυιώδην*. Idem l. 10. c. 28. Invocant Cyrenaici *Achorem* Deum muscarum, multitudine pestilentiam afferente, quæ protenus intereunt, quum litatum est illi Deo. *Achorem*: cultu ut & nomine, sumto ab *Ekron*, cujus Bahalzebub erat Deus. *Ekron* ab עָקַר, extirpavit, vulsit. Aut *Acbor*, עַכּוֹר ab עָכַר: quod fere idem, h. e. turbavit, ejecit. Scilicet ab officio, quod erat, abigere muscas. Ap. Græcos Apollo appellatur *σμινθεὺς Smintheus*: quod fuerit Deus *μυοκτόνος*. Σμίνθας enim vocant mures, teste Eustath. Cl. Alexandr. protrept. Πολέμων δὲ τοὺς ἀμφὶ τὴν Τρωάδα κατοικοῦντας ἱστορεῖ, τοὺς ἐπιχωρίους μῦς, οὓς σμίνθους καλοῦσιν, ὅτι τὰς νευρὰς τῶν πολεμίων διέτραγον τῶν τόξων. Καὶ σμίνθιον Ἀπόλλωνα ἀπὸ τῶν μυῶν ἐκείνων ἐπεφήμισαν.

Muscus, *μόσχος*: qui & *vitulum*, & *muscum*, & in arboribus prima germina, & verbo, quidquid tenerum, ac novellum significat. Gloss. Philox. muscus, *βρύον*, *φῦκος*. Ὄσχος Idem fere est, & peculiariter ramulus tener in vitibus: item ὄσχη ap. medicos est scrotum, ut & ὄσχεος, ὄσχεον. Ab Heb. אֶשֶׁךְ, i. e. scrotum, vas testiculorum.

Mutilus est proprie parte aliqua imminutus: recta à Gr. *μύτιλος* vel *μίτυλος*. Theocr. idyll. 8. vocat *μιτύλαν αἶγα*. Scholiastes exponit *ἄκερων*. Hesych. *μίτυλλον ἔσχατον. νήπιον Λακεδαίμονες.* Et rursum: *μυτιλὸν ἐσχατοπαιδίον ἢ κολοβὸν*. Videtur Gr. *μίτυλος* oriri à *μειῶ*: aut propius a מעט Hebr. מָעַט, est parvum esse, minui, deminui. In pihel מִעֵט, minuere deminuere. LXXII. vertunt per *ἐλαττόνειν* Exod. 30.15. per *ἐλαττόω* Num. 26.54. per *ὀλιγόω* Ps. 106.39. per *σμικρύνω* Jer. 29.6. per *ἐκλείπω* Prov. 10.21. *Mutilare* est proprie partem adimere. Gloss. Cyril. *στέρησις σώματος mutilatio*. Hominē mutilatum graphice depingit Virg. 6. Æn.

displicet Turn. l. 10. c. 25. *Mutuum* (inquit) à mutatione nomen habet: nam quod ajunt ex eo dici, quia ex *meo tuum* fiat, belle magis & scite, quam vere dictum arbitror. Varro à voce Sicula μοῖτον facit: sed displicet Cujac. l. 11. obs. c. 37. quasi μοῖτον à Latino *mutuum*, fluxerit. Atqui videri dictum potest, quasi μοὶ τὸν h. e. *mihi tuum*: scilicet utendum largire. Ut sit vox affantis alterum & rogantis. Τὸν pro σὸν, tuum: ut τὺ pro σύ. Quod si tamen malis Latinum: nempe à *permutatione* aut motu illo; nec analogia refragabitur. Ut à fatum *fatuus*: à cartum (verbi carere) *carduus*: sic à motum *motuus* & dein *mutuus*: vel à mutatum mutatuus & contractim *mutuus*. Quamquam & *Muto* est à *motu*, quasi *moto*. Est n. muto ita moveo rem & facio, ut se aliter habeat, quam ante Plaut. Amph. a. 1. sc. 1. *Neq; se luna quoquam mutat.* Ita enim legi oportere docet ibidem Phœnix Poet. Taubmannus. Sed & Scal. in Theoph. de pl. astipulatur: *Motus & mutatio* communia habent principia appellationum, μύω. Unde μῶα nostris Æolensibus, quos Latium est secutum, quod alii μῶσαι & μῦσαι. Idem lib. de plant. Sola loci variatio est *motus*. Græca origo μάω μῶ. Unde μῶσαι, non quasi μάσαι, sicut Plato: Sed ab incitatione, à qua & furor. *Promovere* (inquit idem in Theoph.) est *prorsum movere*, quod jam motum est: atque in eam quidem partem, in qam motum est. *Hæc ille.* Simplicius *promoveo* est à pro: nec quidquam aliud notat, quam ulteriorem mutationem aut motum: ut etiam hæc verba, *procurro, procedo, progredior, proficio, prodeo*: & si quæ talia. De significatu peculiari τοῦ *Muto* notentur hæc ex Mureto in Cat. *Mutare* pro eo, quod est emere aut vendere antiqui sæpe dicebant. Columella: porcus lactens ære *mutandus* est. Idque Græc. exemplo, apud quos hoc modo verbum ἀλλάττεσθαι ponitur. Ideo autem id fit, quia antiquiss. ratio contrahendi permutatio est. Quin ipsum permutationis nomen commune est omnib. contractib. tantumque valet Latinis permutatio, quantum Aristoteli συνάλλαγμα. Sed ad *Moveo* redeundum: inde simpliciter *momentum.* Ut à testor, testatum, testamen, testamentum: Sic à

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Ora manusq; ambas, populataq; tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.

Mutinum, Priap. *minare mutino*. Ad illud Jos. Scal. *Mutinum* secundum producere contra, quam hujus ætatis literatores putarunt, probatur ex his Lucillii versibus:

Nam quid mœtino, *subjectoq; est huic opu signo,*
Ut lurcaretur lardum & carnaria fartim
Patrum conficeret—*Mutinum* enim in Lucillo seu *mœtinum*, est σφραγὶς vel φυλακτήριον. Nam pudenda pro amuletis suspendi è collo pueris, autor Varro. Ex Lucillio vero cognoscimus etiam signis notam veteri apponi, velut προβασκάνιον quodam. In vet. Gloss. legitur *Mutonium*, προβασκάνιον, ὡς Λυκίλιος. Ut manifeste appareat eum in animo hunc locum Lucillii habuisse. Hæc ille. In Gloss. tamen excuso ita habetur: *Muttonium*, προβασκάνιον, Λύκιος. *Muttonius* προβασκάνιον. *Mutonium* πρόσθημα.

Mutus, ἄλαλος. Hesych μύδος, ἄφωνος. Idem, μυττὸς ἐνεός, i. e. ἄφωνος. Idem μύτης, ὁ μὴ λαλῶν, Aut mutus, *mutire*, obmutescere: à μῦ, μῦ, *Mu*, quod canum est, ex sententia Charisiii. Varro l. 6. L. L. *Muti* non amplius, quam μῦ dicunt. A quo item dicit, quod minimum est, neque, ut ajunt, μῦ facere audet. Canes etiam *mutire* dicuntur, cum incipiunt irritari, quod *Mu* videntur sonare Lucill.

Nec laudare hominem quemquam, neque Mu *facere unquam*. Pro *mutire* alii malunt *muttire*, ex fide manuscriptor. uti monet Taubm. Amph. act. 1. sc. 1. *A mutio* est *mussare*, quod est hominum occulta & depressa voce loquentium, quod celatum velint, inquit Nonius. Nec abludit Græc. μύζειν. Fest. *Summussi* dicebantur murmuratores. Nævius; Odi (inquit) *Summussos*, proinde aperte dice, quid sit, quod times. Hebræi etiam non abludunt, quib. דּוּמָה silentium: דּוֹם, siluit.

Mutuum fecerunt ex *meo, tuo*: teste Justin. & Paulo JCto; quod ex *meo* fiat *tuum*, dum communicatur. Sane dicitur id quidem κομψῶς, οὐκ ἀληθῶς δὲ. Igitur merito displi-

displicet Turn. l. 10. c. 25. *Mutuum* (inquit) à mutatione nomen habet: nam quod ajunt ex eo dici, quia ex *meo tuum* fiat, belle magis & ſcite, quam vere dictum arbitror. Varro à voce Sicula *μοῖτον* facit: ſed diſplicet Cujac. l. 11. obſ. c. 37. quaſi *μοῖτον* à Latino *mutuum*, fluxerit. Atqui videri dictum poteſt, quaſi *μοὶ τὸν* h. e. *mihi tuum*: ſcilicet utendum largire. Ut ſit vox affantis alterum & rogantis. Τὸν pro σὸν, tuum: ut τὺ pro σύ. Quod ſi tamen malis Latinum: nempe à *permutatione* aut motu illo; nec analogia refragabitur. Ut à fatum *fatuus*: à cartum (verbi carere) *carduus*: ſic à motum *motuus* & dein *mutuus*: vel à mutatum mutatuus & contractim *mutuus*. Quamquam & *Muto* eſt à *motu*, quaſi *moto*. Eſt n. muto ita moveo rem & facio, ut ſe aliter habeat, quam ante Plaut. Amph. 2. 1. ſc. 1. *Neq; ſe luna quoquam mutat.* Ita enim legi oportere docet ibidem Phœnix Poet. Taubmannus. Sed & Scal. in Theoph. de pl. aſtipulatur: *Motus* & *mutatio* communia habent principia appellationum, *μάω*. Unde *μῶα* noſtris Æolenſibus, quos Latium eſt ſecutum, quod alii *μᾶσαι* & *μῶσαι*. Idem lib. de plant. Sola loci variatio eſt *motus*. Græca origo *μάω μῶ*. Unde *μῶσαι*, non quaſi *μαῖαι*, ſicut Plato: Sed ab incitatione, à qua & Furor. *Promovere* (inquit idem in Theoph.) eſt *prorſum movere*, quod jam motum eſt: atque in eam quidem partem, in qam motum eſt. *Hæc ille*. Simplicius *promoveo* eſt à pro: nec quidquam aliud notat, quam ulteriorem mutationem aut motum: ut etiam hæc verba, *procurro, procedo, progredior, proficio, prodeo*: & ſi quæ talia. De ſignificatu peculiari τοῦ *Muto* notentur hæc ex Mureto in Cat. *Mutare* pro eo, quod eſt emere aut vendere antiqui ſæpe dicebant. Columella: porcus lactens ære *mutandus* eſt. Idque Græc. exemplo, apud quos hoc modo verbum ἀλλάττειν ponitur. Ideo autem id fit, quia antiquiſſ. ratio contrahendi permutatio eſt. Quin ipſum permutationis nomen commune eſt omnib. contractib. tantumque valet Latinis permutatio, quantum Ariſtoteli *συνάλλαγμα*. Sed ad *Moveo* redeundum: inde ſimpliciter *momentum*. Ut à teſtor, teſtatum, teſtamen, teſtamentum: Sic à

moveo, motum, *momentum*. Propriè Sat. 5. Pers. Verterit hunc dominus, *momento* turbinis exit. Tertull. de resurr. carnis: & l. 5. contra Marcion. *In atomo, in momentaneo motu oculi.* Similiter Hebræis רֶגַע momentum, quasi *fragmentum* temporis minutissimum: à רָגַע disrupit. Amplius *Momen*, τὸ ἄτομον, τὸ ἀκαρές. Ut à nutum numen: ita à motum momen. Lucr. l. 6 è falso consurgere momine ponti. Manil. l. 4.— qui momina summis imposuit. Item inde *Mox*, i. e. tam cito, quam te moveas sive vertas, ut nos Germani loquimur. *Motacilla*: avis semper caudam movens. Gloss. *motacilla*, σεισοπυγίς. Et sic videatur quasi *motacida*, à cauda. Ni deminutio sit, qualis in *frucilla*. Prima origo est Heb. מוֹט, loco motus est. מוֹט *mot*, est φορὰ aut commotio, μόθος. *Muto*, est callidus & fraudulentus, à Græco μόθων. Prisc *Mutone* cellas servorũ converri. Sed & Gr. σείω, fit ab הֵסִית, movit, incitavit. שָׁאָה, motus est. Σεισμὸς aut σεῖσμα, motus, quassatio. Ἐνοσικὼς plerumque de motu terræ. Item δονέω, δόναξ, à נוּד, motus est, agitatus est. נִיד motus, κίνησις.

Mycenæ, à μυκάομαι: quod inibi bos suo mugitu locum designarit urbi, Strabo l. 1 Horat.

Aptum dicet equis Argos, ditesq; Mycenas.

Myricæ, ex maritudine nominatæ. Gustus enim ejus nimis *amarus* est: inquit Isid. l. 18. Orig. c. 6. Etiam Galen. l. 7. simpl. Med. Diosc. l. 1. c. 99. & alii Botanici myricæ vim *adstringendi* tribuunt. Unde μυρίκη, *myrica*, (quam alii *tamaricen* vocant ap. Plin. l. 13. c. 21.) non incommodè ab Heb. מָרַר, *marar*, quod significat amarum esse, derivabitur. Virg. 4. Ecl. humilesque myricæ.

Myrrha & murrha, Græcis μύῤῥα: Attica dialecto σμύρνα. Inde *Smyrnion*, σμύρνιον: ab acri *myrrhæ* sapore, ut vult Diosc. l. 3. c. 65. Μύῤῥαν Græci faciunt à μύρον, i. e. unguentum: μύρω est fluo. Est enim myrrha lacrima arboris: ap. Plin. l. 12. c. 15. Diosc. l. 1. c. 67. Theophr. l. 9. c. 4. At rectius ab Hebr. מוֹר, *mor* facimus quod itidem est *myrrha* Cant. 1. 13. Etiam verbum מָרַר

marar

Digitized by Google

marar, amarus fuit, bene congruit myrrhæ. Plutarch. de Iside: Σμύρναν Ægyptii βάλ nominant: quæ vox si interpreteris, delirationis significat amolitionem, ληρήσεως ἀποσκορπισμόν. In Leg. XII. Tab. Ne *murrata potio mortuo inderetur*, exstat. Et οἶνος ἐσμυρνισμένος legitur Marci 15.23. *myrrhatum vinum*. Ubi amici nostri Casaub. Ex. 16. Num. 8. contra Baron. consulere fas sit *Myrrheus*, & *Myrrhinus* ex myrrha factus: aut myrrha conditus. De *vasis murrhinis* prolixè agit Rader. in l. 14. dist. 303. Martial. & putat, μύῤῥινα & μόῤῥινα deflecti à μύῤῥα, & μόῤῥα, quæ sit genus lapidis nobilioris è terra velut crystallus, effossi. Ipse videatur: & juxta Plin. l. 37. c. 2. Guibert. de Myrrhinis c. 8. nec non Brodæus l. 4. Misc. c. 1. & Had. Jun. l. 6. Animadv. c. 19. Nobis jam satis sit, quod veram originem myrrhæ eruimus.

Myrethecium, ap. Cic. à μύρον & θήκη, τῷ τίθημι. Similiter *myropola*, qui vendit unguenta. *Myrobalanus*, glans unguentaria: à βάλανος. *Myron*, μύρον, i. e. unguentum: & μύρω, fluo: recta fluit ab Hebr. מַר, *mar*, gutta: quæ fluit & humectat.

Myrtus, μύρτος: μυρσίνη & Attice μυῤῥίνη, ap. Athen. l. 6. Hodie *myrtus* Græcis est μερσίνα: corrupta veterum voce, ut solet. Olim Siculis dicta ἀκιρσόλα, teste Hesych ab ἀκεῖν: quia vim medendi insignitam exhibet myrtus. Eustath. *myrsinen*, μυρσίνην, μύρτον & μυῤῥίνην dici vult à μύῤῥα: ob odoris similitudinem. Neque displicet si ducatur à μύρον quod odoramentum notat & unguentum. Exinde enim myrtus admodum commendatur. Plin. l. 15. c. 29. *Succorum natura præcipuam admirationem in myrto habet: quando ex una omnium olei vinique bina genera fiunt.* A myrtus *myrteus* & *myrtinus*, i. e. è myrto factus proprie: ut μυρτίνος à μυρσίνη. *Myrtinũ oleum*, μυρσίνινον ἔλαιον. *Myrtites vinum*, μυρτίτης οἶνος: ap. Diosc. l. 5. c. 31. & 32. *Myrtillus*, vox veterib. incognita: ita dicitur quia similitudine *myrtum* refert. Germ. vocant Heidelbeer. Matthiol. in Diosc. l. 1. c. 128. *Myrtus* arbor in gentilitate Veneri sacra erat. Ut enim Venus è mari nata (causam facile

Digitized by Google

videt Physicus) dicitur: ita etiam *myrtus* gaudet humidis & *amat litora*, ut ait Virg. 4. Georg. Etiam myrtus *apta est mulierum necessitatibus plurimis*, ut ait è Servio Isid. l. 17. c 7. Sed & uti *mytum*. μύρτον est bacca myrti: ita à similitudine hujus baccæ dicitur in medio officinæ muliebris ἡ νύμφη ἢ κλειτορίς. Hesych. μυρτὸς ἡ μυῤῥίνη καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, οἱ δὲ τὸ χῶμα τῆς γυναικός. Inde porro Venus à myrto dicitur *myrtea*. Plutarch. τὴν οὖν μυρσίνην ὡς ἱερὰν Ἀφροδίτῃ ἀφοσιοῦνται. καὶ γὰρ ἣν νῦν Μυρκίαν Ἀφροδίτην καλοῦσι: μυρτίαν τὸ παλαιόν, ὡς ἔοικεν, ὠνόμαζον. *Murtia*: prius *Myrtea*. Jam per C scribitur, *Murcia*: & est dea socordiæ ac negligentiæ. *A murteto*, dictam volunt Varro l. 5. L. L. Plin. l. 15. c. 29. Plutarch. in Αἰτίοις: quod inibi templo aut sacello erat proximum.

Mystax, μύσταξ, à μάσταξ, i. e. os, cui proxime incumbit mystax. Eustath. μάσταξ & μύσταξ, αἱ ἐπὶ τοῦ ἄνω χείλους τρίχες. Similiter Hebr. שָׂפָם, i. e. mystax, μύσταξ 2. Sam. 19. 24. χεῖλος Ezech. 24. 22. fit à שָׂפָה labium: cui mystax innascitur. Neque μύσταξ incommode ducitur, à μύσταξ: quia sit tegimenti loco, aut decoris quoque

Barba viros, hirtæque *decent* in corpore setæ.

Ea causa, à Græc. βαρὺ per ἀναδίπλωσιν, *Barba* nonnullis dicitur. Lactant. ideo scribit de opif. Dei c. 7. Barbæ ratio incredibile est, quantum conferat ad decorem virilitatis. Hæc ille. Martin. in Lex. apte putat dici *barbam*, quasi παρειᾶς πέαν, i. e. malæ germen, per metaphoram. Quomodo etiam γένειον & malam & barbam denotat. Item ἀνθερεὼν, mentum, dicitur ab ἄνθος: nempe à pilorum flore. Pacuv. Nunc primum opacat flora lanugo genas. Idem: Genas lanugo flora nunc demum irrigat. Virg. 8. Æn. Tum mihi prima genas vestibat flore juventa. *Barbatus* γενειήτης. Mulli *barbatuli* ap. Cic. in Paradox. Per metaphoram: quod pilos quasi, aut aliquid barbæ simile ostendant. Qua causa & quidam cometæ dicuntur *barbati*. Item herba illa protrita τραγοπώγων, *barbula hirci*, nobis Bocks Bart/ vulgo in Hetruria *sassefrica*. Diosc. l. 2. c. 137. barba hirci, quæ ab aliis *come*: voca-

Digitized by Google

vocatur. E concluso calicis vertice *barba* dependet in cana prolixaque. Unde nomen, teste Theophr. l. 7. c. 7. *Barbitium* pro barba, ap. Apul. *Imberbis* ap. Horat. *Barbigenium* vox nova: Sed quam ἀναλογία non respuat. Ut quippe ingenium dicitur; ita etiam barbigenium, à geno. Ut terrigena, sic barbigena.

Mysterium, μυστήριον: arcana quædam res, & proprie divinis viris, sacerdotibusque tantummodo cognita, inquit Valla l. 4. c. 50. Sed latius patet. Ut enim *ministerium* ministri opera est proprie: sic mysterium quidquid latet & abstrusum est, è Græc. μύω aut potius Hebræo. Quod etiam notat eruditiss. Casaub. l. 1. c. 2. de Sat. Ab eadem radice (scilicet סָתַר) μυστήριον vox derivata Græcis: non ut nugacissimi eorum scribunt Grammatici, παρὰ τὸ μύσαντας τηρεῖν. מִסְתּוֹר *Mistor*, seu *Mistur*, res aut locus absconditus. Indue hoc verbum formatione Græcanica, fiet μυστήριον, sive μυστήριον. Idem Casaub. videatur contra annal. Baronii Ex. 16. Num. 43. Eph. 5. 32. Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν. Ubi vet Biblior. interpres: *Sacramentum* hoc magnum est. Unde & error ille exstitit, quo conjugium Sacramentis accensetur. Atque ea via si incedendum, etiam voluntas Dei Eph. 1. 9. Etiam pietas 1. Tim. 3. 16. Etiam alia, Sacramenta κυρίως sic dicta, h. e. sacra signa ἢ σημεῖα divinitus Ecclesiæ data, ad confirmandam promissionem gratiæ, erunt. Quando aliquoties τὸ μυστήριον occurrit, & ita ab interprete veteri *Sacramentum* redditur. Chrysost. μυστήριον exponit τὸ ἀπόῤῥητον καὶ θαυμαστὸν καὶ ἀγνώμενον. Breviter: μυστήριον est quidquid μύεται, sive Græcam sive Hebr. originem putes, quidquid occulitur, sive arcanum, sive reconditum. Gloss. μυστήριον *arcanum, initiamentum*. A μύομαι, fit etiam *Mysta*, μύστης, i. e. sacrorum aut arcanor. conscius Suid. Μύστης ὁ τὰ μυστήρια ἐπιστάμενος ἢ διδάσκων. *Symmysta* est *Consecraneus*, vel è Gloss. *Consecraneus*, συμμύστης.

N.

NAbathæa: Dionysio Ναβάθαια: Stephano Ναβαθήνη. Regio Arabiæ Orientalis. Gen. 25. 13. Strabo l. 17. ἐκ τῆς Ἀραβίας τῶν Ναβαταίων. Et l. 16. πέτραν τὴν τῶν Ναβαταίων καλουμένων Ἀράβων.

Ovid. 1. Met.

Eurus ad auroram Nabathæaque regna recessit.

Ab Hebr. נבא, prædixit, vaticinatus est. Arabes enim olim vates & Astrologi.

Nablium, nablum, nabla, νάβλα ap. Hesych. & Suid. Ap. Joseph. & Plutarch. sympos. 2. probl. 4. ναῦλος & ναῦλα: propter vicinitatem literarum. Ovid. 3. de arte: *Nablia* conveniunt dulcibus illa modis. Hebr. est, נֵבֶל, *nebel*, i. e. instrumentum musicum è ligno, vel testa, intus cavum: *nablium*, ut vocat etiam Buxtorf. LXXII Hebræum vertunt simpliciter νάβλαν 2. Reg. 10. 12. ναῦλαν. 2. Reg. 6. 5. κιθάραν. Ps. 8. 2. ψαλτήριον. Ps. 32. 2. ὄργανον Amos 5. 23. εὐφροσύνην Jes. 14. 11. Judæi Germani *panduram* interpretantur. Radix est נָבֵל. Strabo l. 10. Instrumentis plerisque nomina sunt barbara, νάβλα καὶ σαμβύκη. ἡ καὶ βάρβιτος, καὶ μαγάδις. Quæ verba Hebræum etymon confirmant.

Næ est adverbium asseverationis, ναί. Turn. l. 1. c. 8. ait: Næ affirmantis præponi: non subjici solet. Nec officit, quod reperitur: *Edepol næ* egosum miser. Nam post jusjurandum de integro inchoatur oratio. Hæc ille. At quid obsecro hanc nobis observationem suadeat, aut quæ necessitas? Videamus exempla. Plaut. Cur. a. 1. s. 2. *Tibi næ* ego, si fidem servas mecum. In Merc. *oratio næ* odiosa est. Terent. Prolog. Andriæ: *Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant.* Nam quod hic aliam particulam substituunt, frustra sunt. Præterea Græci & proponunt & postponunt. Hom. Iliad. α. ναὶ δὴ ταῦτα. Gregor. ὡς εἶναι κεναὶ ναὶ πάσαι. Casaub. in Matth. 15. 27. iterpretes, quos videre mihi contigit omnes τὸ ναὶ ita hoc loco accipiunt, ut videatur esse assentientis: (quo modo alibi in his libris accipitur) & fere vertunt *Etiam Domine.* Mihi vero videtur

videtur ναὶ hic esse particula obsecrantis & obtestantis: quomodo sæpe à Græcis usurpatur pro eo, quod Latini dicerent obsecro, vel, quæso. Sic ap. Euripid. in Hippol. Ναὶ πρός σε τῆς δε δεξιᾶς ευωλένου.
Ap. Aristoph. in Nubib.
Ναὶ ναὶ καταντιβολῶ σε πατρῷόν Δία.
Quib. omnib. in locis & aliis sexcentis ναὶ nihil aliud est quam *obsecro*, *quæso* te. Sic igitur hoc loco. Nam cum visus esset Christus nolle huic mulieri concedere, quod petebat, illa vehementius orat, & ναὶ κύριε ait. Deinde rationem adjicit, qua Christum moveri posse sperabat: καὶ γὰρ. Non enim iis assentior, qui putant Chananæam mulierem hæc dicere, ut dictum Christi confirmet: sed à simili potius argumentari eam puto. Quod ejus verba legenti attentè facile erit intelligere. Neque aliter Theophylactus interpretari videtur. Sic accipio etiam in elegantiss. illo loco epist. Pauli ad Philem. Ναὶ ἀδελφέ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ. Similiter in fine Apocal. Ναὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ: ita interpretor, ut hic quoque ναὶ sit obtestantis. Quid enim est *Etiam veni Domine* JESU? Aut quid hic significat *etiam?* Cæterum ut *Ne* affirmandi: ita *me* jurandi vox est, è Gr. μὰ: sicut etiam νὴ. Μὰ Δία: νὴ θεὸν: usus est Plaut. in Capt. a. 4. s. 2. Ita *Me Castor*: quandoque omisso M, *Ecastor*. Dum vero ap. Ter: And. a. 3. sc. 2. extat: *Perecastor scitus Puer*: opus est distinctione. *Per* non refertur ad *Ecastor*, sed scitus: perscitus. Itaque male omiserunt virgulam διορθωταί. Sic *Epol* pro *Mepol*: aut νή, *Ne.Equirine*, *Mequirine*. *Ecere* à *Cerere*. *Me Dius Fidius*. *Edepol*, *pro Me Deus Pollux*. Nam & Nominativus & Accus. sicuti ap. Græcos, apponitur. Igitur non est qvur fidem habeamus illis Festi, aut fortasse Pauli: *Mecastor* & *me hercules*; quasi diceretur: Ita *me Castor*, ita *Me Hercules* juvat. Sed & *Ædepol* male scriptum: quasi ab æde sit.

Napea, *Napus*, à νάπος ἢ νάπη, i. e. saltus aut nemorosa vallis: quasi νήφυος, vel νήφυς: à νη privante, & φύος. Eustath. νάπη κοιλὰς, τόπος φαραγγώδης. Hesych. νάπη σύμφυτος τόπος, ὑλώδης κοῖλος. Virg. 4. Georg. *faciles venerare*

Nam à πιςῶν quomodo veniat πιςικὴ? Quod si à fide dicta sit; πιςὸς seu πιςὴ, dicenda, non πιςικὴ; fuerat. Latina exemplaria mire variant. Nam ap. Johann. constanter scribunt *pistici*, ap. Marcum *spicati*.

Causam eruditi hanc esse putant, quod Marcus, ex Syror. opinione, Evangelium suum Latine scripserit. Quod si ita est, nihil mirum in Marco *spicati*; in Johanne *pistici* ap. vulgatum interpr. legi. Illud enim Latinus autor dedit, hoc Latinus interpres, ut erat in Græco, transcripsit. Rursum pro *pistici* & *spicati* legunt Latini alii *pisticæ*, alii *pisciti*, alii *spiciti*, alii *spitici*, alii *spititi*. Tantum potuit error in unius vocis depravata scriptura commissus! Medici, Deum immortalem, quantopere sudarunt, in hujus expositione vocis! Legi prolixam de πιςικὴ νάρδῳ epistolam manuscriptam Joh. *Cratonis* Archiatri trium Cæs. Matthiol. in Herb. suo conatur & ipse eruere mysterium vocabuli πιςικῆς. Alii similiter Inter Grammat. & Medicos Theologi dubii quid crederent, anxiè hæserunt: donec tandem una viri docti conjectura omnes Grammaticor. Medic. Theolog. super hac voce disputationes supervacaneas esse docuit. Is est *Joh. Hartung.* olim Heidelb. postea Friburg. Academ. professor. subodorati quidem aliquid sunt Augustin. & ni fallor, Cyrillus quoque in Johann.; à loco quopiam *pisticam nardum* dici: sed locus ille qui esset, ignorarunt. Magnus quoq; Camerar. recitato versu Nonni,

Πιςικῆς τρία μέτρα φατιζομένης ἀπὸ νάρδου,

Videri, inquit, *possit à loco nomen illud esse deductum: quia mediam syllabam produxit.* Sed locus ille qui esset, nec ipse neque Nonnus aperuerunt. Primus, ut dixi, HARTUNGUS in *Criticis* suis Decad. 3. c. 6. ex Athenæi l. 15. nos docuit, prope Babylonem fuisse opidum, OPIS dictum, ubi preciosiss. nardi unguenta confecta & in alia loca sunt transportata. Itaque non dubitat, germanam lectionem fuisse ap. utrumque Evangelistam νάρδου ὀπιςικῆς. Quæ vox, quia librariis minus nota fuit, omissa litera o, scripserunt πιςικῆς, & hac sua inscitia viris doctiss. quasi crucem fixerunt, in qua cogitationes eorum vexa-

vexarentur. Namque & sic Germani preciosum pannum vocamus, *pannum Londinensem*, Lundisch tuch / à metropoli urbe Angliæ: preciosa vero vitra Veneta, Venedisch glaß / quia inde puriss. & pellucidissima vitra ad nos devehuntur. Hæc Schultet. Opus hic censura. Tria etyma afferuntur. Primum à πιῶν: *alterum* à πίςις: *tertium* ab ὦπις. Melius arripere fas est: sed è meliori ratione. Ac primo πιςικὸν fieri ἀπὸ τοῦ πιεῖν, analogia morosior paulo videtur. Etiam τὸ μύρον (cujus Johann. & Marcus commeminit) innuit *liquorem*: si inde aliqua forte nobilitatis pars trahatur. Deinde neque ab ὦπις (ita enim ab Herodoto & Strab. scribitur) fieri potest ὀπιςικὸν, salvâ analogia: sed ὠπικὸν. Neque etiam mentio *Opis* exstat ullibi in Athenæo. Libro quidem 15. c. 15. ex professo de variis locis agit, in quibus meliora quæq; unguenta fiant, & inde alio deferantur. Et addit: νάρδινον δὲ ἐν τάρσῳ. Sed ne tantillum ibi vel etiam alibi vestigium Athenæi apparet: unde *nardus opistica* exprimatur. Deinde Herodoti l. 1. hæc sunt verba: Εκδιδοῖ δὲ ἐς ἕτερον ποταμὸν Τίγριν, ὃ δὲ παρὰ ὦπιν πόλιν ῥέων. Simul meminit Strabo l. 2. 11. & 16. Et quidem l. 2. ὦπιν vocat κώμην, pagum. Et rursum l. 16. ἡ ὦπις, κώμη ἐμπορεῖον, τῶν κύκλῳ τόπων. At vero si *Opim* nardus ita commendavit & si nardus *Opistica* & inde *pistica* tam insignis fuit, inq; tam remotas delata oras, ut etiam ap. Judæos percrebuerit: quare ne tantillum ejus vestigium apparet in Herod. Strab. Athen. Joseph. Plin. Diosc. aliis? Nardum Celticam, Italic. Syriac. Indic. ap. Strab. l. 15. Diosc. l. 1. c. 6. 7. 8. Plin. l. 12. c. 12. invenio: *Nardum Opisticam* nullibi gentium. Nisi omnia me fallunt: Eruditi frustra hic macerant se, & in alieno solo illud quærunt, quod ante pedes obvium est. Etenim πιςικὸς est revera à πίςις: & νάρδος πιςικὴ inde sic dicta. Ut enim à λέξις λεξικὸς: à φύσις φυσικὸς: à δεῖξις δεικτικὸς: ita à πίςις πιςικὸς. Hanc analogiam satis certam nemo in dubium vocaverit. Ergo νάρδος πιςικὴ erit probatæ fidei, integra, sine admistione alterius. Tibull. l. 2. eodem nomine vocat *nardum puram*. Plin. l. 12. c. 12. *sinceram*, h. e. incorruptam, minus adulteratam. Et Evangelistæ addunt

Agell. l. 16. c. 13. *municipes* sunt cives Rom. ex municipiis, suo jure & legib. suis utentes, muneris tantum cum Pop. Rom. honorarii participes, à quo munere capessendo appellati videntur.

Mus, Mys, μῦς. Eusthath. à μύω ducit: quia in foramine clausus veluti & detentus, vivit. Aut potius ab Heb. מוּשׁ, *musch*, quod est recedere, fugere. Natura enim timidus vel levem strepitum fugit & ab hominum conspectu recedens, noctu hinc inde procurrit. Homer. est δειλὸς: Aristoph. in Vesp. μῦς ὀρεφίας: Nicandro τοιχοδόμος. *Murrire*, clamare, proprie mutium, inquiunt Gloss. Isidor. *Muscipula*, à capiendis muribus. Sicuti τὸ φονικὸν *Decipula*: & ap. Apul. *decipulum*. *Mucerda*, μυόκοπρος ἢ μυόχοδος: quod à mure excernitur. Sicut *sucerda*, συόκοπρος, à sue. *Capricerda* à capra. *Mustricula*: Jos. Scal. Invenio in Gloss. Latin. *Mustritula* machina ad stringendos mures. Et puto verum esse. Nam lignum illud ad calceos suendos, à similitudine illius machinæ dictum videtur. Idem Scal. Plaut. in Epid. Væ tibi *murricide* homo. Melius scriberetur unico R, *muricidus*. Quod videtur tanquam ioculariter ignavo exprobratū, ut qui hostem non potuisset, *mures cæderet*, quasi μυοκτόνος. *Muricidium* tamen etiam dixerunt veteres, ut Pompon. Atellanarius.

Musa, μοῦσα. Dorice μῶσα: Æolice μοῖσα & μῖσα: *Mysa, Musa*. Scal. l. 1. poet. c. 2. Musæ παρὰ τὸ μῶσθαι, à Platone deductæ sunt, quib. scilicet inventio attribuatur. Alii ἀπὸ τοῦ μύεσθαι, unde *mystæ* & *mysteria*, quo verbo judicium designetur. Arcana enim selecta sunt: electio autem à judicio. Nempe omnia, quæ in opere posita sūt, ab intellectione, aut ab inventione, aut à judicio proficiscuntur. Hebr מוּסָר, *musar*, i. e. disciplina, castigatio. Aut à מָצָא, *maza*, i. e. invenit studio. Etiam מָשַׁשׁ est contrectare, scrutari, ἐρευνᾶν. Gen. 31. Quæ Hebræor. deliciæ cui non magis animum afficiant, quam Sirenes illæ Atticæ! *Museum*, μουσεῖον: ει vertitur non in Æ, sed E longum, aut interdum EI. *Musium*, ap. Spar-

Spartianum. Est *museum*, locus Musis dicatus: hodie nobis *μουσητήριον* & *μελιττήριον* *Musem mel*, ap. Lucret. l. 1. & 4. *Musicus, μουσικὸς*, ad musam proprie pertinens. Postea ars illa canendi; *Musica μουσική*, ab harmonia & jucunditate, quæ accepta Musis refertur. Prov. 25. 20. *Ut qui imponit sibi vestem tempore frigoris, aut acetum nitro: ita qui canit cantica apud animum male affectum.* Nomina Musarum sunt: *Clio*, vel Cleio à *κλείειν*: gesta canit & celebrat, laudat. *Melpomene*, à *μέλπεσθαι*: etiam à cantu, *μολπῇ*. *Thalia, θαλεῖα*: *θάλλομαι*. Ab immortalitate & virore. *Euterpe ἀπὸ τέρπειν*. Εὐτερπὴς, qui bene delectat, à *τέρπω*. Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget. Ab eodem *τέρπω* & *χόρος*, fit *Terpsichore*, quæ affectus citharis movet. imperat, auget: scilicet in choris. *Erato*, ab *ἐρῶν*: quia amabilis doctrina & eruditio. *Calliope*, à pulchra voce, *ἐπὶ καλῇ*, ut ait Homer. Καλὸς pulcher: *κάλλος*, pulchritudo: ὄψ, est vox. Carmina *Calliope* libris heroica mandat. *Uranie*, ab *οὐρανὸς*: cœli motus scrutatur & astra. *Polymnia*: à *πολὺς* & *ὑμνεῖν*: ab ὕδω. Πολύϋμνος, i. e. celebris, multæ laudis. Videatur Plutarch. symp. 9. q. 14. Epigramma Græcum Callimachi: Fulgent. l. 1. mythol. Natal. Com. l. 7. mythol. c. 15. Quia ergo Musæ à cantu commendantur, aut etiam plerisq; dicuntur; non inique musa est *ἀοιδή*, cantus, carmen. Virg. 1. Ecl.

Silvestrem tenui musam meditaris avena.

Silvestrem, i. e. hilarem, aut sonoram, non rusticam aut agrestem. In silvis enim & sub tegmine arboris clarior sonus est & echo. Quod insequens docet versus:

Formosam resonare doces Amaryllida silvas.

A musa est etiam *Musivum, μουσεῖον*: ut Achivum ab *ἀχαιός*. *Musivum* est concinne tessellatum, & veluti elegante *musarum* manu: à *μοῦσα*. Inde Græci etiam dicunt *μουσάκιον* & *μουζάκιον*: Latini *Musaicum* & *Mosaicum*: ap. Meurs. in Gloss. Græco barb. Jul. Firm. l. 3. Faciet eos, qui sic habent Jovem, quodam subtili artificio sæpe pollentes, aut aurifices, aut ex auro vestes pingentes, aut inauratores, aut *musivarios*. Ad quos Jos. Scal. Malè, inquit, in vulgatis Firmici codicib. *aut in usu varios*.

Pavi-

infeſtas. Cujus rei dedit ſpecimen, quod in templo ſuo muſcam nullam ſupereſſe fecerit. Sicut hodieque in Venetiano palatio nulla eſſe dicitur, & in Toletano unica. Quod ſi certa eſt ea fama, omnino ſtatuimus idolum aliquod ſub palatii limine fuiſſe conditum, ut ait Bodin. l. 1. Dœmon. c 3. Plin. l. 29. c. 6. vocat *Myjoden* à *myia* & *Deus*, ſi Latine formes. Aut rectius *Myjoden* pro μυιώδην. Idem l. 10. c. 28. Invocant Cyrenaici *Achorem* Deum muſcarum, multitudine peſtilentiam afferente, quæ protenus intereunt, quum litatum eſt illi Deo. *Achorem*: cultu ut & nomine, ſumto ab *Ekron*, cujus Bahalzebub erat Deus. *Ekron* ab עָקַר, extirpavit, vulſit. Aut *Achor*, עָכוֹר ab עָכַר: quod fere idem, h. e. turbavit, ejecit. Scilicet ab officio, quod erat, abigere muſcas. Ap. Græcos Apollo appellatur σμινθεὺς *Smintheus*: quod fuerit Deus μυοκτόνος. Σμίνθας enim vocant mures, teſte Euſtath. Cl. Alexandr. protrept. Πολέμωνι δὲ τοὺς ἀμφὶ τὴν Τρωάδα κατοικοῦντας ἱστορεῖ, τοὺς ἐπιχωρίους μῦς, οὓς σμίνθους καλοῦσιν, ὅτι τὰς νευρὰς τῶν πολεμίων διέτρωγον τῶν τόξων. Καὶ σμίνθιον Ἀπόλλωνα ἀπὸ τῶν μυῶν ἐκείνων ἐπιφημίσαι.

Muſcus, μόσχος: qui & *vitulum*, & *muſcum*, & in arboribus prima germina, & verbo, quidquid tenerum, ac novellum ſignificat. Gloſſ. Philox. muſcus, βρύον, φῦκος. Ὄσχος Idem fere eſt, & peculiariter ramulus tener in vitibus: item ὄσχη ap. medicos eſt ſcrotum, ut & ὄσχεος, ὄσχεον. Ab Heb. אֶשֶׁךְ, i. e. ſcrotum, vas teſticulorum.

Mutilus eſt proprie parte aliqua imminutus: recta à Gr. μύτιλος vel μίτυλος. Theocr. idyll. 8. vocat μιτύλαν αἶγα. Scholiaſtes exponit ἄκερων. Heſych. μίτυλλον ἔσχατον. νῶτον Λακεδαίμονες. Et rurſum: μυτυλὸν ἐσχατονιαῖον ἢ χεῖρα τὸ νώτατον. Videtur Gr. μίτυλος oriri à μειῶ: aut propius a מְעַט Hebr. מְעַט, eſt parvum eſſe, minui, deminui. In pihel מִעֵט, minuere deminuere. LXXII. vertunt per ἐλαττόνω Exod. 30.15. per ἐλαττόω Num. 26.54. per ὀλιγόω Pſ.106.39. per σμικρύνω Jer.29.6. per ἐκλείπω Prov. 10.21. *Mutilare* eſt propriè partem adimere. Gloſſ. Cyril. πήρωσις σώματος *mutilatio*. Hominē mutilatum graphicè depingit Virg 6. Æn.

displicet Turn. l. 10. c. 25. *Mutuum* (inquit) à mutatione nomen habet: nam quod ajunt ex eo dici, quia ex *meo tuum* fiat, belle magis & scite, quam vere dictum arbitror. Varro à voce Sicula μοῖτον facit: sed displicet Cujac. l. 11. obs. c. 37. quasi μοῖτον à Latino *mutuum*, fluxerit. Atqui videri dictum potest, quasi μοὶ τὸν h. e. *mihi tuum*: scilicet utendum largire. Ut sit vox affantis alterum & rogantis. Τὸν pro σὸν, tuum: ut τὺ pro σύ. Quod si tamen malis Latinum: nempe à *permutatione* aut motu illo; nec analogia refragabitur. Ut à fatum *fatuus*: à cartum (verbi carere) *carduus*: sic à motum *motuus* & dein *mutuus*: vel à mutatum mutatuus & contractim *mutuus*. Quamquam & *Muto* est à *motu*, quasi *moto*. Est n. muto ita moveo rem & facio, ut se aliter habeat, quam ante Plaut. Amph. a. 1. sc. 1. *Neq; se luna quoquam mutat*. Ita enim legi oportere docet ibidem Phœnix Poet. Taubmannus. Sed & Scal. in Theoph. de pl. astipulatur: *Motus* & *mutatio* communia habent principia appellationum, μάω. Unde μῶα nostris Æolensibus, quos Latium est secutum, quod alii μάσα & μῦσα. Idem lib. de plant. Sola loci variatio est *motus*. Græca origo μάω μῶ. Unde μῶσαι, non quasi μάσαι, sicut Plato: Sed ab incitatione, à qua & furor. *Promovere* (inquit idem in Theoph.) est *prorsum movere*, quod jam motum est: atque in eam quidem partem, in qam motum est. *Hæc ille*. Simplicius *promoveo* est à pro: nec quidquam aliud notat, quam ulteriorem mutationem aut motum: ut etiam hæc verba, *procurro*, *procedo*, *progredior*, *proficio*, *prodeo*: & si quæ talia. De significatu peculiari τῦ *Muto* notentur hæc ex Mureto in Cat. *Mutare* pro eo, quod est emere aut vendere antiqui sæpe dicebant. Columella: porcus lactens ære *mutandus* est. Idque Græc. exemplo, apud quos hoc modo verbum ἀλλάττεσθαι ponitur. Ideo autem id fit, quia antiquiss. ratio contrahendi permutatio est. Quin ipsum permutationis nomen commune est omnib. contractib. tantumque valet Latinis permutatio, quantum Aristoteli συνάλλαγμα. Sed ad *Moveo* redeundum: inde simpliciter *momentum*. Ut à testor, testatum, testamen, testamentum: Sic à

 moveo

moveo, motum, *momentum.* Propriè Sat. 5. Perſ. Verterit hunc dominus, *momento* turbinis exit. Tertull. de reſurr. carnis: & l. 5. contra Marcion. *In atomo, in momentaneo motu oculi.* Similiter Hebræis רֶגַע momentum, quaſi *fragmentum* temporis minutiſſimum: à רָגַע diſrupit. Amplius *Momen,* τὸ ἄτομον, τὸ ἀκαρές. Ut à nutum numen: ita à motum momen. Lucr. l. 6 è ſalſo conſurgere momine ponti. Manil. l. 4.-- qui momina ſummis impoſuit. Item inde *Mox,* i. e. tam cito, quam te moveas ſive vertas, ut nos Germani loquimur. *Motacilla*: avis ſemper caudam movens. Gloſſ. *motacilla,* σεισοπυγίς. Et ſic videatur quaſi *motacida,* à cauda. Ni deminutio ſit, qualis in *frucilla.* Prima origo eſt Heb. מוֹט, loco motus eſt. מוֹט *mot,* eſt φορὰ aut commotio, μόθος. *Muto,* eſt callidus & fraudulentus, à Græco μόθων. Priſc *Mutone* cellas ſervorũ converti. Sed & Gr. σείω, fit ab הֵסִית, movit, incitavit. שְׁאָה, motus eſt. Σεισμὸς aut σεῖσμα, motus, quaſſatio. Ἐιδικῶς plerumque de motu terræ. Item δονέω, δόναξ, à נוּד, motus eſt, agitatus eſt. נִיד motus, κίνησις.

Mycenæ, à μυκάομαι: quod inibi bos ſuo mugitu locum deſignarit urbi, Strabo l. 1 Horat.

Aptum dicet equis Argos, ditesq; Mycenas.

Myricæ, ex maritudine nominatæ. Guſtus enim ejus nimis *amarus* eſt: inquit Iſid. l. 18. Orig. c. 6. Etiam Galen. l. 7. ſimpl. Med. Dioſc. l. 1. c. 99. & alii Botanici myricæ vim *adſtringendi* tribuunt. Unde μυρίκη, *myrica,* (quam alii *tamaricen* vocant ap. Plin. l. 13. c. 21.) non incommodè ab Heb. מָרַר, *marar,* quod ſignificat amarum eſſe, derivabitur. Virg. 4. Ecl. humileſque myricæ.

Myrrha & murrha, Græcis μύῤῥα: Attica dialecto σμύρνα. Inde *Smyrnion,* σμύρνιον: ab acri *myrrhæ* ſapore, ut vult Dioſc. l. 3. c. 65. Μύῤῥαν Græci faciunt à μύρον, i. e. unguentum: μύρω eſt fluo. Eſt enim myrrha lacrima arboris: ap. Plin. l. 12. c. 15. Dioſc. l. 1. c. 67. Theophr. l. 9. c. 4. At rectius ab Hebr. מוֹר, *mor* facimus quod itidem eſt *myrrha* Cant. 1. 13. Etiam verbum מָרַר

marar

Digitized by Google

μαρεῖν, amarus fuit, bene congruit myrrhæ. Plutarch. de Iside: Σμύρναν Ægyptii βὰλ nominant: quæ vox si interpreteris, delirationis significat amolitionem, ληρήσεως ἀποσκορπισμόν. In Leg. XII. Tab. Ne *murrata potio mortuo inderetur*, exstat. Et οἶνος ἐσμυρνισμένος legitur Marci 15.23. *myrrhatum vinum*. Ubi amici nostri Casaub. Ex. 16. Num. 8. contra Baron. consulere fas sit. *Myrrheus*, & *Myrrhinus* ex myrrha factus: aut myrrha conditus. De *vasis murrhinis* prolixè agit Rader. in l. 14. dist. 303. Martial. & putat, μύῤῥινα & μόῤῥινα deflecti à μύῤῥα, & μόῤῥα, quæ sit genus lapidis nobilioris è terra velut crystallus, effossi. Ipse videatur: & juxta Plin. l. 37. c. 2. Guibert. de Myrrhinis c. 8. nec non Brodæus l. 4. Misc. c. 1. & Had. Jun. l. 6. Animadv. c. 19. Nobis jam satis sit, quod veram originem myrrhæ eruimus.

Myrethecium, ap. Cic. à μύρον & θήκη, τῷ τίθημι. Similiter *myropola*, qui vendit unguenta. *Myrobalanus*, glans unguentaria: à βάλανος. *Myron*, μύρον, i. e. unguentum: & μύρω, fluo: recta fluit ab Hebr. מר, *mar*, gutta: quæ fluit & humectat.

Myrtus, μύρτος: μυρσίνη & Attice μυῤῥίνη, ap. Athen l. 6. Hodie *myrtus* Græcis est μερσίνα: corrupta veterum voce, ut solet. Olim Siculis dicta ἀκερσίλα, teste Hesych ab ἀκεῖν: quia vim medendi insignitam exhibet myrtus. Eustath. *myrsinen*, μυρσίνην, μύρτον & μυῤῥίνην dici vult à μύῤῥα: ob odoris similitudinem. Neque displicet si ducatur à μύρον, quod odoramentum notat & unguentum. Exinde enim myrtus admodum commendatur. Plin. l. 15. c. 29. *Succorum natura præcipuam admirationem in myrto habet: quando ex una omnium olei vinique bina genera fiunt.* A myrtus *myrteus* & *myrtinus*, i. e. è myrto factus proprie: ut μυρσίνινος à μυρσίνη. *Myrtinũ oleum*, μυρσίναιον ἔλαιον. *Myrtites vinum*, μυρτίτης οἶνος: ap. Diosc. l. 5. c. 31. & 32. *Myrtillus*, vox veterib. incognita: ita dicitur quia similitudine *myrtum* refert. Germ. vocant Heidelbeer. Matthiol. in Diosc. l. 1. c. 128. *Myrtus* arbor in gentilitate Veneri sacra erat. Ut enim Venus è mari nata (causam facile

Digitized by Google

videt Physicus) dicitur: ita etiam *myrtus* gaudet humidis & *amat litora*, ut ait Virg. 4. Georg. Etiam myrtus *apta est mulierum necessitatibus plurimis*, ut ait è Servio Isid. l. 17. c. 7. Sed & uti *mytum*. μύρτον est bacca myrti: ita à similitudine hujus baccæ dicitur in medio officinæ muliebris ἡ νύμφη ἢ κλειτορίς. Hesych. μυρτὸς ἡ μοῤῥίνη καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, οἱ δὲ τὸ χεῖλος τῆς γυναικός. Inde porro Venus à myrto dicitur *myrtea*. Plutarch. τὴν οὖν μυρσίνην ὡς ἱερὰν Ἀφροδίτης ἀφοσιοῦνται. καὶ γὰρ ἣν νῦν Μυρκίαν Ἀφροδίτην καλοῦσι· μυρτίαν τὸ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν, ὠνόμαζον. *Murtia*: prius *Myrtea*. Jam per C scribitur, *Murcia*: & est dea socordiæ ac negligentiæ. *A murteto*, dictam volunt Varro l. 5. L. L. Plin. l. 15. c. 29. Plutarch. in Αἰτίοις: quod inibi templo aut sacello erat proximum.

Mystax, μύσταξ, à μάσταξ, i. e. os, cui proxime incumbit mystax. Eustath. μάσταξ & μύσταξ, αἱ ἐπὶ τοῦ ἄνω χείλους τρίχες. Similiter Hebr. שָׂפָם, i. e. mystax, μύσταξ 2. Sam. 19. 24. χεῖλος Ezech. 24. 22. fit à שָׂפָה labium: cui mystax innascitur. Neque μύσταξ incommode ducitur, à μύειν: quia sit tegimenti loco, aut decoris quoque

Barba viros, hirtæque *decent* in corpore setæ.

Ea causa, à Græc. βαρὺ per ἀναδίπλωσιν, *Barba* nonnullis dicitur. Lactant. ideo scribit de opif. Dei c. 7. Barbæ ratio incredibile est, quantum conferat ad decorem virilitatis. Hæc ille. Martin. in Lex. apte putat dici *barbam*, quasi παρειᾶς πέκος, i. e. malæ germen, per metaphoram. Quomodo etiam γένειον & malam & barbam denotat. Item ἀνθερεών, mentum, dicitur ab ἄνθος: nempe à pilorum flore. Pacuv. Nunc primum opacat flora lanugo genas. Idem: Genas lanugo flora nunc demum irrigat. Virg. 8. Æn. Tum mihi prima genas vestibat flore juventa. *Barbatus* γενειήτης. Mulli *barbatuli* ap. Cic. in Paradox. Per metaphoram: quod pilos quasi, aut aliquid barbæ simile ostendant. Qua causa & quidam cometæ dicuntur *barbati*. Item herba illa protrita τραγοπώγων, *barbula hirci*, nobis Bocks Bart/ vulgo in Hetruria *sassefrica*. Diosc. l. 2. c. 137. barba hirci, quæ ab aliis *come* voca-

vocatur. E concluso calicis vertice *barba* dependet in cana prolixaque. Unde nomen, teste Theophr. l. 7. c. 7. *Barbitium* pro barba, ap. Apul. *Imberbis* ap. Horat. *Barbigenium* vox nova: Sed quam ἀναλογία non respuat. Ut quippe ingenium dicitur; ita etiam barbigenium, à geno. Ut terrigena, sic barbigena.

Mysterium, μυστήριον: arcana quædam res, & proprie divinis viris, sacerdotibusque tantummodo cognita, inquit Valla l. 4. c. 50. Sed latius patet. Ut enim *ministerium* ministri opera est proprie: sic mysterium quidquid latet & abstrusum est, è Græc. μύω aut potius Hebræo. Quod etiam notat eruditiss. Casaub. l. 1. c. 2. de Sat. Ab eadem radice (scilicet סָתַר) μυστήριον vox derivata Græcis: non ut nugacissimi eorum scribunt Grammatici, παρὰ τὸ μύστας τηρεῖν. מִסְתּוֹר *Mistor*, seu *Mistur*, res aut locus absconditus. Indue hoc verbum formatione Græcanica, fiet μυστήριον, sive μυστήριον. Idem Casaub. videatur contra annal. Baronii Ex. 16. Num. 43. Eph. 5. 32. Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν. Ubi vet Biblior. interpres: *Sacramentum* hoc magnum est. Unde & error ille exstitit, quo conjugium Sacramentis accensetur. Atque ea via si incedendum, etiam voluntas Dei Eph. 1. 9. Etiam pietas 1. Tim. 3. 16. Etiam alia, Sacramenta κυρίως sic dicta, h. e. sacra signa ἢ σημεῖα divinitus Ecclesiæ data, ad confirmandam promissionem gratiæ, erunt. Quando aliquoties τὸ μυστήριον occurrit, & ita ab interprete veteri *Sacramentum* redditur. Chrysost. μυστήριον exponit τὸ ἀπόρρητον καὶ θαυμαστὸν καὶ ἀγνοούμενον. Breviter: μυστήριον est quidquid μύεται, sive Græcam sive Hebr. originem putes, quidquid occulitur, sive arcanum, sive reconditum. Gloss. μυστήριον *arcanum, initiamentum.* A μύομαι, fit etiam *Mysta*, μύστης, i. e. sacrorum aut arcanor. conscius Suid. Μύστης ὁ τὰ μυστήρια ἐπιστάμενος ἢ διδάσκων. *Symmysta* est *Consecraneus*, vel è Gloss. *Consecraneus*, συμμύστης.

videtur καὶ hic esse particula obsecrantis & obtestantis: quomodo sæpe à Græcis usurpatur pro eo, quod Latini dicerent obsecro, vel, quæso. Sic ap. Euripid. in Hippol. Ναὶ πρὸς σε τῆς δε δεξιᾶς ἱκνοῦμαι.
Ap. Aristoph. in Nubib.

Ναί ναὶ καταιδέσθητι πατρῷον Δία.

Quib. omnib. in locis & aliis sexcentis καὶ nihil aliud est quam *obsecro, quæso* te. Sic igitur hoc loco. Nam cum visus esset Christus nolle huic mulieri concedere, quod petebat, illa vehementius orat, & καὶ κύριε ait. Deinde rationem adjicit, qua Christum moveri posse sperabat: καὶ γδ. Non enim iis assentior, qui putant Chananæam mulierem hæc dicere, ut dictum Christi confirmet: sed à simili potius argumentari eam puto. Quod ejus verba legenti attentè facile erit intelligere. Neque aliter Theophylactus interpretari videtur. Sic accipio etiam in elegantiss. illo loco epist. Pauli ad Philem. Ναὶ ἀδελφέ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ. Similiter in fine Apocal. Ναὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ: ita interpretor, ut hic quoque ναὶ sit obtestantis. Quid enim est *Etiam veni Domine* Jesu? Aut quid hic significat *etiam?* Cæterum ut *Ne* affirmandi: ita *me* jurandi vox est, è Gr. μὰ: sicut etiam νὴ. Μὰ Δία: νὴ θεόν: usus est Plaut. in Capt. a. 4. f. 2. Ita Me *Castor*: quandoque omisso M, *Ecastor*. Dum vero ap. Ter: And. a. 3. sc. 2. extat: *Perecastor scitus Puer*: opus est distinctione. *Per* non refertur ad *Ecastor*, sed scitus: perscitus. Itaque male omiserunt virgulam διορθωταί. Sic *Epol* pro *Mepol*: aut νὴ, *Ne.Equirine, Mequirine. Ecere* à *Cerere. Me Dius Fidius. Edepol, pro Me Deus Pollux.* Nam & Nominativus & Accus. sicuti ap. Græcos, apponitur. Igitur non est qvur fidem habeamus illis Festi, aut fortasse Pauli: *Mecastor* & *me hercules*; quasi diceretur: Ita *me Castor*, ita *Me Hercules* juvat. Sed & *Ædepol* male scriptum: quasi ab æde sit.

Napea, *Napus*, à νάπος ἢ νάπη, i. e. saltus aut nemorosa vallis: quasi νήφαος, vel νήφως: à νη privante, & φάος. Eustath. νάπη κοιλὰς, τόπος φαραγγώδης. Hesych. νάπη σύμφυτος τόπος, ὑλώδης κοῖλος. Virg. 4. Georg. *faciles venerare*

cet, inquit, summis viris sic appellari ἀπὸ τῆς πίστεως, nardum purum Latinis dictum, ut ap. Tibull. & in lege in argento. D. De auro & argento leg. & apud medicos. Nam & apud Græcos JCtos πιστικὸς dicitur navis magister, cujus fidei navis committitur. Atque hæc est doctissimorum hominum sententia. Quibus tamen ut assentior, nondum penitus inducere animum potui. Quare enim νάρδος πιστικὴ παρὰ τὸ πιεῖν (etsi erat ἀναλογώτερον πιστὴ) non dicetur? Quam Athen. ait aptam esse πρὸς πόσιν l.15. Et apud eundem Athenæum νάρδον καταπίνειν leges l.6, Hirtius in l. de bello Hispan. *Ipse de tempore cœnavit, vinum & nardum identidem sibi infundit.* Vox sane insolens & in qua hæsisse etiam Nonno aqua videtur, ut ex ejus Paraphr. Joh. 12. est intelligere. *Idem Casaub. contra Baron Exerc. 16.* Num. 13. Nos aliquando dubitavimus. num potius à πίνω, h. e. *bibo*, hoc nomen deduceretur: causasque non leves attulimus, cur id suspicaremur. Observamus tamen in alteram partem transire omnes fere Græcos: qui vocem πιστικὸς sæpe usurpant de re fideliter facta, aut quæ fidei significationem habeat. Sic Eusebius, *demonstrationis Evangelicæ l. 8.* vinum mysticum sacrosanctæ Eucharistiæ vocat κρᾶμα πιστικὸν τῆς καινῆς διαθήκης, h. e. *potum novi Testamenti fidem confirmantem.* Et πιστικὸν βάλσαμον, hoc est, *fidele*, i. e. salubre *balsamum*, leges in literis Emanuelis Imp. ad Fridericum Imp. Etiam de persona sæpe occurrit apud Cedrenum pro πιστός, ut pag. 545. 577. 596. Et sæpe alibi ὁ πιστικώτατος τῶν ὑπουργούντων *fidelissimus ministrorum*, quod Aristoph. & melior Hellenismus πιστότατος. Noster amicus *cl. Abrah. Schultet. in Marcum*: Tantum (*inquit*) non excruciavit Gtammaticos, Medic. & Theol. Νάρδος πιστικὴ apud Marc. & Johannem. Grammaticorum alii πιστικὴν à πιεῖν derivarunt, ut *nardus potabilis* intelligatur: alii πιστικῆς pro σπικάτης vel σπικητῆς scriptum, Latinamque vocem σπικάτης *spicatæ* pro Græca ab Evangelista positam suspicantur: cum nihil de *pistica nardo* in classicorum scriptor. libris reperiatur: alii à πίστις deducunt πιστικήν. Omnia frustra.

Nam

Nam à πιστῶ quomodo veniat πιστικὴ? Quod si à fide dicta sit; πιστὸς seu πιστὴ, dicenda, non πιστικὴ; fuerat. Latina exemplaria mire variant. Nam ap. Johann. constanter scribunt *pistici*, ap. Marcum *spicati*.

Causam eruditi hanc esse putant, quod Marcus, ex Syror. opinione, Evangelium suum Latinè scripserit. Quod si ita est, nihil mirum in Marco *spicati*; in Johanne *pistici* ap. vulgatum interpr. legi. Illud enim Latinus autor dedit, hoc Latinus interpres, ut erat in Græco, transcripsit. Rursum pro *pistici* & *spicati* legunt Latini alii *pisticæ*, alii *pisciti*, alii *spiciti*, alii *inspitici*, alii *spititi*. Tantum potuit error in unius vocis depravata scriptura commissus! Medici, Deum immortalem, quantopere sudarunt, in hujus expositione vocis! Legi prolixam de πιστικῆ νάρδῳ epistolam manuscriptam Joh. *Cratonis* Archiatri trium Cæs. Matthiol. in Herb. suo conatur & ipse eruere mysterium vocabuli πιστικῆς. Alii similiter Inter Grammat. & Medicos Theologi dubii quid crederent, anxiè hæserunt: donec tandem una viri docti conjectura omnes Grammaticor. Medic. Theolog. super hac voce disputationes supervacaneas esse docuit. Is est *Joh. Hartung.* olim Heidelb. postea Friburg. Academ. professor. subodorati quidem aliquid sunt Augustin. & ni fallor, Cyrillus quoque in Johann.; à loco quopiam *pisticam nardum* dici: sed locus ille qui esset, ignorarunt. Magnus quoq; Camerar. recitato versu Nonni,

Πιστικῆς τρία μέτρα φατιζομένης ἀπὸ νάρδου.

Videri, inquit, *possit à loco nomen illud esse deductum: quia mediam syllabam produxit.* Sed locus ille qui esset, nec ipse neque Nonnus aperuerunt. Primus, ut dixi, HARTUNGUS in *Criticis* suis Decad. 3. c. 6. ex Athenæi l. 15. nos docuit, prope Babylonem fuisse opidum, OPIS dictum, ubi preciosiss. nardi unguenta confecta & in alia loca sunt transportata. Itaque non dubitat, germanam lectionem fuisse ap. utrumque Evangelistam νάρδου ὀπιστικῆς. Quæ vox, quia librariis minus nota fuit, omissa litera o, scripserunt πιστικῆς, & hac sua inscitia viris doctiss. quasi crucem fixerunt, in qua cogitationes eorum

vexa-

vexarentur. Namque & ſic Germani precioſum pannum vocamus, *pannum Londinenſem*, **Lundiſch tuch /** à metropoli urbe Angliæ: precioſa vero vitra Veneta, **Venediſch glaß /** quia inde puriſſ. & pellucidiſſima vitra ad nos devehuntur. Hæc Schultet. Opus hic cenſura. Tria etyma afferuntur. Primum à πιεῖν: *alterum* à πίστις: *tertium* ab Ὦπις. Melius arripere fas eſt: ſed è meliori ratione. Ac primo πιστικὸν fieri ἀπὸ τοῦ πιεῖν, analogia moroſior paulo videtur. Etiam τὸ μύρον (cujus Johann. & Marcus commeminit) innuit *liquorem*: ſi inde aliqua forte nobilitatis pars trahatur. Deinde neque ab Ὦπις (ita enim ab Herodoto & Strab. ſcribitur) fieri poteſt ὀπιστικὸν, ſalvâ analogia: ſed ὠπικόν. Neque etiam mentio *Opis* exſtat ullibi in Athenæo. Libro quidem 15. c. 15. ex profeſſo de variis locis agit, in quibus meliora quæq; unguenta fiant, & inde alio deferantur. Et addit: νάρδινον δὲ ἐν Τάρσῳ. Sed ne tantillum ibi vel etiam alibi veſtigium Athenæi apparet: unde *nardus opiſtica* exprimatur. Deinde Herodoti l. 1. hæc ſunt verba: Ἐκδιδοῖ δὲ ἐς ἕτερον ποταμὸν Τίγριν, ὁ δὲ παρὰ Ὦπιν πόλιν ῥέων. Simul meminit Strabo l. 2. 11. & 16. Et quidem l. 2. Ὦπιν vocat κώμην, pagum. Et rurſum l. 16. ἡ Ὦπις, κώμη ἐμπορεῖον, τῶν κύκλῳ τόπων. At vero ſi *Opim* nardus ita commendavit & ſi nardus *Opiſtica* & inde *piſtica* tam inſignis fuit, inq; tam remotas delata oras, ut etiam ap. Judæos percrebuerit: quare ne tantillum ejus veſtigium apparet in Herod. Strab. Athen. Joſeph. Plin. Dioſc. aliis? Nardum Celticam, Italic. Syriac. Indic. ap. Strab. l. 15. Dioſc. l. 1. c. 6. 7. 8. Plin. l. 12. c. 12. invenio: *Nardum Opiſticam* nullibi gentium. Niſi omnia me fallunt: Eruditi fruſtra hic macerant ſe, & in alieno ſolo illud quærunt, quod ante pedes obvium eſt. Etenim πιστικὸς eſt revera à πίστις: & νάρδος πιστικὴ inde ſic dicta. Ut enim à λέξις λεξικὸς: à φύσις φυσικός: à δεῖξις δεικτικός: ita à πίστις πιστικός. Hanc analogiam ſatis certam nemo in dubium vocaverit. Ergo νάρδος πιστικὴ erit probatæ fidei, integra, ſine admiſtione alterius. Tibull. l. 2. eodem nomine vocat *nardum puram*. Plin. l. 12. c. 12. *ſinceram*, h. e. incorruptam, minus adulteratam. Et Evangeliſtæ adducunt

dunt alia epitheta, Joh. πολύτιμον, Marc. πολυτελῆ: ut ità τὸ πιστικὸν magis declarent. Et sicuti *pseudonardus* ap. Plin. l. 12. c. 12. ita vocatur à ψευδὴς, ψεύδω; quod est fallo: ita contrario modo nardus πιστικὴ, à fide: ut sit spectatæ fidei & excellens. Neq; aliter Syrus interpr. *Alabastrum unguenti nardi præstantis, magni precii.* Et huic sententiæ nostræ tot, tamq; eximii interpretes Græci ac Latini suffragantur: ut, qui nos inde amovere velit, multo certiorib. agere nobiscum rationib. Criticum oporteat. Ex eo est, quod vet. Lexicon scribit: *Nardum pisticum dicitur, i. e. fidele, purum, sine omni impositura & commixtura compositum, non adulteratum aliis herbis.* Et Gloss. Isid. *Nardum pisticum, chrisma sine impostura.* Bene etiam Vadian. Med. in epit. terræ part. Dignum, inquit, cognitu, quod l. 13. Plin. tradit: videlicet novem herbar. species esse quæ nardum imitentur & adulterent. Unde intelligimus, in tanta fraudis materia, usum loquendi obtinuisse, ut pistica nardus diceretur, quæ sincera & absque vitio esset, ἀπὸ τῆ πίστεως, à fide, & plane ἄδολ☉ h. e: germana, ut ait Erasm. & nulla arte vitiata. Proinde & Hermolaus l. coroll. 1. πιστικὴν h. e. probam & fidelem exponit, & quæ adulterata non sit: sicuti Marci 14. & Joh. 12. accipitur: Hieron. super c. 26. Matthæi pisticam, plane veram & absque dolo exposuit. Hæc Vadianus.

Nares: Nar. naris proprie foramen nasi. Pers. Sat. 1. sonat hic de *nare* canina: à Gr. ῥινὸς, ῥὶν, μετὰ μετάθεσιν: *Nares* ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆ ῥεῖν: sicuti quidam Latinum *nasus* faciunt à *mando.* A ῥὶν est *ringo*, i. e. corrugo narem. Circumscribunt Græci ringere per τὸ ῥῖνα συνάγειν. Indicium iræ, ut & alias nasi primoris acumen (Lucr. l. 6. sic loquitur) homines arguit ad iram propensiores. Theocr. id. 1. καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται, i. e. Et ei semper acris bilis in nare sedet. Sic Prov. 14. 17. קְצַר אַפַּיִם, *kezar appaim*, est brevis aut curti nasi, vel curtus irarum; ὀξύθυμ☉, i. e. qui cito irascitur. Ut contra, & quidem de Jehovah ipso dicitur Exod. 34. 6. אֶרֶךְ אַפַּיִם, *erech appaim*, i. e. magno naso: sicuti Hispan. editio *Compluten-*

sis

Digitized by Google

sus & *Antverpica* verbatim exponit, h. e. patiens, μακρόθυμος, βραδὺς εἰς ὀργὴν, Jac. 1. 19. tardus ad iram. *Nasus* etiam notat irrisionem & contemtum.

Martial.

Nasutus sis usque licet, sis denique nasus.

Pollux l. 4. c. 15. τὸν εἴρωνα μυκτῆρα καλοῦσιν, i. e. Cavillatorem quidam nasum vocant. Hinc etiam μυκτηρίζειν est *naso suspendere* h. e. salse & quasi crispato naso deridere. Horat. *suspendens omnia naso*. Pers. Sat. 1. -- *rides, ait, & nimis uncis Naribus indulges.* Turneb. l. 4. c. 9. *Qui adunci nasi sunt, homines irrisores habentur: qui quod irrident, id vero ut lance quadam, sic naso suspendere & ponderare videntur.* Etiam *nasutus* communiter est, qui alios deridere solet & *suo naso* omnia veluti metiri. Germ. Naseweise: δοκησίσοφος. Sacris literis est *sapiens in oculis suis*. Ita enim monet Salom. prov. 3. 7. *ne sis sapiens in oculis tuis.* Targum: בְּאַפָּךְ, quod etiam potest verti: *In naso tuo*. Nam אף faciem & nasum significat. Porro à ῥὶν est *Rhinothmetus*, i. e. denasatus, cui abscissi sunt nares. Quod contigit ob sævitiam Justiniano minori Imp. qui & inde *Rhinotmetus* fuit appellatus. *Anthirrinon* vel etiam *anarrhinon* herba: quod ejus semen ῥῖνας, i. e. nares vituli repræsentet, Diosc. l. 4. c. 128. Plin. l. 25. c. 10. Galen. etiam *bucranion* appellari prodidit. A Latino *Nare*, fit nasus: κατ' ἀντίστοιχον, ut sit discrimen inter *Narus*. Aliis à ναρμός: propter fluorem mucci. Ultima *Naris* origo est נָחַר, *nachar*, *nar*, נְחִירַיִם nares: ap. LXXII μυκτὴρ Jobi 41. 12. *Nasiterna* in Plaut. Pœn. a. 5. sc. 5. est genus vasis aquarii patentis, & ansati, quale est, quo equi post confecta spatia in Circensibus perfundi solent & recreari. ita dicitur, quod tres *nasos*, id est ansas haberet. Ita Vatinianis calicibus assignat *nasos* Mart. & Juven.

Siccabis calicem nasorum *quatuor* ---

Plaut. Captiv. lepide confinxit. *Denaso*, i. e. nasum amputo. *Nasturtium* ab acrimonia & mordacitate: quod nasum torqueat & sternutationes provocet, quasi *Nasitortium*, à tortum. Plin. l. 19. c. 8. *Nomen accepit à narium tormento.*

Digitized by Google

tormento. In Moreto: *Quæq; trahunt acri vultus nasturtii morsu.* Gallis etiam *Nasitort.*

Narthecium, ναρθήκιον: vasculum aut capsula ἐκ τῦ νάρθηκος. Ideo Hesiod. ἐν κοίλῳ νάρθηκι. Cic. 2. de Fin. medicamenta illa tanquam de narthecio promant. Mart. l. 14. epig. 68. *Artis ebur medicæ narthecia cernis habere Munera* --- Gloss. Ferula, νάρθηξ.

Narica est genus piscis minuti, in Festo: aut emendatius: *Narita*, νηρίτη: *Nerites* ap. Arist. l. 4. hist. Anim. c. 4. Ibi J. C. Scal. Νηρίτην, *naricem* Th. Gaza Suidam sequutus, qui à *nando* deducit, interpretatus est: quoniam vellificat *nando*, cubatque cum hospite cancello tranquillis dieb. Quod est primum genus officiorum. Alterum, cum in tempestate est, ibine jactetur atque allidatur saxis, [?]eclinato tecto adhæret saxis. Itaque cancellus in proximas cautium latebras recipitur. Tertium cum inde soluta, patellarum more, procedit reptando. Quartum cum vellificat inversa concha. Itaque non à *nando* videtur Suidas deduxisse: sed ab *urinando*. Quin ibidem notavit è Lycophrone τ̃ νηρὶ recessum quendam cavum atque humidum dici. Quid? quod omisit τὸ ῥεῖν: quod verbum in eà voce est, atque τὸ νεῖν. Nam *Nereus* à *nando* & *fluendo*, liquor maris dictus est. Est νηρὶ apud Athen. in secundo: μετ᾽ ὀξυμέλιτος νηρῦ καὶ ὄξους. Nondum percepi, an mendum sit. A Nereo ductam νηρίτην negat Suid. quoniam absit diphthongus. Sed non animadvertit, mediam ea de causa produci, quoniam coaluerit. Itaque scribitur in plurali νηρῖται cum circumflexo. Hæc Scal.

Nassa qua capiuntur, aut potius decipiuntur pisces. Ab Heb. נָשָׁא, *nascha*, i. e. seduxit, decepit, conjecit aliquem in nassam. Nomen est שְׁאֹת, i. e. nassa, seductio, vastatio, Silius: Haut secus & vitreas solers piscator ad undas ore levem patulo texens de vimine nassam.

Natolia, ab ἀνατολή. Petr. Bellon. in obs. Pereg. ait hanc Asiæ partem, (ab antiquis Minorem appellatam) hodie

hodie à Turcis *Natoliam* aut *Anatoliam* appellari, à Gr. ἀνατολὴ i. e. oriens : eoque vocabulo comprehendi omnem Asiæ regionem ultra Propontidem & Hellespontum (cui Ottomanor. prosapia præest) sitam : nempe universam Phrygiam, Galatiam, Bithyniam, Pontum, Lydiam, Cariam, Paphlygoniam, Lyciam, Magnesiam, Cappadociam & Comagenum. Hæc ille.

Nauci, putamina nucis, aut omnium rerum. Cic. Non habeo nauci, i.e. non facio flocci. Proprie est res nihili: & quidem cum aliqua asseveratione : ναὶ οὐχὶ, ut colligitur è Festo. A *nauci* est *Naca*, ut nonnemini videtur. Verius à νάκη, νάκος, τὸ Gloss. pellis lanata, νάκη. quippe fullones tractant lanam. Et *Nacæ* fullones sunt, ut Festus annotat. *Macca* ap. poetas, C geminato.

Pers. Sat. 3.

———*Ad morem discincti vivere* naccæ. Ab iis, qui *Nactæ* legunt, aliquid causæ merito postulatur. Turneb. l. 25. c. 23.

Nausea, ναυτία, & Jonice ναυσίη, est quando ex halitu marino & motu navis ambiguo ventriculus, præsertim non assueti, ad vomitum irritatur. Plaut. Amph. a.1. sc.1. alludit : Lassus sum hercle è navi, ut vectus huc sum. Etiam nunc *nauseo*. A ναῦς Hebr. אֳנִי. *No, nato*, νέω, νῶ, νήχομαι, νάω, ναῦς : ab Hebr. אֲנָה, *anah, na, Echeneis*, ἐχενηίς, ab ἔχω & νηῦς pro ναῦς : quia *retinet navem*, vi occulta : de quo Rittersh. in Oppian. l. 1. Plin. l.9. c.25. *Est parvus admodum piscis, assuetus petris*, echeneis *appellatus : hoc carnis adhærente naves tardius ire creduntur, inde nomine imposito.* Consulatur Plutarch. q. 7. l. 2. Symp. Ælian. l. 2. de animal. c. 17. Hieron. Fracastor. de Sympath. c. 8. Rondel. l. 15. c. 18. Scal. Exerc. 218. s. 8. A nando fit *Natrix* : sicut *hydrus*, ὕδρος, id est, coluber aquaticus : ab ὕδωρ. *Natinatio, natinare*, i. e. negotiari. Isid. Vel *Natinare* est more natantium semper in negotiis fluctuare, ut J. Scal. elegantissime declarat. Nec tam priscum verbum est (inquit) quam prisca verbi forma, *natare*, *natinare*. Ut *iter itiner* : *jecur jecinur* :

 pro-

prodeunt, prodinunt: *Navigo*, i. e. navim agito: formatur, ut à remus remigo: *igo* eſt λῆξις. Horat. l. 2. ep. 1. Navem agere ignarus navis timet. *Nauta*, ναύτης: poſt interjecto I *Navita*, & Græce ναυάτης. *Nauta* enim primum fuit, uti æſtimat Scal. c. 19. L. L. *Naulum*, ναῦλον, quod pro navigatione loco precii ſolvitur. *Naufragium*, ναυάγιον: quando navis fringitur, ap. Comicum. Verbo *naufragare* utitur vet. biblior. interpres, & Salvian. l. 3. de gubern. Dei. *Mavarchus*, ναύαρχος, id eſt, præfectus navi, ſeu princeps. Ἀρχὴ principium. *Nauclerus*, ναύκληρος, i. e. dominus navis, κλῆρος: unde *Clerus*, *Clericus*: κληρικὸς, κληρωτός. Videatur Savaro in Sidonii l. 6. epiſt. 8. *Cleropeplum*, i. e. ſingulare ornamentum ordinis Clerici: quod nunc corruptiſſimè *Liropipium*. *Peplum* & *Peplus* ex Gr. πέπλος: at κλῆρος ab גורל, disjectis aliquantulum literis, i. e. ſors, clerus.

Nectar, νέκταρ: immortalium potus, quaſi ἀπερνικόν. Aut quaſi νεοκτίαρ, quaſi juvenum ac florentium poſſeſſio, hoc eſt, deorum, quibus perpetua juventus & ſic immortalitas: νέον κτέαρ. *Nectareus*: Heſych. νεκτάρεος, θεῖος, ἡδὺς, εὐώδης.

Ovid. 4. met.

Protenus imbutum cæleſti nectare corpus.

Et Homer. de dea:

--- Κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν.

Item Heſiod.

Νέκταρ τ' ἀμβροσίην τε, τάπερ θεοὶ αὐτοὶ ἔδουσι.

Tzetzes Chiliad. 10. hiſtor. 351.

Νέκταρ δὲ πόσιν τῶν θεῶν πάλαι φασὶν οἱ μῦθοι,
Ἡμεῖς δὲ νέκταρ πᾶν γλυκὺ φαμὲν ἐν παραλλήσει.

Idem ibidem de ambroſia:

Ὁ ἀμβροσία βρῶσις θεῶν μυθογραφεῖται,
Ὡς ἀμβροσία ὅσά τις, οὐχὶ βροτῶν δὲ βρῶσις.

Idem etiam monet Etymolog. magnum. Ex Græco Ἀμβροσία, ἢ ἀμβροσίη fit etiam Latin. *ambroſia*: qua nimium delicias ſibi faciunt poetæ. Et *ambroſius*, ἀμβρόσιος, h. e. immortalis, idem qui ἄμβροτος: à βροτὸς, cui α στερητικὸν præponitur & μ euphoniæ cauſa additur.

Nemus,

Nemus, νέμος, i.e. locus arboribus bene consitus & gramine vestitus. Νέμειν pascere est. Hesych. νέμος, ἔνδενδρος τόπος καὶ νομὸν ἔχων. Homer. Iliad. 2. ἐν νέμεϊ σκιερῷ, i.e. in nemore umbroso. *Noma*, νομὴ, est pabulum: nec non ulcus, quod carnem vicinam *depascit*: Plin. l. 23. c. 4. & alibi sæpe Lat. *nomam* ponit. *Numidia* à pascuorum ubertate. Plin. l. 5. c. 3. *Numidæ vero Nomades à permutandis pabulis*. Mutatur O in U, *Nomades*, *Numidæ*. Fest. *Numidas* dicimus, quos Græci νομάδας: sive, quod id genus hominum pecoribus negotiatur, sive quod herbis, ut pecora aluntur. Similiter *Eremus*, ἔρημος, ἐρημία: *Eremita*, ἐρημίτης, i.e. qui loca deserta inhabitat: suppeditatur à matre linguarum חֵרֶם, *cherem*, *erem*, i.e. desolatio. Unde *Hermon* חֶרְמוֹן. Vel ducatur ab עָרָה, i.e. nudare, evacuare.

Nenia, Tull. 2. de leg. Honoratorum viror. laudes in concione memoranto, easque etiam ad cantus ad tibicinem proseqvuntor; cui nomen *neniæ*: quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. *Fest.* Nenia est carmen, quod in funere laudandi gratiâ canitur ad tibiam. *Nonius c. 2.* Nenia ineptum & inconditum carmen, quod adducta precio mulier, quæ præfica dicitur, mortuis exhibet. Quod etiam *Varro* l. 4. de vita prop. Rom. docet. Scal. l. 1. poet. c. 50. Idem carmen etiam νήνιον vocarunt, id est, extremum, & νηνίαν eâdem ratione. Quare non recte per diphthongum scribunt. Sic tibiam, quæ in funeribus adhibebatur, vocavit. Pratinas Phlyasius νηνιδόταν. Jovianus Pontanus neniæ vocem traduxit ad nutricias cantilenas: propterea, quod vulgus nostras *Bellas*, aliis locis in Italia nutrices *Nenas* dicunt: ut opinor, à cantiunculis, quæ sint similes cantibus præficarum. *Et paulò post*: quæ ad rogum dicerentur, erant *Neniæ*. Νέω seu νηέω, est acervum extruo. Patrissat filius Josephus in Conject. *Nugæ* etiam, inquit, erant proprie, quæ canebantur in mortuorum laudem. *Plaut.* Asin. a. 4. sc. 1. Hæ sunt non *nugæ*: non enim mortualia. Etiam origo id declarat. Nam *nugæ* Hebr. & Syriac. vocabulum, id sonat mœrorem: sicut *nenia* planctum eadem lingua. In Plauto nugæ & *mortualia* vocantur carmina præficarum. Hæc ille.

Ap. Hebræos נוּגֵי, *nugæ*, item *nugoth*, ſunt mœrore affecti, afflicti, περιπεραχθεῖς. Ab יָגָה, doluit. Soph. 3. 18. Mœſtos propter conventum recipiam. Ibi vet. translatio habet: *Nugas* qui à lege receſſerant, congregabo. Idem Joſ. Scal. de translatione neniæ ad cantiunculas nutricum in Auſon. *Lallus* eſt (inquit) καταβαυκαλισμὸς (*Baucis* enim nomen in re futili,) i.e. nenia nutricum, qua pueris inducunt ſomnos, ſubinde hoc repetendo, *Lalla*, *lalla*. Unde *lallare* pueri dicebantur, cum hac cantiuncula ſomno declinant oculos: Græcè καταβαυκαλίζεσθαι. Dicunt & Italæ, & Aquitanæ mammæ ſeu nutrices pro eodem *Nina*, *Nina*. Quod & Græcos factitaſſe indicio eſt *nenia* illa, quæ inde vocabatur νύννιον. Hæc ille. Hebræis נִי, *ni*, eſt lamentum: נְהִי, *nehi*, planctus, à Rad. נָהָה, planxit, lamentatus eſt. Heſych. νύννιον ἐπὶ τοῖς παιδίοις καταβαυκαλωμένοις φασὶ λέγεσθαι, ὁμοίως καὶ τὸ νύννος.

Nepa, Scal. L. L. c. 137. νέποδες dicti ſunt à Græcis piſces, ut ap. Oppian. Unde etiam noſtra *Nepa*. Pedibus enim minime valet. Feſt. *nepa Afrorum lingua ſidus, quod dicitur noſtris* cancer, *vel, ut quidam volunt*, Scorpius. Si jam vox Africana: videtur fieri à נְפַח, quod Chaldæis eſt inflare & intumeſcere. Morſu enim ſcorpionis membra inflammari & inguina extolli, ſcribit Dioſc. l.6. c.44. Manil. l.4. *Hærentesq́ decem partes nepa vindicat ipſi.* Vulgo legitur *nota.* Sed rectum eſt, *nepa.* Joſ. Scalig. ita corrigit & annotat, Ipse, ſibi ipſi, Manilianum. *Nepam* pro ſcorpione uſurpat etiam Cic. uterque, Marcus & Quinctus. Alii veterum pro *Cancro.* Nonius. *nepam* quidam *cancrum* putant ob illud Plauti: *Retroverſum cedam, imitabor nepam.* Et illud aliud: *Aut cum nepa eſſet dubium in utroque.* Nam vere nepa ſcorpius dicitur. Ad ſummam: *Nepa* ſimul & ſcorpium & cancrum notare, docent autores modo citati. Etiam magna inter ipſos *cancellos* & *ſcorpios* ſimilitudo figuræ. Et vero etiam è *cancro* naſci *ſcorpius* dicitur. Ovid. 15. Met.

Concava litoreo ſi demas brachia cancro,
Cætera ſupponas terræ, de parte ſepulta

Scor-

Scorpius exibit, caudaq; minabitur unca.

Idem poeta: *Obrutus exemtis cancer tellure lacertis,*
Scorpius exiguo tempore factus erit.

Nicander in theriac. octo scorpionum genera recensens, sextum dicit ἐναλίγκιον αἰγιαλῆι καρκίνῳ, i. e. similem litorali cancro. Et de septimo ait, Quod sint ῥαιβοῖσιν ἰσήρεις ἄντα πάγουρος. Etiam, ut *cancri* oblique ambulant, sic *scorpii* cum pungunt. Ut ita eadem hæc vox *Nepa* tam *scorpio* quam *cancro* recte tribuatur.

Nepenthes, νηπενθὴς: ἀ νη & πένθος, quasi ἄλυπον vel ἀπενθὴς dicas, ap. Homer. 4. odyss. Aliis videtur esse *Silvestris ruta*, quod notat Keckerm. in disp. phys. Aliis *buglossum*, de quo Halenus itidem prædicat, quod pulsa mœstitia animos reddat hilares ac lubentes. Quo nomine & *nepenthes* claret ap. Homer. Verba Galeni de buglosso habentur l. 6. simpl. med. καὶ τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενον εὐφροσύνης αἴτιον γίνεσθαι. Aliis denique nepenthes idem est, quod *helenium*. Plin. l. 21. c. 21. attribuunt & hilaritatis effectum eidem (*helenio*) potæ in vino, eumque quem habuerit *nepenthes* illud prædicatum ab Homero, quod ea tristitia omnis aboleatur. Idem l. 25. c. 2. Herbas certe Ægyptias à regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud *nepenthes* oblivionem tristitiæ, veniamque afferens, & ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum. Hæc Plinius.

Nepos, νέπος. Scal. in Conject. Pes quodvis fundamentum. Hinc puto *Nepotes* dictos. Est enim vocabulum Græcum νέποδες, *nepotes*: quod πὺς ipse, i. e. fundamentum generis, non essent, sed tantum ἀπόγονοι. Theocr. enim & Apollon. usurparunt νέποδας pro nepotib. ἀντὶ τῶν ἀπογόνων. Quod & Festus annotarat, ut cognoscimus ex ejus reliquiis, in quibus etiam apparet citasse Callimachi autoritatem. Hæc ille. Eadem commoditate *Nepos* (quem Hebræi *filium filii* vocant) dicitur à νέπους, i. e. νέος πὺς *novus pes* quasique novum fulmentum familiæ. Sunt filii primi: nepotes secundi & ita *novi pedes* ac columnæ familiæ perpetuandæ.

Neptunus, Cic. l. II. de nat. deo. Nomen productum, ut *Portunus* à portu. Sic *Neptunus* à nando paulum primis literis immutatis. Abnuit Scal. l. de plant. Neptuno (*inquit*) à lotione attributum est nomen. Id enim facit in ipso νίπτειν; quod in Acheloo (hoc omnes aquas Græci nominabant) λύειν. Ne vos fallat eorum autoritas atque abducat à veritate, qui à nando, *Neptunum*, sane quàm populariter deducebant. Sed ut à *verto Vertumnus*: à *portu Portumnus*: sic à νίπτω *Neptunus*. Artemid. de somn. l. 1. c. 58. notat, *Neptunum* dici ἵππιον: & in Nub. Aristoph. ἵππιον, ab ἵππος. Quia sit *eques marinus*. Hinc eidem Orpheus in Hymno Neptuni attribuit πτερόεσσαν ἅρμα. Et Virg. l. 5. Æn.

Iungit equos curru *genitor, spumantiaq́ addit*
Frena feris, manibusq́ omnes effundit habenas.

Neutæ similiter sunt *nautici equisones*, apud Varron. Marcipore. Simili etiam metaphorâ exprimuntur naves. Ita Homer. odyss. 4. Dousa Indice naves appellat ἁλὸς ἵππους. Sophocles Electra, ναυαγίᾳ ἱππικῷ. Plaut. Rudent act. 1. sc. 5. *Equo ligneo per vias cæruleas Est vectæ.* Oppian. Halic. 1. navim vocat, εὔζυγον ἅρμα θαλάσσης. Ibidem dicit χαλινὰ οἰήκων & ὄχους ἁλὸς ἵππους. Æschil. θαλασσοπλαγκτα λινόπτερα ναυτίλων ὀχήματα. Nonn. ἁλίδρομον ἅρμα θαλάσσης.

Nere, neo. Plin. l. 33. c. 3 superque omnia netur, ac texitur lanæ modo. Sil. l. 7. *Donum quod nostra nevere manus.* Simpliciter autem *Neo* oritur à νέω, quod idem significat. τὸ νῆμα à νέω. Etiam *necto* à neo, νέω: vel propius à νήθω, quod idem cum νέω est. Est enim *nectere* proprie interposito vinculo colligare: ut faciunt nentes, qui filo partes disjunctas nectunt aut conjungunt. Gloss. Philox. *nectet* νήθει. Ut à textum textile: ita à nexum *nexile*. Onom. *nexilis*, πλεκτὸς. Lucr. jungit l. 5. Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen.

Nereus, νηρεὺς. Ovid. in Dejanira: *Qua latam Nereus cærulus ambit humum.* Hinc dicitur à νηρὸς, i.e. humidus, quod à νέω, fluo. Eustath. νηρεὺς à νέω & ῥέω facit. Ratio eodem vergit. Vide paulo ante in *Narica*, quid J. C. Scal.

Scal. monuerit. *Nereus* dicitur Hesiodo πρεσβύτατος: Æsch. παλαιγενής: Virg. *grandævus*. *Nereis*, νηρεΐς: & poetico more νηρηΐς. *Nereides*, Nerei & Doridis filiæ quinquaginta, nominatim ab Hom. Iliad. 6. & Hesiodo in Theog. descriptæ. Ubi opus, videantur.

Nervus, νεῦρον, proprie est vehiculum spiritus animalis, instar chordæ apparens. Agell. l. 13. c. 21. *Nerio* Sabinum verbum est, eoq; significatur virtus, & fortitudo. Itaque è Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque præstanti fortitudine, *Nero* appellatus est. Sabini id à Græcis accepisse videntur, qui vincula & firmamenta membrorum νεῦρα dicunt. Scal. in Ætnam: Homines compactis viribus Sabini *Nerones* vocabant. Gloss. *Nero* ἀνδρεῖος.

Nex, *neco*, quasi νεκῶ, νεκρῶ. Νεκρὸς mortuus à ν στερητικῷ & κῆρ. Cor enim est sedes vitæ: & eo violato mors animal occupat. Laconium est νίκυρ pro νεκρὸς, ut monet Hesych. Etiam assonat Hebr. נָכֶה, i. e. percussus. In hiphil הִכָּה est percussit, cecidit. Ab eodem oritur *Noceo*, quasi νεκύω (Heb. נֶזֶק, i. e. noxa) & habet in se emphasin peculiarem. A noceo *noxa*: proprie quæ nocet, detrimentum, damnum. *Noxius*, qui nocet, βλαβερός. Et quidem ducitur à noceo *noxa*: ut à *neco*, *nox*. Corn. Fronto: *Occidere* ob cædem dictum est: *jugulare* ob jugulum: *Necare* à neco: *interficere* à facto: *perimere* ab emtione, quasi jure tollere. *Innocens* dicitur, non qui nocet leviter, sed qui nihil nocet. 5. Tusc. *Necia* à *nece*, qua resident mortui. 2. de Leg. *Denicales* feriæ, cum propter mortuum familia purgabatur, à νέκυς, Fest. *Niger*, νεκρός: mortui namque atri, ut ait Scal. Ex. 325. f. 10.

Et Lucret.

Omnia suffundens mortis nigrore—Ideo θάνατος μέλας, σκιόεις, μελάμπεπλος, dicitur.

Pernicies à pernecando. *perniciosus*. Latini *pestem & perniciem* ita jungere consueverunt. Lucil. Sat. 2. hostibus contra Pestem perniciemque. Catul. Eripite hanc pestem perniciemque mihi. Terent. Adelp. Pernicies

omnium adolescentium, periurus, pestis. Cic. 1. off. Ad bonorum pestem perniciemque convertere. Idem 1. in Catilin. Cum tua peste ac pernicie. Idem pro C Rabirio: Contra pestem ac perniciem civitatis. Ducitur autem *pernico* & *perneco:* sicuti *eneco* & *enico*. Mirum, quam veteres hic luxerient, crebris ita vocalium mutationib. oblectati. Ita *Manerva* ap. Enn. pro quo hodie Minerva. *Genetrix* ap. Lucr. & Virg. *Felix* herba pro filix ap. Varr. de re rust. *Quatinus* ap. Sueton Claudio pro Quatenus. *Milli* numum pro mille ap. Lucil. Sic etiam *seco* & *sico: seca* & *sica:* circumseco & circumsico. Dissicere pro dissecare multis reducit in Orthog. Manut. *Exsico* ap. Plaut. Rudente. *Præsico* ap. Varr. de re rust. & L. L. Brassica, ut præsica, quod & hujus scapo minutatim *præsicatur*. Item *interneco*: ap. Plaut. in Amph. a. 1. sc. 1. *internecatis hostibus*. *Internecio*, ap. Cic. Et *internecivum* ap. Liv. Agell. & alios. Ut internecivum bellum quod utrumque bellatorem necat. Alii scribunt *internecinum*: quia Græcis sit ἰντερνέκινον: nec non Taubm. in Amph. Plaut. retinet *internecinum*. At Scal. ponit *internecivum*: & sumta quidem occasione ab Æolensibus L. L. c. 98. Et ἀναλογία expresse favet: uti sativum, genitivum, fugitivum, furtivum, collativum: sic internecivum.

Nidus, à pullis avium dicitur: tanquam à fine, quo congerunt aves, & sibi καλιὰς construunt. Νεοσσός, νοσσός, νεοττός, νοττός est pullus.

Virg. 4. Georg.

Dulcem nidis *immitibus escam*,

H. e. pullis. Νεοσσιὰ, νοσσιὰ, νεοττιὰ νοττιὰ est nidus, à νεοσσὸς, quod à νέος. Hebr. קֵן, *ken*, i. e. nidus: à קָנַן, i. e. nidificavit. Lucr. l. 1. nidos vocat, *Frondiferas avium domos*.

Nihil, curtatum è *Nihilo*: sicut *famul* è famulo. *Nibilum*, *ne hilum*. Ut *perhilum* à per & hilum. in Lucr. *Hilum* est, quod grano fabæ adhæret, Fest. Lucil. Cic. In antiquiss. idiomate est אֱלִיל, i. e. nihilum. *Homo nihili* dicitur, homo nullius precii: ut sit obliquus.

Nilus,

Nilus, νεῖλος, à novo limo, quem eluvie sua quotannis invehit, & sic agros Ægyptii fœcundat. Νέα ἰλὺς, novus limus. Matth. Martin. mavult dici à νέας λαίων seu λαΐων, quod nova invehat arva. Sicuti Cic. l. 2. de Nat. deor. de Euphrate scribit: *In quam* (Mesopotamiam) *quotannis quasi novos agros invehit.* Sed ratio etymi utriusque eodem redit. Ammian. l. 22. Nilum vocat, *benevolum omnium flumen.* Quod si quis Hebræum ortum desideret, non incommode *Nilum* faciat à נַחַל, *nachal*, i. e. torrens, secundum eminentiam. LXXII. interpr. τὸ נַחַל vertunt ποταμὸν Prov. 18. 4. χειμάῤῥουν Gen. 32. 23. κῦμα Job. 6. 15. νομὰς Job. 20. 17. Ubi Symmachus ponit ῥεῖθρα. Quæ dictiones Nili naturam bene exprimunt. Etiam Nilus vocatur נַחַל מִצְרַיִם, i. e. fluvius Ægypti Num. 24. 5. 1. Reg. 8. 65. Jos. 27. 12. uti nonnulli interpr. volunt. *Nilicola*, i. e. Ægyptius, Nili accola. Prudent. in Psychomach. -- nigrosque relapso Gurgite Nilicolas fundo deprenderit imo. Ait, *nigros Nilicolas*: quia *Ægyptius* idem etiam, qui niger, aut fuscus, ut in voce *Ægyptus* diximus. Nec non ipse fluvius aqua nigricat. Unde Nilus quoque dictus est *Melas*, & mox *Melon* Ennio, Auson. aliis. Idque etymon Fest. & Serv. agnoverunt. In Plutarcho & Eustath. Μέλας est *Nilus*: unde Latin. *Melas* & *Melon*. Immo etiam ipse fluvius Nilus dicitur *Ægyptus*, uti commemorant Diod. Sicul. Plutarch. Strab. Plin. Ammian. Et Ambros. l. 2. de Abrah. c. 10. *Ægyptus nomen fluminis est. Sic enim veteres Nilum vocabant: sive quod ipsi regioni nomen dedisset: sive quod regionis accepisset vocabulum.* Lycophron & Diodorus Nilum vocant, ἀετὸν, h. e. *aquilam*: vel à cursu rapido, vel à calore nigro. Glossario quippe τὸ *Aquilum* est μέλαν. Quod etiam observat Pier. in hierogl. l. 19. Pariter Hebræis Nilus est שִׁיחוֹר, *schichor*, i. e, niger: à nigris limosisque undis: à themate שָׁחַר, *schachar*, i. e. niger fuit & obscurus. Ab eodem *Schichor*, *Sihor*, ejectis literis fit *Siris*, σῖρις: quod inter Nili nomina refert Plin. l. 5. c. 9. & Dionys. Jes. 23. 3. *semen Schichoris*. Ibi vet. versio: *semen Nili*. Jer. 2. 18.

Quid tibi est in via Ægypti, bibendo aquas *Schichoris*? Ubi vet. versio legit: *ut bibas aquam turbidam*; Pagn. Avenar. & alii: *ut bibas aquas Nili*. Et Græci: ὕδωρ γηῶν. Quamvis aliis ὕδωρ ποταμῶν. Tamen in Josepho l.1. Antiq. c.3. est etiam γηὼν Νεῖλος. Estque *Geon* non à terra: Sed Heb. גִּיחוֹן, *gichon*: & unum ex quatuor fluminibus Paradisi est *gichon*, Gen.2. quod Josephus Nilum esse putat. Quem sequitur etiam Schindl. in Lex. Contra Cl. M. F. Wendelin. de Nilo c.1. Nilus est *Gichon* Æthiopibus. Quod nomen Nilo in scriptura quoque tribui Patres credunt, & cum iis multi è recentib. quib. adstipulantur belli sacri scriptores. Hanc in sententiam duo scripturæ loca allegantur. Gen. 2.13. Jer. 2.18. Sed falli autores hosce, nobis extra dubium est. Nititur enim sententia fundamentis lubricis & falsis duobus. Quorum unum: Nilum è Paradisi fluminibus unum esse & quidem illud secundum, quod Moses *Gichon* appellat. Alterum: lectionem Græcam Jer.2. cum Hebr. textu consentire. Atqui in Hebræo non est גִּיחוֹן: sed שִׁיחוֹר: quod posterius Nili nomen esse non inficiamur. Quur vero interpr. Græci Hebræum *Schichor* in *Gichon* mutarint, & equidem nescio: ipsi viderint. Hæc ille. Qui ibidem etiam videatur c.23. Aliis *Schichor* putatur amnis esse, qui Petram Arabiæ præterfluens in Sirbonim paludem influit, & Ægyptum à terra promissa disterminat. Aliis denique potius *Rhinocolura* aut *Rhinocorura*, videtur esse, ut Epiph. κατὰ Μανιχαίων interpretatus fuit. Cedrenus & iterum Epiph. vocant Nilum quoque *Chrysorrhoam*, quod auro fluat: aut potius, quod fœcunditate sua aureas Ægypto divitias affundat. Eodem sensu à Theocr. dicitur χρύσεος Νείλου ῥόος. Lucan. l.1. & Sil. Ital. l.3. vocant *Lageum*: Scilicet à Lago primo Ægyptior. rege, post mortem Alexandri Vitruv. l.8. c.2. nominat *Dyrin*. Plin. l.5. c.9. Nilus ab Æthiopia dispescens, etiamsi non protinus populis, feris tamen & beluis frequens, silvarumque opifex medios Æthiopas secat, cognominatus *Astapus*, quod illarum gentium

Digitized by Google

tium lingua significat aquam è tenebris profluentem. Circa clarissimam Insularum Meroen. *Astabores* lævo alveo dictus h.e. ramus, aquæ venientis è tenebris. Dextera vero *Astusapes*, quod latentis significationem adjicit. Nec ante Nilus, quam se totum aquis concordibus rursus junxit. Sic quoque etiamnunc *Gyrisantes* nominatus per aliquot millia, & in totum Homero *Ægyptus*, aliisque *Triton*. Hæc Plin. Fr. Jun in Gen. 10. dicitur *Nilus* in Æthiopia tribus nominib. *Chascapusch*, i. e. è tenebris profluens: tum qua Meroen alluit, lævo alveo *Chascabom* sive *Chascabom*, fons aut rivus è tenebris aquas fundens: dextero autem alveo *Chascheatzaphes*, i. e. è tenebris exundans, quia Nilus in tenebris subterraneis ante mersus in Æthiopia, quasi redivivus emergit in istis partibus. Quarum vocum proprietas mirificè à Geographis in linguas externas transferentibus corrupta est, Strab. Mela l. 1. c. 9. Plin. l. 5. c. 9. Ptolomæo in geograph. & Solino c. 41. cum *Astapum*, *Astaboram*, *Astusapem*, & *Astosabam* appellarunt. De Nilo legatur amplius Seneca l. 4. Nat. Quæst c. 1. 2. Ammian. l. 22. Strabo l. 17. & in eum Casaub. Fuller. l. 2. Miscell. c. 8. & M. F. Wendel. amicus noster.

Nimpha, νύμφη. Scal. c. 28. & 41. L. L. N mutatur in L. Nam quinquagenarii numeri nota fuit Græcis N. nobis L. Sic quoque illi *Nymphas*: nos *Limphas*. Et ap. Virg. 1. Æn. sic legere quidam: Dant manibus famuli *Nimphas*. Nec dissentit Festus: *limphæ* (inquit) à nimphis. Nec ratio contemnenda: quia præsident aquis, inibique habitant. *Limfa* placet nonnullis: quomodo *profanum*, *fama*: licet in Græco sit φ. A *limfa* est *limpidus*: à puritate undæ, quæ propria est numinum, puta, nimpharum. Gloss. *limpidum* διαυγής. Eique affine est λάμπω. *Limphaticus*, à nimpha. Creditum est antiquis, ut Festus ait, qui in fonte speciem quandam, i. e. imaginem nimphæ vidisset, furore corripi. Græcis sunt νυμφόληπτοι, i. e. à nimphis capti: ut μουσόληπτος ap. Plutarch. Isid. l. 10. *Lymphaticus*, quod aquam timeat, quem Græci ὑδροφόβον vocant. Lymphaticus proprie dicitur, qui vitium ex aqua con-

contrahit. Hæc ille. Sed Festi sententia verior. Videatur etiam Brodæus l. 1. c. 31. Eamdem cum *nympha* originem agnoscit & *nymbus*, *nimbus*. Notat enim, ut volunt, pluviam repentinam cum impetu Lucret. 6. *Corpora, quæ faciunt nubes nimbosque volantes.* Isid. l. 13. c. 10. *nimbus est densitas nubis intempesta & obscura.* Aliis *nimbus* refertur ad νίμμα, verbi νίπτω, quod est lavo. Sed ratio eodem tendit. *Nymphæa*, herba aquatica ap. Plin. l. 25. c. 7. Diosc. l. 3. ὀνομάζεται νυμφαία διὰ τὸ ὕδασι φιλεῖν τόποις. φύεται ἐν ἕλεσι καὶ ὕδασι στασίμοις. Apul. ait: *nymphæam* Latine appellari *matrem Herculanam, algam palustrem, papaver silvestre, clavum Veneris ac digitum Veneris.* Marcellus Latine *clavam Herculis* & *Baditin* Gallice nominari tradit. Sed quid propriè *nympha nimpha*, νύμφη? Suid. νύμφη, πηγὴ καὶ νεόγαμος γυνή. Vet. vocabular. *Nympha dicitur ipsa aqua. Unde nympha dicitur sponsa in nuptiis: sic dicta pro officio lavationis.* Quod etiam Isidor. habet l. 9. c. 8. Ergo *nympha* & *limpha* est primo ac proprie aqua: inde ab humidiori natura *nympha* dicitur νεωστὶ γαμηθεῖσα, ut ait Hesych. Sed & nova nupta in opere τῆς συνουσίας *aquam* præ se fert & respectu viri calidioris *diluta* apparet. Scal. l. 3. poet. c. 101. Quum prisci putarent Aquam rerum omnium elementum esse, Ignem vero formam: utrumque in limine positum, ab utroque manu tangebatur: ipsaque nupta ejusdem aquæ adspersione lustrabatur. Hæc ille.

Nitor, i. e. splendor, à νίπτω: lota enim nitent. Scal. l. 1. de plant. Ut à suadeo suadela, à loquor loquela: Sic etiam à niteo *nitela* ap. Apul. & Solin. non autem *nitella*. Neque enim deminutum est, uti turbella, furcilla & similia. *Nitedula* à nitore nomen habet: sive insectum sive etiam musculus sit.

Nitrum, νίτρον. Non à *Nitria* Ægypti regione, ut Isidorus tradit. Sed hæc ab illo. Scilicet ab Hebr. נֶתֶר, i. e. nitrum, quia cum impetu circumsiliat. Prov. 25. 20. Ubi Symmachus ponit νίτρον. Etiam LXXII. Jer. 2. 22. *nether* vertunt νίτρον. A Rad. נָתַר, i. e. transiliit subsiliit. A Jul. Scal. facta vox est, *Antracothelosalenitrum*, quæ

quæ τὰ ὑλικὰ pulveris pyrii, ut vocamus, notat, utpote sunt ἄνθραξ, θεῖον, sal, ἅλς, νίτρον.

Nix, Scal. c. 25. L. L. X in V consonantem æque male maturi arbitrantur, in ea voce *Nix*, *nivis*: Verum νίφω, & νιφετὸς, παρὰ τὸ νίπτω: unde etiam nostrum *Neptunus*: non, ut Cic. prodidit, à *nando*. Inde nostrum *ninguo*, *ninguidus*, & *ninguis* in Recto: & *Nivis*, concisum: & aliud concisum, *Nix*, mutato G in C: & concreto cum sibilo in X. in obliquis autem mansit prisca vox. *Ninguis*. in Lucr. l. 16. & Prisc. l. 6. *Ninguidus* in Auson. Omnia unam agnoscunt originem. At νίφω à נוף, stillare נפה destillatio. *Nix*, κατὰ μεταφορὰν Mart. l. 4. est tacitarum vellus aquaram. Ita Ps. 147. 16. Qui edit nivem sicut lanam. Arnob. l. 2. sunt nives plumeæ. *Et paulo post*: nivem in plumeas subaperiat crustulas. *Nix* Græcis est χιών: unde Insula *Chius* nomen accepit, uti putant.

Nodus ab Hebr. עָנַד, *hanad*, *nad*, nodum fecit, adstrinxit ligavit.

Propert.

Non licet æratis adstringant brachia nodis. *Nodutis* & *Nodutus* in gentilitate: quia ad *nodos* perducere res satas putabatur: Arnob. l. 4. August. l. 5. de civ. c. 8. *Enodis*, i. e. sine nodo ap. Virg. non vero *ennodis*, quasi ab ἐν sit: nec *anodis*. Sunt enim barbara.

Non νὴ, μὴ & οὐ. Aut Non, ab Heb. לא, *lo*, *no*, ut *nimpha*, *limpha*. Item μὴ ab Heb. אם, per inversionem. Prisci, ut Lucil. Varr. Fest. *Nenum* pro *Non* sumunt: à *ne* & *num*. Ne, νὲ aut νη (quod cernitur in νήπιος, νηλεὴς, νήριθμος) ab Hebr. אין. *Nec* mutila est: *Neque* integra. Est autem *Neque*, *& non*, uti Græc. οὔτι, μήτι. Scal. c. 173. L. L. Integra est *NE*. Νήποδες enim dicti sunt à Græcis pisces, ut ap, Oppian. unde etiam nostra *Nepa*: pedibus enim minime valet. *Quin* ex *Qui* & *Ne*. Integro Terent. utitur in And. Ego id agam, mihi *qui ne* detur. *Uti* est mutata, ὅτι: sicut ἔτι, *Et*, ἔτι ab עוד, i. e. adhuc ultra. Aut *Et*, à τε per conversionem. *Utinam* ex *uti* optandi vocula: & nam. quod hic περιττὸν. Etiam εἴθε utinam

Usq

prodeunt, *prodinunt*: *Navigo*, i. e. navim agito: formatur, ut à remus remigo: *igo* est λῆξις. Horat. l. 2. ep. 1. Navem agere ignarus navis timet. *Nauta*, ναύτης: post interjecto I *Navita*, & Græce ναυΐτης. *Nauta* enim primum fuit, uti æstimat Scal. c. 19. L. L. *Naulum*, ναῦλον, quod pro navigatione loco precii solvitur. *Naufragium*, ναυάγιον: quando navis fringitur, ap. Comicum. Verbo *naufragare* utitur vet. biblior. interpres, & Salvian. l. 3. de gubern. Dei. *Navarchus*, ναύαρχος, id est, præfectus navi, seu princeps. Ἀρχὴ principium. *Nauclerus*, ναύκληρος, i. e. dominus navis, κλῆρος: unde *Clerus*, *Clericus*: κληρικὸς, κληρωτός. Videatur Savaro in Sidonii l. 6. epist. 8. *Cleropeplum*, i. e. singulare ornamentum ordinis Clerici: quod nunc corruptissimè *Liropipium*. *Peplum* & *Peplus* ex Gr. πέπλος: at κλῆρος ab גורל, disjectis aliquantulum literis, i. e. sors, clerus.

Nectar, νέκταρ: immortalium potus, quasi ἀπερινέκταρ. Aut quasi νεοκτίαρ, quasi juvenum ac florentium possessio, hoc est, deorum, quibus perpetua juventus & sic immortalitas: νέον κτίαρ. *Nectareus*: Hesych. νεκτάρεος, θεῖος, ἡδὺς, εὐώδης.

Ovid. 4. met.

Protenus imbutum cœlesti nectare corpus.

Et Homer. de dea:

----Κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν.

Item Hesiod.

Νέκταρ τ' ἀμβροσίην τε, τάπερ θεοὶ αὐτοὶ ἔδουσι.

Tzetzes Chiliad. 10. histor. 351.

Νέκταρ δὲ πόσιν τῶν θεῶν πάλιν φασὶν οἱ μῦθοι,
Ἡμεῖς δὲ νέκταρ πᾶν γλυκὺ φαμὲν ἐν παρωχημένοις.

Idem ibidem de ambrosia:

Ὁ ἀμβροσία βρῶσις θεῶν μυθογραφεῖται,
Ὡς ἀμβροσία ἔσθ' ἅ τις, οὐχὶ βροτῶν δὲ βρῶσις.

Idem etiam monet Etymolog. magnum. Ex Græco Ἀμβροσία, ἡ ἀμβροσίη fit etiam Latin. *ambrosia*: qua nimium delicias sibi faciunt poetæ. Et *ambrosius*, ἀμβρόσιος, h. e. immortalis, idem qui ἄμβροτος: à βροτὸς, cui α στερητικὸν præponitur & μ euphoniæ causa additur.

Nemus, νέμος, i.e. locus arboribus bene consitus & gramine vestitus. Νέμειν pascere est. Hesych. νέμος, ἐνδενδρος τόπος καὶ νομὴν ἔχων. Homer. Iliad. 2. ἐν νέμεϊ σκιερῷ, i.e. in nemore umbroso. *Noma*, νομὴ, est pabulum: nec non ulcus, quod carnem vicinam *depascit*: Plin. l. 23. c. 4. & alibi sæpe Lat. *nomam* ponit. *Numidia* à pascuorum ubertate. Plin. l. 5. c. 3. *Numidæ vero Nomades à permutandis pabulis*. Mutatur O in U, *Nomades, Numidæ*. Fest. *Numidas* dicimus, quos Græci νομάδας: sive, quod id genus hominum pecoribus negotiatur, sive quod herbis, ut pecora aluntur. Similiter *Eremus*, ἔρημος, ἐρημία: *Eremita*, ἐρημίτης, i.e. qui loca deserta inhabitat: suppeditatur à matre linguarum חרם, *cherem*, *erem*, i.e. desolatio. Unde *Hermon* חרמון. Vel ducatur ab ערה, i.e. nudare, evacuare.

Nenia, Tull. 2. de leg. Honoratorum viror. laudes in concione memoranto, easque etiam ad cantus ad tibicinem proseqvuntor; cui nomen *neniæ*: quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. *Fest.* Nenia est carmen, quod in funere laudandi gratiâ canitur ad tibiam. *Nonius* c, 2. Nenia ineptum & inconditum carmen, quod adducta precio mulier, quæ præfica dicitur, mortuis exhibet. Quod etiam *Varro* l. 4. de vita prop. Rom. docet. Scal. l. 1. poet. c. 50. Idem carmen etiam νήνιον vocarunt, id est, extremum, & νηνίατον eâdem ratione. Quare non recte per diphthongum scribunt. Sic tibiam, quæ in funeribus adhibebatur, vocavit. Pratinas Phlyasius νηνίατον. Jovianus Pontanus neniæ vocem traduxit ad nutricias cantilenas: propterea, quod vulgus nostras *Bellas*, aliis locis in Italia nutrices *Nenas* dicunt: ut opinor, à cantiunculis, quæ sint similes cantibus præficarum. *Et paulò post*: quæ ad rogum dicerentur, erant *Neniæ*. Νέω seu νηέω, est acervum extruo. Patrissat filius Josephus in Conject. *Nugæ* etiam, inquit, erant proprie, quæ canebantur in mortuorum laudem. *Plaut.* Asin. a. 4. sc. 1. Hæ sunt non *nugæ*: non enim mortualia. Etiam origo id declarat. Nam *nugæ* Hebr. & Syriac. vocabulum, id sonat mœrorem: sicut *nenia* planctum eadem lingua. In Plauto nugæ & mortualia vocantur carmina præficarum. Hæc ille.

 Ap.

Ap. Hebræos נוגי, *nugæ*, item *nugoth*, sunt mœrore affecti, afflicti, περιπαθεῖς. Ab יגה, doluit. Soph. 3. 18. Mœstos propter conventum recipiam. Ibi vet. translatio habet: *Nugas* qui à lege recesserant, congregabo. Idem Jos. Scal. de translatione neniæ ad cantiunculas nutricum in Auson. *Lallus* est (inquit) καταβαυκαλισμός (*Bautis* enim nomen in re futili,) i.e. nenia nutricum, qua pueris inducunt somnos, subinde hoc repetendo, *Lalla*, *lalla*. Unde *lallare* pueri dicebantur, cum hac cantiuncula somno declinant oculos: Græcè καταβαυκαλίζειν. Dicunt & Italæ, & Aquitanæ mammæ seu nutrices pro eodem *Nina*, Nina. Quod & Græcos factitasse indicio est *nenia* illa, quæ inde vocabatur νύνιον. Hæc ille. Hebræis ני, *ni*, est lamentum: נהי, *nehi*, planctus, à Rad. נהה, planxit, lamentatus est. Hesych. νύνιον ἐπὶ τοῖς παιδίοις καταβαυκαλωμένοις φασὶ λέγεσθαι, ὁμοίως καὶ τὸ νύνιον.

Nepa, Scal. L. L. c. 137. ἄποδες dicti sunt à Græcis pisces, ut ap. Oppian. Unde etiam nostra *Nepa*. Pedibus enim minime valet. Fest. *nepa Afrorum lingua sidus, quod dicitur nostris* cancer, *vel, ut quidam volunt*, Scorpius. Si jam vox Africana: videtur fieri à נפח, quod Chaldæis est inflare & intumescere. Morsu enim scorpionis membra inflammari & inguina extolli, scribit Diosc. l. 6. c. 44. Manil. l. 4. *Hærentesq; decem partes nepa vindicat ipsi*. Vulgo legitur *nota*. Sed rectum est, *nepa*. Jos. Scalig. ita corrigit & annotat, IPSE, sibi ipsi, Manilianum. *Nepam* pro scorpione usurpat etiam Cic. uterque, Marcus & Quinctus. Alii veterum pro *Cancro*. Nonius. *nepam* quidam *cancrum* putant ob illud Plauti: *Retroversum cedam, imitabor nepam*. Et illud aliud: *Aut cum nepa esset dubium in utroque*. Nam vere nepa scorpius dicitur. Ad summam: *Nepa* simul & scorpium & cancrum notare, docent autores modo citati. Etiam magna inter ipsos *cancellos* & *scorpios* similitudo figuræ. Et vero etiam è *cancro* nasci *scorpius* dicitur. Ovid. 15. Met.

Concava litoreo si demas brachia cancro,
Cætera supponas terræ, de parte sepulta

Scor-

Digitized by Google

Scorpius exibit, caudaq; minabitur unca.

Idem poeta: *Obrutus exemtis cancer tellure lacertis,*

Scorpius exiguo tempore factus erit.

Nicander in theriac. octo ſcorpionum genera recenſens, ſextum dicit ἐναλίγκιον αἰγιαλῆϊ καρκίνῳ, i. e. ſimilem litorali cancro. Et de ſeptimo ait, Quod ſint ῥαιβοῖσιν ἰσήρεις ἄντα παγύρῳ. Etiam, ut *cancri* oblique ambulant, ſic *ſcorpii* cum pungunt. Ut ita eadem hæc vox *Nepa* tam *ſcorpio* quam *cancro* recte tribuatur.

Nepenthes, νηπενθὲς: à νη & πένθος, quaſi ἄλυπον vel ἀπενθὲς dicas, ap. Homer. 4. odyſſ. Aliis videtur eſſe *Sylveſtris ruta*, quod notat Keckerm. in diſp. phyſ. Aliis *bugloſſum*, de quo Halenus itidem prædicat, quod pulſa mœſtitia animos reddat hilares ac lubentes. Quo nomine & *nepenthes* claret ap. Homer. Verba Galeni de bugloſſo habentur l. 6. ſimpl. med. καὶ τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενον εὐφροσύνης αἴτιον γίνεται Aliis denique nepenthes idem eſt, quod *helenium*. Plin. l. 21. c. 21. attribuunt & hilaritatis effectum eidem (*helenio*) potæ in vino, eumque quem habuerit *nepenthes* illud prædicatum ab Homero, quod ea triſtitia omnis aboleatur. Idem l. 25. c. 2. Herbas certe Ægyptias à regis uxore traditas ſuæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud *nepenthes* oblivionem triſtitiæ, veniamque afferens, & ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum. Hæc Plinius.

Nepos, νέπος. Scal. in Conject. Pes quodvis fundamentum. Hinc puto *Nepotes* dictos. Eſt enim vocabulum Græcum νέποδες, *nepotes*: quod πὺς ipſe, i. e. fundamentum generis, non eſſent, ſed tantum ἀπόγονοι. Theocr. enim & Apollon. uſurparunt νέποδας pro nepotib. ἀντὶ τῶν ἀπογόνων. Quod & Feſtus annotarat, ut cognoſcimus ex ejus reliquiis, in quibus etiam apparet citaſſe Callimachi autoritatem. Hæc ille. Eadem commoditate *Nepos* (quem Hebræi *filium filii* vocant) dicitur à νέπους, i. e. νέος πὺς *novus pes* quaſique novum fulmentum familiæ. Sunt filii primi: nepotes ſecundi & ita *novi pedes* ac columnæ familiæ perpetuandæ.

Scal. monuerit. *Nereus* dicitur Hesiodo ἀψευδὴς καὶ ἀληθής: Æsch. παλαιγενὴς: Virg. *grandævus*. *Nereis*, νηρηὶς: & poetico more νηρηίς. *Nereides*, Nerei & Doridis filiæ quinquaginta, nominatim ab Hom. Iliad. 6. & Hesiodo in Theog. descriptæ. Ubi opus, videantur.

Nervus, νεῦρον, propriè est vehiculum spiritus animalis, instar chordæ apparens. Agell. l. 13. c. 21. *Nerio* Sabinum verbum est, eoq; significatur virtus, & fortitudo. Itaque è Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque præstanti fortitudine, *Nero* appellatus est. Sabini id à Græcis accepisse videntur, qui vincula & firmamenta membrorum νεῦρα dicunt. Scal. in Ætnam: Homines compactis viribus Sabini *Nerones* vocabant. Gloss. *Nero* ἀνδρεῖος.

Nex, *neco*, quasi νεκῶ, νεκρῶ. Νεκρὸς mortuus à μὴ στερνῷ & κῆρ. Cor enim est sedes vitæ: & eo violato mors animal occupat. Laconium est νέκυς pro νεκρὸς, ut monet Hesych. Etiam assonat Hebr. מכה, i. e. percussus. In hiphil הכה est percussit, cecidit. Ab eodem oritur *Noceo*, quasi νεκόω (Heb. נזק, i. e. noxa) & habet in se emphasin peculiarem. A noceo *noxa*: proprie quæ nocet, detrimentum, damnum. *Noxius*, qui nocet, βλαβερὸς. Et quidem ducitur à noceo *noxa*: ut à *neco*, *nox*. Corn. Fronto: *Occidere* ob cædem dictum est: *jugulare* ob jugulum: *Necare* à neco: *interficere* à facto: *perimere* ab emtione, quasi jure tollere. *Innocens* dicitur, non qui nocet leviter, sed qui nihil nocet. 5. Tusc. *Necia* à *nece*, qua resident mortui. 2. de Leg. *Denicales* feriæ, cum propter mortuum familia purgabatur, à νέκυς, Fest. *Niger*, νεκρὸς: mortui namque atri, ut ait Scal. Ex. 325. s. 10.

Et Lucret.

Omnia suffundens mortis nigrore—Ideo θάνατος μέλας, σκιόεις, μελάμπεπλος, dicitur.

Pernicies à pernecando. *perniciosus*. Latini *pestem & perniciem* ita jungere consueverunt. Lucil. Sat. 2. hostibus contra Pestem perniciemque. Catul. Eripite hanc pestem perniciemque mihi. Terent. Adelp. Pernicies

Nilus, νεῖλος, à novo limo, quem eluvie sua quotannis invehit, & sic agros Ægyptii fœcundat. Νέα ἰλὺς, novus limus. Matth. Martin. mavult dici à νέα λεῖον seu λήιον, quod nova invehat arva. Sicuti Cic. l. 2. de Nat. deor. de Euphrate scribit: *In quam* (Mesopotamiam) *quotannis quasi novos agros invehit.* Sed ratio etymi utriusque eodem redit. Ammian. l. 22. Nilum vocat, *benevolum omnium flumen.* Quod si quis Hebræum ortum desideret, non incommode *Nilum* faciat à נַחַל, *nachal*, i. e. torrens, secundum eminentiam. LXXII. interpr. τὸ נַחַל vertunt ποταμὸν Prov. 18. 4. χειμάῤῥουν Gen. 32. 23. κῦμα Job. 6. 15. νομὰς Job. 20. 17. Ubi Symmachus ponit ῥεῖθρα. Quæ dictiones Nili naturam bene exprimunt. Etiam Nilus vocatur נַחַל מִצְרַיִם, i. e. fluvius Ægypti Num. 24. 5. 1. Reg. 8. 65. Jos. 27. 12. uti nonnulli interpr. volunt. *Nilicola*, i. e. Ægyptius, Nili accola. Prudent. in Psychomach. -- nigrosque relapso Gurgite Nilicolas fundo deprenderit imo. Ait, *nigros Nilicolas*: quia *Ægyptius* idem etiam, qui niger, aut fuscus, ut in voce *Ægyptus* diximus. Nec non ipse fluvius aqua nigricat. Unde Nilus quoque dictus est *Melas*, & mox *Melon* Ennio, Auson. aliis. Idque etymon Fest. & Serv. agnoverunt. In Plutarcho & Eustath. Μέλας est *Nilus*: unde Latin. *Melas* & *Melon*. Immo etiam ipse fluvius Nilus dicitur *Ægyptus*, uti commemorant Diod. Sicul. Plutarch. Strab. Plin. Ammian. Et Ambros. l. 1. de Abrah. c. 10. *Ægyptus nomen fluminis est. Sic enim veteres Nilum vocabant: sive quod ipsi regioni nomen dedisset: sive quod regionis accepisset vocabulum.* Lycophron & Diodorus Nilum vocant, ἀετὸς, h. e. *aquilam*: vel à cursu rapido, vel à calore nigro. Glossario quippe τὸ *Aquilum* est μέλαν. Quod etiam observat Pier. in hierogl. l. 19. Pariter Hebræis Nilus est שִׁיחוֹר, *schichor*, i. e, niger: à nigris limosisque undis: à themate שָׁחַר, *schachar*, i. e. niger fuit & obscurus. Ab eodem *Schichor*, *Sihor*, ejectis literis fit *Siris*, σῖρις: quod inter Nili nomina refert Plin. l. 5. c. 9. & Dionys. Jes. 23. 3. *semen Schichoris.* Ibi vet. versio: *semen Nili.* Jer. 2. 18.

Digitized by Google

Quid tibi est in via Ægypti, bibendo aquas *Schichoris*? Ubi vet. versio legit: *ut bibas aquam turbidam*; Pagn. Avenar. & alii: *ut bibas aquas Nili*. Et Græci: ὕδωρ γηῶν. Quamvis aliis ὕδωρ ποταμῶν. Tamen in Josepho l. 1. Antiq. c. 3. est etiam γιὼν Νεῖλος. Estque *Geon* non à terra: Sed Heb. גִּיחוֹן, *gichon*: & unum ex quatuor fluminibus Paradisi est *gichon*, Gen. 2. quod Josephus Nilum esse putat. Quem sequitur etiam Schindl. in Lex. Contra Cl. M. F. Wendelin. de Nilo c. 1. Nilus est *Gichon* Æthiopibus. Quod nomen Nilo in scriptura quoque tribui Patres credunt, & cum iis multi è recentib. quib. adstipulantur belli sacri scriptores. Hanc in sententiam duo scripturæ loca allegantur. Gen. 2. 13. Jer. 2. 18. Sed falli autores hosce, nobis extra dubium est. Nititur enim sententia fundamentis lubricis & falsis duobus. Quorum unum: Nilum è Paradisi fluminibus unum esse & quidem illud secundum, quod Moses *Gichon* appellat. Alterum: lectionem Græcam Jer. 2. cum Hebr. textu consentire. Atqui in Hebræo non est גִּיחוֹן: sed שִׁיחוֹר: quod posterius Nili nomen esse non inficiamur. Quur vero interpr. Græci Hebræum *Schichor* in *Gichon* mutarint, & equidem nescio: ipsi viderint. Hæc ille. Qui ibidem etiam videatur c. 23. Aliis *Schichor* putatur amnis esse, qui Petram Arabiæ præterfluens in Sirbonim paludem influit, & Ægyptum à terra promissa disterminat. Aliis denique potius *Rhinocolura* aut *Rhinocorura*, videtur esse, ut Epiph. καὶ Μασιχαίων interpretatus fuit. Cedrenus & iterum Epiph. vocant Nilum quoque *Chrysorrhoam*, quod auro fluat: aut potius, quod fœcunditate sua aureas Ægypto divitias affundat. Eodem sensu à Theocr. dicitur ἀργύρεος Νείλω ῥόος. Lucan. l. 1. & Sil. Ital. l. 3. vocant *Lageum*: Scilicet à Lago primo Ægyptior. rege, post mortem Alexandri Victruv. l. 8. c. 2. nominat *Dyrin*. Plin. l. 5. c. 9. Nilus ab Æthiopia dispescens, etiamsi non protinus populis, feris tamen & beluis frequens, silvarumque opifex medios Æthiopas secat, cognominatus *Astapus*, quod illarum gen-

tium lingua significat aquam è tenebris profluentem. Circa clarissimam Insularum Meroen. *Astabores* lævo alveo dictus h.e. ramus, aquæ venientis è tenebris. Dextera vero *Astusapes*, quod latentis significationem adjicit. Nec ante Nilus, quam se totum aquis concordibus rursus junxit. Sic quoque etiamnunc *Gyrisantes* nominatus per aliquot millia, & in totum Homero *Ægyptus*, aliisque *Triton*. Hæc Plin. Fr. Jun in Gen. 10. dicitur *Nilus* in Æthiopia tribus nominib. *Chascapusch*, i. e. è tenebris profluens: tum qua Meroen alluit, lævo alveo *Chascabota* sive *Chascabom*, fons aut rivus è tenebris aquas fundens: dextero autem alveo *Chascheatzaphes*, i. e. è tenebris exundans, quia Nilus in tenebris subterraneis ante mersus in Æthiopia, quasi redivivus emergit in istis partibus. Quarum vocum proprietas mirificè à Geographis in linguas externas transferentibus corrupta est, Strab. Mela l. 1. c. 9. Plin. l. 5. c. 9. Ptolomæo in geograph. & Solino c. 41. cum *Astapum*, *Astaboram*, *Astusapem*, & *Astosabam* appellarunt. De Nilo legatur amplius Seneca l. 4. Nat. Quæst c. 1. 2. Ammian. l. 22. Strabo l. 17. & in eum Casaub. Fuller. l. 2. Miscell. c. 8. & M. F. Wendel. amicus noster.

Nimpha, νύμφη. Scal. c. 28. & 41. L. L. N mutatur in L. Nam quinquagenarii numeri nota fuit Græcis N. nobis L. Sic quoque illi *Nymphas*: nos *Limphas*. Et ap. Virg. 1. Æn. sic legere quidam: Dant manibus famuli *Nimphas*. Nec dissentit Festus: *limphæ* (inquit) à nimphis. Nec ratio contemnenda: quia præsident aquis, inibique habitant. *Limfa* placet nonnullis: quomodo *profanum*, *fama*: licet in Græco sit φ. A *limfa* est *limpidus*: à puritate undæ, quæ propria est numinum, puta, nimpharum. Gloss. *limpidum* διαυγές. Eique affine est λάμπω. *Limphaticus*, à nimpha. Creditum est antiquis, ut Festus ait, qui in fonte speciem quandam, i. e. imaginem nimphæ vidisset, furore corripi. Græcis sunt νυμφόληπτοι, i. e. à nimphis capti: ut μουσόληπτοι ap. Plutarch. Isid. l. 10. *Lymphaticus*, quod aquam timeat, quem Græci ὑδροφόβον vocant. Lymphaticus proprie dicitur, qui vitium ex aqua con-

contrahit. Hæc ille. Sed Festi sententia verior. Videatur etiam Brodæus l. 1. c. 31. Eamdem cum *nympha* originem agnoscit & *nymbus, nimbus*. Notat enim, ut volunt, pluviam repentinam cum impetu Lucret. 6. *Corpora, quæ faciunt nubes nimbosque volantes.* Isid. l. 13. c. 10. *nimbus est densitas nubis intempesta & obscura.* Aliis *nimbus* refertur ad νίμμα, verbi νίπτω, quod est lavo. Sed ratio eodem tendit. *Nymphæa*, herba aquatica ap. Plin. l. 25. c. 7. Diosc. l. 3. δοκεῖ ὠνομάσθαι νυμφαία διὰ τὸ ἔνυδρος φιλεῖν τόπους. φύεται ἐν ἕλεσι καὶ ὕδασι στασίμοις. Apul. ait: *nymphæam* Latine appellari *matrem Herculanam, algam palustrem, papaver silvestre, clavū Veneris ac digitum Veneris.* Marcellus Latine *clavam Herculis* & *Baditin* Gallice nominari tradit. Sed quid propriè *nympha nimpha*, νυμφῆ? Suid. νύμφη, πηγὴ καὶ νεόγαμος γυνή. Vet. vocabular. *Nympha dicitur ipsa aqua. Unde nympha dicitur sponsa in nuptiis: sic dicta pro officio lavationis.* Quod etiam Isidor. habet l. 9. c. 8. Ergo *nympha* & *limpha* est primo ac proprie aqua: inde ab humidiori natura *nympha* dicitur νυμφὴ χαμυνθεῖον, ut ait Hesych. Sed & nova nupta in opere τῆς συνουσίας *aquam* præ se fert & respectu viri calidioris *diluta* apparet. Scal. l. 3. poet. c. 101. Quum prisci putarent Aquam rerum omnium elementum esse, Ignem vero formam: utrumque in limine positum, ab utroque manu tangebatur: ipsaque nupta ejusdem aquæ adspersione lustrabatur. Hæc ille.

Nitor, i. e. splendor, à νίπτω: lota enim nitent. Scal. l. 1. de plant. Ut à suadeo suadela, à loquor loquela: Sic etiam à niteo *nitela* ap. Apul. & Solin. non autem *nitella*. Neque enim deminutum est, uti turbella, furcilla & similia. *Nitedula* à nitore nomen habet: sive insectum sive etiam musculus sit.

Nitrum, νίτρον. Non à *Nitria* Ægypti regione, ut Isidorus tradit. Sed hæc ab illo. Scilicet ab Hebr. נֶתֶר, i. e. nitrum, quia cum impetu circumsiliat. Prov. 25. 20. Ubi Symmachus ponit νίτρον. Etiam LXXII. Jer. 2. 22. *nether* vertunt νίτρον. A Rad. נָתַר, i. e. transiliit subsiliit. A Jul. Scal. facta vox est, *Antracothejosalenitrum*, quæ

quæ τῆ ὑλικὰ pulveris pyrii, ut vocamus, notat, utpote sunt ἄνθραξ, θεῖον, sal, ἅλς, νίτρον.

Nix, Scal. c. 25. L. L. X in V consonantem æque male maturi arbitrantur, in ea voce *Nix*, *nivis*: Verum νίφα & νιφετὸς, παρὰ τὸ νίζω: unde etiam nostrum *Neptunus*; non, ut Cic. prodidit, à *nando*. Inde nostrum *ninguo*, *ninguidus*, & *ninguis* in Recto: & *Nivis*, concisum: & aliud concisum, *Nix*, mutato G in C: & concreto cum sibilo in X. in obliquis autem mansit prisca vox. *Ninguis*. in Lucr. l. 16. & Prisc. l. 6. *Ninguidus* in Auson. Omnia unam agnoscunt originem. At νίφα à נוף, stillare נֹפֶת destillatio. *Nix*, κατὰ μεταφορὰν Mart. l. 4. est tacitarum vellus aquarum. Ita Ps. 147. 16. Qui edit nivem sicut lanam. Arnob. l. 2. sunt nives plumeæ. *Et paulo post*: nivem in plumeas subaperiat crustulas. *Nix* Græcis est χιών: unde Insula *Chius* nomen accepit, uti putant.

Nodus ab Hebr. עָנַד, *hanad*, *nad*, nodum fecit, adstrinxit ligavit.

Propert.

Non licet æratis adstringant brachia nodis. *Nodutis* & *Nodutus* in gentilitate: quia ad *nodos* perducere res satas putabatur: Arnob. l. 4. August. l. 5. de civ. c. 8. *Enodis*, i. e. sine nodo ap. Virg. non vero *ennodis*, quasi ab ἐν sit: nec *anodis*. Sunt enim barbara.

Non νὴ, μὴ & οὐ. Aut Non, ab Heb. לא, *lo*, *no*, ut *nimpha*, *limpha*. Item μὴ ab Heb. אם, per inversionem. Prisci, ut Lucil. Varr. Fest. *Nenum* pro *Non* sumunt: à *ne* & *num*. Ne, νὴ aut νη (quod cernitur in νήπιος, νηλεὴς, νήεθμος) ab Hebr. אין. *Nec* mutila est: *Neque* integra. Est autem *Neque*, & *non*, uti Græc. οὔτε, μήτε. Scal. c. 175. L. L. Integra est *NE*. Νήποδες enim dicti sunt à Græcis pisces, ut ap, Oppian. unde etiam nostra *Nepa*: pedibus enim minime valet. *Quin* ex *Qui* & *Ne*. Integro Terent. utitur in And. Ego id agam, mihi *qui ne* detur. *Ut* est mutata, ὅτι: sicut ἔτι, *Et*, ἔτι ab עוד, i. e. adhuc ultra. Aut *Et*, à τε per conversionem. *Utinam* ex *uti* optandi vocula: & nam. quod hic παρέλκει. Etiam εἴθε utinam

Usq

Usque, ἄντι. Ultimo Τι, *Et*, ab Heb. אֵת, quæ est particula congregandi. *Etiam* ab *Et* & *Jam*. Vel quasi ἔτι ἤ. Vel ab Hebr. גַּם, i. e. etiam, tam. *Que* à καὶ, abjecto diphthongi sono: quemadmodum δὲ δαὶ: καὶ κὶ. *Si* fuit εἰ, addito sibilo: à qua aucta est *sic*. Fuit enim *sice*, sicuti *Necce*, *Nec*. Αἴγε αἴκεν pro εἴκεν, ab Heb. אֵיכָה, quod idem. *Sive*, εἴτε: de quo Scal. c. 170. L. L. sub disjunctivæ ortæ sunt, à conditionali, quæ etiam impossibile admittit *Sic*: si tu homo sis, *si*, *ve* equus, *si*, *ve* lapis: necesse est corpore præditus fueris. Sic enim usus est Terent. *Si*, εἰ: *Nisi*, i. e. *non* si, si non. Ita *nimirum* est ni mirum, *non mirum*: vel teste uno Terentii loco Eunuch. a. 3. sc. 3. *At* ab ἀτὰρ per abscissionem: deinde *atqui*, ut alioqui, cæterqui. *Ad* vero simpliciter ab Hebr. עַד, *ad*, quod idem significat. Alii faciunt ab אֵת, *eth*, ut quod sit articulus sive nota accusativi casus. Hujus voculæ, *eth*, occasione, non possum non in campum educere, tirones, & contra hostes philologiæ ostendere, quantas ejusmodi minutiæ turbas sæpe numero dent, & quam interpretes inter se committant. Ut ita nihil accuratiore vocum, vel minimarum, contemplatione ad rerum explicationem utilius sit. Sumamus exemplum è vocula, *eth*, ut dixi. Gen. 4. 1. Heva primitus puerpera dicit: Acquisivi *isch eth jehova*. Hoc vertunt LXXII. ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ θεοῦ. Vet. translatio: *Possedi hominem per Deum*. Onkelos: *Codom Jehova*: interpr. Aria Montano: *coram* Domino. Alii: *cum Domino*, σὺν θεῷ. Alii: *ad Dominum*. Mart. Luth. *virum Jehovam*. Joh. Calv. *Virum Domino vel Jehova*. Quamvis & Luther. in explicat. Gen. vertat: *Virum Domini*, *virum Dei*: quod aliquoties inibi iterat, ut & alibi. Pagn. & Tremel. *Acquisivi virum à Jehova*. Plerique vero illi eo sensu, sive Latini sive Græci, vertunt *per dominum*, vel *cum Domino*, vel *à domino*, quod ut *Chrysost*. ait mater puellum natum non naturæ, sed Deo: seu, *Procop. Gazæus* ait Homil. 18. in Gen. non nuptiis, sed illi, qui nuptiale sacrum instituit, acceptum ferat, suamque gratitudinem declarat. *Ambros. l. 1. de Cain & Abel*: Num quid hic sic dicit.

Acqui-

Digitized by Google

Acquisivi hominem per Deum, ut Deum intelligas instrumentum? Non utique: sed, ut intelligas autorem & operatorem Deum. Unde magis Deo detulit, cum dixit: *Acquisivi hominem per Deum:* Ut & nos cum aliquid acquirimus, vel omnes eventus secundos, Deo magis deferre, quam nobis arrogare debeamus. *Hæc ille.* At quænam *inquis*, illarum interpretationum scitissima? Sane, de tantis equidem interpretib. aliquid pronunciare tantillus vix ausim. Tamen, ut una earum verissima sit; omnes suo loco tolerari etiam posse existimo. Nam τὸ *Eth*, quod inprimis urgeri video, πολύσημον occurrit. Est articulus quippe casuum obliquorũ, sed maxime accusativi: ut notat. Seb. Munst. Et Luc. Osiand. *Eth* est articulus, *inquit*, accusat. casus, & emphatice rei demonstrationem significat, item coram, cum, ab, ex, per, pro, ad, præsertim cum affixis. Ut nil dicam de *Rabbi Salomon* & aliis, qui itidem τὸ *eth* plurifariam exponunt. Gen. 5.22. Henoch ambulavit *eth baëlohim*: Quomodo & v.24. Item c.6.v.9.i.e. *coram Deo*, vel *secundũ*: vel *cum Deo*, ut Pagn. vertit. Gen. 37.2. את־אחיו, *cum fratribus*: μετὰ τῶν ἀδελφῶν: Mit seinen Brüdern/ interpr. Luth. Gen. 44. 4. ipsi egressi *eth babir*, de civitate: ἐξελθόντων δὲ αὐτῶν τὴν πόλιν: Da sie aber zur Stadt hinaus waren. Exod. 1. 1. *eth Jahakob*, cum Jacobo, ἅμα Ἰακώβ, mit Jacob. Exod. 10.8. redire jussus est *eth Mosche veeth Aharon*: vel *reductus est Mose & Aharon*. Lev. 16. 15. Et faciet *eth damo*, cum sanguine: vel de sanguine, ut habet Pagn. Und soll mit seinem Blute thun/ Luther Sed Heva tamen dixit, *Virum Jehovam*: quia haut dubiè novit Messiam fore Deũ aut Jehovam. Quod uti admittimus: ita & hoc certum est, quod eadem ipsa sciverit: Messiam quoq; fore semen mulieris, nec è virili semine concipiendum. Qui igitur suo huic primogenito illud eulogium dederit? Nam certe è semine virili conceptum natumque eumdem novit. Simplicissima igitur & veriss. hæc est interpretatio: *Acquisivi virum cum Jehova*. Quam non modo potior doctorum calculus: sed etiam ipsa res tuetur.

Nonæ simpliciter à *Nonus*. Ita *Nona* & *Decima* à partus tempestivi tempore, uti scribit ex Varr. Agell. l. 3. c. 16. Et

Et ſic etiam *Nonæ*, à numero dierum novem Varro l. 5. L. L. *Nonæ* appellatæ aut quod ante diem *nonum* eidus ſemper: aut quod ut *nonus* annus calendæ Januariæ ab *novo* ſole appellatæ, *novus* menſis, *nona* luna nonis. Macrob. l. 1. Sat. c. 15. quidam N*onas* exiſtimant dictas, quaſi *novæ* initium obſervationis: vel quod ab eo die ſemper ad Idus *novem* dies putentur. Sicut ap. Tuſcos *Nonæ* plures habebantur: quod hi nono quoque die regem ſuum ſalutabant, & de propriis negotiis conſulebant. Idem c. 16. Rutilius ſcribit, Romanos inſtituiſſe *nundinas* ut octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent: *nono* autem *die*, intermiſſor rure, ad mercatum, legesque accipiendas Romam venirent. Ergo *nundinæ* dictæ quaſi *novendinæ*, quod *nonus* quisq; dies is eſſet: à *novem* & *dies*. Plut. ὡς ἀγομένας δὲ ἐννέα ἡμερῶν ἐπ' ἀγορὰν, νουνδίνας, ἢ καλουμένας ἱερὰς τοῦ Κρόνου νομίζεσθαι. i. e. conventus ſingulis novem diebus in forum qui *nundinæ* vocantur, Saturno ſacras putāt. *Nundinalis*, ad *novum diem* pertinens: & nominatim ad *novemdiales* ferias. Eſtque *nevemdiale*, quod eſt novum dierum. Ap. Feſt. *Novemdialis feriæ*. Plaut. aul. a. 2. ſc. 4. *Cocus ille nundinalis eſt: in novum diem ſolet ire coctum*. Verbum *nundinor* proprie eſt in nundinis ago nec non in nundinis vendo emoque. Unde *novem*, videatur in *ſex*. Inde *Nonus* primum *Novenus*: ut decimus, denus. *Nonaria*, i. e. meritrix, Perſ. Sat. 1. Vel ab hora *nona*, qua Veneri litabat. Vel, à *Nonis*, quas olim inter dies atros ponebant. Illud vero rectius.

Νόος contracte νοῦς. Νοέω, νοῶ. Ex νοῶ fit νοίσκω: per Synæreſin νώσκω: unde Lat. *Noſco*. Hebr. מַדָּע, eſt ſcientia. Et עָנָה, animo movit. A νώσκω adjecto, γ, æolico, fit γνώσκω. Sicut Latinis *gnoſco, dignoſco, gnobilis*. A γνώσκω per ἀναδίπλασιν eſt γιγνώσκω. *Notio* eſt proprie actus noſcendi. A notum *notio*: ut à lotum lotio. *Notionem* inquit Cic. in Top. apello, quod Græci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν. Ea eſt inſita, & ante præcepta cujusque formæ cognitio, enodationis indigens. *Obiter*: κοινὰς ἐννοίας vocant etiam Græci ἐνθέρμους, ζώπυρα: Latini igniculos, ſcintillas. Nempe è Stoicorum ſenſu; quibus animus noſter ignis: nec

hec tamen solus, sed cum Spiritu. Cicero: Zenoni Stoico animus ignis videtur. Zeno & Posidonius in Laertio: πνεῦμα ἔνθερμον εἶναι τὴν ψυχήν. Nec abest ratio: non illis, sed nobis nota. Quia anima nostra ab igne illo aut Luce æterna, i. e. Deo: & ejus quidem imago, olim luculenta: nunc scintillulæ superstites sunt. Sed ad reliqua. A notum *Nota*, h. e. signum quo aliquid *noscitur*: ut Græc. γνώρισμα. Neque obstat quantitas primæ. Nam etiam *agnitum* & *cognitum* dicimus. *Notare* est notam imprimere, signare. Ut à peritum peritia: Ita à notum *notitia*, γνῶσις. Cic. epist. ad Hir. *Nobilitas* nihil aliud est, quam cognita virtus. *A nosco*. Ut à motum, mobilis: sic à *notum nobilis*, i.e. notus. *Nobilitas* primo ac propriè est, qua *noti* sumus, & innotescimus: nominis claritas. *Ignobilis*, i. e. ignotus. Plaut. Peregrina facies, atque ignobilis. *Dominobilis*, vox elegans ap. Sallust. in Catil. quo & utitur Fl. Vopiscus, & Salvianus. *Norma* Latinis est, quod Græcis γνώμων, ait Scal. in Theoph. de pl. dimensiones additæ duobus Quadrati lateribus, quibus prioris spatii quantitas augeatur, non mutata figura. Id etiam triangulo apponi potest. Ejus proportionis vicem quoque gerat circulus major, minorem circumscribens. Vox autem Latina hæc etiamnunc refert vestigia Græca, quasi γνώρισμα. Sic etiam *notum* dicimus, Græc. γνωτὸν, γνωτόν. Ratio vocis est, quia regula est angulorum rectorum: quæ iccirco *sequadra* dicitur. *Enorme* ergo significat, quod egreditur è legib. rationis: & respondet vocabulo ἀνώμαλον, seu inæquabile. *Ignarus* (unde & *ignoro*) à *gnarus*, γνώριμος. Videtur ab initio fuisse *gnorus*, *ignorus*: sicut *ignoro*, *gnoro*, à γνωρίζω. Ap. Plaut. Auson. Arnob. *Gnarures* legitur pro gnari *gnaruro* γνωρίζω. Et antiquitus *gnaro*, nunc *narro*, Gloss. *gnarrat*, narrat, διηγεῖται. *Gnarigo* & *dignorare* ap. Fest. Gloss. *Gnarurat*, γνωρίζει. *Ignarures*, ἀγνοοῦντες *A nomine* est *ignominia*, ubi nomini labes adspergitur. Onomast. *Ignomines*, ἀνώνυμοι. *Nomenclator*, nomen calator, quasi *calator nominis*, à καλεῖν. Onomast. Nomenclator, ὀνοματολόγος. Et sic Plutarch. Gloss. Cyril. ὀνοματοκλήτωρ, nomenclator. *Binomius* cui geminū nomen, Fest. Quamvis

Digitized by Google

Binominis mavelit Jos. Scal. *Nomen* quasi *novimen*: aut à notu, *nomen*: ut momen à motu, stramen à stratu. Scal. c. 76. L.L. in ipsa (inquit) appellatione comprehensa est vis quædam actionis: quasi ipsum esset causa quædam notionis. Nam ut à moveo, movi, motum, movimen, momen: sic à nosco, novi notum, novimen, *nomen*. Est enim imago quædam, qua quid noscitur: instrumentum quasi quoddam cognitionis. Ac veteres quidem rectam viam institerunt, cum dicerent quasi *notamen*. Verum minus recte bonam sententiam explicarunt. *Notatum* enim posterius est, quam notum: sit notamen, quam nomen: ut è contrario ab hoc illud potius sit. Fuit prius *Noo*, à quo *nosco*. Multo minus audiendi sunt, qui à Græco ὄνομα, quod παρὰ τὸ νέμειν, sicut & νόμος, deduxere: quoniam quo pacto lex suum cuique tribuit: ita & nomen suam cuique imaginem rerum reddit. Neq; enim recte deductum intelligas ex ipsa, quam temere auferunt, vocali: Sed ὄνομα rei ut titulus fuit, à *juvando*: quasi ὄνιομα: ut cujus usu rem agnosceres. Idem c. 92. *Nomen* est familiæ nota. *Prænomen*, proprium cujusque. *Cognomen*, quod eventu accessit. *Agnomen*, quod eventus accessionem notat. A nomen recta fluit *nominare*, i. e. nomine appellare. A nominatum *nominatim*: ut à gregatum gregatim. Græcè ὀνομαχλήδην. *Nominalia*, dies, quo *nomina* imponebant infantibus: de quo prolixe differit P. Fab. 1. Semest. c. 6.

Nosotomium, vel potius *Nosocomeum*, νοσοκομεῖον à κομίω & νόσος: quorum hoc stirpis Hebrææ, ab אָנַשׁ, *anasch*, *nas*, i. e. morbo laboravit. אָנוּשׁ, ægerrimus, νοσερός. *Morbus*, quem Stoici totius corporis corruptionem 5. Tusc. hyperbolice appellant, dicitur quasi μόρος βίας, i. e. corruptio virium. Quippe vim agendi lædit. Similiter Scal. in Theoph. de pl. à μείρομαι eleganter facit. *Morbi* (inquit) & mortis idem etymon, μόρος βίου. Ut enim morbus via ad mortem: Ita mors est animæ discessus à corpore. 1. Tusc. θάνατος ἐστὶ ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. Idem Scal. Ex. 352. s. 1. separatio mors dicitur à *fato*. Græca vox μόρος, μοῖρα. Antiquis *abitio* idem, quod mors erat notante etiam Festo: sicut hodie, *obiit*, *obitus*. Etiam dicebant

vixit,

Vixit. *ἀπώλετο, ἔζησεν*. Plutarch. in Cic. *φθεγξάμενος δὲ μέγα, Ἔζησαν, εἶπεν*. Ap. poetas FUIT. Data enim opera abstinebant mentione *mortis* : ne viderentur *δυσφημεῖν*. Simile est : *Ad plures abiit*, i. e. *εἰς πλείονας* : quia plus mortuorum, quam superstitum. Plaut. in Trin. *me ad plures penitus vi*. Ita etiam S ſcriptura loquitur. Gen. 15.15. abire ad partes. Gen. 25. 8. aggregari ad populos. Et alibi. *Polyandrion*, i. e. ſepulcretum, ubi plures tumulati cubant. Arnobius l. 6. adv. Gentes. Proprie ſonat, ubi *multi viri*. Heſych. *πολυάνδριον, τάφος, πολυχώρητος, μνῆμα*. Ezech. 39.15. *vallis multitudinis Gog*. Ibi LXXII. ponunt, *τὸ πολυάνδριον Γώγ*. Lactant. de Opif. Dei c. 11. Quod *morior* in Indicat. primæ perſonæ Præſ. temp. non vere dicatur ab ullo, aut dici poſſit, erudite diſputat idem Scal. c. 113. L. L. Uſui magis, quam rationi conceſſum eſt, cum dicimus *Morior*. Nam mors temporis momento præſcribitur. Antequam pronuncietur totum verbum, præterierit res, de qua loquimur. Sic enim perſonis deficiuntur. Quis n. puncto ille temporis loquatur aut dicat? *Morior*. Hujus familiæ ſunt alia etiam verba compluria, ut *naſcor, dormio, ædifico, ſaturo, generor*, & ſimilia. Quæ poetis præcipue conceduntur, quando perſonas introducunt, aut alia, finguntq; de ſe loqui aliquid. *A morior* eſt *mortalis*. Scal. c. 98. L. L. *Mortalis* eadē ratione dicitur, qui morte affectus eſt. Nam quod ad aptitudinem translatum ſit, hoc uſus occupavit. Cæterum de mortuo primum ſic ſunt locuti, *Mortalis fuit*. Deinde etiam cum ad viventes reſpicerent, propterea quod eſſent ejusdem naturæ, eosdem quoq; *Mortales* vocavere. Porro cum Latino *Mors*, non exiguam habet cognationem Heb מוּת, *mut*, mortuus eſt : מָוֶת, mors : ſi hæc origo tibi placeat. *μείρομαι* autem vel *μείρω* potes ex Heb. הֵמִיר, *bemir*, i. e. commutavit, dedit partem pro alia parte, diviſit. Aut à מָרָה, *marah*, i. e. partitus eſt, contrivit. *Monomeri*, à *μέρος*, i. e. unius partis, Agel. l. 9. c. 4. Homines, qui *monomeri* appellantur, ſingulis cruribus ſaltuatim currentes. Ita ap. Iſid. l. 11. c. 3. *privimeria*, uti quidem Rabanus legit. A *μείρω* quoque eſt, *mereo, meritum*: quod

Digitized by Google

partium est, sive labores, sive precium spectes. Heb. עמר, Hithpahel התעמר est mereri, quæstum facere. A meritum *meritrix*, non à mereri, *meretrix*. Foret enim media longa. Tertul. de pallio, meritrices sunt *popularium libidinum nundinæ*: Etiam *merces* à *mereo*, sententia Varronis. Græce μισθὸς, precium pro labore. Item à μείρω, *mæror*. Cic. 4. Tusc. *mæror* est ægritudo flebilis. Melius Scal. Ex. 312. *mæror* est diuturna tristitia, quasi fatalis, hoc n. est μοῖρα. Interim non dissimulo, quod Hebræi assonent. Ut מַר significat non modo amarum: sed etiam λυπηρόν. Ita LXXII. vertunt Prov. 14. 10. λυπηρὰ ψυχῆ. Jes. 38. 15. ὀδύνην τῆς ψυχῆς, & alibi. מְרוֹרִים vertunt per οἰκτρὸν Jer. 6. 26. Item תַּמְרוּרִים per ὀδυρμὸν Jer. 31. 21. Etiam מָרַר vertunt per ὀδυνάω Zach. 12. 10. per ὀκλάσαι Jer. 48. 11. Neque aliud est *mæror*, quam quædam *amarities* animæ: aut πάθος animam affligens. Sic enim loquitur Hebræus. Gen. 26. 35. מָרַת רוּחַ, i.e. *amaritudo spiritus*: i.e. molestia ac mœstitia. Jud. 18. 25. מָרֵי נֶפֶשׁ *amarulenti animo*: LXXII. κατώδυνοι ψυχὴν At 2. Reg. 17. 8. κατάπικροι τῇ ψυχῇ. Item 1. Sam 1. 10. מָרַת נֶפֶשׁ, *amara animo*, i.e. mœsta. Et Prov. 14. 10. מָרַת נַפְשׁוֹ *amaritudo animæ*. Ubi LXXII. ponunt λυπηρά. Et Prov. 31. 6. τοῖς ἐν ὀδύναις: ubi Hebræum, *Amaris animo*, i.e. tristibus. *A mæror*, aut *mæreo* fit etiam *mæstus*. Nonnullis quidem fieri videtur à μόγος, quod est πόνος, μόχθος, κακοπάθεια. Sed quia non modo literæ (quippe R & S sunt εὐμετάβολα) verũ etiam significatus probe conveniũt: rectius *mæstus* à mœreo ducitur.

Nothus, νόθος, i. e. quem vulgo patre ignoto natum appellant: non legitimus, ξένος, peregrinus, alienus. Faciunt à νη & θεῖος, quod est, γνήσιος. Suid. θεῖόν τι τὸ γνήσιον ἐν τοῖς κατ' ἀνθρώποις ἔχει· διόπερ ὁ μὴ τοῦτ' ἔχων νόθος, οἷα ἐστερημένος τοῦ θείου. Etiam à νη & θεῖος hac ratione *nothus* dici potest: quia *nothi* à sacris officiis arcebantur. Deut. 23. 2. *Spurius ne venito in congregatione Jehovæ*. LXXII. ἐκ πόρνης Talis etiam lex visitur ap. Isæum, qua repelluntur *nothi* ab omnibus sacris Gentium: μηδὲ νόθῳ μηδὲ νόθῃ ἀγχιστείαν εἶναι

μηθ'

μηθ' ἱερῶν μηθ' ὁσίων ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος. Legatur etiam Plutarch. in Themist. *Spurius* est cujus pater ignoratur, atque, ut Lucret. loquitur, *volgivaga* Venere couceptus: ἀπὸ τῆς σπορᾶς: à parte matris pudenda. Nam & segetem, & prolem, & partem in fœmellis, quæ honeste nominari non potest, significat; sicut σπόρος sationem, & locum, in quo aliquid seritur, notat. Verbum est σπείρω: σποράς, i e. sparsus. Modest. l. 1. pandect. *Volgo concepti* dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet; qui & *spurii* appellantur παρὰ τὴν σποράν. Justinian. de Nupt. aliam eruit originem, non omnino adspernabilem. Dici *spurios*, quasi *sine patre* filios: quod ab antiquis notis acceptum est SP. Quibus spurii significabantur, teste Plutarcho in Rom. probl. Ubi & illud refertur: *spuria* significare lingua Sabina eas partes, quib. mulieres sunt. Apul. apol. 1. *posse dicitis ad res venereas sumta de mari spuria & fascina.* Sic appellans conchylia virginalium & veretillorum formam referentia: quod notat Cl. Scip. Gentil in lib. orig. *Spurios* etiam *Favonios* appellabant, ut scribit Isid. l. 9. c. 5. quia quædam animalia *favonio* spiritu hausto concipere existimantur. unde & ii, qui non sunt de legitimo matrimonio matrem potius, quam patrem sequuntur. A σπείρω est etiam Lat. *spargo* levi facta immutatione. Ab Heb. פָּזַר, sparsit. Spargo propriè est, passim jacio & semino. Ei opponitur colligo Matth. 12. 30. Similiter dicitur etiam *sperno*, σπείρω, σπέρω ut πείρω, πέρω. Hinc Varro l. 2. rei rust. c. 4. *conturbare & spernere* opponit. Ennius Hectoris lytris: *jus atq. æquum se à malis spernit procul.* Hesych. σπερχόνειν, σπείρειν, θυμοῦσθαι, ἀπειλεῖν, διώκειν. *Sperma*, σπέρμα, semen, quod projicitur aut seritur, è quo gignitur aliquid. *Spartum* σπάρτον, est frutex genistæ, virgulis similis, vitibus ligandis idoneus. Deinde *Spartum* est crassius filum, quo suimus calceos. Indicat l. 5. Athen. putria calceorum spartia accensens: Unde & *spartiaria* dicetur cera.

Notus, νότος. Agell. l. 2. c. 22. ab humiditate, quæ νοτὶς ap. Gr. Et hoc à νέω. Ovid. epist. 2. Hero:

Alba procellosos vela referre notos.

Et alibi vocat nubiferos. Horat. Ep. 10.

Jonius udo cum remugiens sinus
Noto carinam ruperit,

Græcis est λευκόνοτος: & Horatio l. 1. Od. 7. *albus* notus: scilicet à serenitate quæ insequitur.

Novo νεάω: *novus*, νέος. Ex Hebr. נָא *na*, nunc, recens. *Neophytus*, νεόφυτος i. e. recens natus, à νέος & φύομαι. Gloss. νεόφυλος, *novellus*. 1. Tim. 3.6. exstat νεόφυτος. Vet. interpres ponit *neophytum*. Erasm. *novitium*. A novo, novatum est *novitius*. Ut impetratum impetritum: negabundus negibundus: sic dicebatur *novatum*, *novitum*: ex quo *novitius*, secunda longa. Etiam Juven.

Jam sedet in ripa tetrumq; novitius *horret*.

Adnovitius, ap. Cic. l. 12. epist. ad Att. Varr. l. 5. L. L. Ab eadem origine *novitas*, *novitius*, & *novalis*: & *Subnoviis* dicta pars in foro ædificiorum: quod vocabulum ejus pervetustum, ut *Nova via*, quæ via jamdiu vetus. Ab eo *nuncupare* & *nuncupata* res, quod tum in civitate vota *nova* suscipiuntur. *Novacula*, à nova acie: Et quia *novat* veluti faciem, de rasis pilis. Quomodo Heb. מוֹרָה itidem est novacula; dicta à מָרָה: quia faciem caputque quasi mutat. *Denuo*, de novo. Plaut. Mil. glor. *denuo* volo percipiatis plane. In antiquissima lingua reperitur נִין i. e. sobolescebat, innovatus est ætate. Propriè dicitur de prole recens edita, quæ adhuc nova est. Unde ναῖος, *nanus*. Arist. νεάα παιδία. Agel. l. 19. c. 13. Ex quo colligere est quod eleganter Græci nominent νέον, juvenem sive adolescentem. Sed & νεαρὸς, item νεώτερος respondent τῷ נַעַר *nahar*, Hebræor. Item נַעֲרָה, *nahamh*, est juvenis, puella. Jos. 16. *Nabaria*, puer domini. 1. Par. 3. *Neotericus*, verbum novū est: νεωτέρως, i. e. nove: νεωτεριστής novorum studiosus.

Noverca quasi *nova archa*, à νέα & ἀρχή. Tum enim nova œconomiæ gubernatio incipit. Vel *herisco* i. e. divido, intersepio. Hoc est *nova familiæ divisio*. Oritur enim *herisco* ab ἑρκίον: aut ab insusitato Ἑρκίζειν, ab εἵργειν. Itaq;

non

non ſequuntur rationem, qui *Erciſco* ſcribunt. *Erctum citum*, ap. Feſt. Vel ſanius: *herctum citum*, i. e. hereditas diviſa, Donat. ad. Serv. *Erctum non citum*, i. e. patrimonium non diviſum: ab *heriſco* & *cieo*.

Nox, νὺξ. *Nocturnus* ap. Plaut. Amph. a. 1. ſc. 1. item Varr. in Satiris, eſt noctis Deus. Eſt & *nocturnus* veſper, qui noctem ducit, Luciferoque opponitur à Statio 6. Theb. Appellatur à Catullo *Noctifer*. Turneb. l 24. c. 27. Vide Taubm. in Amph. Plauti. *Noctiluca*, quæ *lucet noctu*. Scal. Conject. *Noctilucam*, Horatius eandem cum luna facit: Rite creſcentem face *noctilucam* l. 4. od. 6. Levinus vero vetuſtiſſ. autor, videtur eam Venerem nominare: *Venerem igitur almam adorans ſive fœmina, ſive mas eſt, ita uti alma noctiluca eſt*. Quare ab eadem ratione dicitur *noctuvigila* à Plauto, i. e. νυκταγρυπνής. Dicitur etiam hoc nomine *Lucerna*. Varro Bimarco: *noctilucam* tollo, ad focum fero, inflo, anima reviviſcit. A nox, eſt *pernoctari*; & *obnoctari* ap. Tertul. Tritum ſatis eſt *pernoctare*. Et ſic *Abnoctare*, integram noctem abeſſe. Martianus uſus eſt, pro, extra provinciam eſſe. Et ſic in lege 12. Tabul. trinoctio *abnoctaſſe*, capitur. Etiam *Noctua* à nocte: ſicut *Nycteris*, νυκτερὶς & Heb. יַנְשׁוּף, à crepuſculo, Jeſ. 34. 11. Et לִילִית eſt ſtrix, avis noctu volans. A לַיִל, nox. Jeſ. 34. 14. Gloſſ. Philox. Noctua, γλαὺξ ὀρνύφιον, καὶ νυκτερὶς. *Noctua* dicitur *Noctivida* à Martiano Capella. *Noctuæ* ſonum (à quo ſane τυτὼ etiam dicta videtur ap. Heſych. monente A. Th. Sibero) exprimit Plaut. Menæc. a. 4. ſ. 2. Vin' afferri noctuam, quæ *Tu Tu* usque dicat Tibi? Taubm. alludit ad vocem noctuæ *Tu*, ſeu *Tou*, *Tou*. Sonat autem noctua uberius hoc germanum, non exilius illud Gallicum. De quo Legatur Lipſ. c. 10. de rect. pronun. Noctuinum hunc gemitum reſpexit etiam Auſon.

Cecropiis ignota ſonis ferale ſonant V.

Numerus. Scal. l. 4. poet c. 44. ἀριθμὸς id ſignificat, quod deſignat diſcretam quantitatem. *Numerum* Latini dixerunt à diſtributione: h. n. e. νέμειν. Hæc ille. Aut à

Digitized by Google

contrahit. Hæc ille. Sed Festi sententia verior. Videatur etiam Brodæus l. 1. c. 31. Eamdem cum *nympha* originem agnoscit & *nymbus*, *nimbus*. Notat enim, ut volunt, pluviam repentinam cum impetu Lucret. 6. *Corpora, quæ faciunt nubes nimbosque volantes.* Isid. l. 13. c. 10. *nimbus est densitas nubis intempesta & obscura.* Aliis *nimbus* refertur ad νίμμα, verbi νίπτω, quod est lavo. Sed ratio eodem tendit. *Nymphaea*, herba aquatica ap. Plin. l. 25. c. 7. Diosc. l. 3. δοκεῖ ὀνομάσθαι νυμφαία διὰ τὸ ἔνυδρος φιλεῖν τόπους. φύεται ἐν ἕλεσι καὶ ὕδασι στασίμοις. Apul. ait: *nymphæam* Latine appellari *matrem Herculanam*, *algam palustrem*, *papaver silvestre*, *clavum Veneris ac digitum Veneris.* Marcellus Latine *clavam Herculis* & *Baditin* Gallice nominari tradit. Sed quid propriè *nympha nimpha*, νυμφῆ? Suid. νύμφη, πηγὴ καὶ νεόγαμος γυνή. Vet. vocabular. *Nympha dicitur ipsa aqua. Unde nympha dicitur sponsa in nuptiis: sic dicta pro officio lavationis.* Quod etiam Isidor. habet l. 9. c. 8. Ergo *nympha* & *limpha* est primo ac proprie aqua: inde ab humidiori natura *nympha* dicitur νεωστὶ γαμηθεῖσα, ut ait Hesych. Sed & nova nupta in opere τῆς συνουσίας *aquam* præ se fert & respectu viri calidioris *diluta* apparet. Scal. l. 3. poet. c. 101. Quum prisci putarent Aquam rerum omnium elementum esse, Ignem vero formam: utrumque in limine positum, ab utroque manu tangebatur: ipsaque nupta ejusdem aquæ adspersione lustrabatur. Hæc ille.

Nitor, i. e. splendor, à νίπτω: lota enim nitent. Scal. l. 1. de plant. Ut à suadeo suadela, à loquor loquela: Sic etiam à niteo *nitela* ap. Apul. & Solin. non autem *nitella*. Neque enim deminutum est, uti turbella, furcilla & similia. *Nitedula* à nitore nomen habet: sive insectum sive etiam musculus sit.

Nitrum, νίτρον. Non à *Nitria* Ægypti regione, ut Isidorus tradit. Sed hæc ab illo. Scilicet ab Hebr. נֶתֶר, i. e. nitrum, quia cum impetu circumsiliat. Prov. 25. 20. Ubi Symmachus ponit νίτρον. Etiam LXXII. Jer. 2. 22. *nether* vertunt νίτρον. A Rad. נָתַר, i. e. transiliit subsiliit. A Jul. Scal. facta vox est, *Antracothειosalenitrum*, quæ

quæ τὸ ὑλικὰ pulveris pyrii, ut vocamus, notat, utpote sunt ἀνθραξ, θεῖον, sal, ἁλς, νίτρον.

Nix, Scal. c. 25. L. L. X in V consonantem æque male maturi arbitrantur, in ea voce *Nix*, *nivis*: Verum νίφω, & νιφετὸς, παρὰ τὸ νίζω: unde etiam nostrum *Neptunus*: non, ut Cic. prodidit, à *nando*. Inde nostrum *ninguo*, *ninguidus*, & *ninguis* in Recto: & *Nivis*, concisum: & aliud concisum, *Nix*, mutato G in C: & concreto cum sibilo in X. in obliquis autem mansit prisca vox. *Ninguis*. in Lucr. l. 16. & Prisc. l. 6. *Ninguidus* in Auson. Omnia unam agnoscunt originem. At νίφω à נוּף, stillare נֹפֶת destillatio. *Nix*, κατὰ μεταφορὰν Mart. l. 4. est tacitarum vellus aquaram. Ita Ps. 147. 16. Qui edit nivem sicut lanam. Arnob. l. 2. sunt nives plumeæ. *Et paulo post*: nivem in plumeas subaperiat crustulas. *Nix* Græcis est χιὼν: unde Insula *Chius* nomen accepit, uti putant.

Nodus ab Hebr. עָנַד, *banad*, *nad*, nodum fecit, adstrinxit ligavit.

Propert.

Non licet æratis adstringant brachia nodis. *Nodutis* & *Nodutus* in gentilitate: quia ad *nodos* perducere res satas putabatur: Arnob. l. 4. August. l. 5. de civ. c. 8. *Enodis*, i. e. sine nodo ap. Virg. non vero *ennodis*, quasi ab ἐν sit: nec *anodis*. Sunt enim barbara.

Non νὴ, μὴ & οὐ. Aut Non, ab Heb. לֹא, *lo*, *no*, ut *nimpha*, *limpha*. Item μὴ ab Heb. אַם, per inversionem. Prisci, ut Lucil. Varr. Fest. *Nenum* pro *Non* sumunt: à *ne* & *num*. Ne, νὴ aut νη (quod cernitur in νήπιος, νηλεὴς, νήνεμος) ab Hebr. אַיִן. *Nec* mutila est: *Neque* integra. Est autem *Neque*, & *non*, uti Græc. οὔτε, μήτε. Scal. c. 175. L. L. Integra est *NE*. Νίποδες enim dicti sunt à Græcis pisces, ut ap, Oppian. unde etiam nostra *Nepa*: pedibus enim minime valet. *Quin* ex *Qui* & *Ne*. Integro Terent. utitur in And. Ego id agam, mihi *qui ne* detur. *Uti* est mutata, ὅτι: sicut ἔτι, *Et*, ἔτι ab עוֹד, i. e. adhuc ultra. Aut *Et*, à τε per conversionem. *Utinam* ex *uti* optandi vocula: & nam. quod hic παρέλκει. Etiam εἴθε utinam

Usq.

Usque, ὥσπερ. Ultimo Τι, *Et*, ab Heb. אֵת, quæ est particula congregandi. *Etiam* ab *Et* & *Jam*. Vel quasi ἔτι ἤδη. Vel ab Hebr. גַּם, i. e. etiam, tam. *Que* à καὶ, abjecto diphthongi sono: quemadmodum δὲ ὁδὶ: καὶ κί. *Si* fuit εἰ, addito sibilo: à qua aucta est *sic*. Fuit enim *sice*, sicuti *Necce*, *Nec*. Ἄικα αἴκεν pro εἴκεν, ab Heb. אֵיכָה, quod idem. *Sive*, εἴτε: de quo Scal. c. 170. L. L. sub disjunctivæ ortæ sunt, à conditionali, quæ etiam impossibile admittit *Sic*: si tu homo sis, *si*, *ve* equus, *si*, *ve* lapis: necesse est corpore præditus fueris. Sic enim usus est Terent. *Si*, εἰ: *Nisi*, i. e. *non* si, si non. Ita *nimirum* est ni mirum, *non mirum*: vel teste uno Terentii loco Eunuch. a. 3. sc. 3. *At* ab ἀτὰρ per abscissionem: deinde *atqui*, ut alioqui, cæterqui. *Ad* vero simpliciter ab Hebr. עַד, *ad*, quod idem significat. Alii faciunt ab אֵת, *eth*, ut quod sit articulus sive nota accusativi casus. Hujus voculæ, *eth*, occasione, non possum non in campum educere, tirones, & contra hostes philologiæ ostendere, quantas ejusmodi minutiæ turbas sæpe numero dent, & quam interpretes inter se committant. Ut ita nihil accuratiore vocum, vel minimarum, contemplatione ad rerum explicationem utilius sit. Sumamus exemplum è vocula, *eth*, ut dixi. Gen. 4. 1. Heva primitus puerpera dicit: Acquisivi *isch eth jehova*. Hoc vertunt LXXII. ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ θεοῦ. Vet. translatio: *Possedi hominem per Deum*. Onkelos: *Codom Jehova*: interpr. Aria Montano: *coram* Domino. Alii: *cum Domino*, σὺν θεῷ. Alii: *ad Dominum*. Mart. Luth. *virum Jehovam*. Joh. Calv. *Virum Domino vel Jehovæ*. Quamvis & Luther. in explicat. Gen. vertat: *Virum Domini*, *virum Dei*: quod aliquoties inibi iterat, ut & alibi. Pagn. & Tremel. *Acquisivi virum à Jehova*. Plerique vero illi eo sensu, sive Latini sive Græci, vertunt *per dominum*, vel *cum Domino*, vel *à domino*, quod ut *Chrysost*. ait mater puellum natum non naturæ, sed Deo: seu, *Procop. Gazæus* ait Homil. 18. in Gen. non nuptiis, sed illi, qui nuptiale sacrum instituit, acceptum ferat, suamque gratitudinem declarat. *Ambros. l. 1. de Cain & Abel*: Num quid hic sic dicit.

Acqui-

Acquisivi hominem per Deum, ut Deum intelligas instrumentum? Non utique: sed, ut intelligas autorem & operatorem Deum. Unde magis Deo detulit, cum dixit: *Acquisivi hominem per Deum:* Ut & nos cum aliquid acquirimus, vel omnes eventus secundos, Deo magis deferre, quam nobis arrogare debeamus. *Hæc ille*. At quænam *inquis*, illarum interpretationum scitissima? Sane, de tantis equidem interpretib. aliquid pronunciare tantillus vix ausim. Tamen, ut una earum verissima sit; omnes suo loco tolerari etiam posse existimo. Nam τὸ *Eth*, quod inprimis urgeri video, πολύσημον occurrit. Est articulus quippe casuum obliquorū, sed maxime accusativi: ut notat. Seb. Munst. Et Luc. Osiand. *Eth* est articulus, *inquit*, accusat. casus, & emphatice rei demonstrationem significat, item coram, cum, ab, ex per, pro, ad, præsertim cum affixis. Ut nil dicam de *Rabbi Salomon* & aliis, qui itidem τὸ *eth* plurifariam exponunt. Gen. 5.22. Henoch ambulavit *eth baëlohim*: Quomodo & v.24. Item c.6.v.9. i.e. *coram Deo*, vel *secundū*: vel *cum Deo*, ut Pagn. vertit. Gen. 37.2. את־אחין, *cum fratribus*: μετὰ τῶν ἀδελφῶν: Mit seinen Brüdern/ interpr. Luth. Gen. 44.4. ipsi egressi *eth habir*, de civitate: ἐξελθόντων ἢ αὐτῶν τὴν πόλιν: Da sie aber zur Stadt hinaus waren. Exod. 1.1. *eth Jahakob*, cum Jacobo, ἅμα Ἰακώβ, mit Jacob. Exod. 10.8. redire jussus est *eth Mosche veeth Aharon*: vel *reductus est Mose & Aharon*. Lev. 16.15. Et faciet *eth damo*, cum sanguine: vel de sanguine, ut habet Pagn. Und soll mit seinem Blute thun/ Luther Sed Heva tamen dixit, *Virum Jehovam*: quia haut dubiè novit Messiam fore Deū aut Jehovam. Quod uti admittimus: ita & hoc certum est, quod eadem ipsa sciverit: Messiam quoq; fore semen mulieris, nec è virili semine concipiendum. Qui igitur suo huic primogenito illud eulogium dederit? Nam certe è semine virili conceptum natumque eumdem novit. Simplicissima igitur & veriss. hæc est interpretatio: *Acquisivi virum cum Jehova*. Quam non modo potior doctorum calculus: sed etiam ipsa res tuetur.

Nonæ simpliciter à *Nonus*. Ita *Nona* & *Decima* à partus tempestivi tempore, uti scribit ex Varr. Agell. l. 3. c. 16.

Digitized by Google

Et sic etiam *Nonæ*, à numero dierum novem Varro l. 5. L. L. *Nonæ* appellatæ aut quod ante diem *nonum* eidus semper: aut quod ut *nonus* annus calendæ Januariæ ab *novo* sole appellatæ, *novus* mensis, *nona* luna nonis. Macrob. l.1. Sat. c. 15. quidam N*onas* existimant dictas, quasi *novæ* initium observationis: vel quod ab eo die semper ad Idus *novem* dies putentur. Sicut ap. Tuscos *Nonæ* plures habebantur: quod hi nono quoque die regem suum salutabant, & de propriis negotiis consulebant. Idem c.16. Rutilius scribit, Romanos instituisse *nundinas* ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent: *nono* autem *die*, intermissor rure, ad mercatum, legesque accipiendas Romam venirent. Ergo *nundinæ* dictæ quasi *novendinæ*, quod *nonus* quisq; dies is esset: à *novem* & *dies*. Plut. τὰς ἀγομένας δὲ ἐννέα ἡμερῶν ἐπ᾽ ἀγορὰν, νουνδίνας, ἃς καλουμένας, ἱερὰς τοῦ Κρόνου νομίζεσθαι. i. e. conventus singulis novem diebus in forum qui *nundinæ* vocantur, Saturno sacras putāt. *Nundinalis*, ad *novum diem* pertinens: & nominatim ad *novemdiales* ferias. Estque *nevemdiale*, quod est novum dierum. Ap. Fest. *Novemdialis feriæ*. Plaut. aul. a. 2. sc. 4. *Cocus ille nundinalis est: in novum diem solet ire coctum*. Verbum *nundinor* proprie est in nundinis ago nec non in nundinis vendo emoque. Unde *novem*, videatur in *sex*. Inde *Nonus* primum *Novenus*: ut decimus, denus. *Nonaria*, i. e. meritrix, Pers. Sat. 1. Vel ab hora *nona*, qua Veneri litabat. Vel, à *Nonis*, quas olim inter dies atros ponebant. Illud vero rectius.

Νόος contracte νοῦς. Νοέω, νοῶ. Ex νοῶ fit νοίσκω: per Synæresin νώσκω: unde Lat. *Nosco*. Hebr. מַדָּע, est scientia. Et עָנָה, animo movit. A νώσκω adjecto, γ, æolico, fit γνώσκω. Sicut Latinis *gnosco*, *dignosco*, *gnobilis*. A γνώσκω per ἀναδιπλασιασμὸν est γιγνώσκω. *Notio* est proprie actus noscendi. A notum *notio*: ut à lotum lotio. *Notionem* inquit Cic. in Top. apello, quod Græci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν. Ea est insita, & ante precepta cujusque formæ cognitio, enodationis indigens. *Obiter*: κοινὰς ἐννοίας vocant etiam Græci ἐνθέρμους, ζώπυρα: Latini igniculos, scintillas. Nempe è Stoicorum sensu; quibus animus noster ignis: nec

Digitized by Google

hec tamen ſolus, ſed cum Spiritu. Cicero: Zenoni Stoico animus ignis videtur. Zeno & Poſidonius in Laertio: πνεῦμα ἔνθερμον εἶναι τὴν ψυχήν. Nec abeſt ratio: non illis, ſed nobis nota. Quia anima noſtra ab igne illo aut Luce æterna, i. e. Deo: & ejus quidem imago, olim luculenta: nunc ſcintillulæ ſuperſtites ſunt. Sed ad reliqua. A notum *Nota*, h. e. ſignum quo aliquid *noſcitur*: ut Græc. γνώρισμα. Neque obſtat quantitas primæ. Nam etiam *agnitum* & *cognitum* dicimus. *Notare* eſt notam imprimere, ſignare. Ut à peritum peritia: Ita à notum *notitia*, γνῶσις. Cic. epiſt. ad Hir. *Nobilitas* nihil aliud eſt, quam cognita virtus. *A noſco*. Ut à motum, mobilis: ſic à *notum nobilis*, i.e. notus. *Nobilitas* primo ac propriè eſt, qua *noti* ſumus, & innoteſcimus: nominis claritas. *Ignobilis*, i. e. ignotus. Plaut. Peregrina facies, atque ignobilis. *Dominobilis*, vox elegans ap. Salluſt. in Catil. quo & utitur Fl. Vopiſcus, & Salvianus. *Norma* Latinis eſt, quod Græcis γνώμων, ait Scal. in Theoph. de pl. dimenſiones additæ duobus Quadrati lateribus, quibus prioris ſpatii quantitas augeatur, non mutata figura. Id etiam triangulo apponi poteſt. Ejus proportionis vicem quoque gerat circulus major, minorem circumſcribens. Vox autem Latina hæc etiamnunc refert veſtigia Græca, quaſi γνώριμα. Sic etiam *notum* dicimus, Græc. γνωτὸν, γνωτόν. Ratio vocis eſt, quia regula eſt angulorum rectorum: quæ iccirco *ſequadra* dicitur. *Enorme* ergo ſignificat, quod egreditur è legib. rationis: & reſpondet vocabulo ἀνώμαλον, ſeu inæquabile. *Ignarus* (unde & *ignoro*) à *gnarus*, γνώριμος. Videtur ab initio fuiſſe *gnorus*, *ignorus*: ſicut *ignoro*, *gnoro*, à γνωρίζω. Ap. Plaut. Auſon. Arnob. *Gnarures* legitur pro gnari *gnaruro* γνωρίζω. Et antiquitus *gnaro*, nunc *narro*, Gloſſ. *gnarrat*, narrat, διηγεῖται. *Gnarigo* & *dignorare* ap. Feſt. Gloſſ. *Gnarurat*, γνωρίζει. *Ignarures*, ἀγνοοῦντες. *A nomine* eſt *ignominia*, ubi nomini labes adſpergitur. Onomaſt. *Ignomines*, ἀνώνυμοι. *Nomenclator*, nomen calator; quaſi *calator nominis*, à καλεῖν. Onomaſt. Nomenclator, ὀνοματολόγος. Et ſic Plutarch. Gloſſ. Cyril. ὀνοματοκλήτωρ, nomenclator. *Binomius* cui geminũ nomen, Feſt. Quamvis

Binominis mavelit Jos. Scal. *Nomen* quasi *novimen*: aut à notu, *nomen*: ut momen à motu, stramen à stratu. Scal. c. 76. L.L. in ipsa (inquit) appellatione comprehensa est vis quædam actionis: quasi ipsum esset causa quædam notionis. Nam ut à moveo, movi, motum, movimen, momen: sic à nosco, novi notum, novimen, *nomen*. Est enim imago quædam, qua quid noscitur: instrumeutum quasi quoddam cognitionis. Ac veteres quidem rectam viam institerunt, cum dicerent quasi *notmen*. Verum minus recte bonam sententiam explicarunt. *Notatum* enim posterius est, quam notum: sit notamen, quam nomen: ut è contrario ab hoc illud potius sit. Fuit prius *Noo*, à quo *nosco*. Multo minus audiendi sunt, qui à Græco ὄνομα, quod παρὰ τὸ νέμειν, sicut & νόμος, deduxere: quoniam quo pacto lex suum cuique tribuit: ita & nomen suam cuique imaginem rerum reddit. Neq; enim recte deductum intelligas ex ipsa, quam temere auferunt, vocali: Sed ὄνομα rei ut titulus fuit, à *juvando*: quasi ὄνιομα: ut cujus usu rem agnosceres. Idem c. 92. *Nomen* est familiæ nota. *Prænomen*, proprium cujusque. *Cognomen*, quod eventu accessit. *Agnomen*, quod eventus accessionem notat. A nomen recta fluit *nominare*, i. e. nomine appellare. A nominatum *nominatim*: ut à gregatum gregatim. Græcè ὀνομαστὶ. *Nominalia*, dies, quo *nomina* imponebant infantibus: de quo prolixe disserit P. Fab. 1. Semest. c. 6.

Nosocomium, vel potius *Nosocomeum*, νοσοκομεῖον à κομέω & νόσος: quorum hoc stirpis Hebrææ, ab אָנַשׁ, *anasch*, *nas*, i. e. morbo laboravit. אָנוּשׁ, ægerrimus, νοσερός. *Morbus*, quem Stoici totius corporis corruptionem 5. Tusc. hyperbolice appellant, dicitur quasi μόρος βίας, i. e. corruptio virium. Quippe vim agendi lædit. Similiter Scal. in Theoph. de pl. à μόρος βίου eleganter facit. *Morbi* (inquit) & mortis idem etymon, μόρος βίου. Ut enim morbus via ad mortem: Ita mors est animæ discessus à corpore. 1. Tusc. θάνατός ἐστι ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. Idem Scal. Ex. 352. s. 1. separatio mors dicitur à *fato*. Græca vox μόρος, μοῖρα. Antiquis *abitio* idem, quod mors erat notante etiam Festo: sicut hodie, *obiit*, *obitus*. Etiam dicebant

Vixit,

Vixit. ἀπῶλω, ἔζησεν. Plutarch. in Cic. φθεγξάμενος δὲ μέγα, Ἔζησαν, εἶπεν. Ap. poetas Fuit. Data enim opera abstinebant mentione *mortis*: ne viderentur δυσφημεῖν. Simile est: *Ad plures abiit*, i. εἰς πλείονας: quia plus mortuorum, quam superstitum. Plaut. in Trin. *me ad plures penitrabi.* Ita etiam S scriptura loquitur. Gen. 15.15. abire ad partes. Gen. 25. 8. aggregari ad populos. Et alibi. *Polyandrion*, i. e. sepulcretum, ubi plures tumulati cubant. Arnobius l. 6. adv. Gentes. Proprie sonat, ubi *multi viri*. Hesych. πολυανδρεῖον, τάφος, πολυχώρητος, μνῆμα. Ezech. 39.15. *vallis multitudinis Gog*. Ibi LXXII. ponunt, τὸ πολυανδρεῖον Γώγ. Lactant. de Opif. Dei c. 11. Quod *morior* in Indicat. primæ personæ Præs. temp. non vere dicatur ab ullo, aut dici possit, erudite disputat idem Scal. c. 113. L. L. Usui magis, quam rationi concessum est, cum dicimus *Morior*. Nam mors temporis momento præscribitur. Antequam pronuncietur totum verbum, præterierit res, de qua loquimur. Sic enim personis deficiuntur. Quis n. puncto ille temporis loquatur aut dicat? *Morior*. Hujus familiæ sunt alia etiam verba compluria, ut *nascor, dormio, ædifico, saturo, generor*, & similia. Quæ poetis præcipue conceduntur, quando personas introducunt, aut alia, finguntq; de se loqui aliquid. *A morior* est *mortalis*. Scal. c. 98. L. L. *Mortalis* eadē ratione dicitur, qui morte affectus est. Nam quod ad aptitudinem translatum sit, hoc usus occupavit. Cæterum de mortuo primum sic sunt locuti, *Mortalis fuit*. Deinde etiam cum ad viventes respicerent, propterea quod essent ejusdem naturæ, eosdem quoq; *Mortales* vocavere. Porro cum Latino *Mors*, non exiguam habet cognationem Heb מוּת, *mut*, mortuus est: מָוֶת, mors: si hæc origo tibi placeat. μείρομαι autem vel μείρω potes ex Heb. הֵמִיר, *hemir*, i. e. commutavit, dedit partem pro alia parte, divisit. Aut à מָרָה, *marah*, i. e. partitus est, contrivit. *Monomeri*, à μέρος, i. e. unius partis, Agel. l. 9. c. 4. Homines, qui *monomeri* appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes. Ita ap. Isid. l. 11. c. 3. *pribimeria*, uti quidem Rabanus legit. A μείρω quoque est, *mereo, meritum*: quod

Digitized by Google

partium est, sive labores, sive precium spectes. Heb. עָמַר, Hithpahel הִתְעַמֵּר est mereri, quæstum facere. A meritum *meritrix*, non à mereri, *meretrix*. Foret enim media longa. Tertul. de pallio, meritrices sunt *popularium libidinum nundinæ*: Etiam *merces* à *mereo*, sententia Varronis. Græce μισθὸς, precium pro labore. Item à μείρω, *mæror*. Cic. 4. Tusc. *mæror* est ægritudo flebilis. Melius Scal. Ex. 312. *mæror* est diuturna tristitia, quasi fatalis, hoc n. est μοῖρα. Interim non dissimulo, quod Hebræi assonent. Ut מַר significat non modo amarum: sed etiam λυπηρὸν. Ita LXXII. vertunt Prov. 14. 10. λυπηρὰ ψυχῆ. Jes. 38. 15. ὀδύνην τῆς ψυχῆς, & alibi. מְרוֹרִים vertunt per οἰκτρὸν Jer. 6. 26. Item תַּמְרוּרִים per ὀδυρμὸν Jer. 31. 21. Etiam מָרַר vertunt per ὀδυνάω Zach. 12. 10. per ἐκλείπω Jer. 48. 11. Neque aliud est *mæror*, quam quædam *amarities* animæ: aut πάθος animam affligens. Sic enim loquitur Hebræus. Gen. 26. 35. מֹרַת רוּחַ, i.e. *amaritudo spiritus*: i.e. molestia ac mœstitia. Jud. 18. 25. מָרֵי נֶפֶשׁ *amarulenti animo*: LXXII. κατώδυνοι ψυχῇ. At 2. Reg. 17. 8. κατάπικροι τῇ ψυχῇ. Item 1. Sam. 1. 10. מָרַת נָפֶשׁ, *amara animo*, i.e. mœsta. Et Prov. 14. 10. מָרַת נַפְשׁוֹ *amaritudo animæ*. Ubi LXXII. ponunt λυπηρὰ. Et Prov. 31. 6. τοῖς ἐν ὀδύναις: ubi Hebræum, *Amaris animo*, i.e. tristibus. *A mæror*, aut *mæreo* fit etiam *mæstus*. Nonnullis quidem fieri videtur à μόχθος, quod est πόνος, μόχθος, κακοπάθεια. Sed quia non modo literæ (quippe R & S sunt ἰσοδύναμα)verũ etiam significatus probe conveniũt: rectius *mæstus* à mœreo ducitur.

Nothus, νόθος, i. e. quem vulgo patre ignoto natum appellant: non legitimus, ξένος, peregrinus, alienus. Faciunt à νε & θεῖος, quod est, γνήσιος. Suid. θεῖον τὸ γνήσιον ἐν τοῖς κατ' ἄνθρωπον ἔχει διόπερ ὁ μὴ τοῦτ' ἔχων νόθος, οἷα ἐστερημένος τοῦ θείου. Etiam à νε & θεῖος hac ratione *nothus* dici potest: quia *nothi* à sacris officiis arcebantur. Deut. 23. 2. *Spurius ne venito in congregatione Jehovæ*. LXXII. ἐκ πόρνης. Talis etiam lex visitur ap. Isæum, qua repelluntur *nothi* ab omnibus sacris Gentium: μηδὲ νόθῳ μηδὲ νόθῃ ἀγχιστεία εἶναι

μηθ' ἱερῶν μηθ' ὁσίων ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος. Legatur etiam Plutarch. in Themist. *Spurius* eſt cujus pater ignoratur, atque, ut Lucret. loquitur, *volgivaga* Venere couceptus: ἀπὸ τῆς σπορᾶς: à parte matris pudenda. Nam & ſegetem, & prolem, & partem in fœmellis, quæ honeſte nominari non poteſt, ſignificat; ſicut σπορὰ ſationem, & locum, in quo aliquid ſeritur, notat. Verbum eſt σπείρω: σποράς, i e. ſparſus. Modeſt. l. 1. pandect. *Volgo concepti* dicuntur, qui patrem demonſtrare non poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet; qui & *ſpurii* appellantur παρὰ τὴν σποράν. Juſtinian. de Nupt. aliam eruit originem, non omnino adſpernabilem. Dici *ſpurios*, quaſi *ſine patre* filios; quod ab antiquis notis acceptum eſt SP. Quibus ſpurii ſignificabantur, teſte Plutarcho in Rom. probl. Ubi & illud refertur: *ſpuria* ſignificare lingua Sabina eas partes, quib. mulieres ſunt. Apul. apol. 1. *poſſe dicitis ad res venereas ſumta de mari ſpuria & faſcina.* Sic appellans conchylia virginalium & veretillorum formam referentia: quod notat Cl. Scip. Gentil in lib. orig. *Spurios* etiam *Favonios* appellabant, ut ſcribit Iſid. l. 9. c. 5. quia quædam animalia *favonio* ſpiritu hauſto concipere exiſtimantur. unde & ii, qui non ſunt de legitimo matrimonio matrem potius, quam patrem ſequuntur. A σπείρω eſt etiam Lat. *ſpargo* levi facta immutatione. Ab Heb. פָּזַר, ſparſit. Spargo proprie eſt, paſſim jacio & ſemino. Ei opponitur colligo Matth. 12. 30. Similiter dicitur etiam *ſperno*, σπείρω, σπέρνω ut πείρω, πέρνω. Hinc Varro l. 2. rei ruſt. c. 4. *conturbare & ſpernere* opponit. Ennius Hectoris lytris: *jus atq; æquum ſe à malis ſpernit procul.* Heſych. σπερόνειν, σπείρειν, θυμοῦσθαι, ἀπειλεῖν, διώκειν. *Sperma*, σπέρμα, ſemen, quod projicitur aut ſeritur, è quo gignitur aliquid. *Spartum* σπάρτον, eſt frutex geniſtæ, virgulis ſimilis, vitibus ligandis idoneus. Deinde *Spartum* eſt craſſius filum, quo ſuimus calceos. Indicat l. 5. Athen. putria calceorum ſpartia accenſens: Unde & *ſpartiaria* dicetur cera.

Notus, νότος. Agell. l. 2. c. 22 ab humiditate, quæ νοτὶς ap. Gr. Et hoc à νέω. Ovid. epiſt. 2. Hero:

Alba procellosos vela referre notos.

Et alibi vocat nubiferos. Horat. Ep. 10.

Jonius udo cum remugiens sinus
Noto carinam ruperit,

Græcis est λευκόνοτος: & Horatio L. 1. Od. 7. *albus* notus: scilicet à serenitate quæ insequitur.

Novo νεάω: *novus*, νέος. Ex Hebr. נָא *na*, nunc, recens. *Neophytus*, νεόφυτος i. e. recens natus, à νέος & φύομαι. Gloss. νεόφυτος, *novellus*. 1. Tim. 3. 6. exstat νεόφυτος. Vet. interpres ponit *neophytum*. Erasm. *novitium*. A novo, novatum est *novitius*. Ut impetratum impetritum: negabundus negibundus: sic dicebatur *novatum*, *novitum*: ex quo *novitius*, secunda longa. Etiam Juven.

Jam sedet in ripa tetrumq; novitius *horret.*

Adnovitius, ap. Cic. l. 12. epist. ad Att. Varr. l. 5. L. L. Ab eadem origine *novitas*, *novitius*, & *novalis*: & *Subnovis* dicta pars in foro ædificiorum: quod vocabulum ejus pervetustum, ut *Novæ viæ*, quæ via jamdiu vetus. Ab eo *nuncupare* & *nuncupata* res, quod tum in civitate vota *nova* suscipiuntur. *Novacula*, à nova acie: Et quia *novat* veluti faciem, de rasis pilis. Quomodo Heb. מוֹרָה itidem est novacula; dicta à מָרָה: quia faciem caputque quasi mutat. *Denuo*, de novo. Plaut. Mil. glor. *denuo* volo percipiatis plane. In antiquissima lingua reperitur נִין i. e. sobolescebat, innovatus est ætate. Propriè dicitur de prole recens edita, quæ adhuc nova est. Unde νάνος, *nanus*. Arist. νανα παιδία. Agel. l. 19. c. 13. Ex quo colligere est quod eleganter Græci nominent νέον, juvenem sive adolescentem. Sed & νεαρός, item νεώτερος respondent τῷ נַעַר *nahar*, Hebræor. Item נַעֲרָה, *naharah*, est juvenis, puella. Jos. 16. *Naharia*, puer domini. 1. Par. 3. *Neotericus*, verbum novū est: νεωτέρως, i. e. nove: νεωτεριστὴς novorum studiosus.

Noverca quasi *nova archa*, à νέα & ἀρχή. Tum enim nova œconomiæ gubernatio incipit. Vel *herisco* i. e. divido, intersepio. Hoc est *nova familiæ divisio*. Oritur enim *herisco* ab ἐρκεῖν: aut ab inusitato Ἑρκίζειν, ab εἰργεῖν. Itaq; non

non ſequuntur rationem, qui *Erciſco* ſcribunt. *Erctum citum*, ap. Feſt. Vel ſanius: *herctum citum*, i. e. hereditas diviſa, Donat. ad. Serv. *Erctum non citum*, i. e. patrimonium non diviſum: ab *heriſco* & *cieo*.

Nox, νὺξ. *Nocturnus* ap. Plaut. Amph. a. 1. ſc. 1. item Varr. in Satiris, eſt noctis Deus. Eſt & *nocturnus* veſper, qui noctem ducit, Luciferoque opponitur à Statio 6. Theb. Appellatur à Catullo *Noctifer*. Turneb. l 24. c. 27. Vide Taubm. in Amph. Plauti. *Noctiluca*, quæ *lucet noctu*. Scal. Conject. *Noctilucam*, Horatius eandem cum luna facit: Rite creſcentem face *noctilucam* l. 4. od. 6. Levinus vero vetuſtiſſ. autor, videtur eam Venerem nominare: *Venerem igitur almam adorans ſive fœmina, ſive mas eſt, ita uti alma noctiluca eſt.* Quare ab eadem ratione dicitur *noctuvigila* à Plauto, i. e. νυκτηλαμπής. Dicitur etiam hoc nomine *Lucerna*. Varro Bimarco: *noctilucam* tollo, ad focum fero, inflo, anima reviviſcit. A nox, eſt *pernoctari*; & *obnoctari* ap. Tertul. Tritum ſatis eſt *pernoctare*. Et ſic *Abnoctare*, integram noctem abeſſe. Martianus uſus eſt, pro, extra provinciam eſſe. Et ſic in lege 12. Tabul. trinoctio *abnoctaſſe*, capitur. Etiam *Noctua* à nocte: ſicut *Nycteris*, νυκτερὶς & Heb. יַנְשׁוּף, à crepuſculo, Jeſ. 34. 11. Et לִילִית eſt ſtrix, avis noctu volans. A לַיִל, nox. Jeſ. 34. 14. Gloſſ. Philox. Noctua, γλαὺξ ὀρνύφιον, καὶ νυκτερὶς. *Noctua* dicitur *Noctivida* à Martiano Capella. *Noctuæ* ſonum (à quo ſane τυτὼ etiam dicta videtur ap. Heſych. monente A. Th. Sibero) exprimit Plaut. Menæc. a. 4. ſ. 2. Vin' afferri noctuam, quæ *Tu Tu* usque dicat Tibi? Taubm. alludit ad vocem noctuæ *Tu*, ſeu *Tou*, *Tou*. Sonat autem noctua uberius hoc germanum, non exilius illud Gallicum. De quo Legatur Lipſ. c. 10. de rect. pronun. Noctuinum hunc gemitum reſpexit etiam Auſon.

Cecropiis ignota ſonis ferale ſonant V.

Numerus. Scal. l. 4. poet c. 44. ἀριθμὸς id ſignificat, quod deſignat diſcretam quantitatem. *Numerum* Latini dixerunt à diſtributione: h. n. e. νέμειν. Hæc ille. Aut à

νέμειν μέρος: sive à νομή. *Numerus* enim dividitur in μονάδας. Ita Gr. ἀριθμὸς dicitur ab ἄρθμος, ἀρμὸς, verbi ἄρω. Fit enim numerus ἐκ μονάδων ἁρμογῆς. Pariter Chald. מִנְיָן Hesræ 6.17. numerus, oritur à מְנָה, quod est distribuere, *dividere* & sic numerare. Hinc etiam מָנָה est portio. Et quid multis? *Numerus* est, qui è multis constat: vel ut Euclides ait, ἀριθμὸς τὸ ἐκ μονάδων συγκείμενον πλῆθος. *Numero*, i.e. cito, ap. Plaut. Mil. Glor. act. 8. h. e. tam cito, quam numeres: quod fit facile & celeriter. Ita illud Chald. אָסְפַּרְנָא, Hezræ 5.8. est itidem celeriter, quasi *Numero* dicas: quippe à סְפַר numeravit. Similiter ap. Hebræos, ut Gen. 34.30. dicuntur *homines numeri*, h. e. pauci, qui ocius numerantur. Quæ phrasis etiam Deut. 4. 27. & c. 33. 6. reperitur. Cæterum à Græco νέμειν, fit etiam νόμος, lex. Quare? quia lex suum cuique *tribuit*. Plutarch. sympos. 2. οἱ νόμοι τῆς ἴσω νεμήσεως εἰς τὸ κοινὸν ἀρχῆς καὶ δυνάμεως ἐπώνυμοι γεγόνασι. Videtur velle, quod νόμος compoatur ex νέμω ἴσα. Sed simplicius fit à νέμω, ut dictum. Chrysippus Stoicus de Lege: δεῖ νόμον προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων. Cic. 1. de Leg. Arbitrantur, prudentiam esse Legem, cujus ea vis sit, ut recte facere jubeat, vetet delinquere; eamque rem illi Græco nomine à suum cuique tribuendo appellarunt: ego à legendo. A νέμειν est etiam νέμεσις, *Nemesis*, i. e. indignatio; νεμεσάω indignor, juste queror, reprahensione dignum judico. Est enim affectus quo quis indigno digna vult tribui. Aristot. in Ethicis mediam facit inter invidiam & ἐπιχαιρεκακίαν. Ethnici *nemesin deam* vocarunt, quæ superbos deprimat & de injuriosis pœnas sumat. Prolixè describit Pausan. in Achaic. Ammian. l. 4. & Prompon. Lætus. Νέμεσιν μὲν (inquit Aristot. de mundo) ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως. Ἀδράστειαν δὲ ἀναπόδραστον αἰτίαν οὖσαν κατὰ φύσιν, i. e. Nemesin quidem appellant, quia singulis distribuat: Adrastian vero, quod pro vi naturæ nemo hanc causam effugere valeat. *Nemesin* Latini vocant *deum ultorem* & *ultricem Rhamnusiam*. Tibul.

Nescius

Nescius, ultorem post caput esse Deum.
Ovid. lib. ult. Metam.
Ultoresq; deos & pectora dura perosam
Idaliam, memoremq; time Rhamusidos iram.

Numus, M non geminandum esse innuit origo. Nempe à νόμος, νοῦμος: sicut ὄνομα, οὔνομα: μόνος, μοῦνος. *Nomisma*, νόμισμα. Utitur illa voce Epicharm. Aristot. alii. Nec tamen Latina est, ut voluere. Quur *numus*, *nomisma*, à Gr. νόμος, docet Aristot. l. 5. Eth. c. 8. γίνεταί πως μέτρον. Πάντα γὰρ μετρεῖ. Idem: διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστί. Etiam Scal. Græcum esse confirmat in conject. qui etiam inepte Sueton. Tranquillum, à *Numa numos* appellatos scribere pronunciat. Videatur Budæus de asse. A numus est *numtbasius*, quo utitur Taubman. Germ. Küssenpfennig. Hebræis à corradendo est בוצע *bozeah*, φιλοκερδὴς, avarus, quæstui deditus; Ein Scharrhanß. Apul. l. 10. metam. Vel meritricum *postinumia*, vel adsentorum *negotinumia*: sed pura atque sincera instruit. *Numella* est genus vinculi nominatum à forma *numorum*, quos articuli sive ligamenta mutuo juncta repræsentarent: sicut hoc tempore idem quoque interdum conspicamur. Turnebus igitur, dum aliunde expiscatur originem, exiguam fidem meretur: Vinculi (inquit) genus est lignenm, quo collum insertum comprehendebatur. Nomen habere videtur inde, quod qui eo vinculo constricti erant, *nuere*, demissoque capite esse cogebantur. *Numellam*, igitur quasi *nuellam*, cum M inserto, intelligo, à *nuo*: ut *luellam* à *luo*: Hæc ille l. 23. c. 21.

Nunc, νῦν νυνγε: Atticis νυνί. Ab Hebr. נָא quod etiam inter alia est *nunc*. *Per*, περὶ, quod significat *circum*. Quod autem continet, id majus est, quam contentum. Itaque *perbonus* est, ὁ περιέχων τὸ ἀγαθόν. Scal. c. 157. L. L. Idem: *Apud* fuit ad pedes: Itaque *Ad* & *Apud*, proxima sunt & significatione & usu. *Ad* Leccam vellem cœnare, ut sit etiam *prægnans* oratio: *Ad Leccam* cogitare cœnandi causa. Sed *Ad* accipitur pro qualicunque termino, etiam hostili: πρὸς καλῶτιν. *Post* significat

ficat relationem: quod enim *Post*, habet aliquid ante. Est autem *post*, *pone est*. At *pone* fit à *pono*, & notat positum corporis aversi.

Nuncius. Aliqui scribunt *Nuntius*, item *Nunctius*: sicut *Quinctius*. Sed parum videtur esse opus: cum aliud suadeat & εὐφωνία, & origo: quarum hanc elargitur nobis Scal. ex Varr. in Conject. *Nuncius* plane Syracusana vox. Ut ab ἓν ἰνὸς, οὐγκία, *uncia*: Sic à νέος, νούγκιος, Siculi declinarunt. Latine *Nuncius*, scilicet quia nova portat. Qui rei *nunc* gestæ indicium affert. Etiam *Nuncius* per C inveniri in lapidibus testatur Manutius. *Nuncius* etiam pro ἀγγελία: vel pro re nunciata, è Festo notum, & aliis, qui ita usi. Cic. tristes de Bruto *nuncii* afferebantur. Plaut. Aul. Spero, me ob hunc *nuncium*. Idem Merc. opta ob isthunc *nuncium*. Idem Stich. *nuncium* exoptabilem. Et hujus generis alia, in medio posita sunt. Sed anne etiam hoc *nuncium* dicitur? Valla abnuit l. 6. c. 15. & juxta alii. Exempla è Cicerone petita in hanc rem, sunt ἀμφίλεκτα. Tam pro masculino, quam neutro faciunt.

Tibull. l. 3. Eleg. 4.

Divi vera monent, venturæ nuncia sortis.

Catull.

Geminas Deorum ad aures nova nuncia referens.

At neque ista omnibus probata. Et quomodo Jos. Scal. emendarit, nemini incognitum. At *nuncius* tamen Adjectivum. *Nuncia* vetustatis historia, Cic. Ergo dum *nuncius* est ἀγγελία, subintelligendum aliquid, vel sermo, vel aliud. Ita pro eodem *nuncium*: scilicet verbum, vel novum, vel simile. Atq; ejus sunt generis neutra Adjectivor. plura: *factum*, *dictum*, *monitum*, *commodum*, *mutuum*, *stratum*, *septum*, alia. Et sic forte *nuncium*. Forte inquam. Vere si exemplum nobis sit: de quo nihil dubii amplius. A *nuncio* est *nuncupo*, hoc est, expresse nomino, viva voce, quasi *nunciando*. Et Græcis est ἀναγγεύω. Varro l. 5. L. L. *A novo nuncupare & nuncupatæ res, quod tum in civitate vota nova suscipiuntur.* Ratio ferme eadem.

Nuo, νεύω. Inde conflantur *annuo*, *abnuo*, & ap. Enn. *abnuco*, Hebr. est נוט *nut*, i. e. nutavit. Et עין, est oculus

lus, quo nuimus. Etiam נוע est moveri. Jam motu capitis & oculorum nuimus. A *nueo*, vel νεύω etiam flectitur *conniveo*. Prisc. l. 9. *Conniveo*, item *connivo* tertiæ conjugationis. Perſ. Sat. 6.

Væ niſi connives *oleum, artocreasq; popello*

Largior--- Apud Cinnam.

Jam gravis ingenti connivere pupula ſomno. Etiam *nicto* referri poteſt ad νεύω, νευστάζω: unde etiam νυστάζω. Eſtque *nictare* nihil aliud, quam oculis leviter annuere, claudendo vel alterum, vel utrumque. A *nuo, nutum*, eſt, *nutus*: ut à motum motus: à nutum *nuto*: ut iterum à motum moto: à nutum *numen*: ſicuti momen à motum: ſtramen à ſtratum: flamen à flatum: famen à fatum, unde *affamen*, ab affatum ap. Juvenal. Ab Ethnicis *numen* refertur ad Deum, non male; notantibus ſic virtutem ac poteſtatem divinam, ut qua vel nutu ac nictu omnia, quæ velit; citiſſime digerat atque perficiat. Feſt. *Numen* quaſi nutus Dei ac poteſtas dicitur. Gloſſ. Philox. *Numen* θεῖον.

Nuptiæ à nuptum: ut vindiciæ à vindicatum: minutiæ à minutum. A verbo fit & *Connubium*, quod U perpetuo habet longum, non anceps, ut trivialibus perſuaſum. Nam ſi quæ ἐκσυστοφάνεια in poetis occurrit, per ſyllabarum contractionem excuſetur, ut in *parjete*. Virgil. ubiq; produxit: etiam in illo verſu: 7. Æn.

Talia connubia, & tales celebrent hymeneos.

Nic. Erythræus per ſyſtolen excuſat: ſed nihil opus. Ponitur, ut *arietat*, *parietis*: ſyllabarum numero minuto, ut dictum. Antiquitus vero operiebatur virginæ ſponſæ caput, atq; facies. Unde ab *obnubendo Nuptiæ* dictæ, i. e. velando. Igitur melius dicitur: *Virgo nupta* eſt illi, quam *nupſit*. Utrumque bene dictum, & è magnis autorib. *Nupta* eſt, & *nupſit*. Sed illud etiam ratio tuetur. Virgo enim velabatur alteri, non velabat alium. Quod etiam Germani loquendo imitantur. Plautus Amph. *Qui cum nupta eſt Alcumena*. Idem Mil. Glor. *quia adoleſcens nupta eſt cum ſene*. Id velum dicitur à Græcis ἑανὸς ab ἕω, i.e. induo. I.e. peplum ſubtile aut tenue. Idem καλύπτρα.

A La-

A Latinis *Flamium*. Aliis quasi *filameum*: aliis vero propterea quod *lutei* esset coloris; instar *flammæ*, ut ne pudor virginis proderetur: aut si quid animadverteretur in facie ruboris, is è velo color, non è genis putaretur.

Lucan. l. 2.

Non timidum nuptæ leviter tectum pudorem
Lutea demissos velarunt flamea *vultus*. In Lex. Cyrilli: φλόγινον *flammeum*. Etiam in sacris literis uxores leguntur *velari* solitæ: idque symbolon subjectionis. Gen. 24. 65. 1. Cor. 11. *Verba Nupta*. i. e. tecta, quæ virginem dicere non licebat. *Nubo*, i. e operio proprie. Gloss. *Obnubit*, συγκαλύπτει. Ab Heb. חָנַף, i. e. nuptus aut velatus fuit. A *nubo nubes*: ut à facio facies: à specio species: à scabo scabies. Nam *nubes* perpetuum operimentum. *Nubes*, νέφος. A νε στερητικῷ & φάος: quia intercipit quodammodo, & tegit lucem, aut solem. Plutarch. confirmat de Frig. νέφος ὁ συμπεσὼν καὶ πυκνωθεὶς ἀὴρ, ἀπόφασις φωτὸς κέκληται. Inde etiam epitheta, quæ congruunt. Homer. νέφεα σκιόεντα: Nonno & Hesiodio νέφος σκοτόεν, σκιοειδὲς: Apoll. λυγαῖα νέφεα. Vel νέφος fieri potest à חָנַף, ut dixi. Etiam assonat עָב, i. e. nubes: ab עוּב, in Hiphil הֵעִיב obnubilavit. *Nebula*, νεφέλη. Hebr. אֹפֶל, i. e. caligo, nebula אֲפֵלָה itidem caligo: אָפֵל caliginosus. *Nebulo*, qui se involuit nebulis ac tenebris. *A nebula nebulo*: ut à tenebræ *tenebrio*: qua ratione etiam *furem* à furuo dicebant. Aut *ne obulo* dignus, homo nihili. Prius tamen magis κατ' ἀναλογίαν: sed & usum. Ap. Hebr. חָנֵף, nebulo, hypocrita, itidem ex eo appellatur, quod se sauque tegat & amans tenebrarum fugiat lucem. Nec inique illud Horatii l. 1. epist. 16. huc referetur:

—— *pulchra Laverna*
Da mihi fallere, da justum sanctumq; videri:
Noctem *peccatis, & fraudibus objice* nubem.

Nutrix: ut ab altum altrix, à victum victrix, ab expulsum expultrix: sic à *nutritum*, *nutritrix*. Ut *nutritor*, ap. Virg. & Sueton. Postea ἡδυφανίας ἕνεκα, *Nutrix*. *Nutrio*, interpr. Prisciano, est educo. Proprie vero est τὸ νέον, ὃ νεο-

ἢ νεωτρέφω curo, alo, educo. Igitur dictum, quasi *Neotrio*. A νεώτερος formetur νεωτερίω: sed Græcor. sanctiones vix patientur. Alias νεωτερίζω vulgatum satis. Et νεοτροφέω, νεοττοτροφέω est pullos alo. Etiam commode alludit ad *nutrio*, νοτερὸς humidus: à νότις *humor*: Ex eo enim omnia nutriuntur. Hinc ὕδωρ πολυτρεφὲς & καρποτόκον audit suo merito. Plin. l. 31. c. 1. *aquæ è cœlo cadentes omnium terra nascentium causa fiunt, prorsus mirabili natura.* Ergo *nutrio, notrio*, à νοτερὸς, νοτίω. Et hodie Græcis νερὸν est aqua. Uti ap. Myrepsum frequenter occurrit νερὸν, pro aqua.

Nux, aliis à nocendo, quasi noxa: quomodo Græc. κάρυον, à καρόω, aut à κάρα seu κάρη, à gravedine capitis, quam afferunt folia arboris. Est autem vox Syriaca *Lus*. L in Nabit, ut limpha, nimpha. Sic *Lus, luz, nus*, & postmodo *Nux*. Hebr. לוז, *lus*, i. e. nux, corilus: à verbo לוז *los*, i. e. flexit. *Lusa*, vel *Luza*, i. e. amygdalus, nomen opidi Chananeæ Jos. 16. Alias ap. Hebr. אגוז, *egos*, est nux. Cant. 7. 10. Ad hortum *egos* descenderem, i. e. *nucum* ut vet. Interpres, Pagnin. alii vertunt LXXII. εἰς κῆπον καρύας κατέβην. Intelligi autem (Verba sunt Lev. Lemnii) hic debet, non *nux avellana*, ex Corilo: sed *juglans*, quæ est arbor procera & ramosa, foliis non sine gravitate quadam odoratis, latis & oblongis, fructu multis involucris ac tegumentis munito, calloso foris atque herbaceo cortice, ut Plinius eleganter describit. Hæc Lemn. At illud Hebr. *egoz* Tremel. contra alios ita vertit: *Ad hortos putatos descenderam:* vel hortos putationis aut tonsionis. Quæ sententia & antecedentium & sequentium serie videtur stabiliri. *Nucifrangibulum*, quo nuces franguntur. Græcis καρυοκατάκτης. Laconibus μουκηρόβατος. A nux *nucis* fit *nucleus*, h. e. qui in putamine latet & comeditur. Commode Germani vocant Nußkern. Plautus monstrat discrimen Cur. 2. 1. sc. 1. *Qui è nuce nucleum esse vult: frangit nucem.*

O.

O*Brizum, obrisum*, & *obrussum* (unde *russus* color) ὄβρυζον. Plin. l. 33, c, 3. auri experimentum ignis est, ut

ut simili colore rubeat. quo ignis; atq; ipsum obrizum vocant Leviter putant dici, quasi ἄβρυζον, id est, sincerũ & perpurgatum. Matth. Martini. obryzum facit ex ὄβριμον & ζέειν: quod effervescendo & coquendo sit induratum. Atqui hoc πάθος etiam aliis accidit. Αληθινῶς Hieronι in Jesaiam retur appellari, quasi *ophirisum*: quia ex Insula *Ophir* præstantissimum aurum advehatur. Ps. 45. 10. *cum auro Ophirio* uti vertit Tremel. & Pagn. Et Job. 22. 24. *Pro rupe ophirinum fluviatile.* i. e. præstantissimum. 1. Reg. 10. 11. אוֹפִיר, est proprium nomen filii *Jectan*, ex posteritate Sem; qui post divisionem terræ mactus est regionem Indiæ, ubi uberes fodinæ: Post illa terra possessoris nomen sortita, ut meminit Joseph. l. 1. antiq. c. 14. Et Gen. 10. 29. 30. dicitur, quod *Ophir* insederit regionem versus ortum. Fuit, *inquit Moses*, habitatio eorum *à* Mescha, dum pergis ad Sephar montem orientis. Ut eorum ita ratio, quasi *Peru* novi orbis, ab *ophir*, *pir*, *per*, nominata sit, valde exilis appareat. Nam, quod de nave Salomonis dicitur, qua devenerint in *ophir* ac tulerint inde aurum, 1. Reg. 9. non multum illis patrocinatur. Ea enim navis in Indiam Eoam cucurrit & quidem ad *Trabronam*, famigeratam Indiæ provinciam, quæ *aurea chersonesus*, ap. Joseph. l. 8. antiq. Jud. c. 6. nec non *ophir* olim dicta fuit, teste Joh. Hug. Linschot in Navigat. Ind. c. 19 *Casp. Varrerii Lusitani* comment. quem peculiariter de *Ophir* non ita pridem Roterodami typis evulgavit. De Ciceronis *obrussa* disputant. Alii legunt *obtrusa*: alii *abstrusa*: alii *obrusa* & *obrussa*. Quod probissimũ. Priora enim levia per se cadunt. *Obrussa* i. e. regula, ut mihi videtur, sive norma ex auro, aut trutina auraria. Tale quid subintelligatur: ut ap. Græc. ὄβρυζον: ὑπακύεται χρυσίον. Hinc Politian. epist. 6. ad Phil. Beroald. Exigere scripta ad *obrussam*. Nizolio *obrussa* est sincera, purgatave. Cic. verba sunt *de claris Orat*: Quo magis expurgandus est sermo, & adhibenda, quasi *obrussa*, ratio (alii non bene legunt: *quam obrussa* oratio) quæ mutari non potest: nec utendum pravissima consuetudinis regula. *Quasi obrussa*, i. e. regula

aut

aut mensura, quæ non fallit aut mutatur. *Sueton. in Nerone c. 44.* Exegit ingenti fastidio & acerbitate numum asperum, argentum pustulatum, aurum ab *obrusam*, Sen. l. 4. Natur. quæst. c. 5. *Si omnia argumenta ad lancem cæperimus exigere, silentium indicetur.* Ibi Obscopæus addit: optima Memini membrana (*argumenta ad obrusam cæperimus exigere*) habet. Idem Sen. epist. 13. *Verus ille animus. & in alienum non venturus arbitrium, probatur, hæc ejus obrussa est.* Ibi notat Lips. Quidam libri, *Hæc ejus probatio obtrusa est:* è quo possis, *probatio & obrussa est.* Sed prius illud interpretatio videtur. Neque enim aliud obrussa (monetæ verbum) quàm auri per ignem examen & depurgatio.

Obscæni duplicem faciunt significatum Grammatici, ut & *immundum*, & *infaustum* sit. Atqui perperam. Nam exempla omnia, quæ subjiciunt, modo de immunditie loquuntur. *Obscæni* canes, volucres *obscæna*, Virg. i. e. inauspicatæ, ut volunt: sed non recte, potius immundæ, quæ *contactu omnia fœdant*: ut postea sequitur. *Cænum* παρὰ τὸ κοινοῦν: κοινὸν, quod inter alia est immundum quoque: nominatim in sacris literis. Idque ex Phrasi Hebræor. Quasi communi protritoque omnium usu inquinatum. Explicatè Act. 10. 14. κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον. Et Marci 7. 2. κοιναῖς χερσὶ τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις. Et Matt. 15. 11. τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. Tertull. de patient: *Non vasculorum inquinamentis, sed eorum quæ ex ore promuntur, communicare.* Ap. Hebr. est צָחַן, *zachan*, item צַחֲנָה *zachanah*, quod assonat quoque, i. e. κοπρεία, cœnum. A κοινῶν seu κοινοῦν est & *cunire* ap. Fest. *quinare*, quod in compositis modo servatur, *inquinare.* Pro *cænum* dixerunt Sabini *scænum*: ut *scælum* pro cœlum: *scæna* pro cœna. Inde *obscænum* ab OB, i. e. inquinatum; impurum, pollutum scœno aut cœno.

Obscurum, videtur compositum ab *ob* & *scurum*; quod tamen hodieque non exstat. Scal. L. L. c. 34. facit à *cum*. At significatus non adeo competit. Potius *scurum* sit à Gr. σκιερὸν ἢ σκιαρὸν, quod est *obscurum*, umbrosum: à σκιᾶ. Virg. 1. Æn. noctem apponit.

Si

—*Si quos obscurâ nocte per umbram.*
Nam & nox nihil aliud est, quàm umbra terræ. Ap. Heb. שָׁחַר, *schachar*, significat nigrum esse, obscurum esse.

Obses, Valla l. 6. c. 32. qui traditur imperio alterius ea conditione, ut si dator obsidis à fide recedat, recipienti sit jus in corpus & vitam obsidis. Ab *ob* & *sedeo*: quia & solvendæ obsidioni dari consueverat. Sicut & *deses* à desideo: *reses* à resideo: & *subses*, in Gloss. Isid. qui subtus sedet. *Insidiæ* ab insidendis viis & locis, ut Græcor. ἐνέδρα. Fest. *Insessores*, latrones, qui circa vias insidientur sedentes. Græcis eadem notione ἔφεδροι. Verbum est ἐφεδρεύω. Nec non ὁδοιδόκοι, ab ὁδός. Festus iterum: *Hodidocos, latro atq. obsessor viarum.* Melius tamen scribitur, hodœdocus. Porrò à sedeo fit etiam *dissidium*, διέδρα. Ut à subsideo *susidium*, i. e. actus subsidendi. A præsideo, *præsidium*, i. e. actio præsidentis. Idque propriè. Ex eo significatio latius fluxit: de qua Fest. & Varro l. 4. agit. Et ita dissidium à dissideo: ubi distinctæ sedes. Propriè corporum notat separationem. Cic. pro domo sua: Defleri conjugis miseræ *dissidium*. Gifan. JCtus *dissidium* animi esse ait: *dissidium* corporis. At nihil probat. Non enim quod sedet animus est, sed corpus. Ergo utrumque infert corporis sejunctionem. Et quidem illud levius: istud gravius: Nam *discindi* majus est, quam *dessidere*. Illud enim violentiæ: hoc etiam voluntatis. *Obsidio* usitatum: κατ' ἀναλογίαν obsidium in Sallust. *Possideo*, quasi *potis* aut *porro sedeo*: notat perpetuitatem, & potestatem, quæ sedendo tenetur. *Assiduus*, qui in ea re, quam frequenter agit, quasi *consedisse* videtur, ait Fest. Et Plaut. Truc. a. 2. sc. 4. Postidea ego tota tecum, mea voluptas, usque ero Assiduo. *Locuples* appellatur ita ap. eundem & Ælium, referentente Cic. in Top. non ab *ære dando*: sed quia perpetuo divitiis incubet & *assideat*, more Euclionis. Scio, Sosipater repugnat, & alii, qui malunt, ab *assibus duendis*; antique prodandis. Sed desit analogia, quæ nobis patrocinatur, ut e& consensus autorũ. Ut enim residuus à resideo; desiduus in Glossar. Ita assiduus

duus ab assideo. Quomodo etiam Græc. πάρεδρος fit ab ἕδρα, ἕζομαι. Gloss. *assidue* συνεχῶς, ἐνδελεχῶς. *Assideleæ* Festo vocantur mensæ, ad quas sedentes flamines sacra faciunt. *Adsestrix* fœmina ap. Afran. & Nonium: sic *estrix* ab edendo, esum in Plauto. a. 4. sc. 1. Casin. *Sodalis* quasi *sedalis*: quia crebro assidet: quod est amicorum. Quod nec Festus dissimulat. Gajus l. 4. ff. de Colleg. appellat sodales, qui sunt ejusdem collegii: quam Græci ἑταιρείαν vocant. Unde & Latine *Hetæria* vel *Hetærea*; quo utitur Trajan. l. 10. ap. Plin. epist. 43. Hebræis sodalis est רֵעֶה, *rebeh*, à pastu sc.: quomodo & Gr. σύσσιτος dicitur. A sedeo fit *Sido*, i. e. ad sedendum me demitto ac sedeo: ut Græcis est ἧζομαι & ἵζομαι. Scal. l. 1. c. 29. L. L. E longum in O breve, *sedes solium*: nisi hoc à *solum*, i. e. ἐπίπεδον: quia subjiceretur insessori. A *sedeo* est & *sedile*, *sella* per contractionem: aliis *sella* qs. *sedda*. A sessum *sessile*, quod sederi potest, ἀνάεδρον. Idem c. 98. *Sessiles* lactucæ, quarum natura est ad *sedendum*, postquam creverint. Ubi absoluta est significatio, non transitiva ad passionem, quasi quas sedere cogat natura: Id. c. 28. *Sedes* ab ἕδος ἕζομαι, i. e. sedeo: ἐν i. e. loco. Etiam ap. Hebr. שׁית est ponere, collocare. Ejusdem originis etiam est ἑδραῖος, ἑδραίωμα & similia. 1. Tim. 3. ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. Quod dictũ multos valide exercuit, ob unam illam voculam ἑδραίωμα. Alii vertunt *fundamentum*: alii *firmamentum*: alii *stabilimentũ*. Qui autem & qua χρίσει Ecclesia tale sit sive stabilimentum, sive fundamentum, nondum ap. omnes sententia adeo liquida. Ut alios omittam, unicam modo Ægidii Hunnii ἐξήγησιν citabo. Si columnæ (*inquit de Ecclesia*) vocabulum pro fundamento quis sumat, certum est, non veritatem super Ecclesiam esse fundatam: Sed contra potius veritas verbi seu scripturæ Propheticæ & Apostolicæ est fundamentum Ecclesiæ. *Hæc ille*, At non opus erat Hunnium respicere verbum τοῦ στύλου, i. e. columnæ: quando ei τὸ ἑδραίωμα illico adjicitur; & quod ipse etiam Lutherus Grundfest interpretatus est. Ad huc igitur manet: Ecclesiam dici ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας.

Digitized by Google

Quod si vero principem ac propriam τ ἱδρυώματος notionem intuear, illud non est fundamentum aut firmamentum, sed potius sedes, domicilium, ubi quid locatur, reponitur, asservatur. Nam ἕδρα est sella, sedes: ἑδραῖος sessilis ἑδράζω loco, sedem pono: ἑδραίωμα sedes posita, locata: locus ubi sedere & quiescere licet. Uti pluribus hoc dictum exposui in Manuduct. ad L. L. c. 2. Ulterius ab ἕδρα fit ἐξέδρα, *Exedra*, ap. Cic. Καθέδρα *Cathedra*. *Enedra*, ἐνέδρα. *Synedrion*, συνέδριον, unde & סנהדרין, *sanhedrin*, in Thalmud, i. e. consessus, aut consistorium. Josephus vocat συνέδρους, & Dominus πρεσβυτέρους Matth. 16. 21. & alibi. Πάρεδρος, *Paredrus* ap. Cic. l. 16. ad Tiron. Græcor. θᾶκος, θῶκος, i. e. sedes ab Hebr. תחת quod notat locum inferiorem, in quo sedemus. Nam qui vel à θεὸς vel à θέω faciunt, contraria jungunt.

Obolus, est ὀβολός. *Diobolaris* à διώβολον, i. e. duo oboli. Τριώβολον, *Triobolum*. Legatur Budæus de asse: & Martin. in Lex. At *Obelus* fit à Gr. ὀβελὸς, i. e. veru, item mucro. *Obeliscus* ὀβελίσκος, deminutum ab obelus Ammian. l. 17. *Obelias*, ὀβελίας, panis in veru assatus. Legatur etiam Casub. in Athenæi l. 3. c. 25.

Occo, *occatio*, (Scal. in Theoph. de plant.) *occæcatio* quædam. Quia in occatione etiam magis aperitur terra: Granum autem operitur, i. e. occulitur, seu *occæcatur*. In Hebr. est דקק *dakak*, *accac. occ*, i. e. conterere, minuere, *occare*, βωλοκοπεῖν: & inde potius Latinum duxero. Ut à canto cantillo, à sorbeo sorbillo: sic etiam ab *occo* fit occillo. Hinc *Occillo* os, ap. Plaut. in Amph. a. 1. sc. 1. i. e. contundo, velut *occa*, quod est instrumentum. Ita Pompon. Nunquis hic restat, qui nondum labeas lirarit mihi? Ut itaque *lirare* os: ita etiam *occare* aut *occillare*, pari metaphorâ dicitur.

Occulo, ex OB, & *culo*, quod verbum amissum: i. e. involvo, tego. *Culo*, κυλίω: unde & Latinor. *Volvo*. Aut propius à πιλέω, πολέω, i. e. verto, verso. Uti εἴλημα volumen ab εἰλέω: Ita à volvo volutum, *volumen*, i. e. quod volvimus, aut ipsa interdum κύλινδ. Item postea *liber*: sicuti ap. Hebr. גליון: quia libri antiquitus in longum de-

scripti

ſcripti convolvebantur. Etiam מְגִלָּה eſt volumen. LXXII. χάρτης & χαρτίον Jer. 36. Amplius à volutatum, *volutabrum*: Ut à ventilatum ventilabrum. BRUM eſt λῆξις, i.e. κύλισμα, in quo volutatur aliquid. Poſtea κατ' εἶδος pro luto, in quo ſues volutantur. Quomodo in Hebræor. idiomate ſumitur גָּלָל, i.e. cœnum: ſcilicet à volvendo. Item גִּלּוּלִים *gillulim* ſunt idola, i.e. ſtercorea, luto digna: à verbo גָּלַל, *galal*, i.e. volvit.

Oceanus, ὠκεανός: mare exterius, quod omnes terras ambit aut circumfluit. Ab ὠκὺς, i.e. celer: & τὸ νάειν, fluere. At prius ac ſimplicius videtur ὤγην, quod Heſych. exponit ὠκεανόν. Amplius ὤγην ab Heb. חוג, *chug*, quod eſt γῦρος, κύκλος, ambitus, circulus. Terram enim ambit, quaſique continet oceanus. Inde γαιήοχος dictus. Eodem reſpicit Orpheus: ὃς περικυμαίνει γαίης περιτέρμονα κύκλον. Suidæ ὤγυγος eſt antiquus deus: unde ὠγύγιοι antiqui. Eſtq; oceanus antiquiſs. Unde Priſci eum appellarunt *patrem*: idque ob humiditatem & ſalſedinem, de qua alibi. Et humiditas quidem inter præcipuas eſt cauſas: qvur tot & tam ingentes in mari piſces, multo certè terreſtribus majores, natent. Ariſtot. 1. Met. annotavit: & Homer. Iliad. 14.

ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα τηθύν. Idem Iliad. 21.
ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα,
καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσι.

Qua eâdem ratione ποσειδᾶνα γενέθλιον Apollonius nominat. In Euripidis Oreſte dicitur ταυρόκρανος: quod taurino ſit capite, & propter boatum quaſi. Nec non παθύδινης: quia è profundo moveatur.

Ocha, ex articulo & voce Græcâ coaluit, ὁ χὴν, *ocha*. A χὴν, & Dorice χὰν, oritur monſtrum *Ganſa* ap. Plin. l. 10. c. 22. Igitur *ocha* idem erit, quod anſer: quomodo Italis hodieq; *oca* & *ocha* itidem eſt anſer. Gloſs. Cyr. χὴν, *auca*, anſer. Nam ut olla aula dicitur: ita exſtitit *ocha*, *aucha*: & eliſo halitu, *auca*. Ab hoc deminutum videtur *aucilla*. Apul. l. 9. metam. accipit de gallina: *O bona*

aucilla. & *satis fœcunda, qua multò jam tempore quotidianis nos partubus saginasti.* Ita enim *aucilla* legit Geverh. Elmenhorst. ex MSS. & aliis codicib. probatis. Gloss. à Steph. editum: *Auca* πτηνόν. Inde *aucellus* στρουθίον: & *aucella* στρουθία. Glossæ Latino-Arabicæ: *ceriola, auca.* Papias: *aucilla aves minores.* Quasi ex *avicula* factum sit. Apic. l. 4. c 5: *cocbleas elixas, gigeria pullorum aucellas.* L. 5. c. 3. *coques cerebella, vel aucellarum, vel turdos exossatos.* L. 8. c. 7. *adjicies cerebella cocta, jus de suo sibi ferveat, cum ferbuerit, aucellas & nucleos liquamine temperas.* Ubi tamen Hummelberg. *avicellas* substituit.

Ocior & *ocius* ita scribitur formâ Latinâ: & quia à Græco ὠκίον. ὤκιστος: etiam ὠκέως. *Ocior* nihil aliud est, quàm celerior. Græcis ὠκὺς est celer. Ab Hebr. אוץ aut חוש, i. e. festinavit, properavit. חיש, celeriter. *Ocimum*, ὤκιμον, herba vulgo Basilicon dicta: ab ὠκὺς: quia *celeriter* . nempe tertio die à satione, provenit: & quia etiam *celeriter* alvum ciet. Plin. l. 19. c. 7. Pro herba Matthiolus scribere amat *ozimum*, ab ὄζειν, redolere: alii malunt *ocymum*, per y. Neutrum verò probabile. Nam ὄζιμον nuspiam invenitur. Etiam ὤκιμον habent fide digniora exemplaria Theophr. Diosc. & alior. tam Græc. quàm Latinor. Gloss. Cyr. ὤκιμον τὸ λάχανον, *ocimum.* Dicitur quoque *ocimum* pabulum. Varro l. 1. rei rust. c. 23. & 31. *Omne pabulum primum ocimum, farraginem, viciam: novissimè fœnum secari.* Dicitur itaque *ocimum*, quod *citiùs* cæteris pabulorum generibus vere primo adolescat.

Oculus, organon per quod animal videt, & in quo εἴδωλα ὁρατὰ excipit. Ab oculus *procul*: quasi *porro ab oculis*, ut ait Serv. in 3. Æn. Et quidem significatio quadrat. Sed *oculus* dicitur quibusdam ob *occulendo*. Rectius ab ὄπτιλος, levi mutatiunculâ: quod dialectô Doricâ est ὀφθαλμός. Unde Minerva ὀπτιλῖτις: quæ & ὀφθαλμῖτις Plutarcho in Lycurgo. Græcè ὀκέλλω est moveo: & sanè oculi præ omnibus valdè *mobiles* ac volubiles. Ap. Hesych. exstat ὄκκος, ὀφθαλμός. Sed quia nuspiā hæc vox in Græcor. libris occurrit: ὄκκος ex Latino *oculus* detortum videri possit.

possit. Certè tam facilè *oculus* ab ὄκκελος venit, quàm ab ὄπτομαι ὄμμα & ὀφθαλμὸς. Ab oculus fit *oculare*. Plaut. Rud. a. 3. sc. 4. *exoculare* dixit. Tertull. de pœnit. Et Cyprian. Tract. 4. de Van. Idol, *oculare*. Cœcos, *inquit*, & ignaros ad agnitionem veritatis oculare. *Oculeus*, oculis plenus: ap. Plaut. Aul. 3. sc. 6. *Oculitus*, in Festo. Formatur ut animitus. Isidor. l. 18. c. 11. *fœniculum* appellari tradit, quod ejus thyrsi seu radicis succus acuat visum. Scilicet quasi *phœnoculum* è Græcâ & Lat. voce. Varr. l. 6. *cocles*, vel à *Cyclops*; aut quasi *Coocles*, aut *Ocles*, qui unum haberet oculum. Plin. l. 11. c. 37. qui altero lumine orbi nascerentur, *Coclites* vocabantur: qui parvis utrinque, *ocellæ*. Ab *oculus* venustè fecit Comicus, *oculissimus*, i. e. charissimus, πολυφίλτατος. Oculi quippe sunt indices amoris aut duces. Et Græcè: ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίνεται τὸ ἐρᾶν. Etiam notæ phrases. *Esse in oculis, ferre in oculis*. Græc. ὀφθαλμὸς ab ὄπτομαι. ὤψ, ὠπὸς, oculus. ὁ ὀφθαλμίας, *ophthalmia*, piscis ab oculorum magnitudine sic dictus. Plin. *oculatum* dicit l. 32. c. 11. Cl. Ritters. *melanurum*: qui & μελανόγραμμος Aristoteli vocari annotat.

Odor, velut *osor*: ὀσμὴ aut simpliciter, ὀδωδή. Æoles pro ὀσμὴ etiam ὀδμὴ dicunt. Ὄζειν est olere. Fest. *odefacit* dicebant antiqui ab odore, pro olefacit. *Aroma*, ἄρωμα: ab ἀρι particula intendendi, & ὄζω seu ὀδμὴ: quomodo à Suida exponitur, εὐώδημα μυρεψικόν. Ab odor *odorus*, ut ab honor honorus, à canor canorus. Serv. *odorum*, quod per se olet: *odoratum*, quod odorem aliunde accipit. Sed quo fundamento distinctio hæc nitatur, non adeo constat. Virg. 3. Georg. & 7. Æn. Cedrum odoratum ponit, quæ certe ex se mittit odorem. Et 6. Æn. Inter odoratum lauri nemus.

Odio, vox desita, ab inusitato ὀδύω: unde ὀδύσσω, irascor & odi. Hesych. ὀδυσθῆναι, ὀδύσσασθαι, χολωθῆναι, θυμωθῆναι, ὀργισθῆναι. Etiam *Odio* ab ὠθέω ὤθω, pello, detrudo. *Osum* unde *Osor*, exosus, perosus. Plaut. amph. a. 3. sc. 2. *Inimicos semper osa sum obtuerier*. Græce ὦσις, ὠσμὸς est pulsio, ὤθω, *odi*. Ab Heb. הֵדִיחַ impulit, cum impetu depulit,

 pulit,

pulit, ex odio rejecit. Ita μισέω à מָאַס, *maas*, rejecit, aut repudavit ex odio. Nec aliunde μῦσος quia sit odio dignũ.

Oestrum, οἶστρος. 3. Georg.

Est lucos Silari circum ilicibusq; virentem
Pluribus Alburnum volitans, cui nomen Asilo
Romanum est : Oestron *Graii vertêre vocantes.*

Seneca ad Lucil. Hunc quoq; Græci *Oestron* vocant, pecora totis saltib. dissipantem : *asilum* nostri vocabant. Inde metaphoræ: *Oestro* percitus, *Oestro* agitatus. Eustath. Græcum derivat ab οἴω, scilic. ab impetu τοῦ οἴστρου sive *Tabani*, ut Plin. vocat. Quamvis Scal. l. 1. de hist. Animal. c. 6. inter *Oestrum* & *Tabanum* distinguat. Gloss. *asilus*, *furor*, οἰστρομανία.

Olea ἐλαία : oleum ἔλαιον. Tertul. *Elæon*, l. 4. contra Marcion. Videtur Græcum oriri ab Hebr. הֵיל : scilicet propter olei splendorem. Sicuti Hebr. יִצְהָר oleum, fit a צֹהַר, lumen. Arbor ἀγλαή & propterea Minervæ sacra. Virgil. *Palladia gaudent silva vivacis olivæ.* 2. Georg. Ovid. - - *Semper frondentis olivæ*, 8. Metam.

Fl. Caper : *Oliva* arbor est, *olea* fructus, *oleum* liquor. *Thymelæa*, θυμελαία, herba similis oleæ. *Petrelæon* & *petroleum*, quod è petris sive saxis manat oleum.

Olim. Serv. in 1. Æn. Olim tria tempora significat.
Præteritum, ut *Olim arbos* - - - 12. Æn.
Præsens, ut, - - *Tumidis quod tunditur olim Fluctibus*. 5. Æn.
Futurũ, *Nunc olim quocunq; dabunt se tempore vires*. 4. Æn.
Hæc ille. Vereor, an per omnia vere. Ausim contra affirmare : *Olim* de futuro & præterito saltim usurpari : & de utroq; proprie: nunquam de præsenti. Est ab Heb. עוֹלָם, *olam*, quod seculum, tempus continuum, aut longum. Idq; nunc futurum, nunc præteritum : quæ verba addita fecernunt. Ut & ap. Latinos. *Olim promisi*, h. e. ante tempus jam elapsum. *Olim veniet*, i. e. suo tempore, post illud seculum. Quod ad exemplum Servii, 5. Æn.

- - - - *Tunditur olim fluctibus.*

i. e. ante hoc tempus & in futurum tunditur. Utrumq; n. potest intelligi. Verbum præsens more poëtico ponitur.

Digitized by Google

Virg. 1. Æn.

- - - - Tyrias olim quæ verteret arces.

Olim, i.e. suo tempore. Non, ut Servius, *nunc.* עוֹלָם à Rad. עלם in Niphal נֶעֱלַם, i.e. latitavit, occultavit. Quia præteritum & futurum nobis obscurum: magis tamen istud, quam illud. Inde עוֹלָם, crebrius de futuro.

Olla & *aula*: ut lotum, lautum. Proprie est vas fictile, ex argilla aut luto, quod facile confringitur, aut corrumpitur. Ab Heb עֲלִיל, quod est olla, catinus. Verbum in Pihel עוֹלֵל est fecit, operatus est, item corrupit, destruxit. Unde etiam Græcor. ὄλλυμι, ὀλέω, ὀλετὴρ & cætera. Etiam *Lolium* inde: à λήϊον ὀλεῖν, quia est pernicies segetibus. Vel λήϊον ὀλοόν: quia seges noxia est.

Olor. Ut *cygnus*, vel *cycnus*, à κύκνος: sic olor à Græco ᾠδὸς: posito L pro δ, ut Ulysses ὀδυσσεύς. Nimirum à cantu. Græci, κύκνειον ᾆσμα, ap. Ælian. l. 2. hist. c. 32. Quanquam eadem facilitate ab Heb. הָלַל *halal*, i. e. cecinit, laudavit. Et scribunt nonnulli, *Holor.* Sed dubitant de cantu: & aliqui etiam prorsus negatum eunt. Quia rara aut nulla ejus vox deprehensa sit. Et allegant Plin. l. 10. c.23. Olorum morte narratur flebilis cantus: falsis, ut arbitror, aliquot experimentis. Hæc ille. Sed non dicit: *Omnibus*: sed *aliquot.* Et addit, *ut arbitror.* Plinius ergo hic nihil patrocinatur. Nec sequitur: Plin. Lucian. alii, nostri ævo non audiverunt cantantes cygnos. Igitur omnino non cantant. Adeant isti ripas cygnorum patrias, justo tempore observent, inprimis ubi aura zephyri suaviter afflat & terminus vitæ adest, haut dubie audient. Quanquam & in his oris audiantur. *Cardan. l. 10,* Quamvis candidi toti sint, & inter omnes aves suavissime occinant: vox tamen, ut sæpius audiens consideravi, anserina est. Atque hoc genus avium tam laudatum, discerpit suos ac devorat, in morte vero dulce canit. Hæc ille αὐτήκοος. *Paul. Meliss. Schedius* vatum nostro hoc tempore princeps, sed dulcissime cantantes olores audisse Cygneæ, ubi in fossis aluntur; & deinde in Anglia adverso Tamesi flumine cymba vectum, versus Lon-

dinum, affirmat. Quod etiam ejus vitam describens anno 1615. meminit Melior Adam. Silesius. *Balthasar* von Falckenberg capitaneus in tractu Zedenick Marchiæ, eundem quoque cantum suis hausit auribus. Is aliquando, in aula versans Johan-Georgii Elect. Brandeb. extra portam animi causâ spatiatur: atque ibi cygnos aliquot deprehendit advolantes, & viâ quidem satis humili. Tum ille stloppo πυροβόλῳ expeditus, unum ex isto agmine petit. Et illico iste decidit atque moritur. At superstites, socii fato solicitos in orbem convolare, despicere, sed & svaviter concinere, quasi lessum admodulantes, aut ἐπικήδειον μέλος, ut loquitur Ælian. l. 5. c. 34. Ipse capitaneus attentè omnia observat: & postea multis serio enarravit: interque alios Spandovii. Joh. VValthero Synd. & Joh. Mullero Consuli ibidem. Quorum & hic totam illam historiolam manu suâ ὡς ἀξιόπιστον ad me perscripsit, Idib. August. 1610. Idem ad me scripsit anno 1620. Norimbergâ, amicus meus oculissimus, *Georg. Remus*. In arce Dirdorpianâ (*inquit*) aluit Catharina, illustris VVidæ comes, cygnos tres; quos & strepitum quendam acrem edere sæpissimè, at rarius canere, ac voce brevi, audii. Canebant vero præcinentes ac prædicentes adfuturos brevi hospites. Id quod alii, qui in eâdem aulâ meo tempore vixêre, animadverterunt; ita, ut quoties auditi fuerint canere, adventores expectarentur non frustra. Hæc ille. Sed pristi nobis adducendi: quibus cotidie avis ea in ore in oculis, in auribus. Quam illi vero hic consentiunt! Anne ideo, ut posteros de compacto decipiant? Non credibile.

Homerus: - - - - Κύκνος ὑπὸ πτερύγων λίγ' ἀείδει.

Et alibi idem non semel.

Oppianus: Κύκνοι μαστίπολοι γόον ὕστατον ἀείδοντες.

Appolonius: Κύκνοι κινήσωσιν ἑὸν μέλος - - - -

Callimachus: Θεῦ μέλποντες ἀοιδοί,

Euripides: Μελῳδὸς καὶ ἠχέτης.

Virgilius: - - - - *Argutos inter strepere anser olores.* 9. Eclog.

Et certent & cygnis ululæ.

Et

Et 7. Æneid. modum exponit: - - - - *Longa canoros*
Dant per colla modos - - - -

Ubi Servius: Secundum Plinium, qui ait: Cygnos ideo ſvavius canere. quia colla longa & inflexa habent. Et neceſſe eſt eluctantem vocem per longum & flexuoſum, varias reddere modulationes. Hinc etiam Homero Il. 2. ſunt κύκνοι δουλιχόδειροι.

Ovid: - - - - *Concinnit albus olor*: epiſt. 7. Heroid.

Martial. *Cantator cygnus funeris ipſe ſui.*

Symmach. Liceat inter olores canoros anſerem ſtrepere. Nazianz. ut proverbium laudat: τότε ᾄσονται κύκνοι ὅταν κολιοὶ σιωπήσωσιν. Cic. Cum cantu & voluptate moriuntur. Idem confirmat Plato in Phædone, Philoſtrat. Plutarch. Claud. Ælian. de animal. l. 2. c. 32. l. 5. c. 34. l. 10. c. 36. Rhodig. l. 9. Antiq. c. 5. & qui inſtar multor. ipſe Ariſtot l. 9. Hiſt. An. c. 12. ᾠδικοὶ δὲ καὶ περὶ τὰς τελευτὰς μάλιστα ᾄδουσιν. Et iterum: καὶ ἤδη τινὲς πλέοντες παρὰ τὴν Λιβύην, περιέτυχον ἐν τῇ θαλάττῃ πολλοῖς ᾄδουσι φωνῇ γοώδει, καὶ τούτων ἑώρων ἀποθνήσκοντας ἐνίους. *Aldrovand. 19. Ornithol.* c. 1. κύκνους ᾄδειν, autor eſt Julius Pollux, ubi voces animalium explicat. Ap. Ariſtoph. eorum vox eſt *Tio, Tio, Tio, Tio, Tinx*. Heſiod. in aſpid. κύκνοι ἀερσιπέται μεγάλ' ἤπυον. Autor philomelæ: *Grus gruit, inque glomis cygni prope flumina drenſant.* Tempore pugnæ ſibilant, ait Albertus: & interdum bombos, autore quodam, emittunt, ruditui aſinino non diſſimiles; ſed breves. & qui longe audiri non poſſunt. *Idem Aldrov. paulo poſt*: De cantu cygni eſt plurimorum, immo omnium fere ſcriptor. controverſia maximè agitata: *Cygnea cantio.* Dum hi mirabilem melodiam ac harmonicos concentus ſuaviſſimos edere moribundos affirmant: illi vero non ſolum non dulce canere; ſed & vocis inamœnitate & abſurditate, corvis ac graculis poſthabendos contendunt. Inter negantes inprimis eſt Lucianus in Electro, Alexander Myndius ap. Athen. l. 9. & Plin. l. 10. c. 23. Ex recentiorib. eſt Scal. Ex. 232. adv. Cardan. quem ego inſtar omnium maximi alioquin facio. Qui verô ſuaviſſime cygnos cantare ſcripſere, graviſſimi fuere philo-

 ſophi

ſophi, Socrates inprimis apud Platonem, Ariſtoteles l. 9. hiſtor. animal. c. 12. Cicero in præfatione l. 3. de orat. & celeberrimi poëtarum, Callimachus, Æſchyl. Theocr. Antipater, Euripides, aliique Græci. Ex Latinis Lucret. Virg. Seneca, Ovidius, Propertius, Mart. Statius, hosque imitati cæteri omnes. Quibus adſtipulatur Athenæus ſupra citatus l. 4. dipnoſ. c. 4. Ælian. hiſtor. animal. l. 2. c. 32. & l. 9. c. 34. & l. 5. c. 34. Videatur Ovid. 5. Triſt. eleg. 1. & metam. 14. Item in Epiſt. Seneca in Hippolyto: *Candidas ales modo movit alas, Dulcior vocem moriente cycno.* Martialis in Xeniis. Statius l. 3. Silvar. *Qualia nec Siculæ moderantur carmina rupes, Nec fati jam certus olor ----* Idem 5. Silvar. Iterum Ariſtot. 20. de animal. c. 30. & l. 12. c. 1. Oppianus flante favonio ad cantum invitari cygnos, autor eſt; cum decrepiti jam viribus deſtituuntur. Hinc facile inducor, ut veriſimiliorem eorum credam ſententiam, qui dulce melos, præſertim morti vicinos cantare dicunt. Ambroſ. l. 6. Hexaem. c. 22. Virg. 7. Æn. *Et longa canoros dant per colla modos, liquida inter nubila cygni.* Lucret. l. 4. *Cum tuba depreſſo, &c. Vallibus & cygni, &c. cum liquidam tollunt lugubri voce querelam,* Anton. Muſa Braſavolus comment. ad Porphyr. Iſagogen, canere, cygnos, ſed non omnes obſervat. Pauſanias, *κύκνῳ τῷ ὄρνιθι μουσικῆς ἔστιν δόξαν,* ait Georgius Braun cygnos teſtatur prope Londinum Angliæ emporium in mari agminatim læto occurſu & feſtivis cantibus ſubeuntes claſſes excipere. Scribit Albertus, ſe voces lugubres ab eis in qualibet triſtitia edi animadvertiſſe. Ergo vero eoſdem (*ait Aldrovand.*) non in triſtitia tantum eos canere exiſtimo, ſed etiam in gaudio. Hactenus Adrov. Atque ſufficiant hæc de quæſtiuncula pro Cygnis, non illa quidem utili ad rempub. ſed tamen in his talibus ſcire quid verum, quid ſecus: liberale aut jucundum.

Omen, ab Heb. עֹנֵן, *bonen*, quod inter alia eſt omen, *κληδονισμός*, augurium, *οἰώνισμα*. Aut אָמֵן, veritas, Latinũ videtur peperiſſe. Alias *omen*, qs. *oremẽ*, ab ore: quia omnia verbis quibusdam & ita ore, fiebant. Qualia recenſet Valer. Max. l. 1. c. 5. Ovid. 1. Faſt. At

At quur *læta* tuis dicuntur *verba* calendis.

Quæ hîc *læta verba* dicit: alibi l. 4. de ponto eleg. 4. vocat *proſpera verba* & l. 1. Faſt. *bona verba*. Sueton. in Auguſto c. 57. revertentem ex provincia non ſolum *fauſtis ominibus*, ſed & modulatis carminibus proſequebantur. Seneca in Octavia act. 4. ſc. 1. de Nerone: Sublimis inter civium *læta omina*. Inceſſit - - - Veteres certe ipſaſmet hominum voces, quæ *omina* appellabant, diligenter obſervaſſe, quod eas valere crederent, Cic. l.1. de Div. ſcribit. Eosdem vero nominum *δυσφημίαν* ſedulo vitaſſe, docent *Epidamni* in *Dyrrachium* & *Maleventi* in *Beneventum* mutatæ appellationes. Illius enim mutationis nullam aliam fuiſſe cauſam, quam inauſpicatum nomen, & quod velut in *Damnum* ituris *triſte id omen* viſum eſſe: teſtatur Plin. l. 3. Nat. hiſt. c. 23. Pomp. Mela l. 2. c. 1. & Dio l. 41. Alteram vero mutationem eadem ratio ſuaſit. Nam quod ominoſa eſſet, & ſiniſtri eventus prænuncia *Maleventi* vox; auſpicatius, mutato nomine BENEVENTUM eam coloniam appellatam eſſe tradit Plin. l. 3. Nat. hiſt. c. 11. Legantur porro, quæ de *ominibus* erudite diſſerit l.1. de form. Briſſon. Ab *omen* eſt *abominor*, Ovid. l.3. de ponto eleg. 1. Si mea mors redimenda tua, quod *abominor*, eſſet. Auguſtinus tamen dictione hac (*omen*) uti non vult. l.1. Retract. c. 1.

Omnis Scal. l. 4. poet. c.16. Sic *cunctus* pelagi cecidit fragor, quam *omnis*, poeta uti maluit: tum quia plenior ſonus: tum quod omnis populus poteſt mihi ire obviam, etiamſi ſingulatim exeant, *cunctus* autem & omnem ſignificat & ſimul. Tametſi puto injuriam factam alteri. Eſt enim *omnis* ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ: ut collectionem & diſtributionem, non quantitatem accipi intelligamus. *Cunctus* eſt quaſi conjunctus. A *cunctus* eſt *cunctari*, id eſt, morari. Item *percunctari*. Ubi enim omnia conjunctim diſpicienda, aut facienda, mora protrahitur. Plautus Aſin. Ut non audeam Profecto *percunctanti* quin promam omnia.

Opacum eſt, quod in umbra eſt, aut umbra ipſa ap. Cicer. & illud, quod radios non transmittit, qualis terra

eſt.

Digitized by Google

eſt. Unde vox *opica* ſane. *Ops* enim ab illis dicebatur terra, à qua & ipſi: quemadmodum αὐτόχθονες Athenienſes, Thebani σπαρτοὶ, Arcades πρoσέληνοι, priſci Itali alii Aborigines. Scal. Ex. 80. Sunt ὀπικοὶ Strab. l. 5. qui & Αὔσονες appellati. Et divina *opici* rodebant carmina mures, ap. Juven. Sat. 3. *opici*, *i. e.* qui ex ope ſive terra ac putredine naſctũur.

Ophiuchus, ὀφιοῦχος, ut αἰγιοχος, πολιοῦχος. Ab ὄφις & ἔχω, i. e. qui habet aut tenet anguem. In cœlo ita etiam appellatur ſidus. Cicer. 2. de Nat. deor. eſt *anguitenens*:

Quem claro perhibent ophiuchum nomine Graî:
Hic preſſu duplici palmarum continet anguem.

Græc. ὄφις non ab ὀπτομαι ſed ab Hebr. אֶפְעֶה, i. e. ὄφις, beſtia ſerpens. A ſibilando.

Opiparum, i. e. ope partum πολυτελές. Et formatur *opiparus*, ut juniperus, puerpera. à pario. *Opes* ab *ops*, i. e. terra, ἀρχαϊκῶς. Poeta alludit: Effodiuntur *opes*. Divitiæ enim omnes pæne è terra petuntur, & latitant in terra. Alii *opes* ab *oves*, non certe præter rationem. Ita enim & pecunia à pecus. Et πολύμηλος eſt dives. Virg. expreſsè 2. Eclog.

Quam dives *pecoris nivei*, quam lactis abundans:
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

Opidum ab opibus quibus abundat. Poetæ verſus cauſa P. geminant. Pompon. lib ſingul. Enchir. *Opidum* ab *ope* dicitur, quod ejus rei cauſa ſint conſtituta mœnia. Idem docet Varro l. 4. L. L. *Opidò* valde multum. Ortum eſt autem (ait Feſt.) hoc verbum è ſermone inter ſe confabulantium, quantum quiſque frugum faceret, utque multitudo ſignificaretur, ſæpe reſpondebatur, quàntum vel *opidò*, pro valde multum. Itaque ſi qui in aliis rebus eõ utuntur, ut puta, ſi qui dicant, *opidò* didici, ſpectavi, ambulavi, errant: quia nulli eorum ſubjici poteſt, vel *quod ſatis eſt*. Ulterius *inops*, i. e. ſine *ope*. Ab ope & *tulo*, veteri verbô eſt *opitulor*, i. e. opem fero. *Opimus*, i. e. pinguis, opulentus, ab eodem. Quanquam Hebr. arvina iliorum pinguedo eſt פִּימָה. Unde Græc. πιμελή. *Copis* in Pacuv. Plaut. Bacch. 2. ſ. 3. i. e. copioſus.

ſus. *Cops*, *coops*, à *cum* & *ops*. *Copia* à cum & ope: ſicut coorior. M. enim quandoque omittitur. Scal. in Theoph. de pl. In te modica non eſt *copia*. Nempe *copia* eſt *coopia*. At *Modicum* eſt quaſi *medium*. Hæc ille. *Caupona* & *copona*, i. e. taberna dicta à copiis, Feſt. *Caupo*, *copo*: ſicut *aula*, *olla*. Turneb. l. 14. c. 5. *Caupones* non ſunt, qui vinum vendunt, ſed nomen habent generale à *copiis*, ut ſunt mercatores & inſtitores patagiorum, induſiorum, flammeorum, violacei panni, & cerini. Itaque iſta Plauti aul. 3. 5. ſic interpretor, ut dicam: *Caupones* patagiarii, caupones induſiarii. Turnebo aſſtipulatur Gruter. miraturque eſſe, qui fidem omnium M. S. in dubium vocent. Scal. in Conject. *Cupedia* dicta ſunt, quaſi *caupedia*, ut laura, lura: claudus, cludus. *Cluda* anus ap. Plaut. Itaque *cupedia* omnia lautiora eſculenta venalia, à cauponando. *Cauponari* enim non de una tantum re, ut nunc, ſed ad multa quoque alia extendebatur: ut καπηλεύειν Græc. Itaque Ennius dixit, Cauponari bellum: quod ex Æſchylo deſumtum eſt, ὁ καπηλεύων μάχην. Quare *cupo*, *caupo*, *cupa*, *caupa*. Ap. Cic. in Piſon. Panis & vinum à propola & de *cupa*. Significatur, cum nunquam de penu, & promtuario vivere, ſed de caupona. *Cupam* vocavit quam Virgil. *Copam*: *Copa* ſyriſca. Ut à πίθηκος, πίθων: à κανθήλιος, κάνθων: ſic à κάπηλος, κάπων: Unde Latine *caupo*, qui & *copo*. Hæc ille. *Ops* vero unde? Divinare licet. Sicut *humus* ab humiditate nomen traxit: ita etiam *Ops*, græce ὀπὸς i. e. ſuccus, lac quod immulget & indulget nobis terra mater fœcundiſſima. *Opium*, ὄπιον, i. e. lacteus ſuccus Cluſ. l. 1. hiſt. Arom. c. 4. *Opium* Mauritani (quos Indi ſequuti ſunt) *oſium* vocant, deductio à Græcor. *opio* nomine. Pleraq; n. nomina à lingua Græca (quam *Ihunani*, quaſi Jonicam dicas, appellant) mutuati ſunt Arabes. *Hæc ille*. Joſ. Scal. putat ex Heſychio *opem conſivam*, non ab Ope, ut vult Varro, dictam: ſed veterib. quoque Græcis eam dictam ὦπιν, à quo Latine Ops.

Oporinus, ap. Martial. eſt auctumalis, ὀπωρινός. Ab ὀπώρα auctumnus. Ut vero Græc. ὀπώρα eſt ab Hebr. פָּרָה,

parah,

parab, ἀπὸ τοῦ καρποφορεῖν: ita & Latin. *auctumnus* ab auctum. Φθινόπωρον est tabescens auctumnus, cui jam hibernum frigus imminet. Vel etiam ὀλεθρητικός, corrumpens: ut quo frigoris initium, & sic corruptionis, fit. Latinis eo nomine est *Morbifer* auctumnus. Φθινοπωρινὸν, quod est auctumni jam tabescentis & perditi. In epist. Judæ v. 12. Δένδρα φθινοπωρινὰ, i. e. arbores auctumno aut flaccidæ, aut corrumpi solitæ. Erasmo, arbores *auctumno marcescentes*. Pagnino & Bezæ, arbores *emarcidæ*. Sed addendum potius erat: auctumno emarcidæ. Vetus interpres leviter, *Auctumnales*. Neque enim auctumnale est idem illico, quod auctumno marcescens, quod ingerit τὸ φθίνειν.

Opsonium, ut & origo spectetur, & pronunciatio, ὀψώνιον. Eodem enim modo enunciatur, quo *opto*, *optabile*, *aptus*: Nec quidquam ponit Valla contra *Raudens*: loco caussæ, quur B. molle retineatur. Syri Græcum retinent, אפסניתכון. Fr. Nansius in Not. ad Joh. c. 21. quamvis ὄψον significet *opsonium*, h. e. omne id, quod una cum pane comedimus: nihilominus tamen obtinuit, tanquam victor, solus piscis, quod eximius sit cibus, ut ita solus vocaretur: quemadmodum ait Myrtilus ap. Athen. initio lib. 7. & Symmachus apud Plutarchum symp. 4. prob. 4. ex correctione quidem H. Stephani. Et ὀψάριον significare piscem seu pisciculum, testantur ipsi Evangelistæ. Nam pro eo quod apud Joh c. 6. 9. legitur: duo ὀψάρια: ap. Matth. 14. 17. & Marc. 6. 30. δύο ἰχθύας, est. Sicut & Luc. 9. 13. Ita quoque Gallorum ille ocellus, Q. Sept. Flor. Christianus in doctiss. commentariis glossematis in Aristophanis *Irenam* scribit: *proprie & figurate* de piscibus, *opsonari*. Nam ὄψον & ὀψάριον non temere ap. Græcos reperias aliud esse, quam *pisces*. Sic post Menandrum Terentius *opsonium* dixit. Sic Æmil. Prob. Sic Philo Judæus, τρόπων αἰθυιῶν κατοψοφαγῶν: quia fulicæ, & mergi è mari vivunt. Denique ubique ὀψοφάγοι sunt φιλίχθυες. Hæc ille. At enim vero non recte dicit: τὸ ὄψον pariter & *figurate* & *proprie* de piscibus accipi. Monstri quid alere videtur; puta contradictio-

dictionem. Etenim si figuratum est & tropicum vocabulum: aliunde, à proprio scilicet, ad aliud tralatum est. Nec obstat, quod κατ' ἐξαίρετον pisces eo nomine appellantur. Nam id nec ubique: nec temere de aliis esculentis dicitur: Uti censebat. Proprie enim est, quod coctum una cum pane comedimus. Idque multiplex. Apud Athenæum lib. 4. expresse de coctis intelligitur: ὄψοισι καὶ ζωμοῖσι ἥδομ' ὦ θεοί. Xenoph. pæd. 7. οἱ γὰρ πόνοι ὄψον τοῖς ἀγαθοῖς, i. e. condimentum aut cibus. Hesych. ὄψα προσφάγια μαγεύματα. Eustath. ὄψον ἁπλῶς, πᾶν προσόψημα εἴτε προσφάγιον, ἀφωρισμένως δὲ ἐπὶ ἰχθύος. Πολύοψος, opsoniis abundans. Πολυοψία abundantia ciborum. Πολύοψον δεῖπνον, opiparum: ὀψοφάγοι sunt ventri dediti. Macellum ap. Athenæum est ὀψοπωλία, notante Camerario: δεῦρ' ὢν τὴν ὀψοπωλίαν καλῶ. Παροψὶς, Latinè *paropsis*, in qua *opsonia* apponuntur. Olim etiam, notante Turnebo l. 10. c. 27. *parapsis*. Sed prius rectius: ab ὄψον. Homer. Iliad. λ.

Ἐπὶ δὲ κρόμυον ποτῷ ὄψον.

Addo his quoque Latina. Plaut. in aul. a. 2. sc. 6. dat coquos cum *opsonio*. In Cas. argento ne parcito, *opsonato* ampliter. Terent. And. Vix drachmis *opsonatus* est decem. Horat. Sat. 2.

Omnia conductis coemens opsonia numis.

Quæ & similia de piscibus modo intelligere velle dementiæ esset. Et origo certa est, monstratque ἰδιότητα. Dicitur enim ὀψώνιον proprie ac primo id, quod ὀψώνης comparat. Ὀψώνης ab ὄψον: & ὠνέομαι, emo. At ὄψον παρὰ τὸ ὀπτᾶσθαι· ὀπτὸν, i. e. assum, coctum: aut quasi ἑψὸν ab ἕψω, coquo, elixo. Prius tamen commodius: ab ὀπτόν. Nec aliter Camerar. est ὄψον (inquit) quidquid in macello venit, quod προσφάγημα sive προσφάγιον dicitur: & προσόψημα de cibo lautiore, exquisitioreque usurpatur. Casaub. in 7. Athenæi cap. 2. Antiquioribus Græcis & ὄψον & προσόψημα non aliud significant; quam προσφάγιον, i. e. quidquid ad panem adhibetur, ut vertit Cicero ap. Xenoph. Latini *opsonium*, aut *pulmentum*, sive *pulmentarium*, ut recte vetus interpres novi Fœderis. At ὄψον

pro

pro pisce ap. vetustissimos Græcor. scriptor. non legas: sed ὄψον θαλάττιον, ut ap. Hippocr. passim. Porro quod pisces appellarint Græci ὄψα, in causa est aviditas ejus cibi, quæ fuit Græcis familiaris, cum ab instituto (erant enim plerique deditì gulæ & cupediis) tum à natura. Martin. in Lex. *obsonium* vel *opsonium* id, quod præter panem, edimus, πᾶν τὸ σύναμα σίτοις ἐσθιόμενον.

Ora, χώρα: ab Hebr. אָרַח, i. e. spatium, semita, iter longum. A Rad. ארח, Unde & ἔρχομαι. Nisi χῶρα, χώρα facias à גּוּר, quod est, cessit, vagatus est, recessit.

Orca. Pers. Sat. 3.

--- *Damnosa canicula quantum*

Redderet angusta collo non fallier orca.

A Gr. ὑρχή: unde similiter *urceus*. Latini *orcas* vocabant, vasa modicæ capacitatis, ait Casaub. Sunt teretes atque uniformi specie orcæ, inquit Fest. Idem ut & alii volunt esse à similitudine belluę marinę, quæ etiam *orca* dicitur. In Aristotele tali significatu invenias ὀρκύνας: in Æliano ὀρκύνος: in Hesych. ὄρκυνος. Legatur Plin. l. 9. c. 6. Scal. in Arist. hist. animal. l. 2. c. 16. Ut vero discrimen sit inter *orcam* vas, & *orcam* piscem; puto literam H alterutri præponi non incommode posse.

Orchesis, ὄρχησις, παρὰ τὴν ὁρμὴν καὶ τὸ ἔχειν, detracta aspiratione: aut ἀπὸ τοῦ ὀρεῖν. Est autem motus compositus, numerosus, cum gestu effingens rem, aut personam, vel quam canit, vel quam tacet. Ejusdem originis est & *orchestra* Scal. l. 1. Poet. c. 18. Illud Lucretii l. 4. huc pertinet. Namque ibi consessum caveai subter, & omnem Scenai speciem patrum -- Uti quidem legit Gifanius. Alias *scenalem*.

Orcus, ab ὅρκος, i. e. septem, ab ἑρκέω: vel ὑρχω. Amphiaraus in Thebaide Statii de orco loquens, ita describit -- *ô cunctis finitor maxime rerum.* Varro l. 4. Diespiter infimus aër, qui est conjunctus terræ, ubi omnia oriuntur, ubi aboriuntur, quorum quod finis *orcus* dictus. Scal. c. 22. L. L. *Orchus* tota Græca fuerat, & translata adspiratione à vocali ad consonantem, ὅρκος. Videtur

tur ex Epitaphio Nævii Poeta aſſpirate pronunciatum: Poſtquam eſt *Orchio* traditus theſauro. Ὅρκος eſt juramentum. Nullum enim majus aut religioſius juramentum, quod quàm per Deum inferum fiebat, i.e. Orcum, ut per quem & Dii, adeoque Jupiter ipſe juraſſe ſcribuntur.

Ordino, ſimpliciter ab ὀρθόω, ὀρθός. Eſt enim ordo recta diſpoſitio antecedentium & conſequentium. Hebr. טור, eſt ordo. Niſi quis malit Scal. ſequi c. 35. L. L. *Ordinus* nomen Græcum eſt. Dicebant militibus tribuni: Hactenus tibi licet: hic conſiſtes: eo progrediere: huc revertere: ὅρον δεῖ: inde *ordo*. Æoles autem non adſpirant: quorum inſtituto ſane libens accedo. Nihil enim helluonem magis ſapit, aut barbarum: quam è gutture inſufflare adverſus eum, qui cum loquare. Eſt igitur ordo loci ratio, quâ quid, aut præit, aut ſequitur: vel ante, vel retro: vel dextrorſum vel ſiniſtrorſum: Vel ſurſum, vel deorſum. Nam prioris ratio eſt præeundi: poſterioris ſequendi. Græc. τάξις, τάττω eſt ab Hebr. דת ordo, lex, jus.

Organum, ὄργανον: quaſi ἔργανον ab ἔργον opus, ad quod omne inſtrmentum neceſſariò confertur. Ariſt. l. 1 de part. animal. cap. ult. πᾶν ὄργανόν ἐστιν ἕνεκά τε. Vox ἔργον eſt, ab Hebr. אָרַג, *arag*, texuit, operatus eſt. *Organicus* εἰδικῶς in Muſica ſumitur: & ab ipſis quidem veteribus. Suâ tamen natione & notionè alias ψυχικόν. Varro Cat: melos unum, quod eſt in aſſa voce: alterum, quod vocant *organicon*. Lucret. l. 5. modo *organici* melicos pepepere ſonores. Non incommode etiam dicetur *organicen*: ut tubicen. Ap. Plin. l. 19. c. 4. eſt *organon pneumaticon*. Ita enim recte legitur. Eandem originem agnoſcit *ergaſtulum*, i. e. locus, ubi ergaſtuli, h. e. ſervi concluſi in vinculis, ac compedibus opus faciebant. Gloſſæ: Philox *Ergaſtulum*, Τόπος ἐν ᾧ οἱ δεσμῶται ἐργάζονται locus, in quo vincti operantur. Interim, utut *argaſtulum* ut dixi, vox origine Græca ſit: non tamen flexu. Rectius n. ἀπὸ τοῦ ἐργάζομαι *Ergaſterium* fuiſſet: uti etiam Lipſ. diſp. l. 2. Elect. c. 15. Ἐργαστὴς operarius. Ἐργαστικός,

operosus. *Ergastularius* Columellæ est, qui præest ergastulis. Ῥαδιουργὸς, qui aliquid facile efficit: postea speciatim, sceleratus: quia ad vitia procliviores natura sumus. Et sic ῥαδιουργία est scelus, vitium. *Argus*, ἀργὸς, ἀεργὸς, sine opere. *Chirurgus*, à χεὶρ, qui manu operatur: proprie artifex *manuarius*. Κατ' ἐξοχὴν usitate medicus manu curans. *Georgius* γεωργός, colens terram. *Parergum*, πάρεργον, quod præter opus accedit, nec primaria intentione. Συνεργός, qui simul opus promovet, qui unà operatur. 1. Cor. 3. Θεοῦ συνεργοί: Dei *cooperarii*, ut Erasm. vertit. Sane quidem recte & ad verbum, si Græcum intuearis. At Latini vix admittent: quibus *administer*, vel etiam simplex *operarius*, non displicet. Vet. interpres habet: *Dei adjutores*. At duriusculum hoc apparet, quando Deum in divinis illis operibus minimè adjuvamus, sed tantum subservimus: atque hoc ipsum etiam ut possimus, à Deo, & per Dei gratiam adipiscimur. Ab ἔργον est & *Ergo* Scal. l. 11. L. L. c. 174. Pro nomine ponitur, *Illius Ergo* venimus. Sed sane nomen fuit ipsum ἔργον. Causam enim ubique denotat. Sic *quare* fit à res: *quâ re*: & *quam* ob *rem*. *Quoniam* vero est adverbium, *Quom*, *Jam*. Causa translationis fuit temporis efficacia: est enim mensura rerum naturalium. Sed *quia* non melius, nisi è penuario Heb. promitur. Ibi enim כִּי, plane est idem.

Orgia ἀπὸ τῆς ὀργῆς, i. e. furore, vel ira, uti censet Euseb. de præparat. Evang. Phurnutus & alii. Vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, i. e. montibus secundum Maronis illud: Nocturnusque vocat clamore Cythæron: quod in montem hunc sacra illa ex Thracia primum translata sint. Vel ἀπὸ τῶν ὀργάδων, consecratis alicui Deo locis. Apollonii interpres: ὄργια μυστήρια παρὰ τὸ εἴργειν τοὺς ἀμυήτους αὐτῶν.

Orichalcum ab Orio inventore dixerunt interpretes Apollonii: ap. Rhodig. l. 19. c. 9. Festus ab ὄρος & χαλκός, quod in montosis locis eruatur, quasi sit *æs montanum*. Suidæ, διαυγὴς χαλκὸς ὁ δόκιμος. Hesiodo in Asp. φαεινὸς ὀρείχαλκος Scal. ad Fest. Cum Græci dicant ὀρείχαλκον: tamen Latini scripserunt *aurichalcum*, quod putarent, id ex auro & ære componi, addita Cadmea terrâ: ut *electrum* ex auro & argento. De quo intellexit Martial. l. 8. Ep. 51.

Pal-

Pallida sic niveo radiant electra metallo.
Et niveum felix pustula vincit ebur.

Intelligit enim de illa materia composita, non de succino. Igitur ex vitio pronunciationis nata est illa falsa de compositione auri & æris opinio. Quare & autor Glossarii recte dixit: *aurochalca*, κεράμιον: quod putarent esse auri & chalci, seu æris, κέρμάτι, & compositionem quandam. Non nego, ex auro & ære præstantiss. æs fieri, ut prodiderunt veteres de Corinthio ære: sed, ὀρείχαλκον esse id verò pernego. Aristotelem enim habeo autorem, qui ap. Apollonii interpretem negat, ὀρείχαλκον esse in rerum natura. Hesych. Ὀρείχαλκον τῶν εἰκῆ διαδεδομένων τὸ ὄνομα: οἱ δὲ τελείως, ὑπάρχειν αὐτόν. Ἔστι δὲ καὶ ὕλη ὁμοία χαλκῷ. Sane ὕλην ὁμοίαν χαλκῷ, vocamus *Letonum*. Et de eo intellexit Horatius de arte:

Tibia non ut nunc oricbalco vincta --

Sed illud commentitium orichalcum tanti fuit apud veteres, aut cum nusquam esset, tamen quasi esset, etiam auro excellentius haberetur. Idq; ex Plauti Cur. a. 1. sc. 3. cognoscimus, qui *aurichalcum* plus facit, quem talentum auri. Hæc Scal. Legatur etiam in Pancirolli l. 1. deperdit. comment. amici nostri Heinr. Salmuthi.

Orior: inter mortuum est τὸ *Orio*: ab ὄρω. Orior est ὄρνυμαι, aut ὀρνύμεναι, i. e. excitor, erigor: non proprie nascor. עור, excitavit. Si τὸ Aiin legas scito Judæor. fit inde Græcor. γείρω, & ἐγείρω, quod tralatitium. Ita dicimus: Flos *oritur*, i. e. è terra producitur, aut excitatur: Scilicet ab aura, quæ mulcet: è Sole qui firmat: ab imbre, qui educat; ut describit Catullus. Virg. 2. Æn.

Exoritur clamorq; virum ---,-

I. e. excitatur. *Origo* non est ἰδίως fons, stirps, genus, initium: sed unde quid excitatur aut producitur. Ab *orior*, *origo*: ut à verto vertigo: à rubeo rubigo: à scaturio scaturigo. *Aborigines*. propter antiquitatem, quod sint tanquam autores generis, ἀρχέγονοι καὶ πρωτόγονοι. Nam & *origines* Salust. appellavit, μητροπόλεις, urbes, quæ colonias miserunt, & populos autores generis. *Oriundus*, *oriendus*: ut ferundus ferendus, i. e. qui debet oriri. Scal. c. 199.

 de

de L. L. Sic mutavit *oriundus*, non sine ratione. Subest autem causa, ut ignorata, sic acuta. Est *oriundus* Romæ, qui Bononiæ ortus Romæ oriri debuit: quo in loco lares habet patrios. Itaque idem est *oriundus*, quod *oriturus*. Futurum enim hoc non designat, quod erit, sed quod non fuit, & futurum esse debuit. A verbo *orior* fit *aborior*; quod notat privationem, quando mulier fœtum immaturum edit. *Abortum* Hebræi vocant נֵפֶל, quasi dicas *cadivum*: à נָפַל, cecidit, excidit. Similiter Græci ἔκτρωμα, à ἐκτιτρώσκω, τρώω, quod est vulnero & violenter lædo.

Ornus, ὀρεινὴ μελία. Gloss. Philox. ornus ἀγρία πίτυς. Ap. Virg. 6. Ecl.

--- *Rigidas deducere montibus ornos.*

Et l. 1. Georg: Nascuntur &c.

Nascuntur steriles saxosis montibus orni.

Ab Hebr. אֹרֶן, *oren*, arbor, ex qua arca fabricari solebat. *Ornus*, ut Buxtorf. etiam interpretatur, Jes. 44. 14.

Orphanus, ὀρφανός, i. e. derelictus, jacens in squalore, & tenebris. Nam bene ἐτυμολογοῦντες Græci faciunt ab ὄρφνη, i. e. tenebræ: quod est ab ἐρέφω, ab עָרַב & ab ἐρέφω, nostrum *operio*, si Græcum retro legas. Vel acutissime ὄρφνη erit ὅρος τοῦ φαοῦς. Finis enim lucis tenebræ. Cæteris quippe coloris speciebus aliquid lucis admistum est: tenebris aut nigredini nihil. Igitur lucis terminus illæ. Proprie ergo *orphanus* non est *pupillus*, cujus genuinam quoque significationem ante ex archivis Hebraicis protulimus: sed in tenebris in squalore versans. Id cum inprimis eveniat è luctu parentum, & aliorum amicorum: *orphanum* vulgo appellarunt eum, qui ereptis parentibus, sub alterius tutela & cura esse cogitur. *Orphanus* contracte *orphus*: & postea *orbus*. Gloss. orbus, πηρός, ὀρφανός. Verbum *orbare*, quid proprie sit, è dictis intelligitur: vulgo est eripere, spoliare.

Oryza, ὄρυζα, Theophr. ὄρυζον: procul dubio est Judæor. עֲרִיסוֹת, *barisoth*. Vocant farinam aquâ conspersam, Num. 15. 20. Primitias *oryzarum*, ut vertit Avenar. LXXII.

ἀπαρ-

Digitized by Google

ἀπαρχὴν φυράματος ὑμῶν. *Vet. interpres Lat. De pulmentis* dabitis primitiva domino. Quamvis non paucula hic etiam omittat, ut alibi sæpius. *Pagnin.* de primitiis conversionum vestrarum dabitis Jehovæ. *Jun.* & *Tremel.* Ex Primitiis cujusq; massæ vestræ date oblationem Jehovæ.

Os, *ossis*, ὀστέον, ὀστοῦν, olim *ossum* Prisc. l. 7. Ab Heb. עצם, quod idem Scal. c. 28. L. L. T mutatur in S: ὀστᾶ, *ossa*: sed commodius sit, dicere, subductum fuisse: alioquin tralatitia sunt inter se, ϑήταλος ϑητομαλῆς. Etiam *Costa* ab ὀστᾶ: sunt itidem ossa. *Exos*, i. e extra ossa. *Oscillum* ab os *cillere*, aut *cellere*, quod est movere, à κίλλειν.

Virg. 2. Georg:

Oscilla *ex alta suspendunt mollia pinu.*
Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis.

Aliis rectius ab *osculum oscillum*: ut quantulum quantillum, baculum bacillum, furcula furcilla: ut ita sit parvum os, Glofs. *oscillum* στομάτιον. Ab osculum est *osculor*, quod fit ore, h. e. osculo attingo. Gen. 41. 40. *Ad os te osculabitur universus populus.* Quod symbolon subjectionis. *Os oris*, à Gr. ὄσσα, vox, ut quæ per os editur. Ab *os*, *oro*, verbum, h. e. loquor, sermonem edo. Ita Hebræis etiam *os*, pro loquela aut sermone ponitur. Deut. 17. 6. & c. 19. 15. Scal. c. 141. L. L. Cum *orare* sit *pronunciare ore*: veteres verbum illud omnibus concessere: *oratoris* autem nomen sui unius in L. Crassi persona agnovit Cic. *Oratio* non est *oris ratio*, ut Stoicè potius, quàm verè putarunt: sed *Tio* est terminatio communis: ut aratio, operatio. *Oracula* ex eo ipso appellata sunt, quod inest his deorum *oratio*, ait in Top. Cic. Scilicet ut à potum, poculum: ita ab oratum *oraculum*, i. e. dictum, ore pronunciatum Et ap. Græc. λόγιον à λέγω. Glofs. Philox. *Oraculum*, χρηστήριον, τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος θέσπισμα, αὐτοφώνησις. Sed *oraculum* primâ notione ac origine est dictum, ab *ore* prolatum. Postea κατ' ἐξοχὴν Dei responsum, vel effatum *oris* Dei. *Oscitare* est os crebro ciere & diducere, quod in hiatu fit, & ab iis, qui ignavi torpescunt. Ab *os* & *citare*. Oscitatio χάσμη. Unde *oscitantia* pro negligentia. *Adorare* ἰδίως est, ad os admovere. In deorum enim salutatione

(ut Lipſ. monet 2. Elect. 6. & Muret. Var. l. 10. c. 1.) multi eminus ſtantes (quod deos ore profano tangere verebantur) manus porrigebant, eamq; ſtatim ad os ſuum relatam ſuaviabantur. Lucian. Demoſth. encomio: καὶ τὴν χεῖρα τῷ στόματι προσαγαγόντες, οὐδὲν ἄλλο ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. Idem περὶ ὀρχήσεως: Προσεύχονται τὸν ἥλιον, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς, τὴν χεῖρα κύσαντες. Plin. l. 28. c. 2, Apul. Apol. & Floridor. Hieron. 1. contra Ruffinum: in Oſeam c. 13. Minut. Felix in Octov. Cæcilius ſimulacro Serapidis denotato (ut vulgus ſuperſtitioſus ſolet) manum ori admovens, oſculum labiis impreſſit. Atq; hæc ipſa idololatria etiam innuitur Jobi 31. 26. Si adſpiciendo lucem cum ſplenderet, aut lunam, precioſum ambiens, pellectum eſt in occulto cor meum & *oſculata eſt manus mea cum ore meo:* Uti Hebraicè ſonat. A κύω, κυνέω, oſculor, eſt etiam προσκυνέω, i. e. adoro. Aut à geſtu canis, κυνός. Symbolon Pythagoræ: καθῆσθαι προσκυνήσοντας: adoraturi ſedeant. 2. Sam. 7. 18. Ingreſſus rex David, conſedit coram Domino: uti vox Hebræa habet. *Os ſublinere* quid ſit, docet Caſub. Veteres ideo etiam faciem linebant, ut nævos occultarent. Atq; hinc ortum proverbium: *Os ſublinere*. Quod de eo proprie dicebant, qui ſimulans ſe os alicui linere ad decorem, uti mos fuit contra & ſecus, quàm erat conſuetudo, os illi ridiculis picturis deturpabat, ut qui olim pingebant grillum. *Os* Græcè eſt στόμα: hinc ἐπιστόμιον, *epiſtomium*, quo os occluditur. Poſtea latius fuſum eſt.

Oſcum, Feſt. Cloatius putat eo vocabulo ſignificari *ſacrum*, ὅσιον quo etiam leges ſacratæ dicuntur *Oſcitæ*. Ad quod Joſ. Scal. Leges *Oſcitæ*, manifeſto dictæ pro *adſcitæ* veteri idiomate: ut *obeſſe*, pro adeſſe; *obſtare* pro *adſtare*, unde *obſtetrix*. *Oſcitæ* ergo *obſcitæ:* B interliſa eſt, ut *oſtendit*, pro *obſtendit*, ut dicebant veteres. *Oſcus* prius erat *obſcus*. *Obſcitæ* leges, *adſcitæ*. *Sciſcere* legem, quid ſit etiam pueri norunt. Hæc ille. VVaſer. in Mithridat. Notet lector, Græcos ſuum ὅσιον (unde *oſcum* Latini dixere) perſpicue mutuatos eſſe à Syriaco *choſi* vel *choſia*, quod pium, ſanctum & miſericordem ſonat. Ab Hebræo, *chaſid*, ἀπὸ κοινῆ τοῦ T. Unde *chaſiutha*, ὁσιότης, pietas, ſanctitas.

Et

Digitized by Google

Et hinc *Essæi*, secta philosophor. quasi insignem sanctitatem præ se ferentium est dicta. Quod erroris convincit illos, qui *Essæos* à verbo *hassa* Hebræor. quod est σιωπᾶν, deducunt: cum Essæorum lingua vel Hierosolymitana, vel pura Syriaca fuerit. Neutra autem agnoscit *hassa*. Terminatio Syr. est Ἐσσαῖος: Græca Ἐσσηνος: ut Ναζαραῖος, Ναζαρηνὸς Hæc ille.

Osiris aliis est beatus vir: ex Heb. אשר & איש. Aliis Ægyptium arridet etymon. Ab *os*, i. e. *multum* Ægyptiis: & ἶρις, i. e. oculus iisdem: Plutarch. Euseb. Diod. Sicul. l. 1. antiq. c. 2. Ut sit πολυόφθαλμος, Latine multoculus: & significet Solem. Aliis alia placent: sed quæ dixi commodissima. Tremel. & Jun. in Ezech. 8, 14. ecce autem mulieres sedebant, deflentes Thammuz, *notant*, lugentes *Osiridem* virum *Isidis*, at Ægyptii narrabant; quam amissum in Ægypto quotannis defleri Isis mandaverat. Hæc enim præstigiis suis & incantationibus magicis tantam sibi viroque suo autoritatem apud Ægyptios comparavit, ut pro diis summis haberentur, & mense quarto (qui mensis est ad messem in eo tractu ordinarius) colerentur. Est enim *Isis* Ægyptiis eadem quæ *Ceres*, dea, frugum: *Osiris* vero (ut Plutarchus eodem libello testatur) est dictus Ægyptiis *Ammuz*: unde (inquit ille) Jovis *Ammonis* nomen corrupte est derivatum. Vocem vero *Ammuz*, quam Herodotus & Plutarchus usurpant, non dubitamus ex corrupto *Thammuz* derivatam esse: cujus vocis duplex est significatio. *Primum* enim Ægyptiis abstrusum & occultum significat, ut Manetho Sebennites ap. Plutarch. ibidem interpretatur; quamobrem sacra illius quoque erant opertanea. *Deinde* vero mensem quartum significat, à solenni festo *Thammuz* sive Osiridis requisiti per sacerdotes administras Isidis cum ejulatu & planctu ma imo. *Hæc ille.*

Otium Scal. existimat derivari ab *aure*. Et quidem deminutum ὠτίον ratione meteriæ non repugnat. Sed & obliqui, ὠτὸς, ὠτὶ ab οὖς assonant. Et Latinè, in *aurem dormire*. Audiamus vero Scal. in Ænigm.

Quod pauci nôrunt, Græca ut dicatur ab aure.
Dataque ideo studiis nomen & acta sua.

Ne-

Neque male *otium* denominatur à Græco οὐδὲ: ubi scilicet *nihil* agitur, ubi feriamur. Gloss. *otium* ita interpretatur ἀπραγμοσύνην, h. e. vacationem ab actionibus. Et hoc etymon magis pro re est, quàm prius illud Scaligeri. Ab *otium* fit *negotium*, h. e. otio contrarium: quasi *nec otium*. Cabit in G, ut totius alibi. *Otium* & *negotium* per T, non C scribit Q. Papyr. Manut. & alii: quibus etiam vet. libri ac lapides consentiunt.

Obare: sicut A inprimis ad luctum & tristitiam faciendam exprimendam: aperitur enim os, ut quod cordi molestum accidit, elidatur & exhalet: Ita O gaudii nota est, ut in ἰώ, ἰά. Hinc *obo*. Festus: *Obantes*, lætantes ab eo clamore, quem faciunt redeuntes è pugna victores milites, geminata O litera. Quod satis probabile. Etiam *obo* dictum videri potest, quasi *Ebo*, ab εὐάζω, i. e. *eban* clamo à festivitate Bacchica. Aut quia Bacchus, autore Diodoro, primus triumphum invenit & de Indis triumphavit, factum, ut vox hæc, memoriæ & honori primi triumphatoris, in postero milite & victore obtinuerit. *Ebax*, εὐάξ, interjectio exultantis. *Eboe*, εὐοῖ: quasi εὖ οἱ: bacchantium vox. *Ebius*, εὔιος: *Eban*: εὐάν: cognomina patris Liberi. Serv. in 3. & 4. Æn. & Plutarch. in Marcell. faciunt ab *obis*: quia *obantes* immolare *obes* solebant.

Obis, ὄϊς, interposito digammate. Item οἶς οἰὸς, quod idem. Inde *opilio* quasi *obilio*. Ap. Poetas *upilio*: sicut ὄνομα, ὔνομα. Sed & membranæ Florentinæ semper *Upilio* legunt. Jos. Scalig. putat esse vocem magnæ Græciæ; ὀϊπόλος, ὀϊπολίων, sicut αἰπόλος. Scal. l. 1. poet. c. 4. Quanquam ποιμὴν omnem comprehendit custodiam, παρὰ τὸ ἐν πόα μένειν: tamen opilionibus solis attributum maluere. Rectius quasi οἰμὴν: ab ὄϊς & μένω. Quia proprie & ubique est opilio. *Obis* proprium est *Balare*, postea *dibalare*, id est, effutire, ap. Varr. *Balbus* à balando potius, quam loquendo, ap. Isid. l. 10. Scal. l. 1. L. L. c. 10. Varro cum nostrum *balare*, verbum magis commendat, quam Græcor. μηκᾶσθαι: sane utrumque factitium à sono pecudum contendit: ostenditque eos debuisse imitari vocem ovis balantis, ut βῆλον, non μῆλον, nomen imponerent.
Quod

Quod si ut ipsi loquuntur nunc, non ut nos proferimus, olim pronunciassent, sic quasi propemodum per Æolicum digamma; non recte corrigeret eos Varro: neque enim *balant* pecudes, sed balant. Βῆ, Suida teste, est imitatio soni ab ovibus, ap. Atticos; ex quo nos H non recte, aut saltim non more veter, Græcor. enunciare liquet. A βῆ ducunt quidam βληχᾶσθαι. Et quidem ut Lat. *Balo*, & Græc. μῆλον: per λ χ α, ovibus apte competit. A μῆλον fit *melota*. Utitur vet. Biblior. interpres Heb. 11. 37. *Circumierunt in melotis*, ἐν μηλωταῖς, i. e. in pellibus ovinis. Hesych. μηλωτὴ διφθέρα. Suid. μηλωτὴ ζώνη ἐκ δέρματος.

Ovum, ὠόν, παρὰ τὸ οἷον: secundum Graios. Per digamma Æolicum ὠFόν: inde recta *ovum*. Sic Argivi (testis Hesych.) ova appellant ὤβεα. Eustath. monet: etiam ὤεον & ὤιον inveniri. Frustra igitur est Papias: qui *ova* dici vult quasi *uvida*. Græca enim origo nimis manifesta, non desiderat aliam. Atqui hoc ὠόν flectitur ab Heb. עוף, avis: quia ovum est fœtus avium Post *ova piscium* dicuntur à similitudine. Proverb. *Ab ovo ad mala*, i. e. ab initio usque ad exitum, continuò. Sumtum à ferculis veterum, primo & postumo. *Ovum urinum*: οὔριον, οὔριον, ab οὖρος, ventus: hoc est ovum *quasi ventosum* & inane, quando incubatio non continuatur. Latinè *subventaneum* (quo utitur Lipsius) huc quoque pertinet. Varro 2. rei rust: Quædam *è vento* concipiunt certo tempore equæ: ut hîc gallinæ quoque solent, quare ova ὑπηνέμια appellant. Ad verbum, *subventanea*: & Germanis Windeyer. Inter ὑπηνέμια & οὔρια distinguunt autores. Unde etiam Aristot. l. 6. Histor. animal. c. 2. ita scribit: τὰ δὲ καλούμενα ὑπὸ τινῶν κυνόσουρα καὶ οὔρια, γίνεται τοῦ θέρους μᾶλλον. Et mox: ζεφύρια δὲ καλεῖται τὰ ὑπηνέμια ὑπό τινων, ὅτι ὑπὸ τὴν ἐαρινὴν ὥραν φαίνονται δεχόμενα τὰ πνεύματα αἱ ὄρνιθες. Plinius l. 10. c. 58. Quamvis tria pepererint, nunquam plus duobus educunt. Tertium, quod irritum est, *urinum* vocant. *Et mox*: Ipsæ autem inter se (si mas non sit) fœminæ æquè saliunt, pariuntque ova irrita, ex quibus nihil gignitur: quæ *hypenemia* Græci vocant. *Ibidem c. 60.* Irrita ova, quæ hypenemia

 dixi-

diximus, aut mutuâ fœminæ inter se libidinis imaginatione concipiunt, aut pulvere. Sunt autem sterilia & minora, ac minus jucundi saporis & magis humida. Quidam & *vento* putant ea generari: qua de causâ etiam *zephyria* appellantur. *Urina* fiunt, incubatione derelicta: quæ alii cynosura dixere. *Scalig. lib. 10. hist. animal. Aristot. cap. 6.* In sexto historiarum *zephyria* dicta ait Aristoteles aliquibus, quasi *vento* concepta verno tempore: & manu attrectata scititillantur. Quare etiam fiant γόνιμα, si antequam edantur aut addatur albumen, ineantur. Alia autem sunt οὔρια sive *cynosura:* æstate frequentius generantur: non à vento, sed ab humore contento inutili. Et sane intus quidam humor ventosus est & ineptus: ut quasi fœtus initia, seminaque haut insint, sed οὖρος. Quæ vox infrequentior est in usu communi loquendi ad hunc significatum, poeticumque ventum sæpius significat, atque eum quidem, qui à *puppi*, ut ait divinus poeta, *prosequitur:* neque alium; quasi ad navigii caudam accommodatum. Itaque altera interpretatio commodior videtur. Nam Plinius ostendit, etiam *cynosura* dicta. Theodor. Gaza ambitiosè *subventanea* οὔρια dixit: cum Latinum nomen haberet ex hist. Plin. in 10. lib. qui ibi *irrita* vocat. Melius *cassa* dixisset ille: quoniam prolifici seminis inania sint. Sic enim vocat Plautus *cassam nucem.* In eodem libro Plinius distinguit: οὔρια sive *cynosura* esse incubatione desertà; *irrita* autem sine maris initu nata. Tanto minus *subventanea* dicenda igitur: in quibus nullus ventus est; & quæ nulla vento generantur; saltim non omnia. *Hæc Scalig.* At quidquid sit: si pressius origo ipsa figatur: τὸ *subventaneum* Græcæ dictiones non respuent. A vento enim *hypenemium, urinum, zephyrium*, dicta sunt omnia. Hypenemium, ὑπηνέμιον, ab ἄνεμος, ἤνεμος: Urinum, οὔριον ab οὖρος: zephyrium, ζεφύριον à ζέφυρος. Sive à vento ea concipiantur: sive eidem similia sint.

P.

P*Alæstra*, non *palestra*, παλαίστρα: locus luctationis. Παλαίω luctor: πάλη lucta. Plutarch. 2. symp. q. 2. Cic. in Orat. *Palæstra adjuvat histrionem.* Apud eundem est *palæstrita*, luctator, qui in palæstra versatur. *Palæstricus*, παλαιστρικός: qui ad palæstram pertinet. De eadem agit Salmuth in Pancirolli deperdit. l. 1.

Palam, παλαιῶς, à πάλαι: quod ab Heb. בָּלָה, i.e. inveteratus est, senuit: בָּלֶה, *baleh*, i.e. vetus. Ex eodem possit aliquis ducere *palus*, *udis*, ut sit aqua inveterata & fœtens: ut & ἕλος. Vel quia *palus limosa*: fiet à πηλὸς, Doricè παλὸς, lutum. Mela l. 3. c. 9. *Ex limo concretarum paludium*, Gloss. *palus*, ἕλος, λίμνη. Sed à πάλαι, πρόπαλαι, *palam*, *propalam*. Nam & παλαιὸν, *vetus* interdum est tritum, usitatum, omnibusque notum: & opponitur recenti atque obscuro. Ut *palam* opponitur τῷ clam. Cicero pro Cecin. Hoc jam *vetus* est, & majorum exemplo usitatum. Idem de Orat. *Vetus* & usitata exceptio. Ita Plauto est *vetus* adagium: Terentio *vetus* verbum. His & similibus in locis *vetus* idem valet, quod probe cognitum, nemini obscurum, ἐμφανές, quod palam est.

Palatium. Vart. l. 4. *Palatium*, quod *Palantes* cum Evandro venerunt: aut quod *Palatini* & Aborigines, ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, ibi consederunt. Sed hoc alii à *Palatia*, uxore Latini, putarunt. Eundem hunc locum à pecore dictum putant quidam: Itaque Nævius *Balantium* appellat. *A balatu* ovium Scalg. in Conject. *Palatium* φαλαὶπον. Ita vocabant summa juga veteres Latini & Græci. Unde *Fala* & *Falantum* Hetruscis erat cœlum. Hæc ille Hesych. φαλαὶ, ὄρη, σκοπιαί: ita enim emendatè legitur. Nonio c. 2. *Falæ* sunt turres ligneæ. Enn.

--- Fiunt tabulata falaque.

Mihi illi omnia videntur fieri à φαλὸν, i. e. splendidum, illustre, album. Unde & *phaleræ*, φάλαρα. *Phalerata* verba ap. Terent. Phorm. a. 3. sc. 2. id est, splendida, aut ornata. φαλὸν à φάω. Nec ab alio *Falarica*, vel *phalarica*, φαλαρική, genus teli splendentis: aut flammas & incendia vomentis.

mentis. Terribile telum (*inquit Lips.*) si examinatis, visu & ictu: & hæc talia, quid nisi præludia nostrorum fulminum: l. 5. poliorc. dial. 5. *Virgil.* 9. Æn.

Magnum stridens contorta falarica venit.
Fulminis acta modo ------ *Liv. l. 21. dec. 3.*

Falarica erat Saguntinis missile telum, hastili oblongo & cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum exstabat. Id sicut in pilo, quadratum stupa circumligabant, linebantque pice. Ferrum autem tres in longum pedes habebat, ut cum armis transfigere corpus posset. Hæc ille. *Lucan. de Scæva:*

Hunc aut tortilibus vibrata falarica nervis
Obruat ------- *Silius in Sagunt. histor.*
Armavit clausos ac portis arcuit hostem
Librari multa consueta falarica dextra.

Veget. l. 4, c. 18. Quid si opidani exire non audeant, majore ballista malleolos, vel falaricas cum incendio destinant.

Palatum. Ejusdem originis cum palatio est *palatum*: quia veluti cœlum oris est, ut scribit Lexicon Calepini. Etiam Græcis οὐρανὸς & οὐρανίσκος est palatum: scilicet à cavitate rotunda. Cic. de Epicuro: Dum palato quid sit optimum judicat, cœli palatium, ut ait Ennius, non suspexit. Isid l. 11. *Palatum* nostrum sicut cœlum sursum est positum. Sed & Græci similiter palatum, οὐρανὸν appellant eò, quod pro sua concavitate cœli similitudinem habeat. Hæc ille. *Palatum* Tertulliano de Resurr. est *spelunca carnis.*

Palea, παρὰ τὸ πάλλειν. Qua ratione etiam *Vannus*, ab eadem jactatione, βάλλειν. Iccirco *acus* à Vasconibus appellatur *Balla*, quia succutitur & ventilatur. Scalig. Ex. 325. sect. 12. In sancta lingua est בליל, id est, pabulum ex diversis mistum, ut palea, fœno. *Palea* etiam est cartilago pendula in collo galli, ap. Varr. l. 3. rei rust. c. 9. Similiter à πάλλεσθαι: quia vibratur & movetur. *Palearia*, pellicula dependens à gutture boum: à similitudine *paleæ* in gallo. Virg. 3. Georg.

Et crurum tenus à mento *palearia* pendent.

Sed

sed & *pala* fiat à πάλλω: ficuti Græc. δίκτυα, à κίκω. Isid. l. 20. c. 14. *Pala* ventilabrum vulgo dicitur.

Palimpsestus, purè Græc. παλίμψηστος & elisâ literâ παλίψηστος. A πάλιν & ψάω, i. e. rado & tergo. Ut ita *palimpsestum* fit, quod iterum radi solet & detergeri. Cic. l. 7. epist. fam. 18. *quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam.* Ulpianus vocat chartam *deletitiam.* Budæus de asse vertit *Deletilem.* Catull. carm. 19.

Perscripta, nec sic, ut fit, in palimpsesto
Relata -----

Et hoc carmen ita Plantinus edidit Catullo adscriptum: quod tamen legitur in Catalectis Virgilii. Idemque in notis Catull. innuit Joh. Livineius. Invenitur etiam *Palinxestus*, παλίγξεστος, à ξέω: & *palinxystus* παλίγξυστος, à ξύω, i. e. rado, æquo. A ξύω etiam *xystus*: cujus veteres crebrò meminerunt. Erat porticus, in qua per hiemem athlethæ exercebantur. Suidas: ξυστὸς, δορύλλιον καὶ τόπος ἔνθα οἱ ἀθληταὶ γυμνάζονται, i. e. *Xystum, lanceola, & locus, ubi athletæ exercentur.* Quod etiam notat Hesychius. Dicitur *Xystus*, ξυστὸς, à ξύω, quod athletæ uncti strigilibus ibi *raderentur*. Legatur Mercurialis l. 1. de re Gymn. c. 9.

Pallium, quod *palam*, i e. foris gestaretur. Vel à *polleo*, ἀπ' ἀδέπεροιϛ ὀγίεϛ. Recte *pallium* (ut & *palla*) ab Hebræis פלא, *pala*, i. e. opertus, tectus fuit. Is enim usus. Ex eodem fit etiam τὸ *Velo, are*: itemque *velum*, παραπέτασμα: quod operit. Ob eminentiam, tegmen aut linteum, quo navis instruitur. Virg. l. 1. Georg.

Humida vela legit. Horat. 2. Serm.
Nautica vela. Ovid. 11. Met.
Vela summo fluitantia malo, Gloss. Cyr. ἱστιοπτής velivolus. *Velivolum* crebro de mari dicitur. *Lucret. l. 5.* Tum mare velivolis florebat navibus. *Ovid. 4. de ponto*: Velivolique maris vates. *Liv. Helena*: tu qui permensus ponti maria alti velivola. *Prudent. 2. in Symmach.* Veliovolum ratibus mare finditur. Ut vero *velare* γενικὸν est & amplius patet: ita postea etiam εἰδικῶς pro re nata sumitur. Et h. e. quod Scal. ait in Conject. Velati dicebantur, qui caput

put cinctum licio laneo habebant. Plautus amphit. act. 1. sc. 1. *Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.* Virgil. 12. Æn.

Velati lino & verbenis tempora cincti.

Taubm. in Amph. Plauti ulterius explicat.

Pallor, ut à cano canor, à vireo viror, à timeo timor: sic à palleo pallor. A בול, *bol*, palluit (notante Avenar.) unde & πελιὸς canus. Quid si verò πελιὸς dederit Latinum *palleo?* Aut πολιὸς, quod etiam *Pallidus*. Hesychius: πελιοὶ μέλανες ὡς ἀχρεοὶ, ἢ χλωροί. Quod notat etiam Suidas. -- *Pallere* etiam de herbis usurpatur, ap. Virg. 6. Eclog. *Pallentes ruminat herbas.* Ita enim legitur. Mavelim tamen *pollentes.* -- Quippe intelliguntur robustiores herbæ, aut duriores, quæ resistunt, nec satis una vice vel dentibus atteri, vel in ventriculo concoqui possunt. Inde ruminari eas oportet. Neque interpretes sat rationum dederint, quur *herbæ* ibi dicantur *pallentes*: uti vel recens Comm. Taubmani testatur.

Palma est ex Gr. παλάμη. Ab Heb. בלם, *balam*, i. e. constrinxit, obthuravit, ligavit. Inde & πέλμα. *Palmare*, i. e. materias *alligare*: ap. Colum. l. 11. c. 1. Ut ita *palmare* propriè sit firmare manu. *Depalmare*, ap. Agell. i. e. palmâ percutere, κολαφίζειν. *Palmes*, vitis flagellum. Fest. *palmites vitium sarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas, quasi digitos, edunt.* Palma arbor, à similitudine *palmæ* humanæ: quomodo etiam *dactyli* sunt fructus palmæ arboris; φοινικοβάλανοι in modum *digitorum.* Varro aliud etymon l. 1. rei rust. c. 31. palmæ arboris exquirit: sed à *palma humanâ* rectius petitur. Et quia *palma* arbor est ἡμιθαλὲς φύλλον καὶ ἀείφυλλον, quia adversus pondera imposita resurgit & sursum nititur: ap. Plutarch. symp. 8. c. 4. Agell. l. 3. c. 6. ideo non immeritò notat palma victoriam. Turnebus: *Palma* in vite. Varro ipse, quam interdum in vocabulorum veriloquiis absurdus est: *Palmam* dici quasi *parilemam.* Cum potius à similitudine humanæ *palmæ* nomen invenisse videatur. *Palma* arbor, à figura manus concavæ, quæ profert *dactylos.* Et quia non succumbit, sed contra

Digitized by Google

contra omnem molem acriter exurgit, ponitur pro *victoria*. Hinc *palmarium* ap. Terent. Eun. a. 5. sc. 4. i. e. palma aut præmio dignum, nobile, præcipuum. Apul. l. 1. metam. *palmaris dea* est victoria. Et *palmosus* Isidoro est victoriosus.

Palpo à θάλπω, vel potius à *palma*: παλάμη ἁφῶ: cui assonat ψηλαφῶ. Ut ita *palpare* sit blandè tangere manu, ac leviter contrectare. *Palpito* est leviter juxtaque frequenter palpo. *Obtrudere palpum*, & *palpo percutere*, propriè est fovere, molli & blando manus plausu tangere, aut contrectare, ac veluti poppysmo demulcere: ut de equis Virg. 3. Georg. ψηλαφᾷν, ut notat Turn. l. 4. *Pulpa* est caro sine ossibus: à *palpitando* dicta. Mollis enim est & tremula, inquit Casaub.

Pampinus, *ampinus*, ἄμφοινος quasi circa vinum aut vitem. Sunt pampini folia vitis, ἀμφ' οἶνον. Vel plenius: πόα ἀμπὶ οἴνω, more Æolico, i. e. herba circa vitem. Etiam possit *pampinus* dici, quasi *pampelus*, ab ἄμπελος, vitis Gloss. *Pampinus* φυλλάμπελον, βλαστὸς ἀμπέλου. Isid. l. 17. c. 5. *Pampinus* est folium, cujus subsidio vitis à frigore vel ardore defenditur, atque adversus omnem injuriam munitur. *Pampino* est pampinos decerpo: Varro l. 1.

Pan, πᾶν: quod hoc universum, τὸ πᾶν, gubernat. Dictus est, Macrobio teste, Arcadibus τῆς ὕλης κύριος, i. e. materiæ vel hujus universi cὔλης, dominus. Pindaro, ὀπαδὸς μεγάλης ματρὸς, i. e. comes magnæ matris. Artemid. ἐφιάλτης, i. e. insultor, vel incubus. A fistulis etiam συριγκτὴς dictus est, ut tradit Phurnutus. --- Sed ad etymon planè alludit Orpheus:

Πᾶνα καλῶ κρατερὸν γε θεὸν, κόσμοιο τὸ σύμπαν,
Οὐρανὸν ἠδὲ θάλασσαν, ἰδὲ χθόνα παμβασίλειαν,
Καὶ πῦρ ἀθάνατον. Τάδε γὰρ μέλη ἐσὶ τὰ πανός.

Pana voco robustumque Deum, mundi hoc universum,
Cœlum & mare & terram omnium reginam.
Et ignem immortalem. Ea enim membra sunt panos.

Ex

Ex quib, ut & pictura panos famigerata colligere promtum, quod veteres sapientes eo nomine nil aliud intellexerint, quam hanc naturam, Deumque juxta antistitem & naturæ universæ dominum. Quamvis multa etiam pro more suo (& qui aliter potuere?) involucris, immo & fabulis impiis texerint, neque hoc tantum, sed & mire deturparint. Ut *pan* etiam loco dæmonis & quidem primarii, multis fuerit. Sicut ex ipsius oraculo apud Porphyrium liquet: χρυσόκερως ὁλοπυργῖο Διωνύσου θεράπων Πάν: Aureis cornibus trucis Dionysii famulus Pan. Bodin. l. 1. Dæmon. c. 5. Positione 28. in hymnos Orphei hæc verba legimus: Frustra naturam adit, qui *Pana* non attraxerit, i.e. Satanam non invocaverit. *Panos* enim appellatione veteres omnes eum intellexerunt, qui Hebræis est Satan, terroresque *Panicos* dixerunt eos, qui à diabolis afferuntur, & quibus dæmoniaci agitantur, cum malignos spiritus ad vexandum se irruentes fugiunt. *Hæc ille*. Sed quædam vero pro Orpheo mitius exponi poterant, & omnino discrimen fieri inter priscos sapientes, quibus aliqua lux cognitionis divinæ affulsit: & inter vulgum, adeoque homines improbos, qui dæmonibus, aut diabolo volentes litarunt. Sed illa de Epitherse historia notabilis est apud Plutarchum de defect. oraculorum. Is enim Echinades insulas prænavigans vocem (à cæteris quoque epibatis exauditam) ex quadam insula profectam intellexit: *Nunciarent magnum Pana mortuum esse*. Quam gemitus inenarrabiles & infinita lamenta immensique ejulatus illico consequuti sint. Atque illud accidit Tiberio imperatore, & eo tempore, quo Christus θεάνθρωπος obiit. Hoc quippe autore imperium diaboli attritum valde & destructum fuit, profligati sunt dii, atque oracula nascente Christo conticuêre, ut scribit Nicephor. l. 1. c. 17.

Panacea, *Panace*, *Panax*: πανάκεια, πάνακες, πάναξ: quasi omnia sanans. A πᾶν & ἄκος: quod omnibus medetur morbis. Ἀκέομαι, sano, medeor. Plin. l. 25. c. 4. *panacea* ipso nomine omnium morborum remedia promittit. Ea causa Lucano est potens l. 9.

Et

Et panacea potens ——— Suid. πανάκεια θεραπεία.

Pancratium, παγκράτιον: à πᾶν & κράτος: quia παγκρατεῖ, i. e. *omnibus* viribus corporis peragitur, Scal. l. 1. poet. c. 22. pugilatui propior παγκρατιαστής. Nam pugnorum & *omnium* alior. membrorum vi experiebantur. Etiam calcibus, etiam genibus, etiam dentibus abutebantur. Gloss. *pugilis*, παγκρατιαστής. Sed Græcum hoc à Latino minime exhauritur. Et satius est in urbem recipere Græcum, *Pancratiasta*. Dicitur etiam *pancratiarius*, παγκρατιάριος: de quo Joh. Meursii Gloss. Græcobarbar. legatur. Plaut. bacch. a. 2. sc. 3. *Benéne usque valuit? pancraticè atque athleticè*. Et Epid. a. 1. sc. 1. *Quid herilis noster filius? valet? pugilicè atque athleticè*, h. e. more pugilum & athletarum, qui sunt firmis lateribus & lacertis. Unde etiam ἀθλητικὴ ἕξις, ap. Aristot. id est, *athletica habitudo*; scilicet corpulenta & robusta.

Panegyris, nomen generis, πανήγυρις, ὅτι πάντας ἤγειρε, i. e. omnes congregabat. Ejusdem enim est originis ἄγυρις, ἀγείρω, ἀγορά. Fuit autem mos Græcis, addere voculam, πᾶν multis verbis; ubi universitatem consignificare vellent. Scal. l. 3. poet. c. 109. Vera ac propinqua compositio ex πᾶν & ἄγυρις. Hesych ἄγυρις, σύνοδος, συναγωγή: ex ἀγορά. Quod ab Hebr. גָּעַר, i. e. sonuit, crepuit. Forum est streperum.

Pandecta, πανδέκτης, à πᾶν καὶ δέχομαι, quod omnia contineat, Agell. l. 13. c. 9. πανδέκτας exponit *libros, omne rerum & doctrinarum genus continentes*. Ab eodem δέχομαι, fit *Synecdoche*, quod nomen figuræ est multæ efficaciæ. Nam σὺν significat, totum & partem simul esse: *Ex* significat exceptam qualitatem, aut aliud à parte & toti attributum. Δέχεσθαι notat ipsum motum translationis. Dum verò hodie importuni quidam Theologi juxta Albim, συνεκδοχὴν derivant à συνέχω: meritò deridendos se aliis propinant.

Pando, à Græco πτάω aut πετάννυμι, leviusculâ mutatione. πτάω autem à פָּתַח, patefecit. A pando *Panda*, ἡ εἰρήνης θεὸς, pacis dea, pandens & aperiens portas, ap. Arnob.

Arnob. l. 4. Agell. l. 13. c. 21. *Peranna*, *Panda*. Non enim legendum *Pranda*: ut recte monet VVig. Spanheim. A panda porta *Pandana* Romæ, ap. Varr. l. 4. L. L. A *pando pandiculor*: ut à mitto missum missiculo: à pendo pensum pensiculo. *Pandiculari* dicuntur, qui oscitantes toto corpore expanduntur, & panduntur, atque ita pandi fiunt. Signum ignaviæ & pravæ concoctionis. A *pando* facit Isid. Gloss. *pandex*. Hinc ait: *Pandex*, qui semper pandit ora ad potandum.

Pango, *pago*, Dorice πάγω πηγνύω, πήγνυμι, πήγω. Inde πηγὸς & πηκτὸς *pactus*, compactus, fixus. Ex Hebr. פָּגַע, *paga*, *pag*, i. e. impegit occurrendo, incurrit, incidit, intervenit, intercessit. A *pago*, *pages* & usitatum *propages* & *propago*, quia propagatur. Estque *propago*, porro pago aut *pango*: ut in plantatione. Similiter dicitur *compages*, quod ita è multis jungitur ac compingitur. Ut à pateo patina: sic à pago *pagina*. Et rursum ut à patina patella: sic à *pagina* pagella. Ita dicitur, quod *pacta* sit & cohæreat. *Pastinum* bifurcatum erat, ac bidens, quo in glareis utuntur ad vineas vibisci. A *pangendo* nomen habet. Scrobe namque facta demissum malleoli crassius caput obsidebant auriculis *pastini*, quoad terra obruissent, ut æqualiter operiretur undique. Hæc ex 3. Columellæ, Scal. in Theoph. de plant. Alii faciunt *pastinum* à *passus*: ut quo terra fiat *passa* & ita *pateat*. Sed utrumque etymon eodem ferme tendit. *Pastinare* est *pastino* aptare & fodere: vel facere, ut terra *passa* atque apta sationi sit. Gloss. Cyr. βωλοστροφῶ *occo*, *occillo*, *pastinor*, *pastino*: βωλοστροφία, *pastinatio*, *repastinatio*. Pastinaca est itidem nomen tam herbæ, quàm piscis. Turneb. l. 8. c. 23. *Pastinaca* piscis nomen ex eo invenisse videtur, quod telum quasi *pastinum* habeat. *Pastinaca* herba, quod *pastinum* referat & tanquam habeat. Legatur Plin. l. 32. c. 4. & in eum Massarius: nec non Diosc. l. 2. c. 19. & in eundem Matthiol. & Bauhin.

Panicum, non à paniculis dictum, ut Plin. l. 18. c. 7. innuit: sed ab Hebr. פַּנַּג, quod idem est. Cæsar 2. Bell. civ. *Panico* vetere atq; hordeo corrupto omnes alebantur.

Digitized by Google

tur. פַּנַּג, *Pannag*, exstat Ezech. 27. 17. Cum frumentis terræ Minnith & *Pannag* & melle & oleo: uti quidem Vatabl. & Pagn. habent. LXXII. ἐν πράσει σίτου καὶ μύρων καὶ κασσίας καὶ πρῶτον μέλι. Ver. interpres: In frumento primo *balsamum* & mel & oleum. Avenar. vertit, *panicum*. Inde significationes conjungit El. Hutterus: *Pannag*, ἔλυμος, σιτώδης σπέρμα, μύρος, βάλσαμον, Panicum, frumenti semen, unguentum. Tremell. & Jun. tritico Minnithæ & *Phœniciæ*. Et addit: Hebraice *Pannagi*, unde corrupte profluxit *Phœniciæ* nomen. Scaliger in fragmentis Berosi: *Canaan* est pater Sidonis, à quo *Sidonii*: à Sidoniis *Tyrii* & omnes *Phœnices* Gen. 10. 15. *Canaan*, secundum Sidoniorum censuales, cognominatus fuit פִּינְחָס, φοίνιξ: quomodo nepos Aharonis. Sed tunc ita apices vocales notandi פִּינְחָס: quomodo etiam LXXII. legisse videntur. Hæc ille. Ergo *Phœnix* nomen gentile: h. e. è *Phœnicia* ortus. *Phœnix*, φοίνιξ, dicitur etiam *Pœnus*, & rursum *Punus*. Gloss. *Puni* Ἄφροι. Inde *Punicus*, qui in *Phœnicia*. Ut *mala Punica*: *fides Punica*. Gloss. *Punicus*, φοινικοῦς, φοίνιξ τὸ γένος. Cato c. 85. *pultem Punicam sic coquito*. Fest. *Punicum*, *genus libi*, *translatum à Pœnis*. De altera voce *Phœnix* actum in *Badius*. Revideatur.

Panis instar omnis alimenti & maxime necessarii: à πᾶν. Quomodo Hebr. dicitur מַטֵּה־לֶחֶם *baculus panis*, i. e. robur, quasique fulmentum, quo innititur vita nostra: ἄρτος ἐπιούσιος. Lev. 26. 26. Ezech. 4. 16. & alibi. Sirac. 29. 25. ἀρχὴ ζωῆς ἀνθρώπου ὕδωρ καὶ ἄρτος. Hæc enim duo τὰ κυριώτατα πρὸς τὸ ζῆν, ut loquitur Strab. l. 16. Patet igitur, quare *panis* à πᾶν vocatus sit. Nam etiam Veteres *panis* & hoc *pane* dixerunt, ut Taubm. not. in Curc. Plauti. Isidor. l. 20. *panis* dictus, quod cum *omni* cibo apponatur, vel quod *omne* animal eum appetat. Vulgo à *pasco*, *pastum*: aptè, sed præter analogiam. Jos. Scal. nomen magnæ Græciæ esse putat, dum ad hæc verba Varr. l. 4. Panis, *quod primo figuras faciebant* notat: Athen. l. 3. πανὸς, ἄρτος. Μεσσάπιοι καὶ τὴν πλησμονὴν πανίαν, καὶ πανία,

 τὰ

τῷ πλάσματι. Deinde, καὶ ῥωμαῖοι δὲ πάνα τὸν ἄρτον καλοῦσι. Tamen non caret ratione, quod ait Varro. *Panus* enim τολύπη, glomus: unde quædam placentæ, quod ad eum modum confictæ essent, τολύπαι, dicebantur. Meminit Athen. l. 3. Clem. Alexand. Protrept. οὐ σησαμαῖ ταῦται, καὶ πυραμίδες, καὶ τολύπαι, καὶ πόπανα πολυόμφαλα. *Glomus* vocabatur Latine, quod τολύπη, glomus. Autor Fest. Vel est, quod Poll. l. 6. ὠνομάζετο δὲ ἄνα καὶ πλινία, ἃ καὶ τοῖς πλακοῦσιν ἐπέκειτο, προσεοικότα πλινθίοις. Λοξὰ δὲ ἦν τὴν χρόαν. Quod Var. videtur innuere. Alioqui scio, πλινίον & Dorice πανίον ἀπὸ τῆς ἀτρακτυλλίδος sumi: cũ hic ἀπὸ τῆς τολύπης. Unde & tumor inguinũ (qui morbus pueros infestare solet) vocatur *panus*: & *paniculæ* Plinio τὰ τολυπειδῆ. At *Panicæ* in milio aliud est: id enim à Græco etiam manavit. Πανίκη enim αἱ τρίχες καὶ ἡ κόμη. Hæc ille. *Panis* Martinio in Lexic. simpliciter dicitur à πάομαι, i. e. edo. Germ. Beck est à Phrygum βέκ, βέκος, βέκκος, de quo Herodot. & alii. Consonat Heb. בַּג, *bag*, i. e. cibus, daps, quidquid ab homine editur. Græci nominant ἄρτον. Hinc *artotrogus*, à τρώγειν & ἄρτος, i. e. rodere. A quo τρώγω fit etiam τράγημα, *tragema*, quod veluti ad rodendum in secunda mensa apponitur. *Artocreas*, ap. Pers. ex ἄρτος & κρέας, unde miscetur. Quomodo ex πᾶν κρέας fit verbum *pancro* & *impancro*, i. e. invado: quasi πᾶν κρέας consumo, ap. Nonium l. 1. *Artopta* vas fuit, in quo panis tostus coquebatur, ὀπτάομαι. Ut *panis* à πᾶν: Ita *Holus* ab ὅλον, de quo Scal. l. 1. de plant. *Holus* dicit quamcunque herbam esculentam, claro indicio priscæ frugalitatis, quæ ad victum nihil opsonii sibi deesse existimaret, modo ne deesset *Holus*. Hoc enim ὅλον est. Valla l. 3. c. 9. Est holus, omnis herba sativa, qua vescimur, & cujus foliis & caule in edulium utimur. Etiam Manutius *Holus*, cum adspiratione, ex Festo, Nonio, & fragmento antiqui calendarii deducit. Aliis *olus* ab oleo, i. e. cresco, secundum eminentiam. Sed prius etymon præcellit. Ab holere deducit Meursius *helvonem*, ad illud Plaut. in Capt. a. 1. sc. 2. Heg. *multis oleribus*. Par. *curato ægrotos domi*. Ægrotos (inquit) oleribus curatos esse

Digitized by Google

esse olim, vel ex uno isto Plauti loco facile apparet. Et huc pertinet Plin. l. 20. Nat. hist. Inde helvones antiquitus proprie appellati. Nam *belus* pro *bolus* veteres dicebant. Quia vero ægroti nauseabundi valde sunt, fastidiosique & delicati ciborum arbitri, hinc postea translata ea vox ad homines delicatos, opiparosque qui magnas pecunias in dapes profunderent: non in voraces, quod hactenus tamen ab omnibus falsò existimatum est. Ita Meursius: sed quantam inveniat fidem, non video. Neque enim cohærent *bolus* & *heluo*: licet ap. Fest. etiam *belus* reperiri non infitier. Quid tum postea? *Holere* curati sunt ægroti antiquitus. Si ita: ergo non spreverunt holera: sed necesse est comedisse. Atqui helvones non holere capiuntur, sed potius ciborum deliciis. Deinde nausea aut fastidium, quod loco causæ adjicit, in utrisque dispar longe. In helvone, quoad holera: Abjicit enim & alia poscit sibi. In ægrotis non quoad holera est fastidium: utpote quibus adhibitis sanitatem recuperant. Itaque vir ille doctiss. è quodam remoto principio rationem arcessere videtur. Alijs *belluo, belluari*, ab ἑλλην i. e. Græcus: quomodo *græcari, pergræcari*, est ἑλληνίζειν Et valde hoc placet. Alijs ita: Ut comedo, bibo, à verbis: ita *heluo* ab *eluere*. Graphice exprimit Plaut. a. 2. sc. 4: Trin. *Comesum, epotum, exutum, elotum* (alii elutum) *in balneis*. Ubi quidam malunt pro *exutum* legere *exunctum*. At quid opus? Non enim tantum in unguenta, quantum in vestes insumebant. Et ipsa unguenta, quibus potissimum in balneis utebantur, in verbis continentur postremis. At qui litera H. à capite accedit, si sit ab *Eluo*? Causa in promtu est. Additur adspiratio, ut aviditas magis exprobretur: Fit enim vox incitatior, ait Fest. Quo pertinet, quod Scal. Ex. 266. H vocat, quasi vomitus imitatricem. Simile est, quod idem affert lib. 1. c. 22. L. L. *Lurcho* contra analogiam asspiratum fuit. Nam ut *muceo* à muccis: *bucco* à buccis: Ita *lurco* à *lura*, propter ingluviem & ebrietatem. Sed ratio significationis potior fuit ob sonitum voratoris. *Lurco*, quasi *lurico*,

 vel

Digitized by Google

vel *lurigo*, per initia. *Lura* est uter coriaceus: Festo, os culei. Inde *luridus, luror*. Scal. Ex. 325. s. 16. Fit ex flavo & nigro viridis. Quare & gradus quidam in hoc, *Luridus* vocatur. *Et post:* Est autem pallidus ingrato nigrore mistus. Qui color coriis quibusdam: *Bazanum* Gallis. Ea coria veteres *lora* & *lura*. Et 104. sect. 22. *luridum* est lividum à *lori* percussione dictum. Cujus coloris sunt vetustæ vibices concreto sanguine. Quamobrem *lurida* venena dixerunt poetæ. Tertull. *Luridati maculis*, l. 4. contra Marcion. Aliis *lura* à λαῦρος: à quo revera *Largus*. Est enim λαῦρος copiosus. Hom. Iliad. π: λαυρότατον ὕδωρ. Eustath. a λᾶ & ῥέειν facit λαῦρος. Ex hac origine *Largiri* est abunde & ampliter dare. Quod etiam autoritate multiplici probatur.

Pantheon & *Pantheum*, πάνθειον, quasi πάντων τῶν θεῶν, i. e. omnium deorum. Aut πᾶν, i. e. summum deorum. Templum, ab Agrippa Jovi extructum. Marcell. l. 16. nominat *pantheum*, regionem teretem speciosa celsitudine fornicatam.

Panthera, Græce πάρδαλις: animal maculosum; dicitur quod omnium fere ferarum coloribus distinguatur, & splendeat: à πᾶν & θήρ. Unde θήρα, i. e. venatio: θηρεύω est feras persequor: i.e. venor. *Panthera*, πανθήρα, i. e. πᾶσα ἡ θήρα: universa venatio. *Panthera* & *panther*, πάνθηρ, utut ratione dictionis & etymi conveniant: tamen distinctæ bestiæ sunt, ap. Plin. l. 8. c. 17. Conr. Gesn. & Ulyss. Aldrov. *Pantheron*, etiam rete, quo omnis generis animalia capiuntur. Varro l. 4.

Pantices. *Pantex*, quasi *pandex*: quia *pandat* veluti & dilatet: aut à *panus*, i. e. tumor. Jos. Scal. in catal. sunt *pantices*, quod vulgò vocamus *farcin*, corrupte à *farcimine*. Nam ita vocat Veget. Et Martial. l. 6. Ep. 64.

Qui cum panticibus laxis, & cum pede grandi
Et rubro pulmone vetus ———

Ubi pulmonum φθίσει hominem laborantem intelligere nihil vetat. Sed ego puto, pulmonem & pantices ibi idem esse: quemadmodum & pulmunculum, ap. Veget. quod pantices pulmonum ruborem referant. Itaque sic

ſic locus Plauti in Epid. a. 5. ſc. 1. accipiendus eſt: pedibus *pulmoneis*. Ut pedes *pulmoneos* intelligat, qui *panticibus* ulceroſi ſunt. Niſi referatur ad proverbium: πλεύμων, de ſtupido. Vel potius dixerit *pedes pulmoneos*, tumidos: ſicut Plin. l. 15. c. 14. *pulmonea* quædam poma vocata ait, i. e. ut ipſe interpretatur, *ſtolide tumentia*. Idem Scal. in phallicis: *Latet jacente pantice* notat: à *pantice* ventrem vulgo vocamus *pancitam*: Niſi ſit à *pane*, quaſi *paniciam*: quod facile credo.

Panuelium, à *panno & volvendo filo*: ap. Varr. lib. 4. Gloſſ. Philox. *panucellium*: πήνιον. Iſid. l. 19. c. 28. *Papuliæ vel panuelæ, quod ex iis panni texantur. Ipſæ enim diſcurrunt per telam.* Ergo videntur radii eſſe. Scal. in Varr. ap. Iſidor. non prorſus malum autorem legitur, *panuelium*: Item Heſych. qui in Græca voce explicanda uſus eſt vocabulo Romano. Πηνίον, inquit, πανούκλιον, ἢ ἄτρακτος, εἰς ὃν εἱλεῖται ἡ κρόκη. Quæ ſi vera eſt lectio, videtur à *pano luendo* panuelium dictum. Unde hodie *dividere* dicunt Francæ mulieres, à *dividendo*, h.e. luendo filo. Hæc ille. *Pannus* eſt textum ſive lineum ſive laneum: à πῆνος, quod recte ducitur à πένω, i. e. ἐνεργῶ, laboro, operor: ſcilicet κατ' ἐξοχήν. Eſt enim nimis operoſum. At ὁ πῆνος vel ἡ πήνη eſt tela, item textum: πηνίον, à πῆνος. Suid. πηνίον τὸ, ἄτρακτος, ἐν ᾧ εἱλεῖται ἡ κρόκη. Differt igitur *pannus* & *panus*. Nam *panus* eſt tramæ tumens involucrum, & alia hujus generis. Revideatur *Panis*. Et ita *panus*, proprie glomus, fit à πανίον Dorice, pro πηνίον, quod eſt ἄγαθις, glomus. *Panuceus* eſt *pannis* tumens tanquam ex *pannis* factus. Plin. l. 15. c. 14. *Celerrime in rugas mareſcunt pannucea*: ſcilicet mala. Legatur Turneb. l. 28. c. 33.

Papilla, quantum differat à mamilla, è ſcriptoribus ægre diſces. Verſiculus ille ἀδέσποτος, proprie vivorum eſſe docet:

Papillas vir habet, pecus ubera, fœmina mammas.

Ut certiores ſimus, ita conjectamus. Ut à mamma (quæ eſt mater, ab אם, voce puerili) formatur mammula, mamilla: Sic à *papa aut pappa*, i.e. pater, item cibus infantilis,

tilis, *papula, papilla.* Unde etiam Propertius corripit l. 4. Eleg. 4.

——— Inhumanæ dura *papilla* lupæ.

Hæc nominis significatio princeps: quæ postea alio migravit, sed facile revocatur. Ita ap. Senecam: *Papulas* observatis alienas, ipsi obsiti plurimis ulceribus. *Papula* est pustula ap. Cels. l. 5. Isid. paulo aliter l. 11. orig. Dictæ *papillæ*, quod eas infantes quasi *papant*, dum lac sugunt. Proinde *mamilla* est omnis eminentia uberis: *papilla* vero breve illud, unde lac trahitur. Hæc ille. Sed analogia tamen & usus nostræ sententiæ magis favet. Quamvis *papa* & *papare*, ambo sint πεποιημένα. Festus: *papillæ* capitula mammarum dictæ, quod *papularum* sunt similes.

Pappus, πάππος, πάππας, ex Hebræo, ut & prima puerorum voce proprie est *pater*, avus, senior. Postea metaphora ab ætate illa senili, ut cui flocci, propter canitiem, tribuuntur, sicuti ap. Plaut. Epid. a. 5. sc. 1. *senes defloccati*, sunt. *Pappus*, πάππος, est lanugo carduorum, seu flos, qui lanuginosus fit: item quivis flocci. *Pappi*, Carduorum flores; Nicander & Festus. Lucret. l. 3. *papposque volantes.* Ita etiam herba dicitur *senecio*, Græcis ἠριγέρων. Diosc. l. 4. c. 92. Nomen sibi venditavit, quoniam flores capillorum ritu canescant. Plin. l. 25. c. ult. Erigeron, quia vere canescit. Et ibidem post: Eam Callimachus acanthida appellat, alii *pappum*. *Papilio*, ea forma dicitur ut vespertilio: à, pappus, *pappilio, papilio*, insectum à similitudine floccorum. Columell. l. c. 14 Postea & velum sic dictum, quod arcendis papilionibus obtenditur: sicuti *conopeum* similiter à κώνωψ.

Papyrus, etiam *papyrum*, πάπυρος & πάπυρον: Germ. Papyr: quam vocem & aliæ nationes suo more moduque adsciverunt. Ut vero papyrus planta Ægyptia est, de qua agit Theophr. l. 3. hist. plant. c. 9. Diosc. l. 1. c. 98. Plin. l. 13. c. 11. 12. ita etiam haut dubie vox erit Ægyptia. Unde vero dicta aut ducta: ignorant Eruditi; etiam illi, qui ex professo de papyro scripsere. Quod est

Digitized by Google

est Hebræis Ies. 18. 2. *in vasis*, גֹמֶא: id Hieron. vertit *papyri*. Alii *junci*. Et quidem dicitur גמא ex eo, quia in undis nascitur & humorem veluti sorbet. Verbum enim גָּמָא est sorbuit, exhausit. Qua notione convenit cum papyro, *quæ* (ut ait Plin. l. 13. c. 11.) *nascitur in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagatæ stagnant*. Tremel. & Jun. locum Jes. 18. 2. vertunt: *instrumentis scirpeis*. LXXII. habent ἐπιστολὰς βιβλίνας. Iidem Græci, גמא vertunt πάπυρον Exod. 2. 3. Job 8. 11. Buxtorf. *juncum, scirpum*. Gloss. πάπυρος, *papyrum, scirpus*. Plin. l. 13. c. 11. *præparantur ex eo chartæ, diviso acu in prætenues, sed quam latissimas philuras*. Is amplius legatur: & in eum notæ Dalechampii. Inprimis vero *de papyro comment*. Guilandini, Ital. & Latini qui exstat: sat magnus, fateor. At exiguus futurus, si aliena, & quæ ad papyrum nihil faciunt, inde (uti par erat) resecentur.

Par, τὸ, παρὰ significat juxta. Id enim *par* est alii, quod juxta aliud poni potest ad commensū. Deinde quæ *juxta* ponuntur, admittunt judicium comparationis, παρὰ nota collationis. Unde *parabole* à παραβάλλω, quasi *juxta jacio*: quia unum cum altero conferentes, ad id plerumque adjicere solemus & admovere: παραβολή. Hinc nostrum *Par*, ait Scal. in Theoph. de pl. Aut *par* venit ab Heb. חָבַר, i. e. comparatus est, conjunctus fuit. Et proprie dicitur de consociatione parium, quæ sint ejusdem generis, ac conditionis. Inde חָבֵר, i. e. socius, compar, consors. A *par* est *pario*, i. e. par facio. Et exemto I, *paro*, *comparo*, i. e. confero aliquid cum aliquo. Aliud vero est, quando dicimus: *comparare* pecuniam, i. e. conficere: à *paro*, de quo alibi. Cæterum *compar* significat πάρισον, seu par, æquale, aut conveniens. *Suppar*, minuit paulo, i. e. ex parte, vel quodammodo *par*: hoc indicat sub: quod est inferioris gradus, *Dispar* autem prorsus sejungit, & omnem tollit paritatem. Ea vis est particulæ *Dis*, ut ubique separationem, sive motum à quo, introducat: Veluti exem-

pla indicant, *distinguo, discurro, disjicio, distraho, dissipo,* aliaque innumera, & quæ paulo obscuriora, ut *discupio,* ap. Catull. i. e. varie & anxie cupio. Quando animus hinc inde dividitur. *Dilaudo,* i. e. in partes varias laudo, ab uno ad aliud transiliens.

Paradisus, παράδεισος vel rectius παράδησος, ut notat Fr. Jun. in Gen. 2. Videtur Græcanici ortus, quasi hortum arboribus conseptum, & herbis consitum significet: Suid. Strab. Plutarchus in Demetrio, Philostratus in vita Apollonii Tyanei, Pollux. *Vivaria* quoque eo nomine appellari notavit Agell. l. 2. c. 20. Suid. ἀπὸ τοῦ δεύειν: vel ἀπὸ τῆς δεύσης, seu δεύσεως, ab irrigando ducit: ut sit quasi παράδευσος. Videtur aliis Persicum esse. Xenoph. lib. de admin. dom. ὅπως κῆποί τε ἔσονται, οἱ παράδεισοι καλούμενοι, πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεστοί. *Pardes* est pomarium, quæ vox extat Neh. 2. 8. Eccles. 2. 6. Cantic. 4. 12. Ubi LXXII. Interpret. ponunt παράδεισον. Hebr. פַּרְדֵּס, componitur ex פָּרָה, i.e. protulit fructus: & הֲדַס, i.e. myrtus arbor. Paradisus vocatur etiam *hortus Hedenis* Gen. 1. 15. *hortus Iehovæ* Ies. 51. 3. *hortus Dei* Ezech. 28. 13.

Paralysis, παράλυσις, verbatim est *resolutio.* Medici εἰδικῶς sumunt, uti notum est: & ita sumitur Matt. 8. Similiter & Syris מַשְׁרְי, *meschari,* à verbo שְׁרָא, quod est solvere. Ut παραλυτικός: ita etiam Græcis παραλελυμένος dicitur μαλακικῶς. Aristot. l. 1. Eth. c. 13. Gloss. Cyr. παραλελυμένος, *Debilis.* Intelligitur paralyticus. Gloss. Philox. *Debilitatus* παραλυτικός. *Analysis* ab eodem Gr. λύειν. Ex eo libri aliquot Logicæ Aristotelis inscribuntur, quorum duo posteriores πρὸς τὴν ἀπόδειξιν καὶ διδασκαλίαν pertinent. Themistio enim & aliis ἀναλύειν est rem revocare ad suas causas & principia. Quem significatum ut strictim sibi venditant Logici: ita proprie ἀναλύειν, si usum & originem spectemus, est resolvere, dissolvere, exsolvere: de quocumque etiam usurpetur. Paulus ad Phil. 1. τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. Quod plerique παθητικῶς vertunt, sed improbante

magno

magno illo Germaniæ Doct. Philip. Melanchthon. Neque causa latitat. Tertull. Cupio *recipi*. I. C. Scal. *Cupio dissolvi*. Erasm. desiderans *dissolvi*. Pagn. desiderans *migrare*. Tremell. *Liberari* concupisco. Beza: desiderio tendens ad *dimissionem*. Neq; desunt, qui interpretentur: Cupio *solvere*. Quasi metaph. sit à nautis, qui è portu navem resolvunt. Sed quantum memini, nuspiam τὸ λύειν vel ἀναλῦσαι, aut Latinorum *solvere* vel *resolvere* ἐξαιρέτως ponitur pro navem solvere. Sicut forte τὸ ἀπαίρειν. Sed ubique apponitur vel navis, vel nauta, vel portus, vel funis, vel mare, vel quid simile. Synesius: λύσαντες ἐκ Βυσδδείω. Plaut. Merc. iisce confectis *navim solvimus*. Joach. Camerar. Verbum, *inquit*, ἀναλῦσαι, migrandi habet significationem. Et alii exponunt per *reverti*, *discedere*. Ut Luc. 12. Πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων. Plutarch. in vita Gracchor. ἑσάκις ἀνέλυοι μετὰ δεῖπνον οἴκαδε, τὰ φῶτα κατασβεννύντας οἱ πολῖται. Atque hæc interpretatio ut satis commoda: ita nervosiorem puto, si apostolicum illud ἀναλῦσαι vertamus per ipsam *mortem* vel *exsolutionem*: Habens desiderium ad mortem. Nam quid mors, nisi *solutio* animæ & corporis? Mercurius: θάνατος γίγνεται διάλυσις καμόντος σώματος. Et post: καὶ τοῦτ' ἐστι θάνατος, διάλυσις σώματος. Seneca de consolat. Mors omniũ dolorum *solutio* est & finis. Chrysost. Mors est nomen sine re, & nihil aliud quam somnus & migratio, translatio & requies, tranquillus portus & perturbationis liberatio, à vitæ curis *absolutio*. Arnob. contra gentes. Quur nostra scripta ignib. meruerunt dari? Quur immaniter conventicula dirui? In quibus summus oratur Deus: pax cunctis & venia postulatur, magistratib. exercitib. regib. familiarib. inimicis, adhuc vitam degentibus, & *resolutis* corporum vinctione? Etiam τὸ ἀναλύεσθαι, ἢ ἀπολύεσθαι nude ap. Græcos est mori: ἀνάλυσις, item ἀπόλυσις est mors. Testis mihi Themistius: Ἀπολύεσθαι τὸν ἀποθνήσκοντα καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσιν, i.e. morientem *solvi* & mortem *solutionem* vocant. Gregorius Nazianz. in orat. de iis, qui ex Ægypto venerant: ὁ δὲ πρὸς τὴν αὐτὴν κατάλυσιν ἢ ἀνάλυσιν ἐπὶ τοῖς

αὐτοῖς

αὐτοῖς ἄθλοις ἐπείγεται. Oecumenius dictum 2. Tim. 4. ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε explicans, ἀνάλυσιν ait reditum dici ad Dominum. Etiam ap Latinos τὸ *solvi* pariter est mori. Prudent. in Roman. Anima *absoluta* vinculis cœlum petit. Idem clarius Apoth.

> Christus nostra caro est, mihi *solvitur* & mihi surgit:
> *Solvor* morte mea, Christi virtute resurgo.

Apud Virgil. 4. Æneid. *solvere* est ex hac vita per mortem eripere:

> Accipite hanc animam, meque his *exsolvite* curis.
> Et post: ---- Nexosque *resolveret* artus.
> Et iterum: ---- Teque isto corpore *solvo*.

Parapherna, quasi παρὰ τὴν φερνὴν, præter dotem: ab Harmenopulo dicta ἐξώπροικα, & quidem recte. Nam ut Pollux scribit, λέγοις δ' ἂν πρόσοικα καὶ φερνὴν, τὴν παρὰ τῆς γυναικὸς δόσιν. Liv. l. 26. de Scip. Afric. *Super dotem*, quam accepturus à socero es, hæc tibi à me dotalia dona accedant. Cic. Philip. 12. His quasi *præter dotem*, quam in civilibus malis acceperunt.

Parasanga, παρασάγγης: ex *parasangara*, quod est spatium 30. stadiorum. Ab Hebr. פָּרָשׁ, eques, & angarus. Interpretamur equitem, vel equestrem tabellarium, aut ministrum, ἄγγαρος: de quo ante. Isid. l. 16. c. 16. mansuras viarum nos *milliaria* dicimus: Græci *stadia*, Galli *leucas*, Ægyptii *signes*, Persæ *parasangas*. Hieron. c. 3. in Joel: Nec mirum, si unaquæque gens certa viarum spatia suis appellet nominibus: cum & Latini mille *passus* vocent; & Galli *leucas*; & Persæ *parasangas*; & *rastas* universa Germania; & Ægyptii σχοίνους. De *leucis* & *parasangis* qui erudiri amplius vult; legat P. Pithœum l. 1. Succiss. c. 13. Scal. l. 5. de emend. temp. Lindenbrog. in l. 16. Ammiani.

Pardus, *pardalis*, πάρδαλις, & πόρδαλις, ut monet Eustath. Idem derivat illud à παρεξάλλεσθαι, assilire: illud à προάλλεσθαι, præsilire. Est enim animal ὀξυκίνητον & θοόν. Quo nomine etiam dici possit à πορεῖν δειλίαν, i. e. quia metum afferat videnti. Unde epitheton ἀργιόθυμος.

LXXII.

LXXII. Hebr. נָמֵר vertunt πάρδαλιν. Cant. 4. 8. ἀπὸ ὀρέων παρδάλεων. Dan. 7. 6. θηρίον ἕτερον ὡσεὶ πάρδαλις: & alibi. Etiam pardus duci queat à πέρθω, i. e. vasto, trucido. Quod hujus bestiæ sævitiam exprimit. Si Hebræum eligatur, erit à פָּרַד, separavit, disjunxit. Est enim pardus *divisus* & *distinctus* quasi coloribus. Unde etiam bestia *Varia*, ποικίλη, αἰολόνωτος cognominatur. Isid. lib. 12. cap. 2. *pardus genus varium & velocissimum & præceps ad sanguinem.* De ejus natura ex professo agunt Ælianus, Gesnerus & post alios fusissime Ulysses Aldrovandus.

Pareas, Græc. παρείας: etiam παρώας. Suidæ παρείας. Latine sonat *bucculentus*. Nomen serpentis. Lucan. l. 9. *Et contentus iter cauda sulcare pareas.* Ἀπὸ τῶν παρειῶν, id est, genis, buccis, maxillis. Unde ἀπάρειος & καλλιπάρειος. Aristophan. in Plut. ὡς παρείας ὢν ὄφις. Ap. eundem Lucan. l. 9. est *jaculus* serpens: Græcis ἀκοντίας ab ἄκων, quod instar jaculi feratur. Plin. l. 8. hist. nat. c. 23. Hebr. שְׁפִיפֹן, quod exstat Gen. 49. 17. vertitur à Tremell. *Acontias*. Avenar. *aspis*. Pagnino cum veteri Interp. *cerastes*.

Parectatus. Vox insolens, & usurpatur à Lucill. l. 8. & 10. Nonius ita explicat cap. 1. *Parectati hi, qui de pueritia veniunt ad pubertatem. A Græco vocabulum sumtum.* Sed quod illud Græcum? A παρεκτείνω lege analogiæ formatur παρεκτατός: sicuti à τείνω τατός: ab ἐκτείνω ἐκτατός. Et sonat παρεκτατὸς extensus. Ut ita *parectatus* sit juvenis, cujus vitæ filum veluti extenditur ad pubertatem.

Parelius, παρήλιος: *Parelia*, παρήλια. A παρὰ & ἥλιος, i. e. sol. Et ita παρήλιος sonat *prope* vel *juxta solem*. German. Nebensonne. Eodem modo dicitur *Paraselene*, παρασελήνη: Nebenmond: à σελήνη. Plin. l. 2. c. 31. *plerique appellaverunt soles nocturnos.* At larga hæc catachresis. Ap. Aristot. est παρήλιος: Gaza vertit, *sol geminatus*. Theoni quoque ἀνθήλια. Plin. l. 2. c. 31. *plures soles simul cernuntur.* At revera non sunt soles: sed solis imagines in nube expressæ Sen. l. 1. Nat. quæst. c. 11. *Græci parhelia appel-*

Digitized by Google

appellant: quia in propinquo fere à sole visuntur: aut quia accedunt ad aliquam similitudinem solis. Non enim totum imitantur: sed imaginem ejus figuramque. Plura de hoc meteoro in areis physicorum leguntur.

Parnassus, mons Achaiæ, Musis Phœboque dicatus; egregie describitur à Lucano l. 5. *Parnassus & Parnasus.* Utrumque in antiquissimis membranis legitur: ut Græcor. παρνασσὸς, παρνασὸς: item παρνησσὸς, παρνησὸς. Simplicius tamen *Parnasus*, παρνασὸς. Quod etiam origo firmat Hebraica. Nam fidei debemus hic parum Etymologico magno: *Parnassum* dici, quasi λαρνασσόν: ab arca scilicet Deucalionis. Novimus pleraque loca Bœotiæ & vicinæ Phocidos à Cadmo, aliisque Phœnicibus aut Syris condita esse, nominaque ab ijsdem indita. Quod alibi quoque monitum; & ab aliis. Ita *Parnasus*, qui mons sacer Musis & Apollini, dictus quasi *Harnasus* per initia. *Harnachasch*: ab הַר, i.e. mons: & נַחַשׁ i. e. οἰώνισμα, augurium, divinatio. Et h. e. quod Pausanias appellari putat à *Parnasso*, Cleodoræ Nimphæ filio, *auguriorum inventore*. Casaub. ita videtur: Ab ea (inquit) origine est huic monti nomen. פַּרְנֵס, Parnes Syris est νέμειν: & פרנסין Parnasin, pastores. Inde *Parnassus οἱ νομαὶ.* Sic montem dixerunt, ubi greges suos pascebant. Similiter à verbo פרנק *Parnak* sive *pharnax* fuit in Asia usitatum nomen *Pharnaces*: cui respondent Græca *Hedycharis & Hedyllus.* Nam Syrum verbum significat ἡδυπαθεῖν. Mons quoque *Helicon* ab הלך, *Halac* videtur appellatus, quod eo loci convenirent. *Cithæron* à קתר, *Kathar*, rupes. Hæc ille. Est הָלַךְ, ambulavit, incessit. Sed & *Helicon* non incommode ducatur ab חָלַק: quod fuerit à vulgo secretus, suavitatis ac blanditiarium plenus. Quod scitissime Musis competit.

Virg. 2. Georg.

——Dulces *ante omnia Musæ.*

חָלַק, est blande distribuit, suaviter divisit. Nomē חֵלֶק, est

est blandus, lenis, mollis. חֵלֶק, portio dulcis, blandimentum, suavitas. Neque aliter *Helicon* descriptus est.

Horat. l. 2. epist.

——*Petant Helicona virentem.*

Propert. l. 3. Eleg. 2.

——*Molli recubant Heliconis in umbra.*

Hesiod.

——Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε.

Citbæron autem malim formare à כִּתֵּר, *Citter*, vel *Kitther*. Scilicet à coronis Musarum: de quibus hic multa monere velle, supervacuum sit.

Lucret.

——*Qui primus amœno*
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Paro, πράττω, πορῶ est Hebr. בָּרָא, i. e. creavit, paravit, reparavit aliquid omnibus modis atque formis, ut nil deficiat. *Pararius*, à paro. Scal. in Varr. dici vult à *pares*. Ab eadem (*inquit*) mente *pararius* Senecæ προξενητὴς, quod inter duos (*pares*) stipulantes esset, μεσεγγυητής. At simplicius videtur *pararius* fieri à *parare*, Analogia enim talis. Ut à manifesto manifestarius: ita à *paro pararius*. Et significatus favet omnino. Est enim *pararius* idem, qui conciliator, qui *parat* animos & omnia ea *parat*, quæ negotium præsens requirit. Sen. l. 2. de Benef. c. 23. *interponi pararios*. Idem. 3. c. 15. *Ille per tabulas plurium nomina, interpositis parariis facit*. Ibi Lips. Est in veteri quodam Lexico μεσίτης i. e. *interventor, proxeneta*. Nomen non à *pariando*, sed à *parando* videtur: quia *parant* utrimque animos & conjungunt. Hæc ille. *Disparatum*, i. e. quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur: Cic. 2. de inventione. *Imperator* ab imperatum: & *impero*, à *paro*. Et hoc est, quod Plautus *impero* simpliciter induxerit pro *paro*:

Nullumne interea nactus, qui posset tibi
Remissum, quem dixi, imperare *exercitum.*

Id est, parare. Cap. a. 1. sc. 2. Alciat. l. 7. parerg. cap. 13.

Quan-

appellant: quia in propinquo fere à sole visuntur: aut quia accedunt ad aliquam similitudinem solis. Non enim totum imitantur: sed imaginem ejus figuramque. Plura de hoc meteoro in areis physicorum leguntur.

Parnassus, mons Achaiæ, Musis Phœboque dicatus; egregie describitur à Lucano l. 5. *Parnassus & Parnasus.* Utrumque in antiquissimis membranis legitur: ut Græcor. παρνασσὸς, παρνασὸς: item παρνησσὸς, παρνησὸς. Simplicius tamen *Parnasus*, παρνασὸς. Quod etiam origo firmat Hebraica. Nam fidei debemus hic parum Etymologico magno: *Parnassum* dici, quasi λαρνασσὸν: ab arca scilicet Deucalionis. Novimus pleraque loca Bœotiæ & vicinæ Phocidos à Cadmo, aliisque Phœnicibus aut Syris condita esse, nominaque ab ijsdem indita. Quod alibi quoque monitum; & ab aliis. Ita *Parnasus*, qui mons sacer Musis & Apollini, dictus quasi *Harnasus* per initia. *Harnachasch*: ab הַר, i.e. mons: & נַחַשׁ i. e. οἰώνισμα, augurium, divinatio. Et h. e. quod Pausanias appellari putat à *Parnasso*, Cleodoræ Nimphæ filio, *auguriorum inventore*. Casaub. ita videtur: Ab ea (inquit) origine est huic monti nomen. פַּרְנֵס, Parnes Syris est νέμειν: & פרנסין Parnasin, pastores. Inde *Parnassus αἱ νομαὶ*. Sic montem dixerunt, ubi greges suos pascebant. Similiter à verbo פרנק *Parnak* sive *pharnax* fuit in Asia usitatum nomen *Pharnaces*: cui respondent Græca *Hedycharis & Hedyllus*. Nam Syrum verbum significat ἡδυπαθεῖν. Mons quoque *Helicon* ab הלך, *Halac* videtur appellatus, quod eo loci convenirent. *Cithæron* à קתר, *Kathar*, rupes. Hæc ille. Est הָלַךְ, ambulavit, incessit. Sed & *Helicon* non incommode ducatur ab הָלַק, quod fuerit à vulgo secretus, suavitatis ac blanditiarum plenus. Quod scitissime Musis competit.

Virg. 2. Georg.
——Dulces *ante omnia Musæ*.

חָלַק, est blande distribuit, suaviter divisit. Nomē חֵלֶק, est

est blandus, lenis, mollis. חֵלֶק, portio dulcis, blandimentum, suavitas. Neque aliter *Helicon* descriptus est.

Horat. l. 2. epist.

——*Petant Helicona virentem.*

Propert. l. 3. Eleg. 2.

——*Molli recubant Heliconis in umbra.*

Hesiod.

——Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε.

Cithæron autem malim formare à כֶּתֶר, *Citter*, vel *Kitther*. Scilicet à coronis Musarum: de quibus hic multa monere velle, supervacuum sit.

Lucret.

——*Qui primus amœno*
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Paro, σκευάζω, πορῶ est Hebr. בָּרָא, i. e. creavit, paravit, reparavit aliquid omnibus modis atque formis, ut nil deficiat. *Pararius*, à paro. Scal. in Varr. dici vult à *pares*. Ab eadem (*inquit*) mente *pararius* Senecæ πρoξενητὴς, quod inter duos (*pares*) stipulantes esset, μεσεγγυητὴς. At simplicius videtur *pararius* fieri à *parare*, Analogia enim talis. Ut à manifesto manifestarius: ita à *paro pararius*. Et significatus favet omnino. Est enim *pararius* idem, qui conciliator, qui *parat* animos & omnia ea *parat*, quæ negotium præsens requirit. Sen. l. 2. de Benef. c. 23. *interponi pararios*. Idem. 3. c. 15. *Ille per tabulas plurium nomina, interpositis parariis facit*. Ibi Lips. Est in veteri quodam Lexico μεσίτης i. e. *interventor, proxeneta*. Nomen non à *pariando*, sed à *parando* videtur: quia *parant* utrimque animos & conjungunt. Hæc ille. *Disparatum*, i. e. quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur: Cic. 2. de inventione. *Imperator* ab imperatum: & *impero*, à *paro*. Et hoc est, quod Plautus *impero* simpliciter induxerit pro *paro*:

Nullumne interea nactus, qui posset tibi
Remissum, quem dixi, imperare *exercitum.*

Id est, parare. Cap. a. 1. sc. 2. Alciat. l. 7. parerg. cap. 13.

Quan-

Quandoque *imperatum* est non paratum. Idem: Ex parata re *imperatam* omnem facis. *Vitupero*, i.e. *Vitium paro*, seu labem aspergo. Unde priores duas rite corripit. Vituperium, ut *imperium* & *improperium* c. 6. Ecclesiastici antiquæ edit. Gloss. Cyrill. ψέγω vitupero; culpo. *Propero*, quasi *proparo*, ut *Pro* significet quandam celeritatem. Quæ enim *pro*, i. e. ante omnia fiunt, urgentur: ut *progredior*, *procurro*. Plaut. aul. a. 2. sc. Vascula intus pure *propera* atque elue, i. e. cito para. Cas. a. sc. 8. Abi atque opsonia *propera*. Virgil. 9. Æn. Pulchram *properet* per vulnera mortem. *Pratum*, quasi *paratum*, beneficio naturæ. De utroque paulo aliter disserit Jos. Scal. *Pratum*, Dorice πράτα à πρασιά. *Propero* à πρῶ: nisi sit προπερῶ, aut προπορεύομαι: aut potius à πρόπρο, quæ reduplicatio notat celeritatem. Ulp. l. 8. ad edict. *Pratum* est, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est, ex eo dictum, quod *paratum* sit ad fructum percipiendum. Idque asserit Varro l. 4. L. L. Columell. l. 2. c. 17. Et Plin. lib. 18. cap. 5. Prata antiqui *parata* dixere. Hinc Scipio Gentilis ICtus doctissimus in Sapphico Catulli ad Furium & Aurel. putat legi oportere, ita exigente metro, *Qui illius culpa cecidit, velut parati*: Scilicet *parati*, pro *prati*. Sed large aberrat. Ita enim exuberat numerus pedum. Et dum legimus --- *velut prati*, ult. syllaba ab initio sequentis versus absorbenda est, ut versus constet.

Parra ap. Plaut. asin. a. 2. sc. 1. Horat. l. 3. od. 27. Impios *parræ* recinentis omen ducat. Ab antiq. verbo *Parreo* pro *pareo*, i. e. appareo, Ea namque avis suo cantu sæpius prætereuntes ad se cogit aspicere: quare sæpe *apparere* dicitur. *Apparitores*, qui semper apparent, prætoribus & consulib. *Apparitor*, quanta penultima? Brevis: idque καθ' ἀναλογίαν. Ut exhibitor ab exhibitum: ita apparitor ab apparitum. *Pareo* recta à παρέω: pro quo utimur πάρειμι. Quippe εἰμὶ oritur ab ἴω. Estq; *pareo* proprie adsum ut videar, præsto sum, φαίνομαι. Et proprium hunc significatum ingerunt etiam *appareo*, *compareo*, *dispareo*. Postea *pareo* est obedio: quia qui facile *adest*,

πάρ-

Digitized by Google

dicitur obedire & obsequi. A *pareo* faciunt nonnulli *paries*. At causa probabilis etymi non apparet. Alii à παρὰ: quia ab utroque latere dirimit conclavia, & interstitium facit. Sed tantum τὸ παρὰ non innuit. Isid. l. 14. Orig. c. 8. *Paries nuncupatur, quia semper duo sunt pares, vel à fronte, vel à latere.* Rectissime ita concludimus: Ut à serō series, à congero congeries: Ita à *paro paries*. Ut ita *paries* sit, quo ædificium *paratur* & construitur. Et pari modo Græci (quos Latini imitantur) τοῖχος faciunt à τεύχω, i. e. struo, paro.

Pars aliquid de toto: à πάρος, i. e. ante. Quoniam *pars* præcedit totum. Sumtum nomen à messoribus, & vindemiatoribus, & lignatoribus, & pastoribus Scal. l. 1. L. L. c. 23. Idem Ex. 184. *Expers*, quod *extra partem* est. Gloss. *Expars*, ἄμοιρος. Isid. gloss. *Impartes*, expertes, sine parte. Quanquam illud Jos. Scal. ὁμοιόσημον non esse videatur, in Catull. *Expers* dictum eodem modo, quo *defrens, defrensis*. Sic *expers, expersis*: sic *præsex, præsicis*, & Sallust. *præcis, præcisis*: Sic Græci ἀπότομον, pro præcipiti, ut præcisum locum Sallustius. Ut Græci à futuro hæc nomina formant: sic Latini à supino. Græci enim εἰσπροπλὴξ, κατάβλεψ, ἐπίπεξ, αἰγίλιψ. *Expers* ergo est *expersis* idem, quod *expersus*: Verbum est *Expergo*, διαρρήγνυμι. Hæc ille. Unde differentia intelligitur. Sic & Gloss. *Expers* ἄπειρος, καὶ ἔμπειρος. A verbo *experior*. Poterat majoris distinctionis causa *expars*, i. e. ἄμοιρος, scribi, quod vet. illud Gloss. ab Her. Steph. edit. facit. *Pars* & rursum, *portio*: mutata vocali, ut ap. Græc. μέρος, μόριον. *Participare*, est partem capere: quod formatur ut anticipare, occupare. *Partior*, in partes distribuo: quod magis adhuc innuit *dispertio, impertio*, & similia. Ultima radix est ab Hebr. פָּרַס, *paras, pars*. i. e. divisit, dirupit. Vel פָּרַךְ, i. e. partitus est. Chald. פַּס est pars, pars, particula Daniel. 5. 9. & 24. Etiam ab Heb. פָּרַס est Latin. *Frustum*: quod itidem est pars à toto divisa ac separata.

Parco, parcus explicant Bassus & Phavorinus apud

Agell. l. 3. c. 19. Melius Scal. l. 1. L.L. 23. parco
partem arceo, i. e. contineo, reservo. Hinc *parcuit*
Fest. Næv. Nonium. *Parcus*, item *parsimonia*, à *pa*
Aliis *parcimonia*, à parcus: ut querimonia, à qu
castimonia à castus. *Parca*, quia *parcit*. Ut μοῖρα
ἔρμαι: quia dividit eventa vitæ. Ex μοῖρα dicitur
ra. mora (non *morta*) Livio Andron. referente Ag
3. c. 16. Turnebo l. 18. c. 34. Est *Moera* eadem, qua
ca. *Morta* Cæsellio: non recte. Gloss. πεπρωμένη
ca. Scal. l. 3. poet. c. 90. *Parcæ* quod nemini parc
Nos, quia *parcant*. Una enim tantum dicitur filu
cidere: duæ vero, altera vitam dare, altera vita
ctum continuare. A pluribus igitur fit nominatio.
illa qaoque *parcit*. Sustinet enim alearum opus, q
fatorum jussibus paret. Improbat eos, inter quos
ro, qui *parcam à partu*. Una enim *parca* esset, non
Parcas Homerus nominat βαρείας: Lycophron, γ
κόρας: Orpheus μοίρας καὶ νυκτὸς φίλα τέκνα. Et
tres. *Atropos*, ab α & τρέπω: quia mutari non po
Lachesis à λαγχάνω, i.e. sortior. *Clotho* à κλώθω, i.
cumvoluo, neo.

Juven. sat. 12. --- postquam Parcæ meliora benign
Pensa manu ducunt hilares & staminis albi
Lanificæ ---- Lucan. l. 6. repetitaque fila
res Fracturæ --- Ovid. vocat *lanificas sorores*.
phron opus Parcarum λινεργὴν κλῶσιν. Apul. in Co
graph. inter alia sic: *Hæc illis conditio, & nominum*
dem proprietas contingit, ut sit Atropos, præteriti *tem*
fatum, quod ne quidem Deus faciet infectum. Futuri
poris Lachesis, à fine cognominata, quod etiam illis
futura sunt, finem suum Deus dederit. *Clotho* præs
temporis habet curam, ut ipsis actionibus suadeat, ne
solers rebus omnibus desit. Notabile vero, quod uti E
ci parcis attribuunt *stamina* quibus vel continuar
tam vel incidunt: ita etiam sacræ literæ de vita no
loquantur. Jobi 7.6. *dies mei velociores fuerunt radi*
toris. Ies. 38.12. *ad excidium perduxi, ut textor stamen*
tam meam.

P

Parthenius, παρθένειος ἢ παρθένιος, i. e. virgineus, virginalis. *Parthenopipus*, παρθενοπίπος aut παρθενοπίπης, i. e. ὀπιπτεύων παρθένους. *Parthenium* nomen herbæ, fœmineo sexui salutaris: unde nomenclatio. Etiam eadem causa *matricaria* dicitur: Bauhin. in l. 3. Diosc. c. 138. *Parthenope*. Silius.

Sirenum dedit una tuum memorabile nomen
Parthenope, muris Acheleias, æquora cujus
Regnavere diu cantus, cum dulce per undas,
Exitium miseris caneret non prospera nautis.

Παρθένος autem fit à παραθέειν. Ut probe explicat Casaub. in 10. lib. Geogr. Strab. Quemadmodum reliquis Græcis virgo dicitur παρθένος, ἀπὸ τοῦ παραθέειν τῇ μητρί: Sic videntur mihi Cretenses virginem ὁμαρὴν appellasse, παρὰ τὸ ὁμαρτεῖν τῇ μητρί. Matrem enim sequebantur perpetuo olim virgines, teste Horat. l. 1. od. 23. *Tandem desine matrem tempestiva sequi viro*. Quare recte Solinus *britomartin* interpretatur *virginem dulcem*. Est enim Cretensibus τὸ βριτὺ idem, quod γλυκύ. Etiam παρθένος & vet. πάρθη flecti potest à Chald. בְּרַת i. e. filia, ἄζυξ, ἀλόχευτος, ἄπειρος, ἀνδρὸς & suo modo ἀστεργάνωρ: qua voce Æschylus utitur.

Parum à παῦρον. Nota φράσιν: *parum optimas*, Cic. ad Attic. *Parum vir*, i. e. mollis, Quinctil. l. 5. inst. c. 9. *Parum Philosophi sunt*, Scal. in Ex. Ita λίαν ἀπόστολοι 2. Cor. 11. 5. Ab eodem παῦρον, est etiam *paulum*, κατ' ἀντίστοιχον. Inde rursus *paululum*. Eandem originem agnoscit & *paucum*, παῦρον. Hesych. παῦρα, ὀλίγα ἀναριθμητα. Neque aliunde *parvum*: scilicet à *parum*: & factum eo modo, quo digamma Æolicum imponitur: *parum*, *parvum*. Est enim *parvum*, in quo *parum* quantitatis. Simul etiam παῦρος ap. Græcos est & parvus & paucus. Scalig. Ex. 167. s. 2. ad Card. Nescis ea, quæ sentis, loqui. Cum dicere velles *paucitatem*: pro eo vox excidit importuna, *Parvitas*. *Parvitas* quantitatis continuæ, & opponitur magnitudini, *paucitas* discretæ, sive numeri: opponitur pluralitati. Scal. in Varr. à παῦρος, est *pauper* per repetionem.

Pasceolus, ex aluta sacculus est, Nonius. A Græco φασκώλιον, & φάσκωλον: ut ait Turneb. l. 3. c. 11. *Pascelus*, deminutivum *pasceolus*: nam idem casus in originando non servatur. Suid. φασκώλιον ἱμάτιον, φορεῖον. φάσκωλον δὲ ἐστι μαρσύπιον. Pol. l. 7. c. 19. φασκώλους dixere veteres τὰ τῶν ἱματίων ἀγγεῖα καὶ θυλάκους. Videtur fieri φάσκωλον à φάσκος: Unde *fiscus*, *fiscina*, fiscella: sicut à χάσκω, *hisco*, φάσκος, ab Hebr. לָבַשׁ, induit.

Pascha. Utrumque & paschatis & paschæ probatur. Illud κατ' ἀναλογίαν Græcam: hoc Latinam, ut *manna*, *mannæ*. Diversimode scribitur: prout autores vocem Hebr. acceperunt. LXXII. interpr. passim habent πάσχα: quos Evangelistæ imitati videntur. At 2. Paral. 30. 17. legimus φασὲκ. Sicuti Philo de allegoriis modo πασὲκ, modo πάσχα ponit. Et Theodotion quoque admittit φασὲκ, vel potius φασὲχ: ap. Theodoret. quæst. in Exod. Etiam invenitur φάσκα: uti disputat Greg. Nazianz. 42. serm. A multis etiam Patribus Græcis scribitur φασὲ. Quomodo vet. versio, Hieron. & alii usurpant *phase*. In paraphr. Onkeli & Jonathanis scribitur פִּסְחָא, *pischa*. Origo est, non Græca, à πάσχω, ut monachi cecinerunt, aut etiam alii ex allusione quadam commenti sunt: sed ab Hebr. פֶּסַח *pesach*, i. e. transitus. Eapropter Joseph. interpretatur *pesach* aut πάσχα, ὑπέρβασιν Philo lib. 3. de vita Mosis, διαβατήρια: Symmach. ὑπερβάσεις: Gregor. Nazianz. διάβασιν. A verbo פָּסַח *pasach*, i. e. transiliit, digressus est. Quod occisor primogenitorum præteriit ædes Israelitarum sanguine agni consperfas Exod. 12. Item פָּשַׂע, *pasah*, est incessit, progressus est. Hinc est βάσις *passus*, Paß. 1. Samuel. 20. v. 3. quasi *passus* (*pesah*) inter me & mortem est. Simile est illud Juvenalis Sat. 12. *digitis à morte remotus Quattuor aut septem*. Quod in Mimo exprimi aut ostendi digitorum gestu solebat: unde versus extitit, P. Syri Mimi: A morte semper homines *tantundem* absumus.

Pasco,

Digitized by Google

Paſco, multa de ſe progignit. A paſtum *paſtor*: ut à βόσκω βοτὴρ: qui paſcit. Ut à vaco vacuus: à promiſceo promiſcuus: ita ſimili analogia fit à paſco *paſcuus* & *paſcuum*. Rurſus ut à ſtatum ſtabulum: ſic à paſtum *pabulum*. Inde *pabulari* ap. Columell. uti ſtabulari. Amplius compoſita etiam τὸ *paſcere* redolent. Qualia ſunt: *Diſpeſcere*, pecus à paſtione deducere, Feſt. *Impeſcere*, i. e. alio paſcendi gratia immittere. *Compeſcere* quaſi in eodem paſcuo continere. *Paſco* βόσκω à βόω: quod idem Heb. אָבַם, i. e. ſaginavit paſcendo. Caſaubon. Aves quæ *paſſim paſcuntur*, vet. Latini *Paſſales* & *Paſcales*, Græci νομάδικας & εἰκαίας dixere. Scalig. c. 25. L. L. Verbum vetus fuit πάω, quod ſignificavit & ſequi, & aſſequi: unde etiam ὀπάω quaſi ὑμῶς, ut ὄπτειχες. Æoles enim & decurtabant, & tollebant aſpirationem: iidem vero addebant σκω inde factum eſt noſtrum *paſco*. Ejuſdem originis fuit & παύω, quoniam in pacato, non in hoſtico paſcebant. Unde & *pax*, *pactum*, *paco*. Hæc ille. Etiam *pax* commod fiat à *pago*, pro quo utimur *pango*. Quoniam pax eſt *compactio* veluti & colligatio animorum: uti bellum eſt eorundem distractio. Atque ita Euſtath. εἰρήνην facit, παρὰ τὸ εἰς ἓν εἴρειν, i. e. *in unum nectere*. Feſtus ex Sinnio Capitone pacem à *pactione conditionum putat dictam*. Sed non adeo quadrat. *Pax* etiam more Hebræor. notat felicitatem, ſalutem ὁλοκληρίαν, ſtatum, in quo bene vivitur. Hebr. שָׁלוֹם LXXII vertunt ſæpe εἰρήνην, σωτήριον & σωτηρίαν. Similiter à *paco*, (pro *pago*) fit *paciſco*. Nævius: *Siciliènſes paciſcit, obſides ut reddat*. Hodie *paciſcor*. Nam qui *paciſcuntur*; ſe ac ſua *pagunt* certis legibus, h. e. compingunt & uniunt. A *paco*, *paciſco*, fit *pactum*. Heſych. *pacta* ἠρεμοσμένα, πεποιημένα. At *pacare*, *pacatus*, rectà fluit à *pax*, *pacis*: Ut ita *pacare* ſit propriè lenire & *pace* veluti temperare. Sed & porrò à *pao*, πάω, πάειν, naſcitur, Πὰν, *Pan*, deus paſtorum: qui curat paſtores & pabula ſufficit gregibus. Nec aliunde *Pales*, dea paſtoralis, dea pabulorũ, ut gentes loquuntur. Gloſſ. *Pales* εὐνομία,

 tan-

tanquam bene pascens. Fest. *Pales dicebatur dea pastorum: cujus festa* Palilia *dicebantur*. Duco (inquit Martin.) à *pao*: unde *pasco*: πάω, πάσκω.

Pausa à παῦσις ap. Plaut. Perſ. a. 5. ſ. 2. Lucill. Lucret. l. 3. i. e. ceſſatio, finis, modus. *Pausi* dii ap. Arnob. l. 1. adv. gent. i. e. qui *pausam* faciunt, qui pacem conciliant & moderantur. *Pausare* in Plauti Trin. *Pausarius* ap. Sen. epiſt. 56. *Pausilypus*, παυσίλυπος, h. e. qui ſedat dolorem, λύπην. Speciatim ita villa Campaniæ vocatur, ap. Plin. l. 3. c. 53. Scilicet propter amœnitatem, quæ curas mœroresque pauſet.

Passer, avis notiſſima, ſub tecto. Ex illarum numero vox, quæ gravius mutilatæ. Ex Hebræo, forte *Tſippor*, צפור, quod τὸ pipire, aut ut nos Germani *Tſipire* paſſeris æmulatur. Ap. Hebræos generatim ponitur pro quavis volucri. Interim LXXII aliquoties vertunt σρυθίον. Ni *passer* ſit dictus quia *passim* volitet, aut *passus* & ubique obvius ſit.

Pastophorium. Hieron. in c. 22. Ieſ. dicit eſſe thalamum, in quo templi præpoſitus habitet. 1. Maccab. 4. 38 Et *pastophoria* diruta. Quomodo & Græci: καὶ τὰ παστοφόρια καθῃρημένα. Pagn. ita interpretatur: *Ædiculas sacerdotum* dirutas. Tremell. *Cellas* dirutas. Etiam LXXII habent παστοφόριον 1. Paral. 9. & 23. 2. Par. 31. Jer. 35. Ezech. 40. Latinus interpres *pastophorium* ponit 3. Eſd. 8. & 9. *Paulinus epist.* 12. paſtophoria duo in templis Chriſtianorum, à dextra & ſiniſtra unum. *Apuleius* 11. *metam.* cœtu paſtophorum, quod ſacroſancti collegii nomen eſt, velut in concionem vocato. Vox formatur, uti σκευοφόριον apud Polluc. χρυσοφόριον ap. Dioſcor. A φέρω & παστός, quod à πάσσω. Eſt vero παστὸς thalamus, ſive habitaculum. Scal. l. 3. poet. c. 101. Παστὸς, i. e. velum tori maritalis, cujus obtentu ſacra illa pudentius peraguntur. Gloſſ. παστὸς ἐπὶ νύμφης, obtentus, coronatio, thalamus.

Patagium, παταγεῖον. Dictum, quod quibusdam quaſi maculis, & nævis inſperſum erat. Πάταγος enim, niſi

fallor

fallor, est morbus pestilens, quo correpti qui moriuntur nullum indicium morbi relinquunt aliud, quam nævulos in parte corporis. Quocirca in Gallia vocant *Tac*, h. e. maculam, vel nævum. Ab ea similitudine à clavulis, qui tanquam nævi in plagula sparsi sunt, dicitur *patagium*. Ap. Fest. tantum legitur *Patagus*, genus morbi. Nam ita dictum puto, quia eo subito veluti perculsi & stupefacti commoriuntur homines. Scal. in append. ad Conject. Videtur ergo Scal. *patagium* ducere à πάσσω seu πάτω. Videatur etiam Turneb. l. 7. c. 20. & l. 16. c. 22. Quid si verò sic progrediamur? Πάταγος est strepitus cum palpitatione: à πατάσσω, cum strepitu palpito, item percutio, ferio. Hesych. πάταγος ψόφος, κτύπος. Inde morbus à percussione aut palpitatione dictus. Hesych. πατάσσει, πλήσσει, κρούει. Et sic à similitudine patagi dicetur *patagium*. Nonius c. 14. *patagium aurea chlamys, quæ preciosis vestibus immitti solet*. Fest. *patagiũ, quod ad summam tunicam assui solet*. Ibi Jos. Scal. *patagium assuebatur vestibus mulierum, ut clavus virorum*. Tertull. de pall. *Est omni patagio inauratior*.

Pateo à πετάω: vel utrumque ab Hebr. פָּתַח, *patach*, i. e. patere fecit. Priscum est *expatare*, ap. Pacuv. & Fest. *Patalia* loca, i. e. patentia. *Patales* boves, πεταλεῖς, quorum cornua patent. Consule Fest. Pautum, Athen. l. 9. Casaub. Ita etiam *patula* arbor & *patulæ* quadræ, ap. Virg. 1. Ecl. 4. Georg 7. Æn. *Patulus* mundus, apud Lucr. l. 6. Item. *passus, dispessus*. Ut capillus *passus* in Terent. *dispessis* manibus, in Plauto: *Uva passa*, in Non. Faciunt aliqui à *pateo*, *dispateo*. Sed non bene. A *pando*, *dispando* fiunt. Quod & ἀναλογία & autoritate Agell. Phocæ, Diomedis & aliorum subnititur. A *passum*, *passim*: ut à sparsum sparsim, à cæsum, cæsim. Gloss. *passim*, πανταχοῦ, σποράδην, ἀνέδην. *Passim* & *ordinatim* opponuntur. Brutus epist. famil. l. 11. ep. 11. *Ille passim, ego ordinatim*. Non tam bene *passim* aliis à passu. Vere autem à *pateo* est *patina*, id est, vas patulum. Nec non *patera*, i. e. poculum patulũ. Gloss. *Patera, fiala*, φιάλη. A patina diminutũ *Patella*. Ap. Plaut. dii *patellarii*, i. e. quib. non in pateris,

ſed patellis epulæ apponebantur: ut lares & pen
Ovid. in Faſt.

Fert miſſos Veſtæ pura patella *cibos.*

Varro in Manio ap. Nonium: Oportet bonum civ
legibus parere & Deos colere, in patellam dare
χρέας. Lipſ. ad 15. annal. Tacit. Scal. in Conject.
notum eſt à Græco originem trahere *Patinam.* Na
κάτανος, *Catinus*: ſic à πατάνη, *patina.* Eubulus Co
ap. Polluc. & Athenæ: καὶ πυκνὰ Σικελικὰ πατάνεια
ζα. Plaut. Menæch. ad verbum videtur cum verſicu
tranſtuliſſe, act. 1. ſc. 1. Tantas ſtruices concinnat
narias. Tamen in nonnullis legitur, πατάνια. U
etiam Latini *batillum* fecerunt. Hæc Scaliger.
rim & πατάνη videtur fieri à πετάω: à quo etiam
oritur.

Pater, qui genuit ſubolem: πατήρ, quaſi σπατήρ
rius è ſancta lingua ducitur. Ibi eſt אָב, *af, ab, b*
Chald. & Syris Abba, אַבָּא: Arabib. Aba. Vide
Ioh. Druſii, comment. prior ad voces novi Teſt. I
Doricum ἀπφῦς: & vulgatum *Abbas*: & noſtrum
ſive etiam Apt. *Abbas,* abbatis, media longa enu
tur tam ratione principii Hebræor. quam ἀναλογία
magnatis, primatis. A rad. אָבָה, i.e. voluit, affe
& propenſionem habuit. A quo fit etiam *Atta,* ἄττ
pud Feſt. Ita enim ſenem honoris cauſa appella
eum avi nomine dignantes. Ab *Abba* ſeu *Atta* eſt
& *Ottilia.* Lutherus confirmat: Sine dubio per La
omiſſa aſpiratione (ſicut alias fere ſemper faciunt
Hetto, ſeu *Hatto* depravatum eſt. Ergo Imperatore
tres *Ottones* debent *Hatti* appellari. *Hatto* poſt
regnavit tertius *Hatto. Hatto* propius accedit ad *A*
quo etiamnunc Gothica ſeu Getica lingua patrem
cant: & Hungarica *Attia.* Nec non plebi Helve
atte vel *atti* eſt pater. Ἄττα vero eſt Theſſalicum. Si
iam *avus* eſt ab ἄββα, אָב: *abavus, atavus, tritavus.*
bavus dicitur, quaſi *ab avo*: Græcis ἀπόπαππος. *At*
διάπαππος. Turnebo l. 14. c. 12. dicitur, quaſi *Ta*

quia atavus est *tata avi*, ut ait Festus *Trimbus*, τρίπαππος. Ab avus fit etiam *avunculus*: de quo Scal. c. 95. L.L. *avunculus* deminutum est ab avo. *Abba* enim avū appellabant: item patrem & patris ac matris fratrem. Illi igitur cum *patrui* nomen quasi alterū patrem attribuerunt, matris fratrem, quasi remotiorem, *pusillum avum* appellarunt. *Papa*, πάππα, ab Hebr. iterum, si geminetur אב אב. Eustathius docet, prius esse πᾶς. Quod rectà convenit cum Hebr. אב. Inde per geminationem πάπας, πάππας: sicuti ex μᾶ, μάμα, μάμμα. Hesych. πάπας, πατρὸς ὑποκόρισμα. πάππα, προσφώνησις παιδὸς πρὸς πατέρα. Suid. πάππα & ἄππα, non simpliciter vocatur pater: sed est venerationis vox ad patrem. Etiam vox est filiorum patribus blandientium. Etiam præcipuis Ecclesiæ doctoribus id nomen antiquitus obtigit, ut ap. Cyprian. Augustin. & alios videre est. Hinc *Protopapa*, primus sacerdos, aut pater: *Azembaba* dictus Torlaquis Turcicis. Pariter Siculis, Bithynis & Scythis est πᾶς, pro πατὴρ: it. πάππας. Inde *pappas* apud quosdam, ut ap. Paul. Meliss. Sed & πάππος communiter ap. Græcos significat avum. Inde *Papus*, antique, i.e. Pater. Παππάζω verbum Iliad. ε. οὐδέ τι μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσιν. Aristoph. παπίζειν est πατερίζειν: *Papissare*, quod est, more infantium, blandeque patrem appellare, ut Rhodig. l. 11. c. 21. notat. *Pappare* dixit Pers. Sat. 3.

Et similis regum pueris pappare *minutum*
Poscis, & iratus mammæ lallare recusas.

Item Plautus pro edere usurpavit: quod Germani imitantur **pappen**. *Pappa* enim aut *papa*, est cibus infantilis. Varro ap. Non. dicit *Pappas* appellari cibos à pueris: hinc *papaver*, quia *papæ* seu *pappæ* indebatur adversus insomniam: Papaver vesc ū, Virg. 4. Georg. Papaver cereale 1. Georg. Acutissimus Meursius ad illud Plauti Ep. a. 5. sc. 2. *Quod pappet*: Scribendū (inquit) *papet*, unico P. Transtulit autem à potu ad cibum. Nam propriè est sugere. *Papæ* enim & ὑποκοριστικῶς *papillæ*, antiquitus dicebantur capitula mamillarum, teste Festo. Igitur à *papa* est *papare*: ut à *ruma* est *rumare*. Quod autem Varro ap.

Non. *papas* dicit à pueris appellari cibos; nihil id sententiæ nostræ adversatur. Nam lac tam cibum quam potum præstabat illis initio: & ut paulatim solidioribus cibis adsuefierent, crustula & talia panificia infriabantur, & sic porrigebantur: ut etiam hodie fit. Hoc lac ut & mammam, anxie flagitantes, *papa* syllabas geminatas efferebant, sono naturaliter omnibus infantibus insito. Atque inde factum est, ut ab isto eorum clamore *papa* vocaretur, & mammæ caput & lac illud, quod & nos hodie litera una minus *Pap* indigitamus. Hinc est, quod Comicus *papare* etiam pro *edere* usurpaverit. Hæc ille. Omnia igitur illa, *papa*, *papare*, *pappare*, *pa-pa* & similia, πεποιημένα sunt & à prima lallantium voce profecta. Qui uti rudes adhuc & sine vero intellectus linguæque usu: ita plura sæpius uno aliquo tono aut lallo denotant. Inde fortean diversa significandi ratio: ut *papa* & patrem & cibum & mammam exprimat: uti modo dictum. Vide etiam ante *Papilla*. Cæterum à *Pater*, πατὴρ & hæc veniunt. *Antipater*, ἀντίπατρος, id est, qui loco patris est. Aliud est *Antipas*, ἀντίπας, Apoc. 2. Id est, pro omnib. vel contra omnes. *Patriarcha*, πατριάρχης, πατριᾶς ἀρχός: primus parens seu autor alicujus familiæ seu gentis: ab ἀρχή. *Patria*, quia fit patris loco, dum sobolem fovet, & tutatur. Natale solum. Quomodo etiam Græc. πατρὶς & πάτρα: nec non German. Vaterland ex eadem origine denominatur. Hierocles: ἔστι γὰρ ἡ πατρὶς ὡσανεὶ τὶς θεὸς καὶ μείζων γονέων. διόπερ ἐκεῖνος παρακαλεῖ καὶ προτιμᾷν τῶν γονέων. Plutarch. in libro an seni sit capessenda Respub. ἡ δὲ πατρὶς καὶ μητρὶς (ὡς Κρῆτες καλοῦσι) πρεσβύτερα καὶ μείζονα δίκαια τῶν γονέων ἔχουσα. Notetur μητρὶς, quasi ex analogia dicas *Matria* ut patria. Et sic Hebræis מוֹלֶדֶת vocatur quasi ἡ τεκοῦσα, à themate יָלַד genuit & peperit. LXXII. vertunt πατρίδα Esth. 2. 10. Jer. 22. v. 10. Terra nativitatis dicitur dicitur Gen. 11. 28. אֶרֶץ מוֹלַדְתּוֹ Ubi Targum: אֲרַע יַלְדוּתֵהּ LXXII. ἐν τῇ γῇ ᾗ ἐγεννήθη. Alias ἡ γῆ τῆς γενέσεως Genes. 31. v. 13. & 23. Aliud est

patria,

Digitized by Google

patria, nempe familia; quo utitur vetus Biblior. interpres Ps. 96 ex Græco πατριὰ, h. e. familia quæ unum patrem habet. A pater *Patronus*, qui est instar patris: ut Græc. πάτρως itidem à πατὴρ. *Festus*: Ut patres filiorum: sic hi numerare inter dominos clientem consueverunt. Videatur etiam Turnebus l. 24. c. 32. Etiam à pater, *patritus*, apud Nonium: & porro *patritius*, h. e. ἀπατρίδης, εὐγενής. *Festus*: Patritios Cincius ait, eos appellari solitos, qui nunc ingenui vocantur. *Lib. 10.* An nunquam fando audiistis, patritios primò esse factos, non de cœlo demissos, sed qui patrem ciere possent, i. e. ingenuos. *Pater patratus*, qui creatus est ad *patrandum* jus jurandum. Plutarch. quæst. Rom. Pater patratus est, ᾧ πατὴρ ζῇ καὶ παῖδές εἰσι, i. e. qui liberos habet vivo adhuc patre suo. Aliter *patratum* exponit συμπεπερασμένον καὶ πεπερατωμένον, perfectum & absolutum, qui vivo patre factus esset pater. Sed simpliciter videtur nomen officii *Pater* ob curam paternam reipublicæ: *Patratus* eidem solenniter destinatus & electus.. Alias propriè *Patro*, est, patrem ago, seu liberis operam do. Pers. Sat. 1. idem innuit: ———*Patranti fractus ocello.*

A quem Casaub. oculis in lasciviam resolutis: quales sunt, qui πεπλασμένοι & πλαδαροὶ & ὑγροὶ ὀφθαλμοὶ Græcis; putres Horatio. Hieron. quæst. in Genes. *patrans voluptas*, pro συνουσιασμός. Inde *oculi patrantes*. Hæc ille. Vulgo *patro* est facio, ago. Ita Hebræis itidem *pater* est qui facit, autor. Gen. 4. 20. 21. *Expatravit*, ἐπετέλεσεν. Composita sunt *perpetro, impetro*: Unde *impetratus* & *impetritus*. Et h. e. vocabulum augurale. *Impetritum* quasi *impetratum*, i. e. firmum, stabile, ceu in petra fixum, de quorundam sententia. Turneb. l. 23. c. 11. & l. 5. c. 18. Gloss. *Impetratus*, θυσία. Ad quod Jos. Scal. non plane (inquit) explicavit, sed si dixisset, καλλιέρησις. In sacrificiis, quod litare est, id in auspiciis, *impetrire*. Nihil aliud est, quam *impetrare*. Sic dicebant *artitum*, pro *artato*: *Dolitum* pro *dolato*. Hæc ille. A patre est *patrimum*: quod ex analogia medium producit: sicut *trimum, quadrimum*. Ap. Catull. Ep. 1.

Qualecunque quod ô (aut *quidem*) *patrima* v
i. e. Minerva ὀβριμοπάτρη ἀμήτωρ: Ut docuit ibi A
Statius & Jos. Scal. contra Politanum. Quibus utr
parens superstes erat, Græcis ἀμφιθαλεῖς, Latinis *pa*
matrimi dicebantur. *Patricida*, Scal. c. 34. L L. T.r
tur in in R, si à *patre*, non à *parente*, fit parricida
hoc plus placet nobis. Ut sit generalius, quasi *pare*
da. Et ita more antiquo *paricida* scribendum. Qua
libri vet. etiam *parricida* per RR exhibeant, teste
nutio. Etiam Græcis est πατραλῴας. 1. Tim. c. i. 9
πατραλῴαις καὶ μητραλῴαις.

Patior, sicut & παθεῖν, à בָּעַת, *bieth*, i. e. perte
affectus est passionibus. בְּעָתָה, est terror, passio
mi. Inde *patibulum*, ut à lateo latibulum. Vel rec
pateo *patibulum*. Ind. gloss. *patibulum*, res patens
gimus in Plauto mostell. *dispessis manibus patibulum*
bere. Item Most. act. 1. sc. 1. *ire patibulatum per vias*.
l. 3. de cruce c. 3. Distinguit & Tacitus: *Patibula*,
cruces. Et quod *patens* hæc transversaque pars sic d
Seneca indicat: *Alia brachia patibulo explicuerunt*.
cut inferior defixusque stipes, *crux* proprie di
Ut à confessum confessio: ita à perpessum *perpessi*
passum *passio*. Ridiculi, qui *passionis* vocabulum
mana tribu amoverunt, censore M. T. Cicer, *perp*
nem in ejus locum succenturiaverunt. Nam levis
sio, non potest dici *perpessio*. Et sane multa *patimur*
non *perpetimur*. Quæ cum Philosopho sint & ar
concipienda & verbo declaranda: non damnabi
verbo patior, analogiam, quæ ab ejus contrario,
sine calumniæ discrimine ostentatur: Scal. Exer.
s. 2. Συμπάθεια verbatim sonat *compassio*. Gloss. Cy
συμπάθεια *affectio, animi dolor*. Idem Scaliger ibid
Græci πάθος affectum omnem sine sensu etiam inte
xere. Hinc συμπάθειαν dixere *communem affectionem*
bus aut pluribus rebus: idque vel manifesto diver
ut paleæ & electro: vel qualitatibus haut latentib
ut ferro & Herculeo lapidi: similes enim sunt aliqu
tul

Digitized by Google

tulum: vel undecunque apparentibus ut inter duas fidiculas ſimul tenſas. Latini pernitiorem naturam expreſſere, videlicet *ſenſus* addito vocabulo. Sympathian, *conſenſum*: antipathian, *diſſenſum*, interpretati ſunt. Illud ſatis recte: Antipathian neque recte neque plene. Aliud enim eſt diſſentire, aliud contra ſentire. Cicero συμπάθειαν continuationem, convenientiamque naturæ miris atque efficacibus verbis. Nam tametſi diſſita ſunt magnetis & ferri corpora: tamen in iis ita natura continuatur, ut etiam conveniant in unum. Amicitiam rerum vocat Plin. in proœmio 20. ſympathian. In 37. hanc concordiam: illam diſcordiam. Quæ vocabula plus etiam deſignant, quam conſenſus & diſſenſus. Addunt enim *Cor*. In 31. repugnantiam maluit antipathian. Omnino Græcæ voces minus ſatisfaciunt. Ut acutius conſideranti mihi magis placeat, *aſſenſum* dicere, quam conſenſum.

Paulus eſt nomen Græcum: παῦλος ſignificat quietum: παῦλα quietem. Auguſt. de ſpir. & lit. c. 7. ait, Paulum hoc nomen elegiſſe, ut ſe oſtenderet *parvum*, tanquam *minimum* Apoſtolorum, ad reprimendam ſuperbiam & extollendam Dei gratiam. Quin & ipſe Paulus fuit corpore *parvo*, & contracto, & quaſi incurvo, atque paulatim inflexo, facie candida; oculis multa inerat gratia: teſte Niceph. l. 2. c. 37. Itaque erit à παῦρος, κατ' ἀντίφρασιν. Primaſius: *Paulus*, i.e. puſillus & ultimus. Ex *Saulo*, *Paulus*, ſicut ex *Abram*, *Abraham*. Iſidor. Ego ſum minimus Apoſtolorum omnium. Quando enim *Saulus*; ſuperbus, elatus. Quando *Paulus*; humilis & modicus. Ideo ſic loquimur: *Paulo poſt* te videbo, i. e. poſt modicum. Quid? quod ipſemet modicus jam factus ita loquatur: *Ego ſum noviſſimus Apoſtolorum*. Et alio loco ſe *minimum* Apoſtolor. nominat. Alii ab Hebr. פָּעַל, i.e. operatus eſt expoliendo, confecit. Paulus enim ita de ſe: ἐν κόποις περισσοτέρως. 2. Cor. 11. Chryſoſtomus huic nomini probius enucleando integrum impendit triduum, ut ipſemet fatetur. Etiam Beza in c. 13. actor. Apoſtol. de eodem Pauli nomine multum diſſerit. Et

poſt

post hunc in epist. ad Philem. c. 3. Scip. Genti
Ctus: qui existimat *Pauli* nomen Romanum & à R
nis inditum esse.

Pauper, Varr. l. 4. à *paulula* re: sicut *miser*, à m
cui cum opus est, minus nullo est. Aliis vero *miser*
σος, μυσαρός. Aut à μισέω odi. A miser fit *miseror*,
reor, miseret: quod notat πάθος erga miserum &
ctum. Jos. Scal. *Pauper* à παῦρος, prima reduplica
Paupero, ap. Plaut. Horat. i. e. pauperem facio. A
Luna *pauperata* lumine, i. e. privata. *Paupertas* n
videtur esse, quam *egestas*. Cic. paradox. Istam *pa
tatem* vel potius *egestatem* ac mendicitatem tuam
quam obscure tulisti. Sen. ad Lucill. Non est quod
pertas nos à philosophia revocet, ne *egestas* quidem.
Quanta verborum nobis *paupertas*, immo *egestas* sit

Pax, Terent. in Heaut. Dum argentum capio, *pa*
hil amplius. Quid sit, eleganter docet Jos. Scal. in
son. l. 1. *Pax* semper interponebatur ad interpellan
vel truncandum sermonem, ut licet colligere ex Pla
infinitis prope locis. Qui enim admirantis esse di
mihi non persuadent; & cum id mirer ab illis dici
tamen non utar in illa admiratione. Sed consulant
tum, qui toties eo usus est. Quin, quod magis admi
tur, non est vox Romana, sed Græca: eaque utebar
cum sibi silentium imponebant, apposito ad os di
Atque id ita esse, vero vincam ex Diphilo, cujus
verba sunt:

Δειπνεῖ τι καταδὺς πῶς δοκεῖς; λακωνικῶς
Ὄξους ἢ κοτύλην. Πὰξ, τί πάξ;

An non satis constat tum Græcum esse, tum etia
lentii esse, non admirationis? Cum enim sibi silent
imponebant, tanquam ulterius sermonem produ
vererentur; aut cum, quæ dicta erant, indicta
lent: aut cum ex sermone præsentes dimitterent,
πάξ dicebant.

Hesych. Πὰξ ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν.

Pecus à πέκος, πόκος, i. e. Vellus: à πείκω, seu πέκ
πεκτέω, Hesych. πεκτεῖ; κτενίζει, τίλλει, κείρει, ξαίνει. Ur
&

& *pecto* : πικτὸς, i. e. *pexus*. *Pecten*, instrumentum pectendi. *Pectus* : qui à percutiendo dictum existimant, illo forte Plauti (*Pectus pulsat, credo cor evocaturus est*) falluntur. Ob similitudinem enim, quam cum *pectine* habet (in sceleto vides) ita appellatur. Costæ siquidem dentes repræsentant, Et *pectus* è costis, tanquam firmamentis, *compactum* & *pectinatum* est : quæ duo verba jungit etiam Bauhin. l. 1. Anat. c. 10. Sed ad *pecus*: de quo Scal. c. 29. L. L. πόκος Homero fuit lana : Quo nomine nunc etiam fasciculum certum, sive pensum vocant in Italia alicubi : sed genere fœminino, Itaque à lana vetusta vox πέκος. Idem c. 10. & 17. l. 1. poet. Ap. Verr. Flaccum scriptum fuit, veteres πέσκη pelles appellasse. Lucilii versum in originib. recitavimus : in quo *Pescia* significat tergus pecuinum, quo pro amiculo usi essent. Eam vocem posuimus in Satiris nostris. Et *pescia* dicta legimus in carmine Saliari *Pecus* nostrum inde : unde & Græcis πόκος, lana. Quin aliquibus Italiæ locis *pocam* vocant lanæ certum pondus. Hæc ille. *Pescium*, πέσκιον, à πέσκος, quod Hesychio est κώδιον, δέρμα. At πέσκος à πέκος, per insitionem τοῦ σ : à πέκω, ut ante dictum. Scal. in Conject. Dubium non est, *pecudes*, quod tonderentur, τοκάδας dictas. Unde πόκος ap. Græc. vellus apud nos remansit. Latini vero *pecudes* potius, quam *pocudes* dixerunt more suo. Cum & *Apellinem* pro Apolline dicerent : item *temperis* & *pigneris*, & *elera* pro olera. Unde *Elvela* olera minuta & *elvecola* vitis, quæ herbacei coloris esset. Titinnius : Lenti calido *elvela*, rapula, rumices. Sic etiam *hemonem* pro homine. Hæc ille. Ex eo percipimus, quod τὸ *pecus* sit vox generalis, significetque, ut ait Valla, animal quod sub imperio hominum ex pabulo terræ pascitur. Quod una etiam autores probati docent. Quamvis nec raro ἰδικῶς præsertim antiquissimis illis temporibus idem sit, quod ovis, gestans πέκος, id est, lanam. Cato de re rustica : *pecori* & bubus. Plin. l. 8. c. 49. Suis fœtus sacrificio die quinto purus est, *pecoris* die sexto ; boum tricesimo. Quinctilianus, Quur in usum vestiū sæpe *pecori* lanæ detrahuntur ?

Digitized by Google

tur? Etiam Justinian. l. 2. Inst. *Sed etsi pecorum vel o*
usus legatus sit: neq. lacte, neq. agnis, neq. lanæ utetur
rius. Vel ovium, explicationis causa subjecit idem
tens ἐν παρενθήκῃ, quod notat Scip. Gentil. in Pa
contra Cujac. qui legit, *pecorum veluti ovium.* Am
à pecus est *pecuarius.* Virg. ——*Pecuaria* prin
3. Georg. Suet. in Jul. Cæs. Hi qui *pecuariam* face
Et sic paulo post: Legem præcipue *sumtuariam*
cuit. Item à *pecus* est *peccare*, inquit Sal. c. 31. L. L
minatur C. *pecus, peccare*, non, ut Grammaticor. ine
pedem capere. Etenim per vitia, aut peccata dege
mus in pecuniam quasi indolem. Quamvis alii m
ducere à בָּגַד, *bagad*, i. e. peccavit, metam transgr
est: sicut ἁμαρτάνω est à מָרַד. Fr. Jun. de peccat
dicit: *Peccare*, quasi *pecicare*, vel *pecucare*, pecudis m
lineas transilire, quas Deus & natura homini circu
fuerunt: ex quo etiam veteres *pecudium* & *pec*
rium τ̃ προπέλιχ, hominum præcipitem, qui *pecudis*
extra ordinem lineasque ejus se infert temerè, ap
larunt. *Hæc ille.* Quò etiam facit, quod *peccatores*
stiarum titulo vocent tam autores sacri, quàm alii
ta impudicos *canes*, luxuriosos *sues*, crudeles *leones*,
ces *lupos*: & sic deinceps. Apoc. 22. 15. *Foris erunt c*
2. Pet. 2. 21. *Sus lota, ad volutabrum cœni.* 2. Tim. 4. 17
ptus fui ex ore leonis. Act. 20. 29. *lupi graves, non parc*
gregi. Similiter Juven. Satir. 10. stupidos vocat
veces. Properr. l. 2. eleg. 26. stolidum hominem
cat *pecus.* Aristot. summum vitii gradum vocat θη
τητα & θηριώδη. Chrysost. vitia omnia nominat
εία καὶ λέοντας. Greg. Nyss. θηρίων ἐν τῷ ἤθει μορφάς. T
doret. in θεοφιλεῖ, τ̃ ψυχῆς θηρίας. Inde patet, quam
peccare dicitur, quasi *pecuare*, à pecus: quod à πέκος
κος: ut dictum. Quin & Hebræis pecus est בָּקָר, *ba*
id est, pecus, armentum, bos. A pecu enim form
pecuinus & *pecunius.* Ita German. quoque vetusta
vocat pecuniam à Fio, i. e. Viehe. Nam veter
divitiæ consistebant in copia pecudum: nec non

neta pecudis effigie primum notata fuit à Servio: aut à Jano, ut censet Macrob. Legatur Plin. l. 18. c. 3. & l. 33. c. 3. Ap. Hebr. Gen. 33. 19. Jos. 24. 32. Jobi 42. 11. קְשִׂיטָה *Kesitah*, exponit Luther. & Tremel. *numis*: scilicet nota pecudum signatis. Pagn. vertit *agnos*. Chald. paraphrastes habet חוּרְפָא, quod significat *agnum* & *agnam*; quam Græci vocant πενταλόα. Hebræum LXXII. vertunt Gen. 33. ἀμνῶν. Jos. 24. ἀμνάδες. Plutarch. in Publicola: *Romani ἀπὸ τῶν προβάτων Πεκούλια nominant: & vetustissimi numi bove vel ove vel sue fuerunt signati, filiisq; suis Suilliis, Bubulcis, Caprariis, Porciis nomina indebant*. Ap. Athenienses numi *figuræ boum* signati fuerunt. Ex quo Proverbium ap. Pollucem. βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν, i. e. bos per linguam inambulavit. *Collybus*, κόλλυβος, talis moneta: vel monente nomine, à κολλάω & βοῦς. Amplius à *pecus* est etiam *peculium*. Formatio talis: ut à currus *curulis*, ab idus *idulis*, à tribus *tribulis*: Sic à pecus *peculis*. Et hinc *peculium*, quod est pecudibus, inq; privatos usus congestum. A peculium fit *peculiaris*, uti *singularis*, *regularis* & alia. Ab arcta origine dein fusa est significatio. A *peculor* est & *peculatus*: quomodo *consulatus*, *principatus*. Deinde etiam *peculatus* est furtum pecuniæ publicæ scilicet à *pecude*: quia inde initium ejus fraudis esse cœpit, uti monet etiam Festus. *Depeculor*, penult. longa, i. e. aufero proprium.

Pedo, i.e. crepitum ventris emitto, à βδέω: aut verius πέρδω, eliso R, ut distinguatur à *Perdo*. Πέρδω, est factitium ab imitatione istius soni indigni auribus honestis. A *pedo* est *podex*: sicut à πέρδω, πορδή. Podex Græcis est πρωκτὸς, πυγὴ ἀρχὸς, δακτύλιος, βάταλος Eupolidi: κότινος Hesych. A *pedo* faciunt nonnulli *pedor*, *pedidosus*: alii à παῖς, παιδὸς, & scribunt *pædidosus*. Illi magis placent. Nam & usurpatio autorum & significatus, & denique analogia me commovent. Ut enim ab albeo, albor, albidus: à sapio, sapor, sapidus: ita à *pedo*, *pedor*, *pedidus*, quod est ap. Fest. Exinde etiam emersit *pedidosus*, uti factiosus, studiosus, curiosus & alia. Aliud vero est *pedicosus*, de quo egimus in voce PES.

Hhh *Pega-*

Pegasus, πήγασος: equus Persei alatus, ita dictus: juxta fontes Oceani natus fuerit, & fontem ungul cuerit, πηγὴ fons est: Unde & *pagus*, de sententia rundam. Etenim πηγὴ Dorice παγά. Ut ita *pagus* sit eodem *fonte* utitur, propter commoditatem. Quod innuit Manut. l. 2. epist. 7. Dion. Halicarn. l. 4. *pag* citur à πάγος, collis: quod olim securitatis m causa in πάγῳ ædificarentur pagi. Ut à silva silvanu à pagus *paganus*, i. e. propriè ad pagum spectans. *paganalia*, κωμητικὰ, feriæ paganorum in pagis, ap. l. 5. L. L. Sed κατ' εἶδος *pagani* in scriptis patrum o doxorum, vocari solent ἄπιστοι, & opponi Christi Paul. Orosius ita dictos vult, quod à civitate Dei a in locorum agrestium compitis & *pagis* oberrant: etiam probat Cujac. Desid. Herald. animad. in Arn 1. Cum, *inquit*, Christiani Impp terrarum orbi præ rent, & Ecclesiæ Christo ubique conderentur, con dolorum templa clauderentur & everterentur; cum appellationis causa appellatio quoque ipsa m est, & pro *nationibus*, *gentibus*, *ethnicis*, *Pagani* app ri cœperunt; quippe non amplius terrarum orbem cupantes, sed in angustum coarctati & quasi *pagis* tum quibusdam conclusi. Hæc ille. Ubi & laud lum Prudentii versum l. 1. contra Symmach. *Sun barbaricis gentilia numina pagis*. Quasi dicat, dii il stri nisi in pagis quibusdam non coluntur amplius que etiam apud gentes politas & in imperio Rom sed tantum apud barbaras nationes & quidem à p & in pagis: quod etiam notavit Rittershus. in Salv Nos revertamur ad Græc. πηγὴ, quod resipit Heb. i. e. defluxit copiose, instar rivi, seu fontis. Ab e equo Pegaso nominatur *Hippocrene*. Persio fons *c linus*. Κρήνη, *crena*, fons est ab Hebr. קור *kur*, fo fontem.

Pellex, Valla l. 6. c. 48. Agel. l. 4. c. 3. quasi πάλλ παλλακὴ i. e. puella, juvencula. Verius ita: *Pellicere* Latinor. verbum est amatorium, nihilque aliud, qua amorem, seu, ut Festus ait, in fraudem sensim perdu

Pellecebræ ſunt delinimenta meritricia, ἀγανοῖς ἐπέεσσι, ut ille ait, & ſuavilundiis incautos animos irretientia. Unde ipſæ meritrices *pellices*: ut ab illico illices. Πάλλαξ vero ab Heb. פִּילֶגֶשׁ, pellex, concubina. LXXII. vertunt παλλακάς.

Pelaſgi, πελασγοί: Aliis quaſi πελαργοί, quod more ciconiarum vagati ſint ap. Strab. l. 9 Aliis à πέλας & ἀγρὸς. Aliis ab Hebr. פָּלַח, ut ſignificet gentem diſperſam, & ab aliis quaſi avulſam.

Pelicanus, aut rectius *Pelecanus*: quia πελεκᾶν & πελεκᾶς. A πέλεκυς, i. e. ſecuris. Quia pelecanus roſtrum magnum latumque habet, inſtar πελέκεως. Vel ex Hebr. פָּלַח, *palách*, i. e. diſcidit. Forte ex eo, quod illa avis ſemetipſam vulneret roſtro ſuo, quaſi ſecuri, & ita pullos in vitam ſanguine profuſo revocet. Quod apud Ægyptios decantatum ſane eſt. Ut etiam apud eoſdem *pelecani icon* (Orus Apollo refert) ἄνουν καὶ ἄφρονα notat. Atque inde quidem. Nam Pelecanus, non in editiore loco, ſed terra defoſſa pullos collocat. Locum illum aucupes arido bovis ſtercore circumdant, ignemque ſubjiciunt. Ibi avis, fumo conſpecto, alis ſuis tanquam flabello, quam reſtinguere volebat, flammam magis ciet: & ita ambuſta facile capitur. Sed de hiſce talibus viderint Phyſici & hiſtorici.

Peloponeſus, nobiliſs. regio Græciæ, mari Jonio & Ægæo intercluſa, per Iſthmum reliquam adhæret Græciam: Πελοπόννησος. olim etiam Ἀπία καὶ Πελασγία, Apollodoro & Plin. teſtib. Euſtath. Ἄργος: Steph. Ἰναχία. Dicta, quaſi *Pelopis inſula*: quod ab illo condita, aut exculta ſit. Jonibus Πέλοπος νῆσος: quibus τμήσεις ejuſmodi amicæ. Νῆσος eſt inſula. *Pelops*, Πέλοψ. A πελὸς & ὄψις: aut potius ab ὄψ, ὀπός. Dicimus n. Pelops, Pelopis, Pelopi. Ab ὄψ, i. e. vox, ſonus, fit μέροψ, *Merops*: epitheton hominum; ut quorum lingua confuſa aut diviſa ſit: μείρομαι, μέρος.

Pelta, πέλτη, ſcutum exiguum. Nonius: peltæ ſcuta Amazonica. Heſych. & Suidas putant πέλτην eſſe ἀσπίδα, quæ non habeat ἴτυν ſive umbonem. Martin. fa

 cit

cit à פלט, i. e. ῥύεσθαι, σώζειν, liberare. מפלט Pſ. 40. 24. vertitur ὑπερασπιστής. Alii faciunt ab Hebr. פלדות i. e. ſcuta brevia, in modum lunæ. Virg. Lunatis agmina *peltis*, i. e. forma lunæ. Hebræum exſtat Nah. 2. 3. in igne vel ſplendore פלדות, i. e. *peltarum*, vertente Avenar. Interpretib. LXXII. ἡνίαι. Pagn in igne lampadum. Tremel. in igne tædarum. Nam & Judæi legunt לפידים, i. e. lampadum, à פלד, pro *pelatoth*. Tamen & El. Hutter. *Peladoth* (inquit) πέλται, peltæ lunatæ. A πέλτης faciunt quidam καταπέλτης: alii à πάλλω, uti ante notatum. Lipſ. l. 3. poliorc. dial. 2. Græc. nomen καταπέλτης. Formatum ἀπὸ τῆς πέλτης, quæ autore Heſychio δόρυ καὶ ἀκόντιον etiam notat, i. e. haſtam & jaculum. Plaut. Capt. a. 4. ſc. 2. *Meus eſt balliſta pugnus, cubitus catapulta eſt mihi.* Ita enim ibi paraſitus minitabundus in obvios & *pugnum* ſuum, qui rotundus, cum lapide *balliſtario* comparat: cubitum, qui longior, cum *telo catapultæ*. Ita dico, *telo*. Nec aliter in iis verſib. utraq; vox capienda, quam pro eo quod catapulta emittitur aut balliſta. Ita idem Pœn. act. 1. ſc. 1.

Cui jam infortunii intenta balliſta eſt probe,
Quam ego haut multo poſt emittam è balliſterio.

Ita hæc interpreter, & *balliſterium*, non locum, ſed machinam ipſam. Mens poetæ & ſermo evincunt: ſed & conformia exempla. Hæc ille. Idem Lipſ. Analect. l. 3. dial. 1. Magis certò affirmare habeo de Amazonica *Pelta*. Ea n. & à prioribus diſtincta. Virgil. nominat:

Ducit Amazonidum lunatis agmina Peltis.

Et Seneca Trag.

---- lunata latus Protecta pelta.

Iſid. *Pelta, ſcutum breviſſimum in modum lunæ mediæ.* Nota in eo parvitatem obiter, A ſpeciem quæ eſt dimidiatæ lunæ. Satin' certo? Nec aliud diſcrimen? Immò eſt, nec leviter debebat ſic defungi Poetæ, qui *lunatas* dicunt. excuſandi ſunt, ſi non magis exprimunt, nec commodè poſſunt. Ego faciam, & didici ex lapidibus aut monumentis priſcis, *bilunem* fuiſſe hanc peltam: i. e. duplici ſemi-

Digitized by Google

semilunâ insignem. Hoc cum marmor quoddam in Pontificis hortis docet, ubi Amozonum pugna expressa, & cum ejusmodi scutis: tum clarè Marc. Capella, l. VI qui partem Italiæ extremam, quæ Brutios habet, *lævorsum se flectere* scribit; & *duobus promontoriis Peltæ Amozonicæ formam reddere: dextro autem cornu Leucopetram tendere, lævo Lacinium*. Adi, sodes, vel Ptolomæi vel alias tabulas, videbis duplicem ibi sinum reddi, cum medio discrimine & eminentiâ, uti in formis subjectis reddo. Hæc Lips.

Pendeo. *Pensum* est manipulus lanæ, aut lini, aut canabis, è colu *pendens*. Scal. l. 6. poet. c. 4. *pondere* omnia deorsum vergant: unde & *pendere*. At contra Isidor. *pondus* facit à *pendere*. Inquit l. 16. c. 24. *pondus dictum, quod in statera libratum pendeat*. Cui etiam Martinius calculum suum adjicit. At Perottus *pendere* format à *pennis* civium: quasi scilicet *pennere*. Hoc verò certum: quod *pendulus* fiat à pendeo: & à pensum *pensilis*: ut à fusum, fusilis. Etiam à *pendeo* ducunt *pendo*. Quoniam (ut ait Perot.) *quæ ponderantur, ex libra pendent*. Martin. *pendo, est facio pendere, pondero*. Dicitur ergo *pendeo* & *pendo*: ut ferveo & fervo: fulgeo & fulgo. Neque significatio utriusque dissonat. A *pendo*, *expendo*, fit *expensæ*, h. e. sumtus qui erogantur. Veluti ab *impendo* fit *impensæ*. Gloss. *impensa* ἀνάλωμα. Fest. *Impensam stipem, æs sacrum, quod nondum erat pensum*. Plin. l. 33. c. 3. adhuc expensa in rationibus dicuntur, item impendia & pondera. Varr. l. 4. L. L. *Dispendium*, ideo dictum, quod in dispendendo solet minus fieri: *Compendium*, quod cum compenditur, una sit. A quo usura, quod in sortem accedebat, *impendium* appellatum. Gloss. *impendia* τὰ ἐπιτήδεια.

Penes. Scal. c. 153. L. L. Unam tantum invenio, quæ solius quietis nota sit, ea est *Penes*. Significat enim potestatem immobilem ab eo, cujus est. Itaque maxime substantivum verbum sibi vendicavit. Hæc ille. Quod etiam etymon ingerit. *Penes* enim, ut & *Penitus*, ab Hebr. פְּנִים, *penim*, i. e. penes, ἔσω, interitus, in loco interiori. Quod penes te, non est extra, aut externum: sed intus,

ut, quasi possideas, aut firme teneas. *Ulpian.* penes te
plius est, quam apud te. Nam *apud te* est, quod quali
cunque à te tenetur. *Penes te* est, quod quodammodo
possidetur. *Penates* (inquiunt) quasi *penes nos nati*:
quasi *penites*: quod *penitissimi* dii sint, & proprii. Ci
de Nat. Deor. Vel à *penu*: vel quod *penitus* insident.
ctius ita colligimus. *Penus* ex eodem isto Hebr. est qu
quid reconditur in usum aut esum: quidquid in cella
alio loco interiori asservatur, πρὸς τ̃ βίον. Et ita *penu*
interior, vel qui intus, vel abstrusus, non omnibus
vius, sacer. Quod *Penitus*, deductum satis arguit, ut
dicetur. Ut ergo à magnus, magnas, magnates: à prim
primas primates: sic à *penus*, *penas*, *penates*, i. e. dii
teriores, vel penitissimi, absconditi, qui in locis secr
oribus colebantur: unde etiam *penitrales* dicti po
Et Festus *penitralia* esse ait, penatum sacraria. Dion.
lic. l. 1. antiq. *Qui penates in linguam Græcam vert*
alii πατρῴους appellant: alii γενεθλίους: *sunt & qui* κτησίους:
autem μυχίους. Quod congruit cum dato etymo. Est e
μύχιος, intimus, abstrusus. A μυχὸς, penitrale, rece
Legatur Macrob. l. 3. Sat. c. 4. Arnob. contra Gent.
Agell. l. 4. c. 1. A *penus* vero *penitus*: ut à cœlum c
tus, ab humanum humanitus. A penitus est *penitro*,
interiora accedo. Item *penitrabile*, quod penitrari q
Penitrale, locus interior, aut semotus, Lucret. l. 1.
penitralem ignem, quibus omnia conficiuntur: h. e. qui
teriora penitrat. Serv. *Penitrale* quod penitrat. *Peni*
bile, quod penitratur. Quamvis & hoc ἐνεργητικῶς i
veniatur. Ut penitrabile telum, ap. Virg. l. 10. Æn.
cimus & *penetro* & *penitro*: ut meretrix & meritrix
genetrix: & genitrix: usu veterum, quibus αἰτια
illa familiaris.

Pentecoste, πεντηκοστή, i. e. quinquagesima. Generat
ponitur, aliquo tamen subintellecto. A πεντήκοντα,
quinquaginta. Nobis *Pentecoste*, est quinquagesima
à resurrectione Christi: πεντηκοστή scilicet ἡμέρα. In li
Syror. est בִּנְטִיקוּסְטִי, *Pentikusti*: è Græco, quod
τε, quinque. Ita dicitur παρασκευή, à præparatione, Pe
lo

Digitized by

longa, à σκευάζω, σκευέω, i. e. vaſa paro, inſtruo, adorno. Σκεῦος vas, inſtrumentum. Ab Hebræo זִיוָה: à quo, ſed difficilius, etiam Lat. *Vas*, i. e. ſcrinium, ciſta, vel inſtrumentum quodcunque, in quo aliquid reconditur, ſive reponitur. Etiam dicitur *vasum*. Lucret. l. 6. rareque facit lateramina vaſi.

Penula, penulatus. Inde exſtitit Græcor. φαινόλη, πινόλης, φελόνιον: uti in Gloſſ. videre licet. Etiam Paulus habet φελόνην, 2. Tim. 4. 13. Quamvis in nonnullis codicibus legatur: φαιλόνην & φιλώνην. Sed, ut dixi, è Latino fecerunt. Tertull. in apolog. tradit: Lacedæmonios fuiſſe penulæ repertores. Quid ſi etiam vocis? Nonius cap. 14. *Penula eſt veſtis, quam ſupra tunicam accipimus*. Ælian. Spartan. in Hadriano: *Penulas amiſit, quibus uti tribuni plebis pluviæ tempore ſolebant*. Juvenal. Sat. 5. --- *multo ſtillaret penula nimbo*. Inde colligitur, quod *penula* fuerint uſi in itineribus contra pluviam & alias aëris moleſtias. Iſidor. l. 19. cap. 24. penulam derivat à *pene* ſeu fimbria. Vetus vocabularium à *pendeo*. Sed juvabimus hanc ſententiam. Si *penula* ſit vox Latina: diceretur quaſi *pendula*, à pendeo. Quia negligentius habita *pendebat* & deinde etiam ſupra tunicam aſſumta *pendula* quaſi videbatur: quomodo hodieque pallium cœlo pluvio ſolet.

Penuria, à penore qui trahunt, nimium ſibi indulgent. Priores duas Virg. producit, 7. Æn.

--- *Penuria adegit edendi.*

Eſt autem à πεῖνα, i. e. fames, defectus Πείνη, πεινάω, eſurio. Igitur nec per *OE*, nec per *Æ* prima vere ſcribitur.

Peplos, vel (ut alii ap. Plin. legunt) *peplis*, eſt herba à ſimilitudine pepli ſic dicta: *ex una radice tenui fruticat, foliis rutæ paulo latioribus*: ut Plin. ſcribit l. 27. c. 12. *Peplum & Peplos*: πέπλον & πέπλος. Euſtath. ait fuiſſe περίβλημα σινδονοειδές: idemq; trahit à πεπτάσθαι, quod eſt pandi & explicari. Homer. Iliad. 5. ἀμφὶ δὲ πέπλοι πέπτανται. Aut πέπλος à πέλω, in orbem verto. Aut πέπλος, quaſi πέμπλος, à πέμπω: ut στολὴ à στέλλω. Ut ita *peplum* ſit veſtis demiſſior & laxior. Unde τρωάδες ἑλκεσίπεπλοι ab Ho-

mero vocantur, h. e. qui trahunt peplum. Quomodo etiam *Syrma*, à σύρειν, eadem notione ducitur. Hinc etiam πέπλοι & πέπλα vocantur vela, quibus currus & exuviæ mortuorum teguntur. Suid. πέπλον dicit τὸ ἄρμενον τῆς παναθηναϊκῆς. i. e. velum panathenaicæ navis. Poll. l. 7. c. 13. Callimach. habet χαλκείους πέπλους. Aurora dicitur κροκόπεπλος ab Homero: Latona κυανόπεπλος, ab Hesiodo: Hercules στερφόπεπλος, à Lycophrone: Bacchus νεβριδόπεπλος in epigrammate.

Pepo, πέπων, species est cucumeris. Nam qui solitam magnitudinem attingit, *Pepo* vocatur, Plin. l. 19. c. 5. adeoque dicitur ἀπὸ τοῦ πεπαίνεσθαι, i.e. maturescere. Alioquin est πέπων adjectivum, i. e coctus, maturus. Πέπτω est coquo. *Batecha*, i. e. melo ap. Avicen. Arabicè (*battich*) est ab Hebr. אֲבַטִּחִים pepones, genus cucumeris. Num. 11. 5. LXXII. vertunt τοὺς πέπονας. Uti etiam Latini interpr. *pepones*.

Pera, πήρα, πήρη, i, e. saccus, pera: πηρίδιον. Unde & *pero*. Juven. Sat. 14. ---- quem non pudet alto Per glaciem perone tegi. Pers. Peronatus arator. Sane ἐπίθετον conveniens. A *Pera* composuit Plaut. festive *perenticida* imitatione parenticidæ: in Epid. a. 3. sc. 2. Ap. eundem Rud. a. 2. sc. 6. exstat, *Sacciperium*: à sacco & pera: ut sit marsupium laxius. Eustathio πήρα dicitur, quasi τήρα: quasi τηρεῖ i. e. custodit & servat, quæ in ea reponuntur.

Peristera, περιστερά, i. e. columba: παρὰ τὸ περισσῶς ἐρᾷν. ap. Hebr. *Jonas* nomen accepit ab illa ave. Etenim יוֹנָה, i. e. columba, quæ natura sit tristis, & exposita prædæ. Rad. est יָנָה, i. e. afflixit, molestavit, contristavit. Ex quo provenit haud dubie Græcor. ἀνία, ἀνιάω, ἀνιάζω. Aut ab עֳנִי, i.e. miseria. *Lysanias* est solvens tristitiam, ἀνίας. Etiam ap. Græc. οἰνὰς est columba: & faciunt ab οἶνος. Scal. in Arist. de animal. l. 2. c. 18. Aristoteles à *mustulento nitore* οἰνάδα: Theodorus recte *vinaginem*: nos *vinulam*: & à fabis *fabariam*. Idem Scal. in l. 5. c. 12. οἰνάδα *Theodorus* vinaginem, *ut alibi felicissimo vocabulo reddidit*,

bulo reddidit, quam & vinosam *potes dicere. A vini enim colore denominata est, quod nullum genus magis repræsentabit. Neq; putes, ut quidam, hoc ipsis nomen inditum, quod* vinaceis *uvarum succis hieme delectentur.* Quod si vero Hebræum inquiras etymon: *οἰνὰς* à superiori יוֹנָה *jonah*, dici possit.

Perna, *πτέρνα*, ἡ Quod ἀπὸ τῆς πτερὸν τὴν ἱερα. Athen. dipnosoph. 14. ἐκεῖ δὲ πιπασῶν μέρ@ ἑκάτω κεῖται, ἣν πέρναν καλοῦσιν. Hinc *compernes* Plauto. Mil.glor. a.3. sc.1. nominantur hominib. plus justo conjunctis. Utitur etiam Lucill. sat l.17. Plin. utitur de calce arboris l. 17. c. 10.

Pernix, vulgo à *pernitor*. Ab Hebr. *Nitor:* נִשְׁעַן nisus est: T pro S, ut solet. Quasi ita *pernix* sit laboriosus, veluti exponunt, qui valde nititur; aut conatur. At *pernix κυρίως* est celer, velox: scilicet à celeritate aut impetu volatus. Πτερὸν, πτέρυξ est ala: πτέρινος pennatus, ad volandum instructus.

Virgilius: ---- 4. Æn. *pernicibus alis.*
Ut Statius: --- *Præpetis alæ.*
Plaut. Mil. *pernix* sum manibus, pedibus mobilis.

Perperam, plerumque capitur *καταχρηστικῶς*. *Perperus* Nonio est indoctus, stultus, rudis, insulsus. Aliis & quidem recte, levis, temerarius, qui hinc inde volat. Idque ex Græco πέρπερος, qui quovis vento circumagitur: ceu πέρφορος, à περιφέρεσθαι. Aut à περὰ, ultra: & περᾶν transire. Significatus vero eodem tendit. Et ita proprie ex origine utitur Arian. in Epictet. l. 3. πέρπερον vocans πάντα μεμφόμενον, πᾶσιν ἐγκαλοῦντα, μηδέποτε ἡσυχίαν ἄγοντα. Moschopolus: κομψοὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, οὓς νῦν ἡμεῖς περπέρους, καὶ πολυλάλους φαμέν. Gloss. Philox. *perperus*, πέρπερος, προπετής. Idem *perperam*, ἐναμάρτως, προπετῶς. Suidas: πέρπερος ὁ μετὰ βλακείας ἐπηρμένος, οἷον λάλος, προπετής, μηδὲ λογισμῷ ποιῶν. Gloss. Cyrill. προπετὴς, *perperus, protervus, temerarius, procax, petulans.* Autor ad Herennium jungit *nequiter* & *perperam*: itemque Cic. & Liv. opponunt *Recte* & *perperam.* A nomine πέρπερος fit περπερεύομαι, i. e. *perperam aut perpero modo ago.* Gloss.

Cyr. περπερεύομαι, *perperam ago.* Suidas: περπερε-
προπετεύ. Ipse Paulus etiam hoc verbum admisit 1.C
4. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται: i. e. *charitas non agit perp*
ut vet. interpres & Beza verbatim exponit: *perper*
i. e. nequitur sive insolenter: uti addit Beza. S
חובא לא משתגש i.e. *charitas non tumultuatu*
turbas & motus ciet, interprete Trem. Arabs: לא עגמם
Puto, (inquit Fr. Rapheleng.) Arabem intellexiss
περπερεύειν, pro barbarum esse, vel barbare agere, βαρ
ζειν. Nam עגם est barbaria, natio barbara. Chr
περπερεύεται exponit προπετεύεται: & τὸ περπερ
nit τὸ βαρὺ καὶ ἐμβριθὲς, cum qui gravis & constar
Clem. Alexandr. l.3. pædag. c. 1. περπερεία ὁ καλλωπ
προπετότητος καὶ ἀπειροκαλίας ἔχων ἔμφασιν. Neq; aliter e
cat Basil. in defin. 49. Tertull. de patient. c. 9. *Di*
nec proterbum sapit. Atq; omnes hæ expositiones su
locum obtinent: si modo ante omnia vox πέρπερος
sua origine & proprio autorum usu æstimetur. Nam
litudo rerum facit, ut una vox toties alio transfera

Perpes, præpes. E l.6. Agell. c.6. colligitur, quod *pr*
tes aves sunt, quæ prosperius *prævolant*, & quæ subl
us: quibus opponuntur *inferæ.* Antiqui *præpetere*
bant pro anteire. Et *præpetere* aves dicuntur, quæ se
auspicantem ferunt. Κακόπετις, male volans. Ὠκυπ
celeriter volans. Προπετὶς, prævolans. *Præpetes* ita
sunt à προπέτεσθαι, secundum Turnebum, i. e. à præve
do, qui annotat easdem quoque *magnas* aves vocari
ap. Plaut in Rud. Ut ita non sine causa Apollinaris
pitius in dicto Agellii cap. dixerit: *præpetes* sibi v
esse alites, quas Homer. τανυπτέρυγας, expassis alis vo
tes appellaverit: quoniam istas potissimum augures
ctarent. Videatur etiam Brissonius lib. 1. de form
Perpes autem erit à περιπετὴς, περιπέτομαι, ut notet
tinuitatem. *Aperpes* est *perpetuum*, i. e. proprie co
nuum, non interruptum. Et sic autores boni utur
Scalig. in Theoph. de pl. *Perpetuum* est augurum v
quoties volatus non intermittitur: Ut sit διαπέτη
Penna, antique *pesna*, Fest. Πετεινὸς, πτηνὸς: Æol

πτηνὸς, & eliso τ πηνὸς: Unde *penna*, quia fit volucrum propria, iisdem pro pilis data.

Persia, nomen proprium gentis ac regionis in majori Asia. A Rad. פָּרַס, i. e. divisit, dirupit, dilaceravit. Ut ita *Persa* significet militem, virum robustum, qui omnia devastat & rapit instar *accipitris*, aut *ossifragæ*, qui Judæis est פֶּרֶס ab eadem Radice. Dan. 11. 2. פָּרַס est Persia: & ad verbum alluditur Dan. 5. 28.

Persona: ut à corona corolla: ita à persona *persolla*, προσώπιον, ap. Plaut. in Cur. ut disputat ibi Taubm. Est etiam nomen herbæ: *Personata*, προσωπὶς: *persolata* aut *persollata*, προσώπιον: ap. Plin. l. 25. c. 9. Lobel. in Advers. Dodonæum & alios. Scalig. c. 73. L. L. Sane intelligitur status hominis ab animo, aut fortuna. Neque verum est, quod ajunt, significare individuam substantiam rationalem, ut vulgo utuntur, cum Itali numerant turbam nomine personarum: sed accidens notat, ut servum, liberum, ingenuum, heroem, senatorem, fœneratorem, militem. Itaq; cum definimus, ab Animo, Virtutem & vitia comprehendimus: cum fortunam, libertatem, dignitatem, & contraria. Sic enim semper locuti sunt probati autores. Nam M. Tullius in 8. ad Att. in Ep. ad Pompe. cum dicit: *mea persona* ad improborum civium impetum semper habuisse videtur aliquid populare: non intelligit suuum corpus simpliciter, sed virtutem, ac fortunam suam, quæ meritorum nomine jam commemorat. Itaque in 1. Rhet. loca à personis explicat, nomen, naturam, victum, habitum & alia ejusmodi. Et in orat: pro Sylla sic locutus est: Si mihi propter res meas gestas hanc imponis *personam*. Cum dixit, *mihi*: intellexit substantiã: cum dixit *personam*: intellexit accidens: cum dixit, *res gestas*, intellexit causam personæ, & circumscriptionem. Et, suscipere personam boni viri: & sustinere, idem alibi sæpe dixit. At neq; suscipit substantiam, neq; mutari potest, sine interitu. Igitur idem est, si dicas, *persona* Ciceronis: & status Consularis. Sic enim ad Atticum scribens, cum negat esse è dignitate consulari, dicta quædam jacere

in

in Clodium possis interpretari, non pertinere ad personam ejus. Eadem de re agit Valla l. 6. El. c. 35. Apud Agell. l. 5. c. 7. formatur à *personando*. Sed nihil est. Recte idem Scalig. l. 1. poet. c. 13. Dictus est habitus is fictus, qui vetum imitatur, non quemadmodum Agellius refert, à *personando*, quia cætera tectiora tantum aperta essent, unde vox exaudiretur. Sed quod erat περὶ σῶμα. Inde jam plene intelligitur, quæ sit prima & nativa *personæ* significatio. A persona est *personatus* i. e. proprie persona indutus. Onomast. *personatus*, ὑποδεδυκὼς: ab ὑποδύω. Ita Græcis ὑποδύεσθαι σχῆμα. Amplius à Græco πρόσωπον fit προσωποληψία: Latinis *personarum acceptio*: non satis pro dictione Græca. Immo Hebræa phrasis eam propius tangit. Ut enim πρόσωπον fit ab ὢψ, i.e. oculus, facies: Ita exstat Lev. 19. 15. *Ne accipito faciem tenuis*, פְּנֵי. LXXII. οὐ λήψῃ πρόσωπον πτωχοῦ. Similiter Targum: *Non accipies faciem pauperis*. Et 2. Paral. 19. 7. *Nec acceptio faciei*: מַשֹּׂא פָּנִים. Ibi LXXII. θαυμάσαι πρόσωπον, i. e. mirari personam. Rom. 2. 11. οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ. Ibi itidem Syrus: מַסָּב בַּאפֵּא: *Non est acceptio facierum apud Deum*, interprete Tremellio.

Pes, πὸυς ποδὸς, plane ex Hebr. בּוּס, conculcavit vel attrivit pedibus. בּוֹס, conculcans. Vel ab Hebr. בָּשַׂע gradi: unde פֶּשַׂע Passus. *Pedale*, ποδεῖον, à pede: ap. Ulpian. *pedule*. Ita dicebant condalus, condulus, ap. Fest. Fabalia, fabulia, ap. Lucill. A pede est & *pedum*. Scalig. l. 1. poet. c. 4. habebant ad manum baculum pastoralem, quod Latini *pedum* ab usu consistendi atque adhærendi: Græci καλάβροπα, & à venatione λαγωβόλον vocant: etiam κορύνη dictum à clavæ specie, quam præ se fert crassitie capitata. *Pedarii* quur olim senatores fuerint dicti, exponit Agell. l. 3. c. 18. vel quod sententiam in senatu, non verbis dicerent, sed in alienam sententiam *pedibus* irent. Vel quod, utpote qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus irent in curiam. Contra Varro etiam equites quosdam dicit *pedarios* appellatos. *Polypus*, πολύπους: Tripes τρίπους, *Loripes*,

pes, qui instar lori tortum pedem habet. In Lexico Cyrilli *ἱμαντόπους*. *Nupides* ap. Tertullian. de Pallio. Græcis *γυμνόπους*. *Sonipes* ap. Virg. *καναχήπους*. *Compedes*, ubi pedes constringuntur: *pedica*, *πέδη*, *Poderes*, *ποδήρης* Apoc. c. 1. est ad pedes usque pertingens, pedibus aptus, ab *ἄρω*. Isid. l. 19. c. 21. *Poderis* est tunica sacerdotalis linea, corpori adstricta, usque ad pedes descendens: unde & nuncupatur. Cic. 2. Invect. est *tunica talaris*. Plauto pœn. act. 5. sc. 5. *tunica dimissitia*. Ezech. 9. 2. Heb. *baddim* vertunt *ποδήρη* Lat. *lineis*. Theod. *βαδδείμ*. Aquila *ἐξαίρετον*. Symmach. *λινῶ*. Amplius à pes, est *pediculus*, *pedusculus*, i.e. proprie parvus pes. Gloss. *pediculum*, *ποδίσκιλον*. Inde vermis dictus *Pediculus* à multitudine pedum, *κατ' ἐξαίρετον*. *Pediculosus* à pediculus: ut periculosus à periculum. Et exemtis duabus, *pedicosus*: aut hoc sit à *pedes*, id est, pediculi. Aliud est *pedidosus*, seu, quod malunt, *pædidosus*: de quo ante egimus. *Peda*, indicium, vel nota pedis, *ἴχνος* notante Festo. *Pedamentum*, i.e. fulcimentum, quia fungatur pedis officio. *Suppedaneum* lignum, ap. Lips. de cruce, *ὑποπόδιον*, quod pedibus subjicitur. *Suppedito*, i. e. pedib. subjicio. Lips. Cent. 1. epist. ult. Vereor, ut suppeditet metam perticax hic luctator. *Pedisequa*, quæ pedes sequitur, & comitatur heram. Simile illud Deut. 11. 6. quæ *erant in pedibus eorum*. *Decempeda*, pertica decem pedum, *δεκάπους*. *Decempedator* ap. Tull. Cic. *Repedo*, pedem refero, in Pacuvio & Festo. Igitur motui cœlestium, aut aliorum admodum *καταχρηστικῶς* tribuitur. Et ita in gloss. Isid. *propedat*, impedit, cohibet. *Impedio*, à pede: ut *ἐμποδίζω* à πόδιον, πούς. *Impedimentum*, *ἐμπόδισμα*. Item *præpedio* & *expedio*: à pede. Ex eo ad multa alia traduci consueverunt. *Calopodium*, *καλοπόδιον*, *καλόπους*: forma pedis lignea. *Lagopus*, *λαγώπους*, per leporis. Item herba cujus flores referunt pedes leporis. Hippocrati *λαγώπυρος*, quasi *leporis triticum*. Ita etiam *Polypodion*, quia ejus radix polyporum cirros æmulatur. Ita *clinopodion*, quia ejus flores, ex intervallo distincti, speciem lecti referunt, Diosc. l. 3. cap. 93. *Antipodes*, ab *ἀντί*. In Gloss. veteri *ἀντίποδες*, *Adversipedes*. Cicer. 2. Acad. qui adversis vesti-

vestigiis stant contra nostra vestigia. *Melampus*
gredine pedum. Nomen, & canis, & Medici: à quo
lampodion, quod ille multum usurpavit. *Agrippa*
gris pedibus, si Agellium audis l. 16. cap. 16. Quor
in nascendo non caput, sed pedes primi exstiterant
partus difficillimus, ægerrimusque habetur, *Agripp*
pellati vocabulo, ab ægritudine & pedibus. Gloss. *Ag*
pa. ὁ ἐπὶ πόδας γεννηθείς. *Apes* ab a & πὺς, quod sine ped
nasci videantur: ex Virg. 4. Georg.

Trunca pedum primo ----

Etiam Lucianus apem vocat ζῶον ἄπουν. At renuit S
ger & ita docet l. 5. Hist. Animal, c. 19. Putarunt Gr
matici *apem* dictam, quia sine pedibus nasceretur
falso. Primum namque & obscuratum, multisque
nomen seculis vix repertum. Deinde non tunc est
cum pedibus caret. Præterea *apis*, παρὰ τὸ ἅπτεσθαι:
de etiam *Examina* ἐξαπτόμενα, ἐξημμένα. Et Æolice,
sequimur, ἐξαμμένα. Hæc ille. *Oedipus* ἀπὸ τ͂ οἰδήματ
ποδῶν, i. e. tumore pedum, ut Euripides vult. Et S
ca: Forata ferro gesseras vestigia, tumore nactus no
ac vitio pedum. *Podagra*, ποδάγρα, & Danica lin
Podaggel: ποδὸς ἄγρα: quia pedes inprimis tenet &
stat. *Prope* quasi *pro pedibus* (ait Scalig. cap. 157. L
Ita Græci loquuntur, πρὸ ποδῶν. Græc. ἐγγὺς à
prope, venit. Quod prope, Hebræis est *præ fo*
Gen. 4. 7. ἐπὶ θύραις Matt. 24. 33. At à *prope* fac
propter, sicut ab *In*, *inter*: à *sub subter*. Est prop
quod *Juxta*.

Tum portam propter *ahena Signa*. Lucret.

Idem: *propter* aquæ rivum. Cic. 6. Verr. *propter* e
lunca quædam.

Propter humum volitat, Ovid. 8. met.

Plaut. stat *propter* virum. Et Virg. cum dixit, 9. Æ

Athesim propter amœnum:

Sincero rectoque significatu usus est. Cum auten
referimus ad usum *causæ finalis*, translato utimur si
catu. Quoniam finalis cohæret actioni: movet e
nos. *Pro*, πρὸ, cum multa significet, id habuit genui

ut vices indicaret. *Pro* Milone dixit Cic. i. e. obiit munus, qnod Milo debuerat exequi. Fuit ejus, & origo, & usus à Græcis. Nam tametsi frequentius significat, *ante*, τὸ πρὸ: tamen ap. Herodot. in Polymnia legas etiam, πρὸ πατρίδος sicut nos *pro* castris & *pro* patria pugnare, Scal. c.127. L. L.

Pessum quid proprie? Non retrorsum, quod volunt, aut sub pedibus: sed infra, aut potius βυσσόθεν, funditus. Nec *pessumdo* est proprie calco pedibus: sed tollo funditus, aut in fundum, βυθὸν præcipito. Quod Cic. ait: funditus everti, i. e. pessumdari. Gloss. *pessumdat*, βυθίζει, καταποντίζει. Oritur à βυσσὸς pro βυθὸς. Latini enim lubenter P pro β recipiunt: ut notavimus. Et quod Latini dicunt: *pessum* ire, Græcis est εἰς βυσσὸν χωρεῖν. Ita proprie utitur Colum. l. 11. c. 6. *Si pessum ibit, scies esse adhuc crudam*, i.e. fundum petet. A pessum fit etiam *pessimum*, quod pessum ferat, vel dignum sit ut feratur. Eodem modo χεῖρον ducetur à χέρω, i. e. subigo, demo. Nec difficilis ἐναλλαγὴ videtur, si *fundum*, à βυθὸν ducas: N imposito, more Latinis tam familiari, ut toties monere tædeat. Inde *Funditus*, ex fundo, ἐκ βάθους. *Profundum*, cujus fundus procul à superficie distat, τὸ βύθιον: item *fundare* & deinde ἀναλόγως *fundamentum*, i. e. quod in fundo, aut quod subjacet. De *fundo* alterius significationis, suo loco, in Imus.

Pestis: quidquid noxium & lethale est, id *pestis* nomine solet appellari. Hinc *pestifera auspicia*, quæ mortem portenderent. Ap. Plaut. asin. a. 1. sc.1. *pestis* est mors, interpr. Meurso. Sil. l. 7. *Vulcania pestis*, i. e. ignis πασσιπολίτωρ. Lucr. l.3. Discidium ut nequeat fieri sine *peste* maloque. *Peste*, i. e. noxa aut exitio. Lucan.

Alliciunt gelidas nocturno tempore pestes,

I. e. noxas, πήματα, vel etiam morbos illos, ut idem alibi: *fluidæ contagia pestis*. Ipse etiam Virg. 5. Æn. toto descendit corpore pestis, h. e. incendium exitiale. Est autem *pestis* παρὰ τὸ πεσεῖν. Aut à pessum. Ut ita *pestis* sit, quod *funditus* tollit. Quomodo ante citata exempla ostendunt. Et Cic. l. 5. epist. Fam. Quædam *pestes* hominum laude

de aliena dolentium, i. e. pestiferi, ac nocentes. Se Nat. Quæst. Non minores fuere *pestes* mortalium. λοιμὸς & λοίμη ita ap. LXXII. interpr. invenitur Sam. 1. λοίμη θυγάτηρ, i. e. λοιμώδης, pestilens filia: v cundum Hebræos, *impia*. Item 1.Sam. 10. υἱοὶ λοιμοὶ Filii pestilentes dixerunt, h. e. impii ac nequam. In est בְּלִיַּעַל *belijahal*, i. e. inutiles, noxii, qui nihi sunt. Ex בְּלִי *beli*, non, sine, χωρὶς: & יעל in hiphil profuit. Item Ps. 1. ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν: *in cathedra lentium*, h. e. exitialium. Quamvis in Hebr. sit *lezim*, i. e. illudentium, empæctarum, ludionum, maxime impiorum. A pestis *pestilis*, Nonio: *pestilen pestilentus* Nævio. A pestilis *pestilitas* Lucr. l. 6. à lens *pestilentia*. Ob. Gifan. Ind. Lucr. Qui hac voce stis) pro morbo, quem veteres constanter *pestilen* vocant, utuntur, barbarissant. Hæc ille. Sed doctis reclamat Plin. Justin. etiam Ovid. Lucan. Stat Ital. & alii.

Petasus, πέτασος: à πετάζω, πετάω vel πετάννυμι, est extendo. Ap. Plaut. in prolog. Amph. Est pileus ex sua latitudine solem defendens. Apulejus vocat *umbraculum*. Ita & *Petasites* herba ab usu in æst foliorum latitudinem, cognominata. Dioscori 4. c. 103 φύλλον πετασῶδες dicit. *Petaso*, coxa porci dem à dilatione sic dicitur, à πετάζω. *Petalom*, πέτ proprie folium latum: etiam à πετάω. At πετάω à quod assonat.

Petauristæ, mechanici dicti sunt, quia in machin rota trajiciebant se desperata audacia, πετωρίζοντ aere pendere, instar petauri. Videatur Turneb. l. 4. c. 8. & l. 29. c. 19. Mercurial. l. 3. de arte gymn. c Est autem πέτευρον, seu πέτωρον, tabella, parieti affi ad quam vespere gallinæ se volatu recipiunt, ut pe ctent: quia mechanici isti ad rotam illam se saltu jiciunt, propterea πετωρισταὶ dicti. Gloss. *Cernuli* π ρισταί. Juvenal. Sat. 14. An magis oblectant animu ctata *petauro* Corpora. Martial. l. 10. Quam rota t

missio toties impacta *petauro*. Hesych. πέταυρ☉ ξύλα. Latinum hoc. Intellige *tigna*, trabes. Suid. πέταυρον παγίς, βάθ☉, σανίς. οἷον πέταλον, παρὰ τὸ ὀρθὸν ἐν αὐτῷ τὰ πετεινά. Dicitur πέταυρον quia πετᾶται ἐν αὔρᾳ, i. e. extensum est in aere: uti vult Græcor. lumen H. Steph. Aliis à πέτομαι aut πίπτειν & αὔρα: quia eo *subvolant* aves. Ratio ejusdem generis. Sed à πτάμεν☉, i.e. volans fit *petaminarius*: vel propius origini Græcæ, *petaminarius*. Utitur ea voce Jul. Firm. l. 8. c. 15. & Salvian. Massil. l. 6. de gubern. Dei. Describit Claudian.

Vel qui more avium *sese ejaculantur in auras.*

Et Manil. l. 5. Et viduata volant pennis. Joh. Alexand. Brassic. Apparet petaminarios (*inquit*) appellatos fuisse circulatores quosdam, nostra etiam ætate incognitos, qui sese volaturos esse promittent: quemadmodum funerepi per extentum funem incedunt Hæc ille. Anne vero & *petaminarii* fuerunt Icarus atque Dædalus, quorum alæ celebratissimæ? Unde Plauto *Dædalea remigia*, in Amph. Ita & quidam Venetiis non ita pridem è turre Marci alis sibi ingeniose applicitis se demisit & quidem corpore incolumi. Similes sunt *funerepi*, ut vocat Apul. *Funambuli*, ap. Terent. & *ephalmatores*, quod ita vocat Firmicus, quod saltu corpora jacularentur, ab ἔφαλμα: sicut petaminarii, à volatu. Petron. Afran. in eprigr. funambulus est *aerius viator*.

Petoritum, & Gallicum vehiculum esse, & nomen ejus dictum existimant à numero 4. rotarum. Alii Osce, quod ii quoque *Petora* vocent quatuor. Quidquid sit: ab Æolensibus traductum est. His πίσυρες est quatuor. Tarentine πίσυρα. Communiter τέσσαρες. Post Jonice τέσσερες. Dorice τέτορες. Æolice πέσσυρες & postmodum πέτορες. Inde *petoritum* & *petorritum*. Itaque non est à πέτομαι. Festus, Agell. l. 15. c. 30.

Petra, πέτρα. *Lampetra* à petris lambendis dicitur. Ausonio *mustela*, uti vult Massar. & Jos. Scal. Etiam à πέτρα (quoq sapit Hebr. בָּצַר munivit: בֶּצֶר LXXII. vertunt πέτραν Job. 22. 24.) oritur *Petrus*, πέτρος. Cæterum in Evang. Joh. c. 1. Simon *Petrus* vocatur *Cephas*, κηφᾶς.

De eo Isid. l. 7. orig. c 9. Petrus *Cephas* dictus eo, quod in *capite* sit constitutus apostolor. Κεφαλή enim Græce caput dicitur, & ipsum nomen in Petro Syrum est. Verum Isidorus, ut etymon Græcum Anacleti. 3. Dionysii Areopag. & Optati Milevitani exemplo retulit: ita etiam verum innuit. Nam כֵּיפָא, *Cephas*, Syris, est πέτρος, λίθος, lapis. Videatur Casaub. contra Baron. Ex. 13. sect. 14. & seq. Idem Petrus Matth. 16. dicitur etiam Simon *Bariona*, i.e. filius columbæ: ex Syro & Hebr. *Bar* Syris est filius: *Jona* Hebr. columba Alii simpliciter & quidem rectius accipiunt, quod Simon Petrus filius sit Johannis, ex illa interrogatione: Simon *Jonæ* diligis me? Joh. 21. Et volunt scriptoris vitio depravatum, ut pro *Bar-joanna*, h. e. filius Joannis, *Bar-iona* exaratum sit. Etiam antiqua Syror. consuetudo literas *gutturales* è medio tollit: & *Jona* sic erit pro *Johana*: uti *Nas* pro *Nahas*, i. e. serpens. Hæc de Petro. Rustici olim *petrones* dicebantur, ab asperitate petrarum: qui & *rupices* à *rupibus*: item *Varrones* à *barris*, qui stipites sunt non dolati, præduri & enodes. Certe Lucill. hunc versum satis asperum & moribus istorum congruentem fecit: *Varronum ac rupicum squarosa incondita rostra.*

Phædra, item *Phædria*, à φαιδρός, i. e. hilarus, excitatus. Græc. ab Heb. פָּרַט, hilaravit, delectatus est, uti quidem vult Joh. Avenarius.

Phago pro edace ap. Flv. Vopisc. Græc. φάγος, i.e. vorax. *Pultifagus* ap. Plaut in Most. a. 3. sc. 3. Ἀνθρωποφάγος, Scal. Ex. 261, est *hominivorus*. Lips. Cent. 2. ad Belgas epist. 26. *Homiedo*. Παμφάγος, qui omnia vorat. Οἰσοφάγος, *œsophagus*, i. e. meatus à faucibus in ventriculum, per quem alimenta descendunt. Lactantio, *fistula cibaria*, Verbum est φάγω, φήγω ab Hebr. בַּג, cibus. *Fagus* inde, & φηγός, quia olim βαλανοφάγοι erant, h. e. glandibus vescebantur. Virg. 1. Georg. Chaoniam pingui *glandem* mutavit arista. Claudian. de raptu Proserpinæ: Unde datæ populo fruges & *glande* relicta. Apul. l. 2. Cererem ait removisse ferinum pabulum vetustæ *glandis*, miti

miti cibo commonstrato. Etiam *faba* quasi *faga*, Isid à φάγω ducitur, quod homines primum hoc legumine usi sunt. Plin. l. 8. c. 12. Sequitur natura leguminum, inter quæ maximus honor *fabæ*, quippe ex qua tentatus sit etiam panis. Pane fabaceo (inquit Mercur. l. 2. c. 6.) hodie ap. varios populos magnam rusticorum partem vesci conspicimus. Tertull. de Anim. fabam vocat *onerosum & inflatum pabulum*. Etiam à φάγω fit *fames*, i. e. edendi appetitus. *Famulus* minister cibi seu *famis*, aut qui alitur. At *famul* Oscis servus est, inquiunt alii. Unde *famulus*. Malim vero Græc. ἀμφίπολος, quasi *fampulus*: à πωλέω. Ap. Hebr. עָמֵל *hamel* est qui laborat. Hoc vero certum, quod *familia* sit à famulo. Cic pro A. Cecin. *Familiam* intelligimus, quæ constat ex servis plurib. quoniam unus homo *familia* non est. Sen. l. 6. epist. 7. Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam majores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint: dominum *patremfamiliæ*, servos *familiares* appellarunt. Confirmat id Plaut. Epid. a. 1. s. 1. & Amph. a. 1. s. 1. advenisse *familiarem* dicito.

Phalanx, φάλαγξ, proprie videtur *fustis* teres & symmetrum lignum: à פֶּלֶךְ, fustis, scipio, colus. Plin. l. 7. c. 56. *prælium Afri fecere fustibus, quos vocant phalangas*. Suidas ait φάλαγγας quibusdam esse τὸ στρογγύλον καὶ σύμμετρον. Scal. c. 10. l. 1. poet. φαλὸς palum significat. Unde Latini *phalanges*, ligna teretia, quæ subducendis navib. deducendisque subdebantur. Jos. Scal. *plancæ* dicebantur tabulæ planæ: ob quam causam *Planci* appellantur, qui supra modum pedib. plani sunt. Plancus, πλατύπους: à phalanx, Græco. Idem in Conject. *Plaustrum*: à palando, quod extendere significat, quasi *palaustrum*: ut plancæ, quæ prius *palancæ*. *Palancæ* seu *palangæ* sunt; quas Græci φάλαγγας vocant, quib. subducuntur naves. Hæc ille. Postea vox *phalanx* ratione tropica alio transiit: & inprimis notat legionem, vel *cuneum militarem*, ut vult Beroald. vel *peditum stabile agmen*, ut vocat Curt. Legatur Turneb. l. 9. c. 7. Veget. l. 2. de re milit c. 2. Polyb. l. 18. Sed redeo ad *palus*. Cicer. in orat. Verba

sæpe contrahuntur, non usus causa, sed aurium.
modo autem vester *axilla*, *ala* factus est, nisi fuga
vastioris: quam literam etiam è *maxillis*, è *taxillis*,
xilio & *paxillo* consuetudo elegans Latini sermonis
lit? Scal. c. 31. L. L. Non ab *ala axilla*: sed ab *axilla*
extrita, ut ait Cic. elementi vastitare. Sic enim cen
M. Tull. *Vebo, vexi, vexum, vexulum, vexillum*, &
συγχρῶ..., *velum*. *Ago, axo, axa, axula, axilla, ala*.
maxo, maxa, maxula, maxilla, mala. Unde μασ...
Pango, paxo, paxus, paxillus, palus. Ut non paru
rent, qui ab *ala*, putant *Axillam* deminutum duci.
autem & alia, sic sunt dicta, ut *faxo, graxo*. Idem
SS. transeunt in X, nostrum μασάω *maxilla*. Nam
per syncopen curtatum fuit. Hæc *Cic.* & Scal. Qu
purpuræ liceat etiam nostrum assuere pannum. A
mnia plusculum causæ aliquis requirat, qvur eo
ista prædicentur contracta: *vexillum, velum: axilla*
Nam aures ferre posse, usus testatur quotidianus.
vexillum pro *velo*: *paxillus* pro *palo*: *maxilla* pro
& contra ponitur? Sed enim nominetur è Latio ur
τετύλλαβον, cum LL. in penultimo, quod non sit
nutum. Immo ista est illorum quasi nota. Ut *Cat*
tulus, tatellus: *Mactum, mactulum, mactellum*, &
lum hodie: *Castrum, castulum, castrellum*, & *castel*
Paucum, pauculum, paucillum & *pauxillum*. Ita etia
xum, vexulum, vexillum. Festus: *Vexillum* deminut
à *velo*. Isid. l. 18. c. 3. *Vexillum* tractum nomen ha
veli deminutione, quasi *velillum*. Atqui *Velum* &
ab Hebr. נִפְלָא, פלא velatus aut tectus
Axa, axula, axilla: quanquam *axa* & axula non it
ta. *Axilla* vero aut *axula* (Græc. μασχάλη) ab Hebr.
azil, quod idem. *Ala* ab avis, quasi *avila*: uti ante
mus. *Maxa, maxula, maxilla*. *Maxa*, à *maxo, masso*
σάομαι & μασάομαι. Ut à μάσταξ, μαστάζω, *mastico*: ve
nuperum ac novitium. Μασάομαι ab Hebr.
Paxus, paxulus, paxillus. *Palus* autem ab Hebr.
i. e. palus, ramus ex arbore. Neque Græc. φαλὸς ali

ſit. A palus eſt *depalare*, quo ſæpe utitur Tertull. Cui etiam l. 5. adv. Marcion Paulus apoſtolus dicitur, *depalator divinæ diſciplinæ*. A palus non eſt *peſſulus* : ſed à πάσσαλος, i. e. clavus ligneus, à πήσσω. Peſſulus itaque non eſt Deminutum. *Fores oppeſſulatæ*, in Petronii Satyr. A פלך, vero fit Latin. *fulció*, i. e. palis ſuſtento : ut domus ſolet. *Fulcrum* non eſt proprie, quo lectus ſuſtinetur : ſed multo γενικώτερον, i. e. quo aliquid erigitur aut ſuſtinetur. A *fultum*, *fulcrum* : ut ab involutum involucrum : à lavatum lavacrum. Item à *fultum fulmentum*, ut à motum momentum, ut à fotum fomentum.

Phantaſia, φαντασία, proprie eſt actio φαντάζοντος. Quinctil. l. 6. c. 3. Quas φαντασίας Græci vocant, nos ſane *viſiones* appellemus. Ammian. l. 4. *Viſa* nocturna, quas *phantaſias* nos appellamus. Gloſs. φαντάζομαι, *imaginor*. φαντασία *vana viſio*, *imago*. Φάντασμα *larva*, *viſio vana*. Scal. de plant. *Phantaſmata*, quæ ſi per vos licet, Latine dicemus, *imaginacula*. A φαίνω, φάος. Hebr. יפע, in Hiphil הוֹפִיעַ, i. e. fulſit. Plutarch. in placitis Philoſophor. de ſententia Chryſippi φαντασίαν, φανταστὸν, φανταστικὸν, φάντασμα ita diſtinguit. Φαντασία eſt affectio in animo, quæ & ſeſe efficiens ipſam oſtendit. Ciceroni *viſum* eſt. Φανταστὸν. i. quod ciet phantaſiam. Qualia ſunt omnia, quæ animo per ſenſus ſe offerunt. Φανταστικὸν inanis quædam ſpecies diſtrahens animum. Φάντασμα, ad quod animus attrahitur ſpecie illa inani, & hujus motu, cum videre ſibi aliquis videtur id, quod reipſa nihil eſt. Ut Euripideus Oreſtes. Itaque illum ſoror quieſcere jubet : ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν ὧν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι : nihil vides eorum, noſſe quæ putas.

Pharao, פַּרְעֹה, *Parho*, i. e. homo multis privilegiis & immunitatibus gaudens, exemtus jure communi : ex quo eſt nobis uſitatum *Baro*, etiam Germanor. aſſenſu. Radix eſt, פָּרַע, i. e. abjecit, deſeruit, abſtraxit ſe à re aliqua, liberum reddidit. Inde aliquis non inepte quoque derivet Germ. Frei. Literæ enim tanquam materia, & ſignificatio, tanquam forma aſſentit. De *barone* prolixe differit Martin. in Lex. Qui vult, trutinet omnia.

Pharetra, φαρέτρα. Hadr. Jun. facit à φάρ☉ τῶν τραυμάτων: quia sit *tegmen* aut operculum *vulnerum*: intellige sagittas, quæ vulnera faciunt. Suid. Φαρέτρα βελοθήκη, οἱ μὲν φάρ☉ τῶν τετρωσκόντων, ἔστι τι ἐπιπεριβόλαιον, ἢ ἀπὸ τοῦ φέρειν. Ita etiam Eustath. à φέρω & τρώω quia τὰ τρῶσαι δυνάμενα fert pharetra, h. e sagittas. Hinc Statio *sagittifera pharetra*. Græcis βελοθήκη, ὀϊστοθήκη, ἰοδόχ☉: sagittarum theca. Etymon vero utrumque ejusdem rationis est.

Pharmacon, vox media: Agell. l. 12. c. si in salutem, quasi φέρον ἄκος: si in exitium, quasi φέρον ἄχ☉: ex quo fluit etiam *achates*, gemma, quæ mœrorem & curas abigit. Verbum φαρμάσσειν est mederi, ungere. Hesych. φαρμάσσειν exponit θεραπεύειν, φαρμακεύειν, βάπτειν, σμῆν, ἀλείφειν. Distinctionis causa scribi poterat, *Pharmacon* & *pharmachon*.

Phaselus, Strab. φάσηλ☉: ab urbe Dorum, quæ Φάσηλις est dicta: ut quidam suspicantur. Scribunt etiam *faselus* ut fama pro *phama*, Est verò navis velocissima, vel ex illo Catulli lepidissimo epigram. *Phaselus ille, quem videtis hospites, Ait fuisse navium celerrimus*. Ait, i. e. dicitur, quomodo & alia id genus verba ab antiquis dupliciter usurpata sunt. Appianus ita describit phaselum de Octavia loquutus: ἐδωρήσατο καὶ Ὀκταβία τὸν ἀδελφὸν αἰτήσασα παρ᾽ Ἀντωνίου δέκα φασήλοις τριηρετικοῖς ἐπιμίκτοις ἐκ τε φορτίδων νεῶν καὶ μακρῶν: *Et munerata est Octavia fratrem decem phaselis admistis ex forma onerariarum navium & longarum*. Ac Plutarchus de eadem prorsus scribens, vocat *myoparones*, quos Appiauus phaselos: ut ita *myoparo* & *phaselus* eandē videantur formam habuisse.

Philomela, quia avis φιλοῦσα τὸ μέλ☉. Eadem causa dicitur *aëdon*, ἀηδὼν: ab ἀείδω. Ut & *Luscinia*, quasi *Lucinia*, quod perpetuo cantet & luce & tenebris. A potiori, i. e. a *Luce*, fit agnominatio. Olim & *luscus* pro lucus dixere, uti *dusmus* pro dumus: unde & *Luscus* Anniorum cognomen; *Luscinus* Fabriciorum. Atque ita etiam *Luscinia* dicta. A *luce* tamen. Luculente Plin. Primum tanta vox tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta Musicæ scientia modu-

Digitized by Google

modulatus editur sonus. Et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur, revocatur, infuscatur ex inopinato. Breviterque omnia tam parvulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitavit. l. 10. c. 29. Philomelam dicit Pausanias φιλομήλαν. Quia vero à μέλος, ut dictum, quare penultima in *Philomela* extenditur? Imitatu Græcor. fit, quib. E ante A liquidam interdum etiam producitur. Sic Homer. ipse aliquando fecit. Ut:

---- Μέλος ἄειδε longo. Etiam Pers.

Cantare credas Pegaseium melos.

Scazon enim est. Angelus Politian. Jocundus Veronensis & alii substituunt *nectar*. Sed illud in vano, aut levi habeamus. Quid enim *cantare nectar?* Satis improprie. Ap. Virg. 2. Georg.

Nunc te Bacche canam.

Est idem, quod describam, aut de te & tuo dono canam. Qualis ἐξήγησις non quadrat ad illud Persianum. Melius igitur *melos. Cantare Pegaseium melos*, i. e. ita dulce, aut eruditum, quale sonant. Pegasides. Et quid ultra laboremus? Homerus Græcor. princeps omnium præivit: & prisca chirographa ubique τὸ *Melos* habent: quod illis alteris negatum, qui τὸ *nectar* malunt.

Philyra φιλύρα. Tertull. de pal. *In vestis pristina modum, quam philyra tenui vinxerat, texuisse.* Alias etiam est, tilia, quæ nomen dedit urbi Lipsiæ. *Lipa* & *lippa* est tilia Polonis, Bohemis, Dalmatis & aliis. Inde *Lipsia* quoque *Tilietum* eruditis. Nec mirum, lingua Exotica nomen esse inditum. Talia sunt pleraque in nostris oris, facta à populis, etiam nunc accolis: olim incolis, qui secesserunt, nomina manserunt. A Lipsia, est *Lipsiensis*, *Lipsiacus*, analogice. Non Lipsensis, quia Lipsa hodie non dicitur.

Phoca, φώκη. Plin. l. 9. hist Nat. c. 7. *Vituli marini*, quos vocant *phocas* spirant ac dormiunt in terra. Scal. in Arist. hist. de Animal. l. 2, c. 16. φώκη, *vitulus marinus* non solum habet inde nomen, quod *in somno mugitum* adat,

ut ait Plin. l. 9. c. 13. Sed quod facie tota persimilis
Pilo quoque facies eadem sed sublustrior est & dilu
color. *Hæc ille.* Ergo Græcum φώκη, à φῶ, id est, φαν
rivabitur.

Phrasis, φράσις, φράζω ab Hebr. פָּרַשׁ i. e. perspi
exposuit, declaravit, aut explicuit. Ab eo fit etiam
risæus, φαρισαῖος, h. e. φραστὴς aut interpres divinæ l
Matth. 23. ἐπὶ τ̃ μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν. Ubi notæ
quod Christus dicit, ἐκάθισαν, *sederunt*: ut innuat
rum potestatem jam tum defecisse, procurante scil
Herode. Unde etiam manifesto ad Pilatum Joha
Nobis, inquiunt, *non licet interficere quenquam.* Ità le
in lib. *Sanhedrin* Hierosolymitano, quod Judæi, c
Sanhedrin migrasset de consistorio Gazith, sub Her
complorantes gemuerint: *Vah nobis, quia recessi*
ptrum de Juda, & nondum venit filius David. Neque
dicunt, qui ducunt à פָּרַץ, i. e. rupit, disrupit. Q
vis ultima litera repugnet. Nam Pharisæus per ש
bitur, פרושי. Ergo rectius à פָּרַס, divisit. N
quandoque in ש abit, notante Buxtorf. Unde
est partiens, μεριστής. Sive potius referatur ad ש
pandit, explicavit, divisit. Legatur Joh. Drus. de v
N. T. c. 21. & observ. l. 1. c. 2. Scalig. l. 6. de eme
Temp. Schindl. in Lex. Fuerunt homines religi
ab aliis *separati* aut disjuncti. *Epiphan.* lib. 1. ca
Dicebantur *Pharisæi* eò, quod *separati* essent ab
propter spontaneam superfluam religionem apud
receptam. *Phares* enim Hebraico lingua separatio
significat. Hesychius: φαρισαῖος, ἀφωρισμένος,
ρισμένος, καθαρός. Suidas: φαρισαῖοι, οἱ ἑρμηνευόμενοι
ρισμένοι, παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τ̃ ἄλ
πάντων εἰς τε τὸ καθαρώτατον τ̃ βίου, καὶ ἀκριβέστατον, καὶ
τ̃ νόμου ἐντάλματα. φαρὲς γδ κατὰ τὴν ἑβραΐδα γλῶτταν
ρισμὸς ἑρμηνεύεται ἢ διάκρισις.

Phrygia, regio minoris Asiæ. Strabo l. 13. cui B
βρίγες, καὶ φρύγες sunt iidem. Nonius c. 1. *phrygia*
picta est, ejus artifices *phrygiones* appellantur. *Ph*

modus in musicis: Luciano ἦθος: Apul. *religiosus*. Habet is severam quandam indignantis insultationem. Videatur Scal. l. 1. poet. c. 19. *Phryx*, φρύξ. Sumitur pro tardo, incauto. Tritæ sunt parœmiæ: *Phryx* non nisi plagis, emendatur: Sero sapiunt *Phryges*. Nec dissonat quorundam originatio. Phrygia, i. e. asinus quiescens seu ignavus. A פֶּרֶא, i. e. onager, asinus: & רָגַע, i. e. rigidus fuit. *VVaser. comment. in Mithrid.* Geographi inter gentes barbaros *Phryges* numerant; quos à *Phrygio*, Macedoniæ opido, dictos crediderunt, sive *Brygio*, ut nominari solet gentili Macedonum lingua. Sunt enim autores, ait Plinius, qui transisse dicunt ex Europa Mysos, Phrygios, & Thynos. Unde mox terris data nomina Mysiæ, Phrygiæ, Bithyniæ. Atque hinc veteres eos *Bruges* appellasse censet Cic. in orat. Inque Polyhymnia prodidit Herodot. βρύγας dictos prius, quam transmigrassent in Asiam. Strabo habet βρίγες & βρίγας. Et sic Thraces olim appellatos scribit, postquam in Asiam transierunt *Phryges*. *Brigantes* eosdem nominari ab Herodoto, tradidit Stephanus: quod nomen alludit ad βρύγες.

Phylacterium, φυλακτήριον, In Gloss. φυλακτήριον exponitur *Servatorium*. Hesych. ὥρια φυλακτήρια: quia ὡρεῖν est φυλάττειν. Etiam φυλακτὴρ est custos. In Plauto aulul. act. 3. sc. 5. *phylacista*, qui custodit: Turneb. l. 24. c. 23. Ergo φυλακτήριον erit instrumentum *custodiendi* & servandi. Recta φυλακτήριον à φυλακτήρ fluit: & hoc à φυλάσσω. Proprie est φυλακὴ conservatio, tutela. Ita enim autores utuntur & docet origo. Hinc invenies etiam pro vigilia, aut excubatione nocturna. In sacris, ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ. Item, ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ. Poll. l. 1. καὶ τοῦ πρώτης φυλακῆς καὶ δευτέρας καὶ τρίτης. Aliqui putant, φυλακὴν esse ἰδίως carcerem. Sed putant tantum, non etiam probant. Si enim ita esset: φυλάσσειν esset in carcerem compingere: φύλαξ præfectus carceri, aut hujus custos. Quod quam incommodum sit, facile intelligitur. At interdum sumitur pro *carcere*: non negamus. Scilicet ut *custodia* apud Latinos. Nam etiam malefici servantur aut custodiuntur, ut luant pœnas justitiæ debitas.

Digitized by Google

Ita & מִשְׁמָר, Hebr. proprie est custodia: dein ca
Custodia vero, ut & *custos*, ab οἰκιστής, quasi domo p
ctus. Aut à *cum* & *sto*: qui adstat & diligenter suæ
commissa tuetur.

Pigritia, est metus insequentis laboris, ait Tu
Tusc. Affectus φυγοπονίας, plerumque ex mollitie: U
Polyb. φυγοπονίαν & μαλακίαν jungit. Estque *piget* m
boris proprie idem, quod piger, segnis, vel tardus fu
laborem. Quod Festus quoque agnovit: *Pigere* (in
interdum est tardari. Tropice postea piget est dolet,
Jeste accidit. Origo est plane Heb. פִּגֵּר, *pigger*, i.
gruit, piger fuit, torpuit, lassus fuit.

Pileus, πῖλος, πιλίον, *pileolus*, item *pileum*. Pers. S
Hæc mera libertas, hanc nobis pilea donant. Illa en
tegumenta è *pilis* aut floccis confiunt. *Pilus* vero (
capillus) à πῖλος, propter densitatem sic dicitur. A
pluma, quasi *piluma*: ut notat etiam Isid. l. 12. c. 7. Pl
enim *pilis* quasi quibusdam constat; & quod *pilus* in
drupedibus: id est *pluma* in avibus. Gloss. Philox.
ma, πῖλον, πλοῦμιν. Nam sequiores Græci πλοῦμον,
μιον & πλοῦμιν vocant plumam. A pilus est *alipilus*.
epist. 56. *alipilum cogita*, h. e. alarum pilos vellent
Gloss. *alipilarius*, δρωπακιστής, qui dropace, i. e. ungu
è pice aut volsellis pilos alarum evellit. Aliis *pilus* à
λον, quia sit instar folii. Sed à πῖλος rectius: quippe a
ret ceu filum in cute, satis *densum* & *pilatum*. Interim
nego, quod *pili* sint in corpore animalis: quod *foli*
arbore; etiam hinc comæ dicta. Empedocles:

> Ταὐτὰ τρίχες καὶ φύλλα καὶ οἰωνῶν πτερὰ πυκνὰ,
> Καὶ λεπίδες γίγνονται ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσι.

Ut à fumus fumosus, à ficus ficosus: ita à pilus *pilos*
e. ubi magna pilorum copia. Etiam πῖλος designa
lam, ap. Suid. Aut *pila* erit à pilis: ut ita *pila* sit
prie σφαῖρα τριχίνη, fartus globus, quo luditur. Rati
men eadem: sive à *pilis* sive à πίλω, i. e. lana coacta
minetur. *Pililudius* in Gloss. Isid. & vet. vocabula
quam vocem etiam Scalig. in l. 5. Manilii admit
E

Etiam *pilum*, i. e. telum Romanum, à πῖλος: de quo fuse agit Lipſ. l. 3 de mil. Rom. dial. 4. *Pilentum*, vehiculi genus: quia fit probe compactum. Tamen Virg. 8. Æn. *pilenta mollia* dicit. An quod ex πίλοις fierent, ut mollius in eis ſederetur? Eſt enim πῖλος lana coacta. A *pilum pilani*, πιλοφόροι, pilis pugnantes. *Pileta*, πιλητής. *Primipilus*, πρώτου πίλου ἄρχων. Eſt autem prima longa tam Græcorum, quam Latinorum autoritate. Lucan. lib. 1. Summi tum munera *pili*. Verbum eſt *pilo*, πιλέω, πιλόω, ῶ, i. e. coarcto, condenſo. עֲפֶל, eſt columna, pila, clivus. *Pilatum* agmen, i. e. preſſum, ac denſum. *Compilo* ξ συμπιλῶ, i. e. cogo, conſtipo, comprimo. Horat.

Ne te *compilent* ſervi.

Oppilo, i. e. offirmo objectis pilis. Ut autem *compilo* media longa: ita *compilo*, media brevi, à pilus, θρίξ, pilos colligo, conjungo, & dein tropice de aliis. *Pilare*, i. e. pivestire, pilos emittere, τριχοῦν: ſicut *plumare*, ap. Afran. Næv. Nonium. *Depilo*, i. e, pilos detraho, media brevi: ut *depilis*. Martial.

Cum depilatos Chreſte coleos portes.

Μαδος, μαδαρός, i. e. depilis, levis; ab Hebr. מָרַט, depilavit. Ut igitur *compilo* duplicem habet ſignificationem: ita etiam *expilo*, i. e. diripio, reſpectu geminæ originationis, à πῖλος & à *pilus*. Cic. in parad. ærarium *expilas*, i. e. ut nullus quaſi pilus ſuperſit. Conſentit Aſconius Pædianus. *Expilatores* ſunt fures atrociores, qui ne pilum quidem relinquunt in corpore ſpoliatorum. Et hæc verba, *compilo, expilo*, formantur à pilis, i. e. crinibus. Κατ' ἀναλογίαν, ſicut *depilo*, i. e. pilos evello, ap. Feſtum: nec uſus ſcriptorum veterum repuguat. Quin etiam in multis exemplis metaphora concinnior, ſi duci potius dicatur à pilis, quam pilum. Ut Plautus: *Compilat*, quidquid domi eſt. Horatius 1. Sat. 1. Compilat ſcrinia. Cicero: Expilare fanum. Itaque merito utrumque ſanum & Latinum eſſe profiteamur: compilo & cómpilo: expilo & éxpilo. Legatur etiam Turn. l. 3. cap. 10.

Pinax,

Pinax, πίναξ, i. e. tabula : πινάκιον, πινακίσκος, sunt minuta. Syrus inde suum transtulit פִּנְקִיתָא, penk *Pinacotheca*, ap. Varr. l.1. de re rust. c. 2. Plin. l. 35 Petron. Arbitr. in Satyr. Eustath derivat à πίνω : ut πίναξ primò ac proprie sit tabula, in qua edebant ac b bant.

Pinguis formatur à Jos. Scalig. è παχὺς. Sed pro dari poterit etymon. *Pingue* i.e. quod πῖον τὰ γυῖα, quo obesis membris. Γυῖα intelligo μέλη. Ita sane & πι pingue dicitur πῖον τὰ μέλη. Etiam *pinguis* dicitur γυῖος : ut ita humor quidam aerius innuatur, sed c soliditate terrea. Ita *pinguis terra*, est fructuosa, γῆ אֲדָמָה שְׁמֵנָה Neh. 9. 25. Qui accuratius loqui so Græcas dictiones πῖον, λιπαρὸν, στέαρ distinguunt. E πῖον, in quo plus solidi, quam humidi : ut in suibus scibus. πῖον, πίων, à πίω pro πίνω : propter liquiditate λιπαρὸν, in quo dominatur humidum, ut in oleo. A ρὸν à λίπος : quod ex λείβω, ut humor ita fluidus innu Denique στέαρ, solidum prorsus, quod à frigore v consistit. Nam στέαρ & στῆρ, dicitur à στῆναι : scil. à soli te & duritie: qualis in sebo cernitur. Arist. 4. meteo ἡ δ' πίονος θυμίασις λιγνύς, ἡ δ' λιπαρῦ κνίσσα, i. e. Pin autem exhalatio, fuligo : unctuosi autem nidor.

Pinna, πίννα. Originis videtur Hebr. esse Etenim פ *pinnah*, est angulus & extremitas : κατὰ μεταφορὰν d gularibus ac primoribus populi usurpatur : uti quid Chaldæus explicat. Jud. 20. 2. ita Hebraicè sonat : *A totius populi*. Aliis *pinna* dicitur à penna : quæ o *pesna*, notante Festo, dicebatur. Vide *perpes* : at inibi originem. Et quidem vox utraque (*penna* & *p* uti literis convenit : ita etiam ferme significatu. que avibus tribuitur : utraque Græcis redditur πτ πτέρον. Dehinc *pinna* etiam ad pisces, ad galeas & si transfertur : ac notat acutum &, quod ad modu militudinem *pinnæ* in avibus, aliquà accedit. Mat 5. Lucæ 4. 9. πτερύγιον in templo, interpretantur *pinn* Syrus ponit similiter כְּנַפָּא, i. e. *alam*. Apud Varr

Digitized by Google

L. L. *pinnæ murorum* sunt, quæ Virg. *minæ*: Græcis ἐπάλξεις. Ruffinus ideo apud Josephum ἐπάλξεις jam *minas*, jam *pinnas* vertit. Etiam in Gloss. Isid. *pennum* est bis acutum: sed tropice. Et videtur respexisse τὸ *bipenne*. Proprie vero *bipenne* est δίπτερον: *pennis* duabus præditum, apud Plin. l. 11. cap. 28. Inde *bipennis securis* apud Varron. in Parmen. quæ ab utraque parte habet aciem, modo *pennæ* Gloss. *bipennis*, δίστομος ἀξίνη.

Pinus, à πίτυς: T in N mutato. A πίττα: quia *pice* & resina ejus generis arbores abundant, Catull. *sudanti cortice pinum* appellat. Quare pinus Neptuno & Baccho sacra antiquitus fuerit habita, explicat Plutarch. 5. Sympos. quæst. 3. A πίττα non inique flectitur *Bitumen*: Π transeunte in B. quomodo πύξος genuit Latin. *Buxus*. Quippe similitudo inter *bitumen* & *picem*, πίτταν, ea intercedit: qua vox ab uno ad aliud traduci facile potuerit. Ovid. 9. Met. *Tenax gravida manat tellure bitumen*. Renod. de Mater. Med. l. 2. sect. 1. c. 8. *Bitumen est veluti terræ pinguitudo aquis supernatans*. Legatur Plin. l. 8. c. 105. 106. Matthiol. in Dioscor. l. 1. c. 83.

Piso, *pinso*, πτίσσω, πτίσσω. Ἄπτιστος, non *pistus*. Ut à sutum sutrina: ita à pistum *pistrina* & *pistrinum*. Inde etiam *pistillum*, h. e. quo aliquid in mortario contunditur & ita pinsitur: à *pistu*: Glossar. *pistor* ἀρτοποιός: proprie enim *pistor*, qui frumenta κόπτει, πτίσσει, τρίβει, ut farinam faciat in panificium. Scalig. in Fest. *piso* veteres dicebant, non *pinso*. Unde *pisare*, calcare. Hinc *pistores* nominati, qui in pistrino ante inventum molarum usum farinam in *pila*, id est, vase concavo pinserent & contunderent. A temporibus ultimis Reipub. & deinceps *pistores*, ut vulgo notum, οἱ ἀρτοποιοί vocabantur. Et Plautus fuit *pistor*. cum trusatiles molas versando operam locasset. Quia vero pistura illa & labor grana conterendi omnium gravissimus erat: factum, ut *pistrinum* locus plenus fatigationis & negotii operosi, viresque conficientis diceretur. *Pisum* πίσον (quod & πίσος dicitur, secundum Eustath.) est istius originis: à πτίσσειν. Quia con-

contundi solebat. Sane veteribus solenne fuit fran legumiua quod ἐρείκειν: unde ἐρειγμὸς faba vel aliud men fressum, i. e. mola leviter fractum. Πίσινον i pulmentum è pisis, apud Athen. & Aristoph. *Ptissa* *ptisana*, πτισσάνη & πτισάνη: hordeum tusum, fractu cortice exsutum & mundatum, à πτίσσειν.

Piper, πέπερι vel πίπερι: Græci formant à πέπτω, calore suo juvet concoctionem. Aut potius vox pere videtur, ap Athen. l.2. Forte Indica. Inde enim o primo allatum fuit piper. *Piperatum*, quod è pipere Columell. ut piperatum libum, jusculum, & simi Porro hic legatur Clusius hist. Arom. l. 1. c. 22. Lu Roman. l. 15. c. 14. & l. 6. c. 19.

Pipus, πίππος, πιππίζειν: cui & Germanica & alia nant, &, quod maximum, Hebræor. צִפְצֵף, i. e. pi vit. Item יָבַב, i. e. pipiit, exclamavit. Dicitur & *pi* unde deminutum, *Pipulum*, i. e. plorantis vagitus, e or vox, item convicium, declinatum à pipatu pullo Varro l. 6. ad quod Jos. Scal. ἐπιππαχύειν dixit Arist Equitibus. Fictum & ipsum à cantu Gallorum, ut & à pipatu pullorum. *Pipare*, Osci dicebant Festo te pro eo, quod est ejulabunde conqueri. Hinc *pipatio* mor plorantis: quo siggnificatu Tertull. usurpat li Monogamia c. 10. Ab eo cocus iste ap. Plaut. *pipulo* ferre dixit, pro quo erat in XII. tab. *obvagulari*. Id Scal. in Catul. ut à ventulo ventilare: ita à *pipulo* *lare*. Quid sit *pipulus*, explicat Varro apud Plaut Aulul. act. 3. sc. 2.

Dein cocenti *vasa cuncta dejectat*,
Nequamve scitamenta pipulo *poscit*.

Quare hoc verbo docti offendantur, causam adhuc c minisci non potui. *Muretus* vero inquit: Hoc verb que usquam legitur, & si legitur, tamen analogia v tur exigere, ut scribendum *pipillo*, ut focillo, titillo, tillo. Arancius ergo legit, *pipulabat*. Sed neutrum probatur, censeoque legendum cum Manutio *pippie* ut sit *pippio*, Hæc ille. Illud ergo Catull. Epig. 3. est μὴ τ' ἐπεξεργάζεσθαι: ut hic *pippio*: ille *pipio*: iste *pipo*: alte

Digitized by Google

pito: alius *pipilo*: nonnullus *pipillo*; quidem denique *pipulo* malit. Opus hic censura. Et quidem verbum hoc πεποιημένον, seu factitium esse à sonitu, quis non audit? Athen. l. 9. νεοσσῶν ὀρνίθων, οὓς πίππους καλοῦσι. Hesych. πιπίζων κυρίως μίμησις ἡ λέξις πεποίηται τῆς τῶν ὀρνίων φωνῆς. Itaque ei exprimendo quod istorum optime sufficit, optimum habebitur. *Pipare* vetustum est, nec pullis exilium vocum usque quaque conveniet, præter literas primas: ut passeribus Melius igitur alii *pipito*, geminato *I*, aut *pipilo*: & κατ' ἀντίστοιχον *pipulo* sicut & *pipulum*. Rectius tamen *pipilum*: quoniam I cumprimis exilitati sonitus inservit, vel aurium judicio. Et illi rectissime, qui *pipio*, *pipire* commenti sunt, unde *pipiones*, πιπίζοντες: vel *pippio*, *pippire*. Illud tamen videtur melius, propter sc. sonum. Sane gallina *pipit*, si dicas: explicite audis, illam vocem quasi emitti à pullo. *Pipilat* aut *pipitat* propter extremas literas, non tam exprimit, quam *pipit*. Colum. l. 8. c. 5. *pulli pipiunt*. Ap. Græc. est πιππίζειν. Quanquam πίπος iidem dicunt: & inde πιπίζειν: postea πιππίζειν fecere, ut sit discrimen à πιπίζειν, quod à πίνω.

Piscis, ἰχθύς. Latinum Isid. facit à *pascendo* l. 12. c. 6. Græcum Eustathius format ex ἰκέσθαι & θύειν, ὅ ἐστιν ὁρμᾶν, πολυκίνητον γὰρ ζῶον ὁ ἰχθύς. Quæ etyma si tolerantur: quare non potius Latin. *piscis* à פָּשָׂה, quod est expandit, diffudit se, faciamus? Aut à פּוּשׁ, quod est abundare, augere, multiplicari: פָּשׁ Hab. 1. 8. וּפָשׁוּ, i. e. *ampliabunt* Targum ibi יִרְבוּן, i. e. *multiplicabantur*. Mal. 4. 2. וּפִשְׁתֶּם *& luxurietis*, ut vertit Avenarius: *Et augescetis*, ut vertit Arias Montanus. LXXII. καὶ σκιρτήσετε. Ratio etymi satis commoda. Est enim mira luxurie ac fœcunditate piscis: ut innumerabilem ferre copiam ovorum unus exhibeat. Inde recte etiam eo alludit etymon. Et ita Hebræum דָּגָה augeri, multiplicari, fœcundari more piscium, Hebræi derivant à דָּג i. e. piscis: quod monet etiam Buxtorf. Gen. 48. 16. וְיִדְגּוּ לָרֹב. *Et fiant ut pisces in multitudine*: i. e. multiplicentur ut pisces.

Digitized by Google

piſces. Ibi Targum: כְּנוּנֵא יַמָּא יִסְגוֹן, i. e. ut piſces maris multiplicentur.

Pitho, πιθὼ à πείθω, quod à פָּתָה, ſuaſit, perſuaſit. Ennio dicitur *Suada*: Horat. 1. epiſt. *Suadela*, & *poetica mella*. Cic. lepor: Quinctil. *qerſuadendi dea & ſuadela*. Nec infrequens ap. Latin. Græc. *Pitho*, *Pithus*. A πείθω eſt πίστις: nec aliunde Lat. *Fides*: mutata prima. Dicimus πίθανὸς & πιθανός. Atque ita ratio quantitatis redditur, in *fides*, *fidelis*, *fidus*, *fido*. In Gloſſ. *infidia*, ἀπιστία: ut *perfidia* formatur. Cic. illud notum è 1. de offic. *Credamus, quia fiat, quod dictum eſt, appellatam fidem*. Nempe *fides* quaſi *fies*. Id quod non dubitavit ſequi B. Auguſt. epiſt. 19. Sed *fides* pro chordis aut organo muſico fidibus inſtructo, ab ᾄδω, cano, ſono. *Fiducia* à fidum, formatur ut inſcitia, pigritia & ſimilia nomina. Inter alia & notat pignus, quo efficitur, ut *fides* habeatur. Ambroſ. in lib. de Tobia c. 12. multorum hoc capitum immane prodigium, numeroſam exactionem efficit, ſyngraphum nuncupat, chirographum nominat, hypothecas flagitat, pignus uſurpat, *fiducias* vocat, obligationem aſſerit, uſuras prædicat, centeſimas laudat. Gloſſar. *Fiducia*, πεποίθησις, ὑποθήκη, ἐνέχυρον. - *Fiduciat*, ὑποτίθεται. - *Fiduciatus*, ὑποτεθειμένος.

Pituita. Scalig. l. 7. poet. cap. 1. ſ. p. Catullus *pituitā* primam produxit. *Mucuſque & mala pituita naſi*: nec corripuit Horat.

Niſi cum pitvita moleſta eſt:

Sed triſyllabum poſuit ita, ut medium elementum Æolicum fiat digamma: quod & elicitur ex Ælii Stolonis judicio: qui â *petendo vitam* duci ratus eſt. Quinctil. lib. 1. Quamvis autem *pituita* aliis formetur à πίττα: quia ſit lentus humor, ad inſtar *picis*: tamen Ælium ſublevat Plato in Timæo: φλέγμα δὲ ὀξὺ καὶ ἁλμυρὸν πηγὴ πάντων νοσημάτων, ὅσα γίγνεται καταρροϊκά. Διὰ δὲ τοὺς τόπους, εἰς οὓς ῥεῖ, παντοδαποὺς ὄντας παντοῖα νοσήματα εἴληφεν. Et quia *pituita* vitæ quaſi hoſtis & plurimorum morborum cauſa eſt: ſane à *petendo vitam* merito dicitur. *Peto* eſt πέθω, ποθῶ, ποθέω, cupio, expeto, vel αἰτέω, præmiſſo P. Prius autem magis

acce-

acceptabile. *Repeto* eſt iterum peto. Inde *repetundus* pro repetendus: & *repetundæ*, ſcilicet pecuniæ,quæ ſolebant repeti. *Impeto* eſt modum excedo, ſive valde & cum vi quadam peto. IN enim hic auget. *Impetigo*, quæ *impetit* & infeſtat cutem, ſimilis ſcabiei. IGO eſt terminus: ut in origo, in ſcaturigo. Serenus: *Si vero vitium eſt,quod ducit ab impete nomen.* Plin. l. 28. *impetus pituitæ* vocat, quas alibi *impetigines*. Videatur Celſ. l. 5. Cæterum ut *impetigo*: Ita exſtitit & *depetigo*, i. e. λειχὴν, *lichen*. Cato: depetigini porcæ impone. Lucill. Illuvies,ſcabies oculos huic *deque petigo* Conſcendere. Scilicet per tmeſin. *Impetus*, quo impetimus, vel vim inferimus. *Impete*, pro impetu: more veterum, qui ita variabant. Neque nihil ſit *impete* dictum, ut *præpete*, *perpete*. Et ſic grandis etiam vis notabitur. *Oppeto* eſt *contra peto*; quod importat τὸ OB. Et ubique de adverſo,qualis mors, invenitur. Ita *oppetere mortem*, ait Cic. Quæ vis verbi diligentius enucleanda, quam à Servio factum. *Oppetebat* Hector, i.e. petebat aut ſubibat mortem: quia vir fortis & quia pro patria. Sed OB, i. e. contra petebat: quia mors eſt contra naturam & formidabilis. *Suppeto* eſt ὑπαιτέω, à *ſub*, quod minuit: h. e. latenter peto. Plaut. Epid. Auxilia mihi & *ſuppetiæ* ſunt domi. *Suppetiæ*, quas ita petimus nobis dari. Valla l. 5. eleg. c. 7. *appeto* cum affectu, *expeto* cum ratione. Item, *appetitus*, immenſa & immoderata cupiditas dicitur. Quæ verba vix à Grammatico φιλαιτίῳ feruntur, nedum Philoſopho,qui multo aliter, vel ὀνοματικῶς, appetitum finit. *Appetones*, i. e. appetitores, Laberius, Nonius & Furius. *Compita*, ubi viæ competunt, i. e. conveniunt, quaſi *competæ*. *Petulantes & petulci*, qui proterVo impetu & ſæpius petunt. Ut ab eligo *eligans* (quomodo ſcribi vult Caper) vel *elegans*: ita à peto *petilans* & poſtea *petulans*. Ut item *hiulcus* ab hio: ita *petulcus* à peto. *Ulcus* eſt κατάληξις. Cic. de Repub. à petendo *petulantia*: à procando, i. e. poſcendo, *procacitas*. Et hæc eſt prima ac propria τῦ *Peto* ſignificatio. Poſtmodum ad alia vertunt: ſed non difficulter reduces. Ita *petere* canem lapide, i. e. cupere ut canis lapide percutiatur. Cic. pro

Ligar. Cujus latus ille mucro *petebat*, i.e. volebat vulnerare. Fumus petit alta: metaphora ab hominib. qui celſa & grandia appetunt. Ποθέω ab Heb. עָבַט, poſtulavit pignus. Aut *κατ' ἐναλλαγὴν* à תָּאַב, i. e. petiit, optavit. Ita *poſco* ſimiliter à בִּקֵּשׁ, popoſcit. Qui in Latio tantum conſeneſcunt, *poſco* faciũt à *poſca*, illo antiquo: ut veſcor ab eſca. A poſco *poſculo* & melioris ſoni cauſa *poſtulo* i.e. valde peto & ſimul exigo. Gloſſ. Cyr. ἀξιῶ deſidero, poſtulo, poſco.

Pitiſma. Juven. Sat. 11. *Ille fruatur*

> *Vocibus obſcœnis, omnique libidinis arte*
> *Qui Lacedæmonium* pityſmate *lubricat orbem.*

Ita legit Scholiaſtes, Item Valla, Domit. Merula, Turneb. Theod. Pulmann. è libris antiq. & alii. i. e. qui expuit ſupra marmor Lacedæmonium, quo ſtratum eſt pavimentum, ut lene ſit, ut ſaltantib. puellis nihil impediat, ait Scholiaſt. Et Turn. l. 24. c. 28. qui ſputo & ſalivâ trochum, quem jacturus eſt, lubricum & volubilem magis reddit. Taubman. in Cul. *pytiſmate* lubricat orbem, i. e. cujus triclinii aut ſtibadii pavimentum precioſis Tænarii marmoris orbibus refulget. Idque ex Scal. Notis in Manil. Joh. Britann. & Brodæus l. 5. miſc. c. 26. legit, *pedemate.* Nam *πήδημα*, inqit ille, ſaltum ſignificat. Non ignoro à commentatoribus hunc locum diverſis modis expoſitum. Ego autem ex ſententia Luciani contendo intelligi ſaltationem Lacedæmoniam. Huic ſimile eſt, quod Jac. Schegkius in *præmeſſis* ex antiquo MSS. reponat, *pede nudo* lubricat: ut ſcilicet ſaltationem quoque innuat. Politianus mavult c. 38. miſc. *pityliſmate*, i. e. exercitationis genere, quod fit micatione & geſticulatione manuum vel pedum. Flavius Conject. cent. 1. legit *popyſmate*, i. e. ſibilo, qui in re obſcœna fieri conſuevit. Alciat. parerg. Jur. l.6. c 3. ſubſtituit, *pyreiſmate*, à *πύρευμα*, quod & *πυρευτήριον* dicitur. Mercur. *proptyſmate*. Lipſ. *pygiſmate*: Muret. *petteumate*. Et omnes ſuæ lectionis ac ſententiæ cauſas afferunt, nec contemnendas, ita quidem, ut neſcias, cui potius ſubſcribere

bere conveniat, niſi aliquis Scal. aut Gruter. aut Caſaub. antiquitatum vindex, auxilio veniat.

Pix, πίσσα: ab Heb. זֶפֶת, quod idem Exod. 2, 3. Legatur Renod. de mat. med. l. 1. ſect. 8. c. 2. *Piceus*, πισσηρὸς & πισσώδης. *Picinum* oleum, πίσσινον. Plin. l. 15. c. 7. *Pico* πισσόω vel πιττόω. Martial. Non erat Autolico tam *piceata manus*, i. e. furax, cujus manibus, tanquam pici, omnia facile adhæreſcunt: quomodo etiam Germani ſolent illudere.. Et ſic Deut. 13. 17. Neque *adhæreſcito* manui tuæ quicquam de anathemate. Job. 31. 7. aut manibus meis *adhæret* quidquam. Similiter etiam *gluten* uſurpabant de manu rapaci. Catulli carm. 25. verſiculus docet:

Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina.

Plaut. hominem ſervum ſuos Domitos habere oportet oculos & manus. Aliud vero eſt *piceus*, πεύκινος, h. e. ad *piceam* pertinens. *Picea* à πεύκη, arbor conifera, Græcis πίτυς. Plin. l. 16. c. 10. πίτυν *piceam*: πεύκην *laricem* interpretatur. Ita πιτυοκάμπαι ſunt picearum erucæ. Plin. l. 23. c. 2. Unde Theophr. πίτυς φθειροποιός.

Planeta, πλανήτης, h. e. error, erraticus. *Planus* in Horatio l. 1. epiſt. 17. πλάνος, i. e. interpr. Camerario, circulator, & vagus, & nugatoria levitate homines decipiens: à πλάνη. Gloſſ. *planum* vocat fallacem. Matth. 27. 63. ὁ πλάνος. Beza retinet *planus*. Syro eſt *ſeductor*, aut *impoſtor*. 2. Tim. 3. 13. πλανῶντες καὶ πλανώμενοι. Syrus: *Seducentes* & *ſeducti*. Legatur Steph. in Theſauro Gr. ling. & Martin. in Lex. Verbum eſt πλανάω, πλανάομαι: à quo fluit etiam Latin. *palare*, i. e. vagari, huc illuc agitari: & ita alludit etiam τὸ πολεῖν. Gloſſ. *palatur* ῥεμβεται. *Palantes* ῥεμβομένους. Stellæ quædam dicuntur *planetæ*: Lucano l. 7. *errantes*. Videatur Nannius l. 10. Miſc. c. 3. Nam propter diverſas motuum periodos, regrediendo, ſtando, mutando diſtantiam, *errare* videntur: cum motione earum in quantitate & qualitate nihil certius & firmius. Plin. l. 2. c. 6. *Septem ſidera, quæ ab inceſſu vocamus* errantia: *cum errent nulla minus illis*. Contra appellantur *Fixæ*. quod eandem inter ſe diſtantiam ac in motu æquabilitem ſemper obtineant.

ancipiti voce, tanquam à ſcopulo. *Stirps* primo ſignificatu *ſtipitem* notavit. Etiam nunc utuntur Tuſci: Græca eſt origo στελέχους. Uſus poſtea detorſit etiam à radice: Ut eſt ap. Poetam, & Cic. Cum ergo dicit *Breviſtirpia*, neſcis utro vergat, ſitne βραχύῤῥιζα aut βραχυπρεμνα. Malim viginti verbis græcum unum explicare: quam Græci unius imitatione opus habere duum verbulorum explicatione. Hæc ille. Aliud vero *planta* pedis h. e. pars ima pedis, qua ſolum teritur. Suidæ τὸ πλάτος τοῦ ποδὸς: Meletio πέδιον & πίλημα. Et tum *planta* fit à *plano*: planta quaſi *planata*. Rationem explicat Bauhin. l. 1. Anat. quot *plantæ* ſint *Planæ* & longiores formatæ, quibus corpus ita commode ſubnititur.

Plaſtes, πλάστης. *Plaſma* ap. Prudent. pſych. πλάσμα. A πλάσσω vel πλάττω, i. e. formo, facio. *Plaſmare* in Iſid. & ſæpius in antiq. Biblior. verſione: etiam in Prudent. apotheos. *Plaſmator* in hym. Ambroſii & ap. Tertull. contra Jud. *Plangon* & Deminutum *plangunçula*, à πλαγγὼν, i. e. icuncula, è cera vel ſimili materia formata. *Emplaſtrum*, ἔμπλαστρον ἢ ἔμπλαστρος: ab ἐμπλάσσω: de quo fuſe agit Gorræus.

Plautus, Turn. l. 19: Adv. Plauti nomen legiſſe videor à *planis pedibus* appellatum: à quorum planitie *Ploti* & *Plauti* dicantur: ego putarem è Græco per ἀντίστοιχον eſſe deductum à calcei genere, qui ab illis βλαύτη & βλαύτιον dicitur, quod ſandalium eſt. Sed & à Latinis ſoleæ dimidiatæ, quib. utebantur in venando, quo planius pedem ponerent. *ſemiplotia* dicebantur: quod eſt quaſi ἡμιβλαύτια. In antiquo tamen Lexico *Plancus* exponitur πλατύπους, à pedum latitudine, *plancas* imitantium. Aut ſimpliciter *plautus à πλατὺς*: propriè qui planos pedes habet.

Plectrum, πλῆκτρον, percutiendi inſtrumentum. Πλήττω eſt percutio. Homer. & alii communiter ad id, quo pulſantur citharæ, referunt. Ariſtot. πλῆκτρον ἀλεκτρυόνος. calcalcar galli appellat. A πλήττω eſt verbum *plecto* (prius ex origine *pletto*: & ut ita differat à *plecto*, quod à πλέκω) & notat propriè idem, quod ferio, percutio. Etiam à πλήττω, πλήσσω, fit πληγὴ, πλαγὰ Dorice, inde *plaga*, h. e.

clarandum dolorem in modum lamentationis. Plaut. Cap. a. 3. ſc. 1. *plagipatidas* dixit, à plagarum patientia. Vox joculo facta.

Plenus, πλέος & πλεῖος Ionice. Alioqui Græcis eſt Μεστὸς, ortus Heb. מָזָה, impletus eſt. Ergo plenus eſt propriè impletus, refertus, ſolidus: & opponitur vacuo. *Plenitudo*, πλήρωμα. *Pleo*, πλέω, *plere*, πληροῦν: quorum Latinum modo in compoſitis cernitur: ut *complere*, *replere*, *implere*; cui opponitur *deplere*.

Stat. 1. Achil.

—*Fontes deplevimus hauſtu.*

Nam *DE* quandoque minuit: ut *detumet*, deſinit tumere. *Defugit*, ap. Catull. i. e. deſinit fugere: Ut Joſ. Scal obſervat. *Devirginare* ap. Paulum Ictum & Hieron. *Depudicare*, Laberius ap. Agell. l. 16. c. 7. *Depannis*, i. e. ſine *pannis*, ap. Nonium. Quandoque idem DE auget, ut *deſpretus*, *decertare*, *devitare*, i. e. valde ſpretus, certare, vitare. A πλήθω, πλῆθος, πλήθη, eſt *plebes* complicatè *plebs*. Signat multitudinem. Hinc Iſid. l. 9. c. 4. plebs eſt reliquum vulgus ſine ſenioribus. *Plebiſcitum*, δήμου ψήφισμα, ſcitum plebis. Ita enim plebs *ſciſcere* dicebatur, i. e. ſtatuere ac decernere. A πλήρης & φέρω eſt πληροφορεῖν i. e. propriè *plenum ferre*. Item πληροφορία, quâ plenum ac perfectum fertur. Heſych. πληροφορία exponitur βεβαιότης. Steph. putat πληροφορεῖσθαι eſſe, quaſi πλήρη πίστιν φέρεσθαι. Sed ex uſu, πίστεως vocabulum ſubintellectum videtur. Nam propriè πληροφόρος eſt *plenum afferrens*, non vacuum, non imperfectum. Eccleſ. 8. 11. ἐπληροφορήθη καρδία. In Heb. מָלֵא לֵב, i. e. *plenum fuit cor*. Paul. 1. Theſſ. 1. 5. ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ. Quod Syrus reddit: *in perſuaſione verâ*. Vet. interp. *In plenitudine multa*. Etiam à πληρόω vel πλήρης eſt *plerus*, ut ita copiam quandam notet. Nam *pleros*, *plera* antiquitus dicebant etiam ap. Priſc. l. 5. pro quo minores *pleroſque*, *pleraque*. Pacuv. ap. Feſt. *plera pars* peſſumdatur. Notationem illam confirmat Vall. l. 4. El. c. 90. *plerique* modo autores pro maxima parte accipiunt, modo pro nonnulli. Inde dubitet aliquis, an vere dicatur: *plerique omnes* ap. Terent. Nam

videntur ἐναντία. Si *plerique*, i. e. multi : non ſane omnes Hunc ſcrupulum eximit Scal. l. 7. poet. c. ult. In Plauto : *ſex ſeptem* prorſus non vidiſſe proximis. Noſtri enim vulgate nimis legebant : *ſex vel ſeptem.* Cæterum & à numero excluditur conjunctio, & ſermonis puritate : ſicuti ſi dicas. Quinquaginta plus minus annos natus ſum. Et Horat. ita locutus eſt. Et modus idem, cum dicimus, *plerique omnes.* Eſt enim figura augens per emendationem. Sex, immo ſeptem. Plerique, immo omnes.

Poculum à potu : ſicut cœnaculum à cœnatu. Ποτήριον à πίνω, πόω. Πότος καὶ ποτής, *potus.* *Potio* eſt ipſa potandi actio, ut lectio, ſcriptio, factio : quanquam interdum eſt ipſe potus. Vallæ opinio eſt ἀθεμίλιος l. 4. c. 4. *Potus* vini, aquæ, ſimiliumque dicitur. *Potio* vero à medicis datur ægrotanti. Hæc ille. *Pocillum* demin. inde *pocillator*. *Repotia* à novis atque iteraris poculis. Πότης, *potor*. Ut à ſatum ſator : ita à potum *potor* : à potatum *potator*. At verò *poto* à πότος. A πόω pro quo nunc uſitatum eſt πίνω, unde & *Bibo*. A πίνω, προπίνω, & Latin. *propinare* : quod proprie eſt, alteri ante ſe dare bibere. Sic προπίνειν Athen. lib. ια. Sic accepit. Q. Enn. l. 3. Satir. Enni poeta ſalve, qui mortalibus Verſus *propinas* flammeos medullitus. *Obba*, quæ eſſet ad bibendum : ita igitur dicetur *Obbibo* : c. 34. L. L. Scal. Malim vero *obba*, ducere ab Heb. אוֹב, *ob*, *oſ*, i. e. uter, ἀσκὸς, dolium. כְּאֹבוֹת, *cheoſoth*, i. e. ὡς ἀσκοὶ, *tanquam utres.* Ap. Perſ. *ſeſſilis obba*, i.e. quæ veluti ſedeat, aut in qua conſidere quis poſſit ſcilicet propter latitudinem aut capacitatem. Nonio, *obba* eſt poculi genus. Quod rectum conceditur, ſi id grande ſit, aut inſtar dolii : quale Græc. φρίαρ. Ex origine eſt dolium, & quidem proprie. In ſacris אוֹב, eſt etiam pytho, vel ſpiritus, qui è dolio, ſive vaſe aut ex tumido ventre reſponſa dedit. Sept. Interp. ἐγγαστρίμυθος, quaſi dicas, ventriloquus. Gloſſ. Iſid. *Ventriloqui*, præcantatores. Heſych. πύθων ὁ ἐγγαστρίμαντις. Plutarch. de oraculor. defectu : ἐγγαστρίμυθοι, quos olim ἐυρυκλέας vocabant, nunc πύθωνας dicunt. Qua de ſuperſtitione Gentilium ut hic multa moneam, locus

Digitized by Google

locus non patitur. Brodæus legatur l.8. Miſc. c.29. *Pitiſſo*, πιτίζω, bibo : & πιπίσκω, i. e. incipio bibere : vel leviter bibo. Σκῶ Jonum flexus eſt. Sicut eſca pro cibo : Ita *poſca* pro potu, antiquitus. Ap.Lipſ. l. 5. de mil. Rom. dial. 16. Poſca, πόσις. Item *poſculenta* : nunc *potulenta* & *poculenta*. Ut ab eſca eſculentum : ita à potum potulentum analogicè. *Podina*, vel potius *potina* & *Eduſa*, ſunt deæ præſides cibi & potus ethnicis. Donat. in Phorm. Terent. nominat *Poticam* & Edulicam. Auguſt. 6. de Civ. Dei ; *Potinam* & *Edulicam*. Arnob. *Victuam* & *Potuam* : l.3. adverſ. Gent. A ποτὸς eſt *puteus*, quod inde aqua hauriatur. A *puteus* eſt *puteal*. Propriè κάλυμμα τοῦ φρέατος, i. e. operculum putei. Gloſſ. Philox. puteal, περιστόμιον. Interpres l.2. Sat. 6. Horat. ita : *Puteal* locus erat puteali opertus, ad quod erat tribunal Prætoris ; vel ædificium aliquod, in quo jus dicebat Prætor, à Scribonio Libone ædificatum, à *puteo*, qui ibi erat, nuncupatum. Hinc Epiſt. ad Mecœn. l.1. epiſt. 19.

Forum putealq; Libonis
Mandabo ſiccis ——

Nam *proprie* eſt *puteal* operculum, quo puteus tegitur.

Pœna, ποινὴ : *punio*, *pœnio* olim ποινάω. Etiam in Virg. Carp. in antiquiſſ. libris & lapidib. *Pœna* per OE, videri teſtatur Manut. A pœna eſt *pœnitet*, pœnitentia : quando nobis ceu pœnam ipſi indicimus. Tertull. l. 2. contra Marcion : *In Græco ſono pœnitentiæ nomen, non ex delicti confeſſione, ſed ex animi demutatione compoſitum eſt*. Nempe μετάνοια. Ποινὴ ſi τὸ Aiin legas, ut Judæi ſolent, parum abeſt, ab Heb. עֲנָשׁ, i. e. pœna עָנַשׁ, multavit, puniit.

Poeta, Euſtath. à ποιεῖν, quod ſit, ἐμμέτρως cantare & ſcribere. Vel, non à *fingendo*, quod fictis uteretur, ſed initio à *faciendo* verſu dictus eſt. Latine *factor*. Si neſcio, quo feliciſſimo commento Franci etiam nunc poetam, patria lingua, *Factiſtam* dicunt. Qua voce nulla meliore analogia Græcam potuit & excipere & exprimere, ποιητής. Scal. c.98. L. L. *Poema*, ποίημα eſt ipſum opus. Ποίησις actio faciendi. Scal. l. 1, poet. c.2. *Poema* eſt opus ipſum :

 mate-

materia, inquam, quæ ſit. *Poeſis* autem ratio ac forma poematis. *Poetice* verò ſcientia, i. e. habitus, ex diſpoſitione præceptionum, quibus docemur ad conformationem hanc, quam poeſin appellamus. *Hæc ille.* Ergo ποιεῖν eſt verbum Artis: ut γεννᾶν naturæ. Ars non generat: ſed imitatur naturam: h. e. facit. Non ſubſtantiam, ſed accidentia, aut qualitates. Hoc enim. ποιεῖν: à ποῖον οἷον, i. e. quale.

Pollinctor, dicitur Fulgentio, quaſi *pollutorum unctor*, i. e. cadaverum, ἐνταφιαστής. Multis, & in his Fr. Junio Theol. notis in Tertull. apolog. c. 13. *polinctor* formatur à *polincio*, ſive *polinceo*: vel potius ut Gloſſ. à *polingo*, περιστέλλω νεκρὸν, ἐνταφιάζω, *poliens ungo*. *Polire* autem curare eſt & colere. Ut ap. Nonium dicebat *Polire agros* Enn. pro colere. Lexicon Lat. græc. *pollinctorem* interpretatur νεκροκόσμον. Turn. l. 28. c. 31. quaſi *pellis unctor*, & *pollincere*, tanquam *pellem ungere*. Cadavera enim odor. & aromatis omne genus ſparſa olim, & perun&ta ad putorem illum lethalem abigendum. Neque tantum ap. Judæos: ſed etiam Ethnicos, qui illorum imitatores.

Virgil. 6. Æn.

Corpusque lavant frigentis & ungunt.

Propert. l. 4. Eleg. 7.

Cur nardo flammæ non oluere meæ? Perſ.

——Tandemq; beatulus alto

Compoſitus lecto, craſſisq; lutatus amomis,

Ea cauſa ἀλίβας eſt mortuus, qui ungebatur ſcilicet: non ut Græci comminiſcuntur. De ſignificatu igitur conſtat, quod *pollinctor* ſeu polinctor ſit νεκραλείπτης qui poliens ungit mortuorum cadavera: & quod ultima vocis pars ſit ab *ungendo*. Apul. in Hermag. *Pollinctor*, ejus funeri dum *unctionem* parat. De principio quæritur: Equidem cum Turnebo à *pellis* aut à πολλοῖς duxero: Ut πολλοὶ ſint mortui, non aliter atque πλείονες. Quod ſi tamen *polinctor* omnino ſcribendum, videtur recta fieri à *polio*, quod verbum & in *ſepelio* cernitur, quaſi *ſepolio*. Et in Gloſſ. Iſid. *Veſpeliones* dicuntur, qui mortuos ſepeliunt. Savaro in Sidonii l. 3. epiſt. 13. legit *pollictor*: Sed quare ita legat,

gat, causam non apponit. Itaque rectius & datâ causâ *Pollinctor* à nobis retinetur.

Polire à πολεῖν: de sententia Scal. l. 2. poet. c. 29. *Polire* agros, i. e. vertere ap. Enn. *Interpolare* pro interpolitare frequentativum, i. e. renovare, immutare. *Interpolis*, qui ex veteri politur. Gloss. Isid. *interpolis*, vestis quæ ex vetusta fit quasi nova. Hebr. non obscure assonat, פעל, *paal, pal* i. e. operatus est expoliendo, polivit, interpolavit. Scal. in Conject. *Polulæ* seu *polæ*, erant *pilæ* ex aluta, molli tomento farctæ, quibus datatim ludebant in foro. Unde *polire*, pila ludere dicebant veteres. Autor Fest. Id tractum à Græco. Nam φαλλὸς Græce significat veretrum, quod gestabatur in Pompa Liberi. Primum ita vocabatur, quamdiu fieret ex ficu: postquam ex aluta rubra fieri cœptus, dictus πολλον. Ab eo *polæ* Latinæ, quæ ex aluta fiebant. Et *polimenta*, testiculi porcorum dicti, postquam ex illo folliculo evaginati erant in castratione. Verrius ineptit à *politione*. Sic à φαλλὸς *follis*, qui & *suffiscus* in Testiculis. Ergo *pulvinar*, à *polis*: quod ex alutaceo scorto. Unde σκύλινα ϖονεφάλαια Polluci. Inde cognomenta Romana, *Polliones*, & *Pollæ*.

Polonia, non paucis à *polo*, cui vicinior sit, scilicet Arctico. Aliis à *Planitie*, quæ Polonis est *pole*. Scal. in carm. de eversionibus regnor.

Polonia, cui planities nomina fecit.

Sic *Pomerania*, *Pomerye*, Vandalica lingua est idem, quod maritima vel juxta mare: ut notat Sigism. ab Herberstein.

Pompa, πομπὴ, i. e. missio, missus. Πέμπω est mitto. Cic. in Pison. Quid tandem habet iste currus? Quid legati in equis & tribuni? Quid clamor militum? Quid tota illa *pompa*? Plaut. in Curcul. Quo te hoc noctis dicam proficisci cum isthoc ornatu, cum hac pompa Phædrome? Mercurius dictus est πομπαῖος. Jul. Cæs. Scal. de insomn. Mercurius animarum & geniorum & comes est & evocator: Unde πομπαῖος dictus est: tum idem

missum, quod ad custodiam rei pertinet *Impomenta*: quæ post cœnam mensis imponebant ap. Fest. Alioqui γνωικὸν est. πονῶ potest esse à כָּנָה, i. e. laboravit, ædificavit, posuit. *Impono* est proprie *in aliquo pono*: Græc. ἐντίθημι & ἐπιτίθημι. Postea *impono* est *non pono*, aut fallo: ubi τὸ IN ἀρνητικόν: quale est decipio, à de & capio. *Impostor* idem, qui deceptor, aut qui fallit. Gloss. *Inpostores*, ἐπίθεται: Inpositum, ἐπιτεθὲν. Perott. Ut ab imponendo impostura: ita *fraus* à ferendo. Aliquid sit. Rectius vero *fraus* à φράζω: ut *fraus* sit dolus in φράσει. Quomodo etiam λόγος & sermo & inanitas mendaciumq; est. Nec non φράζω est mente verso ac comminiscor. Assonat quoque φροῦδος inanis & evanidus.

Pontifex. Varro l. 4. Ego à *ponte* arbitror. Nam ab iis sublicius est factus primum & restitutus sæpe, cum ideo sacra & uls & cis Tiberim non mediocri ritu fiant. Huic assentit etiam Dionys. Halicarn. ἐπισκευάζοντες τὴν ξυλίνην γέφυραν ποντίφικες προσηγορεύοντο. At Q. Scævola Pontificem dici mavult à *potis* & *facere*: Et hoc vero similius. Nam *facere* verbum solenne, i. e. quod sacra, aut rem divinam facere ἱερουργεῖν. Cic. Cum pro populo *fieret*. Virgil. Cum *faciam* vitula pro frugibus. Varro 1. R. R. Dii *facientes* adjuvant, i. e. Rite sacris operantes. Camerar. in probl. etym decur. 1. Unde *Pontifex*? Græcis hic est ἱεροφάντης, ut Dion. Halic. vel ἱερονόμος, vel ἱεροδιδάσκαλος: est & ἀρχιερεὺς, ut Plutarcho placet, qui Pontificem Max. ἱεροφάντην facit, καὶ τῶν ἱερῶν ἐπίσκοπον. Sed omnino erat *Pontificum* munus, respectus ad religionem, & res divina ut rite fieret & legitimæ ceremoniæ servarentur. Ii suis suffragiis quasi caput & principem creabant unum ex numero suo, quem Pontificem Max. nominabant. *Pontificis* igitur nomen unde dictum esse existimandum? An à *potentia*? quod hic curet res divinas, & sit famulus divinæ *potentiæ*? An est *Pontifex*? i. e. executor eorum, quæ præstari possunt. ut id faciat, quod *facere potis est*; nihil auctore legum huic imponente oneris, quod sustineri nequeat, neque in arduis atque difficilibus, si quid omissum neglectumve sit, calumniose exagitante,

plicus: uti Græc. δημόσιος à δῆμος. Scal. de Insomn. paulo quædam aliter: *publicum* (inquit) à *populo* dicitur, quod populi est, non unius. Contra *privum* unius est: tractum à familia herciscunda: cum res in partes secarent. Hoc enim est *ἄξιον*. Ut quod esset commune trium, fratrum integrum, crederet per trientes suum cuique. At *populus* à civitate nihil differt. Est enim populus ductum nomen, παρὰ τὴν πόλιν. At *polis*, civitas est communis locus, in quo πολλοῖσι πολλοί. *Populus* autem cives ipsi, qui è vicis multis in unam sedem jure sociatam convenere. Unde *civium* nomen παρὰ τὸ κίειν. A publicus *publicanus*, ut à vetus veteranus. Ulp. l. 55. ad edict. *Publicani* sunt, qui publico fruuntur. Nam inde nomen habent, sive fisco vectigal pendant, vel tributum consequantur. Item à πολὺ, πολὺς, πλὺς, per contractionem est *plus, pluris, plurimus*. Aut *plerus, pluris*. Ap. Agell. inter alia l. 5. c. 21. Ex eo id quoq; simul disces, si modo assequi poteris, quod in ea epistola scriptum est, *pluria* sive *plura* absolutum, sive simplex, non ut tibi videtur absolutum. Scal. c. 101. L. L. illud quoque à veterib. tanquam peccatum animadvertamus: qui negarint *complures* esse comparativum. Dicit enim Terent. Heaut. *Nemo meliorem agrum habet: nemo servos complures*. Et ratio etiam jubet. Compositum enim est à præpositione & *plus*. Quod si *compluria* dixere prisci contra comparativorum analogiam: flexionem novam invexerint potius, quam vocis naturam depravarint.

Porcus è Græcia, ut Varr. l. 4. videtur. Ad quod Scal. in Conject. Varro rei rust. l. 11. *Porcus* Græcũ nomẽ est antiq. sed obscuratum: quod eum nunc vocant χοῖρον. Utrumque verum est. Nam & Græca est vox, & ita obscurata, ut neminem veterum, quod sciam, qui quidem hodie extent, ea usum esse putem, præter unum Lycophronem: cujus asscribam verba ex Alexandra.

> Στῆναι σε πάππα καὶ τάφους ἀτλαντίδος
> Δύστην πίλωρος, ὅς ποτ' ἐν ῥακτῶν κύτει
> Ὁ πυῖα, πόρκος ἰσχνὸς παρασκελὴς
> Ἀσκῶ μονήρης, ἀμφιλυτρώσας δέμας
> Ῥαφῶμασι τὰ ντεύθεν ὡς ἐν ζεύγει.

Vocat

Vocat *μονήρεω*, ut *aprum*. Nam apri *μόνιοι* dicuntur : ut & ap. Latinos poſteros *Singulares*. *Utrem* vocat *ῥαπτὸν κύτος*. Cum vocat Ἰσπεία, manifeſto *Ercynium aprum* intelligit. Ergo qui poſtea *κάπρος*, primò ap. veteres dictus eſt *πόρκος*. Lacones ſuem vocant *βωλόρυχα*, quod glebas ſuffodiat, *βώλους ὀρύσσῃ*. Cretenſibus eſt *μαρὶς* à מְרִיא pinguis, ſaginatus.

Portus, *πόρος*, tranſitus. Vel *πορθμὸς*, i. e. ſinus maris, eliſo M. A *πορῶ*. Ulp. l. 68. ad edict. *Portus* appellatus eſt concluſus locus, quo *importantur* merces & inde *exportantur*, eaque nihilominus ſtatio eſt concluſa atque munita. Inde *augiportum* dictum eſt. Ad illud Scip. Gentil. *ἀρχαϊκῶς* pro *angiportus*; quod nomen melius à domibus, quas antiqui portus appellabant, derivaretur : ut in 12. tabul. *Ob portum obvagulatum ito*. Eſt enim angiportus in opido vicus exitum non habens. Hæc ille. A portus *portiſculus* : qui in portu modum dat claſſi. Id autem eſt malleus : ut ſcribit Feſt. Et in Feſt. Scal. Gloſſ. *portiſculus*, *κελευστής*. Qui eſt præco aliàs, is in nave portiſculus : qui modum remigibus dabat. Neque diſſimile notat Lud. Carrio l. 1. emendat. cap. 10. At proprium ſignificatum hac via indagamus. Ut à pulvis pulviſculus, a lepus lepuſculus: ita à *portus portuſculus* & quotidiano uſu, *portiſculus*. Et ita propriè *erit parvus aut minor portus*. Nonius : *portiſculus eſt hortator remigum, id eſt, qui eamdem pergulam tenet, quæ portiſculus dicitur; qua excurſum & exhortamenta moderatur*. Vulgo legitur *perticam tenet*. Sed rectè Dan. Heinſ. *pergulam tenet*. Et addit in 6. lib. Silii : *Portiſculus* eſt ipſa pergula & qui in ea. Sicut excurſus *παραδρομὴ* eſt illi Grammatico : Sic *exhortamentum* eſt *παρακέλευσμα*, clamor inconditus & qui præter ordinem. Et ante Heinſium Perott. *A portu*, inquit, *portiſculus deducitur, qui modo eſt parvus portus, modo is, qui in portu modum dat claſſi*. Quid jam primò ac propriè ſit *portiſculus*, intelligitur. Porrò à portu *Portunus* aut *Portumnus*, ſicut Vertumnus ; à *portu*, cui præeſſe credebatur. *Importunus*, eſt non aptus portui Onomaſt : *importunus*, *ἀλίμενος*. Serv. in 11 Æn. *importunum*, quod

Digitized by Google

quod caret portu. Ex adverſo *Poportunus* , non *oportunus*, *Giſan.* non intelligunt (inquit) vulgo , quid vox hæc egregia valeat. Fere idem valet, quod utilis, ſed tamen quid amplius : aut idoneus, i. e. egregius, præſtans Hæc ille At neque eſt quod utilis, præſtans aut egregius, niſi μετ μεταφορᾶν. Proprie enim verbum nautarum eſt quaſi *ob portum.* Nec incognita eſt parœmia : *Res eſt in portu : navigat in portu.* Opportunum Græcis adverbium, εὐλίμενον, ἔνορμον. Cic. *portitor* eſt publicanus. *Portorium*, vectigal quod ille exigit. Portorium vocat Apul. 6. met. *ſtipem amnicam.* Vall. l.1. c. 8. proprie eſt *portitor* , qui homines in ulteriorem fluvii ripam trajicit, πορθμεύς. Item *portitor* eſt geſtor. Ovid. *portitor Helles.* Stat. 1. Theb. *glacialis portitor urſa.* Sed tamen *portitor à portu*, ut janitor à janua, ἐλλιμενιστὴς eſt ille, qui in portu verſatur , ſive naviget, ſive naulum accipiat. Diſcriminis cauſa poſſet ſcribi *portutor* : ſi libertas Romana pateretur. *Portitor*, φορεὺς, non à portu : ſed ut à vectum vector , ſic à *portatum portitor.* Videatur etiam Savaro l. 6. epiſt. 4. Sidonii. Quanquam analogia hæc non usquequaque quadret. Sic potius : ut à curo curatum curator : à poto potatum potator : ita à *porto, portatum, portator.* Jam notum, quod veteres & vocales & quantitatem unà interdum mutarint. Ita ſtare ſtire : præſtatum præſtitum dicebant. Eodem modo *portator, portitor* : à *porto.* Videatur Vall. l. 6. c. 51. & pro Valla Franc. Floridus Ex origine *porto* videtur eſſe propriè onus fero , à φόρτ☉. *Porto* φορῶ. Φορτὸν, quod portari quit. Φόρτ☉ eſt onus. Φόρταξ portator, bajulus. Cato de *porta* ſic ſcribit. Qui urbem novam condit, tauro & vacca aret. Ubi araverit, murum faciat. Ubi *portam* vult eſſe, aratrum ſuſtollat & *portet*, & *portam* vocet. Eſtque porta ὁδὸς πορευτὴ in urbem.

Poſterus, formatur ut ſuperus, inferus, exterus. *Poſt*, demta appendice, ab ὕστ☉ , Græcor. perdito. Niſi ſententiæ Scaligeri potius fidendum , cui poſt , quaſi *pone eſt.* Ab ὕστ☉, ὕστερ☉. *In poſterum*, ut ἐς ὕστερον : ſcilicet tempus, χρόνον, aut ſimile. Ὑστέρημα, quod poſterius Ad Col. 1. Χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα

μάτων τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ. Verterunt ὑστερήματα, quod deerat aut quæ deſunt. Ni fallor minus proprie, aut πρὸς ἔπος. Et inde neſcio quas reliquias aut defectus ſua opera reſarciendos commenti ſunt homines quidam impii: quaſi Λύτρον Chriſti perfectum non ſit, aut conſummatum. Itaque ſalvo aliorum judicio, τὰ ὑστερήματα interpretor, *poſteriora* quæ pone ſunt, aut ſeqvuntur, τὰ ἑπόμενα. Ut ſunt διωγμοὶ, item μαρτύρια: quæ Chriſtianam noſtram profeſſionem comitantur, ut umbra corpus.

Potior, potis fio & conſequor. Scal. in Theoph. de pl. Quoties quippiam nanciſcimur, eo ſane *potimur*. Potimur enim eo, quod eſt, in poteſtate noſtra. Idem c. 125. L. L. Plaut. in Capt. a. 1. ſc. 1. *Nam poſtquam rex meus eſt potius hoſtium.* Nos eam aſperitatem in meliorem receptam legem emollivimus, & interpretamur verbum *potius eſt*, paſſive. ſubintelligimus vi, aut opera: ſicut χάριν ſubintelligunt Græci & Salluſt. Ita *miſeret* me fortunæ tuæ, i. e. vis tuæ fortunæ facit me *miſerum*. A *potis pote*, quod a ποτί. Notat id, quod ἐν δυνάμει & viribus noſtris, quod penes aut juxta, aut prope: ut non opus ſit ullo amplius labore conſequendi. A *potis* eſt *potior*, *potius*, *potiſſimum*. Etiam *poteſtas*, ἐξουσία, per quam aliquid *poſſumus*, per quam *potentes* ſumus ad agendum. *Poſſum*, i. e. potis ſum. Hinc & integrum *potiſſum* in Lucill. Ennio Lucret. ap. Lipſ. l. 1. Var. lect. c. 14. *Potens* eſt participium, quaſi *pote ens*, i. e. δυνάμενος. *Impotens* i. e. *non potens*, ἀκρατὴς, ἀσθενὴς. *Impoſſibile* apud Quinctilian. ἀδύνατον: ſicut *poſſibile*, δυνατὸν, quod non poteſt, aut poteſt fieri. Vox ea elegantiam infuſcat. *Impos* contractum eſt, quaſi *impotis* aus *impotens*: ſicut *compos*, quod ſocietatem poteſtatis ſignificat, i. e. particeps, ἐγκρατὴς. Iſid. gloſſ. *propos*, valde potens. *Præpotens*, i. e. valde potens, & præ aliis. Innuit enim collationem cum aliis, & πρωτεῖον ſingularem: ut *præcello*, *præſtans*, *prædico*. Melius de Deo uſurpatur, vel *potens* Luc. 1. & alibi ſæpe in divinis literis: vel etiam in iisdem *Omnipotens*, Græc. παντοκράτωρ, παντοδύναμος: quod omnem comparationem ſimpliciter excludit. Dices: *Ciceroni tamen*

Digitized by Google

men eſt Jupiter præpotens, Ergo præpotens idem qui omnipotens. Facilis reſponſio : Noſtra nil intereſt, quid Cic. hic ſcripſerit. Gentilium unus fuit. Nobis neque Jupiter, neque Jovis: ſed Jehovah. Iſti fuerit ſuus Jupiter præpotens : patiamur. An vero *præpotens* ideo idem , qui *omnipotens* ? Ipſe Tullius abnuit. Præpotens, inquit, terra marique Carthago : præpotens & glorioſa Philoſophia. Ergo ea omnipotens ? Non ita : ſed *valde potens.* Iterum curioſulus : *At præſcire, prævidere Deus dicitur : quidni etiam præpotens :* Scio de præſcientia & ſimilibus ita ſolere loqui Sacra & doctores Eccleſiæ : ſed id pro captu noſtro eſt,& figurato duntaxat quodam ſermone. Alias reapſe Deus non præſcit, ſed ſcit : nec prævidet,ſed videt: nec præpotens eſt, ſed omnipotens. Noſtræ imbecillitatis verba ſunt, qui tempora partimur , nec aliter intelligimus. Deo omnia juncta,nexa,unita,Præteritum,Præſens, Futurum. Omnia inquam,in præſenti & in oculis habet, & æternitas illi eſt momentum.

Præs,prædis. Simpliciter fit à *præ* : ut Græc. ἔγγυος ab ἐγγύς, prope. Ut ita *præs* ſit qui *præeſt*, h. e. coram , ante nos,atque ita præſto eſt. Gloſſ. *Præs* ἔγγυος, ἀνάδοχος. *Feſt.* Præs eſt is, qui populo ſe obligat, interrogatusque à magiſtratu,ſi præsſit,ille reſpondet præs.

Auſon.

Quis ſubit in pœnam capitalis ſupplicio ; Vas.
Quis, cum lis fuerit numaria, qui dabitur ? Præs.

Idem : Sponde,noxa *præſeſt.* Ita enim legendum , non *præſto eſt.* Ad quod Joſ. Scal. *præſeſt* ; I. e. adeſt vel præſto eſt, πάρεστι. Græcus interrogatus εἰ πάρεστι, reſpondet potius, παρὼ quam πάρειμι. Sic Romanus interrogatus, an *præſes* ? Reſpondebat *Præs* : non *præſſum.* Varro l.5. L. L. Et Feſtus inquit : *prædem* dictum eſſe, quod interrogatus à populo ſi *præſeſſet*,reſpondebat : *Præs* : ſupple ſum. *Præſeſſe* antiquitus ſignificat præſentem eſſe, παρεῖναι. Unde ſupereſt participium *præſens.* Igitur *præs* decurtatum eſt à verbo *præſſum.* A *præs,prædis*,dicta ſunt *prædia*:ut ita *prædia* ſint bona ejus,qui *præs* eſſe poteſt, & aliquid obligare ſuo & alieno nomine. Non bene *prædia* videntur dicta

à prævidendo, aut *præſtando*. *Prædia* (inquit Aſcon.) ſunt res ipſæ: *prædes* homines fidejuſſores: quorum res *Bona prædia* nunc uno nomine dicuntur. A præſens, *præſentia*, i. e. actus ejus, quod præſens eſt: modus ſcilicet, qui eſt συνύπαρξις ἀδιάςατος. A præſentia rurſum *impræſentiarum*: ſcilicet articulo. Aliquid enim ſubaudiatur. Ita Græcis ſit ἐν παρεστῶτι χρόνῳ ἢ ἀκμῇ. Vox Catonis: & imprimis Apulejo frequentata, nec non Vet. Biblior. interpreti Exod. 22. 15. Lev 8. v. 34. & alibi. *Sum* eſt εἰμὶ, ait Scal. c. 122. L. L. Æolicè ἤμι: Doricè ἐμμί. Eſt verbum ſimpliciſſ. in quod omnia reſolvuntur. Inde etiam Es, εἶς: *eſt*, ἐστὶ. Heb. יֵשׁ, *Eſt. ſunt*. Idem c. 166. *Neceſſe*, quod *nec eſſe* aliter poteſt. Et Cic. in part. *Neceſſe* eſt id, ſine quo ſalvi, liberive eſſe non poſſumns. Alii faciunt à *ne* & *ceſſo*: ut neceſſe ſit, quod *non ceſſat*, ἄπαυστον. ἄληκτον, ἀδιάλειπτον: quod *oportet eſſe*, quod eſt immutabiliter. Feſt. *neceſſarium* ait eſſe Opilius Aurel. in quo *non* ſit *ceſſandum*, aut ſine quo vivi non poſſit, aut ſine quo non bene vivatur, aut quod non poſſit prohiberi, quin fiat. Græcis ἀναγκαῖον: *neceſſitas* ἀνάγκη. Dicitur autem *neceſsis*, *neceſſe*: & *neceſſus*, *neceſſum*, κατ᾽ ἀναλογίαν: ſicut exanimis, exanime: & exanimus, exanimum. Donat. in Eun. a 5. ſc. 6. *Neceſſe* eſt nomen. Nam *neceſſus*, *neceſſis*, & *neceſsitas* & *neceſſum* lectum eſt. Redeo ad ſum. Huc aggregentur reliqua compoſita magno numero, ut *deſum*, *præſum*, *inſum*, *proſum*, *ſuperſum*: cujus poſterioris varia ſignificata ex Agell. l. 1. c. 22. hauriantur. *Aſſum*, aut *adſum*: quia dicis, *ades*, non *aſſes*. Scal. c. 34. L. L. Conſules auribus & materiæ: ſicut Plautus cum jocatur & maluit *aſſum* dicere, quam *adſum*: ut ſubinferret: At ego *elixum* malo. Hæc ille. A Gcæco εἰμὶ ſit ἐὼν, ὢν: ἐὸν ὄν, *Ens*: ἐσσα & inde οὐσία: Latine *eſſentia*, ap. Quinctilian. l. 8. c. 3. Auguſtin. l. 12. de civ. Dei cæp. 2. de morib. Manich. l. 2. c. 2. Apul. Jul. Scal. & alios. Hi enim veterum loco nobis ſint, quibus ea vox uſurpata non fuit. At neque deeſt ἀναλογία. Urget vero neceſſitas ut philoſophi & theol. ni ineptire & ambages quæritare velint, carere non poſſint. Quamvis de eſſentia

ita

ita Senec. epiſt. 58. *Cupio, ſi fieri poteſt, propitiis auribus tuis eſſentiam dicere: ſin minus, dicam & iratis. Ciceronem autorem hujus verbi habeo, puto locupletem: ſi recentiorem quæris Fabianum.* Idem aſſerit Sidon. carm. 13. in epiſt. ad Polemium. Ap. Ariſtot. ſingularis phraſis exſtat τὸ τί ἦν εἶναι: Scholaſticis barbarè *quidditas.* Potius eſt *eſſentia*: vel, *quid res ſit.* Ad verbum: *Quid ſit eſſe.* Poſitum ἦν pro ἦ. Ita enim vertitur rectiſſime. Cæterum quod de *eſſentia*: idem etiam de ſubſtantia dictum ſit: cui Græc. ὑπόστασις, non ita vero οὐσία reſpondet. Ut enim à conſto conſtantia: ſic à ſubſto *ſubſtantia*, ut quæ alteri ſubſtet. Similiter Ap. Hebr. קִים *kim*, item יְקוּם *jekum*, ſubſtantia, dicitur à verbo קוּם, *kum*, quod eſt ſtetit, ſurrexit, conſtitit. Ab οὐσία, fit πλούσιος, συνουσία, ἐξουσία, & alia. Πλούσιος, quaſi πολυούσιος, cui multæ opes ac divitiæ. Nam οὐσία eſt etiam idem, quod facultates: ſicuti Lat. *ſubſtantia.* Quando ſine illis τὸ εἶναι noſtrum non poſſit conſiſtere. Luc. 15. 12. ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. Etiam ὁ βίος Marci 12. 44. Lucæ 15. 30. Similiter quoque ſumitur ὕπαρξις Hebr. 10. 34. Quem θησαυρὸν vocat CHRISTUS Matth. 19. 21. Ap. Hebræos הֹוָה itidem notat poſſeſſiones à themate הָוָה, fuit. Ap. Plaut. *polyplusius*, i. e. valde dives. *Pluto*, πλούτων. Deus inferorum. Cic. 2. de Nat. deor. Terrena vis omnis atque natura *diti* patri dedicata eſt, qui *dives*, ut ap. Græc. πλούτων: quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris. Συνουσία eſt unio vel conjunctio ipſius *eſſentiæ*; & ideo *ſumma.* Συνουσιαστὴς, ſumme conjunctus. Latinum *neceſſitudo* & *neceſſarius* aliqua exprimunt. Nam Græcum συνεῖναι plus notat: ſcilicet unionem per τὸ συν: & eſſentiam, οὐσίαν. Ἐξουσία varie exponitur: Licentia, poteſtas, autoritas, dignitas. Gloſſar. ἐξουσία majeſtas, ditio, poteſtas. A nullo tamen horum ſatis Græcum exprimitur. Ἐξεῖναι *exeſſe*: unde ἔξεστι apud Demoſth. *Exeſto*, apud Feſt. & Lipſium. Neque ut παρουσία præſentia, ἀπουσία abſentia; ita ἐξουσία *exentia* reddi debet. Propius inter Latina accedit *eminentia.* Sed proprie ἐξουσία eſt,

eſt, qua ex aliis, & extra alios eſſe datur; dum aliis obſtricti non ſumus, ſed liberi, potentes, & noſtri juris ſupereminemus. Ex eo poſtea idem eſt, quod dignitas, autoritas, potentia. Matth. 28. Data eſt mihi πᾶσα ἐξουσία, i. e. *omnis eminentia*. Ubi aliis poteſtas, aliis autoritas, aliis potentia magis arridet. Sed proprium à conſectario tamen diſtingui oportebat.

Prandium, Prandeo, à πρὰν ἔδω. Eſtque πρὰν Doricum in Theocrito pro πρωΐ. Vel Prandium à πρὸ & ἔνδιον, quod ante meridiem capiatur. Gen. 43. 16. *mecum comedent meridie*, id eſt, prandebunt. Plutarch. 8. Symp. qu. 6. Romani prandium vocant, ἀπὸ τῆς ὥρας· ἔνδιον γὰρ τὸ δειλινὸν, καὶ τὴν μετ' ἄριστον ἀνάπαυσιν, ἐνδιάζειν. Athen. l. 1. dipnoſoph. δεῖπνον δὲ μεσημβρινὸν ὃ ἡμεῖς ἄριστον. Nævio *deprandius* eſt, impranſus, ἀνάριστος. Scal. l. 1. poet. c. 5. *Prandium*, quia iterum ad opus *parati* eſſent illico: qua ratione à Græcis δεῖπνον dictum eſt, ὅτι δεῖ πονεῖν: Suo igitur quiſque in opere reficiebat eo cibo vires: quo perfecto in ſero diei lautius largiusque ſeſe accipiebant, tum uberiore epularum apparatu: tum familiarium atque affinium ſocietate. Iccirco *cœna* dicta; quia κοινῇ veſcerentur: non privato demenſo diurno. Græci δόρπον παρὰ τὸ δόρυ παύειν: militaris ſane vox. Non enim curarent corpora, neque arma deponerent, niſi opera abſoluta. Aut à Judæis tralata vox. Nam זוֹנָה, *ſonah*, *cona*, eſt cœna, à rad. זון, id eſt, divertit in publicum hoſpitium: aut à זן, i. e. cœna, epulum. Plutarch. ſymp. 8. q. 6. τὸ δεῖπνον φασὶ Κοῖνα διὰ τὴν κοινωνίαν καλεῖσθαι. καὶ ἰδιωτεύς γὰρ ἠρίσταν ἑκάστοις οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, συνδειπνοῦντες τοῖς φίλοις. Idem Plutarch. l. 7. ſymp. præf. refert: Romanos crebro in ore habuiſſe dictum faceti hominis, qui cum ſolus ederet, dixit, ſe non *cœnaſſe*, ſed tantum ediſſe. *Antecœnium* in Apul. i. 2. metam. Ut *domicœnium*, in Martiali l. 5. epig. 75. *Cœna terreſtris*, in Plaut. Cap. a. 1. ſc. 2. quæ nil niſi terra natum habet: Horat. *Cœnam ſine ſanguine* dixit imitatione Græca Diphilus, δεῖπνον ἀλλ' οὐδ' αἷμα ἔχει. Gloſſ. *Cupidicinus*, περιχείδειπνος. Ap. Plutarch. l. 8. ſymp. q. 6. eſt περιχείδειπνος &

& ἐπιθυμιόδειπν☉. *Cœnipeta*, à *petendo cœnam*, ap. Nonium ut *agripeta*, ap. Cic. *lucripeta* ap. Plaut. *Veneripeta*, i. e. luxuriosus in Gloſſ. Iſid. *heredipeta*, in Satyr. Petronii. *Cœnacula*, Feſto dicuntur, ad quæ ſcalis adſcenditur. At non propriè: ſed tantum ex conſuetudine cœnandi majoribus uſitata. Stemmati Hebræorum vetuſtiſſimo עֲלִיָּה, i. e. cœnaculum dicitur eo nomine ab עָלָה, adſcendit. Plaut. amph. a. 3. ſc. 1. *In ſuperiori qui habito cœnaculo.* Varro, citante Valla l. 4. c. 22. ubi cœnabant, *cœnaculum* vocitabant: poſtquam in ſuperiore parte cœnitare cœperunt, ſuperioris domus univerſa cœnacula dicta: poſtquam, ubi cœnabant, plura facere cœperunt. Enn. ap. Tertullian. dicit, *cœnacula maxima cœli*: adv. Valent. l. 7. Scal. c. 123. L. L. *Cœnaturio* eſt à futuro participio activo, non à ſupino. Quo tendis Gnatho? ad Pamphilum. Cujus rei ergo? Cœnaturus. Inde *cœnaturio*.

Prabus à Gr. πρᾶ☉, i. e. lenis, manſuetus, mitis: qualem priſca ætas deteſtabatur, omnia in fortitudine ſita eſſe putans, eamque ſolam eſſe virtutem. Plaut. Aſin. a. 2. ſc. 2. Hem ita virtus eſt, quando uſus eſt, qui malum fert fortiter. Scal. Ex. 300. ſ. 3. Vox eſt militaris: inventa ab exprobratione lenitatis, quam in milite deteſtabantur. Interpoſita ergo æolica litera, πρᾶ☉ πρᾶϜος *prabus*.

Precor, ab Hebr. בָּרַךְ, i. e. precatus eſt, benedixit, ingeniculando fudit preces: בְּרָכָה, quaſi Latine dicas *Preca*, i. e. precatio, preces, benedictio. Caper: *Precor* proſpera: *imprecor* terra. Agretius. *precari* eſt rogare: *Deprecari* eſt purgare & excuſare. Virgil. 2. Æn. Equidem merui, nec deprecor.

Præſter, πρηςήρ; proprie incenſor, qui incendit: à πρήθω, πρήθω. Flatus inde aut turbo igneus. Plin. l. 2. c. 50. *Preſter vocatur, amburens contacta pariter & proterens.* Lucr. prolixe l. 6. Preſteras Graii quos abs re nominitarunt. Videatur etiam Apul. de mundo. Etiam *preſter* ſerpens eſt. Lucan. lib. 9. Oraque diſtendens avidus ſpu-

mantia *preſter*. Et propius originem innuit paulo poſt

---- cultorem torridus agri
percuſſit præſter; illi rubor igneus ora
Succendit ----Ap.Hebr. רֶשֶׁף eſt pruna,ſcintilla:

& שָׂרָף eſt ſerpens ignitus, *præſter*: uti Num. 21. 6. & 8 vertit Tremell. & Buxtorf. in Lex. Et ſic etiam πρήϑω erit à שָׂרַף uſſit, incendit.

Priamus, πρίαμος, à militib. vocatus eſt, quod cadaver filii redêmerit Πρίαμαι, eſt *emo*: ab iſto placet Latinum trahere nonnullis Sed videtur moroſa nimis & violenta fieri mutatio. Igitur mavelim facere ab ἰμῶ: ut *Emo* ſit ἐμὸν ποιῶ, meum facio. Quomodo à σφέτερος eſt σφετερίζω, i. e. mihi vendico & uſurpo. Ab *emo* eſt *demo*, quaſi *deemo*. Item *perimo* & *peremo*: unde peremtorium. Ulp. l.8. diſput. *Peremtorium* inde hoc nomen ſumſit, quod *perimeret* diſceptationem, hoc eſt, ultra non patrretur adverſarium tergiverſari. Apul l.10. Metamorph. eſt venenum peremtorium quod *perimat* & interficiat. A *pro* & *emo* facit Scal *præmium* in conject. Ut ita præmium ſit, quod quis præ alio veluti emit & accipit: ut πρόληψις Etiam ab emo fit *eximo*: *eximius*, i. e exemtus è multis aliis. *Eximia ovis*, i. e. deſtinata ad ſacrificium è grege. Sic *egregius* è *grege* lectus: olim *egregius*. Iſid. gloſſ. *Egrex*, eximius. Græci eximias hoſtias vocant σφάγια καὶ θύματα ἐξαίρετα & τέλεια ἱερά. Homer. Iliad. a. αἶγας τελείας. Odyſſ ν, ταύρους κεκριμένους. Virg. quatuor eximios præſtanti corpore tauros.

Priapus, Græce πρίαπος, πρίηπος, Jonum flexu: vel quaſi βριήπυος, (ex βρῖ valde: & ἠπύω clamo) i. e clamoſus, propter clamores qui in Bacchi ſacris excitabantur: vel quaſi προϊέμενος τὸ σπέρμα, ut habent interpretes Theocriti. Gregor. Francus Priapum facit à פָּעַר: ut ita nuditas huic monſtro dederit nomen. Suidas autore neſcio quo: ἐκλήθη δὲ πρίαπος κατὰ τὴν Ἰταλῶν γλῶσσαν. Id quale ſit, Silvanus ille, qui linguam Ital & ling. Latin. (ſi Muſis placet) pro eodem habet, nos doceat oportet. Sed de hoc reſpondeat *Sibero* noſtro. *Priapus* ab Archia deſcri-

Digitized by Google

ſcribitur φόζος, item ἄπυς. A Prudentio etiam prolixe l. 1. contra Symmach. Numen *Ithyphalli* vocatur à Colum. l. 10. Suidas: φαλλοφόροι, ἰθύφαλλοι, αὐτοκάβδαλοι. *Phallus*, φαλλός: videtur fuiſſe lignum teres, mediocriter longum, decorticatum. Heſych. φαλλὸς τὸ ξύλινον αἰδοῖον ἀνδρικόν. Quod etiam docet Suidas. Hinc ita Priapus cognominatus *Triphallus*. Ut docet Scal. in Priap. τρίφαλλος & ἰθύφαλλος, cognomina Priapi. Quin & Triphallus περὶ ἀρρενότητος inſcripta fuit Menippea Varronis. De generatione ſcilicet. In vet. Gloſſ. *Trepallos*, πρίαπος. Baruc. 6. 69. *In cucumerario pudenda ſtatua nihil obſervans*. Græca vox (inquit Junius) nihil aliud ſonat, quam rubrum hortorum Deum, ut vocat Horat.

Primus. *Pri*, à πρὶν eſt poſitivus: *prior* comparat. *primus* Superlat. Ergo primus eſt, qui ante alia & præ aliis. *Pri* ap. antiquos pro *præ*. Scal. c. 86. L. L. Facilius Græc. πρῶτον (eſt enim πρὸ ὄν) etiam in duobus poteſt eſſe. Unde & πρότερον, πρὸ ἕτερον. Sic o. orta ſunt comparativa ab ἕτερον. Latinum a. moroſius: Superlativum n. eſt. Nam *pri* vetus vox fuit: ſicut *Ni*. Poſtea latiore vocali fuſæ ſunt *Ne*, *præ*. Unde adverbium *pridem*, i. e. parvo tempore prius; à *pri* & *demum*. A pri, præ, *præter*: ut à ſub ſubter. *Præterpropter* explicat Agell. l. 19. c. 10. Turn. l. 14. c. 18. *Priſtinus*, quaſi *priuſtinus*, qui prius fuit. *Primitus*, non eſt idem, quod primo vel primum, πρώτως: ſed à *primo*: ſignat motum à quo. Ut cœlitus non eſt: οὐρανίως, ſed οὐρανόθεν. Item funditus, ſtirpitus, humanitus. *Priſci* Latini proprie appellati ſunt ii, qui prius quam conderetur Roma fuerunt; Feſt. *Proceres* πρότεροι. Nam & *prius* dignitatis nomen eſt, autore Ariſtot. Matt. Mart. *proceres* dici putat, quaſi *progeres*: à progero: quod *proceres* primo ſint lapides, qui *progeruntur*, προεχόμενοι. Ideo πρόβολοι Græcis dicuntur, à προβάλλω. Et quidem Serv. in 2. Æn. nat: *capita tignorum* nominari *proceres*, ex Varr. Deinde *proceres* ſunt πρωτοπολῖται, ἐξοχοπολῖται: facili metaphora. *Apprimus* ap. Liv. Andron. Scal. L. L. c. 60. Icciɾco quod erat *apprime*, Virg. coactus eſt *apprima* dicere. Idem c. 31. facit *princeps* à *primum* & *caput* (vide capis & caput) ſicut *biceps*. Si

ap. Hebr. *riſchon* ראשון eſt primus: ראשית *reſchit* principium, ἀρχή: item à ראש *roſch*, i. e. caput. Idem Scal. dixit, *primori* in ablativo, *primorem* hominis ætatem imitatus Lucr. Caton. & Agell. Nam antiquis hic & hæc *primoris* & hoc *primore* fuit: ſicut iisdem fuit hic & hæc *pluris* & hoc *plure*: pro quo nunc *plus*. Quod bene etiam monet J. Gebhard. l. 3. crepund. c. 13.

Priſtis, πρίστης: & ita *priſtes* h. e. proprie, qui ſerra aliquid dividit: à πρίω, πρίζω, πρίστης, quorum illud eſt ſerro, ſeco. E πρίστης *priſtis*. Quamvis etiam Suidas ſcribat πρῆστης: nec non Oppian. & alii. Etiam inde *piſtris* exſtitit, facili trajectiuncula: ut κρότος, κάρτος. Ita *priſtis*, *piſtris*, & poſtmodo quoque *piſtrix*. Cic. in Arati Phænom. *Andromedem tamen explorans fera quærere piſtrix.* Ibidem *neptunia piſtrix* & *fera piſtrix* depræhenditur. Scal. in Manil. l. 5. *piſtrix* pro *priſtis* ut diceretur, uſus obtinuit: item *priſtis* pro *priſtes*. Vera enim ſcriptura eſt πρίστης. In eodem aſteriſmo Feſtus Avienus *piſtrim* & *piſtricen* dixit: —*Summa qua lux piſtrice coruſcat.* Item & *piſtrim* undicolam. Hæc Scal. Ut igitur πρίστης *priſtes*, *priſtis*, eſt primo ac proprie ſector: ita propter hoc πάθος vox alio etiam migravit. Nam *priſtes* etiama nimal & priſcis è genere cetaceo. Ariſtot. l. 6. hiſt. animal. c. 12. ἔτι δὲ πρίστης καὶ βοῦς. Plin. l. 9. c. 13. Quæ pilo veſtiuntur, animal pariunt, ut *priſtis*, balæna, vitulus. Suid. πρῆστις εἶδος κήτους θαλασσίου. Etiam Oppian. l. 1. halieut: ἐν δὲ δαφοινὴ πρῆστις. Faciunt à πρήθω: propter motum forte igneum. Vel πρῆστις trajectione quadam pro πρίστης. uti antea dictum. Porphyr. αἱ ἄποχοι βαλαίναις τε καὶ πρίστεις καὶ τὰ ἄλλα κήτη. Maſſar. in l. 9. c. 4. Plinii: *Priſtis* ſcindit mirum in modum fluctus propter tenuitatem. *Dalechamp. in l. 9. c. 5. Plinii*: πίστριαι, πρίστεις, & πρῆστεις, hoc ceti genus autores vocant. *Piſtricem* Feſtus in voce *Balæna*. Cic. in hoc verſu: *Tum vero fuit Andromeda & neptunia piſtrix* Hæc ille. Virg. 3. Æn.

Prima hominis facies & pulchro pectore virgo.
Pubetenus: poſtrema immani corpore priſtis.

Aili

Alii legunt *piſtris*, alii *piſtrix*: ſenſu tamen eodem. Eſt etiam πρίστης navis. Polyb. l. 5. πέντε λέμβους ἔχων καὶ μίαν πρίστιν, ἐφ' ἧς αὐτὸς ἐπέπλει. Ita dicta, quia expedite *ſecat* undas, πρίει. Virg. tangit etymon. l. 5. Æn.

Sic Mneſtheus, ſic ipſa fuga *ſecat* ultima priſtis
Æquora --. Idem ibidem propterea dicit *velocem priſtin*.

Privignus Feſto dicitur, quod *prius*, quam mater ſecundo nuberet, eſt *genitus*. Aliis quaſi *privgenus*: à *prius* & *geno*, *genitus*. At quare non à *privus*, quaſi *prive genitus*? Suader illud quantitas primæ, & Græcor. ἀμφίγονος: ab ἀμφὶς, i. e. ſeorſum, inter alia. Vox enim *privi* infert quandam ſeparationem. Et *privignus* appellatur reſpectu vitrici, qui ducit matrem: ex qua ille natus, *prive* i.e. ſeparatim, ſeorſum, antequam mater ſecundum nupta eſſe vitrico.

Privo ab Hebr. duci poteſt פָּרַע, quod eſt abſtraxit, abjecit, deſeruit. Aut propius à Gr. πρίω & per gamma Æolicum πρίϝω. i. e. ſeco, divido. Eo enim ſignificatus τοῦ *privo* ſpectat. *Privum* (qua voce Lucret. delectatur) nec non *privatum* eſt proprie ab alio diviſum & ſejunctum, στερηθὲν, & ita proprium cujusque, ſingulare: eidem opponitur publicum & commune. Atque hæc etiam mens eſt J. C. Scal. uti in *populus* diſpeximus. Nanius: *Priva dicebant ſingula*. Feſt. *privos privasq; antiqui dicebant pro ſingulis. Ob quam cauſam & privata dicuntur, quæ unicuiq; ſunt*. Cato *privas ſcopulas* appellat ſingulas & unas. Quod μονόξυλον πλοῖον dixit Polyb. id Liv. *ex ſingulo ligno ſcapham*, nominat. A *privus* formatur etiam *privilegium*. Cic. l. 3. de Leg. *In privatos homines leges ferri noluerunt. Id enim eſt privilegium*. Gloſſ. *privilegium*, προνομία. Legatur etiam Agell. l. 10. c. 20.

Promellere, ex ſimplici *mellere* ſeu *melere*. Quod antiq. verbum, à μέλλειν. Cujus veſtigia ſuperſunt in voce *remeligines* aut *remelligines*. L enim merito bis ponitur propter originem Græc. Remeligenes ſunt remoræ, ἐμποδίαι. Nam & μέλλω eſt moror, ceſſo, muginor. *Promellere* eſt *litem promovere*, inquit Feſtus aut Paulus. Paulus inquam diaconus, qui Feſtum improbe mutilavit.

Pro-

Prometheus, ἀπὸ τῆς προμηθείας, à providentia. Heſiod. πάντων πέρι μήδεα εἰδώς. Ejus frater dictus eſt *Epimetheus*, ὁ μεταθεὺς, qui poſt ſapit, re jam peracta. Bene Demoſth. in aditu orationis de Pace: οἱ μὲν εὔφρονες πρὸ τοῦ πράγματος, οἱ δὲ ἄφρονες μετὰ τὸ πρᾶγμα χρῶνται τῷ βουλεύσασθαι.

Promo, promtum. Nonnulli τὸ P imponunt, *Promptum*; qui neſcio quid prætexant, quam conſuetudinem illam aliquando vetuſtatis, qua *hiems tempto*, dicebant. At rectius omittitur, niſi me ratio fruſtratur. *Promo, promſi, promſum*, & deinde *promtum*: Sumo, ſumſi ſumſum & ſumtum. Nam S & T ſunt literæ, quarum altera vicem alterius obit, in omnib. linguis. Qui ergo τὸ P interveniat, non capio. *Promo* ab Hebr. בְּרוֹם, promtuarium, Ταμιεῖον ciſta, uti quidem Avenar. notat. Latinis *promo* à pro & emo, id eſt, ſumo. *Promus condus*, ap. Plaut. *Promus*, qui promit, quidquid etiam ſit: & ita proprie. Apul. in Apol. dicit, præeſt promendis libris, & quaſi bibliothecarius eſt, Græci ſuum, ταμίας, ducunt παρὰ τὸ τέμνειν, à diſtributione. Neque nihil illud Hebr. חָטַם, reconditus eſt, diſtulit, protraxit.

Promulco, agi dicitur navis, cum ſcapha ducitur fune, Feſtus. Ad quem Scal. Mihi mirum videtur *promulco* dici trahi navem, cum id Græco verbo *remulco* agi dicatur, παρὰ τὸ ῥυμουλκεῖν. Iſid. Gloſſ. *commulcare*, complodere. *Commulcat*, conculcat. Legatur Jac. Nic. Loëns. miſc. epiphyll. l. 4. c. 12. ubi fuſiſſime de *Remulco* diſputat, ita, ut humaniorum literarum candidati facile poſſint acquieſcere.

Prooemium, προοίμιον: qui viam interpretantur, parvi ſunt judicii. Nam quemadmodum prooemium, quod eſt oratio, erit ante orationem ſi oratio via eſt, erit ante *viam via*: quo nihil ineptius excogitari poteſt. Quis enim ambulat ante, quam ambulet? Sed eſt, ut alii prudentius profitentur, à citharædis translatum. Prius enim quam cantiones inſtituant, modos quoſdam faciunt, quibus introducant auditores ait Scal. l. 3. poet. c. 84. Similiter *paroemia* à παρὰ & οἶμος vel οἴμη. Heſych. & Suid.

παροι-

Digitized by Google

παροιμίαν exponunt παρόδιον διήγημα, i. e. narrationem positam juxta viam. Scal. l. 3. poet. c. 84. neq; *paræmiam* παροιμίαν à via deduco, ut sit quasi παρόδιον i. e. tritum & vulgare. Neque οἶμος ibi viam dicit, sed id, qod Latini iuterpretati sunt *verbum*. Ita ut verbo verbum, i. e. sententia sententiæ sit apposita, posterior ex priore. Ut primo loco significet id, quod præ se fert: secundo innuat id, cui applicari potest. H. e. παρὰ τὸν οἶμον: præter primum verbum & ab ejus sensu, alterum & verbum & sensum. *Ibidem*: fit *allegoria* per similitudines ac translationes: ἄλλο μὲν ἀγορεύων, ἄλλο δὲ νοῶν. Cic. 3. de orat. aliud dicitur, & aliud intelligendum est. Isid. l. 1. orig. c 36. allegoria est *alieniloquium*: aliud enim sonat, aliud intelligitur. Tertul. l. 5. contra Marcion. *Allegorica, i. e. aliud protendentia.*

Pronus, pronis, à πρηνής. Scal. in Cul. *Pronus* primam producit. Nam compositio est Latina: origo Græca. In antiqua enim lingua fuit προνὸς, παρὰ τὸ προνεύειν. Ex quo mansit tantum in usu προνωπής. Græc. πρηνὴς exstat Act. 1. 18. de Juda proditore: πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος: præcipitatus aut *pronus* factus, crepuit medius: non bene redditur *suspensus*. Legatur hîc etiam Casaub Exer. 16. Num 69. contra Baron.

Propitius quasi *prorsus* aut *porro pius*: vel à *prope & ito*. Ita veteres: rectius ita. Ut commentitius à commentum: fictitius & fictum: cratitius à crates: sic *propitius à prope*: ITIUS est terminatio communis. Ut sit *propitius*, qui juxta adsit, & quasi ad pedes. Nam *prope* fit à *pro & pede*.

Virg. alludit 8. Æn.

—— *Tua dexter adi pede sacra secundo.*

Ubi Serv. *dexter est* propitius. Melius, si adderet cætera: *dexter pede secundo*, i. e. felix & propitius.

Prora, anterior pars navis, πρῷρα, πρώειρα quasi πρόειρα, ἀπὸ τοῦ προϊέναι, à præeundo: aut à προορᾶν. *Proreus*, πρωρεὺς. *Proreta*, πρωράτης, qui in prora est & captat ventos. *Puppis* τοῦ ὄπις pro ὄπισθεν i. e. *ubi retro*. Quippe pars altera est posterior. Ancora, ἄγκυρα ἀπὸ τοῦ ἀγκύλου, à curvitate. Igitur literam H quur imponunt? Nihil opus. Et fatetur

Ser-

Servius, quod contra regulam in medio adſpirationem recipiat.

Prorſum quaſi *proverſum*, πρόσω, πόῤῥω. *Prorſum*, i. e. rectum ἰϑύ: item prolixum, unde tunica prolixis villis, *proſa*, tunica. Enn. *ruſus proſus* reciprocat fluctus feram: pro rurſus, prorſus. Cave Mureto credas, qui *proſam* orationem Latine dici negat. Libenter enim concurſum R cum [illegible] fugiebant, ne *hirrirent*, ut ait poeta quidam ap. Diomedem. Sic *proſus* adverbium pro recta. Plaut. in Mil. Ille jubebit me ire cum illa ad portum: ego adeo, ut tu ſcias *proſus*. Et Perſa: ſimulato quaſi eas *proſum* in navem [illegible] Et *proſus* nomen pro erectus ap. Varr. Idque ex [illegible]. *Rurſus rurſum*, quaſi *reverſum* aut retro. Itaq; illud Terent in Hecyr. *Rurſum prorſum*, legatur, non [illegible] ſolent, i. e. ante & retro. *Surſum* quaſi ſuper-[illegible] *ſuſque deque*, i. e ſurſum deorſum. Videatur & [illegible] c. 9. Ἀρχαιϰῶς *ſuſum*. quod in quibusdam MSS. [illegible], ut Camerarii habetur. Scal. c. 34. L. L. Fuit [illegible] vox [illegible], quæ motum cœlum verſus ſignificaret, [illegible] fortaſſe autem *ſus* fuerat, ſicut *Abs*: quanquam hoc [illegible] fuiſſe [illegible]. Et à *ſus* fuit *ſuſum*. Fecit autem ex ſe [illegible] non enim à *ſuffero* venit. Eadem eſt ante C *ſuſcipio*, quod veteres *ſuccipio*, ut diximus Æolenſium more. Ap. Plaut. in Aſin. *ſuppendas* potius me, quam tacita hæc auferas. Quod nos *ſuſpendas*. Pari exemplo, *ſuſcipio*. eſt ſuſum aut ſurſum capio: *Suſtineo*, eſt ſuſum teneo: *ſuſtento* eſt ſuſum tento: *ſuſpicio* eſt ſuſum ſpecio: *ſuſcito* eſt ſuſum cito: *ſurgo* eſt ſurſum rego. Ne igitur τὸ *ſus* & *ſub* in ejusmodi verbis confundamus. *Surſum* opponitur *deorſum*: ut ἄνω κάτω: dextrorſum, ſiniſtrorſum.

Proſapia, quaſi *proſipia*, à ſipo. *Sipare* eſt jacere, inquit Feſt. *Inſipare* eſt injicere. *Diſſipare* eſt disjicere. *Obſipare* eſt objicere ap. Plaut. in Caſin. *Sipo* & *ſupo* venit ab ἰπῶ. Ap. Lucret. l. 1. *diſſupat*, edente Gifanio. Ut ita à textoribus videatur ſumtum. *Siparium* eſt velum. Tertull. contra Valent. *Siparia portarum*. Siparium ergo à ſipo: quia extenditur ita & quaſi jacitur. Etiam ita *proſapia* eſt Tropice ſtirps; ſeu progenies, quæ projicitur quaſi, aut hinc

Digitized by Google

hinc inde ſpargitur. Media etiam brevis. Nam Plautinum, quod objiciat aliquis, eſt ambiguæ fidei.

Protropum. Plin. l. 14. c. 9. inter genera potuum ponere debeo & *protropum.* Ita appellatur à quibusdam muſtum ſponte defluens, ante quam calcentur uvæ. Athenæus πρόδρομον, aut potius πρότροπον à Mitylenæis dictum tradit. Πρόχυμα eſt Florentio ap. Conſtant. γεώπ. 6. c. 16. περὶ τὸ περὶ τοῦ τραπητοῦ. Aut ſimpliciter à προτρέπομαι, i. e. provocor: ut ſit οἶνος ὁ προτρεπόμενος. Origo tamen eadem.

Prytaneum, πρυτανεῖον. Caſaub. in l. 15. Athenæi: Græcor. πρυτανεῖα Veſtæ erant ſacra: in cujus honorem perpetuus ignis ibi fovebatur. Inde πρυτανεῖον dictum volunt, quaſi πυρὸς ταμεῖον. Dio Chryſoſt. orat. 50. inter ſanctiora loca urbium Græciæ nominat ἀγοράν, πρυτανεῖον, βουλευτήριον & τὰ ἄλλα ἱερά. Alias communiori ſentētia πρυτανεῖον dicitur à πρύτανις, i. e. præfectus, adminiſtrator. Dictus, quaſi πυρὸς ταμίας: ut proprie de frumentis accipiatur: πυρὸς eſt frumentum triticum ſpeciatim. Πυρὸς quaſi σπυρός: pro σπορός: à σπείρω: quod ſeminetur. Rectius ab Heb. בָּר, quod eſt frumentum, triticū, ſic dictum à puritate: ut Buxtorf. etiam notat.

Pſomus, ψωμός: ab Heb. פָּצַם, i. e. diſrupit, ἔψωμισε. Ut ψίξ, ψιχίον à פָּשַׁח, in micas, aut fruſtula diviſit.

Pſora, ψώρα, ſcabioſæ cutis aſperitas. Galen. de Tum. præter natur. ἔστι καὶ ἡ ψώρα καὶ ἡ λέπρα μελαγχολικὰ πάθη μόνου τοῦ δέρματος. Ab Heb. צָרַעַת lepra: צָרוּעַ leproſus. Lepra, λέπρα: λεπρός, ſcaber, aſper: à λέπω, corticem detraho: λέπος, ſquama, cortex. Lepra enim in *ſquamulas* reſolvit cutim. Ex eo Lepram Avicenna dicit *impetiginem excorticativam.* Barbare, fateor: ſed rem voluit ex origine declarari. Lev. 21. 20. גָּרָב pſora, ſcabies.

Mantuanus appoſite:

Improba mordaci ſerpens prurigine lepra.

Improba: quia non obſiſtitur facile huic morbo: magis enim q. proſerpit: & quidem cum *prurigine.* H. e. quod Ægineta l. 4. c. 2. Pſora & Lepra, cutis aſperitudo eſt pruriens,

à prævidendo, aut *præſtando*. *Prædia* (inquit Aſcon.) ſunt res ipſæ: *prædes* homines fidejuſſores: quorum res *Bona prædia* nunc uno nomine dicuntur. A præſens, *præſentia*, i. e. actus ejus quod præſens eſt: modus ſcilicet, qui eſt συνύπαρξις ἀδιάστατος. A præſentia rurſum *impræſentiarum*: ſcilicet articulo. Aliquid enim ſubaudiatur. Ita Græcis ſit ἐν παρεστῶτι χρόνῳ ἡ ἀκμή. Vox Catonis: & imprimis Apulejo frequentata, nec non Vet. Biblior. interpreti Exod. 22. 15. Lev 8. v. 34. & alibi. *Sum* eſt εἰμὶ, ait Scal. c. 122. L. L. Æolicè ἦμι: Doricè ἴμμι. Eſt verbum ſimpliciſſ. in quod omnia reſolvuntur. Inde etiam Es, εἶς: *eſt*, ἐστὶ. Heb. יֵשׁ, *Eſt. ſunt*. Idem c. 166. *Neceſſe*, quod *nec eſſe* aliter poteſt. Et Cic. in part. *Neceſſe* eſt id, ſine quo ſalvi, liberive eſſe non poſſumus. Alii faciunt à *ne* & *ceſſo*: ut neceſſe ſit, quod *non ceſſat*, ἄπαυστον· ἄληκτον, ἀδιάλειπτον: quod *oportet eſſe*, quod eſt immutabiliter. Feſt. *neceſſarium* ait eſſe Opilius Aurel. in quo *non* ſit *ceſſandum*, aut ſine quo vivi non poſſit, aut ſine quo non bene vivatur, aut quod non poſſit prohiberi quin fiat. Græcis ἀναγκαῖον: *neceſſitas* ἀνάγκη. Dicitur autem *neceſſis*, *neceſſe*: & *neceſſus*, *neceſſum*; κατ' ἀναλογίαν: ſicut exanimis, exanime: & exanimus, exanimum. Donat. in Eun. a 5. ſc. 6. *Neceſſe* eſt nomen. Nam *neceſſus*, *neceſſis*, & *neceſſitas* & *neceſſum* lectum eſt. Redeo ad ſum. Huc aggregentur reliqua compoſita magno numero, ut *deſum*, *præſum*, *inſum*, *proſum*, *ſuperſum*: cujus poſterioris varia ſignificata ex Agell. l. 1. c. 22. hauriantur. *Aſſum*, aut *adſum*: quia dicis, *ades*, non *aſſes*. Scal. c. 34. L. L. Conſules auribus & materiæ: ſicut Plautus cum jocatur & maluit *aſſum* dicere, quam *adſum*: ut ſubinferret: At ego *elixum* malo. Hæc ille. A Græco εἰμὶ fit ἐὼν, ὢν: ἐὸν, ὄν, *Ens*: οὖσα & inde οὐσία: Latine *eſſentia*, ap. Quinctilian. l. 8. c. 3. Auguſtin. l. 12. de civ. Dei cap. 2. de morib. Manich. l. 2. c. 2. Apul. Jul. Scal. & alios. Hi enim veterum loco nobis ſint, quibus ea vox uſurpata non fuit. At neque deeſt ἀναλογία. Urget vero neceſſitas ut philoſophi & theol. ni ineptire & ambages quæritare velint, carere non poſſint. Quamvis de eſſentia

ita

ita Senec. epiſt. 58. *Cupio, ſi fieri poteſt, propitiis auribus tuis eſſentiam dicere: ſin minus, dicam & iratis. Ciceronem autorem hujus verbi habeo, puto locupletem: ſi recentiorem quæris Fabianum.* Idem aſſerit Sidon. carm. 13. in epiſt. ad Polemium. Ap. Ariſtot. ſingularis phraſis exſtat τὸ τί ἦν εἶναι: Scholaſticis barbarè *quidditas.* Potius eſt *eſſentia*: vel, *quid res ſit.* Ad verbum: *Quid ſit eſſe.* Poſitum ἦν pro ἐ. Ita enim vertitur rectiſſime. Cæterum quod de *eſſentia*: idem etiam de ſubſtantia dictum ſit: cui Græc. ὑπόστασις, non ita vero οὐσία reſpondet. Ut enim à conſto conſtantia: ſic à ſubſto *ſubſtantia*, ut quæ alteri ſubſtet. Similiter ap. Hebr. קִים *kim*, item יְקוּם *jekum*, ſubſtantia, dicitur à verbo קוּם, *kum*, quod eſt ſtetit, ſurrexit, conſtitit. Ab οὐσία, fit πλούσιος, συνουσία, ἐξουσία, & alia. Πλούσιος, quaſi πολυούσιος, cui multæ opes ac divitiæ. Nam οὐσία eſt etiam idem, quod facultates: ſicuti Lat. *ſubſtantia.* Quando ſine illis τὸ εἶναι noſtrum non poſſit conſiſtere. Luc. 15. 12. ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. Etiam ὁ βίος Marci 12. 44. Lucæ 15. 30. Similiter quoque ſumitur ὕπαρξις Hebr. 10. 34. Quem θησαυρὸν vocat CHRISTUS Matth. 19. 21. Ap. Hebræos הוָֹה itidem notat poſſeſſiones à themate הָוָה, fuit. Ap. Plaut. *polypluſius*, i. e. valde dives. *Pluto*, πλούτων. Deus inferorum. Cic. 2. de Nat. deor. Terrena vis omnis atque natura *diti* patri dedicata eſt, qui *dives*, ut ap. Græc. πλούτων: quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris. Συνουσία eſt unio vel conjunctio ipſius *eſſentiæ*; & ideo *ſumma.* Συνουσιαστὴς, ſumme conjunctus. Latinum *neceſſitudo* & *neceſſarius* aliqua exprimunt. Nam Græcum συνεῖναι plus notat: ſcilicet unionem per τὸ σὺν: & eſſentiam, οὐσίαν. Ἐξουσία varie exponitur: Licentia, poteſtas, autoritas, dignitas. Gloſſar. ἐξουσία majeſtas, ditio, poteſtas. A nullo tamen horum ſatis Græcum exprimitur. Ἐξεῖναι *exeſſe*: unde ἐξέστω apud Demoſth. *Exeſto*, apud Feſt. & Lipſium. Neque ut παρουσία præſentia, ἀπουσία abſentia: ita ἐξουσία *exentia* reddi debet. Propius inter Latina accedit *eminentia.* Sed proprie ἐξουσία

eſt, qua ex aliis, & extra alios eſſe datur; dum aliis obſtricti non ſumus, ſed liberi, potentes, & noſtri juris ſupereminemus. Ex eo poſtea idem eſt, quod dignitas, autoritas, potentia. Matth. 28. Data eſt mihi πᾶσα ἐξουσία, i. e. *omnis eminentia*. Ubi aliis poteſtas, aliis autoritas, aliis potentia magis arridet. Sed proprium à conſectario tamen diſtingui oportebat.

Prandium, Prandeo, à πρὰν ἔδω. Eſtque πρὰν Doricum in Theocrito pro πρωΐ. Vel Prandium à πρὸ & ἔνδιον, quod ante meridiem capiatur. Gen. 43. 16. *mecum comedent meridie*, id eſt, prandebunt. Plutarch. 8. Symp. qu. 6. Romani prandium vocant, ἀπὸ τῆς ὥρας. ἔνδιον γὰρ τὸ δειλινὸν, καὶ τὴν μετ᾽ ἄριστον ἀνάπαυσιν, ἐνδιάζειν. Athen. l. 1. dipnoſoph. δεῖπνον δὲ μεσημβρινὸν ὁ ἡμεῖς ἄριστον. Nævio *deprandius* eſt, impranſus, ἀνάριστος. Scal. l. 1. poet. c. 5. *Prandium*, quia iterum ad opus *parati* eſſent illico: qua ratione à Græcis δεῖπνον dictum eſt, ὅτι δεῖ πονεῖν: Suo igitur quiſque in opere reficiebat eo cibo vires: quo perfecto in ſero diei lautius largiuſque ſeſe accipiebant, tum uberiore epularum apparatu: tum familiarium atque affinium ſocietate. Iccirco *cœna* dicta; quia κοινῇ veſcerentur: non privato demenſo diurno. Græci δόρπον παρὰ τὸ δόρυ παύειν: militaris ſane vox. Non enim curarent corpora, neque arma deponerent, niſi opera abſoluta. Aut à Judæis tralata vox. Nam זוֹנָה, *ſonah*, *cona*, eſt cœna, à rad. זון, id eſt, divertit in publicum hoſpitium: aut à זן, i. e. cœna, epulum. Plutarch. ſymp. 8. q. 6. τὸ δεῖπνον φασὶ Κοῖνα διὰ τὴν κοινωνίαν καλεῖσθαι. καὶ ἑαυτοὺς γὰρ ἠρίστων ἐπιεικῶς οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, συνδειπνοῦντες τοῖς φίλοις. Idem Plutarch. l. 7. ſymp. præf. refert: Romanos crebro in ore habuiſſe dictum faceti hominis, qui cum ſolus ederet, dixit, ſe non *cœnaſſe*, ſed tantum ediſſe. *Antecœnium* in Apul. l. 2. metam. Ut *domicœnium*, in Martiali l. 5. epig. 75. *Cœna terreſtris*, in Plaut. Cap. a. 1. ſc. 2. quæ nil niſi terra natum habet: Horat. *Cœnam ſine ſanguine* dixit imitatione Græca Diphilus, δεῖπνον ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αἷμα ἔχει. Gloſſ. *Cupidicinus*, τριχέδειπνος. Ap. Plutarch. l. 8. ſymp. q. 6. eſt τριχέδειπνος

&

& ἐπιθυμιόσιτος. *Cœnipeta*, à *petendo cœnam*, ap. Nonium ut *agripeta*, ap. Cic. *lucripeta* ap. Plaut. *Veneripeta*, i. e. luxurioſus in Gloſſ. Iſid. *heredipeta*, in Satyr. Petronii. *Cœnacula*, Feſto dicuntur, ad quæ ſcalis adſcenditur. At non propriè: ſed tantum ex conſuetudine cœnandi majoribus uſitata. Stemmati Hebræorum vetuſtiſſimo עֲלִיָּה, i. e. cœnaculum dicitur eo nomine ab עָלָה, adſcendit. Plaut. amph. a. 3. ſc. 1. *In ſuperiori qui habito cœnaculo*. Varro, citante Valla l. 4. c. 22. ubi cœnabant, *cœnaculum* vocitabant: poſtquam in ſuperiore parte cœnitare cœperunt, ſuperioris domus univerſa cœnacula dicta: poſtquam, ubi cœnabant, plura facere cœperunt. Enn. ap. Tertullian. dicit, *cœnacula maxima cœli*: adv. Valent. l 7. Scal. c. 123. L. L. *Cœnaturio* eſt à futuro participio activo, non à ſupino. Quo tendis Gnatho? ad Pamphilum. Cujus rei ergo? Cœnaturus. Inde *cœnaturio*.

Pravus à Gr. πρᾶος, i. e. lenis, manſuetus, mitis: qualem priſca ætas deteſtabatur, omnia in fortitudine ſita eſſe putans, eamque ſolam eſſe virtutem. Plaut. Aſin. a. 2. ſc. 2. Hem ita virtus eſt, quando uſus eſt, qui malum fert fortiter. Scal. Ex. 300. ſ. 3. Vox eſt militaris: inventa ab exprobratione lenitatis, quam in milite deteſtabantur. Interpoſita ergo æolica litera, πρᾶος πρᾶϝος *pravus*.

Precor, ab Hebr. בֵּרֵךְ, i. e. precatus eſt, benedixit, ingeniculando fudit preces: בְּרָכָה, quaſi Latine dicas *preca*, i. e. precatio, preces, benedictio. Caper: *Precor* proſpera: *imprecor* terra. Agretius. *precari* eſt rogare: *Deprecari* eſt purgare & excuſare. Virgil. 2. Æn. Equidem merui nec deprecor.

Praſter, πρηστὴρ; proprie incenſor, qui incendit: à πρήθω, πρέω. Flatus inde aut turbo igneus. Plin. l. 2. c. 50. *Preſter vocatur, amburens contacta pariter & proterens*. Lucr. prolixe l. 6. Preſteras Graii quos abs re nominitarunt. Videatur etiam Apul. de mundo. Etiam *preſter* ſerpens eſt. Lucan. lib. 9. Oraque diſtendens avidus ſpu-

 mau-

mantia *preſter*. Et propius originem innuit paulo poſt

---- cultorem torridus agri
percuſſit præſter; illi rubor igneus ora
Succendit ----Ap. Hebr. רֶשֶׁף eſt pruna, ſcintilla: & שָׂרָף eſt ſerpens ignitus, *præſter*: uti Num. 21. 6. & 8 vertit Tremell. & Buxtorf. in Lex. Et ſic etiam πρήθω erit à שָׂרַף uſſit, incendit.

Priamus, πρίαμος, à militib. vocatus eſt, quod cadaver filii redemerit Πρίαμαι eſt *emo*: ab iſto placet Latinum trahere nonnullis Sed videtur moroſa nimis & violenta fieri mutatio. Igitur mavelim facere ab ἐμῷ: ut *Emo* ſit ἐμὸν ποιῶ, meum facio. Quomodo à σφέτερος eſt σφετερίζω, i. e. mihi vendito & uſurpo. Ab *emo* eſt *demo*, quaſi *deemo* Item *perimo* & *peremo*: unde peremtorium. Ulp. l. 8. diſput *Peremtorium* inde hoc nomen ſumſit, quod *peremeret* diſceptationem, hoc eſt, ultra non patrretur adverſarium tergiverſari. Apul l. 10. Metamorph. eſt venenum peremtorium quod *perimat* & interficiat. A *pro* & *emo* facit Scal *præmium* in conject. Ut ita præmium ſit, quod quis præ alio veluti emit & accipit: ut πρόληψις Etiam ab emo fit *eximo*: *eximius*, i. e exemtus è multis aliis. *Eximia ovis*, i. e. deſtinata ad ſacrificium è grege. Sic *egregius* è *grege* lectus: olim *egregius*. Iſid. gloſſ. *Egrex*, eximius. Græci eximias hoſtias vocant σφάγια καὶ θύματα ἐξαίρετα & τέλεια ἱερά. Homer. Iliad. a. αἶγας τελείας. Odyſſ ν, ταύρους κεκριμένους. Virg. quatuor eximios præſtanti corpore tauros.

Priapus, Græce πρίαπος, πρίηπος, Jonum flexu: vel quaſi βριήπυος, (ex βρι valde: & ἠπύω clamo) i. e clamoſus, propter clamores qui in Bacchi ſacris excitabantur: vel quaſi προϊέμενος τὸ σπέρμα, ut habent interpretes Theocriti Gregor. Francus Priapum facit à פָּעַר: ut ita nuditas huic monſtro dederit nomen. Suidas autore neſcio quo: ἐκλήθη δὲ πρίαπος κατὰ τὴν Ἰταλῶν γλῶσσαν. Id quale ſit, Silvanus ille, qui linguam Ital & ling. Latin. (ſi Muſis placet) pro eodem habet, nos doceat oportet. Sed de hoc reſpondeat *Sibero* noſtro. *Priapus* ab Archia deſcri-

Digitized by Google

ſcribitur φοξὸς, item ἄκυς. A Prudentio etiam prolixe l. 1. contra Symmach. Numen *Ithyphalli* vocatur à Colum. l. 10. Suidas: φαλλοφόροι, ἰθύφαλλοι, αὐτοκάβδαλοι. *Phallus*, φαλλὸς: videtur fuiſſe lignum teres, mediocriter longum, decorticatum. Heſych. φαλλὸς τὸ ξύλινον αἰδοῖον ἀνδρικόν. Quod etiam docet Suidas. Hinc ita Priapus cognominatus *Triphallus*. Ut docet Scal. in Priap. τρίφαλλος & ἰθύφαλλος, cognomina Priapi. Quin & Triphallus περὶ ἀῤῥενότητος inſcripta fuit Menippea Varronis. De generatione ſcilicet. In vet. Gloſſ. *Trepallos*, πρίαντος. Baruc. 6. 69. *In cucumerario pudenda ſtatua nihil obſervans.* Græca vox (inquit Junius) nihil aliud ſonat, quam rubrum hortorum Deum, ut vocat Horat.

Primus. Pri, à πρὶν eſt poſitivus: *prior* comparat. *primus* Superlat. Ergo primus eſt, qui ante alia & præ aliis. *Pri* ap. antiquos pro *præ.* Scal. c. 86. L. L. Facilius Græc. πρῶτον (eſt enim πρὸ ὤν) etiam in duobus poteſt eſſe. Unde & πρότερον, πρὸ ἕτερον. Sic o. orta ſunt comparativa ab ἕτερον. Latinum a. moroſius: Superlativum n. eſt. Nam *pri* vetus vox fuit: ſicut *Ni.* Poſtea latiore vocali fuſæ ſunt *Ne, præ.* Unde adverbium *pridem*, i. e. parvo tempore prius; à *pri* & *demum.* A pri, præ, *præter*: ut à ſub ſubter. *Præterpropter* explicat Agell. l. 19. c 10. Turn l. 14. c. 18. *Priſtinus*, quaſi *priuſtinus*, qui prius fuit. *Primitus*, non eſt idem, quod primo vel primum, πρώτως: ſed à *primo*: ſignat motum à quo. Ut cœlitus non eſt: οὐρανίως, ſed οὐρανόθεν. Item funditus, ſtirpitus, humanitus. *Priſci* Latini proprie appellati ſunt ii, qui prius quam conderetur Roma fuerunt; Feſt. *Proceres* πρότεροι. Nam & *prius* dignitatis nomen eſt, autore Ariſtot. Matt. Mart. *proceres* dici putat, quaſi *progeres*: à progero: quod *proceres* primo ſint lapides, qui *progeruntur*, προβάλλονται. Ideo πρόβολοι Græcis dicuntur, à προβάλλω. Et quidem Serv. in 2. Æn. nat: *capita trabium* nominari *proceres*, ex Varr. Deinde *proceres* ſunt πρωτοπολῖται, ἐξοχοιπολιτῶν: facili metaphora. *Apprimus* ap. Liv. Andron. Scal. L. L. c. 60. Iccirco quod erat *apprime*, Virg. coactus eſt *apprima* dicere. Idem c. 31. facit *princeps* à *primum* & *caput* (vide capis & caput) ſicut *biceps.* Si

ap. Hebr. *riſchon* ראשון eſt primus: רֵאשִׁית *reſchit* principium, ἀρχή: item a ראש *roſch*, i. e. caput. Idem Scal. dixit, *primori* in ablativo, *primorem* hominis ætatem imitatus Lucr. Caton. & Agell. Nam antiquis hic & hæc *primoris* & hoc *primore* fuit: ſicut iisdem fuit hic & hæc *pluris* & hoc *plure*: pro quo nunc *plus*. Quod bene etiam monet J. Gebhard. l. 3. crepund. c. 13.

Priſtis, πρίστης: & ita *priſtes* h. e. proprie, qui ſerra aliquid dividit: a πρίω, πρίζω, πρίστης, quorum illud eſt ſerro, ſeco. E πρίστης *priſtis*. Quamvis etiam Suidas ſcribat πρῆστης: nec non Oppian. & alii. Etiam inde *piſtris* exſtitit, facili trajectiuncula: ut κράτος, κάρτος. Ita *priſtis*, *piſtris*, & poſtmodo quoque *piſtrix*. Cic. in Arati Phænom. *Andromedem tamen explorans fera quærere piſtrix*. Ibidem *neptunia piſtrix* & *fera piſtrix* depræhenditur. Scal. in Manil. l. 5. *piſtrix* pro *priſtis* ut diceretur, uſus obtinuit: item *priſtis* pro *priſtes*. Vera enim ſcriptura eſt πρίστης. In eodem aſteriſmo Feſtus Avienus *piſtrim* & *piſtricen* dixit: —*Summa qua lux piſtrice coruſcat*. Item & *piſtrim* undicolam. Hæc Scal. Ut igitur πρίστης *priſtes*, *priſtis*, eſt primo ac proprie ſector: ita propter hoc πάθος vox alio etiam migravit. Nam *priſtes* etiam animal & priſcis e genere cetaceo. Ariſtot. l. 6. hiſt. animal. c. 12. ἔτι δὲ πρίστης καὶ βοῦς. Plin. l. 9. c. 13. Quæ pilo veſtiuntur, animal pariunt, ut *priſtis*, balæna, vitulus. Suid. πρῆστις εἶδος κήτους θαλασσίου. Etiam Oppian. l. 1. halieut: ἐν δὲ δαφοινὴ πρῆστις. Faciunt à πρήθω: propter motum forte igneum. Vel πρήστης trajectione quadam pro πρίστης, uti antea dictum. Porphyr. περὶ ἀποχῆς βαλαίναις τε καὶ πρίστεις καὶ τὰ ἄλλα κήτη. Maſſar. in l. 9. c. 4. Plinii: *Priſtis* ſcindit mirum in modum fluctus propter tenuitatem. *Dalechamp. in l. 9. c. 5. Plinii*: πίστρικα, πρίστιν, & πρῆστιν, hoc ceti genus autores vocant. *Piſtricem* Feſtus in voce *Balæna*. Cic. in hoc verſu: *Tum vero fuit Andromeda & neptunia piſtrix* Hæc ille. Virg. 3. Æn.

Prima hominis facies & pulchro pectore virgo.
Pubètenus: poſtrema immanî corpore priſtis.

Aili

[illegible]

Sic Mnestheus. [illegible]

[illegible]

Privignus Festo dicitur [illegible]

[illegible] J. C. [illegible] Cic. [illegible] de Leg. [illegible]

[illegible]

[illegible]

Prometheus, ἀπὸ τῆς προμηθείας, à providentia. Heſiod. πάντων πέρι μήδεα εἰδώς. Ejus frater dictus eſt *Epimetheus*, ὁ ἐπιμηθεύς, qui poſt ſapit, re jam peracta. Bene Demoſth. in aditu orationis de Pace: οἱ μὲν σύμφρονες πρὸ τοῦ πράγματος, οἱ δὲ ἄφρονες μετὰ τὸ πρᾶγμα χρῶνται τῷ βουλεύσασθαι.

Promo, promtum. Nonnulli τὸ P imponunt, *Promptum*; qui neſcio quid prætexant, quam conſuetudinem illam aliquando vetuſtatis, qua *hiems tempto*, dicebant. At rectius omittitur, niſi me ratio fruſtratur. *Promo, promſi, promſum*, & deinde *promtum*: Sumo, ſumſi ſumſum & ſumtum. Nam S & T ſunt literæ, quarum altera vicem alterius obit, in omnib. linguis. Qui ergo τὸ P interveniat, non capio. *Promo* ab Hebr. פְּרָס, promtuarium, Ταμιεῖον ciſta, uti quidem Avenar. notat. Latinis *promo* à pro & emo, id eſt, ſumo. *Promus condus*, ap. Plaut. *Promus*, qui promit, quidquid etiam ſit: & ita proprie. Apul. in Apol. dicit, præeſt promendis libris, & quaſi bibliothecarius eſt, Græci ſuum, ταμίας, ducunt παρὰ τὸ τέμνειν, à diſtributione. Neque nihil illud Hebr. חָטַם, reconditus eſt, diſtulit, protraxit.

Promulco, agi dicitur navis, cum ſcapha ducitur fune, Feſtus. Ad quem Scal. Mihi mirum videtur *promulco* dici trahi navem, cum id Græco verbo *remulco* agi dicatur, παρὰ τὸ ῥυμουλκεῖν. Iſid. Gloſſ. *commulcare*, complodere. *Commulcat*, conculcat. Legatur Jac. Nic. Loëns. miſc. epiphyll. l. 4. c. 12. ubi fuſiſſime de *Remulco* diſputat, ita, ut humaniorum literarum candidati facile poſſint acquieſcere.

Prooemium, προοίμιον: qui viam interpretantur, parvi ſunt judicii. Nam quemadmodum prooemium, quod eſt oratio, erit ante orationem ſi oratio via eſt, erit ante *viam via*: quo nihil ineptius excogitari poteſt. Quis enim ambulat ante, quam ambulet? Sed eſt, ut alii prudentius profitentur, à citharædis translatum. Prius enim quam cantiones inſtituant, modos quoſdam faciunt, quibus introducant auditores ait Scal. l. 3. poet. c. 84. Similiter *paræmia* à παρὰ & οἶμος vel οἴμη. Heſych. & Suid.

παροι-

Digitized by Google

παροιμίαν exponunt παρόδιον διήγημα, i. e. narrationem positam juxta viam. Scal. l. 3. poet. c. 84. neq; *paræmiam* παροιμίαν à via deduco, ut sit quasi παρόδιον i. e. tritum & vulgare. Neque οἶμος ibi viam dicit, sed id, qod Latini iuterpretati sunt *verbum*. Ita ut verbo verbum, i. e. sententia sententiæ sit apposita, posterior ex priore. Ut primo loco significet id, quod præ se fert: secundo innuat id, cui applicari potest. H. e. παρὰ τὸν οἶμον: præter primum verbum & ab ejus sensu, alterum & verbum & sensum. *Ibidem*: fit *allegoria* per similitudines ac translationes: ἄλλο γὰρ ἀγορεύειν, ἄλλο δὲ νοεῖν. Cic. 3. de orat. aliud dicitur, & aliud intelligendum est. Isid. l. 1. orig. c. 36. allegoria est *alieniloquium*: aliud enim sonat, aliud intelligitur. Tertul. l. 5. contra Marcion. *Allegorica, i. e. aliud protendentia.*

Pronus, pronis, à πρηνής. Scal. in Cul. *Pronus* primam producit. Nam compositio est Latina: origo Græca. In antiqua enim lingua fuit πρηνός, παρὰ τὸ προνεύειν. Ex quo mansit tantum in usu προπρηνής. Græc. πρηνής exstat Act. 1.18. de Juda proditore: πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος: præcipitatus aut *pronus* factus, crepuit medius: non bene redditur *suspensus*. Legatur hic etiam Casaub. Exer. 16. Num 69. contra Baron.

Propitius quasi *prorsus* aut *porro pius*: vel à *prope* & *ito*. Ita veteres: rectius ita. Ut commentitius à commentum: fictitius & fictum: cratitius à crates: sic *propitius à prope*: ITIUS est terminatio communis. Ut sit *propitius*, qui juxta adsit, & quasi ad pedes. Nam *prope* fit à *pro* & *pede*.

Virg. alludit 8. Æn.

—— *Tua dexter adi pede sacra secundo.*

Ubi Serv. *dexter est* propitius. Melius, si adderet cætera: *dexter pede secundo*, i. e. felix & propitius.

Prora, anterior pars navis, πρῷρα, πρώειρα quasi προίειρα, ἀπὸ τοῦ προϊέναι, à præeundo: aut à προορᾶν. *Proreus*, πρωρεύς. *Proreta*, πρωράτης, qui in prora est & captat ventos. *Puppis* τοῦ ὄπις pro ὄπισθεν i. e. *ubi retro*. Quippe pars altera est posterior. Ancora, ἄγκυρα ἀπὸ τοῦ ἀγκύλου, à curvitate. Igitur literam H quur imponunt? Nihil opus. Et fatetur

Ser-

hinc inde spargitur. Media etiam brevis. Nam Plautinum, quod objiciat aliquis, est ambiguæ fidei.

Protropum. Plin. l. 14. c. 9. inter genera potuum ponere debeo & *protropum.* Ita appellatur à quibusdam mustum sponte defluens, ante quam calcentur uvæ. Athenæus πρόδρομον, aut potius πρότροπον à Mitylenæis dictum tradit. Πρόχυμα est Florentio ap. Constant. γεώπ. 6. c. 16. ὅπερ τὸ πρὸ τῦ τρυγητοῦ. Aut simpliciter à προτρέπομαι, i. e. provocor: ut sit οἶνος ὁ προτρεπόμενος. Origo tamen eadem.

Prytaneum, πρυτανεῖον. Casaub. in l. 15. Athenæi: Græcor. πρυτανεῖα Vestæ erant sacra: in cujus honorem perpetuus ignis ibi fovebatur. Inde πρυτανεῖον dictum volunt, quasi πυρὸς ταμιεῖον. Dio Chrysost. orat. 50. inter sanctiora loca urbium Græciæ nominat ἀγορὰν, πρυτανεῖον, βουλευτήριον & τὰ ἄλλα ἱερά. Alias communiori sentētia πρυτανεῖον dicitur à πρύτανις, i. e. præfectus, administrator. Dictus, quasi πυρὸς ταμίας: ut proprie de frumentis accipiatur: πυρὸς est frumentum triticum speciatim. Πυρὸς quasi σπυρὸς: pro σπορὸς: à σπείρω: quod seminetur. Rectius ab Heb. בָּר, quod est frumentum, triticũ, sic dictum à puritate: ut Buxtorf. etiam notat.

Psomus, ψωμὸς: ab Heb. פָּצַם, i. e. disrupit, ἐψώμισε. Ut ψὶξ, ψιχίον à פָּשַׁח, in micas, aut frustula divisit.

Psora, ψώρα, scabiosæ cutis asperitas. Galen. de Tum. præter natur. ἔστι καὶ ἡ ψώρα καὶ ἡ λέπρα μελαγχολικὰ πάθη μόνου τῦ δέρματος. Ab Heb. צָרַעַת lepra: צָרוּעַ leprosus. Lepra, λέπρα: λεπρὸς, scaber, asper: à λέπω, corticem detraho: λέπος, squama, cortex. Lepra enim in *squamulas* resolvit cutim. Ex eo Lepram Avicenna dicit *impetiginem excorticativam.* Barbare, fateor: sed rem voluit ex origine declarari. Lev. 21. 20. גָּרָב psora, scabies.

Mantuanus apposite:

Improba mordaci serpens prurigine lepra.

Improba: quia non obsistitur facile huic morbo: magis enim q. proserpit: & quidem cum *prurigine.* H. e. quod Ægineta l. 4. c. 2, Psora & Lepra, cutis asperitudo est pruriens,

riens, in qua corpꝰ paulatim abſumitur. Et addit *mordaci prurigine*. Iterum Ægineta: Lepra altius circularibuſque eroſionibus cutem depaſcit, & piſcium modo ſquamulas ex ſe remittit. Videatur etiam Gorræus. *Lepra* peculiariter dicitur *alba*. Exod. 4. 2. Regum 5. Herodot. in Clio λέπρην exponit per λεύκην. Verbum λεπρύνεσθαι idem eſt, quod λευκαίνεσθαι, i. e. dealbari. Sen. l. 3. nat. Q. c. 25. *fœdam cutis ex albo variegatem*, vocat. Arnob *notas albicantium vitiliginum*. Quas notas percenſet. Lev. 13. Lepra quaſi propria Ægypti. Hinc Lucret. l. 6. Eſt elephas morbus, qui propter flumina Nili Gignitur Ægypto in media. -- Propterea minatur Dominus Deut. 28. 27. Percutiet te Jehovah ulcere Ægypti & ſcabie & prurigine; quibus non poteris ſanari.

Pubes à βουβών. Nam pubes dicitur lanugo eſſe circa inguina. Aut ab ἥβη: *pubeo*. ἡβάω: *pubeſco*, ἡβάσκω. *Ephebus*, ap. Terent. in And. ἔφηβος. Martin. mavult à πέος ἥβη. Heb. אָבִיב, eſt puber. אֵב, eſt pubes, viror. Ex quo maniſeſtius *Hebe* ἥβη: quam Latinum pubes oritur. *Pupus* vero ſine dubio eſt à בּוֹב, i. e. (ſenſu Avenarii) pupus fuit בָּבָה, i. e. pupula, pupilla. *Pupus* παῖς; *pupulus*, *pupillus*, παιδίον, παιδίσκος. Parvulus & impubis, ſi parentes decedant, aliis tanquam tutoribus comittitur. Ab hac cauſa poſtmodum dictus eſt *pupillus* ille, qui ſub poteſtate tutoris vivit: proprie eſt παιδάριον, ut dixi. Ita *pupa* ap. Perſ. *pupula pupilla* eſt minor puella, κορίδιον. Martial.

Se pupam dicit Gellia, cum ſit anus.

Deinde eſt pars illa nigricans in medio oculi, quæ Græcis κόρη appellatur. Quia inibi apparet παιδίον ſeu εἰκόνιον, i. e. imaguncula. Ergo propter hanc tota illa pars volubilis oculi dicitur pupula & pupilla. Ubi taceant Grammatici, qui ex ignoratione cauſæ, quam eruimus, principaliter rati ſunt hactenus, *pupillam* dici de nigro in oculo; ubi fit receptio ſpecierum viſilium: cum id fiat ſecundario propter icunculam. Quod è principis ſanctiſſimæ linguæ etiam confirmes, quæ pari ratione pupillam אִישׁוֹן *iſchon* nominat in oculo, ab imagine viri, τοῦ אִישׁ *iſch*:

ſch : ſi forte moroſus ingenium, cui à codicibus tritis aliqua diſcere religio, nobis dicam ſcripſerit.

Pudor Scal. Ex 312. pudor metaphorica vox eſt: ſicut avertitur à *putidis* ſenſus. Id. quod verecundia, ſed latius funditur. Quippe etiam cum meremur ipſorum inferiorum reprehenſionem. Idem c. 29. L. L. à *pus* eſt *putidus*. Martin. flectit à Chald. בְּהַת quod eſt puduit & erubuit.

Pus, à πύος, quaſi ποῦς, aut πύον. A πύθω eſt *puteo*. Hebr. עֲבַשׁ, i. e. putuit, mucuit. *Puſtula* & *puſula* : quia pus continet. *Argentum puſtulatum*, ap. Suet. in Ner. c. 44. h. e. purum putum, puſula & igne excoctum, quod puſtulas & tumores habet, uti explicat Turn. l. 24. c. 2. & Caſaub. in Sueton. Ejuſdem quoque originis participat *Pudet*, *pudicum*, *pudibundum*. Joſ. Scal. ad illud : Licebit ipſa ſis *pudicior* Veſta, notat : *Pudica* matrona, quæ marito contenta eſt. At hic *pudica*, quæ omnino virum ignorat. Plaut. Curc. a. 1. ſ. 1. tam à me &c. Et *ſignatam* virginem in eum ſenſum dixit Lucillius illæſam, inviolatam. Teren. integram à viro. Cui reſpondet contrarium, imminuta virgo. Imminuere virginem, διαπαρθενεύειν, devirginare. Apul. *coram virginem imminuiſſet paratam conſtantia*. Et Plaut. Ciſt. a. 1. ſc. 1. *imminuere pudorem*. Utitur & Arnob. ſcriptor eruditiſſ. neque magiſtellorum auribus commendandus. Idem Scal. ad Feſt. Quæ Græcis καθάρματα, ea Latinis *propudia* dicta. Inde homines ſceleratos, ut Græci καθάρματα, Romani eoſdem *propudia* vocarunt. *Repudio repudium* ἀποπομπή : ob rem pudendam.

Puer, puerus, quaſi *purus* dicitur. Non ſatis commode, tum *pædidoſus*, i. e. ſordidus nonnullis à παιδὸς fiat. Quid enim ſordidius illa ætate? Quid ideo magis aliena ope indiget? Rectius ita : παῖς Dorice πὸρ, primo inde *Por*, poſtmodum *puer* : ita enim diduxere. *Por* autem ſupereſt in compoſitis. Scal. in Conject. antiquitus παῖς *Por* dicebatur. unde *puer* factum : quod Laconice & pleriſque Dorienſibus *pes*, πὸρ diceretur. Hinc *Marcipor*, *Publipor*, *Quintipor*. Varro : *Quintiporis* Clodiana foria ac poemata. At *por*, πὸρ, fit ab Hebr. בור, ult. litera

mutata. Aut ab Hebr. & Chald. בַּר *bar*, i. e. filius. Unde etiam Græc. παῖς: vel à בֵּן filius. Quomodo etiam hoc à LXXII. παῖς vertitur Prov. 1. & alibi. A *por* oritur etiam verbum *porio*, & poſtmodum litera verſa, *pario*, h. e. puerum aut fœtum edo in lucem. Aut ſimpliciter à בַּר filius. Ratio eadem. Similiter Germ. Kindern eſt à Kind: & Gall. *enfanter*, ab infante. Etiam Græca τέκνα, τέκος, τέκνον: nec non Hebr. יָלַד genuit, peperit: יֶלֶד puer; ſe mutuo reſpiciunt. Etiam *pario* accedit ad Hebr. פָּרָה *parah*, quod eſt fructum edidit, fœtavit: & פְּרִי fructus, fœtus, ἔκγονον. A pario fit *parens*: & ita proprie *matri* convenit, ut quæ *parit*: deinde patri, à quo mater habet, quod *parit*. Plaut. Capt. a. 5. ſc. 5.

Scio, quur te Patrem aſſimiles eſſe & me filium:
Quia mihi item, ut parentes, lucis das tuendæ copiam.

Virg. 10. Æn.

---- *Qui te talem genuere parentes.*

Ita ap. Græc τοκεῖς ſunt parentes: à τοκεὺς pater: ἡ τεκοῦσα mater: à τέκω, τίκτω, pario. Sed ad priora. A nomine παῖς fiunt *Gepidæ*, ap. Salvian. & alios: Procopio Γήπαιδες, h. e. terræ filii, τῆς γῆς παῖδες. Videatur Cluv. l. 3. Germ. antiq. c. 34. Scal. c. 29, L. L. A *puer* eſt *puſio*: *puera*, *puella*, ſicut *puellus*. Potius ita ut morio à morus: ita *puſio*: à *puſus*, quod pro *pupus*. *Puſus puſulus*, *puſillus*: ut pupus pupus, pupulus, pupillus. *A puer puerulus*, & ſic *puellus*: item *puera*, *puerula*, *puella*. *Puellæ* appellantur etiam eæ, quæ matrimonio junctæ, vel uterum fuerunt, vel etiam pepererunt. Horat. 3. Carm. 22. Laborantes utero *puellæ*. Penelope ap Ovid. ſe *puellam* vocat, cum Ulyſſi jam olim Telemachum peperiſſet. Faſtor. 2. jubet viduas ceſſare *puellas*, i. e. à maritorum complexibus abſtinere. Ita Scævola I. C. *puellam* nominat, quæ erat vidua, & poſt alteri nupta. Agell. l. 12. c. 1. bis puerperam nominat *puellam*. Ap. Hebræos, ſimiliter quæ jam violata eſt vocatur *puella* Deut. 22. Item meritrix vocatur *virgo*. Prov. 30. 19.

Pulcher, Alii malunt *pulcer* à polio. Sed ambigunt, utrum

Digitized by Google

utrum à præſenti ſit, an à ſupino. Utrimque tamen analogiæ fidunt. Ut à *volo, volucer*: à *ludo ludicer*: ſic à *polio policer*. Ut à *fulcio, fultum, fulcrum*: Sic à *polio, politum, pulcrum*. Neutrum alicujus momenti. Ita mihi videtur: credo, etiam aliis, quibus talium cura aut judicium. Neque enim *polo* dicimus, ut *volo, ludo*: neque *policer* illi ipſi dicunt; ſed *pulcer*. Neque *pulcrum* eſt ſubſtant: ut *fulcrum*: neque *pulcio* eſt præſens; aut *pulitum* ſupinum. Equidem velim à πολύχειρος, πολύχειρ deducere; cum pulchritudo magnam partem coloris ſit, à χρόα. Hinc Cic. 4. Tuſc. corporis quædam apta figura membrorum, cum *coloris quadam ſuavitate*, dicitur pulcritudo. Etiam pulcher cui πολλαὶ χεῖρες. Sed occurrit ratio ſane ἀναγκαστική à Scal. c. 22. L. L. ex antiquitate eruta. Fuit enim Græc. πολύχειρ, i. e. fortis, multimanus. Sic omnium doctiſſ. poeta 7. Æn. *Satus Hercule pulchro*: *Pulcher Aventinus*. Nimirum Romani, qui omnia ponerent in fortitudine, eum demum bonum & formoſum putarunt, qui eſſet fortis. Itaque fortis quoque pro pulchro poſitum eſt ap. Plaut. in Mil. neque ſine ratione. Exemplo enim Græcor. factum eſt, qui καλὸν, æque & formoſum & bonum ſignificarunt. At bonus fortis eſt: malus aut κακὸς, æque imbecillis. *Cacus* ap. Virg. 6. Æn. unde *cacula*, qui in numero militum non eſſet, παρὰ τὸ χάζεσθαι, quod eſt cedere: χάζεο Τυδείδη. *Caculatus*, i. e. ſervitium, Feſto. Idem Scal. Ex. 300. ſ. 3. Fortitudinem ſummam virtutem putarunt priſci. Idque adeo, ut ejus nomen omnium virtutum generi imponerent. Ἀρετὴ namque παρὰ τὸν ἄρην. Unde & *mares* ita nominati A *mare* eſt *maritus*, Sicut ab ἄρην fit ἄρρην, i. e. vir

Virg. 3. Georg.

Quem legere ducem & pecori duxere maritum.

Et Enn. pecori dare jura *marito*: in Nemea. Et Martial. l. 9. *---pecoriſq; maritus Lanigeri.*

Idem Scal. c. 79. L. L. *Mas* Oſca dictio fuit conciſa à *Mamerte*. *Mamers* enim, & *mavors* & *Mars* fortem ap. illos ſignificarunt. Et ἄρρενος etiam pro forti manſit. Syra vocis origo eſt. Unde *Arioth*, *Ariel*, pro leone: & no-

ſtrum *aries*. *Ares* ap. Varr. pro aries. Hebr. ſic: אריא, & אריאל, i. e. leo potens. Ex ארי, leo, & אל, potens. Tribuitur hominibus potentia & robore valentibus: item civitati Jeruſalem, & ejus altari in templo. A. Rad. ארה, *arah*, i. e. decerpſit, evertit, fortis fuit. Unde primitus & ἀίρω, & mars & ἄρης, & ἀρετὴ, & *ars*: de qua Scal. l. 1. poet. c. 22. Vox hæc *ars* prima ſua origine robur, ac fortitudinem deſignavit. Græca enim omnia ἄρης, ἀρετὴ, ἀνάρετος. Nos Hebræa putamus. Gloſs. *Artitus* παίτεχνος vel, ut Feſtus ait, bonis artibus inſtructus. Qua de voce Taubm. multa monet in Aſin. Plauti. *Solers* qui ſolam artem conſequitur, ὅλτεχνος, qui totus arte valet. Qui artibus carebant, *inertes* à majoribus noſtris nominabantur, Cic. 2. de fin. *Iners*, ἄτεχνος agnoſcit Gloſs-Scal. de inſomn. ἀγχίνοιαν qui *ſolertiam* interpretantur, à nobis alibi ſunt reprehenſi. Nam *ſolers* eſt qui artem totam callet: ἀγχίνοος autem etiam rudis, & ſine arte qui ſit, dici poteſt. Eſt *ſolertia* habitus perfectus animi ad rem quampiam: ἀγχίνοια eſt affectio virium animi poſita in celeritate, *præſentia animi* dici poteſt. Ariſt. l. 1. Analyt. poſt. c. ult. ἀγχίνοιά ἐστιν εὐστοχία τις ἐν ἀσκέπτῳ χρόνῳ τοῦ μέσου. *Quinquertio*, qui victor exſtitiſſet in ludis Olympicis. vocatus fuit *Quinque* enim tum *artes* exercebantur ſeu certamina: πυγμὴ, δρόμος, ἅλμα, δίσκος, πάλη. Inde Græcis πένταθλος, *Pentathlus*. Feſt. *Quinquertium*, vocabant antiqui, quem Græci πένταθλον: à πέντε & ἄθλος. Atqui πάνταθλος omnium certaminum peritus. Ἄεθλος καὶ ἄθλος certamen eſt. *Ars* Græcis eſt τέχνη, τεύχω quaſi τευχάνη: vel à τίκτω quaſi τικάνη: ars imitatur naturam pariendo quid novi. Prius verò malim: niſi alliceret Hbraicum תכן, *tachan*, unde τέχνη, τεύχω & cætera hujus familiæ. תכן, i. e. artificioſe fabricavit ſecundum numeros & menſuram certam, probe expendit.

Pulex, quod ex *pulvere* magis nutriatur, inquit Iſid. l. 12. c. 5. Græcis eſt ψύλλος: & inde πύλλος, *pullex pulex*. Cæl. Calcagninus de induſtria *pullex* ſcribit. *Pſyllium* herba,

Digitized by Google

herba, Latinis *pulicaria*, quia ejus semen durum est, nigricans & pulicibus simile, Diosc. l.4.c.65. A *pulice* etiam agnominatur *pulegium*: quia recens incensum *pulices* enecat: ut notat etiam Renod. de mat. med. l. 1. s. 4. c. 31. Plin. l. 20. c. 14.

Pullus, πῶλος: parvus fœtus: etiam parva avis, ὀρνίθιον, νεοττός: Etiam de ramulis arborum adnatis sumitur.

Arboribus quoniam baccæ glandesq; caducæ Lucr. l.5.
Tempestiva dabant pullorum examina subter.

Idem docet *pullulus*, i. e. parvus pullus, παραφυάς. Inde *pullulo*, i. e. stolones emitto. Virg. 2. Georg. *pullulat ab radice.* Etiam ita *pullo* visitur ap. Calpurn. Eclog. 5. *Tunc etenim toto vernanti gramine silva Pullat* -- A pullus *pullarius*, ap. Cic de divin. Scal. in Auson. c. 27. Quare *feles pullaria* dictus sit Marcus in epigr, Ausoniano, jam à doctiss. Turnebo notatum esse video. Ejusmodi *feles pullarias* Græci παιδοπίπας vocarunt. Ad id exemplum Plaut. *pullariam dextram manum* vocavit, quam Aristoph. dixisset ἐκ παλαίστρας. Non puto autem fuisse verum nomen hujus impuri hominis, *Marcum*: sed ita dictum, ut JCtis *Seium, Mævium, Titium*: Philosophis Δίωνα, Θέωνα. Nam ea nomina ponuntur quoties τὸν δεῖνα & personam, qua de agitur, intelligunt. Hæc ille. *Pullaster* Scal. l.4. L. L. 95. *pullastrum* omnino minorem pullam intelligimus: quippe *pulla* est gallina juvencula. Neque enim *pullastra* silvestris est. aut pullam imitans: ut quid enim minorem major imitetur? aut quomodo imitatio in substantia, aut in quantitate naturali sita sit, quæ affectus animi, aut in ipso affectu posita est? Festus: *pullus* Jovis dicebatur. Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum, quem quis amabat, *pullum* ejus dicebant. Nimirum πῶλον, aut *puellum* concise. Utrumq; enim ὑποκορίζεται. A πῶλος descendit πώλειος pullinus: & inde Latin. *polea*: πωλεία, scilicet κόπρος, i. e. pullinus fimus. Plin. l.28.c.13. *asinini pulli fimum, quod primum edidit (poleam vocant Syri) datur.* Aut *Græci* legendum pro *Syri*: aut à Græcis Syri hanc vocem *poleam* acceperunt.

Pulmo, inſtrumentum πνοῆς & ſpiritus ἐργαστήριον. Hauſtum quippe aerem excipit, conficit, præparatque cordi. Inde Græcis πνεύμων ἀπὸ τοῦ πνεῖν dicitur. Philoſophi cordis *flabellum* & *ventilabrum* vocant. Avicenn. *cordis culcitam*. Hippocr. l. de inter. affect. ψαφαρόν, i. e. tenerum ac molle. Sicuti Plato ἅλμα μαλακὸν nominat. Tertull. l. de anima, ſunt *folles pulmonum*. Πνεύμων, more Attico πλεύμων. Alcæus ap. Plutarch. τέγγε πλεύμονας οἴνῳ. Ap. Galen. πλεύμος pulmonis vitium. A Græco igitur πλεύμων, fit Latin. *pulmo*. Familiaris eſt illa literarum trajectio. *Pulmonaria* herba licheni non multum diſſimilis, ſuperius vireſcit, inferius vero pallet, & ſic maculoſa, ut formam *pulmonis* referat: ſicut etiam ad tabem & pulmonum ulcera ab aliquibus adhibetur.

Puls, à πόλτος ap. Athen. probante Joſ. Scal. Aut potius ab Hebr. פּוֹל, *pol*, ſcilicet à materia, ut ſunt fabæ, piſa, oriza, & alia legumina. Caſub. in l. 14. Athen. c. 15. Πόλτος ex *farina fabacea* conficiebat. Nam veteres interpetantur τὸ πυανέψιον ἕψημα vel πυάνιον: ut Alcman vocat. Sed eam vocem interpretaturus Athenæus multa alia fuiſſe adjecta farinæ fabaceæ non obſcure indicat. Etiam alludit πάλη, i. e farina. Sane παλημάτιον eſt ῥόφημα ἐκ παιπάλης. Plin. l. 18. c. 8. *pulte* non pane vixiſſe longo tempore Romanos manifeſtum: quoniam & inde *pulmentaria* dicuntur. A puls *pulmentum*. Plaut. ipſe ego pulmento utor magis unctiuſculo. Apul. Quem mellitum pulmentum apparas.

Pumilus, quaſi *pugmilus*, à πυγμῆς unde πυγμαῖος, tanquam explens πυγμῇ: *pumilio* πυγμαλίων, eliſo G. Aut pumilus quaſi *pubomilus*. Scal. c 95. L. L. *pumilus* & *pumilio* ex *puero* & *homulo* conflatum fuit. Igitur prima natura producitur rectius. Lucret.

Parvula, pumilio - - - -

Statius in eodem carmine & brevem poſuit & longam. Quod tamen non ita nobis imitandum fuerit. *Homulus* eſt deminutum: & rurſum *homillus*, ſicuti mamilla, puſillus, pocillum: dein *homullus*, κατ' ἀντίστοιχον: ap. Varr. *Nemo* quaſi *Ne homo*. Ita Gallis *Nemo*, eſt *null homo*, null homme.

Digitized by Google

homme. Similiter *Nemo homo est*, legas ap. Terent. & Plaut. Nemo hominum Cic. dicit l. 13. ep. fam. ut neminem hominem pluris faciam. Ad Attic. Facio pluris omnium hominum neminem. Pro quo in Verrem: Nemo omnium mortalium. *Semones*, olim dii dicti, quasi *semihomines*: quod & Lipsio probatur 2. antiq. Lect. c. 18. *Hemo* ap. Fest. & alios, pro *homo*. Ni malis à *Samen* vel *Semen* facere: quod Phœnicum ex Hebræo: ut dicemus. Ut ita *Semones* sint cœlestes, superi. *Homo* est ab ὁμῶς Quinct. l. 1. Inst. c. 10. quem notat Rhodig. l. 2. antiq. c. 20. Sed & acutiss. nostro Scal. c. 28. L. L. qui insuper speciose l. 3. de c. plant. in Theoph. c. 2. ait: Sane inanis multorum satagentia, qua sibi solis satis vivere videntur, neq; in communem quidquam conferunt societatem, quæ tamen sola solius hominis est. Quidquid enim agimus, eo spectare debet ut una simus, una vivamus, atque etiam unum in charitate. Hoc sane *homo* est, ὁμῶς. Hæc ille. Non potui tamen assentiri & deserere Varronem, Lactant. l. de ira Dei c. 10. Tertul. l. 1. contra Marcion. Isidor. Ambros. de off. l. 3. c. 3. alios, qui ab *humo* formant. Neque enim ὁμῶς illam consuetudinem, & amicitiam exprimit: sed est idem quod æque, similiter, ab ὁμός. At ὁμοῦ simul est. Et non homo eodem plane sensu Latinis vocatur *Terrigena* præ aliis? Certe ita utroque indicatur & causa prima, i. e. DEUS, qui fecit: & materia, ex qua fecit hominem. Quorum hæc est altera pars essentiæ. Jam τὸ κοινῶδες anteponitur ἐπικοινῶδες: quale est sociale esse. Nam & sturni gregatim volitant, & columbæ, & cæteræ aves: simulque pascuntur pecora: & verbo dicam, ὅμοιον ὁμοίῳ τέρπεται. At hæc talis consuetudo non est, qualis hominum! Fateor: & tamen est. Nec vocula ὁμοῦ, ἢ ὁμῶς politicam illam hominum congregationem notat. Sed & terra multa beneficia nobis præstat, ut sic jure quodam nomen, loco symboli & mnemosyni, terrenum asseramus. Nemo negaverit: E terra sumus, in terra vivimus. Qua vescimur, qua vestimur terra est. Denique in terra sepelimur & in terram ultimo redigimur universi. Egregie Plin. l. 2. c. 65. Terra nos nascentes ex-

(ut hoc obiter addam.) Matthæus c. 27. v. 28. vocando χλαμύδα κοκκίνην, chlamidem *coccineam*. Et affirmat Brodæus in Miſc. A *coccinea* differre *purpuream*: Ulpianum forte ſequutus, qui purpurę appellatione *coccum* non contineri ſcribit. Atq; ſane *purpura* concha eſt: *coccus* eſt frutex ſurculoſus, parvus, cui grana ceu lentes adhærent, ut ait Dioſc. l. 4. c. 43. Funger. Matthæus expreſſiſſe videtur colorem, qui ferę eſt idem cum purpureo, reliqui duo materiam. Beza in Matthæi illud: & Marcus & Johannes ἱμάτιον πορφυροῦν commemorant. Parvum enim fuit diſcrimen inter coccinum & purpureum colorem, quamvis precioſior eſſet & ſuavius ruberet purpura. Hinc Horat. l. Serm. 2. Sat. 6. Rubro ubi cocco tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos. *Et mox*: ergo ubi purpurea porrectum in veſte locavit Agreſtem. Immo etiam veteres coccum purpuræ ſucco miſcuiſſe tradit Plin. l. 9. Πορφύρω, *purpuro*. Etiam avis nomen, *Porphyrio*, πορφυρίων: à *purpureo* roſtri colore. Videatur Aldrovand. *Porphyrites* πορφυρίτης, marmor rubens in modum purpuræ; Plinius l. 35. c. 7. *Marmor porphyreticum* Sueton. A πορφυρίζω *purpuriſſa*. Inde *purpuriſſatas* buccas appellat Plaut. Truc. a. 2. i. e. purpura aut roſeo fuco tinctas, quod ait Catullus. Mantuan.

Purpura in extenſis ſanguinolenta genis.

Legatur etiam Cl. Salmuth. in Guid. Pancir. 1. de perdit. Purpura ex *Sarra*, i. e. Tyro. *Tyrus enim Sarra* dicta eſt, à piſce *Sar*. Ita enim Servius adverſum Virg. 2. Georg. *Sarrano dormiat oſtro*: i. e. *Tyria purpura*. *Quæ enim nunc Tyrus dicitur: olim Sarra vocabatur, à piſce quodam, quem lingua ſua* Sar *appellant*. Et vero *Sarrarum* oſtrum recte exponitur per *Tyriam* purpuram. Nam etiam veſtes *Tyriæ* ap. Ovid. ſunt eædem: quæ *Sarranæ* apud Juvenalem. Nec non *Sarranæ* tibiæ, ſunt *Tyriæ* aut Africanæ. At quod Servius de piſce *Sar* addit: ulteriorem deſiderat probationem, præter Servii autoritatem. Vere צוֹר eſt *Tyrus*. Hebræis צוּר rupes, munitio. Unde טוּר mons Chald. & Syris. Sicuti etiam צוּר Hebr. LXXII. vertunt ὄρος Numer. 23. 9. Job. 18. 4. & alibi. Joſeph.

puellas. Et parte ſcilicet, qua puellæ fœminæ ſunt: quæ, ut dixi, ab Italis ita hodieque vocatur. (Apud Italos *puttana*, apud Hiſpanos *puta*: apud Gallos *putaine* meritrix appellatur) *Putillam* Græcæ nutrices dicebant χοιρίον. Nam χοῖρος ea pars in puellis, de qua jam dixi, & annotaverat M. Varro. Non igitur mirum, ſi Catullus, quem exiguum voluit vocare, eum Salaputii nomine inſigniat: more nutricum, ſalſe nimis & nequiter: quaſi non ἄῤῥεν ſed παιδάριον eſſet. Hæc ille. χοῖρος alioquin eſt ſus, porcus, ab Hebræo חֲזִיר per μετάθεσιν. Significatio vero recta congruit.

Puto à φυτῶ. Proprie ſignificat inutilia ex plantis reſcindo. Agell. lib. 6. cap. 5. *putare* veteres dixerunt vacantia ex quaque re, & non neceſſaria, aut etiam obſtantia, & aliena auferre & excidere. Sic namque arbores, & vites, & ſic etiam rationes dictæ ſunt *putari*. Varro l. 5. L.L. *Putator*, quod arbores puras facit. *Diſputatio* & *computatio* cum præpoſitione, à putando, quod valet purum facere. Is ſermo in quo pura diſponuntur verba, ne ſit confuſus, dicitur *diſputare*. Feſtus,; *imputatum*, i. e. nondum purgatum. Et Horat. epod. od. 16. *imputata vinea*, id eſt, non putata. *Amputa*, ab *am*: eſt περικόπτω, frondes & ramos circumquaque reſcindo. Gloſſ. *amputat*, περιαιρεῖ, κλαδεύει, περικόπτει. *Deputantur* ἀναφέρονται, ἀποτέμνονται. Ut à levatum levamen: ita à putatum *putamen*, quod putari & reſcindi ſolet. Gloſſ. putamina κλαδεύματα. *Puta* quidam volunt fieri adverbium (id eſt, ſcilicet, nimirum) præter omnem neceſſitatem, & autoritatem veterum: cum ſit imperativus, & præter accuſativum, nullum admittat alium. Terent. And. act. 1. ſc. 1. Dictum *puta*. Sed interdum tamen, *Puta*, abſolute ponitur ſine caſu, non aliter, atque *Præſens*. Ut, nulla, *puto*, diligentia tanta eſt. Perſ. *Hoc puto, non juſtum eſt*. Ita enim legitur recte: non *puta*. Ita Plaut. Aulul. Jam, *credo*, mortuus eſt. Quod tamen non propterea in adverbium abit: ſicut nec *obſecro*, *quæſo*, *obteſtor*, quod vulgo exiſtimant. Scal. Ex. 5. Forma particularis, *puta*, ignis. Sed ſedeo ad τὸ φυτὸν, à quo φυτάω, φυτεύω, etiam φιτύω: unde

fluit

fluit Latinum *futuo* ap. Martial. Catull. & Horat. 1. Sat. 2. Significatio præciſe quadrat. Etiam φίτυς eſt ſator & genitor φύσις eſt ortus nec non peculiariter vaſa, per quæ mas ac fœmina ſunt id, quod ſunt. Et φύω (quod eſt radix) eſt gigno & produco.

------ *Pyga*, πυγή. Hor. 1. Sat. 2:

Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.

Πυγή, nates. *Pygæus* πυγαῖος, i. e. poſticus: etiam cinædus ita dicitur. *Uropygium*, ab οὐρὰ & πυγή: ultima pars ſpinæ, qua vertebræ deſinunt. *Orrhopygium*, ὀῤῥοπύγιον & ὀῤῥοπύγιον, pars quæ eſt inter ὄῤῥον καὶ πυγὴν, i. e. extremitatem oſſis ſacri & podicem.

Pygmæus, πυγμαῖος. Dicitur quaſi πηχυαῖος, à πῆχυς: quaſi tu dicas *cubitalem*. Scilicet à ſtatura illa minori, qualis cubiti. Ita volunt Euſtath. in Iliad. l. 3. & Auguſt. l. 16. de civit. Dei c. 8. Et Juven. alludit Sat. 13.

Quanquam eadem aſſidue ſpectentur prælia: ridet
Nemo, ubi tota cohors pede non eſt altior uno.

Aliis vero πυγμαῖος flectitur ἀπὸ τῆς πυγμῆς. Nam & ita literæ melius conſonant. Πυγμὴ eſt pugnus. Quaſi pygmæus ſit quantitate pugni, per μείωσιν. Ut Germani dicunt: Er iſt kaum einer fauſt groß. Sive quia capitulum pygmæi repræſentet pugnum. Sive, quia πυγμὴ notat etiam, teſtante Polluce, menſuram, quæ continet ſpatium à cubito uſque ad digitos ita clauſos. Et eo modo prius, eytmon à πῆχυς, exprimitur. Statius pygmæos vocat peculiariter lib. 1. Silv. *pumiliones*. Straboni ſunt τρισπίθαμοι. Latine dicuntur *Spithamæi*: à σπιθαμὴ, quod eſt ſpatium inter pollicem ac minimum digitum, διάστημα ἐκτεθὲν, ut ait Heſych. A σπίζω, extendo. Plin. l. 7. c. 2. *Extrema in parte montium Spithamæi pygmæi narrantur, ternas Spithamas longitudine, hoc eſt, ternos dodrantes non excedentes.* Meminit etiam Plin. l. 6. c. 30. Ariſtot l. 8. Animal. Hom. l. 3. Iliad. Philoſtratus l. 2. Solin. in deſcript. Thraciæ, Pomp. Mela l. 3. & alii. Sed contra alii vocant in dubium. *Apparet* (inquit Cardan. de rer. variet. l. 8.) *pygmæorum hiſtoriam eſſe fabuloſam: quod & Strabo ſentit, & noſtra ætas, cum*

omnia

omnia nunc ferme orbis mirabilia innotuerint, declarat. Interim pygmæos ita generari poſſe per naturam, exemplo firmat idem Card. l. 11. de ſubt. inquiens: *Circumferebatur vir perfecta ætate, cubiti longitudine, in pſittaci cavea.* Ex profeſſo autem hiſtoriam pygmæorum aſſerit Olaus M. qui eos Strelinger / quaſi unius paſſus dicas, nuncupari ait. Abr. Ortel. in Theſ. Geogr. *Pygmæi, genus hominum eſt minutum, ut Mela vocat: aut ut Plinius & Strabo eos deſcribunt, trium ſpithamarum ſtatura.* Inprimis legatur And. Thevetus Gallus, Coſmograph. Orient. c. 40. quem librum è Gallico in linguam German. recens tranſtulit Greg. Horſt. med. Anno 1617. Gieſſæ Haſſorum. Et refert ibidem Thevetus, quod ipſe Alacyri in Ægypto ſuis oculis, quinque pygmæos ſimul, magno populi concurſu, ſpectaverit. Ezech. 27. 11. *Pygmæi, erant in turribus tuis, pharetras ſuos ſuſpenderunt.* Ita enim habet verſio vulgata: cui etiam adſtipulatur Pagnin. In Hebr. quippe eſt גַּמָּדִים, *Gammadim:* à גֹּמֶד, i. e. cubitus, menſura cubiti. Targum ibi pro גַּמָּדִים habet קַפּוּטְקָאֵי Cappadoces: *qui fortaſſis* (inquit Schindl.) *ſtatura fuere breviores, quam alii homines;* Sed Tremell. & Jun. ex Hebræo vertunt *Gammadæos.* Qui pygmæos (addunt iidem) interpretantur, nituntur ſola notatione vocis: quia Hebræa vox conjugata, ſignificat cubitum, quaſi cubitales dicas, ut interpretati ſumus Jud. 3. 16. Sed quam bene conveniat ludicra hæc interpretatio cum re militari, ipſi viderint. Nos Gammadæos quidem exiſtimamus à cubito dictos eſſe: ſed quia regio fuit Phœniciæ, cubitali forma projecta in mare, quæ poſtea devorata eſt à mari, Gammaden putamus dictam, ut ſcribit Plin. lib. 2. c. 9. Et ſi eo loco, mutatione unius literæ, *Gammales* nominavit. Sed quid ſi robuſtos viros & lacertoſos intelligamus, ex vocis etymologia? Certe appoſitiſſima futura eſt interpretatio. Hæc ille. Quibus etiam in Lex. Hebraico adſtipulatur Buxtorf. Legatur etiam Turneb. l. 24. Adv. c. 42. & Nic. Fuller. miſc. l. 6. c. 3.

Pyle-

Pylorus, Latine janitor aut portæ cuſtos. Πύλη eſt janua, porta. Ὤρα cura: ὠρέω, curo. Etiam medicis ſpeciatim *pylorus* meatus, aut porta ventriculi inferior. Celſo, *Porta* ventriculi. Gloſſ. *Janitor*, πυλωρός. *Janitrix*, ἡ πυλωρός.

Q.

Q*Uæſtor*: ab initio *Quæſitor*. Virg. 6. Æn. Quæſitor Minos urnam movet --- *Quæſitum*, & exinde *quæſtum*. Ulpian. lib. ſing. de offic. Quæſt. A genere, inquit, quærendi. *Quæſtores* initio dictos & Junius & Trebatius & Feneſtella ſcribunt. Corn. Fronto: *Quærimus* diſciplinam: *inquirimus*, de quo dubitamus. Non. Marcell. Quærere & requirere hoc differunt: quoniam requirere eſt diu quærere. Afranius Fratriis: Proin tu dum *quæram*, ne *requiram* te vide. Ipſa vox. *Quæritur* oritur à *Quis*, *quid*, *quæ*, interogandi particulis. *Quæſo* idem eſſe cum *quæro*, teſtatur *quæſivi*, *quæſitum*, & ipſa ſignificatio.

Qualis. Antiqua *Quale* dicebant: *qualitatem* non dicebant. M. enim Tullius primus eam vocem commentus eſt. *Cul* veteres dicebant pro *quale* κατ' ἀποκοπήν. Ita *Cur* dicitur pro *Quur*. Ita *ſimul*, *facul*, *procul*: pro ſimile, facile, procile, quæ poſtea adverbialiter ſumta ſunt. Plaut. in Amph. *Cul* eſt qui donum dedit, pro *qualis*, eſt?

Quatio. Scal. c. 31. L. L. D. mutatur in T, *cudo*, *quatio*. Fuit enim verbum κύδω, adhuc durat κυδάζω. Significat ſtrepere: unde κύδος convicium, & κῦδος gloria: ſtrepitus ille popularis. A *quatio*, eſt *incutio*. Ejuſdem ortus *incus*, organon, in quo fabri cudunt ferrum: ab *incudo*. Ut incus: ita etiam exſtitit *Subcus*: & poſtea adſcito S, *ſubſcus*: ab *ſubcudo*, *ſuccudo*. Feſt. Subſcudus cuneatæ tabellæ, quibus tabulæ inter ſe configuntur: quia, quo eæ immittuntur, ſucciditur. Sed *Quatio*, ut & *Cudo* malim ab Hebr. facere: לָתַת, cudit, concudit. At κῦδος à כָּבוֹד, κατὰ μετάθεσιν, i.e. honos. gloria. Sic σκυδάω, σκυδάζω, à שָׂרַד, vaſtavit: שָׁחַת, i.e. ἐσκέδασε, corrupit.

Quatuor, Scal. l. 1. L. L. c. 28. κάτερα pro καὶ ἕτερα, ſine adſpiratione ap. Æoles. Nam cum dixiſſent, *unum*, *alterũ*. *tria*: pro quarto dixere, & *alterum*. Sic ap. Poet. 3. Eclog.

Alter

Alter ab undecimo ---- Et :

Aurea mala decem miſi : cras altera mittam.

Sic etiam *Quinque* deduxere: ut eſſet & unum præter quatuor: καὶ ἕνα. *A Quinque* eſt *Quinqtus*: nunc *Quintus: Quinctus*. C pro Q. quod ex iſto naſcitur Manut. *Quinctus*, *Quinctius*, *Quinctilius*, *Quinctilis*, & *Quinctilianus* cum C T ſcribo, ſecutus lapides Capitolinos, & alios. Admonet enim etymologia, ut quemadmodum à relinquo relictus, à coquo coctus : ſic à *quinque quinctus* derivemus. Ab his nec Cic. abhorruit, ut ex manuſcriptis ipſius pâtet, teſte Gryphio. Porro à *quatuor* eſt *quadra*, propter tot apices. Nec inſolens eſt T in D μεταβολὴ. *Quadraginta*, *quadrifariam*, *quadrageſima* ſatis documento ſunt. *Quadrum*, i. e. quadratum, à quatuor partibus : quod quatuor æquales lineas & tot angulos rectos habet. *Quadro* in quadrum redigo. Poſtea idem, quod ex omni parte convenio. *Quadrans*, quarta pars aſſis. Inde fecere ſuum κοδράντης Græci. *Quadrantal*, menſura liquorum, à figûra quadrata, ap. Feſt. *Quadrantaria* à Quadrans. Olim Romanís precium pro balneo dari ſolitum. Unde Seneca *Balneum* rem quadrantariam appellavit. Quur, inquit, exornaretur res quadrantaria, & in uſum, non oblectamenta reperta. Cicero pro Cælio : Niſi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat Balneatori. Et Horat. Cynicum pauperem irridens, dum tu, inquit, quadrante lavatum Rex ibis. Cæterum *quatuor* Græcis eſt. τέσσαρες, *teſſares*, & Jonice τέσσερες. Inde *Teſſera*, quæ eſt figura omni ex parte quadrata : *Teſſela* deminutum. Teſſellatus, teſſellis ſtratus. Sueton. in Julio cap. 47. ponit *teſſellata & ſectilia pavimenta*. Pulchre Scalig. l. 7. poet. c. 11 ſ. p. Octonarios etiam *quadratos* appellavimus : Quemadmodum in cubica figura anguli ſunt octoni: quem cum dicerent *Quadrantalem*, eodem nomine hoſce verſus inſignitos voluere. Etenim conſtituta quadrata ſuperficies ſi fluat, atque poſtea ſiſtatur, *quadrantal* creat. Quam ob cauſam corpus hoc Latini Græca voce *Teſſeram* vocitarunt: non à laterum numero, ut quidam putavere, ſunt

ſunt etiam ſex: ſed ab radice conſtitutionis. Sic enim appellant mathematici. Lipſius de teſſera militari fuſe agit l. 5. de mil. Rom. dial. 9.

Querquerus ſimpliciter à *queror*, (quaſi *querqueror*) dici videatur. Feſt. à Joſ. Scalig. emendatus: *Querquera* febris, dura, ac gravis: quam quidem à *quercu* dictam putant. Quod id genus arboris cum grave ſit ac durum; tum in ingentem evadat amplitudinem. Aurelius Opilius frigidam atque trementem. Santra eam ex Græco deducit, quia tremorem ejusmodi κάρκαρον vocant. Unde dici etiam *carcerem*. Plaut. in Frivol. *is mihi erat bilis, querquera, tuſſis*. Lucill.

Jactans me, ut febris querquera: Et alibi:

Querquera conſequitur febris capitisq; dolores.

Hæc Feſtus. Adde ad ejus ſententiam confirmandam Homericum: κάρκαιρε δ' γαῖα πόδεσσι. Martinius facit à κέρχω, quod eſt exaſpero. Quod ſi *querquerum* à *quercu* ſit: ita durities hujus arboris ſpectatur. Et dicitur *quercerum* à quercus, ut *lanerum* à *lana*: ap. Feſt. Prius *quercerum*; inde *querquerum*.

Quinquatria quinquatrus. A quinque: quod certum. Qui vero adjiciunt, vel ab *atro*, vel ab *atrio* Minervæ fieri partem vocis ultimam; non attendunt *atrum* vel *atrium* eſſe καταλήξεις. Ut *imus*, vel *ſimus*, in vigeſimus, trigeſimus; decimus; ſunt appendices: ita *atrus*, in ſexatrus, ſeptimatrus, decimatrus & quinquatrus. Ovid. facit à quinque diebus, quibus celebrabantur Quinquatria. Verſus ſunt 3. Faſt.

Una dies media eſt & ſiunt ſacra Minervæ,

Nomina quæ junctis quinque diebus habent.

Varr. l. 8. L. L. unum modo iſtius feſti diem fuiſſe exiſtimat: poſt quintum ſcilicet Idus Mart. Et Feſtus: *Quinquatrus* appellari quidam putant à numero dierum, qui fere his celebrantur; qui ſcilicet errant, tam Hercule, quam quatriduo Saturnalia, & totidem diebus Compitalia. Legatur Manut. in l.2. epiſt. 12. Cicer. & Caſaub. in Athenæi l. 3. c. 20.

Quintinus. Iſid. l. 18. cap. 7. Flores malorum à Græcis appel-

appellati ſunt, *Quintinos*. Latini *caducum* vocant. Scilicet à κύτινος, *cytinus*, *Quitinus*, ut Dioſc. l. 1. c. 127. Plin. l. 23. c. 6. primus tam ſativi, quam ſilveſtris partus florere incipientis *cytinus* vocatur. Quod vero & Iſid. *caduci*, meminerat, etiam habet Aurelian. l. 5. Tard. c. 2. mali punici *caduco*, quod Latini *ampullagium* vocant. Scilicet à forma ampullæ. Nam idem Aurel. l. 4. c. 3. & *ampullagium* vocari ſcribit.

Quirinus, Ovid. 2. Faſt. Feſto, aliiſque à *Quiris*, quod Sabinis eſt haſta, quam ille geſſerat. Aut κατ' ἐξαίρετον à χῦρος, κύριος: à dignitate & præſtantia. Ovid. 2. Faſt. videtur innuere: Sive ſuo Regi nomen poſuere *Quirites*. Qui vero pro *Quiris* aut *curis* pugnent, præſidia evocare poſſunt ab Hebræis. Illis enim כַּר, *car*, eſt haſta, item cohors militum lanceas geſtantium. A Radice כָּרַת, i. e. ſcidit, ſecuri diſſecuit, excidit. El. Huter. כרתים interpretatur milites, Curetes, Quirites. A כָּרַת, *carath*. Unde etiam *Kerethi*, quorum in ſacris ſæpe fit mentio. 1. Sam. 15. 18. *Kerethi & Pelethi*, h. e. ſtipatores & ſatellites, qui cuſtodiæ & magnificentiæ cauſa adhibiti ſunt. Jun. & Tremel. ad 2. Sam. 9. 4. Præerat Cerethæis & Pelethæis. *Cerethæis*, i. e. Iſraelitis, quorum colonias devictis Peliſchthæis (qui *Cerethæi* dicuntur, 1. Sam. 30. 14.) in illorum agrum tranſmiſerat. *Pelethæis*, i. e. militibus præſidiariis ap. Japhlethæos, Joſ. 16. 3. Sed nos ad Latina redeamus. *Quirinalia* ſunt feriæ, quib. Romuli memoria renovata eſt. Dicebantur quoque *Fornacalia*, Fornacis deæ cauſa inſtituta, quibus far in fornaculis toſtum eſt. Ovid.

Facta dea eſt fornax: *læti fornace coloni*
Orant, ut fruges temperet illa ſuas.

Item *Chariſtia* ἀπὸ τῆς χάριτος, Valer. Max. l. 2. c. 1.

Proxima cognati dixere Chariſtia *chari* Ovid. 2. Faſt.
Et venit ad ſocios turba propinqua Deos.

Quirities, i. e. Romani, à Quirinô illo Gloſſ. *Quirites*, πολῖται ῥωμαῖοι. A *Quirites quiritor*: ideo medium jure producitur. Ἰαβαΐζειν eſt Quirites precor, aut invoco au-

xilii cauſa. Quod olim fieri ſolitum, nemo, niſi hoſpes in Latio, ignorat. Varr. l 5. L. L. *Quiritare* dicitur is, qui *Quiritium* fidem clamans implorat. Nonius. *Quiritare* eſt clamare: tractum ab iis, qui *Quirites* invocant. Ræward. in XII. leg. c. 3. Δωτέρος *quiritari* nobis ſumitur promiſcue, pro clamare aut lamentari, aut ejulare. Gloſs. *Quiritans* ἐμβοώμενος. Ex eadem origine puto & *quiror* ac *queror* deinde, eſſe: unde querimonia, querela. Agrætius: *Quæritur* de inquirendo: *Queritur* de plorando dicimus: & ſic *Quæſtus* lucri, & *Queſtus* lacrimarum.

Quisquiliæ, à *quis* vel *quid* & *quale*. Quaſi dicatur: *Quid & quale* ſit. Feſt. *quisquiliæ* dici putantur, quidquid ex arborib. minutis ſurculorum & foliorum cadit. Scal. c. 139 L. L. A *quisquis*, *quisquiliæ* dictæ ſunt. Fuit enim quidquid τὸ τυχὸν, vile & obvium forte, non conſilio. *Quis* â καὶ ὅς: *qui* καὶ ὁ, cap. 127, Scal. in Conject. in hunc modum: Pavo ταὼς, ϝῶς *Fos* Æolice, *Pavo* ταών. T. in P. ut στάχυς, *ſpica*. Et τὶς, Oſce, *pis*, *tipit* & *pitpit*, *quidquid*. P. in Q. πέντε *quinque*: πότος, *quotus*. *Petora*, quatuor. λίπω, *liquo*, nunc *linquo*, ὃ, ὃς, ὅτος ab הוּא, *hus*, quod idem. *Quis* & *Quisq.* etiam ab Hebr. אִישׁ, quod per quisque exponitur.

Quotus, ex Græco πότος, πόσος ὁπόσος. Huic respondet τόσος, τότος à quo itidem *totus* Latinum. Scilicet *totus*, prima brevi: unde *tot*: ſicuti à *quotus quot*. *Totus* prima longa eſt ὅλος. Manil. l. 3. Detrahitur ſummæ *tota pars*, quota demit utrimque Omnibus ex horis -- *Tota pars*, pro tot partibus: *quota* pro quot partibus. Quod monuit etiam cum Fr. Junio. VVig. Spanheim. Theol. & Philol. inſignis.

R.

R*Abbi*, ῥαββί: inde formula Lat. *Rabbinus*, *Rabbini*, h. e. doctores & magiſtri ap Judæos. Joh. 1. 38. *Rabbi*, exponitur διδάσκαλος. Proprie eſt, magiſter mi. Sæpius etiam ipſe Chriſtus ita vocatur. Nemp ῥαββί Matth. 26. 25. Marci 9. 5. & 14. 45. Joh. 4. v. 31. & alibi. *Rabboni*, ῥαββονί i. e. magiſter mi. Marci 10. 51. *Rabbuni*, ῥαββουνί i. e. magiſter noſter, Joh. 20. 16. Syriace רַבִּי *Rabbi* & רַב

Rabb.

Rabb. Dan. 4. 6. רַב magiſter, interpr. Buxtorf. in Lex. Thema eſt רָבַב multum eſſe: רַב multus, magnus. Inde ergo *Rabb* vel *Rabbi* dictus, quia *multos* docet & quia *multiplici magnaq;* doctrina excellit.

Rabies. A litera illa ſtrepera & canina factum eſt *rabo*, *rabies*, *rabioſus*: diciturque *rabies* canum morbus aut furor, quo agitantur. Atque ea propria ſignificatio. A rabie canina Nonius *rabulam* dici commodum exiſtimat. Qui & autoritate Saluſtii & Appii, *caninam* facundiam vocat. Seneca Juridici velut *canes* acerrimi, non niſi oblato cibo manſueſcunt. Columm. l. 1. Sed ne *caninum* quidem (ſicut veteres dixere) ſtudium præſtantius, locupletiſſimum quemque allatrandi Hieron. Juridici lyncibus & leonibus crudeliores, etſi devorent ore *rabido*, tam diu tamen deperdendi memoriam non perdunt, quam diu venter eſt vacuus. Hæc ille. Tertull. de palt. *Jura non conturbo, cauſas non elatro*. Varro Atacinus: *Latrans fora, claſſica turbant*. Fulgent. in aſtron. *Legicrepi tundunt, latrant fora*. Videatur etiam Savaro in l. 4. ep. 3. Sidonii. Sed proprie tamen *rabula* eſt, qui mare canis latrat aut rodit & radit: moleſte garrulus, nugigerulus & importunus. Gloſs. Vett. *σπερμόλογος rabula*. Hebr. יָרִיב eſt litigator: à רָב multiplicare verba & clamore. Quod vero cauſidicis ac Juridicis ſæpe tribuitur; id κατὰ συμβεβηκός fit, ex vitio aut culpa quorundam, ut qui nihil minus quam Juris patroni & juſtitiæ aſſeclæ; quique Cic. pro P. Seſtio *vultures paludati*: & Apul. l. 10. met. forenſia pecora & *togati vultures* dicuntur. Alias JCto, ut reipſa eſt, nihil dignius · cujs domus ſine dubio, ut ait Cic. de Orat. totius oraculum civitatis eſt.

Raca, *Raka*, *ῥακά*: in ſacris uſurpatur, ex idiomate Syro רֵקָא. Matth. 5. 22. Vox convicii. Hebr ריק in Hiphil הֵרִיק eſt evacuavit. רִיק inanitas. רֵק, eſt μάταιον ἀδρανείας. רֵק, & רֵיק eſt vacuus, inanis, κενόν. Etiam Thalmudice *Rika* eſt idem qui רֵיק. Igitur *ῥακά*, *Raka* notat

 homi-

hominem vanum aut vacuum: vel, ut Latini, hominem nihili, vacuum virtute, οὐδενὸς ἄξιον, vocant. Legatur Druſ prӕter. l. 1. & prior. comm. ad voces N. Teſt.

Radius proprie ῥάβδος Virg. 3. Eclog. deſcripſit *radio* totum qui gentibus orbem. *Radio*, i. e. virga Philoſophor. qua Geometrӕ lineas indicant, ait Serv. *Radius*, ῥάβδος: ab Hebrӕo שַׁרְבִּיט, i. e. virga, baculus. Eſt compoſitum. Si tollatur τὸ שׁ, facillime ex reſiduo fiet ῥάβδος. A quo propius Lat. *Radius*. Scal. Ex 75. radium exire per metaphoram intelligimus. Sumta eſt à *radiis rotarum* metaphora, Grӕca origine, ῥάβδος. Exilior noſtra vox, cujus oſtendit veſtigia ῥαδινόν. Unde etiam *rude*. Idem Scal. c. 30. L. L. A U mutatur in V breve, *raudum*, *rude*. Nam ῥάβδος fuit virga demta ex arbore impolita. Inde donatus *rude* Horat. l. 1. ep. 1. *Rudem accipere*, Cic. Philip. 2. *Rudem mereri*, Mart. l. 5. *Donatur rudis*, Tertul. de ſpectac. c. 21. De *rude* prolixe agit Lipſ. l. 1. Satur. c. 15. & l. 2. c. 21. & 22. Petr. Faber. l. 1. Ag. c. 22. & l. 2. Semeſt. c. 11. videntur ipſi. *Raudum as*, ab ea ruditate: ſi propria origo ſpectetur. Feſt. *Rodus* vel *raudus* ſignificat rem rudem & imperfectam. A raudum *rauduſculum*, ap. Cic. ut à pulvis pulviſculus. Item *rudus*, *ruderis*, *rudera*; vulgo lapidum fruſtra, & ruinarum materies. *Erudio*, extra ruditatem pono, polio. *Eruditus*, cui ruditas ingenua jam ademta eſt, bonis artib. inſtructus, πεπαιδευμένος. *Radiolӕ* ap. Iſid. l. 18. c. 7. quod oblongӕ ſunt in modum *radiorum*. Virg. 2. Georg. Orchites & *radii* -- Etiam *orchades* legi in vetuſtis Virg. libris notavit Pierius, & poſt hunc Berſman. Sed *orchites*, ſi ad Grӕcum, rectius ὄρχις. Scilicet à ſimilitudine teſticulorum. At *radiolum* vocat Colum. l. 12. c. 47. haut dubie, ut diſtinguat à radio majore. De quo Cato c. 6. In agro craſſo & caldo oleam conditivam, radium majorem, Salentinam, *orchitem*. Porro de *Radio* ita *O B. Giſan. Certe* (inquit) *radius Latine nihil eſt aliud, quam haſtile ſeu haſta, ac telum, ſive ex ferro, ſive ex materia.* Hӕc ille. Verum fragilius glacie eſt, quod format, ut firmet. Nihil ſequitur; ſi concludere velis: *Lucr.* l. 1. ſunt lucida tela dici. *Auſ.*

Moſel-

Mosellæ : lethalia tela diei : *Varr.* jacula ſolis : *Prudent.* ſpicula radiorum, & Solis. Ergo radius idem eſt, quod haſtile, aut telum è ferro, vel ſimili. Nihil, inquam, ſequitur. *Lucida tela & jacula Solis*, i. e. lux aut radii, qui à ſole jaciuntur, & hemiſphærium illuminant. *Telum* enim, quidquid projicitur, à τῆλε : ut *jaculum* à jacio. Utraque igitur vox γενικὴ & late patens. *Spiculum* vero eſt cuſpis, qualis in *ſpica*: unde etiam nomenclatio. Uſurpatur de Solis lumine, pariter ut radius. Scilicet Tropice. Lumen enim reapſe quid ſolidum & continuum quaſi eſt : inde à rimis, item à ciliis oculi, præſertim ſi paululum claudatur, quaſi finditur. Sic aparent, ita dico, apparent, non revera ſunt, vel ſpicula, vel cuſpides, vel aciculæ, vel radii, vel virgulæ, vel ſtamina, vel lineæ : vel quomodocunque appelles lucem ita diviſam, cum melior vox non ſuppetat.

Radix, icis, ῥάδιξ, ικ©. Eſt enim ramus inferior aut imum, per quod alimentum planta attrahit. Scalig. Ex. 144. ſ. 3. *Ramus* fortaſſe Græca origine, ſicut radix. Æolica namque vox hæc, qua etiam Nicander utitur: κόψαντες ῥάδικα. Heb. אָמִיר, i.e. ramus. Aut etiam κατὰ μετάθεσιν, à זְמֹרָה, ab amputando, vel à רָם celſus, quia ramus in ſuperiori arboris parte hæret. Ῥίζα à שֹׁרֶשׁ, quod idem.

Rancidus. Perſ. Sat. 1. *Rancidulum quiddam balba de nare loquutus.*

Mart. *Qui ſic rancidulo loquatur ore.*

Rancidus, i. e. proprie putridus, σαπρός. *Rancor* eſt putor, aut corruptus odor. Veter. magiſtri vertunt ῥάγχλω. *Ranceo* eſt verbum : ptimitus *Raceo*, N intervenit : ut in tago tango : pago pango. Oritur ab Hebr. רָקַב *Rakabb*, i. e. putruit, σαπρὸς fuit.

Rapax, ἅρπαξ : *rapio* ἁρπάζω, ἁρπῶμαι. ut à capio capax ita à rapio rapax. Virg. 3. Georg. - - - - fluvioſq; invare rapaces. Lucr. l. 1. - - - - fluvioſque rapaces. Inſignite dictum. Quia fluvii omnia ſecum feruntque trahuntque. Ut à ſapio ſapidus : ita à rapio *rapidus*, h. e. qui cum

 violen-

violentia rapit. Ut enim *rapere* eſt per vim & celeriter auferre: ita *rapidus*, qui eodem modo agit. Græcis itidem ἁρπαλέος, & (quod hinc fit) καρπάλιμος poeticum. Gloſs. *Rapidus*, ταχὺς, ἁρπακτικός. Ut à fodio fodina: ita à rapio *rapina*, actus rapiendi, ἁρπαγή. Corn. Fronto: *Præda victos ſpoliat: rapina ſubito venit.* Gloſs. ἁρπαγὴ, rapacitas, præda, rapina. Ut à punctum punctim: ſic à raptum *raptim*: per modum rapiendi. Et ita *raptim* factum, ut ἁρπάγδην, quod eſt rapaciter & raptim. Gloſs. Philox: *raptim*: ἁρπαγίμως, ἢ μετὰ ἁρπαγῆς. Ap. Plaut. *harpago*, ab ἁρπαγὴ. Etiam *harpaga*, ἁρπάγη, ap. Non. c. 18. *Harpalus* nomen canis ap. Ovid. ab ἁρπάζω. Heſychius: ἁρπαλέα. ἁρπακτικά, *Harpyiæ*, ἅρπυιαι, i. e. rapaces aut prædatrices, Virg. l. 3. Æn. Videatur Aldrov. l. 10. ornith. c. 2. Verbum ἁρπάζω ab Hebr. בָּצַע: & ἀρ quod intendit. Ab ἁρπάζω faciunt Græci, ἅρπη. Malim ab Hebr. חֶרֶב, i.e. gladius, *harpa*.

Ovid. 5. met.

Bracchia, tendentem Cyllenide confodit harpe.

Et Lucan. l. 9.

Et ſubitus præpes cyllenida ſuſtulit harpen.

Rapum, *rapus*, *rapunculus*, à ῥάπυς, non à rapiendo. Sic *Raphanus*, ῥάφανος & ῥαφανίς: παρὰ τὸ ῥαδίως φαίνεσθαι Suidas. Tertio enim die à ſatione proſilit, & è terra erumpit. Athen. l. 9. ἀποδίδοται δ' ἐν δευτέρῳ ὁμοίων ῥαφανὶς, φησὶ, γογγυλὶς, ἀνάρρινον, ὅμοια. τὴν δὲ ῥάφυν Γλαῦκος ἐν τῷ ὀψαρτυτικῷ διὰ τοῦ π ψιλῶς καλεῖ ῥάπυν. Neque raphanus modo ociſſime excreſcit: ſed etiam in molem ſæpe mirandam. Non omittendum (inquit Matthiol.) naturæ miraculum, ex tam parvo ſemine tribus pæne menſib. gignitur tam magna radix, ut ea aliquibus in locis plus, quam centenas libras pendat. At librarum triginta pondere nos ſæpius innumera rapa vidimus in Ananienſi agro, longa, & colore purpurea. Hæc ille in l. 2. Dioſc. c. 104. Si Hebræum mavelis: rapum erit à רָפָה, i. e. lenem ac laxum eſſe. Nam rapum requirit terram ſolutam & reddit alvum facilem.

Recens, unde *recento*, propriè recens facio. Nonius: *Recen-*

Digitized by Google

Recentari honestè positum pro renovari, quod est Græcè ἀνανεοῦσθαι. Matius ap. Agell l. 15. c. 25. *Jam jam albicassit phœbus & recentatur commune lumen hominibus voluptasque.* Manut. in ep. 21. l. 11. Ita differunt *recens* & *novum*: ut vetus & antiq. Potest enim aliquid esse recens, quod novum non sit: ut recens hereditas, quæ alicui nuper obtigit, non tamen nova: cum aliæ possint hereditates eidem antea contigisse. Formari potest à *re* & *cieo*: *recens*, quasi *reciens*: ut sit quod iterum movetur, atque ita reciprocatione actionis est novum. Aut à *re* & *cendo*: *recens*, quasi *recendens*, quasi iterum *accensus*: Hinc Scal. in Arist hist. anim. l. 2 c. 11. *Recens* est temporis sive seculi: non ætatis in animali. Itaque canis vetulus dicetur *recens*, si nostro natus tempore comparetur cum canibus Evandri. Sic enim dixit Cic. *Curios priscos, Marios recentes. Sic recens memoria, recens disciplina. Recens dies est* summo mane, quod & lepidiss. poeta dixit illo versu:

Jamiam albicassit phœbus & recentatur:

Hæc ille. Trallian. l. 11. habet *recentatum*, ap. Romanos propomatis genus, quod peculiari quadam arte refrigerabant: uti exponit Mercurial. l. 1. Varr. Lect. l. 7.

Reciprocum, est retro tendens, παλίντονον, παλίνορσον, ἀντίστροφον: ut *reciprocus* amnis, qui restuit. Proprie quid sit, origo admonet. Varro trahit à *recipiendo*. Falso. Est quippe à *procari*. Fest. reciprocare pro ultro citroque poscere, usi sunt antiqui. Quia *procare* est poscere. *Reciprocari*, quasi *reprocari*: *reciprocum* quasi *reprocum*. Prisci ingerebant C I, ut ita vox deducta melius aures afficeret. Ita dicebant *reciperare* pro reparare, nunc residuum *recuperare*. Simile est induperator pro imperator: item *indogredi* pro *ingredi*. *Procare* est à πρὸξ προικός. Unde προίξ. Eustath προίξ facit à προΐκω, prodeo. Is docet, quod προίξ olim significaverit δῶρον simpliciter: postea verò γαμήλιον δῶρον. Etiam *precium* Jos.Scal. ducit à *proco*. Ratio è dictis patefit. Possit etiam referri ad περάω, quatenus est vendo. Est enim *precium*, quod pro re venditâ datur τοῦ περάν, i. e. πιπράσκειν. *Preciosum* est precii

 plenum,

plenum, multo precio dignum, magni æſtimandum, πολυτελὲς, πολύτιμητον, βαρύτιμον. *Depreciatus*, vox paulo inſolentior. Sed utitur Tertull. l. 4. contra Marc. antiq. Biblior. interpres, Iſid. *Depreciatus*, ait l. 10. orig. eſt vilis, nec aliquo precio dignus. Gloſſ. *Depreciati*, ἐλαττωθέντες. *Appreciatus* ap. Tertull. l. 4. contra Marc.

Recutitus, λιπόδερμος. Epitheton Judææ gentis, ap. Martial. & Sidon. Eſt idem, qui circumciſus, ab illa cuticula: Ut *Apella* dicitur à pelle: ſic recutitus à *cute*. Gloſſ. *Recutiti* ἀποτετμημένοι περίτμητοι. Ap. Feſt. *Intercutitus*, h. e. *vehementer cutitus*. Inde etiam *ſubcutaneum*, & *ſubtercutaneum*: item *intercus*, quaſi inter cutem. *Aqua intercus*, id eſt ὕδρωψ, ap. Plaut. & Cic. Gloſſ. *aqua ſub cute*, ὕδρωψ. Syrus hydropicum ita exprimit Lucæ 14. 2. *Qui congregaverat aquas*. Germ. **Waſſerſucht.** Morbus, quo corpus vel ab humore aqueo, vel flatu, vel utroque ſimul tumet. Unde *tympanites*, à tumore inſtar tympani: *aſcites*, à tumore, in modum ἀσκοῦ: de quo medici fuſiſſime agunt. Arnobius lib. 1. vocat uliginoſa & turgentia viſcera. Q. Serenus:

> *Tum limpha interius vitio gliſcente* tumeſcit,
> *Secernens miſeram proprio de viſcere pellem.*

Scal. l. 1. L. L. c. 28. S, abjicitur in principio, σκῦτος, *cutis*: alibi ſervatum, *ſcutum*. Unde & *ſcutica*, σκυτάλη. *Scuta* vero olim, ut etiam nunc, è corio ac pellibus facta eſſe, vulgatiſſimum. *Scutum* deſcribit Liv. l. 31. *Scutra* genus vaſis, nonnihil concavi: à *ſcuti* figura. Lucillius in 6. *Scutam ligneolam cerebro inflixit*. A ſcutra vel ſcuta, *ſcutula*, i. e. minor ſcuta. Martialis *ſcutulas leves* dicit. A ſcutula *ſcutella*, ap. Priſc. l. 3. *Scutulatum* eſt ſcutulæ figuram habens. Turn. l. 7. Adverſ. c. 24. Scutulatum rete in Plinii l. 11. c. 24. Sed & amplius à σκῦτος oritur *Scytale*, σκυτάλη: proprie eſt ſcutica flagrum à loro, vel etiam ſacculus. Gloſſ. σκυτάλη, *Scutula*. Inde μεταφοραί. Ita *Scytale* fuit nota Laconica, qua Spartæ utebatur reſpub. ne interceptæ literæ intelligerentur. Prolixe deſcribit Plutarch. in Lyſandro & Agell. l. 17. c. 9. Ap. Colum. l. 6. c. 17. *Scytale* putatur eſſe mus araneus. Sed mendoſa

lectio

lectio impoſuit incautis. Sic enim vulgo legitur in Colum. *Mus araneus quem Græci σκυτάλλω appellant.* Sed Græci non concedunt. Et pro σκυτάλλω, legatur μυγάλλω: ut monet etiam Geſn. At *Scytale*, σκυτάλη eſt ſerpens: à ſimilitudine σκυτάλης, i. e. fuſtis aut ſcuticæ. Solin c. 40. & ex eodem Iſid. l. 12. c. 4. *Scitale*, ſerpens vocatus, quod tanta præfulget tergi varietate, ut notarum gratia retardet adſpicientes Lucan. l. 9.

Et *Scitale* ſparſis etiam nunc ſola pruinis
Exuvias poſitura ſuas ------

Scytalam ſunt, qui *Cæciliam* interpretentur. Etiam, qui *Scytalam*, & *amphisbænam* eandem eſſe putent. Sed Aetius l 13. c. 27. *Scytala*, inquit, & *amphisbæna* animalia ſunt inter ſe ſimilia Iſid. l. 12. c. 4. *amphisbæna* dicta, quod duo capita habeat: unum in loco ſuo; alterum in cauda. Plin. l. 8. c. 23. *Amphiſibænæ caput geminum.* Lucan. l. 9. Et gravis in geminum vergens caput *amphiſibæna.* Etiam Galeno eſt biceps, in lib. de theriaca ad Piſonem, ſi is modo γνήσιος liber ſit. Aut illi forte ideo *bicipitem*, vocant, quod ejus utrique extremo lumbricorum modo, eminulæ quædam partes aut acumina inſint, ut non facile caput à cauda diſcernere liceat: & ſic duo *capitella* primitus videantur. Sed & à parte utraque graditur ante & retro: unde nomen, ἀμφίσβαινα & ἀμφίβαινα: ab ἀμφιβαίνω: non à duobus capitibus, ut Iſid. ajebat. Scal. l. 2. de Hiſt. animal. c. 18. Lepidiſſimè Nicander nominis etymologiam imitatus eſt, cum dixit ἀμφικάρηνον, i. e. *ancipitem.* Sic enim dicta eſt, quia utrimque utroque verſum procedit, nullâ factâ converſione. Hæc ille.

Refutare, i. e. redarguere, compoſitum à *fando*, verſa litera A in V, ap. Feſt. Ad quem Joſ. Scal. Primum obliviſcitur ſimplex eſſe *Futare*, ſupra dictum à Catone. Deinde ignorat eſſe deductum ab *ollis*, quæ cum ferventes paulò plus exuberant, ſolent *futo* vaſa ad hoc apto inverſa aqua compeſci: quod dicitur *futare* & *confutare* ollam. Titinius Setina: Coquus ahenum, quando ſervit (malim fervit) paula *confutat* trua.

Rego, rex; ῥέζω, ῥέζω. Hebr. עָרַךְ, i. e. rexit εὐτάκτως, diſpo-

diſpoſuit, ordinavit. ῥέκτης actor: *rector* à rectum: ſicut *meddix*, aut *medix ſummus*, i. e. magiſtratus, Oſce apud Enn. & Feſt. à μέδων. Videatur Lipſ. l. 1. epiſt. Quæſt. epiſt. 19. Ut à tectum *tectus*: ita à rectum, *rectus*, i. e. gubernatus, εὐθυνόμενος, ὀρθός. Ut à lego legio: ita à rego *regio*, h. e. terræ portio, quæ ab aliquo regitur. Pariter Heb. מְדִינָה à דין judicare, quia ſub certo capite judicatur & regitur. Ut à tego tectum tegula: ita à *rego* rectum, eſt *regula*, i. e. canon, κανών, Hebr. אַבָּה, quod idem. *Regulus*, *Rex*. Scel. c. 95. L. L. Ea quæ quantitatem imitantur, ſunt ſicut *regulus*, cum parvum regem ſignificat: propterea quod qui vaſto corpore ſunt, cæteros anteire robore videntur, item imperio: ita ii quorum in poteſtate populares ſunt, eam magnitudinem imitantur, atque iccirco deminutione notantur. Eſt etiam *Regulus* ſerpens, βασιλίσκος. Etiam avicula. Plin. l. 8. c. 25. *parva avis, quæ Trochilus vocatur, rex avium in Italia.* Ariſtot. l. 9. c. 15. καλεῖται δὲ πρέσβυς καὶ βασιλεύς. i. e. interpr. Jul. Scal. *vocatur etiam Senator & rex.* *Regifugium*, ſacrum erat Romæ, quo memoria Tarquinii regis ob tyrannidem & libidinem ejecti repetebatur. Vide Feſtum & in eum Scal. notas. Ovid.

Nunc mihi dicenda eſt regis fuga: traxit ab illa
Sextus ab extremo nomina menſe dies.

Pergo, & integrum *perrigo*: à *per* & *rego*. Unde *pergiſcor*, & quod uſitatum, *expergiſcor*, *experrectus*: ſicut à *pergo perrectum*. *Inde* quoque *pergula*: ſicut à *tego tegula*: i. e. appendix ædificiorum, quæ in publicum ſpectabat, per quam commeare & ita pergere licet. Quæ differit de pergula Joſ. Scal. videantur l. 2. Auſon. c. 12. Et Cujac. l. 11. obſ. c. 13. *Surgo* contracte pro *ſurrigo*: ut *ſurpere* pro *ſurripere*: *expergere* pro *exporrigere*. Æn. 4. Tot ſurrigit aures i. e. ſurſum regit. Liv. l. 7. mucrone ſurrecto. Item in Manuſcript. Camerarii ult. verſ. Epid. ita legitur: Plaudite, valete, lumbos *ſurgite* atque extollite. Notavit, & phraſin (*ſurgere lumbos*) probavit Gruter. *Arrigo* ad rego: ut arrigo aures. *Corrigo*, à con & rego. Eſtque propriè *una rego*. Hodie emendo: quod fit dum non unus, ſed alii

unà

Digitized by Google

unà regunt, operaſque conjungunt. Hîc de particula *Con* obiter agendum. Fit *Gon*, *cum*, ὁμοῦ, ἥμος, σὺν ab Hebr. עם. Et *con* eadem eſt, quæ *Cum*, non alia, ut putarunt. Et ſatis conſtat ſonum ipſius V in *Cum* rotundiorem fuiſſe, qui etiam nunc manet. Umbri enim, non Latini obſcuriorem illum alterum in uſu habebant. In aliquib. tamen *Cum* ſic integre manet, *Mecum*, *Tecum*, *Cumprimis*: quod verbum qui diviſere, ut duo facerent, paucæ fuere lectionis, ait Scal. neque meminere etiam dictum à veteribus, *Cumprime*. Ultima vero litera τ *Cum* nunc N, M, nunc alia eſt, nunc plane omittitur. Ut conniveo, congredior: comedo, comitium: colligo, corrigo: coorior, cooperio. Quod & In accidit, ut immuto, invenio, irrepo.

Reperio, Valla l. 5. El. c. 2. *reperire* eſt fortunæ, *invenire* conſilii. At Alexand. ab Alex. l. 1. c. 21. exemplis ab Ovid. Curt. Suetonio probat eſſe operæ, & conſilii, non fortunæ: cum ſit ductum à *re*, & *pario*, quod eſt cum labore quæro. At Etymon aliud in promtu eſt. Non enim à *pario* (neque enim *reperere* dicis, ut parere: ſed *reperire*: niſi ab antiquo *parire*. i. e. parere.) Sed à *perio*, *perior*, πειράω, πειράομαι, i. e. conor, tento. Ut ita *reperio* proprie idem ſit, quod tentando iterum deprehendo. Et ita patet diſcrimen τ *invenio* & *reperio*. *Invenio* eſt in rem venio, rem præhendo. *Reperio*, eſt iterum præhendo & quidem conando aut tentando. Quod etiam illud Ovid. è l. 11. Met.

Tu non inventa, reperta es, firmat.

Diſtincte enim poeta & quidem de induſtria, ponit illa duo verba. Iterim negari non poteſt, quod alibi & ab aliis *invenio* & *reperio* promiſcuè uſurpentur. A *perior* (cujus etiam meminit l. 4. & 8. Priſc.) oritur *periculum*, i. e. propriè experimentum, πεῖρα. Et ita differt à *periculum*, à pereo. Terentius Eun. act. 3. ſc. 2. *fac periculum*, i. e. tenta. Joſ. Scal. ad illud Auſonii, *Mylaſena pericula belli*, notat: Uſus eſt nomine *periculi* proprie. Nam *Periculum* eſt ludicrus ἀγὼν, ut ſunt eæ naumachiæ, de quibus meminit. Item Scholaſticæ exercitationes, & ſimilia. Cic. de

leg. 1. ex veteri ſcriptura: Faciunt imperite, qui in iſto *periculo*, non ut à poeta, ſed ut à teſte veritatem exigant. Intelligit enim Cicero poema ſuum de Mario, quod edidit periclitandi ingenii gratia. Hæc ille. Ab eodem *perior* eſt *experior* expertus, πειρῶμαι, πεῖραν λαμβάνω. *Opperior*, expecto, cupio periri, è regione obſervans. *Comperio* & *comperior*, ſimul perior. Paſſive dicitur *compertus*. Ut cognitum, & compertum habere, Cic. Manifeſto compertum & deprehenſum facinus, Sueton. De eo tibi compertum erat, Salluſt. Et *comperto* abſolute, i.e. cum compertum eſſet apud Tacitum & Jctos veteres. A πεῖρα eſt etiam *Empirica* quam Plin. *experimentoſam*: Iſidor. l. 4. orig c. 4. *experientiſſimam* vocat. Amplius *aperio* dicitur, ut *omitto*: quaſi *apperio*, aut ſimpliciter ab A. Quanquam de priori ita Scal. c. 34. L. L. D tranſit in P. Appono. Nam quod in *Aperio* ſublatum eſt, factum fuit licentia poetica: nam etiam *apperire* dicimus. Hebr. פָּעַר, i. e. *aperuit*.

Res. Veteres dicebant *Reſes*, quod decurtatum in *RES*: quaſi ῥῆσις, à ῥέζω. Scal. in Ceirin Virg. ----- *Ex omni injuria dicto*, notat: *dictum* hic accipitur, ut Homero ἔπος. Sic Hebræi dicunt *verbum* pro facto. Sic Latin. *Res*. Nam à ῥῆσις: & veteres dicebant *Reſes*: quod decurtatum in *Res*, ut alia. Hæc ille. Quod ſi ita: neque exſibilandum, ſi res dicatur, quaſi *Reches*, aut *Rechus*, ab Hebr. רְכוּשׁ, i. e. res, ὕπαρξις, οὐσία, quidquid eſt. Jul. Scalig. mavult ἰδαλίζω. In Th.de c.pl. *Ratum* & *ratio* idem. Hæc autem λόγος à re ſcilicet. Quod enim eſt, *res* eſt & *ratum* eſt. *Res* autem à pecore, quæ opes erant antiquorum; ῥὴν & ῥλὼ & ῥλὼν. Pro eo uſitatius nunc eſt ἄρς. Hippocr. ῥηνικὲς, i. e. ovium pelles. εὔρρηνος & εὔρρην, i. e. pulchras alens oves. Perottus *verum* facit à *ve* & *res*: & valde placet. Siquidem *veritas* eſt modus entis: *verum* id eſt, quod in re eſt & cum ipſa re convenit. Hinc Philoſophi ajunt: τὸ ὂν καὶ ἀληθὲς ἀντιστρέφει. Etiam ὄντως eſt *vere*, uti res eſt. Verba Perotti ſunt: *Verus quaſi non fictus, ſed ipſa res. Ve enim auget: ut in veſtibulum & vehemens.* Etiam à *Re* eſt *Reus*. i. e. de cujus re agitur. Cic. 2. de orat. *Reos* non

modo

modo appello eos qui arguuntur, ſed omnes, de quorum *re* diſceptatur. *Reor*, i. e. circa rem occupor, rem puto. Ut à ſatum ſatio, ita à ratum à *Ratio*, quæ rem arguit, è re ducta, & circa rem. Videatur Martin. in Lex. *Ratum*, quando res ſe ita habet, ut decet. *Irritum*, id non ratum. *Vereor*, i. e. valde *reor*, aut rem expendo. Gloſſ. Vereor, ἐντρέπομαι, ὑφορῶμαι. Quorum hoc conſonat cum poſtremo. *Veneror* eſt frequentativum, id eſt, cum ſtudio ſingulari aut crebro *Vereor*. Analogia tamen ſic vult, ut à fœnus fœneror: ſic à venus *ϐeneror*: à cultu, qui Veneri ab omnibus exhibetur. Similiter ὀπίζεσθαι ab ὦπις, Opis. Ut αἰδήμων ab αἰδέομαι: Ita *ϐerecundus*, qui veretur aliquid facere inhoneſtum. Interim *Verecundus* originem paulo habuit obſcuriorem propterea, quod abolitum verbum eſt *ϐereſcor*. Aut rectius, ut à fatum facundus: à ſitio ſititum, ſitibundus: ſic à vereor *ϐerecundus*. Ut *cundus*, ſit λῆξις. *Verecundia* eſt magna opinio reprehenſionis. Cum ve, i. e. valde *remur*, h. e. pumus ipſam rem. Congruit cum illa Ariſtotelis deſcriptione, quod ſit φόβος τις ἀδοξίας.

Rete alii trahunt, vel à raritate, vel à rapiendo, vel retinendis piſcibus. Omnibus præferam Hebr. רֶשֶׁת, i. e. rete: unde quoque *reſtis*. LXXII. Hebræum eſt δίκτυον, παγίς. *Retis* antique. *Reticulum*, inter alia etiam eſt tegmen muliebre. *Irretio*, in rete conjicio.

Rhamnus, ῥάμνος, eſt ſpina alba, ramos fert rectos & aculeos in acutæ ſpinæ modum, ut ſcribit Dioſc. l. 1. cap. 102. *Rhamnuſia*, à pago Rhamnunte in Attica regione.

Rheda, Quinct. l. 1. Inſt. c. 9. plurima Gallicè valuerunt, ut *rheda* ac *petoritum*: quorum altero Cic tamen, altero Horat utitur. *Rheda* Græcis ὄχημα τετράκυκλον. Videatur Caſaub. in c. 57. Suetonii in Julio. *Veredus*, quaſi *ϐeheredus*, à vehenda rheda. Martial. l. 12. parciùs utaris moveo rapiente *ϐeredo*. Videatur etiam Turnebus l. 18. Adv. c. 1. Joſ Scal. in Catal. *Ciſium* proprium fuit Galliæ Ciſalpinæ: ut *Petoritum* Oſcorum. *Pilentum* vero Thuſcorum Ap. Nonium dictione *Carrum*, ita legito: *Varro* αἰαὶ λιβύη: *Gallica petorita, carros, arcerras, Tuſcapilenta,* Gallo-

Gallorum etiam fuit *reda*: ſicut Britannorum *Covinnus*. Vetus Gloſſ. *Covinus*, κάῤῥιον πολεμικόν. Belgarum vero *Benna*, qua etiamnunc hodie utuntur. Quin & apud eos hodie genus carri, itemque apud Helvetios **ein Benne** vocatur. Feſtus ait, qui una in eo curru veherentur *Combennones* dictos. Etiam in eodem Lexico Latinogræco ſcriptum fuit: *Convennit*, συμβαδίζει. Perperam, pro *Combennit*. In eodem *bennarius*, σκλωάρχης.

Rhenus, nobilis ille Germaniæ fluvius, ex Alpibus oritur. Strab. l. 4. de Rheno, dicitur ὀξὺς, καὶ διὰ τοῦτο δυσγεφύρωτος. Herodiano l. 6. Rhenus & Danubius μέγιστοι ποταμοὶ ὑπ' ἄρκτῳ ῥέοντες. Virgilio 8. Æn. Rhenus eſt *bicornis*, δίκερως. Et Claudianus de Alarici victoria:

Te Cimbrica Thetis
Diviſum biſido conſumit Rhene meatu.

Latini ſcribunt per H *Rhenus*: quomodo Græci ῥῆνος. Et dicitur ἀπὸ τοῦ ῥεῖν: ſed minus appoſitè. Quis enim fluviorum non fluit & ſcaturit? Rectius à Germanico **Rein**. Hinc Scalig. H, amolitur & ſcribit *Renus*. *Neque enim* (inquit c. 45. L. L.) *Germani ei elemento apponunt flatum ullum. Leniſſimè enim ſua lingua pronunciant judicem, & annulum & equum* (**richter/ ring/ roß**) *& alia. Neque par eſt nobiliſſimæ gentis fluvium à Græculis rationem nominis accepiſſe: ſed qua nunc voce pruinam* (**reif**) *appellant, fortaſſe aquam omnem gelidam, atque inde etiam Renum nominarint*. Sed quare *Renus* à *Rein* dicitur? Vel quia *puram* præ aliis vehit undam, κατ' ἐξοχήν. Vel quia olim arbiter quaſique vindex *puritatis* conjungii habebatur. Ea propter in epigrammate 1. Anthol. *Renus* vocatur ἐλεγχίγαμος. Et ποταμὸς ζηλήμων, i. e. *fluvius zelota*. Nonno ῥῆνος ἴβηρ. quod videtur deflexum è Germ. *Iver*, *Eiver*: & alibi **Jſer/ Eifer** κατ' ἀντίστοιχον: h. e. quia ſit *zeli* maritalis adminiſter. Hinc Nonnus l. 23. ita deſcribit:

Ῥῆνος ἴβηρ βρεφίεσσι κορύσσεται· ἀλλὰ δικάζων,
Καὶ κρυφίων ὠδῖνα διακρίζων τοκετοῖο,
Κτείνει ξεῖνα γένεθλα ----
Rhenus iber, contra infantes armatur: ſed ut judex,

Et

Digitized by Google

Et occultum partum diſcernens generationis,
Occidit peregrinas proles. -----

Quod etiam l. 46. repetit. Et Claudian. l. 3. in Ruffin.

Et quos naſcentes explorat gurgite Renus.

Quippe ſolebant Celtæ liberos recens editos Reno committere: qui, ſi innatarent, genuini: ſi abriperentur aut ſubſiderent, ſpurii cenſebantur. Euſtath. in Dionyſ. Alexandr. οὗτος ὁ Κελτικὸς Ῥῆνός ἐστιν, ὁ λεγόμενος τὰ νόθα τῶν γνησίων διελέγχειν γεννήματα, οἷα τὰ μὲν ὑπανέχων τὰ γνήσια, τὰ δὲ μὴ τοιαῦτα διδοὺς βυθῷ λήθης καὶ ὕδατος, i. e. *hic Celticus Renus eſt, qui dicitur fœtus ſpurios à legitimis diſcernere: nam legitimos ſuſtinet, ſpurios verò tradit fundo oblivionis & aquæ.* Idem etiam exponit Julian. Cæſar in epiſt. ad Maximum: Hadr. Jun. in Batav. c. 8. & alii.

Rica, ῥίκος, ῥεῖκος, *ricinium*, ap. Joſ. Scal. & Fr. Hotomann. in comment. Leg. 12. tab. Heſych ῥίκος, ζῶμα, ζώνη. *Rici dipna*, in Juven. à *rica* & δεῖπνον. Veſtes cœnatoriæ: Plin. *triclinaria.*

Ricinus, ap. Varr. l. 2. rei ruſt. c. 9. & Colum. l. 7. c. 13. eſt genus vermis, qui canum boumque aures acerrime infeſtat. Quaſi *oricinus*: ab auris, *oris*, unde *oricilla.* Vel παρὰ τὸ ῥαίειν κύνα: quia lædit corrumpitque canem. Græce κρότων: etiam à canum infeſtatione κυνοραιστὴς dicitur. Gloſſ. *Riginus* κρότων, φθείρ. Suid. κροτῶνας κυνείων φθειρῶν. Ab hujus beſtiolæ ſimilitudine appellata eſt, ut volunt, arbor illa *Ricinus* quam Græci & Ægyptii *Kiki*, Germani **Wunder-Baum** / & **Kreutz-Baum** vocant. Matthiol. in l. 4. Dioſc. c. 158. Ricinum, inquit, vocavere Latini plantam, quæ Græcis *κίκι* dicitur, à ſimilitudine, quam ejus ſemen habet cum ricino livido ac fœdo animali, quod canibus, bubus, capris, aliiſque quadrupedibus adhæret: neque prius decidit, quam plenius ſanguine ſaginatum. Herodotus lib. 2. Euterpe: Ægyptii qui paluſtria accolunt, unguento utuntur ex fructu σιλλικυπρίων, quod appellant Ægyptii κίκι. Ricinus Arabib. Syris, & Mauritanis eſt *kerva*, ſeu *keroa*, & cum articulo *el* ſeu *al*, *Elkeroa* & *Alkerva*, ut ap. Avicenn. Serapionem, Raſin & âlios videre eſt. Atque hanc illam

illam arborem eſſe, quæ umbram proph. Jonæ cap. 4. contra æſtum ſolis præbuerit, ſunt qui planè affirment. In Hebr. קִיקָיוֹן, *kikaion*, quam vocem Chaldæus quoque retinet. Sed LXXII. interpretes κολοκύνθην vertunt. Ex eo quidam *Colocynthin*: alii *cucurbitam* reddunt. Vet. verſio *hederam*: ut & Aquila, & Hieron. Epiſt. 88. & 89. nec non in commentario in c. 4. Jonæ. Et ſcribit Auguſt. ep. 19. ad Hieron. Unde illud ap. Jonam virgultum, ſi in Hebræo nec hedera eſt; nec cucurbita, ſed neſcio quid aliud, quod trunco ſuo innixum, nullis ſuſtentandum adminiculis erigatur, mallem jam in omnibus Latinis cucurbitam legi. Non enim fruſtra hoc puto LXXII. poſuiſſe, niſi quia & huic ſimile ſciebant. Hæc ille. Sed Hebræum *kikaion* reddi potius oportere per ricinum, cauſæ movent non contemnendæ. 1. Narrationi apud Prophetam, ut & voci Hebraicæ, neque cucurbita, neque hedera congruit: ut fatebatur modo Auguſt. Nec non Hieron. Hoc ego verbum, inquit, de verbo ediſſerens, Si *kikaion* transferre voluiſſem, nullus intelligeret: Si cucurbitam, id dicerem, quod in Hebræo non habetur: hederam poſui, ut cæteris interpretibus conſentirem. 2. *Kikaion* Arabice vocatur *Alkeroa*: ut teſtatur Rabbi Samuel, citante Pagnino in linguæ ſanctæ theſauro. Jam *keroa* & *Alkeroa* eſt ricinus, conſentiente omnium calculo. 3. Akkaion haut dubie decurtatum eſt *kiki* κίκι. quod Ægyptiis & aliis eſt ricinus. Et, qui ſcio ab Hebræis multa in Latium migraſſe, divinare auſim, ex *kikaion* factum eſſe *kikinon*, & inde *Ricinum*. Latinosque ex ignorantia etymon Latinum quæſiſſe; ut & alibi fecerunt. 4. Ricinus eſt πλατόφυλλος, foliisque Platani, ut ait Dioſc. Talis etiam arbor illa Jonæ, ut quæ amplitudine foliorum umbram induxit. 5. Riciuus cito excreſcit. Etiam arbor illa Jonæ una nocte exſtitit. 6. Omnia, quæ Hieronymus ad *kikaion* deſcribendum affert, etiam optime Ricinio competunt. Quod & Arias Mont. in Jonam evidenter oſtendit. In Hebræo, inquit Hieron. volumine *kikaion* ſcriptum habetur, quam vulgo Syri *Elkeroa* vocant. Eſt autem *kikaion* genus virgulti, lata habens folia, in modum pam-

Digitized by Google

pini, cumque plantatum fuerit, cito conſurgit in arbuſculam, abſque ullis calamorum & haſtilium adminiculis, quibus & cucurbitæ & hederæ indigent, ſuo trunco ſuſtinens. *Hæc ille.* Quæ omnia quam rectiſſime Ricino conveniant, ipſa αὐτοψία teſtatur. 7. Sed & verba Tremell. ac Junii audiamus: Hebræam, inquit, vocem quam varie torſerint interpretes, nihil attinet dicere. Nos eum ex linguar. affinium comparatione, tum vero ex iis rebus, quæ hoc loco dicuntur, judicamus eſſe crotona ſive trix, in quam Latini Ricinum à ſimilitudine ſeminis appellavere: quod ſemen Hebræi in libris ſuis & Ægyptiis (ap. quos frutex eſt frequentiſſ.) appellant *kiki:* unde factum eſt. ut oleum ex eo ſemine Græcis & Latinis *Cicinum* extera voce nuncupetur: quemadmodum *Lirinum* extera voce appellatur *ſuſinum*. Hæc ille.

Rigeo, durus ſum præ frigore. *Rigidus,* durus præ frigore, ἀκαμπὴς, σκληρὸς, ἰσχυρὸς. Ut à caleo calor: ſic à rigeo *Rigor,* i. e. frigus & durities proprie ex frigore. Hoc enim ῥῖγος: ῥιγέω eſt rigeo, horreo. Maro exprimit: *Frigidus horror* membra quatit. רָגַע, i. e. riguit, rigidus fuit. Feſt. *rigidum* & præter modum frigidum ſignificat, & durum. Per appoſitionem τοῦ F. fit *frigeo, frigus.* Niſi aliquis forte traxerit à φρίκη, φρίττω: quæ de mari & de horrore dicuntur. *Fringilla* quaſi *frigilla* à frigore: quod frigore cantet, & vigeat: unde *frigutire* ap. Feſt. *Frigutire* eſt cum ſono ſubſilire, inquit Nonius c. 4. *Frigutire* dicitur ſubtiliter adgarrire, inquit Placiades. *Apricum* & *africum,* à φρίκης, i. e. ſine horrore, ἡλιαζόμενον, εὐήλιον. *Aprici ſenes,* Perſ. Sat. 5. quos Lucill. *paſſos* ſenes vocat, teſte Joſ. Scal. quomodo Græci hominem exſuccum, ἀσταφίδα appellant, qui autori Phallicorum eſt *κύσις aridior*. Auſon. in Moſell. Mulcentem curat, Seniique *aprica* foventem.

Materiæ commendet honos ——

Apricatio ſenili ætati convenientiſſima & gratiſſima, ut tangit Cic. de Seneɛt. Ab *apricum* nonnullis Africa dicta, regio torrida. Aliis vero rectius ab *Apher,* nepote Abrahami: cujus rei teſtes producit Hieronymus Ale-

xandrum Polyiſtorem, & Cleodemum. Afer, unde etiam *vafer,* quaſi *ve afer,* i. e. callidus, ingenioſus. Tales enim in illa regione. Ap. Jul. Firmic. l. 1. Math. c. 1. *Afri ſubdoli* vocantur. Et Sidon. l. 9. ep. 15. conjungit: *Afer vaferq; Dumnulus politius.* עָפָר, i. e. pulvis: verbum è עָפַר, i. e. ſparſit pulverem. Quo & ipſo calor aut ſiccitas illius oræ deſignatur. Pulvis enim comitari ſolet æſtum. Ap. Virg.

Æſtas pulverulenta: 1. Georg.

Et poſt: hiberno lætiſſima *pulvere* farra, i. e. æſtu aut ſiccitate. *Africa* Ieſ. 66. in Hebr. dicitur *Pul,* i. e. caſus, ruina, vel etiam *faba.* Eadem Nah. c. 3. vocatur in Hebr. *Put,* i. e. craſſa, pinguis. LXXII. tanquam appellativum tranſtulere: *καὶ οὐκ ἔστι πέρας τῆς φυγῆς σου,* & non eſt finis *fugæ* tuæ. Vet. Latina ponit, *Africa.* Alii *Putai.* Phutiel eſt Africa Dei, φουτιήλ: nomen viri Exod. 6. Item *Phutiphar* πετεφρῆ, Africæ taurus: aut ex Syro & Hebr. ſaginatus taurus, vel pinguedinis fructificatio, Gen. 37.

Rimari, eſt quærere valde, ut in rimis quoque, ait Feſt. *Rima,* ῥῆγμα, i. e. fiſſura: à ῥήσσω. Unde etiam Germ. **Rieß**

Rixor, ῥάσσω. S. geminum vertitur in X. ut Ulyſſes, Ulyxes. Ῥάξις, σύῤῥαξις eſt concertatio, conflictus. Aut pari mutatione ab ἐρίζω, per aphæreſin: ſicut ἀράσσω, ῥάσσω. Ab הָרַס, *haras,* deſtruxit, laceravit. Aut רָעַץ, *raaz,* i. e. diſrupit vehementer: unde & ῥήσσω, ῥῆξις. Perottus putat *Rixam* eſſe nomen factitium à *ringendo.* Quid multis? Optima etyma jam allata ſunt.

Robur quid proprie ſit, merito quæſitum à multis. In Cic. &, de arbore glandifera, & de viribus uſurpatum extat. 2. de divin. *quis robur illud cecidit, dolavit, inſcripſit?* Pro Roſc. Amer. *ſi jam ſatis ætatis ac roboris haberet.* Quidam (inter quos Lambin.) ad quercum reſtringunt, quaſi de ea ἰδιαίτατα dicatur. Ei vero ineſt proprie durities. Poſtea dicitur *robur,* κατ' ἐξοχὴν & μετὰ μεταφορᾶς. Quia lignum maxime denſum & durabile. Lucret. lib. 1.

Robo-

Digitized by Google

Robore cum ſaxi frangentur ———
Lib. 1. ———*Duri robora ferri.*
Virg. 7. Æn. imitatus: ———*Robora ferri.*
In Carm. Priap. quod Ovid. aſcribunt
——— *Nodoſæ robora clavæ.*

Jam eſto hic *robur* idem cum quercu, ſententia Lambini. An non *ſpecies de ſpecie* dicetur? Quod ἀδιώαϑον. Eſto etiam metaphoricum: & à quercu. Sed quod exemplo? Nuſpiam tale invenies. Vere Serv. omne quod forte eſt, *robur* vocatur. Et origo monet: ἀπὸ τῆς ῥώμης, aut à ῥώω: unde ῥωννύω, ῥώννυμι, i. e. roboro, firmo. Nec minoris momenti eſt Hebr. רֹהַב, robur, vires. Agell. l. 2. c. 20. Vivaria aliis dicta ſunt etiam *Roboraria* à tabulis roboreis, quibus ſepta eſſent. A ῥώμη eſt etiam *Roma* & Romulus quaſi ῥωμαλέος: Plutarch. in Romul. Plin. l. 15. c. 18. Ob fortitudinem, & robor, quod Romani ſolum in oculis ferebant. Unde Roma *Valentia* olim ap. Solin. c. 2. & Feſt. Apoc. 18. 10. ἡ πόλις ἡ ἰσχυρά. Scalig. c. 45. L. L. quidam minus ſapienter etiam *Romam* aſpirant, cum tamen Romani ipſi de ſuo R. omnem exemerint uſum aſpirationis. Videatur Feſtus & in eum Scal.

Virgil. 1. Æneid.

Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet
Mœnia, Romanosq; ſuo de nomine dicet.

Roma Hebræis eſt celſa, ſublimis, regia. 1. Æn.
Altæ mœnia Romæ ——— Idem eclog. 1.
Hæc tantum alias inter caput extulit urbes.
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Hieron. l. 2. adv. Jov. Jovin. Urbs potens, urbs domina, urbs Apoſtoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum. *Roma* aut fortitudinis nomen ap. Græcos eſt: aut ſublimitatis ap. Hebr. A Rad. רום, i. e. exaltatus fuit, elevatus eſt. רום altitudo. Unde quoq; רָמָה, *Ramah*, etiam nomē loci ab altitudine. אַרְמוֹן, eſt palatium, domus regia, munita: unde ἔρυμα, ἐρυμνόν: vulgo ab ἐρύω. Roma peculiariter dicitur *ſepticollis*: à ſeptem

collibus. Plutarcho ἑπτάλοφος: Statio *Septemgemina.* Horat. in carm. Secul:

Diis, quibus ſeptem placuere colles.

Virgil. 6. Æn.

Septemque una, ſibi muro circumdedit arces.

Tertullian. Apolog. contra Gent. c. 35. Romanos vocat *ſeptem collium plebem.* Apol. 17. 9. αἱ ἑπτὰ κεφαλαὶ ὄρη εἰσιν ἑπτά.

Rodolphus. Ex vicinitate gentium, itemque commiſtione factum eſt, ut non modo res, ſed etiam verba invicem fuerint commutata, & communicata. Quod nemo negat niſi cerebrum geſtet in calcaneo. Quot ab Hebræis ad Pœnos? Ex Virgil. ex Plauto diſces: ſi non aliunde. Quid Latini Græcis debeant: quid hi etiam Hebræis, publice notum. Ita è noſtra Germania non pauca in Latinor uſum tralata, ſervata origine, tantum mutatis veſtibus. Induerunt enim togam, ſuumq; habitum depoſuerunt. Ita *Rodolphus* eſt, qui conſilio & auxilio viget. **Roth** enim quibusdam per O effertur. *Lodolphus* & *Ludolphus,* ab eodem auxilio, nec ſolo, ſed *hominum,* Itaque fere erit quod *Alexander.* **Leute** pro quo Belgæ Lude. Lipſ. l. 1. poliorc. dial. 2. *Leodes* populi ſunt priſca noſtra dialecto: è quo fecimus deinde *Luyden* & *Lieden* Gregor. Turonenſis: *Ille à Leodibus ſuis defenſatus eſt.* Et leviter mutata litera *Leudi.* Aimoinus: *Omnes Leudi bonitatem ejus cernentes, vehementer amaverunt.* Et ab hac ſtirpe illa ſunt crebra nomina, *Leodovicus:* quaſi dicas refugium & aſylum populi. Item *Leodolphus, auxilium populi* ominatur & notat: alias *Leudulphus, Lodolfus, Luithulfus, Ludolfus.* Hæc ille. *Landolphus,* auxilium regionis, aut provinciæ. *Arnulfus* (& priora per F ſcribi poterant, vigore originis) qui honeſta juvat. Sicut *Arnoldus,* qui honeſtis favet, **Ehrenhold.** *Arionoldus, Arnold:* qui decus honeſtatis amat. Perpetuo (inquit M. Luther.) Latini A ſcribunt & pronunciant, ubi Germani E vel Æ habent. *Minulfus* meum auxilium. Saxonice **Min** pro **Mein.** *Adolphus,* quaſi Nobile auxilium. Luther. Eſt valde (inquit) depravatum: **hatt hülff** dici debet

Digitized by Google

debet. Sic Latini regem Longobardorum *Athülſum* vocant. Eſt enim *Hatto* ſeu *Hetto* pater; ita, **Hatthülff** eſt pater auxilians vel ſalvans. Unde adhuc hodie in Haſſia pueri appellant patres ſuos *Hatto*. A Italicò ſeu E craſſo & diphthongato. Et credo *Chattos*, quos nunc *Heſſos* vocamus, priſco vocabulo *Hattos*, i. e. patres & *Hattiam*, patriam appellatam eſſe. Ab eodem **Hülff** fit etiam *Gangolfus*, vel *Gandolfus*: à **gang** & **hülff**: id eſt, cui bene procedit auxilium. Inverſum **hülffgang**: unde **Wolffgang** tandem factum eſt, ait Luther. Poſſit etiam derivari, quaſi **Wolgang**/ i. e. homo bonæ fortunæ aut proceſſus. Aventino eſt *Lupi inceſſus via*, **Wolf-gang**. Sicuti eidem *Bolphard*, eſt fortis, ut lupus. *Alphonſus*, vel *Alfonſus*, quaſi **helff uns**/ id eſt, auxilium noſtrum. *Arioviſtus*, aut *Arioniſtus*, **Ehrnveſt**: ſicut & *Erneſtus*, aut quaſi ſeverus, **Ernſt**. Aventinus ita etiam diſtinguit: *Arioniſtus*, Ernſt: ſignificat *Severum*. In antiquis exemplarib. *Arnuſtum* lego. Erneſtum vulgo appellant. *Arioviſtus* **Ehrnveſt**: pertinax decoris ac honeſtatis conſtans. Hæc ille. *Lotharius*, **Ludherr**/ i. e. dominus populi, & hominum. Inde eſt *Lotharingia*, i. e. *Ludheri*, provincia. *Faſtrada* uxor Caroli M. quaſi **Beſtrat**/ *Ariſtobula*, optimo pollens conſilio.

Rogo propriè eſt peto, habere cupiens. Sen. l. 2. de benef. c. 2. *Moleſtum verbum eſt, oneroſum, & demiſſo vultu dicendum*, Rogo. Oritur à Syr. רג, *rag*, quod eſt concupiſcere & valde expetere. Etiam ערג *arag*, Hebræis eſt appetere & deſiderare. Heſych. ῥογῶ ὀργῶ, ὁρμάζει ἢ ὀρμάζει. Quod etiam ad dictam refertur originem. Poſtea verbum hoc *rogo* & inde ducta aliò, facili metaphora, tralata videmus ap. Agell. l. 10. c. 20. Briſſon. de verbis quæ ad jus pertinent, & alios. Perott. à *rogo* etiam facit *rogus*. Quare autem? quia in *rogo* (lignorum ſtrue) dii manes *rogantur*. Ratio non improbabilis. Si Græcum mavelis: *rogus* erit à ῥωγή, i. e. fiſſura. Quod ſi ſtrues è ῥαγεῖσιν ἢ σχισθεῖσιν, id eſt, *fiſſis* lignis. Quomodo Abraham *fiſſis* lignis imponit Iſaacum

 Gen.

Gen. 22. 3. 6. Et Hebr. רגע eſt findi. Sed & Hebr. רעה eſt depaſcere ac deſtruere. Quia *rogus* ad depaſcendum ac deſtruendum cadaver ſtruitur. Etyma illa eodem ferme alludunt. In Gloſſ. Cyril. eſt *Rogus* ῥωγίον. Aliter, & melius quidem Græci ſcribunt ῥογός. Idque à Latinis illi tranſtulerunt: uti in Lex. Græco-barb. etiam notat Joh. Meurſ.

Romphæa, ῥομφαία. Etymologicum à ῥέπω cenſet fieri: ῥοπὴ ῥοπαία ϗ ῥομφαία. Sed vide tu mihi utriusque ſignificatum. Ῥοπὴ eſt propenſio, inclinatino: ut ῥέπω propendeo. vergo. Ῥομφαία genus teli eſt Thracæ nationis, ait Agell. l. 10. c. 25. poſitumque hoc vocabulum in Q. Ennii Annal. 14. Liv. l. 1. romphæa eſt ingentis longitudinis. Euſtath. exponit per ἐπίσπαστρον. Heſych. ῥομφαία ἐράκιον, ἀμυντήριον, μάχαιρα, ξίφος ἢ ἀκόντιον μακρόν. Ubi pro ἐράκιον legatur Θράκιον: etiam ex dicto Livii & Agellii loco. Proprie ergo romphæa eſt haſta, aut lancea: ſicut & *framea*, ap. Prudent. Pſychom. Utraque vox ab Heb potius רמח. Si appendix Græca ſubjicitur, fit inde ῥομφαία: & facilius *framea*, ſi F tantum præponitur: Auguſt. in Pſ. 149. *Framea* appellatur, quam vulgo *Spatham* dicunt. Sunt enim gladii ex utraque parte acuti: ipſi ſunt macheræ: ipſæ frameæ etiam Spathæ appellantur. Aliis *framea* German. videtur, 𝔭𝔣𝔯𝔦𝔢𝔪. Geſner. in Mithrid. Frameæ, tanquam Germanici vocabuli Tacitus in libell. de moribus Germanor. meminit: Rari, *inquit*, gladiis aut majorib. lanceis utuntur: haſtas, vel ipſorum vocabulo, *frameas* gerunt anguſto & brevi ferro, ſed ita acri & ad uſum habili, ut eodem telo prout ratio poſcit, vel comminus vel eminus pugnent; & eques quidem ſcuto *frameaque* contentus eſt: pedites & miſſilia ſpargunt. Cæterum quænam hujus teli forma fuerit, aut quomodo hodie nominetur, non ſatis conſtat. Conjiciunt aliqui ſtilum ferreum, qui in eandem vaginam peculiari loculo cum cultellis inſerti ſolet; quem vulgo vocant 𝔢𝔦𝔫 𝔓𝔣𝔯𝔦𝔢𝔪 / à *framea*, cujus formam referat (magnitudine tantum differat) ſic nominari. Solent autem inferiores Germani p

ante

ante f ab initiis dictionum omittere. Nam pro Pfaff/dicunt Paff. Sic *pſramea* dictum fuerit *framea:* ſeu forte cum capulo & ferro oblongo (brevi tamen ſi ad gladiũ conferas) *dolo* nimirum (vel *dolcho* ut vulgo vocant) oblongus, non lato, ſed anguſto ferro. Hæc Geſnerus. Ubi etiam Phil. Cluver. l. 1. Germ. antiq. c. 44. legi convenit.

Ros, ῥόος, à ῥέω: ſicut δρόσος. & ἕρση, παρὰ τὸ ἄρσαι, quaſi ἄρση. Doricum eſt πρὼξ à πρωΐ: quia mane decidit. Et quia plantas mirifice quaſi lactat, dicitur Ros ἀεξίφυτος, ζωογόνος, ζείδωρος. *Roridus* δροσερός. Inde eſt δρουσίλλα, *Druſilla*, i. e. rore conſperſa. Act. 24. Ab eodem ῥέω, ῥύω eſt *Ribus:* uti ῥύαξ à ῥύω: & ῥέος à ῥέω. Et iterum, ut à murus muralis, à fatum fatalis: ſic à rivus rīvalis, id eſt, proprie ad rivum pertinens. *Rivales*, qui eundem rivum habent communem. Agell. l. 13. Vulgo *Rivales* ſunt ἀντιρρεταί. Ulp. l. 70. ad edict. *Ribus* eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat, cui nomen eſt ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. Ab illo etiam ῥέω, ῥόω, ῥυέω eſt *Rigo*, h. e. madefacio & humecto. Etiam aſſonat βρέχω. Ut à paſco paſcuus, ita à rigo *riguus*, qui irrigatur. Aut ab Hebr. Etenim רִי eſt irrigatio. רָוָה rigatus eſt. Aut à רִיר i. e. fluxit, roravit. Item *Ren* à perpetuo fluore, quo madent, ſeroſi humoris. Apud Hebr. *Renibus* tribuitur ſedes voluntatis & cupiditatum. Prov. 23. 16. Pſal. 51. 8. *Rhea*, quia abundet rebus omnibus quam in Decad. 1. l. 1. Liv. & de Nat. deor. Phurnutus deſcribit. *Reſina*, ῥητίνη & ῥηξίνη. Ex quib. facilis conjectura fit, quod prima, & ſecunda producatur: quod docuit Taubm. Poeta ſeculi noſtri princeps, in peculiari epigr. Martial. l. 3. epig. 74. *Reſinata* bibis vina, Falerna fugis. Et l. 12. epig. 31. Ne plena turpi matris olla *reſina* eſt. Eſt enim Scazon. Scal. in Teret. Tus, *reſina*, ſiler, vitrum, jentacula, ſulfur. Juvenal. Sat. 8. quid *reſinata* juventus. Sed objicitur è Mart. l. 3. epig. 67.

Vaterno reſinaque pigriores.

Reſpondet Gruter. *Raſina* legi oportere: ut quæ ſint duo nomina rivulorum, per quos navigabat Martialis. Alii aliter legunt, uti ap. Marth. Rader. videre licet. Sed Gruteriana correctio, ut quæ & MSS. Palatin. & ipſorum συνεπεία verſuum ſubnititur, hic palmam obtinet.

Roſa, mutato genere, à ῥόδον. Neque id inſolens, aut mirum. Ita *Metreta* à μετρητής: *Margarita* à μαργαρίτης. Quanquam *Camerar.* ὁ μαργαρίτης & ἡ μαργαρῖτις præſtet. Roſeus color, a principe florum, ut ait Sal. Exer. 325. Ῥόδον vero a ῥέω & ὀδμή: quia roſæ odor præſtabilis, quaſi influit naribus. Plutarch. lib. 3. c. 1. *Rhododaphne,* ῥοδοδάφνη: quam Apul. l. 4. vocat *roſam lauream.* Eſt enim lauri ſpecies & flores habet rubentes, ut roſæ. Plin. l. 16. c. 20.

Rotundus a *rota*: ut à vereor verecundus, à ſitio ſitibundus, a gemo gemibundus: ita à rota, aut à verbo roto, *rotundus.* Quomodo etiam à τροχός τροχόεις & τροχοειδής dicitur. *Rota,* non à ῥέω torqueatur, inepto quorundam judicio. Plane Hebr. eſt. רָטָה *ratah,* eſt rotavit, rotam giravit. Vel יָרַט, declinavit, rotavit. *Rotæ fervidæ,* Horat. l. 1. od. 1. ſcilicet à nimio motu, qui calefacit: ut celeritas ita ſignificetur. Catull. carm. 65.

Flammea prævertet celeris veſtigia cervæ.

Qui verſus bene convenit Aſahel 2. Sam. 2. Flammeus ergo motus, aut curſus ſit rapidiſſimus; qui aërem faciat igneſcere. Dico aerem, qui intercedit duo corpora ἐπιπολαιοτέρων, eaque duriora. *Rotundum* Græc. eſt σφαιρικὸν, σφαιροειδὲς à *ſphæra.* Item ϛρογγύλον eſt rotundum, teres, quod ad figuram cyclicam accedit. Opponitur ei non ſolum τὸ μακρὸν, uti putaruut: ſed etiam quidquid alterius figuræ, ſive trigonum, ſive quadratum, ſive etiam μακρὸν. Gloſſar. ϛρογγύλος globoſus. rotundus, teres, ϛρογγυλίζω conrotundo, rotundo. Atque de voce hac multa monet inſignis æque Theol. & philol. Chriſtophor. Pelarg. ut & Dan. Candidus. Occaſionem præbuit illud ex Ancorato Epiphanii Græci in

Cypro

Digitized by Google

Cypro epiſcopi: τὸ μὲν γὰρ ἐστι στρογγυλοειδὲς καὶ ἀναίσθητον, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν. Epiphan. *inquit Pelarg.* graviſſ. autor, ſua jam ætate στρογγυλοειδῆ panem, h. e. teretem & rotundum fuiſſe teſtatur in Ancorato: quem minorem potius & orbicularem, quam oblongum & latum fuiſſe στρογγυλότης ipſa è Lexicis docebit. Theſſ. 12. de fract. pan. euchar. Sed diſtingui exiſtimo oportere (ſalvo alior. ſenſu) inter figuram ipſam, & inter figuræ quantitatem, ſive quantitatem corporis, cui figura illa inſit. Jam vero ſi autores Græci intentius conferantur, ἡ στρογγυλότης non ingeret etiam quantitatem, ſive ea major, ſive minor, ſive minima ſit: Sed notat rotundam ac globoſam figuram, ſive quæ ab hac non longe abeſt, ut cylindri, rapi: de quantocunque etiam corpore efferatur, ut corpus humanum, navis, rapum, grando. Nec firmum aliquid eruitur. Τὸ στρογγύλον opponitur μακρῷ, dictante Lexico. Ergo ſignificat etiam minus, vel parvum, tenue ac planum, ſed tamen figura orbis aut numi. Non enim quam magnum, quam tenue ac craſſum aliquid ſit, innuit Lexicon: Sed τὸ στρογγύλον ut figuram, cum alia figura, ſcilicet in longum protenſa, comparat.

Rubus à rubore foliorum atque fructuum. *Rubeta*, quia ſub *rubis* degit, & in vepribus vivit, ut ait Plin. l. 32. c. 6. *Ruber*, ut & *Rutilus* flectitur παρὰ τὴν ῥοήν, ut inquit Scal. Ex. 325. ſ. 13. *Ruber* παρὰ τὴν ῥοήν, habet comites aut ſucceſſores, quos dicemus. A corticibus punici mali nomen, vel etiam à granis, ſi hoc mavis. Itaque ab immaturis, etiam *balauſtinus*. *Flavus* vero à flamma, quam imitatur: Ex. 325. ſ. 12. Ap. Hebr. eſt בּוֹשׁ, erubuit, pudefactus eſt. Ex eo *Rubos*, *rubor* per augmentum ab initio, tam facile traduxeris, quàm à Græco. A rubeo fit *rubeſco* & *erubeſco*: ut Græc. ἐρυθιάω & ἐρυθριάω, ab ἐρυθρός. *Rubellio*, avis à rubro pectoris colore in Hadr. Jun. At Gaza ἐριθακόν vertit *Rubeculam*: quæ etiam à Græcis ἐριθεὺς & ἐρίθυλος eadem de cauſa dicitur. Ut à prurio *prurigo*: ita à rubeo *rubigo*, hoc eſt, vitium ferri, cui allapſus humor *rubeſcit*. Quomodo ἐρυσίβη ab ἐρεύθειν: &

roſt à ruſſo, dicitur. Ut ita Iſid. inique *rubigo* à *rodendo* torqueat l. 16. orig. c. 20. *Rubigo* & *robigo*, vicinia literarum ſolita uſurpatur. *Robigus* ap. Romanos, quem invocabant contra *rubiginem*, Varr. l. 1. de Re ruſt. Inde amplius *Robigalia* & *Rubigalia*, feſtum, quo ſacrificabant *Robigo*, ne *rubigo* occupet ſegetes, Varr. l. 5. L. L. Plin. l. 18. c. 29. *Rubrica* proprie terra rubricoloris: deinde lapis ruber, quo aliquid ſignatur. Perſ. Sat. 1. *Scit tendere verſum. Non ſecus ac ſi oculo rubricam dirigat uno.* Ap. eundem Sat. 5. eſt *Maſuri rubrica:* h. e. lex: quia veteres initia legum *minio* & ſimili *rubrica* ſolebant notare. Unde Juven. Sat. 4. *rubras majorum leges* nominat. Ovid. 1. Triſt. *Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.* Videatur Turn. l. 4. Adv. c. 5. Differentia inter *ruber, rubeus, rubidus, rubicundus*. *Ruber* eſt color per ſe ac nativus & ſimplex. *Rubeus* vel etiam *robeus*, qui ex rubro miſtus, aut qui rubrum imitatur: qualis in melle & in moris matureſcentibus. Talia ſunt & hæc nomina ſanguineus, roſeus, igneus, luteus, lacteus, niveus, aqueus, marmoreus & alia, quæ illas res, à quib. denominata, colore imitantur. Varr. 2. de re ruſt. Colore potiſſimum nigro, dein rubeo. Vet. inſcriptio. *Omnibus annis vitulo robeo & verre.* *Rubidus* eſt ruffus, nigrore multo infuſcatus. Plaut. Exiguam buccellam *rubidi panis*. Scal. Ex. 325. ſ. 13. *Rubidus* remiſſior: *rubicundus* intenſior. Cum ſplendore *flammeus*; quoties exit è flavedine igneus *rubicundior* eſt, qui & rutilus dicitur. Hæc ille. *Rufus*, obſcure ruber. Gloſſ. rufus πυῤῥός. Tamen audiatur Agell. l. 2. c. 26.

Rumor parit verbum *adrumo, Conrumo*, id eſt, φημίζω, i. e. rumorem facio, ap. Feſt. *Rumito* ap. Næv. Origo græca. A ῥῆμα, i. e. dictum, verbum, rumor, ῥῆσις, ῥητὸν, ῥήτωρ: Lat. *Rhetor*: Cicer. in orat. eſt eloquens, ῥητορικὴ *Rhetorica*. Cic. 1. de Invent. eſt artificioſa eloquentia. Quinctil. l. 1. Inſt. c. 16: Rhetorica eſt bene dicendi ſcientia. Ap. Syros רהטרא *Rehetara*. Ab ἐῤῥημαι, ἔῤῥημαι, ῥέω eſt fluo. Metaphora ſatis appoſita. Ita Cic. eſt *flumen ingenii*: *flumen orationis*: *flumen verborum*. Juven. *torrens dicendi copia*. Et illud Homeri cui inau-

Digitized by Google

inauditum? τοῦ γὰρ ἀπὸ γλώσσης γλυκίων μέλιτος ῥέεν αὐδή. Bene quadrat illud Salomonis Prov. 16. 21. *Suavitas labiorum addit diſciplinam.* Aliis tamen hoc loco ῥίω dicitur pro ἐρέω: aliis ῥάω, ῥῶ eſt dico: & inde *Rhetor.* A παῦ & ῥῆσις eſt παῤῥησία, libertas omnia loquendi. Eph. 3. ἔχομεν παῤῥησίαν: Eraſm. vertit; *audaciam.* Malim vero circumſcribere, ut dixi. Et audacia plerumque in vitio. Quinct. in Rhetor. latine interpretatur, orationem liberam. *Rumen* eſt pars colli, aut ventriculus quaſi ejusdem. Sive à *ruma:* ſive potius ab obtuſa ſoni qualitate. *Rumigo* ap. Apul. l.6. Uſitatum *rumino:* Græcis μηρυκάζω, μηρυκάομαι, μηρύκω à μηρύω, i. e. revolvo: quia animalia dum *ruminant,* cibum ingeſtum veluti revolvunt. Ut à germen germino, à lumen illumino: Ita κατ' ἀναλογίαν à *rumen rumina.* Ut ita *rumino* ſit, cibum è ventriculo in os retraho & magis attero: uti plurib. exponit Mercur. l. 5. var. Lect. c. 13. & ſeq. Scal. in 9. Ariſt. hiſtor. de anim. c. 80. E ſtomacho, qui prope gulam eſt tanquam ſacculus, carptum primo manſu cibum, revocant quaſi per ructum, ac remanſum in ventrem dimittunt. Hæc ille. *Rumo* autem priori brevi eſt θηλάζω, ſeu mammam præbeo, lacto. *Ruma* ſeu *rumis* olim fuit idem, quod mamma; ῥύμη, ῥύμα: à fluore lactis. Inde agnus *Subrumus.* Sic in Gloſſ. Iſid. *Subrube-res* dicuntur infantes, qui adhuc ſub ubere ſunt. *Irrumo* poſtea ad obſcœnorum claſſem tranſiit. Catull. innuit Carm. 16.

Pædicabo ego vos & irrumabo,

Pædicare à παῖς, παιδικός. *Irrumo,* à ruma. Ambo ſunt verba honeſtis auribus indigna, & redolent deteſtabile flagitium.

Rumpo, ῥήσσω. Ut tago tango, cubo cumbo: ita enim *rupo rumpo* factum. i. e. frango violenter. Euſtath. ῥῆξαι τὸ βίᾳ διακόψαι τὸ συνεχές. Quod autem *rupo* etiam olim apparuerit: docet *rupi.* Etiam à *rupo rupes.* Et quidem accurrente analogia. Ut à facio facies: à fameo fames: ita à *rupo rupes,* h. e. proprie petra in ſummo *rupta* & acuta. Quomodo etiam Græcis ῥώξ &

ἀπὸ-

ἀπόῤῥωξ πέτρα deſcendit à ῥήσσω rumpo. Gloſſ. *rupes* κρημνὸς, κρημνοὶ καὶ ῥαγάδες. Illud notat aliquid κρεμάμενον, pendens: hoc autem ῥαγὲν, i.e. ruptum: A rupes *rupex:* ut in voce *petra* diximus. *Rupicapra*, αἲξ ἀγρία, quaſi dicas *rupium capra*. Martial. *pendentem ſumma capream de rupe videbis*. Ut à corrumpo *corruptus*, ab abrumpo *abruptus* dicitur; ita *præruptus* h. e. ab anteriori parte *ruptus*. Gloſſ. Philox. *prærupta* ἀπόκρημνα, ἀποῤῥαγόντα. Sed unde vero *rupo* & *rumpo?* Videtur πεποιημένον eſſe & ſequi ſonum materiæ, quæ vi quadam divellitur & ita *rumpitur*. Tale etiam eſt ῥήσσω. Quamvis idem ῥήσσω & ἀῤῥάσσω, poſſit etiam fieri à רָעַץ i. e. diſrupit. Aut à רַץ quod eſt penitus frangere. LXXII. transferunt θραύειν, θλᾶν, συνθλᾶν, συνθλίβειν. Neque tamen diſſimulo, quod Hebræa illa ſonitum quoque *rupturæ* imitentur.

Runcina ῥυγχάνη vel ῥυκάνη: ut in Epigramm. καὶ πέλεκυν ῥυκάναν τ' εὐεργέα ap. Suid. cui etiam cum Heſych. ῥυκάνην interpretatur τεκτονικὸν ἐργαλεῖον. Portus ῥυκάνας vertit inſtrumentum fabrile. *Runco*, βοτανίζω, herbas evello, quaſi *runcino*. Perott. facit à Ruo. *Averrunco* pro re ſignatiſſima vox, conflatur à præpoſitione A B. Gloſſ. *averruncat*, ἀποτέμνει. *Aberrunco*, (ita habent Gloſſ. *aberrunco*, ἀποτρέπω) poſtea, *averrunco:* B tranſeunte in V, ut in aufero: ex A B & fero. *Errunco* autem fit iterum à præpoſitione E C, ἐκ, unde poſtmodum E X: quaſi *Ecrunco*. C mutatur in primam verbi, *errunco:* ut D, in arrodo: C etiam in effodio, efficio. *Averrunco* igitur à præpoſitione duplici ortum: ut *indeprenſus*, *ineffabilis* & ſimilia: *Runcatio* (ait Scal. in Theoph.) eſt cæſio eo inſtrumento, quæ *runca* dicitur. Dumorum tantum eſt. Unde Galli ſentes, & ſenticeta *runcias* etiam nunc appellant. Ap. Plaut. Capt. a, 3. ſc. 4 eſt *deruncinatus*.

Ruo, ῥύω. *Eruo*, ἐρύω, id eſt, traho. Ab Hebr. יָרָה *jarah*, i. e. ruit, ejecit, projecit.

Virg. 1. Georg.

Inſequitur cumulosq; ruit male pinguis arenæ:

Ter-

Tertull. de anima c. 31. *Inruerat*, i. e. intulerat aut injecerat. Terent. quid ſi cœlum *ruat*? Ubi ὑπακύσπῃ Jupiter. Interdum ſine caſu expreſſe addito. Virg. 2. Æn. *Ruit alto à culmine Troja*: i. e. ſeipſam eruit, aut deſtruit. Erat enim ipſa ſui excidii cauſa. Quam innuit poeta.

Rutrum à *Rutum ruo*: ut aratrum, ab aratum, aro. *Feſt.* quod eo arena *eruitur*. Varr. l. 4. L. L. *Rutrum à ruendo.* Et revera γνικὸν eſt. Scal. in Conject. *Rutrum* ſignificat, quod Græce χερπίον. Varro: rutro caput diſplanavit. Significat & *hoſtorium*, quod Græce ῥόχανον.

Lucill. Sat. l. 9.

Frumentarius eſt, modum ſecum atque rutellum
Unum affert ———

Ruere enim eſt modio cumulum adæquare. Cic. ad Att. l. 16. De laudibus Dolobellæ deruam cumulum. Plaut. æris acervos *ruit*. Rudent. 2. 6. *Corruere* divitias. Horatius idem intellexit: ut metiretur numos, id eſt, etiamſi modiis metiretur, & rueret acervos numorum. Eſt enim proverbium: ἀργύρεον μεδίμνῳ ἀπομετρεῖν, Xenophon. A Græco ῥύω formatur quoque ῥυτὶς, ῥυτιδόω, & ῥυσόω: & Latin. *ruga, rugo, corrugo.* Cutis enim contrahitur & quaſi plicatur. Deſcribit Jerem. in lament. c. 4. 8. Concreta eſt cutis eorum cum oſſe ipſorum, aret, eſt ſimilis ligno. Etiam poteſt eſſe ruga à ῥικνὸς vel ῥοικός. Nam (ut ex Heſych. & Suida intelligitur) ῥικνὸς eſt etiam rugoſus: & convenit cum ῥοικὸν, σκολιὸν, καμπύλον, σκαμβὸν, ῥυσὸν, ῥικνόν.

Ruta. Turneb. in Varr. lib. 4. ῥύτη ab antiq. Græcis dicebatur. Quod ab Aretæo & Nicandro nomen uſurpatur. Alias ῥύσιμον. Utrumque à ῥύω, ſecundum eminentiam: quia *ruta* multa noxia *proruit* & valetudinem conſervat. Dioſc. l. 3. c. 45. Secta coronabunt *rutatos* ova lacertos, inquit Martial. l. 10. epig. 44.

S.

S*Aba*, Ptolomæo σαύη, σάβη. Arabiæ felicis urbs Ptolemæo, quæ *Sabæorum* metropolis. Inde *Sabæa meſſis*, Virg. 1. Georg. *molles ſua tura Sabæi*. Gen. 10. 7.

In

Et filii Cuſchi Seba & Chavila. Ieſ. 43. 3. *Dedi in redemtionem tui Ægyptum, Æthiopiam & Sebam.* Iterum Gen. 10. 7. *Filii Rhamæ, Scheba & Dedan.* Ezech. 27. 22. *mercatores Schebæ & Rhamæ ipſi mercabantur tecum.* Quib. de regionib. prolixe diſſerit Tremell. & Jun. in c. 10. Geſn. Differunt igitur *Scheba* & *Seba*: vel mollius *Sheba* & *Seba*. Filius Cuſchi eſt *Seba*: & nepos ejusdem Cuſchi ex Rhama eſt *Scheba*. Progenitor eſſe dicitur *Seba* eorum, qui Arabiam deſertam incolunt Ieſ. 43. 3. Atqui *Scheba* inhabitaverat regionem Auſtralem in Æthiopia 1. Reg. 10. 1. Ieſ. 10. 6. Etiam ſcriptio diſparat סָבָא & שְׁבָא. In Pſal. 72. v. 10. ambo junguntur: מַלְכֵי שְׁבָא וּסְבָא, i. e. *reges Scheba & Seba.* Hieron. in cap. 27. Ezech. *In Hebræo habet, reges Saba & Seba munura offerent tibi.* Joſeph. l. 1. Antiq. c. 7. *Cuſchus filios ſex genuit, quorum è numero Sabas Sabæorum autor fuit.* Græci *Sabam* ſuo more faciunt à σέβειν, quod mitteret thus ad ſacrificia. Atqui Guil. Stuck. contra τὸ σέβειν format à *Saba*: quod jam olim *Sabæi* exiſtimarentur εὐσεβέστατοι. Vel à זֶבַח ſacrificium, victima. Val. Schindl. in Lex. ad סָבָא refert סְבָא: quia fuerint populi voluptuarii & vino nimis dediti. Quo reſpectu Arabas Dionyſius vocat ὀλβίους & ἁβροβίους: Nonnus, ὑπερφιάλους. Arabum *beatas gazas* prædicat Horat. 1. Carm. od. 29. Thema סָבָא eſt ingurgitavit ſe, mero ſe obruit. Inde סֹבֵא potator, οἰνόφλυξ. LXXII. vertunt οἰνοφλυγεῖ Deut. 21. 20. סֹבְאִים οἰνωμένους Ezech. 23. 12. סֹבֶא eſt potus, vinum. Inde fluit Σάβος, qui Heſychio, Suidæ & aliis eſt cognomen Bacchi: Plutarcho σάββος l. 4. probl. ſymp. c. 5. Tum voces, quam res ipſa bene utrimque conveniunt. Similiter Græc. σαβοῖ fit ab Hebr. illo: ut quæ eſt vox *bacchantium* & temulentorum. Σαβάζειν eſt bacchari. Σαβάζιος Orpheo, *Sabazius*: & rurſum lenius Macrob. *Sabadius*: iterum Bacchus ap. Thraces. Etiam ab Hebr. fit *Sabaja*, ap. Ammian. l. 26. id eſt potus è frumentis coctus, qui itidem ine-

Digitized by Google

inebriat. Nec non ab eodem סָבָא certiſſime eſt noſtrū Sauffen. Juven. pro populo faciens quantum *Sauſeja* bibebat: *Sauſeia* i. e. bibacula à noſtro German. Etiam in Pandectis mentio ſit cujusdam *Sauſeji*.

Sabini dicti, ut ait Varro. Terent. quod ea gens præcipue colat deos: ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, Feſt. Et Plin. l. 2. c. 12. *Sabini*, ut quidam exiſtimavere, à religione & cultu deorum *Sebini* appellati. Bauhin. in Dioſc. notat: *Sabinam* à Sabinis dictam eſſe; in quorum regione multum naſceretur.

Sabanum, Græc. nomen eſt, inquit Iſid. l. 19. c. 25. Utitur hac voce ſæpius Th. Priſcian. med. Et Victor. l. 3. ea *Sabana* bajulabat, quibus eum dudum ſuſcipicien de fonte texerat. Utitur etiam Gregor. M. dial. 4. Si modo id ejus γνήσιον: Qui ſibi (inquit inter alia) de pedibus calceamenta abſtraheret, veſtimenta ſuſciperet, & exeunti de caloribus *Sabana* præberet. Ubi tamen alius ſuſpicatur, legi poſſe *Sabinam* herbam. Tamen in Græco: ἐξερχομένῳ δὲ αὐτῷ ἀπὸ τῶν θερμῶν τὰ σάβανα αὐτῷ ἀποδίδωσι. Heſych. σάβανα σκεπάσματα, περιβόλαια. Gloſſ. Cyr. σάβανον *Sabanum, lencium*: intellige tu *linteum*. Non eſt igitur Græca vox, uti putabat modo Iſid. licet ab Aëtio, Nic. Myrepſio, Tralliano, Hierocle & aliis inferiorum temporum uſurpata. Rabbinis סבן eſt cortex nucis. Aruch. exponit סוּבְנֵי per סדין id eſt, linteum: & סַבְנִיתָא linteum, quo ſe ſe involuit è balneo egreſſus. Et vero ab Aramæis ad alios manaſſe videtur. Etenim סאב eſt illis polluere. Undo etiam סיב ſpongia. Apitius l. 2. de re culin. *Quum cocta fuerit, ſabano calido involbes gruem.* Quæ ſcriptum ſuggerit סוה: unde eſt מַסְוֶה velamen. Etiam Gloſſ. Theotiſc. Saban / linteum. Quidquid ſit: ſive autores, qui utuntur; ſive interpretes qui explicant; ſimul luſtremus: nihil aliud *Sabanum* erit, quam linteum ad tegendum & tergendum. Videatur Cujac l. 9. Obſ. c. 1.

Sabbathum, Sabbatum, σάββατον ab Heb. שַׁבָּת *Schabbath*,

bath, quod eſt, quies, ceſſatio, pauſa. Græcis dicitur ἀνάπαυσις. Theodoreto & Gregor. Nanzianz. καταβαύσις. LXXII. interpr. eſt etiam ἑβδομον Exod. 20. 11. ἑβδομάς Lev. 23. 15. *Sabbathum eſt requies ſancta Domino.* Exod. 31. 15. LXXII. σάββατα ἀνάπαυσις ἁγία τῷ κυρίῳ. Vatabl. Sabbathum ceſſationis (ait) ad verbum Sabbathum Sabbathi, quies quietis. Schindl. vertit: *Sabbathum Sabbathuli.* Idque phraſi & emphaſi Hebræis familiari. Nomen hoc Hebr. *Schabbath*, etiam ad alias gentes migravit, ſed paululum pro indole gentium mutatum. Syris eſt שבתא & inde שבא feria. Arabes pro Sabbatho ſcribunt סבת. Æthiopibus eſt *Sanbath*: dages reſoluto in Nun. Ungaris *szombat*. Slavonibus *Sobota*: Hiſpanis *Sabado*. Germ. ſimpliciter Sabbath. Thema eſt שבת ceſſavit, quievit à motu & opere. Targum exponit per נח. LXXII. vertunt per παύεσθαι, ἀναπαύεσθαι, καταπαύεσθαι, ἡσυχάζειν, σαββατίζειν. Quare vero die Sabbathi feriari & laborum ordinaria penſa omittere debeamus: cauſa dicitur ab ipſo Domino Exod. 20. 10. 11. ut nemo poſſit melius. *Sabbatarius* per contemtum dicitur Judæus à Martiali l. 4. *Quod jejunia Sabbatariorum.* Et à Perſ. Sat. 5. *recutita Sabbata* traducuntur. Sed quid Græci de coloribus judicent?

Sabulum, ut à ſto, ſtatum, ſtabulum: à venor, venatum, venabulum: a paſco, paſtum, pabulum: ſic à *ſero, ſatum, ſabulum*, i. e. arena hinc inde ſparſa & quaſi ſeminata. Den. nutum eſt *ſabullum*: & R pro L, quod creberrimum, *ſaburrum.* Inde mutato genere *ſaburra*, non *ſuburra*, ut quidam male exarant. Martin. *ſabulum* facit à סבל onus, pondus: quia *ſabulum* ſit ponderoſa arena. Scal. in Ariſt. hiſt. de animal. l. 4. c. 10. Sabulum à ſalo, quaſi ſalabulum. In Gloſſ. Philox. eſt *Sabulum* γῆ μιλίνη, ἀμμώδης. Videtur μιλίνη, quaſi milii: quæ reſoluta in parva grana, tanquam κεγχρίδια. Eleganter ſane *ſabulum* dici poſſit *militaris* terra: ſicuti κεγχρίτιδες ἰσχάδες dicuntur caricæ, quæ in ſe continent grana ſimi-

Digitized by Google

ſimilia granis milſii. Et ſemen ficus vocatur κεγχεαμὶς. Sed & γῆ μιλία digitis friata deraſi pulveris modo crepat.

Saccus, vox à multis nationibus ijsdem elementis & ſignificatione trita. Ubi tamen clara videas indicia priſcæ ad turrim miſtonis: idem vero apud omnem populum eſſe principium τῆς διαμαρτήσεως, commune cum Adamo, quoad ὕλην: diverſum, ratione συμβεβηκότων. Unde mutatio iſta varia, diſpar terminatio, flexio, pronunciatio, & cætera, de quibus antea Græcis σάκκος Barbaris Græcis σακκὴ, ſaccus. Corona precioſa: σακκὴ σάκκος. Ducunt σάκκος à σάττω, onero, φορτίζω. Euſtath. tradit, quod non tantum τὸ πολιτικὸν σκεῦος: ſed etiam communiter dictus σάκκος, per unum κ ab Atticis prolatus ſit. *Sacculus* eſt parvus ſaccus: qui & porro *Saccellus*. Inde Græci poſterioris habent σακέλη, σακέλιον, σακκέλλη, σακέλλιον, σάκκελον, & σακκέλιον. Heſych. σακέλλη, ὅπου τὸ χρυσίον ἔκειτο. Prima origo eſt שק LXXII. Græci utique vertunt σάκκον: tantum Gen. 42. 27. μάρσιππον. Ubi Aquila ponit θύλακον. Chald. סק, *Sak*, eſt etiam ſaccus. A *ſaccus* eſt *ſaccare*, h. e. per ſaccum colare, transfundere. Græcis itidem σακκίζειν & σακκελίζειν: quod Gaza & Hermolaus auſi ſunt dicere, *Saccellare*. Gloſſ. *ſaccat* ὑλίζει. Herodoto σακκέειν eſt ὑλίζειν. In epiſt. 86. Senecæ eſt *ſaccata aqua*: uti recte legit Lipſ. Martial. epigr. l. 12. *Turbida ſolicito transfundere caccuba ſacco.* Uſitate *Vinum ſaccatum.* Οἶνος σακκίας eſt διυλισμένος, Poll. l. 6. c. 2. σακκιζόμενος Theophr. σακκὸς Eupolidi, i. e. *Vinum ſaccatum*, aut ſacco percolatum & purum. Lucret. l. 4. *ſaccatus humor corporis*, eſt urina, quaſi per tot meatus corporis percolata. Arnob. l. 2. *Saccati obſcœniſſimas ſerias.* Ex origine poſita oritur ἀσκὸς κατ᾽ ἐναλλαγὴν literarum. Item Latin. *ſagum*, i. e. veſtis militaris, ap. Non. Marcell. σάγος. Unde etiam *Sagitta*: quia inſtar ſcuti eſſet eminus hoſtem feriens. Scalig. cap. 28. L. L. σάγματα, *ſagus*, *ſagitta*. Et bene etiam Sagitta, quaſi *Segitta*, *ſecitta*, à ſeco. Ut Hebr. חצי etiam dici-

tur à ſcindendo: à חָצַץ diſcidit. Nam ſagitta rem percuſſam ſecat. Pro ſagitta dixit Virg. 7. Æn. *arundinem.* Et ita Pſal. 68. 31. eſt *caterva arundinis*, h. e. armata ſagittis, quæ fiebant ex arundinibus. *Sagena, σαγήνη*, i. e. rete: à σάγος: ut ita ſit rete quadratum & expanſum, inſtar ſagi cujusdam. Sagena, Latine *verriculum*, quod per aquam trahitur. Virg. 1. Æn. verruntque per auras. Inde *ſagax*. Teſtatur idem Scal. Ex. 252. ſ. 2. σαγήνη naſſa eſt, & σαγὶς reticulum, atque etiam pera. Qui igitur animo ſuo multa caperent, etiamnunc à Tuſcis, vetuſta apud illos voce *Saggi* nominantur. Qua ratione mentis comprehenſionem, κατάληψιν quoque legimus apud M. Tull. Ita ad animum translata ſignificatio à venatione. Etenim quorum canum odoratu uterentur ad feras veſtigandas, eos *ſagaces*, quaſi *capaces* diceres, nominabant. Nusquam memini ad alium ſenſum indicandum poſitam vocem hanc. Frequens ap. Cic. ad odoratum. *Sag* Perſice eſt canis. Cic. 1. de div. *Sagire*, ſentire acute eſt: ex quo *Sagæ*, anus, quæ multa ſcire volunt: & *ſagaces* dicti canes. Is igitur, qui *ante ſagit*, quam oblata res eſt, dicitur *præſagire*, i. e. futura ante ſentire. Ineſt igitur animis præſagitio, extrinſecus injecta, atque incluſa divinitus. Neque diſſonat Hebr. שׂכה, i. e. proſpicere, προγινώσκειν, conſiderare. Et Chald סגיא multus: ut ſagax ſit, qui multa novit & multa prævidet. De *ſaga*, ut & aliis Scal. Ex. 107. ita: *Saxum* Tuſca vox vetuſtiſſima, quod non niſi ſacrificiis adhiberetur: ſicut eadem origine *ſagmina*, *ſaga*, *ſacer*. Inter ſacrum ſaxumque ſto, proverbium eſt à victimis, nempe porcis, qui à ſacerdote ſaxo feriebantur. Unde *ferire, percutere, icire fœdus*. Legatur Liv. l. 1. Homer. Iliad. 2. ὅρκια τέμνειν: & Iliad. 3. Neque aliter loquuntur Hebræi, ut Gen. 15. 18. Deut. 29. 12. 1. Sam. 20. 16. & alibi Idem Scalig. Ex. 325. ſ. 13. *Sanguis* Latinorum, & Auruncorum priſca vox, quibus elementis alio flexu utebantur ad ea deſignanda, quæ ad religionem pertinerent. Sic *ſagmina*, *ſanctum*, *ſacrum*. A ſacrum eſt *obſe-*

Digitized by Google

Obſecrare, h. e. proprie ob *ſacra* & nobis chariſſima petere. Feſt. *Obſecrare* eſt opem à ſacris petere. *Sacrificium* dicitur, ut beneficium, h. e. ſacrum quod Deo honorando fit & offertur. *Sacrilegus*, qui ſacra legit & furatur, ἱερόσυλος. Vide plura in *Sanctus*.

Salah, סֶלָה, quid ſit aut ſignificet, video interpretes minus convenire. Et fatetur Avenarius Hebrææ peritiſſimus, ſe ex omnibus Rabbinorum commentariis non potuiſſe certam iſtius nominis ſignificationem colligere. Joh. Bondin. l. 2. c. 4. Dæm. Singulis Pſalmorum locis, ubi legitur Sæla (legitur autem ſæpiſſime) qui canebant illud, unà cum corpore attollebant vocem, ut David Kimhi Hebræis commentar. in Pſal. notat: etſi eandem vocem Chaldæus *æternitatem* exponit, Symmach. & Theodotion διάψαλμα. Abraham Aben Hezra, אָמֵן, i. e. *vere*: ut ut ſit, cantores tamen ad vocis hujus enunciationem aſſurgebant. Hæc ille. Chaldaica paraphraſis reddit *jugiter, perpetuo, ſemper.* Ut Pſ. 87. *in æternum.* Etiam vertit, *ſemper.* Ut & Hieron. qui amplius videatur in epiſt. ad Marcell. in 4. Pſal. & in c. 3. Habac. Targum in Pſ. 3. & 10. pro סֶלָה ponit לְעָלְמִין, i. e. *in ſecula.* Sed & hodie Judæis plerumque eſt, *æternum.* εἰς αἰῶνα. Ita Baſileæ habet epitaphiũ Judæis *Anima ejus ſit ligata in paradiſo amen amen amen Sela*, i. e. in ſempiternum. Aliis *Sæla* eſt idem, quod εἶα, Eja. Aliis modo enclitica particula, quæ verſum expleat. Aliis eſt nota reſpirationis. Aliis eſt idem, quod nobis aſteriſcus, aut manuſcula appicta, aut NB. Aliis eſt ſignum ἐπιφωνήματος pro *kenhu*: ita eſt, ſic eſt, certo eſt, item pro, γένοιτο, fiat, ſit ita. Tremell. & Jun. ubique αὐξητικῶς reddit. Et in 3. Pſal. Non eſt ulla ſalus iſti in Deo *Sæla.* Ad verbum, inquit, καθ' ὑπερβολὴν (ut loquitur perſæpe Paulus) i. e. *ſumme, maxime, vehementiſſime, potentiſſime, excellenter.* Sed hic locus poſtulare viſus eſt ut exponeretur, *plane*, ad majorem ſenſus evidentiam Alibi *maxime*, aut *ſumme* reddimus pro commoditate locorum. Hæc Tremell. Et hujus ſententia certe inter meliores:

ſicut & illorum, qui per τὸ *Sela* intelligunt moderationem & elevationem vocis pro melodia, quæ juxta etiam inferat majorem attentionem, & ut Vatablus ait, elevationem animi. Ambroſ. vocat *pauſationem* Spiritus S. Fit à verbo סָלַל, *ſalal,* ſententia Davidis Kimhi. Aut rectius à סָלָה, *ſalah*, i. e. ſtravit, elevavit. At διάψαλμα, quod Græci reponunt, eſt interprete Suida, μέλους ἐναλλαγή, i. e. cantus mutatio vel variatio. Auguſt. in 4. Pſ. autem exponitur diviſio, pauſa, & nota pſalmodiæ: ſicuti contra σύμψαλμα eidem eſt compoſitio ſeu continuatio pſalmodiæ.

Sæpe, pæne. Scal. c. 60. L. L. Hic facile potuit brevitatis ſyllaba contingere: quia in ipſis nominibus quoque brevis fuit. Pontan. quod *ſæpes* ſpiſſa eſſet, & denſa, dixerunt *ſæpe* pro frequenter. Malim ab Heb. שֶׁפַע, id eſt copia, frequentia. *Sæpus*, exoletum: à quo *ſæpe*, *ſæpius*. Notat frequentiam aut multitudinem. Martin. *pæne*, ut & *penes* facit à פְּנֵי facies. Nam *pæne* ſignificat diſtantiam propinquam. Re videatur Penes.

Sævum, ſævio. Perott. *ſævum* facit à σκαιὸν: extrito κ: & ait σκαιὸν eſſe *importunum*. Atqui ſi vel originem (à σκάζω) vel conſtantem autorum uſum libremus: σκαιὸς non importunus, ſed ſiniſter & ſtolidus eſt. Itaque malim *ſævio* deflectere à σείω, σεύω, σεῶ, i. e. concutio, agito. Σόος impetus: Heſych. ὁρμή. Nam *ſævus* ira alioque affectu concutitur, & alios etiam exagitat. Neque longe abit Hebr. זָעֵף, ſævus, indignabundus. A זָעַף, indignari.

Sagina, alimonia pinguefaciens. Ducitur à σάττω, quod eſt onero & infercio. Inde etiam legitur in Gloſſ. Cyrill. *Saginatus*, σεσαγμένος. Quaſi *Saginatus* ſit τροφῇ σεσαγμένος. Nam qui *ſaginat*, onerat cibo & abunde implet. Etiam ſono ac ſignificatu vicinum eſt סָגַי, quod eſt augere & implere. Plaut. moſt. 2. 1. ſc. 2. *Saginam cædite.* Turneb. l. 14. Adverſ. c. 2. Plautinum *ſaginam cædite*, eſt dapibus ſaginamini. Ita ap. Hebr. כָּרָה eſt fode-

fodere ac cædere: & inde ex cæſis epulari. Ut 2. Reg. 6. 23. *Cecidit illis cæſionem* (כֵּרָה) *magnam.* Targum: paravit eis convivium.

Sagum, eſt veſtimentum Belgis, Gallis & Hiſp. atque hos imitatis aliis uſitatum: ex aſperiore ac craſſiore lana factum: uti Tac. de morib. German. & Strab. l. 4. de Belg. teſtatur. Etiam ſagum veſtis militaris, apud Non. Marcell. Haut dubie à *σάγος*: quod ap. Polyb. Plutarch. & alios. Gloſſ. *Σάγος, ſagus.* Item *σάγη* eſt *ἱμάτιον*, ap. Suid. Virgil. ponit deminutum 8. Æn. *Virgatis lucent ſagulis.* Quod explicat in commentar. Taubman. Et Marc. Velſerus operis Bojici l. 4. Virgilius (cui nullum temere verbum excidit) Gallos Capitolii obſeſſores, cæſarie & veſtibus aureis *Sagulis* deſcripſit *Virgatis*: ſive gentis morem ſecutus, ſive picturam antiquam aliquam, utrumque potuit. At *virgata* quæ ſint, læve explicavit Grammaticus interpres. Ex Diodoro patet, fuiſſe in teſſellatam prope ſpeciem, interſtincta & coloribus variegata: ut ſi quem retium plagas & maculas pictis tabellis explere & ſolidare delectet, funiculi decuſſati virgarum vicem ſint. Sic futurarum viæ in ſegmentatis veſtimentis iſtis, quas ſi etiam auratæ lineæ ad ornatum clauderent (omne enim Gallicum nomen auro apprime delectabatur) veſtes *auro virgatæ* dictæ, quod de Chrixo Silius ſcripſit. Ab areolarum autem hoc modo, vetuſtiſſima Boicorum inſignium pars, cœruleo & candido alternata, perparum abit, quadris modice in rhombos nimirum compreſſis: cujus generis *virgato ſagulo* miles Thoracomachus, in priſco *de rebus bellicis* libro (qui notitiæ utriusque imperii ſubjunctus) ornatus viſitur. Hæc Velſ. Et bene Juſt. Lipſ. lib. 2. de Milit. Rom. c. 12. Summus dux, cui auſpicium ſive imperium: ejusque inſignia lictores cum faſcibus, atque ii paludati. Ita enim ad bellum egredi ſolent. Silius de Varr. Conſule l. 10.

Iſque ut Varronem procul inter prælia vidit,
Et juxta ſagulo circumvolitare rubenti
Lictorem, Noſco pompam atque inſignia, noſco
Flaminius modo talis, ait. ———

Lictorem facit in rubenti ſagulo ire, i. e. paludamento. Quin ipſe Dux talis. Liv. jam olim de Fabio ad Cremeram ituro, l. 3. *Conſul paludatus egrediens, in veſtibulo omnem gentem ſuam vidit.* Varr. l. 6. L. L. *Paludamenta ſunt ornamenta & inſignia militaria. Ideo ad bellum cum exit imperator, & lictores mutant veſtem, & ſigna incinuerunt, paludatus dicitur, proficiſci: quæ propterea quod conſpiciuntur qui ea habent, ac fiunt palam, paludamenta dicta.* Obſerva inibi ritum (neſcio an alibi lectum) quod etiam tubæ tunc incinuerunt, & ad eas facta profectio. Niſi fortaſſis huc referendum ejusdem Varr. fragmentum in Nonio: *Toga tracta eſt, & abolla data eſt ad turbam, ubi ſera militia in munem belli ut præſtarem.* Legerem, ad tubam pro h[illegible], & mox *urbi ſeræ:* eo pronior, quod Nonius inibi explicat *Abollam, veſtem militarem.* Diceret igitur Varro, aut quicunque ille ap. Varr. togam ſibi extractam, & paludamentum datum, incinente tuba. Tale in Salluſt. *Togam paludamento mutavit.* Et exempla plurima de hiſce paludatis cur obvia ingeram, nec temporis hujus eſt, nec mei moris. Unum Senecæ non tranſeo, quem & viri docti ereptum nobis ivere aut inverſum. Scripſerat ille in deteſtationem publicarum cædium Epiſt. 96. *Ex ſenatusconſultis plebisque ſcitis ſcelera exercentur, & publice jubentur vetita privatim. Quæ commiſſa capite luerent, eadem, quia paludati fecere, laudamus.* Nihil clarius ad hunc ritum. At quidam immutarant, *palam fecere.* Quos ſecutum te M. Antoni nollem, qui Senecam judicio tuo reformaſti nuper: & (libere dicam) ſæpe tuo. Libris & membranarum fidei plus aliquid datum oportuit. Quid autem proprie *paludamentum?* Varro dixit, *inſignia & ornamenta militaria.* Militaria, inquam, ne ſolorum imperatorum cenſeas. Itaque & in Lucill. verſu legas:

Pone paludatus *ſtabat rorarius velox.*

Nempe

Nempe *ſagulo* militari amictus. & *Saliæ paludatæ* in Feſto, ſic ornatæ. Liv. de Curiatio è trigeminis cæſo; l. 1. *Cognito ſuper humero fratris paludamento ſponſi, quod ipſa confecerat.* Sagum eſt: & ſupra Silius *Sagula* lictoribus dat, *paludatis*. Item Cic. in Piſon. *Togulæ lictoribus ad portam præſto fuerunt, quibus illi acceptis ſagula rejecerunt*, In ipſo imperatore *Sagum* aut *Chlamydem* ſcriptores utriusque linguæ paſſim appellant. Scholiaſtes Juven. in illud Sat. 6. *Cumque paludatis ducibus.*] *Euntibus ad militiam*, inquit, *chlamydatis ſcilicet*. Plinius Agrippinam Claudii, in emiſſione lacus Fucini præſidentem *paludamento auro textili induit*: Tacitus in eapſe re, *Chlamyde aurata*. Plutarch. & Dio: χλάμυδα ϛρατηγικὼ vel ϛρατιωτικὼ non ſemel vertunt, i.e. Chlamydem imperatoriam, vel militarem. Hæc ille. Legantur etiam quæ de SAGO notat Cluv. l. 1. Germ. antiq. c. 16.

Saliva, quod *ſalis* ſaporem habeat: aut quod per linguam *ſaliat*, & ejiciatur. Neutrum probabile. Malo græcanicum μετὰ ϛῶν μετάγειν: σιαλὶς & σίαλον. Nam & Latinis eſt *Salivum*. Σιαλίζειν eſt *ſalivare*. Græcia barbara dicit σάλος & σιαλίον pro ſaliva. In Gloſſ. Græco-barbaro, σαλιβάριον, *Salivarium*, lupatum: quia Saliva equi imbuitur. *Salivam* invenias quoque pro ſapore. Perſ.

——*Turdorum noſſe ſalivam.*

Plinio eſt *ſaliva vini*, i. e. χυμός. Et phraſis uſitata: *ad guſtum & ſalivam eſſe*, h. e. ſapere, vel guſtui accidere gratum. Figurate ad animum transfertur. Eſt autem ſaliva quaſi quoddam γευϛήριον, & facit eo rectius guſtare linguam: ut ita concionne pro ipſo ſapore ſumatur. Ariſtot. huc quodam modo collineat, ubi ſaporem ait eſſe, πάθος γινόμενον ὑπὸ τῶ γεύϛως ξηρῶ ἐν ὑγρῷ τῆς γεύσεως. Seneca etiam dixit epiſt. 79. *movere ſalivam*, i. e. appetitum excitare, aut guſtum facere. Cum enim ὀρεκτὸν ſive palato amicum obvenit, illico ſaliva copioſius affluit, quaſi quædam miniſtra linguæ, vel guſtatus.

Salomon idem eſt, qui *Irenæus*, εἰρηναῖος, a b εἰρήνη: Latin. pacificus: Germ. *Fridericus*, i. e. dives pacis Hebr. שְׁלֹמֹה, ſcribunt. שָׁלוֹם: i. e. pax. A radice שָׁלַם, idest,

id eſt, iniit pacem cum aliquo, pacificatus eſt. Græci ſcribunt σολομών, mutata ſcheva in O Latini malunt A, ut ſuavius vox ſonet, *Salomon.* Quidam etiam, *Solomon,* è Græco. Quidam, ſed male, *Salamon.* Neque Græci, neque Hebræi in medio τὸ A ponunt.

Salus, ut & *ſanus,* à σάος, i. e. σῶος: interjecta liquida. Aut verius ab Hebr. שָׁלֵו, i. e. ſalvus, tranquillus. שַׁלְוָה, id eſt, ſalus tranquillitas. Rad. שָׁלָה, i. e. ſalvus, i. ſoſes, tranquillus fuit. Σῶος & σάος, itidem ab Hebr. שׁוּעַ, ſalvus, opulentus: vel à יֵשַׁע, ſalus, incolumitas. *Sane,* h. e. *ſana mente* aut ſenſu: ubi nihil fuci latitat, ſive fraudes. Inde ponitur pro certe, vere. Vall. l. 2. Eleg. c. 17. Gloſſ. Philox. *Sane* εἰκότως, ὑγιῶς. A ſanus *ſanitas:* non quaſi *ſanguinis ſtatus*, ut inepte Iſid. l. 4. c. 5. Eſt *ſanitas* bona partium ὁμοιομερῶν εὐκρασία & recta organicarum διάπλασις. *Inſanum* ſæpe eſt αὐξητικὸν idem, quod valde, nimis. Sumta ratio ab hominib. inſanis & furioſis, qui omnia impetu ultra modum & morem agunt. Caſaub. in Athen. lib. 13. c. 5. monet, veteres cum aliquid vehementer extollerent, ſolitos, tanquam exclamantes, orationi ſuæ vocem μανία inſerere. Unde manaſſe illas locutiones, μανικὸν ὅσον μέγα. &, *Inſanum magnum.* Plaut. Bacch. a. 4. ſc. 5. *inſanum magnum molior negotium.* Idem in Nervolaria ap. Nonium. *Inſanum uterq; deamat.* Id e, valde, more inſanientium. Quamvis & alias amantes ſint amentes. *Feſt.* Inſanum magnum, pro valde magnum, uſus eſt Plautus. *Varr. l. 6. L. L.* Plaut. cum vehementer vellet dicere, dicit *Inſane:* quod inſani omnia faciunt vehementer. *Sil. l. 1.* inſanos imbres, i. e. magnos, inſolitos. *Auſon.* de Crœſo. Dives inſanum in modum. Neque diſſimile eſt illud Jerem. 45. 9. *Aſcendite ô equi, & inſanite ô currus.* Loquitur enim de magno impetu. Et Gen. 47. 13. *furebat terra Ægypti & regio Cenahanis propter famam.* Etiam à ſalus fit verbum *ſaluto,* h.e. proprie *ſalutem* & fauſta quæq; precor. Item à ſalus, *ſalvus,* σῶος, ſalutis compos. A ſalvus *ſalvia,* herba: quia *ſalvos* & incolu-

Digitized by Google

columes præſtat innumeros: uti Lobel. in Adverſ. & Bauhin. in Phytopin. notat. Eandem Agrippa *ſacram herbam* dixit, ut tradit Aëtius. A ſalus *ſalutis* eſt *ſaluber*. Quod ideo mediam ubique producit. Ovid. 3. de Remed. Amor. *Phœbe ſaluber ades* ——

Buch. Pſal. 99. *ſalubri* temperie, media correpta dixit, deceptus forte concurſu mutæ & liquidæ: quaſi fiat ſyllaba, indifferens. At vera tantum eſt regula illa in iis, quæ primigenia brevia habent, ut pater, patris.

Samen, vox punica. Compoſitum eſt *Balſamen*: qui fuit Deus Phœnicum, ap. Euſeb. l. 1. de præp. Evang. Philo Byblienſis ex Sanchuniathone Berytio: τοῦτον γὰρ θεὸν ἐνόμιζον μόνον οὐρανοῦ κύριον, Βεελσάμην καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύριος οὐρανοῦ, Ζεὺς δὲ παρ' Ἕλλησι. In Pœnulo Plauti ita Hanno: *Gunebel Balſamen*. Significat, *Samen*, cœlos: ab Hebr. שָׁמַיִם, i. e. cœli. *Balſamen* eſt princeps, aut Dominus cœli. בַּעַל, Baal eſt Dominus. שָׁמַיִם, eſt à מַיִם, Quia cœlum ex aqua fit. Quod licet Philoſophi vix admittant: quia tamen è ſcriptura eruitur, quod faciant? Neceſſe eſt, aut admittant, aut negent, quod negari vix poterit. Intelligo vero *aquam*, non qualis inferum hoc elementum ap. nos, aut etiam in aere vapor ac nubes: ſed cœleſtem, quæ aliqua ſimilitudine reſpondeat puræ & limpidæ aquæ. Interim aqua illa cœleſtis ſua οὐσίᾳ ab omnibus hiſce inferis nimis nimisque diſtincta, & longe nobilior, eminet: ſed quæ in Sacra Scriptura πρὸς ὑμᾶς nomine aquæ veniat. Atque ita pluribus Valleſ. de ſacra Philoſ. 1. diſtinguit: cui ſententiæ usque dum melior afferatur libens acquievero. Keckerm. pullus ille ſophies & ævi noſtri decus l. 2. Syſt. Phyſ. *materiam cœli nomine certo ac proprio exprimi non poſſe exiſtimat*. Quod verum quoque eſt, ſi ἰδίως καὶ ἀκριβῶς loqui velimus. Interim quia ſcriptura cœlum vocat *Schamaim*; etiam nos ita loquimur, & cœlum ex aqua cœleſti quadam eſſe, nobis hic nondum ſatis explicata (alii vocant φυσικῶς quintam eſſentiam) elicimus. Hæc de *maim*. Altera vox unde fit,

Et filii Cuſchi Seba & Chavila. Ieſ. 43. 3. *Dedi in redemtionem tui Ægyptum, Æthiopiam & Sebam.* Iterum Gen. 10. 7. *Filii Rhamæ, Scheba & Dedan.* Ezech. 27. 22. *mercatores Schebæ & Rhamæ ipſi mercabantur tecum.* Quib. de regionib. prolixe diſſerit Tremell. & Jun. in c. 10. Geſn. Differunt igitur *Scheba* & *Seba:* vel mollius *Sheba* & *Seba.* Filius Cuſchi eſt *Seba:* & nepos ejusdem Cuſchi ex Rhama eſt *Scheba.* Progenitor eſſe dicitur *Seba* eorum, qui Arabiam deſertam incolunt Ieſ. 43. 3. Atqui *Scheba* inhabitaverat regionem Auſtralem in Æthiopia 1. Reg. 10. 1. Ieſ. 10. 6. Etiam ſcriptio diſparat סְבָא & שְׁבָא. In Pſal. 72. v. 10. ambo junguntur: מַלְכֵי שְׁבָא וּסְבָא, i. e. *reges Scheba & Seba.* Hieron. in cap. 27. Ezech. *In Hebræo habet, reges Saba & Seba munura offerent tibi.* Joſeph. l. 1. Antiq. c. 7. *Cuſchus filios ſex genuit, quorum è numero Sabas Sabæorum autor fuit.* Græci *Sabam* ſuo more faciunt à σέβειν, quod mitteret thus ad ſacrificia. Atqui Guil. Stuck. contra τὸ σέβειν format à *Saba:* quod jam olim *Sabæi* exiſtimarentur εὐσεβέστατοι. Vel à זֶבַח ſacrificium, victima. Val. Schindl. in Lex. ad סָבָא refert סָבָא: quia fuerint populi voluptuarii & vino nimis dediti. Quo reſpectu Arabas Dionyſius vocat ὀλβίστους & ἀβροβίους: Nonnus, ὑπερφιάλους. Arabum *beatas gazas* prædicat Horat. 1. Carm. od. 29. Thema סָבָא eſt ingurgitavit ſe, mero ſe obruit. Inde סֹבֵא potator, οἰνόφλυξ. LXXII. vertunt οἰνοφλυγεῖ Deut. 21. 20. סֹבָאִים οἰνομβρους Ezech. 23. 12. סֹבֶא eſt potus, vinum. Inde fluit Σάβος, qui Heſychio, Suidæ & aliis eſt cognomen Bacchi: Plutarcho σάββος l. 4. probl. ſymp. c. 5. Tum voces, quam res ipſa bene utrimque conveniunt. Similiter Græc. σαβοῖ fit ab Hebr. illo: ut quæ eſt vox *bacchantium* & temulentorum. Σαβάζειν eſt bacchari. Σαβάζιος Orpheo, *Sabazius:* & rurſum lenius Macrob. *Sabadius:* iterum Bacchus ap. Thraces. Etiam ab Hebr. fit *Sabaja*, ap. Ammian. l. 26. id eſt potus è frumentis coctus, qui itidem

ine-

Digitized by Google

Inebriat. Nec non ab eodem סָבָא certissime est nostrũ Sauffen. Juven. pro populo faciens quantum *Saufeja* bibebat: *Saufeia* i. e. bibacula à nostro German. Etiam in Pandectis mentio fit cujusdam *Saufeji*.

Sabini dicti, ut ait Varro. Terent. quod ea gens præcipue colat deos: ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, Fest. Et Plin. l. 2. c. 12. *Sabini*, ut quidam existimavere, à religione & cultu deorum *Sebini* appellati. Bauhin. in Diosc. notat: *Sabinam* à Sabinis dictam esse; in quorum regione multum nasceretur.

Sabanum, Græc. nomen est, inquit Isid. l. 19. c. 25. Utitur hac voce sæpius Th. Priscian. med. Et Victor. l. 3. ea *Sabana* bajulabat, quibus eum dudum suscipicien de fonte texerat. Utitur etiam Gregor. M. dial. 4. Si modo id ejus γνήσιον: Qui sibi (inquit inter alia) de pedibus calceamenta abstraheret, vestimenta susciperet, & exeunti de caloribus *Sabana* præberet. Ubi tamen alius suspicatur, legi posse *Sabinam* herbam. Tamen in Græco: ἐξερχομένῳ δὲ αὐτῷ ἀπὸ τῶν θερμῶν τὰ σάβανα αὐτοῦ ἀποδίδωσι. Hesych. σάβανα σκεπάσματα, περιβόλαια. Gloss. Cyr. σάβανον *Sabanum, lencium*: intellige tu *linteum*. Non est igitur Græca vox, uti putabat modo Isid. licet ab Aëtio, Nic. Myrepsio, Tralliano, Hierocle & aliis inferiorum temporum usurpata. Rabbinis סבן est cortex nucis. Aruch. exponit סוּבְנֵי per סדין id est, linteum: & סַבְנִיתָא linteum, quo se se involuit è balneo egressus. Et vero ab Aramæis ad alios manasse videtur. Etenim סאב est illis polluere. Unde etiam סוב spongia. Apitius l. 2. de re culin. *Quum cocta fuerit, sabano calido involves gruem*. Quæ scriptum suggerit סוה: unde est מַסְוֶה velamen. Etiam Gloss. Theotisc. Saban/ linteum. Quidquid sit: sive autores, qui utuntur; sive interpretes qui explicant; simul lustremus: nihil aliud *Sabanum* erit, quam linteum ad tegendum & tergendum. Videatur Cujac l. 9. Obs. c. 1.

Sabbathum, Sabbatum, σάββατον ab Heb. שַׁבָּת *Schabbath*,

bath, quod eſt, quies, ceſſatio, pauſa. Græcis dicitur ἀνάπαυσις. Theodoreto & Gregor. Nanzianz. καταπάυσις. LXXII. interpr. eſt etiam ἑβδομον Exod. 20. 11. ἑβδομὰς Lev. 23. 15. *Sabbathum eſt requies ſancta Domino*. Exod. 31. 15. LXXII. σάββατα ἀνάπαυσις ἁγία τῷ κυρίῳ. Vatabl. Sabbathum ceſſationis (ait) ad verbum Sabbathum Sabbathi, quies quietis. Schindl. vertit: *Sabbathum Sabbathuli*. Idque phraſi & emphaſi Hebræis familiari. Nomen hoc Hebr. *Schabbath*, etiam ad alias gentes migravit, ſed paululum pro indole gentium mutatum. Syris eſt שַׁבְּתָא & inde שַׁבָּא feria. Arabes pro Sabbatho ſcribunt סַבְּת. Æthiopibus eſt *Sanbath*: dages reſoluto in Nun. Ungaris *szombat*. Slavonibus *Sobota*: Hiſpanis *Sabado*. Germ. ſimpliciter Sabbath. Thema eſt שָׁבַת ceſſavit, quievit à motu & opere. Targum exponit per נָח. LXXII. vertunt per παύεσθαι, ἀναπαύεσθαι, καταπαύεσθαι, ἡσυχάζειν, σαββατίζειν. Quare vero die Sabbathi feriari & laborum ordinaria penſa omittere debeamus: cauſa dicitur ab ipſo Domino Exod. 20. 10. 11. ut nemo poſſit melius. *Sabbatarius* per contemtum dicitur Judæus à Martiali l. 4. *Quod jejunia Sabbatariorum*. Et à Perſ. Sat. 5. *recutita Sabbata* traducuntur. Sed quid Græci de coloribus judicent?

Sabulum, ut à ſto, ſtatum, ſtabulum: à venor, venatum, venabulum: à paſco, paſtum, pabulum: ſic à *ſero, ſatum, ſabulum*, i. e. arena hinc inde ſparſa & quaſi ſeminata. Deminutum eſt *ſabullum*: & R pro L, quod creberrimum, *ſaburrum*. Inde mutato genere *ſaburra*, non *ſuburra*, ut quidam male exarant. Martin. *ſabulum* facit à סֵבֶל onus, pondus: quia *ſabulum* ſit ponderoſa arena. Scal. in Ariſt. hiſt. de animal. l. 4. c. 10. Sabulum à ſalo, quaſi ſalabulum. In Gloſſ. Philox. eſt *Sabulum* γῆ μιλίνη, ἀμμώδης. Videtur μιλίνη, quaſi milii: quæ reſoluta in parva grana, tanquam κεγχρίδια. Eleganter ſane *ſabulum* dici poſſit *militaris* terra: ſicuti κεγχρίδες ἰσχάδες dicuntur caricæ, quæ in ſe continent grana ſimi-

ſimilia granis milii. Et ſemen ficus vocatur κεγχραμὶς. Sed & γῆ μηλία digitis friata deraſi pulveris modo crepat.

Saccus, vox à multis nationibus ijsdem elementis & ſignificatione trita. Ubi tamen clara videas indicia priſcæ ad turrim miſtionis: idem vero apud omnem populum eſſe principium τῆς διομολογηματίσεως, commune cum Adamo, quoad ὕλην: diverſum, ratione συμβεβηκότων. Unde mutatio iſta varia, diſpar terminatio, flexio, pronunciatio, & cætera, de quibus antea Græcis σάκκος Barbaris Græcis σακκή, ſaccus. Corona precioſa: στεκκὴ σάκκος. Ducunt σάκκος à σάττω, onero, φορτίζω. Euſtath. tradit, quod non tantum τὸ πολεμικὸν σκεῦος: ſed etiam communiter dictus σάκκος, per unum κ ab Atticis prolatus ſit. *Sacculus* eſt parvus ſaccus: qui & porro *Saccellus*. Inde Græci poſterioris habent σακέλη, σακέλιον, σακκίλη, σακίλλιον, σάκκελον, & σακκέλιον. Heſych. σακίλλη, ὅπου τὸ χρυσίον τίθεται. Prima origo eſt שַׂק LXXII. Græci utique vertunt σάκκον: tantum Gen. 42. 27. μάρσιππον. Ubi Aquila ponit θύλακον. Chald. סַק, *Sak*, eſt etiam ſaccus. A *ſaccus* eſt *ſaccare*, h. e. per ſaccum colare, transfundere. Græcis itidem σακκίζειν & σακκελίζειν: quod Gaza & Hermolaus auſi ſunt dicere, *Saccellare*. Gloſſ. *ſaccat* ὑλίζει. Herodoto σακκίζειν eſt ὑλίζειν. In epiſt. 86. Senecæ eſt *ſaccata aqua*: uti recte legit Lipſ. Martial. epigr. l. 12. *Turbida ſolicito transfundere cæcuba ſacco.* Uſitate *vinum ſaccatum*. Οἶνος σακκίας eſt διϋλισμένος, Poll. l. 6. c. 2. σακκιζόμενος Theophr. σακτὸς Eupolidi, i. e. *vinum ſaccatum*, aut ſacco percolatum & purum. Lucret. l. 4. *ſaccatus humor corporis*, eſt urina, quaſi per tot meatus corporis percolata. Arnob. l. 2. *Saccati obſcœniſſimas ſerias.* Ex origine poſita oritur ἀσκὸς κατ' ἀναγραμματισμὸν literarum. Item Latin. *ſagum*, i. e. veſtis militaris, ap. Non. Marcell. σάγος. Unde etiam *Sagitta*: quia inſtar ſcuti eſſet eminus hoſtem feriens. Scalig. cap. 28. L. L. σάγματα, *ſagus*, *ſagitta*. Et bene etiam Sagitta, quaſi *Segitta*, *ſecitta*, à ſeco. Ut Hebr. חֵץ etiam dici-

tur à ſcindendo: à חצץ diſcidit. Nam ſagitta rem percuſſam ſecat. Pro ſagitta dixit Virg. 7. Æn. *arundinem.* Et ita Pſal. 68. 31. eſt *caterva arundinis*, h. e. armata ſagittis, quæ fiebant ex arundinibus. *Sagena*, σαγήνη, i. e. rete: à σάγος: ut ita ſit rete quadratum & expanſum, inſtar ſagi cujusdam. Sagena, Latine *verriculum*, quod per aquam trahitur. Virg. 1. Æn. verruntque per auras. Inde *ſagax*. Teſtatur idem Scal. Ex. 252. ſ. 2. σαγήνη naſſa eſt, & σαγὶς reticulum, atque etiam pera. Qui igitur animo ſuo multa caperent, etiamnunc à Tuſcis, vetuſta apud illos voce *Saggi* nominantur. Qua ratione mentis comprehenſionem, κατάληψιν quoque legimus apud M. Tull. Ita ad animum translata ſignificatio à venatione. Etenim quorum canum odoratu uterentur ad feras veſtigandas, eos *ſagaces*, quaſi *capaces* diceres, nominabant. Nusquam memini ad alium ſenſum indicandum poſitam vocem hanc. Frequens ap. Cic. ad odoratum. *Sag* Perſice eſt canis. Cic. 1. de div. *Sagire*, ſentire acute eſt: ex quo *Sagæ*, anus, quæ multa ſcire volunt: & *ſagaces* dicti canes. Is igitur, qui *ante ſagit*, quam oblata res eſt, dicitur *præſagire*, i. e. futura ante ſentire. Ineſt igitur animis præſagitio, extrinſecus injecta, atque incluſa divinitus. Neque diſſonat Hebr. שׂכה, i. e. proſpicere, σκοπεῖν, conſiderare. Et Chald סגיא multus: ut ſagax ſit, qui multa novit & multa prævidet. De *ſaga*, ut & aliis Scal. Ex. 107. ita: *Saxum* Tuſca vox vetuſtiſſima, quod non niſi ſacrificiis adhiberetur: ſicut eadem origine *ſagmina*, *ſaga*, *ſacer*. Inter ſacrum ſaxumque ſto, proverbium eſt à victimis, nempe porcis, qui à ſacerdote ſaxo feriebantur. Unde *ferire, percutere, icire fœdus*. Legatur Liv. l. 1. Homer. Iliad. 2. ὅρκια τέμνειν: & Iliad. 3. Neque aliter loquuntur Hebræi, ut Gen. 15. 18. Deut. 29. 12. 1. Sam. 20. 16. & alibi Idem Scalig. Ex. 325. ſ. 13. *Sanguis* Latinorum, & Auruncorum priſca vox, quibus elementis alio flexu utebantur ad ea deſignanda, quæ ad religionem pertinerent. Sic *ſagmina*, *ſanctum*, *ſacrum*. A ſacrum eſt

obſe-

obſecrare, h. e. proprie ob *ſacra* & nobis chariſſima petere. Feſt. *Obſecrare* eſt opem à ſacris petere. *Sacrificium* dicitur, ut beneficium, h. e. ſacrum quod Deo honorando fit & offertur. *Sacrilegus*, qui ſacra legit & furatur, ἱερόσυλος. Vide plura in *Sanctus*.

Salah, סֶלָה, quid ſit aut ſignificet, video interpretes minus convenire. Et fatetur Avenarius Hebrææ periſſimus, ſe ex omnibus Rabbinorum commentariis non potuiſſe certam iſtius nominis ſignificationem colligere. Joh. Bondin. l. 2. c. 4. Dæm. Singulis Pſalmorum locis, ubi legitur Sæla (legitur autem ſæpiſſime) qui canebant illud, una cum corpore attollebant vocem, ut David Kimhi Hebræis commentar. in Pſal. notat: etſi eandem vocem Chaldæus *æternitatem* exponit, Symmach. & Theodotion διάψαλμα. Abraham Aben Hezra, אָמֵן, i. e. *vere*: ut ut ſit, cantores tamen ad vocis hujus enunciationem aſſurgebant. Hæc ille. Chaldaica paraphraſis reddit *jugiter*, *perpetuo*, *ſemper*. Ut Pſ. 87. *in æternum*. Etiam vertit, *ſemper*. Ut & Hieron. qui amplius videatur in epiſt. ad Marcell. in 4. Pſal. & in c. 3. Habac. Targum in Pſ. 3. & 10. pro סלה ponit לְעָלְמִין, i. e. *in ſecula*. Sed & hodie Judæis plerumque eſt, *æternum*. εἰς αἰῶνα. Ita Baſileæ habet epitaphiũ Judæis *Anima ejus ſit ligata in paradiſo amen amen amen Sela*, i. e. in ſempiternum. Aliis *Sela* eſt idem, quod εἶα, Eja. Aliis modo enclitica particula, quæ verſum expleat. Aliis eſt nota reſpirationis. Aliis eſt idem, quod nobis aſteriſcus, aut manuſcula appicta, aut NB. Aliis eſt ſignum ἐπιφωνήματος pro *kenhu*: ita eſt, ſic eſt, certo eſt, item pro, γένοιτο, fiat, ſit ita. Tremell. & Jun. ubique αἰξηλικῶς reddit. Et in 3. Pſal. Non eſt ulla ſalus iſti in Deo *Sela*. Ad verbum, inquit, καθ' ὑπερβολὴν (ut loquitur perſæpe Paulus) i. e. *ſumme*, *maxime*, *vehementiſſime*, *potentiſſime*, *excellenter*. Sed hic locus poſtulare viſus eſt ut exponeretur, *plane*, ad majorem ſenſus evidentiam Alibi *maxime*, aut *ſumme* reddimus pro commoditate locorum. Hæc Tremell. Et hujus ſententia certe inter meliores:

ſicut & illorum, qui per τὸ *Sela* intelligunt moderationem & elevationem vocis pro melodia, quæ juxta etiam inferat majorem attentionem, & ut Vatablus ait, elevationem animi. Ambroſ. vocat *pauſationem* Spiritus S. Fit à verbo סלל, *ſalal*, ſententia Davidis Kimhi. Aut rectius à סָלָה, *ſalah*, i. e. ſtravit, elevavit. At διάψαλμα, quod Græci reponunt, eſt interprete Suida, μέλους ἐναλλαγή, i. e. cantus mutatio vel variatio. Auguſt. in 4. Pſ. autem exponitur diviſio, pauſa, & nota pſalmodiæ: ſicuti contra σύμψαλμα eidem eſt compoſitio ſeu continuatio pſalmodiæ.

Sæpe, pæne. Scal. c. 60. L. L. Hic facile potuit brevitatis ſyllaba contingere: quia in ipſis nominibus quoque brevis fuit. Pontan. quod *ſæpes* ſpiſſa eſſet, & denſa, dixerunt *ſæpe* pro frequenter. Malim ab Heb. שֶׂפַע, id eſt copia, frequentia. *Sæpus*, exoletum: à quo *ſæpe*, *ſæpius*. Notat frequentiam aut multitudinem. Martin. *pæne*, ut & *penes* facit à פְּנֵי facies. Nam *pæne* ſignificat diſtantiam propinquam. Revideatur Penes.

Sævum, *ſævio*. Perott. *ſævum* facit à σκαιὸν: extrito κ: & ait σκαιὸν eſſe *importunum*. Atqui ſi vel originem (à σκάζω) vel conſtantem autorum uſum libremus: σκαιὸς non importunus, ſed ſiniſter & ſtolidus eſt. Itaque malim *ſævio* deflectere à σείω, σεύω, σεῶ, i. e. concutio, agito. Σόος impetus: Heſych. ὁρμή. Nam *ſævus* ira alioque affectu concutitur, & alios etiam exagitat. Neque longe abit Hebr. זָעֵף, ſævus, indignabundus. A זָעַף, indignari.

Sagina, alimonia pinguefaciens. Ducitur à σάττω, quod eſt onero & infercio. Inde etiam legitur in Gloſſ. Cyrill. *Saginatus*, σεσαγμένος. Quaſi *Saginatus* ſit τροφῇ σεσαγμένος. Nam qui *ſaginat*, onerat cibo & abunde implet. Etiam ſono ac ſignificatu vicinum eſt שׂגי, quod eſt augere & implere. Plaut. moſt. 2. 1. ſc. 2. *Saginam cædite*. Turneb. l. 14. Adverſ. c. 2. Plautinum *ſaginam cædite*, eſt dapibus ſaginamini. Ita ap. Hebr. כָּרָה eſt fode-

fodere ac cædere; & inde ex cæſis epulari. Ut 2. Reg. 6. 23. *Cecidit illis cæſionem* (כֵּרָה) *magnam*. Targum: paravit eis convivium.

Sagum, eſt veſtimentum Belgis, Gallis & Hiſp. atque hos imitatis aliis uſitatum: ex aſperiore ac craſſiore lana factum: uti Tac. de morib. German. & Strab. l. 4. de Belg. teſtatur. Etiam ſagum veſtis militaris, apud Non. Marcell. Haut dubie à *σάγος*: quod ap. Polyb. Plutarch. & alios. Gloſſ. *Σάγος, ſagus*. Item *σάγη* eſt *ὅπλον*, ap. Suid. Virgil. ponit deminutum 8. Æn. *Virgatis lucent ſagulis*. Quod explicat in commentar. Taubman. Et Marc. Velſerus operis Bojici l. 4. Virgilius (cui nullum temere verbum excidit) Gallos Capitolii obſeſſores, cæſarie & veſtibus aureis *Sagulis* deſcripſit. *Virgatis*: ſive gentis morem ſecutus, ſive picturam antiquam aliquam, utrumque potuit. At *virgata* quæ ſint, læve explicavit Grammaticus interpres. Ex Diodoro patet, fuiſſe in teſſellatam prope ſpeciem, interſtincta & coloribus variegata: ut ſi quem retium plagas & maculas pictis tabellis explere & ſolidare delectet, funiculi decuſſati virgarum vicem ſint. Sic ſuturarum viæ in ſegmentatis veſtimentis iſtis, quas ſi etiam auratæ lineæ ad ornatum clauderent (omne enim Gallicum nomen auro apprime delectabatur) veſtes *auro virgatæ* dictæ, quod de Chrixo Silius ſcripſit. Ab areolarum autem hoc modo, vetuſtiſſima Boicorum inſignium pars, cœruleo & candido alternata, perparum abit, quadris modice in rhombos nimirum compreſſis: cujus generis *virgato ſagulo* miles Thoracomachus, in priſco *de rebus bellicis* libro (qui notitiæ utriusque imperii ſubjunctus) ornatus viſitur. Hæc Velſ. Et bene Juſt. Lipſ. lib. 2. de Milit. Rom. c. 12. Summus dux, cui auſpicium ſive imperium: ejusque inſignia lictores cum faſcibus, atque ii paludati. Ita enim ad bellum egredi ſolent. Silius de Varr. Conſule l. 10.

Iſque ut Varronem procul inter prælia vidit,
Et juxta ſagulo circumvolitare rubenti
Lictorem, Noſco pompam atque inſignia, noſco
Flaminius modo talis, ait. ———

Lictorem facit in rubenti ſagulo ire, i. e. paludamento. Quin ipſe Dux talis. Liv. jam olim de Fabio ad Cremeram ituro, l. 3. *Conſul paludatus egrediens, in veſtibulo omnem gentem ſuam vidit.* Varr. l. 6. L. L. *Paludamenta ſunt ornamenta & inſignia militaria. Ideo ad bellum cum exit imperator, & lictores mutant veſtem, & ſigna incinuerunt, paludatus dicitur, proficiſci: quæ propterea quod conſpiciuntur qui ea habent, ac fiunt palam, paludamenta dicta.* Obſerva inibi ritum (neſcio an alibi lectum) quod etiam tubæ tunc incinuerunt, & ad eas facta profectio. Niſi fortaſſis huc referendum ejuſdem Varr. fragmentum in Nonio: *Toga tracta eſt, & abolla data eſt ad turbam, ubi ſera militia in munera belli ut præſtarem.* Legerem, ad tubam pro hoc ritu, & mox *urbi ſera:* eo pronior, quod Nonius inibi explicat *Abollam, veſtem militarem.* Diceret igitur Varro, aut quicunque ille ap. Varr. togam ſibi extractam, & paludamentum datum, incinente tuba. Tale in Salluſt. *Togam paludamento mutavit.* Et exempla plurima de hiſce paludatis cur obvia ingeram, nec temporis hujus eſt, nec mei moris. Unum Senecæ non tranſeo, quem & viri docti ereptum nobis ivere aut inverſum. Scripſerat ille in deteſtationem publicarum cædium Epiſt. 96. *Ex ſenatusconſultis plebiſque ſcitis ſcelera exercentur, & publice jubentur vetita privatim. Quæ commiſſa capite luerent, eadem quia paludati fecere, laudamus.* Nihil clarius ad hunc ritum. At quidam immutarant, *palam fecere.* Quos ſecutum te M. Antoni nollem, qui Senecam judicio tuo reformaſti nuper: & (libere dicam) ſæpe tuo. Libris & membranarum fidei plus aliquid datum oportuit. Quid autem proprie *paludamentum?* Varro dixit, *inſignia & ornamenta militaria.* Militaria, inquam, ne ſolorum imperatorum cenſeas. Itaque & in Lucill. verſu legas:

Pone paludatus *ſtabat rorarius velox.*

Nempe

Nempe *ſagulo* militari amictus. & *Saliæ paludatæ* in Feſto, ſic ornatæ. Liv. de Curiatio è trigeminis cæſo; l. 1. *Cognito ſuper humero fratris paludamento ſponſi, quod ipſa confecerat.* Sagum eſt: & ſupra Silius *Sagula* lictoribus dat, *paludatis*. Item Cic. in Piſon. *Togulæ lictoribus ad portam præſto fuerunt, quibus illi acceptis ſagula rejecerunt*, In ipſo imperatore *Sagum* aut *Chlamydem* ſcriptores utriusque linguæ paſſim appellant. Scholiaſtes Juven. in illud Sat. 6. *Cumque paludatis ducibus.*] *Euntibus ad militiam*, inquit, *chlamydatis ſcilicet.* Plinius Agrippinam Claudii, in emiſſione lacus Fucini præſidentem *paludamento auro textili induit*: Tacitus in eapſe re, *Chlamyde aurata.* Plutarch. & Dio: χλάμυδα στρατηγικὴν vel στρατιωτικὴν non ſemel vertunt, i.e. Chlamydem imperatoriam, vel militarem. Hæc ille. Legantur etiam quæ de SAGO notat Cluv. l. 1. Germ. antiq. c. 16.

Saliva, quod *ſalis* ſaporem habeat: aut quod per linguam *ſaliat*, & ejiciatur. Neutrum probabile. Malo græcanicum μετὰ μετάθεσιν: σιαλις & σίαλον. Nam & Latinis eſt *Salivum.* Σιαλίζειν eſt *ſalivare.* Græcia barbara dicit σάλος & σιαλίον pro ſaliva. In Gloſſ. Græco-barbaro, σαλιβάριον, *Salivarium*, lupatum: quia Saliva equi imbuitur. *Salivam* invenias quoque pro ſapore. Perſ.

——*Turdorum noſſe ſalivam.*

Plinio eſt *ſaliva vini*, i. e. χυμός. Et phraſis uſitata: *ad guſtum & ſalivam eſſe*, h. e. ſapere, vel guſtui accidere gratum. Figurate ad animum transfertur. Eſt autem ſaliva quaſi quoddam γευστήριον, & facit eo rectius guſtare linguam: ut ita concionne pro ipſo ſapore ſumatur. Ariſtot. huc quodam modo collineat, ubi ſaporem ait eſſe, πάθος γινόμενον ὑπὸ τοῦ χυλοῦ ξηροῦ ἐν ὑγρῷ τῆς γεύσεως. Seneca etiam dixit epiſt. 79. *movere ſalivam*, i. e. appetitum excitare, aut guſtum facere. Cum enim ὀρεκτὸν ſive palato amicum obvenit, illico ſaliva copioſius affluit, quaſi quædam miniſtra linguæ, vel guſtatus.

Salomon idem eſt, qui *Irenæus*, εἰρηναῖος, ab εἰρήνη: Latin. pacificus: Germ. *Fridericus*, i. e. dives pacis Hebr. שְׁלֹמֹה, ſcribunt. שָׁלוֹם: i. e. pax. A radice שָׁלַם, id eſt,

id eſt, iniit pacem cum aliquo, pacificatus eſt. Græci ſcribunt σολομὼν, mutata ſcheva in O Latini malunt A, ut ſuavius vox ſonet, *Salomon*. Quidam etiam, *Solomon*, è Græco. Quidam, ſed male, *Salamon*. Neque Græci, neque Hebræi in medio τὸ A ponunt.

Salus, ut & *ſanus*, à σάος, i. e. σόος: interjectâ liquida. Aut verius ab Hebr. שָׁלֵו, i. e. ſalvus, tranquillus. שַׁלְוָה, id eſt, ſalus tranquillitas. Rad. שָׁלָה, i. e. ſalvus, ſ[illegible]ſpes, tranquillus fuit. Σόος & σάος, itidem ab Hebr. שׁוֹעַ, ſalvus, opulentus: vel à יֵשַׁע, ſalus, incolumitas. *Sane*, h. e. *ſana mente* aut ſenſu: ubi nihil fuci latitat, ſive fraudis. Inde ponitur pro certe, vere. Vall. l. 2. Eleg. c. 27. Gloſſ. Philox. *Sane* εἰκότως, ὑγιῶς. A ſanus *ſanitas*: non quaſi *ſanguinis ſtatus*, ut inepte Iſid. l. 4. c. 5. Eſt *ſanitas* bona partium ὁμοιομερῶν εὐκρασία & recta organicarum διάπλασις. *Inſanum* ſæpe eſt αὐξητικὸν idem, quod valde, nimis. Sumta ratio ab hominib. inſanis & furioſis, qui omnia impetu ultra modum & morem agunt. Caſaub. in Athen. lib. 13. c. 5. monet, veteres cum aliquid vehementer extollerent, ſolitos, tanquam exclamantes, orationi ſuæ vocem μανία inſerere. Unde manaſſe illas locutiones, μανικὸν, ὅσον μέγα, &, *Inſanum magnum*. Plaut. Bacch. a. 4. ſc. 5. *inſanum magnum molior negotium*. Idem in Nervolaria ap. Nonium. *Inſanum uterq; deamat*. Id e. valde, more inſanientium. Quamvis & alias amantes ſint amentes. *Feſt*. Inſanum magnum, pro valde magnum, uſus eſt Plautus. *Varr. l. 6. L. L.* Plaut. cum vehementer vellet dicere, dicit *Inſane*: quod inſani omnia faciunt vehementer. *Sil. l. 1.* inſanos imbres, i. e. magnos, inſolitos. *Auſon.* de Crœſo. Dives inſanum in modum. Neque diſſimile eſt illud Jerem. 45. 9. *Aſcendite ô equi, & inſanite ô currus*. Loquitur enim de magno impetu. Et Gen. 47. 13. *furebat terra Ægypti & regio Cenahanis propter famam*. Etiam à ſalus fit verbum *ſaluto*, h. e. proprie *ſalutem* & fauſta quæq; precor. Item à ſalus, *ſalvus*, σῶος, ſalutis compos. A ſalvus *ſalvia*, herba: quia *ſalvos* & incolu-

Digitized by Google

columes præſtat innumeros: uti Lobel. in Adverſ. & Bauhin. in Phytopin. notat. Eandem Agrippa *ſacram herbam* dixit, ut tradit Aëtius. A ſalus *ſalutis* eſt *ſaluber*. Quod ideo mediam ubique producit. Ovid. 3. de Remed. Amor. *Phœbe ſaluber ades* ——— Buch. Pſal. 99. *ſalubri* temperie, media correpta dixit, deceptus forte concurſu mutæ & liquidæ: quaſi fiat ſyllaba, indifferens. At vera tantum eſt regula illa in iis, quæ primigenia brevia habent, ut pater, patris.

Samen, vox punica. Compoſitum eſt *Balſamen*: qui fuit Deus Phœnicum, ap. Euſeb. l. 1. de præp. Evang. Philo Byblienſis ex Sanchuniathone Berytio: *τοῦτον γὰρ θεὸν ἐνόμιζον μόνον οὐρανοῦ κύριον, Βεελσάμην καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύριος οὐρανοῦ, Ζεὺς δὲ παρ' Ἕλλησι.* In Pœnulo Plauti ita Hanno: *Gunebel Balſamen*. Significat, *Samen*, cœlos: ab Hebr. שָׁמַיִם, i. e. cœli. *Balſamen* eſt princeps, aut Dominus cœli. בַּעַל, Baal eſt Dominus. שָׁמַיִם, eſt à מַיִם, Quia cœlum ex aqua fit. Quod licet Philoſophi vix admittant: quia tamen è ſcriptura eruitur, quod faciant? Neceſſe eſt, aut admittant, aut negent, quod negari vix poterit. Intelligo vero *aquam*, non qualis inferum hoc elementum ap. nos, aut etiam in aere vapor ac nubes: ſed cœleſtem, quæ aliqua ſimilitudine reſpondeat puræ & limpidæ aquæ. Interim aqua illa cœleſtis ſua *οὐσίᾳ* ab omnibus hiſce inferis nimis nimiſque diſtincta, & longe nobilior, eminet: ſed quæ in Sacra Scriptura *πρὸς ὑμᾶς* nomine aquæ veniat. Atque ita pluribus Valleſ. de ſacra Philoſ. 1. diſtinguit: cui ſententiæ usque dum melior afferatur libens acquievero. Keckerm. pullus ille ſophies & ævi noſtri decus l. 2. Syſt. Phyſ. *materiam cœli nomine certo ac proprio exprimi non poſſe exiſtimat*. Quod verum quoque eſt, ſi *ἰδίως καὶ ἀκριβῶς* loqui velimus. Interim quia ſcriptura cœlum vocat *Schamaim*; etiam nos ita loquimur, & cœlum ex aqua cœleſti quadam eſſe, nobis hic nondum ſatis explicata (alii vocant *χημικοὶ* quintam eſſentiam) elicimus. Hæc de *maim*. Altera vox unde fit,

ſchamaim, eſt שָׁם quaſi tu dicas, ibi aquæ. Aut rectius ab אֵשׁ: propter lucem & calorem, qui in, & à cœlo. Iſta cum nomenclatione, mirum, quam Ethnici conſentiant, quaſi data opera. Niſi quod Ariſtotel. non usquequaque annuat. Thales, ἔμπυρα τὰ ἄστρα. Anaximenes, πυρίνην μὲν τὴν φύσιν τῶν ἄστρων. Epicurus ſubſtantiam igneam attribuit. Cleanthi, ſidera ſunt tota ignea Orpheo αἰθὴρ ἀστεροφεγγής. Apolli. αἴθων Varr. cœlum dicitur Stellimicans. Virg. 4. & 6. Æn. nitidum, ſtellis ardentibus aptum. Ovid. igniferum. Stat. flammigerum. Silio, ignæus æther. Et uſitate cœlum *Empyrium* admittitur: ab ἐμπύρου: ſcilicet ab igneo quodam ſplendore & luce. De quo Scholaſtici doct. plurimum diſſerunt.

Sanctum. Sacroſanctum dicitur (inquit Feſt.) quod jurejurando interpoſito eſt inſtitutum, ſi quis id violaſſet, ut morte pœnas penderet. Ita Feſt. At primo diviſim puto fuiſſe *ſacro ſanctum:* i. e. ἱερῷ κυρωθὲν, ἱερῷ ἅγιον: quod ſacro & ſacro ritu deſtinatum, & contra promiſcuam injuriam ſolenniter munitum fuerit. Martian. l. 4. Regul. *Sanctum* eſt, quod ab injuria hominum defenſum, atque munitum eſt. *Sanctum* autem dictum eſt à *ſagminibus.* Sunt vero *ſagmina* quædam herbæ, quas legati pop. Rom. ferre ſolent, ne quis eos violaret: ſicut legati Græcor. ferunt ea, quæ vocantur *cerycia.* Sagmina (inquit Feſt.) vocantur verbenæ, i. e. herbæ puræ, quia ex loco *ſancto* arcebantur, à conſule prætoreve, legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum bellumque indicendum. Hæc ille. Liv. l. 10. dec. 3. Plin. 22. c. 2. Si conjicere liceat: equidem *ſanctum, ſagmen, ſacrum* ejuſdem puto originis eſſe: ab ἅγιον, ἁγνὸν: prius *ſagum,* & g remanet in *ſagmen:* poſtmodo *ſactum ſanctum,* ut tago tango. Prope accedit Hebr. חַג feſtum, ſacrum tempus. Etiam זָכָה eſt mundus juſtusque fuit. *Sacerdos* dicitur Iſid. l. 7. c. 12. quaſi *ſacrum dans.* Sed ſimpliciter à *Sacer.* Dos eſt λῆξις: h. e. qui ſacris præeſt, ἱερεύς. A ſanctum *ſanctuarium* & *ſanctarium.* Utrumque enim & αἰδολογία & autoritas tuetur. A ſacro, ſacratum, *ſacramentum:* ut à fun-

Digitized by Google

à fundatum, fundamentum, à firmatum firmamentum. Proprie ex analogia i.e. quod ſacrat ſeu quo ſacratur, τὸ ἱερῶν. Lactant l.4.c.8. Qui veræ religionis *ſacramenta* retinebant. Idem l.2.c.59. *Sacramentum* hominis tueri. Id. l. 3.c.30. *Sacramentum* nativitatis ſuæ norit. Id. l.4.c.10. totius *ſacramenti* origo narranda eſt. Quod alibi arcanum vocat. Salvian.l.5. de gubern. Dei: *Sacramentum* divinæ legis doctrina magis, quam lectione cognoſcunt. 'Ιδι-κῶς militiæ *Sacramenta* pro juramentis dicuntur ab A-gell.l.16.c.4. à Veget l.2.c.3. & 5. à Tertull. l. ad Martyres & alibi: quod noſter Rittersh. etiam in Salv. notavit. De *Sacramento* videatur etiam Feſtus & in eundem Scal. nec non Turneb. l. 19. c.36 Ravard. l. 2. varior. c. 18. Briſſon. l. 4. de formul. Geverh. Elmenhorſt. in l. *6.* met. Apuleji.

Sancus. Turneb. in 4. l. Varr. Deus ille Sabinorum à Romanis *Sanctus* vocabatur, à Sabinis ipſis *Sancus.* Itaque hic nonnulli libri vet. habent *Sancus*, alii *Sangus.* In fragmento Catonis ſcribitur, *Sangum* gentilem, Sabi, pronunciari à Sabinis, Sanctum a Romanis. Sanctum Herculem dici à ſanciendo dicit Propert.

Hunc, quoniam manibus purgatum ſanxerat *orbem,*
Sic ſanctum Tatiæ compoſuere Cures.

Joſ. Scalig. in Conject. Qui res Romanas Græce ſcripſerunt, vocant σάγκτον. Tamen *Sanqualis* porta dicta ab eo Deo, oſtendit *Sancum* dicendum eſſe. Propert. Etymon aperit. Dionyſ. πίστιον Græce reddit, quod *Fidium* latine, in quo multi errarunt, qui id non animadvertunt. Ap. Ovid.

Quærebam, Nonas Sanco Fideóne *referrem*
An tibi Semipater ———

Mendum eſt poſtremo verſu, cum ſit legendum *Semo* pater. Vide Briſſon, de ritu Nupt.

Sandalium, σανδάλιον, σάνδαλον, Heſych. Poll. aliis eſt calceamentum muliebre: idq; elegans, interdum quoque aureum. Terent, Eun. a. 5. ſc. 8. Perſ. Sat. 5.

——— *Solea puer objurgabere rubra:*

Videtur ſandalium intelligere. *Sandaligeruli*, ſervi qui gere-

gerebant, ap. Plaut. Trin. a. 2. ſc. 1. Cæterum vox latius patet, quam putabant. Proprie *ſandalium* idem, quod calceamentum, quo teguntur calces, aut pedes. Guido teſtatur: סַנְדָּל, *ſandal*, Chald. & Rabbinis idem eſſe, quod מִנְעָל, aut נַעַל, i. e. calceus, ὑπόδημα. A radice נָעַל, i. e. clauſit, obſervavit: in 3. Conjug. ut partim etiam imr. eſt calceavit. Etiam *ſandalium* poſſit dici quaſi סִין דַּל, i. e. calceus tenuis, humilis, levis: quale per initia Sandalium videtur fuiſſe. Aliud vero eſt *Sandalum* ap. medicos: de cujus ſcriptione genuina agit in *Adverſ.* error. variis c. 14. *Th. Collado* Bitur. med. Equidem originis Hebr. vocem eſſe, libens largior: nempe à סַם, *Sam*, quod eſt aroma: & à דַּל, *dal*, quod eſt elatum. Ut ita *Sandalum* notet aroma ſublime ac precioſum. Et eo reſpectu probius ſcribitur D. *ſandalum*, non *ſantalum*, Legatur etiam Bauhin. in Dioſc. l. 1. c. 19. & Chriſtophor. Georg. de Honeſtis in Diſt. 1. de Santalis.

Sandapila, quaſi σανὶς τάφιος ἢ ταφῆς. Eſt enim feretrũ ταφῇ aut funeribus deſtinatum: ſive quo mortui efferuntur ad ſepulcrum. Gloſſ. Phil. Sandapila, νεκροφορεῖον.

Sanguis (ut in voce *Saccus* vidimus) refertur à J. Cæſ. Scal. ad ea deſignanda, quæ ad *religionem* pertinent. Et ita erit *ſanguis, ſaguis* ab ἅγιος: *ſanguen, ſaguen* ab ἅγιον. Quanquam vero in ſacrificiis *ſanguis* dicitur *Sanctus*: tamen id poſtea contigit; & ita ratio vocis prior ſacrificiis, eruatur. Ergo nobilis & ruber ille corporis humor, vitæque conſervandæ inſtrumentum; dicetur à σώζειν γυῖα, quod *membra* corporis *ſervet* vegetetque, aut cujus vi ζῶν γυῖα, i. e. vivere membra queunt. Nam literæ ζ & σ non ſemel inter ſe permutantur: ut ζαμβύκη, σαμβύκη. Latine ſanguis quaſi *ſancuis* appelletur, à *ſancio*: quod corpus veluti *ſanciat*, i. e. ſtabiliat. Sed non adeo concinnum hoc etymon. Itaq; prius è Græcia malim. Etiam alludit שָׁנִי, quod coccinum & *rubrum* ſignificat. Sicuti *ſandyx* & ſimilia rubedinis notionem ex

illo

Digitized by Google

illo Hebr. ingerunt. Etiam דָּם ſanguis, à magiſtris Hebræor. ducitur ab אָדוֹם per aphæreſin, i. e. *rubrum* eſſe. Græc. αἷμα ab illo דָּם *dam*, levi mutatiuncula, oritur. Sicuti κυβάδδα fit à כָּבֵד i. e. epar, officina χυμώσεως καὶ αἱματώσεως. Eſtq; κυβάδδα Amathuſiis idem, quod αἷμα, notante Heſych. A ſanguis *ſanguinarius*, h. e. crudelis, qui fundendo fuſoque ſanguine delectatur. Hebr. *Vir ſanguinum* 2. Sam. 16. 8. Gloſſ. Cyr. αἱματοπότης *ſanguinarius*. Herba *ſanguinaria* ita nominatur: *quia ſuccus ejus infuſus naribus ſupprimit ſanguinem*: ut ſcribit Plin. l. 27. c. 12. & de ea plurib. Bauhin. Dodon. Tragus aliiq; Botanici diſſeruut. *Sanguiſuga*, hirudo, quæ ſugit ſanguinem, ap. Plin. l. 8. c. 10. & l. 32. c. 10.

Sanna. Ap. Græc. alicubi σάννος & σάννας. Ariſtoph. Grammaticus in Cratino Comico obſervat, vocem σάννας poni, pro ſtulto. Sunt qui παρὰ τὸ σαίνειν faciant. Sunt qui à Tzanis, populis barbaris. Scitiſſime Caſaubon. Nos (inquit) ſuſpicamur originem vocis eſſe ab Hebræor. verbo שָׁנַן, *ſchanan*, acuere. Unde שֵׁן, dens: & שְׁנִינָה, aculeata oratio, cujusmodi eſt ſanna. Hæc ille. Conſpicuum ergo, quid proprie *ſanna* ſit. Nempe λοιδόρημα, aut dictum, quod pungit & ſauciat quaſi: ubi lingua acuitur; ubi *ricta fremunt* (poeta ſic) *duros nudantia dentes*. Apul. l. 7. Met. *dentiumque cadentium renudatis haſtis, totum me commorſicat*. Et πρὸς ἔπος plane Hieron. *Sanna* eſt irriſio, quæ ab occipitio, diſtorto ore, & labris contractis fit, anteriorum *dentium* oſtentatione. Inde illud Perſii declaratur:

——— *Rugoſaque ſanna*

Dum enim os torquetur aut labia, & criſpantur nares, fieri rugas oportet.

Sapio, eſt ſapores lingua diſcerno, ſaporem habeo. *Reſipio*, proprie ſaporem remitto. *Saperda* pro ſapiente à ſapio: *Saperda*, σαπέρδης pro piſce, a σαπρὸς. Sunt ergo diſtinctæ voces. Feſt. *Saperda*, genus peſſimi piſcis: *Sapientem* etiam ſignificat. Varro: Omnes videmur nobis eſſe belluli & feſtivi *ſaperdæ*: cum ſimus σαπροί, ut-

qui-

quidem Junius reſtituit. Ludit autem in affinibus vocabulis ſaperdæ & σαπροὶ: quorum illa ſapientes & venuſti ſignificantur: hac putidi & marcidi. Alias legitur *Copri*. Nam *Copriæ* ſcurra eſt, ut docuit Scal. in Feſt. & aſſentit Lipſ. l. 2. Elect. c. 17. *Coprius*, κόπριος eſt ſtercoreus: ἡ κόπρος ſtercus, fimus. *Coprion* Scarabæus, à luto ſcilicet. *Copronymus* dictus eſt Conſtantinus Imp. quod ſacram baptiſmi undam excrementis polluerit. Sed à *ſapio*: prout *ſaporem* notat, & de ſenſu guſtandi capitur: fit ab Hebræo סָבָא bibere, haurire. Quomodo *ſuccus* à ſuctum: Græcorum χυλὸς & χυμὸς à χύω, fundo. Et eo ſignificatu à *ſapio* naſcitur *Sapa*, h. e. ſuccus plantarum: quia *ſapit* aut quia ſapa eſt *ſapida*: ut ſuccus χυτὸς. Inde *ſapa* quoque coctum muſtum: itidem à *ſapore*, κατ' ἐξοχὴν. Plin. l. 23. c. 2. Colum. l. 12. c. 20. Ut à cano canor: ita à *ſapio ſapor*, quæ eſt qualitas corporis miſti in humido aqueo producta à ſicco terreſtri per calorem. Plin. aliquot genera *ſaporum* percenſet l. 15. c. 27. A ſapor *ſaporo*, id eſt, ſaporum facio. Inde *ſaporatus*. Virgilius 6. Æn. *melle ſaporatam*. Turn. l. 28. Adv. c. 45. Quæ omnia diligentius rimanti diſtincta verba mihi videntur, alterum quod *guſtatum*, alterum quod *mentem* attinet. Neque enim *Capor* de actione mentis: neque *ſapientia* de actione guſtandi uſpiam ſumitur. Igitur *ſapio* (ut de mente dicitur, Græcis φρονέω) exſtitit à Græcor. deſito σοφίω, pro quo hodie σοφίζω. Etiam Hebrææ origines alludunt. Ita צָפָה eſt ſpeculari, meditari: LXXII. Κατασκοπεῖν, ἐπέβλεψαν, κατασκοπεύειν. צֹפֶה ſpeculans. Inſuper חָשַׁב eſt ſapienter cogitavit. Nec non אָשַׁף eſt ſapiens. Tam literæ, quam ſignificatus bene conveniunt. Ut à prudens prudentia: ita à *ſapiens ſapientia*. Afran. ap. Agell. l. 13. c. 8. *Σοφίαν vocant me Graji, vos ſapientiam.* Ariſtot. 1. Rhet. c. 11. eſt σοφία πολλῶν καὶ θαυμαστῶν ἐπιστήμη. Et accuratius l. 6. Eth. c. 7. σοφία ἐστὶ καὶ ἐπιστήμη καὶ νοῦς τῶν τιμιωτάτων τῇ φύσει, i. e. ſapientia eſt ſcientia & intellectus eorum, quæ natura præſtantiſſima. *Sapiens* Græcis σοφὸς, item ἔμφρων: etiam

Digitized by Google

etiam Latine *Sophus* ex Græco. *Sophos* grande, magnum, inſanum, ſæpius ap. Martial. Sed quomodo excuſari poteſt *grande ſophos*: Reſpondeo: *Sophos* σοφὸς, non eſt hoc loco nomen, quale τὸ ἔπος: ut Marculus aliquando ineptiebat. Sed eſt σοφῶς: nempe acclamatio ſolennis. Quando enim teſtari volebant ſibi orationem & verſus placuiſſe: illico acclamabant σοφῶς ὀρθῶς, εὖ, θείως, μεγάλως. Et Latini *euge, pulchre, bene, recte* ap. Horat. & Perſ. Cic. 3. de Orat. *Quare bene & præclare, quamvis nobis ſæpe dicatur: belle & feſtive nimium ſæpe volo. Quanquam illa ipſa exclamatio*, non poteſt melius, *ſit velim crebra.* Ita ergo Martial. eum in ſenſum admittit *Sophos*, σοφῶς. Ut lib. 1. epig. 3. *Audieris cum grande ſophos.* Et lib. 5. epigr. 93. --- *tergeminum mugiet ore Sophos.* Sidon. l. 1. epigr. 9. *Ad* σοφῶς *meum non modo lati clavi, ſed tribulium quoque fragor concitaretur.* Contra hunc morem diſſerit Quinctil. l. 2. Inſtit. c. 2. Et Plutarchus de ſeipſo absque invidia laudando: οἱ δὲ ῥηξέρσοι τὸ θείως, καὶ τὸ δαιμονίως, καὶ τὸ μεγάλως, ἐν ταῖς ἀποδείξεσι, προσδεχόμενοι, καὶ τὸ μετρίως καὶ ἀνθρωπίνως προσαπολλύουσι. Sed illud Mart. *Sophos* liquet. Redeo ad alia. *Sophiſta*, qui fallacibus & contortis concluſiunculis ludit. Cic. 1. acad. Sophiſtæ appellantur, qui oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſophantur. Ariſt. c. 1. Soph. elench. ὁ σοφιστὴς χρηματιστὴς ἀπὸ φαινομένης σοφίας, ἀλλ᾽ οὐκ οὔσης, i. e. qui quæſtum captat ex ſapientia quæ videtur eſſe, nec eſt. Interim σοφιστὴς ſua origine & etymo, eſt boni ſignificatus: quomodo Plutarch. etiam, Lucian. & alii utuntur. Tertull. de pall. *Primus informator literarum, Grammaticus, & rhetor & ſophiſta.* A φίλος & σοφία fit Philoſophus, φιλόσοφος i. e. amans ſapientiæ. *Philoſophia* eſt ipſa actio philoſophi: vel, ad verbum, amor, & ſtudium. Cic. 2. offic. Nihil aliud eſt Philoſophia, ſi interpretari velis, quam *ſtudium ſapientiæ.*

Sapphirus, σάπφειρος, apud Dioſc. E Græcis alii principium quærant: nos è Lexico ἱερογλώσσῳ. Ibi eſt סַפִּיר, *Sappir*, Exod. 28. 18. Cant. 5. 15. i. e. gemma precioſa coloris aerii: Buxtorfio etiam Sapphirus. Radix סָפַר, id eſt,

id eſt, numeravit ordine, recenſuit. Videatur Boeth. de gemmis l. 2. c. 42. & 43.

Sambara. Iſid. Quibusdam nationibus ſua cuique propria veſtis eſt: ut Parthis *Sarabara*: Gallis *linnæ*: Germanis *rhenones*. Sardis *maſtrugæ*, l. 19. c. 23. Hæc ordine videbimus. Rublius: Ut quid ergo in ventre tuo Parthi *Sambam* ſuſpenderunt? *Sambara* ſunt fluxa ac ſinuoſa veſtimenta, teſte iterum Iſid. Apud quosdam & quædam capitum tegmina ſic nuncupantur. Daniel. 3. 21. σὺν τοῖς σαραβάροις αὐτῶν. Et rurſum: καὶ τὰ σαράβαρα αὐτῶν οὐκ ἠλλοιώθη. Aquila, Theodotio, & vet. Interpr. Latin. *Sambella* vertunt. Scilicet à Chald. סַרְבָּלִים, *Sarbalim*. Pagn. vertit *femoralia*. Tremell. *chlamydas*. Suid. Σαράβαρα, ἐσθὴς περσική. Heſych. σαράβαρα, βρακία, τὰ περὶ τὰς κνημῖδας ἐνδύματα. *Linnæ*, ſaga quadra & mollia ſunt, interpr. Iſid. Meminit Strab. l. 4. de Helvet. veſtitu. Alioquin Gallis nobiliorib. tinctas geſtare veſtes, aut ſaga hirſuta virgata: hieme vero craſſiora; æſtate ſubtiliora, longis ullis, mos fuit, ut ſcribit Alexan. l. 5. c. 10. *Rhenones*, ap. Cæſar. l. 4. de bell. Gall. Et Salluſt. ait. Germani intectum *rhenonibus* corpus tegunt. Serv. verſum: *Et pecudum fulvis velantur corpora ſetis*, notat: rhenonibus. Nam, ut Salluſt. dicit in hiſtoriis, veſtes de pellibus *rhenones* vocantur. Hæc ille. *Rhenones* igitur ἀπὸ τῶν ῥηνῶν, i. e. ab exuviis aut pellibus ovium. Sic διφθέραι ſenes vocantur à pelle caprina: Varr. l. 2. de re ruſt. c. 11. Nam in Getulia & Sardinia pellibus caprarum amicti olim ſunt: Sicut & Græcor. antiquiſſimi pellibus itidem caprarum, item Leonum, pardorum, ovium ac luporum, quod Homerus prodidit. Ut ita etymon Iſid. cui *Rhenones* à *Rheno* fiunt, ut quib. accolæ ejus ſint uſi, ægre obtineat. Videatur etiam Cluver. l. 1. Germ. antiq. c. 16. Denique *maſtruga*, vel *Maſturca*: forte à μάσθλη, quod eſt pellis, corium. Fuit enim maſturca veſtis è pellibus: Turneb. l. 10. c. 24. & l. 29. c. 9. Cic. pro Scæv. Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum *maſtruca* mutavit? Prudent. contra Symmachum.

Tenta-

Digitized by Google

Tentavit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam, patrio veniens juratus ab Iſtro :
Has arces æquare ſolet, tecta aurea flammis
Solvere, *Maſtrugis* proceres veſtire togatos.

Sarcaſmus, σαρκασμὸς, Nonnulli, qui cum riſu amaro orationem definivere, ajunt à labiorum deductione, quæ in riſu carnis illius motus eſt *ſarcaſmum* dictum. Παρὰ τὸ σεσηρέναι ὡς σάρκας. Quo nihil mihi videtur γραμματικώτερον, i. e. ineptius. Quin etiam σύρκας ab Æolenſibus dici σάρκας: propterea quod detracta cute ἀπεσπαρμένου δέρματος caro exſtet. Sane eruditionem non contemnimus: rem negamus ipſam. Nos in originib. ita commenti ſumus. *Carnis vocabulum* vix & raro in vivente, niſi ap. Philoſophos. At vulgus cadaveris *carnem* dicebat, quæ jam *careret* vita. Itaque *carnifex*, is à Latinis dictus eſt, qui *carnem* facit ex vivente. Igitur cum *ſarcaſmus* non niſi in hoſtem victum legatur, eumq; vel jam mortuum, vel certe mox moriturum, ab ea cauſa nomen accepiſſe crediderim. Etiam *Sarcophagus* eſt feretrum, item Sepulcrum, quod carnem quaſi voret & abſorbeat. Scal. l. 3. poet. c. 86. σὰρξ, demto initio à בָּשָׂר quod idem. A σὰρξ σαρκάζειν eſt carnes detrahere, dentibus utrimque commiſſis. Hippocrates de arte ait: ἀμφόδοντα ζῶα σαρκάζειν, i. e. animalia utrimque tentata carpere. Et Galen. in exegeſi vocum Hippocr. ſcribit, Hippocrati σαρκάζειν eſſe, τὸ ἄκροις τοῖς χείλεσι συνηγμένοις ἀποτίλλειν, i. e. ſummis labris commiſſis aliquid avellere.

Sarcina. Fronto: *orcus* vehiculorum & majus eſt: *ſarcina* hominum. Gloſſ. Phil. *Sarcina*, φορτίον ὁδοιπορικόν. *Sarcina* σκευὴ ὁδοιπορικά, γόμοι. Ita enim legendum, non τόμοι. Oritur vox à *ſarcio*. Quia *Sarcina* eſt congeries τῶν ῥαπτῶν, eorum quæ *ſarta* ſunt: ut veſtimentorum & ſimilium. Vall. l. 4. Eleg. c. 49. *Sarcino* ex origin. erit *ſarcinam facio*: quamvis probati autores id ignorent. Interim vel fuiſſe vel aliorum cauſa poſſe tolerari: ex ſequentibus patet. Plaut. pœn. a. 5. ſc. 2. *Viden homines ſarcinatos conſequi*, id eſt, ſarcina onuſtos: Agel. l. 13. c. 23. *Supplendi numeri cauſa extrinſecus additum & con-*

ſarcinatum. Ap. Non. *Sarcinator* eſt ſutor. Lucil. l. 28. *Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere, centonem optime*. Lapis Romanus. JULIA. JUCUNDA.
AUG. L. SARCINATOR

Gloſſ. Cyr. σκευοφόρος. vaſifer, *Sarcinator*. A Sarcinator *Sarcinatrix*, ἠπήτρια, *Sarcinator* ἠπητής. Gloſſ. Philox. ἠπήσασϑαι *ſarcire*. Moſchopulus: ἠπῶ τὸ ῥάπτω. Varro ὄνος λύρας: *Homines ruſticos in vindemia incondita cantare, ſarcinatrices in machinis*: de quo multũ diſſerit Jan. Gulielm. l. 2. veriſimil. c. 12. *Sarcio* dicitur quaſi ῥάκος ῥάπτω, curo laceras veſtes. Andr. Schott. obſ. philol. l. 3. c. 5. *Texere ordiri, ſarcire confinia ſunt*. Affine eſt Chald. זְרַז parare: Sed proprie cingere. Ut Hebr. אָזַר itidem eſt cinxit: unde recta Græc. ζωρός. Sed Chald. סְרַךְ vincire, adhuc vicinius apparet & vi & ſono. Unde סְרָכָה alligatio, סֶרֶךְ cingulum. *Sartum* & prius *Sarctum*, h. e. ſarciendo factum & completum. In lege cenſoria ap. Feſt. *Porticum Sartam tectam prodito*. Lud. Carrio l. 2. Emend. c. 5. mavult *prodeto*. *Sartor*, qui *ſarcit*, qui veſtes reparat & conficit etiam. Ut à *farctum*, *farctor*, & deinde *fartor*: Ita à *ſarctum*, *ſarctor*, & poſtea *ſartor* mollius. Interim *ſarctor* retineri debet, ut ita etiam differat à *ſartor*, quod à Sarrio.

Sardanapalus: nomen quod optimi principis ſit: non voluptuarii, & delicati. A שַׂר, i. e. princeps, dux: שָׂרָה *Sara*, i. e. princeps, domina. A דִּין, i. e. judicium. Rad. דּוּן: unde & Dan. Et à פֶּלֶא quod eſt arduum, eximium, mirabile. Ut vero *Sardanapalus* rex Aſſyror. luxu infamis: ita nomen Aſſyriacum ita ſcribitur שַׂרְדָּן־פַּל. Quod tamen priores Hebræor. voces nihilominus repræſentat. Omnes alias libri *manuſcripti* concipiunt per geminum ll, *Sardanapallum*. Et videtur nomen hoc in obſcœnam notam à Græcis detortum. Nam παλλὸς idem, qui φαλλός. Heſych. Σαρδανάφαλλος γελωτοποιός, morio. Ut videtur ab illo monſtro homines Sardanapalo.

Sar-

Sardonius riſus, σαρδόνιος γέλως. Suidas multas de hoc proverbio opiniones colligit. Riſus eſt, qui autori lacrimas & dolores parit. Voluit dici ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι τοῖς ὀδοῦσι, à nudatis dentibus. Simonides l. 2. Syracus (idque verius videtur) facit à *Sardoa*, herba miræ acredinis. Qui comedit, ita faciem diſtorquetur & os, ut ridentis ſpeciem præ ſe ferat. Dioſc. l. 6. c. 14. A σαρδὼ ἢ σαρδών. Nomen inſulæ, in qua naſcitur copioſius. Latine *Sardinia.* Legatur hîc etiam Guiland. de papyro membro 5. ſub finem. Dodon. Pempt. 3. l. 4. c. 3.

Sarmata (qui & *Sauromatæ* quibusdam dicuntur) videntur dicti nonnullis, ab oculis lacertarum. Nam σαῦρος lacerta : ὄμμα oculus eſt. Ergo integrius dicentur *Saurommatæ.* Quia ex viriditate palleſcant eorum *facies*, modo *lacertarum*. Arias Mont. in Phalego, ubi filiorum Aram ſedes exponit, ait : הַצַּרְמָוֶת, *Haſſarmaveth*, *Sarmathæ* & *Sauromathæ*, *Sarmatia regio*. Gen. 10. 26. inter Joctanis filios eſt *Chazarmaveth*. *A* σαῦρος eſt σαυρίτης: ap. Plin. l. 37. c. 10. *Saurites* lapis, qui invenitur in ventre viridis lacerti arundine diſſecti. Sunt, quib. & *ſorex* à σαῦρος fiat. Et verum eſt, antiquos & *ſauricem* dixiſſe, quod obſervat etiam Iſid Ergo *ſaurex ſorex*: ut plauſtrum ploſtrum, cauda coda. Aliis nec incommode à σωρός, quod è quisquiliis & materie putrida naſcatur.

Sarmenta ſunt quisquiliæ ſcopis collectæ : aut ſimilia purgamenta, σάρμα, σαίρω, σαρῶ. Etiam *Sarmentum* eſt virgula arbore reſecta, dum *ſarpitur*. i. e. purgatur. Ratio igitur ejusdem generis. Gloſſ. Philox. *Sarmenta* κλήματα. At *ſarpor*, *ſarpſi* adducit Priſc. l. 10. i.e. purgo falce. Hinc *ſarptum*. Feſt. *Sarpta vinea, putata, i. e. pura facta. Inde etiam ſarmenta ſcriptores dici putant.* Sarpere *enim antiqui pro purgare dicebant.* Idem : *Sarpuntur vineæ, id eſt, putantur : Ut in duodecim : Quandoq; ſarpta donec demta erunt.* Vox *ſarpo* ducitur ab ἅρπη. Heſych. ἅρπη δρέπανον. Scal. in Varr *A ſaro antiquo (quod à σαίρω) ſarpo: unde ſarmenta.* Ab eodem Græco σαίρω ἢ σαρόω fit *ſarrio* i.e. herbas noxias ſegetibus evello, purgo : à quo eſt & *ſartor* quaſi *ſarritor* : differtque à *ſarctor*, qui à *ſarciendo*. Plaut. indi-

ſarcinatum. Ap. Non. *Sarcinator* eſt ſutor. Lucil. l. 28. *Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere, centonem optime.* Lapis Romanus. JULIA. JUCUNDA.

AUG. L. SARCINATOR

Gloſſ. Cyr. σκευοφόρος. vaſifer, *Sarcinator.* A Sarcinator *Sarcinatrix*, ἠπήτρια, *Sarcinator* ἠπητὴς. Gloſſ. Philox. ἠπήσασθαι *ſarcire.* Moſchopulus: ἠπῶ τὸ ῥάπτω. Varro ὄνος λύρας: *Homines ruſticos in vindemia incondita cantare, ſarcinatrices in machinis*: de quo multũ diſſerit Jan. Gulielm. l. 2. veriſimil. c. 12. *Sarcio* dicitur quaſi σάος ῥάκεα, curo laceras veſtes. Andr. Schott. obſ. philol. l. 3. c. 5. *Texere ordiri, ſarcire confinia ſunt.* Affine eſt Chald. זָרַז parare: Sed proprie cingere. Ut Hebr. אָזַר itidem eſt cinxit: unde recta Græc. ζειρά. Sed Chald. סְרַךְ vincire, adhuc vicinius apparet & vi & ſono. Unde סִרְכָה alligatio, סְרָךְ cingulum. *Sartum* & prius *Sarctum*, h. e. ſarciendo factum & completum. In lege cenſoria ap. Feſt. *Porticum Sartam tectam prodito.* Lud. Carrio l. 2. Emend. c. 5. mavult *prodeto.* *Sartor*, qui *ſarcit*, qui veſtes reparat & conficit etiam. Ut à *farctum*, *farctor*, & deinde *fartor*: Ita à *ſarctum*, *ſarctor*, & poſtea *ſartor* mollius. Interim *ſarctor* retineri debet, ut ita etiam differat à *ſartor*, quod à Sarrio.

Sardanapalus: nomen quod optimi principis ſit: non voluptuarii, & delicati. A שַׂר, i. e. princeps, dux: שָׂרָה *Sara*, i. e. princeps, domina. A דִּין, i. e. judicium. Rad. דּוּן: unde & Dan. Et à פֶּלֶא quod eſt arduum, eximium, mirabile. Ut vero *Sardanapalus* rex Aſſyror. luxu infamis: ita nomen Aſſyriacum ita ſcribitur שַׂרְדָן־פַּל. Quod tamen priores Hebræor. voces nihilominus repræſentat. Omnes alias libri *manuſcripti* concipiunt per geminum ll, *Sardanapallum.* Et videtur nomen hoc in obſcœnam notam à Græcis detortum. Nam παλλὸς idem, qui φαλλός. Heſych. Σαρδανάφαλλος γελωτοποιὸς, morio. Ut videtur ab illo monſtro homines Sardanapalo.

Sar-

Sardonius risus, σαρδόνιος γέλως. Suidas multas de hoc proverbio opiniones colligit. Risus est, qui autori lacrimas & dolores parit. Voluit dici ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι τοῖς ὀδοῦσι, à nudatis dentibus. Simonides l. 2. Syracus (idque verius videtur) facit à *Sardoa*, herba miræ acredinis. Qui comedit, ita faciem distorquetur & os, ut ridentis speciem præ se ferat. Diosc. l. 6. c. 14. A σαρδὼ ἢ σαρδών. Nomen insulæ, in qua nascitur copiosius. Latine *Sardinia*. Legatur hîc etiam Guiland. de papyro membro 5. sub finem. Dodon. Pempt. 3. l. 4. c. 3.

Sarmatæ (qui & *Sauromatæ* quibusdam dicuntur) videntur dicti nonnullis, ab oculis lacertarum. Nam σαῦρος lacerta: ὄμμα oculus est. Ergo integrius dicentur *Saurommatæ*. Quia ex viriditate pallescant eorum *facies*, modo *lacertarum*. Arias Mont. in Phalego, ubi filiorum Aram sedes exponit, ait: חֲצַרְמָוֶת, *Hassarmaveth*, *Sarmathæ* & *Sauromathæ*, *Sarmatia regio*. Gen. 10. 26. inter Joctanis filios est *Chazarmaveth*. A σαῦρος est σαυρίτης: ap. Plin. l. 37. c. 10. *Saurites* lapis, qui invenitur in ventre viridis lacerti arundine dissecti. Sunt, quib. & *sorex* à σαῦρος fiat. Et verum est, antiquos & *sauricem* dixisse, quod observat etiam Isid Ergo *saurex sorex*: ut plaustrum plostrum, cauda coda. Aliis nec incommode à σωρός, quod è quisquiliis & materie putrida nascatur.

Sarmenta sunt quisquiliæ scopis collectæ: aut similia purgamenta, σάρμα, σαίρω, σαρῶ. Etiam *Sarmentum* est virgula arbore resecta, dum *sarpitur*. i. e. purgatur. Ratio igitur ejusdem generis. Gloss. Philox. *Sarmenta* κλήματα. At *sarpor*, *sarpsi* adducit Prisc. l. 10. i.e. purgo falce. Hinc *sarptum*. Fest. *Sarpta vinea, putata, i. e. pura facta. Inde etiam sarmenta scriptores dici putant.* Sarpere *enim antiqui pro purgare dicebant.* Idem: *Sarpuntur vineæ, id est, putantur: Ut in duodecim: Quandoq; sarpta donec demta erunt.* Vox *sarpo* ducitur ab ἅρπη. Hesych. ἅρπη δρέπανον. Scal. in Varr *A saro antiquo (quod à σαίρω) sarpo: unde sarmenta.* Ab eodem Græco σαίρω ἢ σαρόω fit *sarrio* i.e. herbas noxias segetibus evello, purgo: à quo est & *sartor* quasi *sarritor*: differtque à *sartor*, qui à *sarciendo*. Plaut. indi-

cium facit Capt. a. 3. ſc. 5. Sator, ſartorque ſcelerum & meſſor maxume. Ut à veho vehiculum: ita à ſarrio *Sarculum*: ſcilicet inſtrumentum Sarriendi: Varr. l. 4. L. L.

Sartago: vulgariter ἀπὸ τῆς σαρξός. Ita potius; ut à far farrago: à vir virago: à voro vorago: ſic *à ſar* vel *ſart Sartago*. *Sart* antiquatum ad Hebr. שׁרת etiam inuſituto. מְשָׁרֵת ſartago. Eſt nomen Hæmanticum, ut magiſtri Hebræorum vocant. Iſid. l. 20. c. 8. *Sartago à ſtrepitu ſoni vocata.* Perſ. Sat. 1. — *unde hæc ſartago loquendi?* Ita omnes lectitant. Malim *farrago*: ſi manuſcripti fides aliqua ſubveneniat. Eſſet concinna ea tralatio & evidens. Ut alibi.

—— *tenui in faragine mendax.*

Juven. — *noſtri eſt farrago libelli.*

i. e. miſtura, quam etiam Perſius intelligit. Caſaub. retinet, *ſartago*. Alluſum (inquit) videtur ad panes ταγηνίας (nam τήγανον ſive τάγανον ſartago eſt) Athenæo atque aliis deſcriptos: qui confiebant è variarum rerum miſcella, farinæ adipis, mellis, ſeſami, caſei, & ſimilium. An reſpicit ad ſtridorem ingratum rerum, quæ in *ſartagine* friguntur? Hæc ille.

Satio, σάττω, i. e. onero, farcio, impleo. *Satietas*, item *ſatias & ſaties*. Ni cuidam videtur fieri à *ſatis*: hoc ab ἅλις, quod idem plane. Dixiſſent *Salis* imitatione Græca, niſi ambiguitas vetuiſſet fugienda. Aut, *ſatis* ab, ἅδην, ἅδην: *Satietas* ἅδος, ἅδος. *Satio* ab ἅδω, ἅδομαι. *Sat* per abſciſſiorem: à ſatis, quod integrum. *Satius* Compar: vulgo exponitur melius, βελτίονως. Proprie ita Virgil. illud explicetur, 2. Eclog.

Nonne fuit ſatius *triſtes Amaryllidis iras.*
Atque ſuperba pati faſtidia —

Nonne facilius ſatiari, quieſcere & magis contentus eſſe potui, quam ut paterer iras & faſtidia. Aliud: *Satius eſt pecuniam amittere, quam famam*, i. e. facilius quis acquieſcere poteſt facta jactura pecuniæ, quam famæ. Sed nolo omitterere ſententiam Scal. in Theoph. de pl quæ incidit ſuper origin. *Satis* (inquit) Adverbium, nota mediocritatis, ſumtum agricolis poſt ſementem factam, perinde atque

atque si dicant; *Satis* frugibus, non præterea laborandum. Hæc ille · Ejusdem originis est etiam *Saturo* : & *Satur*, expletus cibo. Inde *Satura*. Post εἰσλκῶς. *Satura*, cibi genus ex variis rebus conditum est & lex, multis aliis legibus conferta, Fest. Vet. Gloss. *Satira*, νόμος πολλὰ περιέχων. Sallust. jugurth: Postero die quasi per *Saturam* sententiis exquisitis in deditionem accipitur. Isid. l. 4. c 16. *Satira* lex est, quæ de plurib. rebus simul loquitur, dicta à copia rerum, & quasi *satietate*. Unde & *Satiram* scribere, est poemata varia condere. Vel, ut Porphyrio, hoc carmen Saturam appellaverunt, quia multis & variis rebus refertum est. Utrumque & *Satira* & *Satura* admittitur : ut *Sulla* & *Sylla* : *Pyrrhus* & *Purrhus*. Videantur notæ Petri Danielis in Petron. Scal. l 1. Poet. c. 12. Falluntur, qui putant *Satyram* esse latinam totam. A Græcis enim & inchoata & perfecta primum. A Latinis deinde accepta atque extra scœnam ex culta. Quamobrem non à *Satyra* vel *lege* vel *lance* dicta est, ut frustra ac temere satagunt Grammatici. Quin has à *Satyris* dictas puto. Cum lancibus enim prodibant & canistellis omni genere pomorum plenis, quibus Nymphas allicerent. Contra disputat erudite Casaub. l. 2. de Rom. Sat. quos vide; & ut videas particulam inde præmittam hic in gustum. *Saturam* (inquit) vet. Romani dixerunt compendio sermonis usi, quum *saturam* lancem intelligerent : quomodo multa dicuntur præsertim Græcis. Erat mos antiquorum, quando Cereri, Bacho, aut aliis diis agri annua vota solverent, pro læto frugum fructumque proventu; ut primitias rerum collectarum in lancem congestas cuique deo pro ratione ejus cultus offerrent. In ritib. Græcor. hujusmodi sacra miscella vocantur, πάγκαρπος θυσία, & πανσπερμία aut πυανία vel πυανεψία, cum leguminibus fiebat sacrum: item εἰρεσιώνη. Latini vero lances ita refertas variarum rerum copia lances *saturas*, vel simpliciter Saturas appellarunt. *Satur* enim pro pleno, & cui nihil deesset usurpabant. Porphyrio in Horat. Lanx plena diversis frugibus in templo Cereris infertur, quæ Saturæ nomine appellatur. A similitudine

hujus lancis etiam aliarum rerum mixturas appellarunt Saturas. *Et poſt*: Per *ſaturam* legem ferre, cum raptim, neq; viritim dictis ſententiis aliquid ſenatores decernebant. *Et iterum*: Simillime igitur & poematia, quib. breviter multi perſtringebantur, *Saturæ*, vel ut poſterius cœptum pronunciari, *Satiræ* dictæ ſunt. Hæc ille. E quibus apparet, quæ origo nominis, quæ propria ſignificatio & qui deinde vel lex, vel cibus, vel carmen Satira dictum.

Satrapa, σατράπης: ex Syr. [illegible] *asdarpan*, quod eſt contractū ex *achasdarpan*: in plurali *achasdarpenim*, forma Hebraica: & hoc conflatum eſt ex *achas* vel *ochos* & *darpan*. Eſth. 9.3. Dan. 3.2. *Caſp. VVaſ. Achasdarpenim* compoſitum eſt ex *Achas* vel *ochos* & *darpenim* forma Hebr. cujus ſingulare eſt *Achasdarpan*, contracte *asdarpan*: à quo fecerunt Græci σατράπαι, metatheſi τοῦ T & mutatione ultimæ ſyllabæ σατράπης. Hæc ille in Mithrid. Geſneri ap. Hebræos alias 1. Sam. 6. 8. סְרָנִים ſunt Satrapæ.

Satum, σάτον, ex Heb. סְאָה, nomen menſuræ Judaicæ. Ita *Gabus* קַב, menſura frumentaria: à קָבַב. *Seab* סְאָה, modius Romanus, tertia pars Ephæ, Hebræa menſura capiebat ſex cabos: *cabus* quatuor logos: *logus* ſex communia ova gallinacea.

Savium & integrius *Suavium* φίλημα: quia eſt *ſuavis* amoris judiciū. Scal. in Catal. *Saliboſas* aquas Virg. dicit, ut *ſalibatum* ap. Colum. quidquid ἀναστομοῖ, quidquid guſtum reficit. Facete, os usq; lambis *ſaviis*, tanquā ſi aliqua adjiciali cœna acceptus eſſes. Os lambis *ſaviis*, h. e. more canum, qui aliquid ligurierunt, labra etiā lambis. Hoc n. canes facere, cum ſapidum aliquid guſtarunt, videmus. *Savia* n. labra ſunt: ut Plauto Mil. Gler. a. 1. ſ. 1. valgis ductāt *ſaviis*. Nam valga ſavia, labia ſunt diſtorta. Ita n. labris conformatis ridebant militem. Nam ibi ſavia labra ſunt: ne, ſi oſcula interpreteris, ſit quod Græci στεντῶν φίλημα vocant.

Scabo. Motus à *ſcabie* oritur, nempe pruritus ad quem diluendū fricatur locus, & foditur: παρὰ τὸ σκάπτειν quaſi ungis marra fit. τὸ μάῤῥον. Proprie igitur *ſcabo*, eſt leniter frico ſuperficiē, quaſiq; *fodio*. Inde *ſaber* à ſcabo, quod *ſcabi* poſſit. Ut à glubo glaber: ita à *Scabo ſcaber*. Gl. Philox. *Scaber* ψωρός. Joſ. Scal. facit *Scaber* à *ſcarreo*: ſed videtur

ſtarreo factũ pro *ſcabreo*, quod à ſcaber. Verbum *ſcabreo* è Pacuv. aſſerit Turn. l. 29. c. 20. A σκάπτω oritur & σκάφη: & Lat. *Scapha*: proprie *effoſum* quaſi & *excavatũ* lignum, quo aliquid continetur. Inde propter ſimilitudinem *Scapha* dicitur navis minor, & quidem communiori uſu Pollux σκάφην etiam interpretatur μάκτραν & λεκάνην: & quæ plura hujus generis ſuppeditat lectio autorum *Scapteſula* locus, ubi argentum effoditur in Macedonia, à σκάπτειν, teſte Feſto. Lamb ap Lucr pro *ſcaptenſula* legit *Scaptenſula*. Sed & *ſula* non videtur mera paragoge formationis eſſe: Unde *ſcapteſula* volunt nonnulli dici, quaſi σκαπτὴν ὕλην, i.e. foſſilis materia. A ſcabo etiã *ſcobs*: quia minutatim ita exciditur, & quaſi *ſcabendo* deteritur. *Scobs*, quaſi *ſcabs*. Dixerunt *Scobs*, ut ita homonymian τοῦ *Scabo ſcabis* effugerent. Interim *Scobs ſcobis* retinet quantitatẽ τοῦ *ſcabo*. Horat. *Vilibus in ſcopis, in mappis, in Scobe quantus.* Etiã *Scopæ* dicuntur inde; ut quibus illæ minutiæ & quiſquiliæ everrũtur: quaſi *ſcobæ*. Aut videtur redolere τὸ σκάπτειν Græcum. Nam ſcopis *ſcabimus* quaſi & radimus ſuperficem. Perot. *Scobẽ*, per metaphoram, pro qvacumq; immunditia accipiunt. Unde *Scopa* dicta eſt, quaſi *ſcoba*, inſtrumentũ, quo domũ verrimus, h.e. quo *ſcobem* educimus. Hæc Perot. Et addit Martin. in Lex. Non malè *ſcopæ à ſcobe* ſeu pulvere, quem everrunt. *Scopis*, quæ è durioribus virgultis fiunt, etiã *ſcabimus*, σκάπτομεν, i.e. σκάλλομεν. Et Heb. שׁוּף eſt percutere, conterere, frangere. LXXII vertunt τρίβειν, ἐκτρίβειν, καταπατεῖν. Et Chald. שְׁף & שְׁפָא contere, comminuere, conculcare. Et שָׁף ſcalpere, fricare. Hoc σκάλλειν. Hęc Mart. A σκάπτω eſt etiã *ſcamma*, i.e. propriè locus *foſſus* quocumque fine. Gl. Cyr. σκάμμα foſſum. Tertul. ad Martyr. *Ad hoc ſcamma produxit*. Gl. Iſid. *Scammata arenæ, ubi athletæ luctant*. Cœl. Aur. l. 2. c. 1. Ordinat in arenæ ſpatio deambulationem quod appellant ſcamma. Ultimò Gr. σκάπτω non adeo abludit ab Heb. חָצַב, i.e. excidit; foſſas excidit.

Scabinus. In jure Sax. *Scabini* dicuntur quaſi *Scamini*: quod in ſcamnis conſideant. At liræ liræ. Ab Hebr. n. שָׁפַט i. e. judicavit. שֹׁפֵט, i. e. judex.

Scævus, ſcævum: à σκαιόν, ſiniſtrum: ſi digamma Æolicũ imponatur, σκαϝόν. Euſtat. σκαιὰ χεὶρ ἡ ἀριστερά. A σκαιὰ

Scæa, ap. Virg. una ex portis Trojæ. *Scæva*, qui ſcæva, i. e. ſiniſtra loco dextræ utitur. Ita *Scævola* Mutius ex Porſenæ hiſtoria notus, ap. Liv. l. 2. Senec epiſt. 24. & 66. & l. de prov. c. 3. quia dextram ipſam ſibi ambuſſerat. Sigon. l. de Nomin. Roman. *Scæva, Scævola, & Lævinus, quod lævâ manu pro dextrâ uterentur, dicti ſunt.* Σκαιὸς ſæpè eſt infauſtus, mali ominis. Ex *accidente* quandoque bonus & fauſtus, Gloſſ. Cyr. σκαιος, *ſcævus, opportunus.* Varr. l. 6. *Ne quid obſit bonæ ſcævæ cauſa*, h. e. bonæ rei cauſa. Et hoc fit propter auſpicia quædam, ut diximus in voce *Siniſtrũ*. Σκαιος a σκάζω, claudico. Etiam Heb. aſſonat שָׁוְא, i. e. vanitas, improbitas, iniquitas. Etiam ab eodẽ σκάζω eſt σκάνδαλον, i. e offenſio pedis, ſive quod facit, ut *claudicemus*. Latinis *ſcandalum*. Quomodo & πρόσκομμα Rom. 14. 20. 1. Cor. 8. 9. & alibi ſumitur, à προσκόπτω: h. e. offendiculũ, quo pes alliditur & quaſi κόπτεται. Germ. *ſcandalum* pro re bellè redditur. ärgernüß/ ab ärgern/ arg: ut quo homines redduntur deteriores. Τῷ σκανδάλῳ non etiam abludit Hebr. כָּשַׁל, *caſchal*, i. e. impegit, offendit, lapſus eſt. Inde nomen מִכְשׁוֹל, offendiculum. Lev. 19. 14. LXXII. vertunt σκάνδαλον. Jeſ. 57. 14. σκῶλον. Prov. 24. 17. ὑποσκέλισμα. Ezech. 3. 20. βάσανον. Ezech. 14. 3. κόλασιν. Ultimo σκάζω, à σκάω, oritur à Cæald. שָׁק, quod eſt crus & coxa, cui τὸ σκάζειν accidit.

Scala, χαλις, à סֻלָּם, quod eſt *ſcela*. Qui Latinum à ſcandendo faciunt, vel ultro fateantur neceſſe eſt, probius ab Hebræo fieri: ſive ſignificatio, ſive literæ etiam ipſæ putentur. Neque adeo diſſonat Heb. שְׁלַבִּים, *ſchelabbim*, i. e. gradus, ſcalæ.

Scalptio, eſt cutis rarefactio, qua utrumque fit, & rarefactio cutis, ut emittat id quod urit: & humoris attenuatio, ut id exhalet. *Scalpo*, σκάλλω. A ut in alias ſæpe: ita in P etiam migrat. Varro l. 5. L. L. *Scalpere*, σκαλεύειν. Utriusque etymi eadem ferè ratio. Ariſtot. in probl. τὸ ὦτα σκαλεύειν. Similiter Juven. Sat. 9. *Scalpere caput digito*. Horat. l. 1. Sat. 8. *terram ſcalpere unguibus*. Plin. l. 9.

Attri-

Attritu petræ ſcalpentes piſces pruritus invadit. Inde apparet, quod *ſcalpere* ſit propriè fricare: & quod differat à *ſculpo*, γλύφω. *Scalpturatum* eſt ſcalpturâ variegatum, διαποίκιλον. Ap Plin. l. 36. c. 27. *ſcalpturatum pavimentum*.

Scando, quorundam opinione à *ſcamnum*; cum hoc verius ab illo ſit. Facilius ex Hebr. deduces, ſi, memor confuſionis Babylonicæ, elementa tranſponas, נָסַק, i. e. ſcandit, conſcendit. Etiam non incommodè *ſcando* erit à σκάω, σκάζω: unde σκάνδαλον, σκανδαλίζω, σκαμβοί. Quæ modum hujus etymi facilem oſtendunt. Eſtque σκάζω idem, quod claudico. Jam vero *ſcandentis* greſſus eſt, tanquam *claudicantis*: quia uterque alterum pedem ἀνωμάλως tollit, alterum deprimit. Secus fit in plana via, quæ rectum utriusque pedis greſſum admittit. A ſcando *ſcanſilis*: ut à labor labilis; à doceo, docilis. *Scanſile* eſt, quod ſcandi poteſt, & per quod facile ſcanditur. Ammian. l. 16. *elatos vertices ſcanſili ſuggeſtu*. Plin. l 7. c. 49. *Turba ſcanſili annorum lege occidua, quam climactêras vocant*. Rhodig. l. 11. c. 36. *climactericum* vertit *gradarium* & *ſcanſilem*. A ſcando (ut antè etiam innuebam) fit *ſcamnum*: quaſi *ſcandum*: h. e. fulcrum, ex quo *ſcandimus* in locum ſuperiorem. Varro l. 4. L. L. Quomodo Græcis itidem βάθρον, i. e. ſcamnum, à βαίνω gignitur. Apud Græcos barbaros exſtat, σκάμνος. Suid. σκίμπους χεχόωτος ἢ σκάμνος. A ſcamnum. *Scabellum*, i. e. parvum ſcamnum: quaſi *ſcamellum*. Ita enim prius fuit. Gloſſ. Cyr. ὑποπόδιον, *ſcabellum, ſubſellium, ſcamellum*. Priſc. l. 3. *Scamnum, ſcamnellum*. Alii legunt *ſcamellum*. Ap. Victruv. l. 5. *Per ſcamillos impares*. Philander exponit per *gradillos*. Turn. per *parvula ſcamna*: l. 11. Ad c. 2. Hac via mutatio videtur obtigiſſe: *ſcamnum, ſcamnulum, ſcamnellum, ſcamellum, ſcabellum*. Cujus exempla plura novit qui linguas novit.

Scarabæus, Danica ling. Skarnbaſſe: dicitur quaſi σκαραβαίνων: à σκὼρ & βαίνω. Quia è ſtercore naſcitur & inde *prodit*. Germ. eapropter etiam Kothkäfer vocetur. Quomodo itidem Græcis κοπρίων eſt ſcarabæus: à κόπρος. Papias à *cabo*, i. e. caballo derivat, quod ex eo naſcitur.

Sed literæ ꝰ *ſcarabai*, longius à *cabo* diſtant. Vel inter eundum depræhendere licet, quod ſcarabæus (qui non unius generis) è ſtercore emergat. Ut ita prius etymon prævaleat. Ortum verò ſcarabæi mirabilem depingit nobis Oſw. Croll. Veteran. Haſſ. *Scarabæus* (inquit de ſignaturis) *totidem digitis vel pedibus nititur, quot menſis diebus conſtat, in quibus ſol exoriens ſuos perſequitur curſus. Is & ſolis & lunæ coitum apertè demonſtrat, quandoquidem ex bubulo ſtercore pilulam ob ortu ad occaſum rotando verſans, in orbis imaginem effingit; quam viginti octo diebus facto humi ſcrobiculo adobruens, tantiſper celat, dum ſigniferum ambiens Luna ad intermenſtruum revertens ſileat, apertoq; tũ orbiculo coitus ſiderum denunciens novam prolem edit nec aliam naſcendi novit originẽ.*

Scarifico, à σκάριφος, i.e. ſcalpellum, ſtilus. Paul. Meliſſ. poeta in eleganti epigramm. ad Trel. Non ſacrificabis ſed ſcarificabis cutem. Gloſſ. *Conſcarificat*, κατακνᾷ. Videtur prius fuiſſe *Scarifo*: quod etiam ita in Lexico Philox. occurrit. Et Græci dicunt σκαριφεύω vel σκαριφάομαι. Heſych. σκαριφᾶσθαι ξύειν, σκάπτειν, γράφειν. Sed σκάριφος ducitur à χάω, quod eſt ſcalpo ac pungo.

Scateo, à σκάπτω etiam: σκάμμα, fovea, ſeu foſſa. Quia ſcatebræ ab initio foderentur. Hebr. אֶשֶׁד, ſcatebra. Etiam poteſt eſſe à Chald. שְׁדָא, vel שְׁדִי, quod eſt effundere. Nec non Hæbr. שְׁתִי, eſt potus, à שָׁתָה, bibere. Inſuper שֶׁקֶת canalis: & שְׁטַף inundare. Omnia τὸ *ſcatere* bene attingunt: quod eſt propriè, quando aqua è terræ viſceribus ebullit. Ut à lateo latebra: ita à ſcateo *ſcatebra*: locus unde ſcatet aqua. *Scaturio*, ſecundam licenter nimis faciunt brevem, aut non faciunt talem: ſed ex inſcitia talem eſſe exiſtimant. Audis ſæpiſſime: *fons & ſcaturigo ſalutis*. Non recte. *Scaturit*, mediam producit. 1. autoritate Virg. in Phal. *Loci vermiculis ſcaturientes*. 2. quia fit à verbo ſecundi ordinis. Nam quod Capitolio aliquid objiciat: *Parturit, nupturit ſcripturit* eſſe media brevi: itemq; alia, ut ap. Mart. l. 11. Epig. 78. *Cænaturit, Vacerra, non cacaturit*; non attendit, quod ratio ſit impar.

impar. Nam iſta omnia veniunt à verbis vel tertiæ vel primæ conjugationis. Det vero aliud illis ſimile è verbis ſecundæ conjugationis: *Et phyllida ſolus habebit.* Aliis ita ſecum colligit: *Scaturigo* eſt quaſi ſcatens origo. Igitur ſecunda brevi. Hem vero lepidum & lautum Etymologum, qui neſcit diſcernere appendicem & terminationem cum aliis communem, à partibus eſſentialibus. Certe ineptus eſſet, qui pari ratione diceret: *Prurigo*, quaſi *pruriens origo*. Non ita eſt *IGO* eſt terminatio, ut in *vertigo*, *porrigo*, in *ſcalpurigo*, ap. Solin. Non ſecus ac *mentum*, in *calceamentum*, *commentum*, & ſimilibus.

Scelus. Ut verbero maſtigia & ſimilia: ita etiam τὸ *ſcelus* puto exſtitiſſe. Nempe à Gr. σκέλ☉, quod eſt, crus: ut ſit facinus dignum, propter quod *crura* frangantur. Plaut. Mil. glor. a. 5. *Scelus viri Palaſtrio.* Lipſ. l. 2. de cruce c. 14. Ipſa res antiqua, & jam Plauti, & ante ævo, paſſim crurifragium minati ſervis. In ejus Aſinar.

----- *Crura hercle offringentur.*

Et credam, ut crucem ipſam, peculiare fuiſſe ſervis. Sen. de ira 3. c. 32. Magnam rem ſine dubio fecerimus, ſi ſervulum infelicem in ergaſtulum miſereimus. Quid properamus verberare ſtatim, *crura* protinus frangere? Græcis τὸ σκέλ☉ eſt à σκέλλω, propter ſiccitatem. Inde etiam *Sceletum*: quod Apulejus vocat *larvale ſimulacrum*. Gloſſ. Cyr. σκελετὸς larva, ſceletus. A σκέλ☉ etiam fit *Periſcelis*, quia ambit crura. Tertullian. de cultu fœm. *Neſcio, an crus de periſcelio in nervum ſe patiatur artari.* Gloſſ. *periſcelides*, *ornamenta vel circuli aurei crurum muliebrium*: uti prolixius notat Joh. à Wouw. adnimadverſ. in Petron.

Scena, σκηνὴ. Si enim diphthongum quiſpiam commiſcatur, id nulla faciat ratione: ait Scal. c. 26. L. L. & l. 1. poet. c. 9. nomen invenit ex eo, quod alia atque alia facies ſubinde appareret ex ædiculis, quæ olim cum è ramis, ac frondibus conficerentur, ita ſunt ab umbris, & tabernaculis appellatæ. Et ſane verbum militare, σκηνοῦν. Et apud Timæum Locrum, σκᾶ☉, haut longe abeſt ab ea ſignificatione. Heſych. σκηνὴ ἡ ἀπὸ ξύλων ἢ παραβολαίων οἰκία. Et Virg. 1. Æn. *ſilvis ſcena coruſcis.* Al-

Digitized by Google

Alluditur enim πρὸς τὴν σκιὰν: unde formant σκηνὴν; quam & ipſam vertunt ſæpè *umbraculum.* A σκηνὴ fit σκηνίτης, *Scenites, ſcenita*: qui in umbraculis & tentoriis habitat. *Scenopegia*, σκηνοπηγία, tabernaculi compactio, ſcenopegi actio. Verbū σκηνοπηγεῖν eſt tabernaculum ponere. Ap. Judæos erat *feſtivitas tabernaculorum*: quæ Lev. 23. σκηνῶν ἑορτή. Deut. 16. ἑορτὴ τῆς σκηνοπηγίας. Joh. 7. ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων. Syro, *feſtum tabernaculorum*. Ultimò σκηνή, σκηνόω, ducitur à שָׁכַן, quod Hebr. Chald. Syris & Arabib. eſt *habitare*. Idemque LXXII. Interpr. creberrimè vertunt κατασκηνοῦν: nec non σκιάζειν Num 9. Etiam מִשְׁכָּן iidem interpretes per σκηνὴν plurimum vertunt.

Sceptrum, σκῆπτρον. *Scipio*, σκηπίον, σκήπων. Græci dicunt σκῆπτον, etiam σκίπων. Hesych. σκήπων βακτηρία, ῥάβδος. Eo enim innitimur. A σκήπτομαι, i. e. nitor, incumbo. Niſi placeat ulterius exquirere originem ex arculis Hebraicis. Etenim שֵׁבֶט, virga eſt illis, aut baculus, item ſceptrum. Ejusdem ortus eſt & *ſcapus*. Unde & *ſcapula*. Aut *ſcapula* quaſi *Scaphula*: quia hanc nonnihil refert. Certe ob concavitatem, rectè ad σκάφιον refertur. Legatur Bauhin. l. 1, Anat. c. 10. *Interſcapilium*, ſpatium quod inter ſcapulas eſt. Gloſſ. eſt *interſcaputum* μετάφρενον. Rhodig. *Interſcaplium* l. 3. Scal. l. 2. in Auſon, prima *Scapi* non dubium eſt, quin producatur: σκηπὸς, unde σκηπίον. Eſt enim *Scapus* ipſum columnæ corpus, quod eſt inter baſin, & epiſtylium. Ita & Budæus explicat, eſt corpus columnæ. Nam quod ſuper columnam imponitur, *capitellum*, vel *epiſtylium* vocatur: infra *ſcapum*, *ſpira*, quæ ſæpe *baſis* appellari ſolet.

Scheda, σχέδη: philyra aut ſimile quippiam, in quod tumultuario quaſi calamo aliquid conjicimus: ita dicitur, quia *prope* & veluti ad manum eſt: à σχεδὸν *prope*. Quod à σχίω, ἴσχω. *Schedius*, σχέδιος, ſubito factus, non longo tempore. *Schedia* genus navigii inconditi, trabibus tantum inter ſe connexis facti, ap. Feſt. Euſtath. ſcribit, quod σχεδία ap. Homer. ſit πλοιοειδές τι. Gloſſ. Cyr. σχεδία ratis. Aliud vero eſt *ſchidium*, σχίδιον, h. e. aſſula. A σχίδος. Unde

de *schida*. itaque male quidam *scida* faciunt: quasi à *scindo* sit. Rectius *schida*, *schidium*. Victruv. l.17. c.10. *tædæ schidiæ*, i. e. assuiæ è tædis fissis. A σχίδος, quod à σχίζω, findo. Inde etiam σχιστός, fissilis: *Schistus* ap. Plin. l.36. c. 20. *Schistum* alumen, ap. eumdem l.35. c.15.

Schœnobates, ap. Juven. Sat. 3. Gloss. vet. σχοινοβάτης, funambulus: i. e. qui in *fune* extento ambulat. Hinc *schœnobaticus*, ad schœnobatas pertinens, σχοινοβατικός. Legatur de hoc argumento Bellon. l.3. Observ. c. 39. Vox compacta visitur è σχοῖνος, i. e. juncus, funis: & βαίνω ambulo. A χοῖνος sunt etiam nominatæ *Schœniculæ*, meritrices antiquitus. Quas ab iisdem funibus describit Herodot. l.1. Ἐν τεμένεϊ Ἀφροδίτης κατίαται στέφανον περὶ τῇ κεφαλῇσι ἔχουσαι θώμιγγος πολλαὶ γυναῖκες. Et mox: χοινοτενέες δὲ διέξοδοι πάντα τρόπον ὁδῶν ἔχουσι διὰ τῶν γυναικῶν. Hæc ille. Alias quoad etymon dictæ sunt meritrices *Schœniculæ*, à juncis, quibus se præcingebant, sic artem profitentes suam, & facilitatem solvendæ zonæ, ut observat Alber. Gentilis. Baruci 6. 42. αἱ γυναῖκες περιθέμεναι σχοινία, i. e. mulieres funiculis cinctæ, ut Pagnin. cum Tremell. & Jun. vertit.. Funiculis è *junco* (inquit Jun.) ut vox Græca indicat: quia duplicem usum præstabat meritricibus. Alter est, quod ex junco faciebant fucum & καλλωπισμὸν: unde *schœniculæ* Latinis priscis dicebantur. Alter verò, quod illa præcinctione artem suam profitebantur & facilitatem solvendæ zonæ suæ ac potius frangendæ ostendebant. *Hæc ille*. Meurs. *Scœniculas* mavult à *scœnum*. Ut enim ab annus anniculus: ita à *scœnum scœniculus*. Scœnum verò è Sabinorum lingua proscœnum. Ut ita *scœnicula* notet impuritatem cœnosam.

Schola, σχολή: unde otium literarium. Virg. 4. Georg. sub finem: *Studiis florentem ignobilis oti*. Auson.

Grajo schola nomine dicta est,
Jussa laboriferis tribuantur ut otia musis.

At primò ac propriè σχολή *schola*, est quies & à labore vacatio. Nonnulli eximunt literam aspirabilem, *Scola*, ut suam ita pronunciationem tueantur, quæ tamen vitiosa. Σχολή ab Heb. שָׁלָה, *schalah*, i.e. vacuit; in otio vixit.

Scio-

Sciopus, *ſciopedes*, à σκιὰ & πȣ̃ς: qui umbra ſe pedum protegunt, ut ait Plin. l.7. c.2. Ap. Philoſtr. in vita Apoll. Heſych. & Suid. σκιάποδες. Ex eadem σκιᾷ fit *ſciatheras*, σκιαθήρας: inſtrumentum, quo *umbra* θηρᾶται, i. e. inveſtigatur. Ita enim explicat Vitruv. l.1. c.6.

Collocetur æreus gnomon, indagator umbræ.

Ap. Plutarch in Marcello de Archimede: σκιάθηρα καὶ σφαίρας καὶ γωνίας. Plin. l.2. c.76. *Umbrarum hanc rationem, & quam vocant Gnomicen, invenit Anaximenes, primusq; horologium, quod appellant* Sciothericon, *Lacedæmoniis oſtendit.* Vulgo omittunt H, & ſcribunt *Scioterican*. Eſtq; σκιοθηρικὸν, quo horæ indicio *umbræ* deprehenduntur. Strab. l.2. διὰ τῶν σκιοθηρικῶν γνωμόνων. Germ. nomenclatio *ſolem* innuit, Sonnenzeiger: qui beneficio umbræ diſtinguitur. A σκιὰ eſt etiam σκότος: & inde σκότωμα *Scotoma*, ap. Iſid. l.4. c.7. h. e. caligo oculorum, & conſequenter vertigo. Gloſſ. Cyr. σκοτȣ̃μαι, *verticinor*.

Scio differt ab opinor. Cic. pro Arch. qui ſe non *opinari*: ſed *ſcire*: non audiviſſe: ſed vidiſſe: non interfuiſſe; ſed egiſſe dicit. Idem 1. Acad. *Scientiam* nos, non comprehenſionem modo rerum; ſed etiam ſtabilem atq; immutabilem eſſe cenſemus. *Lipſ.* in Ep. ad *Taubmann.* majus putat eſſe *Noſſe* quam *ſcire*: Novus (inquit) orbis indicatur, quem *ſcibere* tamen magis illi; quam *novere*. Et quidem *Noſco* oritur à νȣ̃ς, i. e. mens, in qua & à qua omnis cognitio hominis pendet, ut non tam ex uſu, quam origine ἔμφασις illa eruatur. Ariſtot. autem 1. Poſt anal. c. 2. ἐπιστήμην, (Latini vertunt ſcientiam) anteponit omni notitiæ: ἐπίστασθαι (inquit) οἰόμεθα ἕκαστον ἁπλῶς, ὅταν τήν τ' αἰτίαν οἰόμεθα γινώσκειν, δι' ἣν τὸ πρᾶγμά ἐστι. Græc. eſt ἰσάω, ἰσῶ, unde ἵσημι: ἰσῶ ex fut. εἴσω verbi εἴδω: item ἴσκω, pro εἴσκω, etiam ex εἴδω. Inde quæratur origo. Ni magis arrideat Scal. in Theoph. de pl. indagatio ſubtilior: *Ratiocinatio*, inquit, motus quidam eſt, *ſcientia* quies. Unde & nomen tum ap. Græc. tum Latin. Παρὰ τὸ ἐπὶ ἵστασθαι ἐπίσταμαι. Siſtitur enim mentis agitatio, & fit ſpecies in animo. Sic Latin. *ſcientia*, ἐκγίνεται χίεσις τȣ̃ ὄντος. Nam Latini, quod nomen *Entis* ſimplex ab uſu abjecerunt & repudiarunt, omnib.

omnib. activis participiis idem adjecerunt. Audiens *ἀκούων ὤν* Sciens *γνοὺς ὤν*. Hebr. שֶׂכְוִי etiam alludit, quod est mens & intellectus, quo *scimus* & omnia quasi pervidemus. Nam שָׂכָה est adspicere aut perspicere. A scio *scisco*: ut ab hio hisco. *Scisco* est cupio scire, operam do ut sciam. Plaut. amph. a. 5. sc. 1. *ocius accurro, ut sciscam, quid velit.* A *scisco* fit *sciscitor*, h. e. *sciendi* causa inquiro, scire volo. Gloss. Philox. *Sciscitari γνώσκειν*. Valla l. 5. Eleg. c. 61. *Sciscitari (ut ipsa vox indicat) sciendi causa interrogare est.* A scio, *scitum* manat *scitus*. Fronto: *Sciens*, qui scit: *scitus*, qui scitur. Gloss. Philox. *scitus*, *εἰδήμων, χαρίεις*. Plaut. Cist. act. 4. sc. 2. *Non sum scitior, quæ vos rogem.* Idem Cas. a. 3. sc. 1. *Scito, scitius.* A scitus fluit *Scitulus*, belle *scitus*, per deminutionem, *ὑποκοριστικόν*. Crebro utitur Apul. Plaut. in Rud. *facie scitula.* Etiam *Scitum*, *εἰδικῶς*, decretum, quod *sciscitur* à populo. Cic. pro Corn. Balbo *scita* & *jussa*, conjungit. A scio est *scius*: ut ab inscio *inscius*, à præscio *præscius*, à nescio, *nescius*. Atqui *Scius* fermè exoletum. *Scius*, i. e. sciens, gnarus: apud Marcell. l. 6. cap ult. Gloss. Phil *Scius εἰδώς*. Prisc. l. 10. *Saucio saucius: Scio scius.* Pacuv. in Teucro: *neq; quemquam invenit scium.* Lactant. etiam l. 3. c. 24. prudentes & scios. Ut à sanctus sanctulus, à præstus præstulus: ita è *scius*, *sciulus*. Et rursus *κατ' ἀντίστοιχον* *sciulus*, *sciolus*: ut præstulus, præstolus. Propriè est *sciolus*, parùm *scius* & qui tamen *scius* videri vult. Hunc *sciolum* & *curiosum* graphicè expingit Plaut. Trin. a. 1. sc. 2. & Plutarch. in pecul. lib. A scire *scilicet*: ut ab ire ilicet, à videre videlicet. *Scilicet* enim est scire licet. Aut potius ab initio. *Sci, licet*: i. *licet*: *vide, licet* exstitit. A scitum est *scitus*: ut à rectum rectus. A scitum *scitari*: ut à gratum gratari, à jactū jactare. A scitatum *scitamentum*: ut à firmatum firmamentum. Agell. l. 18. c. 8. *Scitamenta* dicit ornamenta figurarum. Aliàs est *scitum* edulium. *Scio κατ' ἄρσιν* opponitur *Nescio*. Cic. in Orat. *Non scire* quidem barbarum jam videtur: *nescire* dulcius. *Conscio* est simul scio. Ut à scio scientia; ita à conscio *conscientia*, Græcis *συνείδησις*,

h. e.

h. e. quando aliquid nobiſcum ſcimus, ſine communicatione cum aliis. Arnobio conſcientia peculiariter eſt *animus cenſor.*

Scolopendra, σκολοπένδρα: animalculum à σκόλοψ, i. e. palus præacutus, ſive χάραξ. Quoniam geſtat quaſi σκόλοπα ἐν τῇ ἕδρᾳ, i. e. corniculum, ceu palum aut aculeum in extremo: inde etiam σκολοπία dicitur, ap. Theophr. de pl. l. 7. c. 11. *Scolopendrium*, σκολοπένδριον, herba: ita dicitur à ſimilitudine *ſcolopendræ* vermis, qui hirſutus ac multorum pedum. Idem *ſcolopendrium* vocatur etiam *aſplenum*, Nic. Myrepſo λιθοσπλήνιον, Theophr. ἡμιόνιον, Gaza vertit *mulam herbam*: uti Dodonæus Fr. Maſſar. in Plinii l. 9. c. 43. & alii tradunt.

Scopus, σκοπὸς, propriè ſignum, quod *ſpectant*, ad quod collineant & tela ſua dirigunt ſagittarii. A σκέπτομαι diſpicio & ſpeculor. Unde σκοπεῖν. At *ſcopulus*, σκόπελος, eſt locus editus, unde circumjacentia poſſumus ſpeculari: itidem à σκοπεῖν. Virg. 1. Æn. *Scopuloq; infixit acuto*. Scal. in lib de plant. Græc. verbum σκέπειν primo ſuo ſignificatu nihil aliud, quam *tegere* denotavit. Periti ſagittarii poſtquam intenderunt, haut prius amittunt, quam teli mucrone punctum obtexerint: Cujus mucronis objectu ſcil. inobſcuraverint puncti viſionem. Iccirco ad eam primum exercitationem deducta vox: atq; inde ad mentis agitationem. Unde *Sceptici* dicti Pyrrhonii, qui ζητητικοὶ & ἐφεκτικοὶ eandem ob cauſam: quia ſemper eſſent in diſquiſitione, ſtatuerent vero nihil. Etiam σκοπέω & σκέπτομαι molliter flectas ex Hebr. קָשַׁב, i. e. atttendit, circumſpexit: vel שָׁקַף, in Niphal נִשְׁקַף, i. e. vidit, proſpexit. Σκέπτω autem à שָׂגַב, texit, muniit.

Scorbutus. Vox nupera & quidem è matrice Germaniæ: ſed hodie medicis cognitiſſ. Ita enucleat Salomon Alberti med. inſignis: Nomen (inquit) totius morbi *Gingipedium*: ſed craſſa, ut ſic dicam & pingui minerva, à Symptomatis, quibus ipſe fœtus eſt factum. Quoniam *gingivæ* pariter & *pedes* hic ὡς ἐπὶ πλεῖστον male habent. Flaccent illæ uvidoque prægnantes madore

ſupra

ſupra modum turgeſcunt, mox etiam ulcerantur. *Hi* propter laxum tymorem, livoribus, perinde ut in ſugillatis paſſim literari deturpantur. *Et poſt:* Oris Symptoma Straboni & hunc ſequenti Plinio vocatur privatim στομακακή: Barbaris nove *Stomacaxia*, quaſi τοῦ στόματος κακία. Marcello, qui ſub Gratiani & Theodoſii Imp. ætatem floruit, lib. de Medicam. c. 11. *Oſcedo.* Danis Schorbeck/ oris depravatio. Aliis Schurmundt/ i.e. ruptabucca. Etenim *gingivæ* nimio madore prægnantes gliſcunt, ac tandem etiam hiſcunt. *Et poſt:* Crurum Symptoma σκελοτύρβη nominatur *Strab.* & *Plin.* i. e. conturbatio ac ceu divulſio crurum. *Galeno* eadem vox reſolutioni attributa eſt. Hollandis à *blavis* ſive *glaſtinis* maculis in cruribus potiſſimum, nonnunquam univerſo in corpore conſpicuis das Leuſchunt indigitatur. Hæc ille. Kilian. in diction. Belg. lat. Scherubunck/ Schorbunck / Blawſchunt/ *ſtomacace*, quaſi dicas, *venter ruptus*, cum totus venter & hypochondria patiuntur: vulgo *Scorbutus.* Scheurbeen/ *ſcelotyrbe*, cum in cruribus morbi ſymptomata vel ſigna apparent: quaſi dicas, *tibiæ ruptæ*, Scheurmond/ oſcedo: quaſi dicas, *bucca* vel *os ruptum*, cum gingivæ à dentib. diſcedunt. Bunck eſt Belgis venter: Saxon. Bueck. Legatur Plin. l. 25. c. 3. Lang. epiſt. med. 13. & 14. l. 2. Foreſt. l. 20. Obſ. 11.

Scorpius, σκορπίος ἀπὸ τοῦ σκορπίζειν τὸν ἰὸν, i. e. ſpargendo jaculum, aut venenum: aliis à σκολιῶς ἕρπειν, ob reptationem abliquam. Doctiſs. Avenar. putat fieri, *Ain* mutato in *S*, ab עַקְרָב: quod etiam interpretes verterunt, σκορπίον. Vel propius & probius formatur *Scorpius* ab Hebr. שָׂרַף, quod eſt inflammare ἐμπρήθειν, ἐμπυρίζειν. שָׂרַף fit igitur *inflammans.* Jam ſcorpius ictu venenato *inflammat* & tumere facit corpus Dioſc. l. 6. c. 44. τοῖς ὑπὸ σκορπίου δηχθεῖσιν εὐθὺς ὁ τόπος ἄρχεται φλεγμαίνειν, i. e. ſcorpionis morſu ſtatim incipit locus inflammari. *Scorpio*, ut & σκορπίος ap. Græc. & עַקְרָב, *akraf*, ap. Hebr. idem eſt, quod flagellum ex hamulis quibuſdam & cuſpidibus complexum, forma aculei in cauda ſcorpii, aut quod

ſic pungat, ut ſcorpius. 1. Reg. 12. Plin. l. 7. c. 56. Ut prolixius notavi in Manuduct. ad L. L. c. 8.

Scruta, à γρὺ Turneb. Græcis γρύτη & γρυτάρια, i. e. frivola viliaque utenſilia, quæ qui vendit γρυτοπώλης & γρυτάρης, i. e. *ſcrutarius* cognominatur. Ita fit, ut à Latinis huic verbo præpoſitus ſit ſibilus, qui in Græco non ſtridet. Eo autem nomine omnia cenſentur veteramenta, quæ per vias & rudera ſcrutando eruimus, ut multi cenſent, qui originis Latinæ verbum volunt. Alii coriacea & omnia ſcortea opera vetera proprie ea ſignificari credunt, ut quaſi *ſcorta* intelligantur: quæ notio latius poſtea patuerit & ad omnem vilem ac veterem ſupellectilem pertinuerit. Videatur Jac. Durantii Varr. l. c. 11. Gloſs. *Scruta*, γρύτη. *Scrutatur* γρυτεύει, ἐρευνᾷ. Eo reſpectu ſcrutor propriè eſt ſcruta verſo & ita inter ea inquiro. Aliis vero τὸ *Scrutor* verbum venit ab Hebr. דָּרַשׁ, per inverſionem, i. e. ſcrutatus eſt. Ap. Græc. τὸ ἐρευνᾶν, propriè eſt interrogando aut colloquendo ſcrutor, elicio, indago. Ab ἐρέω, ἐρεύω: Ut à χέω, χεύω addito deinde τοῦ N.

Scrupedæ; ap. Varr. L. L. l. 6. quæ ægre incedunt, ab eo, quod qui per ſcrupos & lapillos incedunt, difficile ingrediuntur. Ego puto melius eſſe, ut dicamus Plautum, cum hæc ex Græco transferret, Græca quædam vocabula reſervaſſe. Itaq; *ſcrupedas*, quaſi *crupedas* dictas, ut tritavus, ſtritavus. Κρούπεζα quæ & κρούπαλα. Græce dicuntur ſculponeæ. A quo homines duris pedib. & ligneis vocabantur κρουπέζοι & κρουπεζοῦντες, ut diſſerit Scal. in Conject. Feſtus: *ſcrupi* dicuntur aſpera ſaxa & difficilia. Unde & *ſcrupulus*. Dein κατὰ μεταφορὰν alio tranſmittitur. Gloſs. *Scrupulum* μέριμνα ἢ μέριμναι.

Scybalum, *ſcybala*, σκύβαλια. Gloſs. Cyr. σκύβαλον, *ſtercus*, *retrimentum*. Eſtque κυσίβαλον idem, quod σκύβαλον, ſtercus, fimus, quod abjicitur. Propriè quod κυσὶ βάλλεται, i. e. canibus objicitur. Hebr. קָשֶׁה קַל eſt durum, vile, rejectaneum. Phil. 3. 8. σκύβαλα vetus interpr. vertit, *ſtercora*. Et Syrus זֶבְלָא unde σκύβαλον formari etiam poſſit. Quippe זֶבֶל eſt fimus Chald. Syris, & זבל Arabib.

Scyphus,

Scyphus, σκύφος, è quo bibimus. A σκάπτω: quod è ligno primum cavaretur Scyphus. Athen. l. 11. c. 7. & 14. Ap. Heb. ספות, i.e. scyphi, pelves. Et צַפַּחַת, scyphus, vas concavum. Itaque sonum illum repræsentat: sicuti fit in *siphon* aut *sipho*, σίφων: σιφωνίζω, i. est, elicio, extraho. Idque proprie de liquidis. S. enim optime inservit sibilo istiusmodi.

Sebastianus, σεβαστὸς, i. e. veneratione & adoratione dignus: item *Augustus*. Σέβω veneror est, colo, adoro. Heb. שָׁבַח, i. e. veneratus est, laudavit. *Sebaldus*, Seebaldt/ i. e. Oeconomus, qui curat sationem & res domesticas. Quod genus vitæ ut antiquissimum est: ita purissimum. Adjiciam, quia occurrit, testimonium Senecæ:

Non alia magis est libera, & vitio carens
Ritusq; melius vita quæ priscos colat,
Quam quæ relictis mœnibus campos amat.

Ebaldus Ebewaldt: dicendum Hegewaldt/ (ait Luth.) i. e. qui potestatem seu officium custodiendi & servandi habet. *Osbaldus* Oßwaldt/ quasi Haußwaldt/ i. e. gubernator domus & familiæ. *VVilibaldus*, item *Bilibaldus*, Bielwaldt/ i. e. multis præfectus: aut quasi Wolwaldt/ id est, bene præfectus. *Tipold*, *Theobaldus*, Diettwaldt/ id est, præfectus dominii. *Dit* significat dominium, seu possessionem: Vel quasi Deuttwaldt/ i. e. Dei potestas, Lutherus. *Garibaldus*, Garwaldt/ cui plena vel maxima potestas.

Sedare proprie est ὑδρεύειν, undam affundere, vel rigare, atque ita restinguere: scilicet humido. Ab ὕδος vel ὕδως: E assumto pro V, ad differentiam τοῦ *sudare*. Ea causa, quod ut plurimum de siti usurpatur. Lucret.

Et sedare sitim prius est.

Idem l. 6. *Insedabiliter* sitis arida corpora mersans. Sitis autem est contraria τῷ sedare, vel humido. Propterea Ovid. 11. Met.

------ *Sitis arida guttur urit.*

Idem 4. Trist. ----- *Siccam Getico fonte levare sitim.*

Statius, ----- *Haurit sitis ignea campos.*

Idem: *Cornipedum flammata sitis* -----

Digitized by Google

ſeruit, diſperſit Et dicitur tantum de aridis. LXXII. aliquando etiam per σπείρειν, διασπείρειν, καταπασπείρειν vertunt. *Serti* flores opponuntur *ſolutis*, in Apul. l. 10. Gloſs. *Sertat*, στεφανοῖ. A ſero, *diſſero*, paſſim eſt idem, quod διαλογίζομαι. Item *diſertus* eſt facundus. εὔγλωττος. At revera ſunt metaphorica: ſicut & *rhetor* ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. Proprie ſunt agricolarum verba. Columella: panax *diſſeritur*, i. e. hinc inde ſeritur, ſpargitur. Varr. l. 5. L. L. Quod dicimus, *diſſerit* partes, item areas translatitio æque ex agris verbo utimur. Nam ut olitor *diſſerit* in areas ſui cujusq; generis res, ſic in oratione qui facit, diſertus. *Diſſertatio* à diſſerto: etiam ap. Cic in Top. ut codices quidam habent. Utitur & Plin. & hodieque latiniſſimi. Illi, qui finitionem Logices à P. Ramo poſitam (quod ſit *ars bene diſſerendi*) adeo diſſuaviantur, nimium voculæ *diſſerendi*, tribuunt. Inter alios quidam Heizo Buſcher. *diſſerere* (inquit) eſt τῷ λόγῳ χρῆσθαι, ratione uti, rerum affectiones ad alias relatas inquirere & explicare, eas enunciare, ex illis argumentari, ordine de iisdem diſputare, ratiocinari, cum ratione rem quamlibet quoquo modo tractare, ita, ut nihil ſit ſub uſu rationis, hac voce quod non comprehendatur. *Hæc ille*. Sed ponit, nil probat. Et pignore equidem depoſito certaverim, in univerſo Latio tam multa non ſignificari una aliqua voce, quæ interim propria maneat: ſicuti hic *diſſerere* à Ramo proprie adhibita perhibetur. Certe ἀναίτιως. Nam quod τὸ *diſſevi* & *diſſerui* objicit, quaſi ex eo aliqua diſparitas, nihil enimvero eſt. Quam multa duplici feruntur præterito, quæ ad eandem notionem ac caput reducuntur tamen! Quamvis & *ſerui* ac *ſevi* idem ſit, levi accedente mutatiuncula. *Sevi*, *ſatum*: poſt interjecto τῷ R *ſerui*, *ſertum*, Aut potius, quia τὸ R in *Sero*: prius *ſerui*, dein *Sevi*. Ita ſolebant veteres mutare verborum caſus. Dicebant *diſſolui* pro diſſolvi: *atterui* pro attrivi. Ita *diſcedi* ap. Varr. 1. rei ruſt. alios *diſceſſi*. *Neglegi* ap. Æmil. Macrum Annal. 16. ut & Cic. Philipp. 13. ex epiſt. Antonii: hodie tantum *neglexi*. Sic confundo *confundi* & *confudi*, *rumpi* & *rupi*: diſcindo *diſcindi* & *diſcidi*. Et quidni eadem ἀναλογίᾳ *ſero*,

ruborum erant. Quod ſe obſervaſſe teſtatur Moſes Narbonenſis citatus ad More â Sem Tob. f. 48. Exod. 19. & alibi, crebra montis hujus *Sinai*, mentio fit. Rurſum ea, quæ inſignite in hoc monte geſta, alibi, ut Deut. 4. 15. monti *Horeb* adſcribuntur. Sicut & Hieron. promiſcue voce utraq; utitur. Cauſa eſt vicinitas horum montium, ut quos inter anguſta modo vallis intercedat. Quod αὐτόπται teſtantur & nominatim Joh Jac. Breuning in orient: Itin. & Nob. VVolf. ab Olſchnitz, amicus noſter, qui ſuperiori anno dites illas oras ingenti ipſius cum voluptate ac fructu, peregrinationi debitis, perluſtravit. *Sina* dicitur Juſtino *Sinaus* ex Trogo Pompeio: Suidæ Σινα & Σιναιον, Ptolomæus vocat μέλανα ὄρη, quæ ad ſinum Arabicum.

Sentio, cujus aut qualis ſit originis, neſcio. Quur non fatear? Multorum & quidem ſapientum reſponſio ſæpe talis: *Neſcio*. Interim illius vice duo hæc animadvertas. *Unum*: *Intuitiva notitia* ap. Philoſophos melius diceretur, *ſenſitiva*: quia iſta non tantum viſus eſt: ſed etiam auditus & tactus & guſtus: quod Botanici norunt atq; medici, quorum notitia non raro mutila foret, ſi ſolum oculis uterentur. *Alterum*: *Senſile* accipitur à veterib. ut Lucr. & Scal. Ex. 107. modo *paſſive* pro eo, quod ſenſu percipi poteſt, quo ſenſus cietur. Modo *active* pro eo, quod *ſentit* aut ſenſu præditum eſt: ut anima ſenſilis. His adde Scal. doct. admonitionem c. 99. L. L. Græci vocant αἰσθητικὸν id, quod aptum natum eſſet ad ſentiendum aliquid: αἰσθητὸν id, quod aptum natum eſſet ad ſentiendum ab aliquo. Prave à Barbaris eæ voces translatæ ſunt in latinitatem. Sic enim interpretati fuere inſcriptionem libri Ariſt. de *ſenſu* & *ſenſato*. Nam αἴσθησις ſenſus eſt: αἰσθητικὸν, quod ſenſu præditum eſt, eoque aptum eſt uti: αἰσθητὸν, quod ſenſu percipi poteſt. De *ſenſitivo* & *ſenſili* dicendum fuit, aut molliore, ſi reperias, vocabulo. Hæc ille. Alias *Sentio* (ſi uſum communiorem ſpectemus) eſt *ſenſu*, hoc eſt, viſu, auditu, olfactu, guſtatu, tactu pro ratione ipſius rei deprehendo, & ita quocumque modo cognoſco Græcis eſt αἰσθάνομαι. *Senſus* eſt αἴσθησις: unde Germanic.

Sinn. Inde etiam fit *ſententia*, quæ ita vel animo concipitur vel lingua effertur; ut prius miniſterio *ſenſuum* fuerit hauſta. *Senſus* enim exteriores ſunt internuncii atque interpretes animi. Adeoque Philoſophor. conſtat axioma: *Nihil eſt in intellectu, quod non prius fuerit in ſenſu.* Hieron. l. 2. contra Jovinian. Per quinque ſenſus, quaſi per quaſdam feneſtras, vitiorum ad animum introitus eſt. *Nonius*: Senſus ſunt, qui ſentiunt: ſenſa, quæ ſentiuntur.

Seps, σήψ. Ejus morſu diffluunt membra omnia. *Tabiam* & *Putriam* Latine dicere auſus eſt Scal. Etiam Lucan. l. 9. vocat *tabificum*. Verſus eſt.

Oſſaq; diſſolvens cum corpore tabificus ſeps,

A σήπω. Unde quoque σηπία, *Sepia*. Perſ. Sat. 3. vocat *nigram* Ad. Lonicer. dici putat, quod atramento, veluti *putrida* quadam ſanie, quam Græci σηπεδόνα vocant, abundet. Fit σήπω ab Hebr יָבֵשׁ ſi invertas: i. e. aruit, corruptus eſt. Aut à סָפָה conſumi, aboleri, ἀπόλλυσθαι.

Sepulcrum, fit uti fulcrum, ſimulacrum & ſimilia à ſepultum τοῦ *ſepelio*. Verbum originis admodum obſcuræ. Iſid. l. 11. c. 2. *Sepultus dictus, quod ſine pulſu.* Ad hoc ineptum eſt: & merito confutatur à Perot. qui *ſepelio* ducit à *ſepio*. Atque neque hoc congruit. Igitur Martin. format à Chald. שְׁפֵל, aut Heb. שָׁפֵל, quod ſignificat humiliari, ταπεινοῦσθαι, deprimi. Sane & literæ & ſignificatio cum τῷ *ſepelio* bene conveniunt. Interim ex Græco etiam, μηδὲν πονηρὸν κόμματος eruitur etymon. *Sepelire* eſt terræ committere: quomodo etiam *humare* (ab humo) ſumitur. Plinio lib. 7. cap. 54. *humatus eſt humo contectus.* Italis ſepelire eſt *ſotterrare*: quaſi *ſubterrare*. Gallis, *enterrer*: Hiſpanis *enterrar*: quaſi tu dicas *interrare*, h. e. in terram defodere. Et ſic etiam Latin *ſepelio*, erit à γῆ, γᾶ, γαῖα: nempe γηπολέω: aut (ne modulum primæ ſyllabæ accuſes) γεπολέω. Quomodo etiam γεώδης, αἰγίγειος, βαθύγειος & ſimilia per ε formantur. Utque dicitur πυρπολέω, οἰοπολέω, ἀγυπολέω: ita etiam

etiam ἀναλόγως admissum γηπολῶ aut γεπολῶ, i. e. terram verto, &, quod consequens, terræ immitto, terræ infero. Et vide mihi, quam simplex *polio* (quod itidem à πολῶ) cum τῷ *sepelio* testetur consensum. *Polio*, *sepolio*, *polivi*, *sepelivi*: *Politum*, *sepelitum*; ap. Prisc. l. 18. Usitatius hodie *sepultum*. Inde *sepulcrum*: Cujus synonyma hic quædam colligere allubescit. Ut sunt *monumentum*, *Conditivum*, *Orcivus thesaurus*, *Sarcophagus*, *Portus corporis*, *Sedes*, *Domus*, *Stabulum*, *Templum*, *Quietorium*, *Dormitorium*. Jam ad singula. Antiquitus dicebatur *monumentum* vel *memoria*, μνημεῖον. Quamvis reapse γενικόν. Florentinus Jctus l. 7. Inst. *monumentum* generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita: in qua, si corpus vel reliquiæ inserantur, fiet *Sepulcrum*. *Conditivum* aut *conditorium*: quamvis & hoc æque γενικὸν sit. Tertullianus de resur. carnis: *Divini thesauri conditorium*. At pro sepulcro utitur Sen. epist. 60. Qui latitant & torpent, sic in domo sunt, tanquam in *conditivo*. Suetonius Augusto c. 18. *Conditorium* ac corpus Alexandri Magni cum prolatum è penitrali subjecisset oculis. Arbiter de matrona: In *conditorium* etiam prosecuta est defunctum: Servius: Funus est cadaver, quod dum portatur exsequias dicimus: crematum, reliquias & bustum: *conditum* jam sepulcrum. *Orcivus thesaurus* in Epitaphio Nævi poetæ apud Agell. lib. 1. c. 24. Ut etiam Scalig. ad Festum explicat: Itaque postquam est *orcivo* traditus *thesauro*. *Sarcophagus* ap. Juven. Sat. 10. Sarcophago contentus erit. Quanquam & intelligi *Sandapilam* nihil vetat. Quam *orcinianam spondam* vocat Mart. l. 10. epig. 5. Jacob. Nic. Loensis l. 3. c. 3. Interim σαρκοφάγος proprie est, qui carnem edit. *Portus corporis*, ap. Cicer. 1. Tusc. è veteri poeta: Neque Sepulcrum quo recipiat, habeat *portum corporis*: quod observat Turn. l. 4. Adv. c. 22. *Sedes*. Virg. 6. Æn. -- *Sedibus* ossa quierunt. Vetus inscriptio: *Hanc. sedem. sibi. vivi: posuerunt*. Sic Apostolor. *sedem* legis L. penult. cap. de sepul. viol. *Domus*, apud Tibullum l. 3. Eleg. 2. Atque in marmorea ponere sicca *domo*. Hinc in aliquot inscriptionibus: DOMUS

ÆTERNA. Hebræis itidem *domus ſepulcrorum* eſt cœmeterium. Et Jobi 30. 23. *domus conſtituta omni viventi eſt ſepulcrum.* Videantur etiam Savaro in Sidonii lib. 2. epiſt. 3. *Stabula cadaverum* apud Tertullianum de Reſur. cap. 37. monumenta nihil aliud ſunt, quam *cadaverum ſtabula. Templum*, quia ſcilicet ab aliis religioſe diſtinctum. Virg. 4. Æn.

Præterea fuit in tectis de marmore templum.

Conjugis antiqui. Id eſt, ſepulcrum interprete Giſan. & Berſmann. *Quietorium* & *requietorium*, in antiq. inſcriptionib. orbis Romani, quas Gruderus Heidelb. è bibliotaphis, alter Hercules, eruit & publicavit. Nam in ſepulcris illis corpora quieſcere exiſtimantur. Qua notione & κοιμητήριον, i. e. *Dormitorium*, dici ſepulcretum omnes norunt. Pariter etiam Hebr. דּוּמָה, id eſt, *ſilentium aut locus ſilentii* vocatur ſepulcrum Pſal. 94. 17. Quia ibi mera quies & ſilentium. Qui pluria hujus argumenti deſideret, noſtrum adeat Kirchman. de Funeribus Romanorum.

Sera, inſtrumentum quo aliquid clauditur. Tibull. l. 1. Eleg. 2. *Clauditur & dura janua firma ſera.* Ovid. *Portaq; vix firmæ ſummovet arma ſeræ.* Feſt. *Seræ fuſtes, qui opponuntur foribus.* Sera ducitur Perotto, à *ſero, ſerere*: quod foribus admotæ opponuntur. Sed hæc ratio fuerit metaphorica, nec probata vel ab analogia. Græcis σειρὰ σειρὴ, eſt cathena, funis, teſtis, etiam obex forium: ab εἴρω. *Reſerare* eſt retro ſeram trahere & ita aperie. Etiam Hebræa lingua etymon non invidet. Eſt enim עָצַר *azar zar, ſar*, clauſit: quod utique *ſeræ* proprium. Etiam צָרַר eſt ligavit, colligavit: quale etiam notat אָסַר *aſar, ſar*: quod itidem *ſeræ* convenit. Ut & Chald. שְׁרָא *Schera* eſt ſolvere de vinculis: & שְׁרִיא eſt trabs.

Seraphim & *Cherubim.* Voces ortu Hebraicæ: uſu noſtræ. Inde *Seraphicus*, *Seraphicus*: item *Cherubicus* & *Cherubinus* non nemini è noſtris. *Seraphim*, i. e. lucidi, aut flammantes. Hieron. in c. 6. Ieſ. ſunt *incendentes* ſive

com-

Digitized by

comburentes. Isid. similiter l.7. c.5. *ardentes* vel *incendentes.* Cyrillo Seraphim sunt ἐμπρήστιαι ἢ θερμαίνοντες. Ratio patet. Nam *Seraphim sunt* natura sua *lucidi* spiritus, (ut & reliqui angeli) apparent specie *flammea*, instar *ignis*, sunt muri *ignei* pro populo Dei, & tanquam *incendiarii* hostium Dei. Verbum est שָׂרַף incendit, ussit, cremavit. שְׂרֵפָה incendium, φλογμὸς. At *Cherubim* כְּרֻבִים, χερουβὶμ, notant quasi florentes *pueros* sive adolescentulos. Quippe כְּרוּב *Cherub*, formatur ex כְּ nota similitudinis: & רְבִי puer, adolescens. Chald. רְבָא est crescere, adolescere, Buxtorf. in lex. *Cherub*, imago humana, sed alata, operculo propitiatorio aræ fœderis imposita, Exod. 25.18. repræsentans angelos invisibiles.

Serapis, & *Sarapis* : σάραπις & σέραπις : deus Sinopensis, in Alexandriam opidum Ægypti tanquam inquilinus, receptus: & ita deus Ægyptiorum non patrius, sed ἐπίθετος. Plutarchus pe Iside & Osiride, Cornelius Tacitus sub finem histor. 4. Clemens Alexandrinus in Protreptico, & Epiphanius, Sinopensium fuisse deum ajunt, ipsis Plutonem, Ægyptiorum lingua *Serapin* dictum. Macrobius lib. 1. Satur. cap. 10. *Serapin* vult solem esse. Et ita *fulgor* dederit nomen. Quippe שָׂרַף *Saraph* (unde etiam *Seraphim*) est incendit. Nam & alias Gentes, imitatione Judæorum, deos ac numina sua à luce & splendore solebant describere. Etiam alludit Arabicum שׁרף, id est, clarum, nobilem & preciosum esse.

Ser, σὴρ. Ita enim Ausonius : *Jam pelago volitat mercator vestifluus Ser.* Et Sidon. *Ser vellera, tura Sabæus.* Inde *Seres*, σῆρες. Nomen bombicum & populi. Inde σηρικὸν, *Sericum.* Et *holosericum*, ὁλοσηρικόν. Hesychius : σῆρες, ζῶα νήθοντα τὴν μέταξαν, ἢ ὄνομα ἔθνος, ὅθεν ἔρχεται καὶ τὸ ὁλοσηρικὸν, id est, seres animalia sunt nentia *metaxam* (quæ *sericum adhuc rude*) aut nomen populi, unde venit & holosericum. *Et rursus* : σῆρες σκώληκες οἱ γεννῶντες τὰ σηρικὰ, id est, *seres*, vermes gignentes serica. Suid. σηρικὴ ἡ μέτα-

ἡ μεταξά εἴη. Moſchop. *Σὴρ ὁ σκώληξ ὁ τὴν μέταξαν ἐργαζόμενος, ἀφ' οὗ σηρικὰ ἱμάτια τὰ μεταξωτά.* Apoc. 18. 12. junguntur *byſſus, purpura, ſericum*, & *coccinum*. Pro *ſerico* Syrus habet סריקא Vox ortus Hebræi. A שְׂרִיקוֹת, i. e *ſerica*, quæ in ramis aut ſurculis arborum fiunt. Buxtorf. interpretatur *ſerica præſtantiſſima* Jeſ. c. 19. 9. Et ita ante eum Kimhi. A שֹׂרֵק, *ſorek*, ſurculus. Σινώδες eſt poeta Virg. 2. Georg.

Velleraq; ut foliis depectant tenuia Seres. Neq; aliter Sen.
Quæ fila ramis ultimi Seres legunt. Et Claudian.
Stamine quod molli tondent de ſtipite Seres.

Arian. in Periplo, νῆμα σηρικὸν vocat. Serv. in 2. Georg. *Apud Indos & Seres ſunt quidam in arboribus vermes,* qui bombices *appellantur; qui in aranearum morem fila tenuiſſima deducunt: unde eſt ſericum. Nam lanam arboream non poſſumus dicere, quæ ubique procreatur.* De bombicibus Ita Plin. l. 11. c. 22. *telas araneorum modo texunt ad veſtem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellatur.* Sed Marcellinus eo videtur ire, ut *Sericum* ſit etiam lana ex ipſis arboribus nata. Ap. *Seras* (inquit l. 23.) *ſublucidæ ſilvæ, in quibus arborum fœtus, aquarum aſperginibus crebris, velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore mixtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt, nectentesq; ſubtegmine conficiunt ſericum.* Et Plin. l. 6. c. 17. *Seres lanitio* (aliter, *lanificio*: qua voce Plin. de eodem opere utitur l. 11 c. 23.) *ſilvarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem.* Si fas, Plinii verba mitigari poterunt: *Sericum*, non eſſe lanam ex arboribus natam, ſed texi à vermiculis illis, qui olim apud Seres in arboribus crebri, vel victus cauſa. Etiam foliis mori apud nos veſci, tritum eſt. Vocat igitur *lanitium* aut *lanificium*: quia inſtar lanæ eſt, aut ſtaminum ſubtiliſſimorum. *Lanitium ſilvarum*, id eſt, arborum, ubi bombices texere primum ſolebant Scal. Ex. 158 ſ. 9. Ajunt nos antiquorum *ſericum* quid ſit ignorare. Nec repetam argumenta. Ex Pauſaniæ mendaciis arceſſunt teſtimonia. Ex arboribus depectunt apud Virgilium: non autem explicant ex

Digitized by Google

ex opere *bombycum.* Tum è Plinio nescio quæ febriculosa. Verum vana omnia. Quando & in Calabria neglectos in arboribus vermiculos sine cura cultuque *sericum* facere vidimus: è quibus detrahunt incolæ. Et à Catajo & à China *sericum* fertur non aliud quam quo utimur. At Seres Tartarorum nunc horda est: à quibus in Persiam & Turcostariam serica deferuntur opera. *Et post*: In Taprobana sericum sine cultu ex arboribus detrahi à bombicibus confectum, legere est in commentariis navigationum. Quamobrem Virgilianæ arbores non sunt adversus nos. Hæc Scalig. *Dalecampius medicus in Plinii lib. 11. cap. 23.* Folia ejusmodi, *inquit*, ex Perside advecta & Arabia, aliquot vidi. Mori foliis similia: paulo angustiora & longiora convoluta, vellere sericeo involutæ sinu plena, quod bombyx intus occultatus neverat: ut plane sit eadem res sericeum filum Orientale, quod nostras Bombycium aut Coum: nisi quod sponte & nulla hominum industria bombyces in arborum fronde id gignunt. Videantur ibidem plura: etiam in Brodæi lib. 2. miscell. cap. 22. Baysii de re vest. cap. 5. Full. lib. 1. miscell. c. 11.

Serenus, Apul. Philos. morali: *Serenitas est aer purgatus caligine, & perspicue sincerus.* Lucr. l. 1. *eadem dispanso in sole serescunt*, h. e. siccantur: Nonius: *Serescit, positum pro siccatur, quod serenitas sicca sit.* Quo respectu *serenus* ducitur à ξηρὸς & ξιρὸς, i. e. siccus. Nam *Serenus* veteribus etiam notat siccus 1. Georg.

---- Unde serenas
Ventus agat nubes ----

Quas alibi vocat arida nubila, i e. sicca. Proprie *serenum*, est cœlum sationi aptum, i. e. sudum, sine pluvia, sine ventis, tractum è prisca rusticorum familia. Quasi *serendum serennum* & postmodo *serenum.* Atq; ecce inscio ipse Scal. de insomn. in Hipp. assentit: agricolarum (inquit) vox fuit *serenum*, quo tempore serendi, & occasio, & facultas est.

Serium, i. e. *se risu*: extra jocum. *Rideo* Græcis *μειδιῶ* καὶ *μειδάω.* Inde facillima mutatione Latinum *Rideo* oritur.

oritur. Scal. Ex. 318. ſ. 6. nomen ipſum vetus Æolicum fuiſſe videtur ex Polluce. Niſi ſit à *rictu*: & hoc παρὰ τ ῥύγχος aut à *ringo*. Horat. l. 1. Sat. 10.

----- Riſu diducere rictum.

Et Plaut. Capt. a. 3. ſc. 1. Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier: ſaltim ſi non arriderent, dentes ut reſtringerent. Lucr. l. 5. *Mollia ricta tremunt duro nudantia dentes.* A riſum *riſibile*: ut à motum mobile: à mutatum mutabile Idem Scal. L. L. c. 98. Hinc conſtat, male repræhendi Boethium à curioſis recentioribus qui γελαστικὸν, *riſibile* interpretatus eſt. Fecit enim exemplo eodem & analogia, qua *ſeſſilis* lactuca dicitur, abſolute. Hæc ille. A Gr. μειδιῶ, νειδιῶ eſt etiam Lat. *nideo*: ut ita vigore originis *nideo* proprie notet quaſi amœnitatem & ſplendorem vultus ſuave *ridentis* ac hilari. Catull. aliquoties hoc ſignificatu utitur carm. 40. de Egnatio: & addit, *Tamen renidere usquequaque te nollem: Nam riſu inepto res inptior nulla eſt.* Tacit. l. 4. *Falſum vultu renidens.* Gloſſ. Philoxeni: *renidet*, μειδιᾷ. A nideo, *nidor.* Porphyrio *nidorem* exponit riſum. Poſt ad alia vertitur.

Serpo, ἕρπω: unde & *Repo*, niſi recta à ῥέπω, i.e. vergo, tendo, malis. Aut ἕρπω καὶ ῥέπω à רָפָה *raphah*, *rapa*: Aut רָפַם quod idem. A repo, ῥέπω *repens*, *repentinus*: ut à veſper veſpertinus. Ubi notabile, quod ad exprimendam celeritatem Latini adhibeant ejusmodi verba motus. Ut à repo *repentinus*: à ſubeo *ſubitus*, *ſubitarius*: à volo velox. A ſerpo fit *Serpens* κατ' ἐξοχὴν: ſubintelligatur, ut in Plauto, beſtia vel ſimile. *Serpens vectis* Jeſ. 27. 1. id eſt, oblongus inſtar vectis & lubricus. Ἕρπυλλος ἢ ἕρπυλον, *ſerpyllum*, *ſerpillum*, quia veluti ſerpit undiquaque & radicem agit. *Verpus* Scal. l. 1. L. L. c. 28. adſpiratio vertitur in V. ἕρπων, *Verpus*: lumbrici genus, tranſlata vox ad obſcœna, ob exilitatem: non à *vertendo pellem*, ut ajunt: ſed medium digitum propter gracilitatem ſignificavit metaphorice. Judæi peculiariter *Verpi* appellantur propter abſciſſam cuticulam: ſicut *apella* ab *a* & *pelle*. Onomaſt. *apella* λιπόδερμος.

Horat. *Credat Judæus* apella: 1. Sat. 5.

A enim præpoſitio, non ubique producitur, ut nec in *amarus*. *Pellis* à *pellendo*. quia injurias cœli externas *pellit* animalque tegit. Aut ab Hebr. פָּלַח ſcindere : quia reſcindi ac corpori animalis detrahi ſolet. פֶּלַח pars reſecta & abſciſſa. Sed & quia tegit, à פָּלָא in *niphal* נִפְלָא occultari, tegi : quod citius perſuadeam. *Pello*, i. e. loco arceo, à πάλλω, πάλλαξ, i. e. vibro agito, & ſic pello. Etiam aſſonat ἀπελῶ, ex ἀπελάω, i.e. pello. Nec non ἀπίλλω, quod eſt ἀποκλείω, excludo, arceo. Significatus omnium belle convenit. Diverſi vero ſignificatus eſt *compello, are : interpello, appello*. Ap. Hebr. פִּלֵּל, *pillel*, *pel*, unde *pellare*, i.e. appellavit, compellavit. פְּלִילָה, *Pelilah*, appellatio, concilium. פְּלִילִים, *Pelilim*, judices, arbitri, cenſores. Ut ita *pellare* (quod tamen exolevit) videatur è foro aut judicio ſumtum, una cum compoſitis. Sed alterum *pello*, facile à Græco πάλλω. Pulſus, *pulſum*: à quo *pulvis* ob levitatem, qua cito hinc inde ventilatur. Etiam aſſonat πηλὸς i. e. lutum : quia inde pulvis exiſtit. *Pulſum, pultum : pulſo, pulto*, ut σφάζω σφάττω, Waſſer Watter. Hac enim conſonarum inter ſe commutatione nihil crebrius. Ita *optineo, optulit, ſuptile*, in vet. libris ac monumentis pro obtineo, obtulit, ſubtile. *Acetare* in Feſto pro agitare. In libris Augurum *conrecione* pro conregione. *Cummi* à κόμμι, à Varr. dicitur, pro Gummi. *Arquus* pro arcus ap. Priſc. *Querquera* febris Lucill. *Quercera* Agell. l. 10. In Catone *ſtercilinium* pro ſterquilium. In eodem *arvectum* pro advectum. *Andruare* & *Antruare*, i. e. circumflectere : *Drua* & *trua*, i. e. cochlear quo olla commovetur, in Feſto. *Ecfero* pro effero, in Luc. *Forda* & *borda* : *fordicidia* & *bordicidia*, in Varr. *Foſtis, folus* pro hoſtis, holus, in Feſto. *Aggulus, agguilla, iggerunt* in Varr. pro angulus, anguilla, ingerunt. *Stagneum* in Scribonio & Ulpiano, pro ſtanneum. *Lingua, ningua* in Gloſſ. Iſid. *Luſcitioſus, nuſcitioſus*, in Feſto. *Palilia, Parilia* : *Latialis Latiaris*, in Velio Longo. *Impelia* pro imperia, ſive etiã *impilia* in libris Pandect. *Luginor*, in Varr. pro Muginor. *Comperce*, pro *compeſce*, in Feſto. *Eſit* pro *erit*, in 12. Tab.

Super-

Digitized by Google

Supereſcit pro *ſupererit* in Ennio. *Pluſima* pro **plurima** in Varr. *Hoſpicatur* pro *ſuſpicatur* in Claudio Quadrigario, & Diomede. *Oſtentus* in Terent. pro *oſtenſus*. *Adaſſint* ap. Plaut. pro *adaxint*. Ap eundem *ſecus* pro *ſexus*. Et quis haſce μεταβολὰς omnes enumeret? Atque earum bonam partem congeſſit l. 1. de uſu antiq. Locut. Auſ. Popma. Ut ita certum ſit, etiam aſperiores quandoque literarum tralationos aut permutationes ἐν τῷ ἐτυμολογεῖν faſtidiri non debere. Quod juniorum cauſa pluribus hic monendum fuit.

Serum, prima brevi, eſt aqua lactis *reliqua*: & inde humor ſero ſimilis. Alludit Hebræum שְׁאָר reſiduum, κατάλειμμα. Ita Heſych. ὀῤῥὸς τὸ ὑδατῶδες καὶ ἀφεστάμενον τοῦ γάλακτος. Atque ſic ab ὀρὸς & ὀῤῥὸς facile Latinis *ſerum* derivabitur. At *ſerum* prima longa eſt tardum ratione temporis. Perott. *tempus occiduum nominatur ſerum diei*. Iſid. l. 5. c. 30. facit à *clauſis ſeris*. Quia ſero veſpere omnia clauduntur & obſerantur. Quod aliquid eſt. Sed præfero Hebræum שְׁאָר *relinqui*: quia *ſerum* eſt, quando parum diei ac lucis *reliquum* videtur. Martinius mavult *ſerum* dici, quaſi *Seborum*, extra horam, id eſt, tempeſtivitatem, ut Græcis ἄωρον eſt intempeſtivum. Aut quando hora actionibus deſtinata jam effluxit. A ſerum *ſerotinum*, penultima longa: ut à veſper verſpertinum: à matuta matutinum Eſtque *ſerotinum*, quod *ſero ac tarde* exiſtit: ut ſerotina frumenta, pluvia, & ejus generis alia.

Servus JCtis à *ſervando*: Bodino propterea ab ἐρύω, quod inter alia eſt cuſtodio, ſervo. Unde & ipſum Latin. *Servo*. Cui etiam aſſonat ἔρυω & ἐρύω. Aut mage *ſervus* ab Æolico ἔρFος, ut modo dictum, in *Semen*. Interim & ἔρFος fit ab ἐρύω. Ut ita rectiſſime ab officio dicatur ſervus h. e. cuſtos rerum herilium, qui *ſervat* ab heris commiſſa. *Servi* olim *pueri* dicebantur: ut *Marcipores*, *Publipores*, *Lucipores*: Plin. lib. 33. cap. 1. Etiam *Stichi* Romanis, à ςίζειν: quaſi puncti aut notati. *Davus*, Δᾶος: à *Dacis*, qui antea *Davi*, Δᾶοι. *Mariandini* vocabant ſervos, δωροφόρους, id eſt, lignigeros. Reſpondet Latinorum vox, *Calo-*

Calones. Δόρυ, lignum. Syconii κορυνηφόρους, i. e. clavigeros. Κορύνη clava. *Syracusani* καλλικυρίους, i. est, heris acceptos : & δυςακτείνους : quia constantes & fidi. *Cretenses* μνωΐτας : à μνώομαι, pro μνάομαι : quod memores officii, aut quod semper admonendi : & κλαρώτας. Dorica Dialecto κλαρῶται pro κληρῶται, i. e. mancipia. A κλῆρος. Quod fuerint sors quasi aut hereditas heri. *Argivi* γυμνήτας scilicet à laboribus. *Thessali* item πενέστας. Πένης, inops, qui è labore suo victitat. Et Lacedæmonii εἵλωτας : quoniam servi illorum erant magnam partem *Helotæ*. Vel quia nimis afflicti aut pressi : ab εἰλῦμαι. Dura enim servitus : Cic. *misera & dura* : Plauto, *molesta* : Suetonio, *misera & onerosa* : Columell. *laboriosa*. Ap. Syros *Dama* est usitatum : à δαμάζειν. Casaub. *Dama*, Servi nomen contractum ex Δημήτριος Δημᾶς. *Dama* ut à Μηνόδωρος, Μηνᾶς, *Mena* : à Θεόδωρος, Θευδᾶς, *Theuda*. De *servis* etiam legatur Rosin. in Antiq. Rom. & Briss. de Form.

Severus proprie est qui constanter & rigide aliquid observat colitque. Gloss. Philox. *Severus* μετοπώνηρος, αὐστηρός. Gloss. Cyr. αὐστηρός, austerus, *severus*. Germ. est Ernst / *Ernestus*. Etyma afferunt diversa Isid. l. 10. *Severus, quasi satis verus*. At repugnat significatus & analogia. Fronto. *Severus à sævus*. At quantitas primæ & rursum significatus renuit. Perot. *Severus, quasi semper verus*. At *semper* cum alio nuspiam ita jungitur. Mart. *severus* ducit à σέβω colo : ut dicitur σέβειν δίκην : σέβεσθαι est venerari, αἰδεῖσθαι, ἐκπλήττεσθαι, εὐλαβεῖσθαι. Et certe B & V solent mutuas tradere operas : *Severus*, *Seberus*. A severus est *assevero*, i. e. severe constanterque aio. *Persevero*, admodum severus sum, de sententia decedere nolo. *Varro* l. 4. L. L. In quo oportet manere, si in eo perstet, perseverantia est. *Perot*. persevero est cum constantia animi & quasi quadam severitate continuo.

Sex, ἕξ : unde etiam Sextarius. Et Hebr. adspice שֵׁשׁ, sex Saxon. Sex / Germ. aliis Sechs Chald. שִׁת. Arabib. סִת *Septem*, ἑπτά. *Septas*, ἑπτάς. *Sepire*, *septum* ab illo numero. Uti à quatuor quadro : à ter tertius tertio :

 à de-

à decem decimo: à ſecundus ſecundo: ita à ſeptem *ſep.* *ſeptum*. A ſepio *ſepes*, h. e. munimentum, quo aliqu circumdatur. *Præſepe* eſt locus *præſeptus*, in quo ſtab lantur pecudes, aut theca, è qua pabulum excipiunt. ſeptimus *Septimana*, *hebdomas*, ἑβδομάς: nomen genera le. Uſitate pro ſpatio ſeptem dierum. Hebræis itidem שָׁבוּעַ eſt ſeptimana vel dierum vel etiam annnorum. שֶׁבַע eſt ſeptem. Unde primitus Latinum & Græc. *Octo* ὀκτώ: *Octies*, ὀκτάκις. *October*, ut September, November December. ab illis numeris & κατ' ἀναλογίαν terminis Non ab *imbre*. Neque enim *Octimber*, aut *Novimber* di xeris. *Novem*, ἐννέα: dicitur à *novus*: quia ſit ultimu numerus. Poſt enim fit repetitio priorum, ut ſcitur, & al unitate in denario capitur initium. Ac neminem fugit quod *novum*, *noviſſimum*, idem ſit, quod ultimum: Var ro l. 5. L.L. Agell. l. 10. c. 21.

Cæſar Auguſtus:

- - - - *Quid bruma* noviſſima *ferret*.

Quia pars anni ultim. Cic. pro Roſcio Comæd. qui ne in noviſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos pervenit Comœdos. Pari ratione ap. Græcos ſumitur, νέατος νεάτατος, i. e. noviſſimus, ultimus. Heſych. νεάτη ἐσχάτη. Α νέος: quod genuit ἐννέα. *Enneas*, ἐννεάς. A numero illo cognominantur Muſæ *Novemſiles*: quia novem. Ap. Varr. l. 4. Feronia, Minerva, Novemſiles à Sabinis. Arnob. l. 3. adv. gent. *Novenſiles* Piſo Deos eſſe credidit novem in Sabinis ap. Trebiam conſtitutos. Hos Granius Muſas putat conſenſum accommodans Ælio. *Decem*, δέκα, quaſi δέχα à δέχομαι, (Jones etiam dicunt δέκατος) quod omnem in ſe numerum continet. Philo περὶ τῶν δέκα λόγων: primi, *inquit*, impoſitores nominum, viri ſapientes, merito videntur appellaſſe hanc δεκάδα quaſi δεχάδα, quod capiat omnia numerorum genera & rationum proportionumque arithmeticarum ac inſuper harmonicarum Symphoniarumque. Hæc ſunt, quæ denarium faciunt admirabilem, qui complectitur naturam & indimenſam & dimenſionibus obnoxiam. *Hæc ille*. Atque ea cauſa extitit etiam

etiam nomen dignitatis, ut *decanus*, *decemviri*, *decurio*. Nec non *decus*, *decorus*, *decet* & similia. Isid. recte l. 10. *Decens*, compositus, à numero decem dicitur. Idem: *Decorus*, perfectus à decem. Ita dicimus: *Omnib. numeris perfectus vel absolutus*. Etiam *deniq;* notat perfectionem & ita extremum. *Deniq;* à *denus*, ut *quinq;* dicitur Malchus in Τέλειον κεκλήκασι τὸν δέκα ἅπαντες λέγουσιν, μᾶλλον δὲ πληρέστατον ἀριθμῶν. Hieron. in Job. c. 38. *Decimus* numerus perfectus, quia per ipsum iterando omnis numerus in infinitum multiplicatur. Cum eo etiam August. consentit l. 20. de Civ. Dei c. 23. & alibi. Ita notat Alexander 2. probl. 47. priscos illos mortales justitiæ observantissimos, ideo morem illum induxisse; ut firmandæ fidei copularent dexteras; quo perfectissimus numerus h. e. *denarius* efficeretur, quivis scilicet utrinq; junctis digitis, & sic perfectio ac confirmatio fidei servandæ innueretur. Qui plura volet περὶ τῆς δεκάδος, eruditiss. comment. Kittersh. JCtii in Malchum de vita Pythagoræ consulat, ubi plurima quæ denarium & septenarium attinent, solertissime notavit. A decimus, *decumus*, est *decimanus*, *decumanus*: ut à primus primanus, à quartus quartanus. *Decumana* ova dicuntur, & decumani fluctus: quia sunt magna. Absque dubio ab illa perfectione, quam τῇ δεκάδι adscripserunt. Nam & ovum (inquit Fest.) majus nascitur, & fluctus *decimus* fieri maximus dicitur. Græcis est δεκακυμία, i. e. decimus fluctus. Et Ovid.

- - - - Decimæ impetus undæ.

It Liv. l. 3. *decumanam* portam in castris appellat: Scilicet maximam, & ab hoste aversam. Lips. l. 5. de mil. Rom. dial, l. 5. Gloss. *Decumatum* δόκιμον ἐπίλεκτον. *Decumantur*, ἀποδεκατεύονται. *Undecim*, ἕνδεκα: *decuplus* δεκαπλοῦς: δυώδεκα, δώδεκα, *duodecim*: & sic plura à decem veniunt.

Sicera, σίκερα. Hebr. שֵׁכָר, h. e. σύγκραμα, & omnis potus facititius, qui inebriat. Basilius intelligit, πᾶν τὸ δυνάμενον μέθην ἐμποιῆσαι. In sacris plerumque conjungitur, *Vinum* & *Sicera*. Lev. 10. 9. Vinum ac potum inebriantem ne bibito. Uti quidem τὸ *schechar* vet. versio, & Tremell. interpretatur. Tertullian. τὸ *sche-*

char ſuo more, i. e. erudite, vertit *ebriamen.* Num 6. 3. A vino aut alio potu *inebriante* abſtineto. Ubi Chaldæus paraphraſtes, ſibi indulgens, poſuit vetus vinum: quando videlicet facile inebriat. A vino (inquit) novo & veteri ſeparetur. Jeſ. 29. 9. Inebriantur, at non vino: vacillant, non autem inebriante potu. Luc. 1. 15. *οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ.* Vinum igitur & ſicera, diſtincta ſunt: nec Sicera recte per temetum, ut quidam aſſolent, exponitur. A שֵׁכָר, *ſcbeckar*, extitit Latin. *Sachar* aut *ſacharum*, aut *ſaccharum*, *σάκχαρον*: ap. Galen. l. 7. de Simpl. med. Τὸ *σάκχαρ.* Arabib. סכר: verbum סכר eſt Hebr. שָׁכַר inebriari. Nam & vis quædam *μεθυστικὴ* eſt in ſacharo. Strab. l. 15. Geogr. de India: *εἴρηκε δὲ καὶ περὶ καλάμων, ὅτι ποιοῦσι μέλι ἂν μὴ οὐσῶν. ὁ γὰρ δένδρον εἶναι καρποφόρον. ἐκ δὲ τοῦ καρποῦ μεθύειν*, i. e. tradit idem (*Megaſthenes*) arundinem mel ſine apibus gignere, &, cum non ſit arbor fructifera, ex fructu tamen ebrium facere. Inde *ſaccharum* circumſcribitur *mel arundineum.* Arian. in Periplo maris rubri: *μέλι τὸ καλάμινον τὸ λεγόμενον σάκχαρι.* Lucan. l. 3. *bibunt dulces ab arundine ſuccos.* Stat. Silv. 1. *Et quas præcoquit Eboſia cannas.* Æginetæ eſt *ἅλς Ἰνδικός*, i. e. *ſal Indicus.* Legatur Scal. Ex. 164. Salmuth in Pancirolli l. 2. Tit. 5. Thema (ut dixi) eſt שָׁכַר, i. e. ebrius, ut temulentus fuit, implèvit ſe potu dulci ac delicioſo; qualis ſicera. A שָׁכַר, fit quoque Græc. *σκαίρω*, *σκιρτάω*, i. e. ſalto, tripudio ebrius.

Siccus: interdum eſt ſobrius ap. Afran. Plaut. Cicer. Sicut *madidus*, *maduſa*, (aut rectius madulſa) pro ebrio. Ita etiam *ξηρὸν* ap. Græc Scal. in Theoph. de pl. *λυπρὸν* macilentum, triſte, jejunum, aridum: ſenem avarum. Plaut. Pſeud. a. 1. ſ. 2. Ariſtot. *σικχὸν*: unde & noſtrum *ſiccum.* Etiam Hebr. צחח eſt aridus, ſiccus. Jeſ. 5. 13.

Siclus, *σίκλος*: Hebr. שֶׁקֶל Germanicum propius accedit Latino, vel etiam Græco. Qamvis & *Sicel* in vet. libris invenias. Videantur notæ Petri Daniel. in Petron. l. 12. obſ. Cujacii c, 40. C. VVaſeri l. 2. de antiq. Hebr. numis.

mis. Rad. est שָׁקַל, libravit, ponderavit in libra. Hæc ap. antiquos regula erat pecuniaria, ut sic dicam: si quidquam aliud, sapienter aut divinitus data. Ne quid enim fraudis subesset, libratum est argentum, sive expensum: & illud quidem adhuc ἄσημον. Postea insculptum uni parti scribitur turibulum, aut vasculum mannæ; alteri, baculus Aaronis. Ἐπιγραφὴ illius partis erat: שקל ישראל, h. e. secel Israel: Istius, ירושלם קדשה, h. e. Jerusalem sancta.

Sidon: Gen. 10. v. 15. Chanaan fuit pater *Sidonis*, à quo Sidonii *Sidon* interpretantur *Venatricem*. Hebr. צַיָּד est venator. צַיִד venatio. A rad. צוּד, i. e. venatus est, indagavit, quæsivit. Ex quo & Græcanic. ζητεῖν, ζήτησις, ζητεύειν. A ζήτημα formavit Syrus suum זְאטִימֵא *zitime*.

Sidus est signum, in quo aliquot stellæ simul esse conspiciuntur, à σὺν & εἴδειν. Aut simplicius ab εἶδος. Quia sidus est *species* aut *figura* in cœlo notabilis. In sancta lingua est סֵדֶר, *seder*, quod Rab. Jonas exponit *ordines stellarum*: alias est ordo, series. Macrob. l. 1. somn. Scip. *Stellæ* sunt singulares, ut erraticæ quoque & fixæ; *sidera* vero quæ in aliquod signum stellarum plurium compositione formantur, ut aries. Ita etiam Hebræi Jes. 13. 10. Stellæ cœlorum & sidera eorum. *Sideratio* est morbus partem aliquam corporis, animali aut homine adhuc vivo, percutiens & enecans: à *sidere*. Quod homines ejusmodi velut sidere percussi sint: Martial. l. 11. *Sidere percussa est subito tibi Zoile lingua.* Dicuntur Græcis ἀστρόβλητες: affectio ipsa ἀστροβολισμὸς & ἀστροβολησία. Usus est Theophrastus de caus. l. 5. c. 10. 11. Isque & quidem proprie ad plantas arescentes siderationem refert. Languescunt enim sæpius media æstate, vi & calore solis in canicula versantis. Hinc ἀστρόβλητα δένδρα ap. Aristot. de juven. & senect. Et h. e. *siderari*, i. e. nimio calore aut æstu, qui ab astris, lædi. Quib. autem astris? Nominatim cane, qui ἐξαιρέτως, ap. Gr. est ἄστρον. Quanquam sol interim utpote astrorum princeps & caloris veluti maxima origo, ne-

quaquam hinc excluditur. Alcæus: θέρος δ' τέλη πάλαι μαρναῖς οἴνῳ – τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. Ἄστρον, i.e. canis. Theognis adhuc clarius: Ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι, οἵτινες οἶνον

Μὴ πίνουσ' ἄστρου καὶ κυνὸς ἀρχομένου.

Xenoph. in Cynegetico: καὶ τὰ λαγῷα ὀσφραίνονται ἐν ὥραις ὁ ψιλοῖς, ξηροῖς περιηλίοις, τοῦ ἄστρου ἐπιόντος. Theophr. l. 2. de plant. οἱ δ' ἐν Βαβυλῶνι περὶ τὸ ἄστρον. Ulterius *Conſiderare* eſt à contemplatione ſiderum ap. Feſt. more Aſtronomor. *Præſiderare* dicitur, cum maturius hiberna tempeſtas movetur, quaſi ante ſideris tempus, Feſt. Græce προχειμάζειν. Veter. enim Romani anni tempeſtates vocabant *ſidera*: quia ſidera alia atq; alia anni & viciſſitudinum in eo, cauſæ ſint. *Deſidero*, i. e. valde cupio. Græc. ὀρέγομαι fluit ab Hebr. ערג, *arag*, i. e. appetivit, anhelavit. *Orexis* ap. Plin. ὄρεξις. *Deſiderium* ait Cic. 1. Tuſc. πυχολῶς, eſt libido ejus, qui non adſit, videndi. Potius eſt intenſus appetitus rei placitæ, & ſonat vox tanquam *de ſideribus* petamus & quaſi cœleſte bonum cupiamus. Igitur deſidero grandius eſt, quam cupio, appeto, anhelo, aveo. Scal. in Theoph. de plant. Toties monuimus, orationis floſculos ſæpenumero ineptos eſſe ad corollas Philoſophiæ. Omne viſcum, ſemper & ubique plurimum *deſiderat* alimenti. Eſt enim ſemper validum. At non ſemper eget. Non enim in arboribus bene habitis. Explet enim *deſiderium*. In aliis non explet, ubi δέηται. Itaque Cato ſenex ap. Cic. non deſiderat vires adoleſcentis; quib. tamen carebat. Δεόμενον indigum, defectum; quod eo caret. Ego ſum δεόμενος roboris tauri; non tamen deſidero. Hæc ſubſignare volui è plantario Scaligeri, ut ſignificatio τοῦ *deſidero* melius aperiatur.

Sigismundus, i. e. Victorinus, Nicander, i. e. victoriæ vir, aut vir vincens. *Mundus* eſt Latinis facta terminatio. *Bohemundus* eſt Audentius, quaſi Wogaman à Wagen. Raymundus, i. e. quietus, quaſi Rugeman / ſive Rygeman. Aut mavis à Rein ducere, ut ſit vir integer vitæ ſceleriſque purus. Similiter *Albertus* eſt omni laude dignus. Vel Albrecht / i. e. omnis æqui & juſtitiæ. Prius tamen dicitur magis analogice & ex idiomate

Teuto-

Teutonum. *Bertus* eſt Werd. Sicuti hæc liquido teſtantur, *Aripertus*, id eſt, honoratus, Honorius, honore dignus. Ehre. *Fulbertus* κατ' ἀντίϛοιχον, id eſt, bene dignus. Wolwerd. *Digobertus*, id eſt, Virtute dignus, quaſi Tugentwerd / poſtea *Dagobertus*. *Sigbertus*, id eſt, victoria dignus. *Lampertus*, id eſt, Langwerd. *Rupertus* & *Robertus*: integrum eſt. Rathwerd / id eſt, dignus, qui in conſilium adhibeatur. *Hildebertus*. id eſt, heros dignus ſive dilectus. *Cuſpianus* in proœm. Auſtriæ Ducum: Græci *polyphemum*, Germani *Albrechtum* vocant, quaſi ampliſſimæ famæ. Græci *Demoſthenem* vocant, quem Germani *Volckardum* dicunt: *Leoſthenem*, nos *Leonhardum*, ab Homero *Timoleontem* dictum. Græci *Chryſandrum*, quem nos *Mangoldum*, patria lingua dicimus. Græci *Arctoſthenem*, nos *Bernhardum* Nicolaum, *Volckerum* etiam appellitant. Græci *Theophilum*, nos *Gotsholdum*: quemadmodum paſſim *Hulderychus*, cui ſinguli favent, & qui morum ſvavitate omnium favore obblanditur, vocatur. *Burchardus* quoque, qui noſtris dicitur homo tam ſolidæ fidei, ut in eum munitiſſima arx ſit inædificanda. *Friedericus*, pacis autor & conſervator. *Cunrad*, ſtrenui conſilii & minime inconſtantis *Erbard*, qui fortiter ea occupat quæ ad honorem ac rectam æſtimationem attinent, quaſi dicas Latine *Honorius*. Hæc ille. *Alaricus*; παμπλούσιος, omnium abundans, Allreich. *Attalaricus* eſt Pater omnium dives. *Hatta*, item *Atta*, eſt Pater, ut ſuo loco tradidimus. *Emericus*, ἀείπλουτος, Immerreich. *Heinricus* domi dives, Heimreich. αὐτάρκης, non indigus externæ opis: aut aliena vivere quadra. *Dieterich*, *Theodoricus*, ni græcum potius ſit. Sed Lipſ. ait, *Theoden* pro *Leoden* majores noſtros vulgo dixiſſe. Inde *Theodoricus* gentium dives. Idem eſt *Theudericus* & *Thiedericus* deniq; molliꝰ *Diedericus* & abſciſſe *Diericus* noſter. Sed & *Liedericus* in Chronicis, pro eodem lego: I. 1 polior. dial. 2. Luther. ita: Eſt Dei dives A Deud ſeu Dud/y phytagorico aut u Hollandico quo nomine dicuntur Germani DEUM vocaſſe. Et hiſtorici per T ſcribunt *Teut.* Verum ipſa pronunciatio adhuc durans

teſtatur Deud ſeu Dűd eſſe dicendum. Sic etiam *Tottil* dicitur à Dőd/ quod eſt nomen Dei, i. e. Dődla / qua minor deus aut deaſter: per deminutionem. Sicut *Hetti la* aut *Attila* dicitur ab *Hetto*, *Atta*, i. e. pater. Ergo *Atti la* erit paterculus.

Silenus, σιλωὸς & σειλωὸς: quibuſdam per augmentum à σῖνος, id eſt, noxa, item pudendum. Quibuſdam à σίλλος quod potius crederim. *Sileni* enim Satyri, ex Pauſania σίλλος eſt irriſio, aut ſcomma. σιλλαίνω verbum. Ab ἴλλος i. e. oculus: quod ab εἰλεῖν. igitur σιλλαίνω eſt ludo, oculorum vario motu. Ita enim metaphora enucleanda. Quippe nihil celerius in corpore hominis, nihil aptius, quam oculi: quicunque etiam fuerint affectus, illis pinguntur. Sive faveas, ſive oderis, ſive ludas, ſive lætus, ſive mœſtus ſis. Suid. Σειλωὸς ὁ Διόνυσος, παρὰ το σείεσθαι ἐν τῷ λίνῳ. Σειλωὸς ὁ γέρων διὰ τὸ ι, παρὰ τὸ σείεσθαι ἅλις. Σιλωὸς ὁ γέλοιος καὶ φλύαρος, ἐκ τοῦ σιλλαίνω τὸ φλυαρεῖν.

Silicernium quid ſit, nimis quam trepidant. Nos ut ad unam & principem ſignificationem redeat, ita colligimus. Judicet emunctæ naris. Et quidem *Silicernium* quod non ſit à *ſileo* facit quantitas ſecundæ, quæ brevis foret autem longa, ſi à *ſileo*. Nec dicitur *Silecernium*. Verſus eſt Adelph. a 4. ſ. 2. octonarius: *I ſane, ego te exe cebo hodie, ut dignus es Silicernium*. Qui enim aliter metiare non video. Ergo potius à *ſilice*, i. e. lapide. Quippe γενικῶς ſumitur: quia ubique parabilis: etiam à Virg. 1. Eclog. *Silice* in nuda, i.e. lapide. Itaque erit, qui lapides *cernit* & intuetur; quod ſenes faciunt corpore incurvo, membris tremulis. Germ. Steinalt. Homer.

Ὃ δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην ----

Et Plaut. Bacch. *Incurvos, Libitinarios*. Eadem cauſa Græcis γέρων eſt quaſi γῆν ὁρῶν. Item γρυπάλιον à γρυπὸς, i. e curvus: γρὺψ *Gryps*, *gryphus*: eam ob rationem, quam dixi Igitur *Silicernium* primo erit ſenex, de crepitus, & *curvus in terram*, ut loquitur Perſ. vel *curvatus gravi ſenio* ut loquitur lib. 4. metam. Apul. Autor eſt Terentius item Donatus, qui ait ſilicernium eſſe ſenem, qui jam

jam

jamque *ſilentibus* & umbris ſit *cernendus.* Illud vero, quod de *ſilice* diximus, non adeo probat. Alii tamen, ut Placiades, Beroald. comm. in Apulejum, Papias, Hadr. Jun. & alii, nobiſcum ſtatuunt. Et ipſe Feſtus expreſſe ponit, quanquam loquens de mortuo & ritu purgandi: quod (inquit) cujus nomine inſtituebatur, is jam *ſilicem* (alii *ſilentium*) *cerneret.* Audiatur etiam Fulgent. *Silicernios dici voluerunt ſenes jam incurvos, quaſi jam ſepulcrorum ſuorum ſilices adſpicientes.* Ratio itaque noſtra firmata eſt. Deinde *Silicernium* eſt idem, quod convivium, cui ſenes tantum interſint: quod teſtatur Nonius, nec abnuit Varro. Et hic tropus familiaris & vernaculus. Sic Græcis *γυναικεῖον* eſt muliebre: poſt locus, in quo mulieres tantum verſentur. *Ἀνδρεῖον* eſt virile, maſculum: inde *ἀνδρεῖα* ſunt epula aut convivia, à quibus mulieres excludebantur. Scal. hæc eſt ſententia in Feſtum: *Silicernium*, cœna funebris, quam Græci *περίδειπνον* vocant. Sed & nonnulli, inter quos Verrius, exiſtimant nihil aliud eſſe, quam id, quod nos farcimen dicimus, quo fletum familia purgare ſolet. Quia cujus nomine ea res inſtituebatur, jam ſilicernium cerneret. Cæcilius Oboloſtate: Credidi ſilicernium ejus me eſſe eſurum. *Ceſnas* veteres dicebant & *Pœſnas*, pro eo, quod eſt, *cenas*, pœnas. Ab eo *ſiliceſnium:* poſtea *Silicernium:* ut Caſmina, carmina: Valeſius, Valerius & ſimilia. Tertull. Apol. c. 13. quo differt ab epulo Jovis ſcilicernium? A ſimpuvio obba? ab aruſpice pollinctor? Gloſſ. *Silicernium*, *περίδειπνον*, *λύχνος γὰρ ἅπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις.* Videtur accepiſſe quaſi *ſelucernium*, i. e. *ἀλυχνία.* Rationem hanc eruimus. Natali die lucernæ accendebantur. Mortuali, ut loquuntur Cato & Plaut. id non faciebant, optima de cauſa, ut *τὸ ἀντίστροφον τῆς γενέσεως καὶ τῆς τελευτῆς* oſtenderent. Perſ.

----- Unctaq; feneſtra

Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Et poſt quemadmodum *ergaſtulus* dictus, qui in ergaſtulo maneret: ita *ſilicernius*, qui dignus erat, ut pro eo ſilicernium pararetur.

Siligo à *σιλιγνις*, non recte. Nam Græci hanc à Latinis

accepere: quam exoticam quoque eſſe fatetur ipſe Galenus. Bene dicitur *ſiligo*, quaſi *ſeligo*, à *ſeligendo*. Iſid. l. 17. c. 3. *Siligo, genus tritici à ſelecto dictum.* Ratio optima. Nam ſiligo aliis præſtat omnibus, & præ aliis *eligitur* ac *ſeligitur*, cura hominum. Juven. Sat. 5. *Sed tener & niveus molliſque ſiligine factus Servatur domino.* Plin. *tritici delicias* vocat l. 18. c. 8. Celſ. l. 2. c. 18. *Ex tritico firmiſſima ſiligo.* Paul. Ægineta l. 1. c. 78. προφιμώτατος τῶν ἄρτων ὁ σιλιγνίτης. Idem ſcribit etiam Colum. l. 2. c. 6. & 9. Hinc etiam *ſiligineum* eſt dulce palatoque gratum. Sen. epiſt. 123. *Etiam illum tenerum tibi & ſiligineum fames reddet.* Ideo Homero πυρὸς μελίφρων & μελιηδής.

Siliqua eſt περικάλυμμα & folliculus exterior, quo grana veſtiuntur. Proprie videtur *lignoſus* eſſe: & *ſiliqua* dici quaſi ξυλικὴ, à ξύλον. Hinc Græci poſteriores ξυλοκέρατα vocant *ſiliquas*: & ξυλόκοκκον, interius *ſiliquæ granum*, quaſi *ligni granum* tu dicas. Perſ. Sat. 3. *Siliquis & grandi paſta polenta.* Horat. l. 2. epiſt. 1. *Vivit ſiliquis & pane ſecundo*: quod vel de leguminibus vel fructu quodam viliſſimo intelligi poſſe, autumat Turn. l. 26. c. 24. *Scal. in 2. de plant.* Siliquæ quædam ſunt eſculentæ, grana non, ut ceratiæ. Quædam non totæ eſculentæ, ut caſiæ. Aliquæ nullo modo, ut fabarum, lupinorum, papaveris cornuti. Aliquæ coctæ eduntur totæ, ut phaſeolorum. Aliquarum ſola ſuperficies membrana relicta: ut piſorum & ciceris columbini. *Lobelius in adverſar.* Ap. antiquos κερατωνία, quaſi cornuta ſiliqua legitur. Eſt enim digiti indicis longitudine, ſed quaſi in cornu falcata: & quam prædulcem eſu vocat Plinius.

Silva. Materiam dixerunt ὕλην. Inde *Silva* nobis. Innumeris enim pæne vel operibus vel officiis ſuppeditatur à lignis materia Grammatici recentiores, quod inveniſſent in libris vetuſtioribus alia vocali, quam Græca ſcriptum à *ſilendo* deductum maluere. Sane ridicule. Nuſquam enim minus, quam in ſilvis ſilentium. Minima namque aura maximi ſtrepitus excitantur. Scalig. l. 3. Poet. c. 100. Hom.

------ πέτρῃ καὶ δάσκιος ὕλη

Id

Id est, petra & umbrosa silva. Et itidem alibi. Ap. Hesiod. ὕλη ἀδμητοτάτη, i. e. silva inviolata. Ap. eundem ὑλοτομεῖν, Silvam vel ligna cædere. Et ὑλήμματα ap. Theophr. sunt ligna quædam & frutices. Ut Scaligeri ratio non sit de nihilo. A silva *silvestris*: ut mel silvestre, μέλι ἄγριον Matt. 3. 4. *Silvanus*, quem Serv. in 1. Georg. ὑλικὸν θεὸν vocat: quia *silvis* præerat. Legatur Girald. l. 15. Syntag. Scribitur *silva, hiems, nimpha, cienus, mirtus*, & reliqua, ut ita plane secundum omnes partes Latinam naturam induant, cum Y non Latina: sed Græca sit vocalis. Manut. *Silva* cum I omnis scripsit antiquitas. Alii scribunt cum Y, contra libros lapidesq; omnes.

...... *Simius, Simia*, Enn.

Simia quam similis turpissima bestia nobis. Græce ἀνθρωπόμορφος. Ovid. 14. Met.

Dissimiles homini possint similesque videri.

Scalig. c. 29. L. L. I longum in simile, *simus*, *simia*: non autem παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, ut ineptiunt. *Simus*, σιμός. Plaut. est *Pithecium*, Mil. Glor. act. 4. sc. 1. *Pithecus*, πίθηκος, πίθηξ, ὁ παρὰ τὸ πείθεσθαι ὑφ' ἡμῶν. Nam πίθηκος μιμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐπιχειρῶν, ἁλίσκεται συγχεόμενος καὶ συνεχόμενος, teste Plutarcho. Ap. Hebr. שְׁמָמִית: quod quidam vertunt *simiam*: alii araneam.

Similis, quasi *somilus*, ab ὅμοιος, ὁμὸς, ὁμῶς, ὁμοῦ. Aut ab Hebr. סמל, *Semel*, i.e. simile, similitudo, imago ad alicujus similitudinem efficta. Veteres pro *similiter simuliter*, ut optimus, optumus, & deinde *simulter* dixere. Ut difficilis difficulter. Plaut. Pseud. a. 1. sc. 3. Exossabo eum *simulter*, ut murænam cocus. *Similimus* vulgo dicitur: recte *Simillimus, facillimus*, geminato L. Neq; enim *nigerimus, doctisimus*: sed *nigerrimus, doctissimus* dicitur, adeoq; litera illa in medio ubivis duplicatur. Audi, quid Scal. dicet c. 101. L. L. In tertia terminatione quare recentiores unica tantum liquida pronunciarunt, sic, *similimus*? cum tamen proprium ejus fuerit geminari ob soni lenitatem, & producatur ap. Poetas semper, & in antiquis exemplarib. omnibus ita scriptum sit, & subsit tum analogia tum in analogiæ causa, quare sit geminanda. A

similis

ſimilis *ſimila*, i e. medulla farinæ triticiæ: quia *ſimilis ſui*, pura, & integra: σεμίδαλις. Vel à σίω & μύλη: ut ſit cribrata mola ſeu farina. *A ſimile* eſt *ſimul*: ſicut à facile facul, à procile procul. Item *Simitu* quaſi ſimilitu. Plaut. *Non ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum*, i. e. ſimul; quod eſt adverbium congregandi. Ab eodem eſt & *Semel*, quaſi *Simel*, quaſi una, non diviſim. *A ſimul* fit *ſimulare*. Et poſt etiam *Similare*: ut optimus optumus. Nihil enim aliud eſt *ſimulare*, quam ea quæ non ſunt aut imparia ſunt, aut abſunt, ſimul oſtendere: vel aliquid rei *ſimile* repræſentare. Ut ab ambulatum ambulacrum: ita à ſimulatum *ſimulacrum*. Quid proprie ſit, ſatis docet origo. Plaut Moſt a.1. ſc. 2. *Hominem cujus rei ſimilẽ eſſe arbitrarer ſimulacrumq. habere.* Nam imago & ſimulacrum flagitat omnino *ſimilitudinem* ejus rei, quam repræſentat. Ut à difficilis difficultas, ita à ſimilis *ſimultas*. Eſtque ſimpliciter *ſimultas* latens odium, quaſi *ſimilitas* quædam amicitiæ, cum revera nón ſit *Diſſimulare*, propter voculam *dis* notat quandam στέρησιν ἢ ἄρνησιν. Cic. 3. off. Quidquam *ſimulabit* aut *diſſimulabit* vir bonus Nonius Marcell. *Simulare* eſt fingere ſcire, quæ neſcias: *diſſimulare* fingere neſcire, quæ ſcias. *Siremps* quaſi ſimilis res ipſa: *Sirempſe* in Plauti Amph. Prol. Legatur hic Lipſ. l. 1. antiq. lect. c. 1.

Simplex, adverſatur multiplici. Eſt enim *ſimplex ſine plica*: proprie non habens plicas. Unde *duplicatum* dicimus procidentis Turni poplitem. *Complices*, i e. gregales, ſive ſocii ap. Salluſt. quem locum tamen aliqui mendoſum ſuſpicantur. At enim creber ejus uſus: nec temere. Nam *complices*, ut ſimplices; quaſi *cum* plica & complicati & conjuncti. Iſid. l. 10. *Complex*, qui uno peccato vel crimine alteri eſt applicatus ad malum. Vox ea in ſermone Gallico valde uſitata, ut ait H. Steph. Ut *Simplex*, eſt candidus, apertus; qui ſine fuco agit, ἄδολος: Ita *duplex* dicitur, fallax, ſimulator, διπλοῦς, δίγλωττος, δίψυχος. Horat. l. 1. od. 6.

Et curſus duplicis per mare Ulyſſei.

Gloſſ. Iſid. *artiplicem*, duplicem, doloſum. *Triplex*, tres habens plicas, τρίπτυχος. Eſt etiam τρίπλαξ, τριπλακής, & τρί-

τρίπλεκος in Gloss. Cyr. *Poples*, quod *post plicetur* quasi. Græcis γαμπή: nec non ἰγνύς, ἰγνύη & ἰγνύον. *Plico* πλέκω: *plica* πλοκή: *implico* ἐμπλέκω: *complico* συμπλέκω: *circumplico* περιπλέκω. Hebræis etiam פֶּלֶךְ, *plech* est, res plicatilis, colus, tractus. *Supplicium*, *supplicatio*, *supplex*: denotant nimiam demissionem etiam infra *plicas*, manibus ac genibus complicatis. Belle Virg. sub finem 12. Æn. *Ille humilis supplexque*. Ut supplex sit, qui sub, i. e. deorsum plicat genua. Isidorus l. 5. c. 27. *Supplicium* proprie dicitur, non quo quis punitur: sed quia ita damnatur, ut bona ejus consecrentur, & in publica redigantur. Nam supplicia dicebantur supplicamenta: & supplicium dicitur, de cujus damnatione delibatur aliquid DEO Plaut. in prol. Rudent. Nihil ei acceptum est à perjuris *Supplicii*. Sallust. in Catil. in *Suppliciis* deorum magnifici. *Idem*: non votis, neque suppliciis muliebribus deorum auxilia parantur. *Afranius*; nullam profecto accessi ad aram, quin deos suppliciis, sumtu vates, donis, precibus, plorans obsecrans nequidquam defatigarem. Terentius Eun a. 1. sc. 1. *Dabis ei supplicium*. Id est, supplex fies & inde pœna afficieris. Postea pro damnatione seu pœna acceperunt: quia tum Rei fiebant supplices. A πλέκω est & *plecto*: i. e. plico, necto. *Plexus*, πλεκτὸς, i. e. plicatus. Lucret. l. 5. humeros *plexis* redimire corollis. Festus: *Plexa* colligata significat. *Perplexus*, admodum plexus proprie. Gloss Philox. *perplexe* πανδαίως, περιπεπλεγμένως. Etiam *complector*, *complexus*, *amplector*, *amplexor*, *amplexus*, περιπλοκή, & similia, originem suam non obscure sapiunt.

Simplus nihil aliud est, quam ἁπλόος, ἁπλοῦς, quasi ab ἅμα & πέλω. Adspiratio quippe, ut aliquoties dictum, in S transit. Similiter dicitur *diplus*, à διπλόος, διπλοῦς. *Triplus*, τριπλόος. *Simpulum* est poculum: quia in sacrificiis minutatim & q. una vice eo vinum hauriebant, aut ab Hebræo, ut paulo post dicetur. *Simpludiarium*, quasi *simpliludiarium*. Duo fuerunt genera funerum ap. Vet. Romanos: alterum *indictivum*: alterum *simpludiarium*. *Indictivo*

dictibo duo adhibebantur: ludi & deſultores. *Simpludiarie* ludi tantum. Unde dictum quaſi *ſimpliludiarium*.

Simpulum à ſumendo Varr. l. 4. Scal. in Conj. Eſt Syriacum. Nam ut *Abub*, *Ambub*, αὐλὸς, *ambubajarum* collegia: à *Copher*, *Camphora*, *Capbura* : *Sadin*, *Sindon*: à *Sabbecha*, quod eſt ap. Daniel. *Sambuca*. Sic à *Sephel*, *Sempel*, & inde *Simpulum* fecerunt. Idem in appendice hoc Etymon tanquam incertius habet & adjicit: *Simponem* prius dixiſſe non dubito: Unde deminutum *Simpulum*. *Simpo* autem à Gr. σίφων. Hæc ille. At eadem facilitate *Simpulum* fit à סֵפֶל qua à σίφων. Etenim M inſeratur utrobique neceſſe eſt: Hebræum סֵפֶל Buxtorfius cum aliis interpretatur *Simpulum*. Sed & dubitare quis poſſit, an pari analogia detur deminutivum aliud: veluti à *ſimpo*, *ſimpulum*. A סֵפֶל, abſciſſo initio fit etiam φιάλη, *phiala*. Euſtath. in Iliad. ψ ita deſcribit: phiala; ἀγγεῖον λεβητοειδὲς πλατυστόμιον ἄωτον. *Flaſca* apud Iſid. l. 20. à Græco ſic dictæ, ut ait: Forte quaſi φιαλῶν ἀσκοί, i. e. phialarum cullei. Galli *fraſcos* vulgo dicunt. Gloſſ. Iſid. *pilaſca*, vas vinarium ex corio. Heſych. φλάσκων εἶδος ποτηρίου. De *Sambuca*. Eſt organon muſicum: quod Euphorion τετράχορδον: Maſur. ap. Athen. ὀξύφθογγον deſcribit. Nomen סַבְּכָא (ut monebat Scal.) legitur in Daniel. c. 3. 5. 6. 10. Ubi LXXII. σαμβύκην ponunt. Syriacum eſſe doctiores exiſtimant. Hinc Athen. l. 4. σαμβύκην λυρoφοίνικα *Syrorum* inventum eſſe, ex Juba docet; Et Strabo l. 10. Inſtrumentis (inquit) pleriſq; nomina ſunt *barbara*, νάβλα καὶ σαμβύκη καὶ ἡ βάρβιτος καὶ μαγάδις. *Sambuca* igitur videtur duci poſſe a שְׂבָכָה, rete implicatum: quod *Sambuca* chordis ceu retibus quibusdam tenderetur. De *Ambubajis*. Turn. l. 11. Adv. c. 23. putat: *Ambubajas* fuiſſe mulieres impudicas, quod circum Bajas (quarum lavacra calida delicatis hominibus ſtudio erant) verſarentur: & monet *ambu* pro *am*: ſicut *indu* pro *in* dixiſſe veteres. Similiter *ambubajas* alii ducunt ab ἀμφί, i. e. circum, & *Bajas*. Rectius tamen cum Joſ. Scal. & Caſaub. feceris à Syr. אַנְבּוּבַיָא vel אַבּוּבַיָא, quod

Syræ

Syræ mulieres essent, inque circo, & aliis locis Ædilem metuentibus habitantes duplici quæstu se sustentarent. Nam & corpus prostituebant & organa quædam pulsare norant, quæ secum ex patria attulerant Romam.

Sinapi, σίνηπι: παρὰ τὸ σίνειν ὦπας: quod ledat oculos, aut lacrimas eliciat. Ennius ideo appellat *triste*. Et apertius Columella: Seque lacessenti *fletum factura* sinapis. *Siphylis* Fracastorio dicitur lues venerea, παρὰ τὸ σίνειν τὸ φῦλα. Verbum σίνω ab Hebr. שָׂנֵא, *sane*, i. e. nocuit, odit. A σίνω est *Sinon* ap. Virg. i. e. nocivus, perniciosus. Item à σίνω, σίνης, est *sons*, sontis. Neque abludit Hebr. אָסוֹן, quod est exitium. *Sonticus* est nocens, noxius, gravis, ledens graviter. Tibullus l. 1. Eleg. 8. Parce, precor, tenero: non illi *sontica* causa est. Nævius: *Sonticam* esse oportet causam, quamobrem mulierem perdas. Ap. Fest. *sontica* causa, est gravis, quæ nocumento fit, si hoc vel illud facias, aut non facias. Κατ' ἐξαίρεσιν etiam morbus *sonticus*. Agell. l. 20. c. 1. morbum vehementiorem vim graviter nocendi habentem, legum istarum scriptores alio in loco, non per se morbum, sed *morbum sonticum* appellant. L. 113. ff. de v. s. morbus sonticus est, qui cuique rei nocet. Venul. l. 5. Action. Quoties morbus *sonticus* nominatur, eum significari Cassius ait, qui noceat. Nocere autem intelligit, qui perpetuus est, non qui tempore finiatur: sed morbum sonticum videri eum, qui incidit in hominem, postquam is natus est. *Sontes* enim nocentes dici. Gloss. *sonticus morbus*, ἱερὰ νόσος. Plin. 36. c. 19. Gagates deprehendit *sonticum* morbum, i. e. *comitialem*, interprete Turneb. scilicet κατ' ἐξοχὴν. Quamvis & sonticum ibi possis interpretari, gravem, noxium, valide affligentem. Hinc gagaten, sive oleum ex eo, magnopere commendat Mesues dæmoniacis, epilepticis, paralyticis, spasmaticis, tetanicis, arthriticis, ab utero suffocatis, & conceptum non admittentibus: quod notat Matthiol. in l. 5. Diosc. c. 3.

Sincerus. Vall. l. 6. c. 31. *Sincerum* (Donat. ait) quasi *sine cera*; mel simplex & purum & sine fuco. Immo *cum cera* potius. *Syncerum* à συν componitur, non à *sine*, quod nun-

nunquam compoſitionem admittit: quod ipſa etiam ſcriptio declarat, quæ *υ* habet, non i. Eſt enim ex duobus græcis compoſitum, ex *σὺν* & *cera*. quæ ab illis dicitur *κηρὸς*. At Valla fallitur. Nam ſi *Sincerum* mel eſſet cum cera: *διαῤῥήδην* ſignificationi repugnaret; & uſui autorum concordi. Nam *Sincerum* proprie aſt non permixtum cera, purum, *ἀκέραιον*, *εἰλικρινὲς*, *ἀμίαντον*: cui uihil admixtum, quod adverſari ſolemus. Scalig. dicat ſententiam: *Sincerum* purum eſt: veluti *ſine cera* mel: inepte admodum reclamante Valla, atque imponente Latinitatis candidatis: Præpoſitionem hanc *ſine* in compoſitione nuſquam inveniri. Non tunc meminerat vocis hujus *ſimplex?* Exerc. 81. ſ. 1. Etiam *ſincerus* cum i. in veterib. libris exſtare, Manutius docet. Porro. *Cereus* eſt fax è cera: Germ. Kertz. *Cerinus*, *κήρινος*, color ceram imitans. Plaut. epid. a. 2. ſc. 2. *cerinum* aut *melinum*.

Sindon, *σινδὼν*: ſimpliciter Hebr. סָדִין, i. e. genus ſubtiliſſimi lintei. Prov. 31. 24. Unde procul dubio noſtrum germ. Seiden. LXXII. Hebr. vertunt *σινδόνας* Jud. 14. 12. *βύσσον* Jeſ. 3. 22.

Singuli, *ἕκαστοι* peculiares, ab aliis ſeorſum diſtincti; aut ſeparati. Ideo *ſingulare* eſt *ὑπείροχον*, præſtans, eximium: quomodo etiam ponitur *unicum*. Ab Hebr. סְגֻלָּה; i. e. peculium, ſingulare. Nonius c. 2. *Semel unum ſingulum eſt*. Plaut. Ciſt. *Singulum video veſtigium*.

Siniſtrum proprie eſt lævum, non dextrum, poſitum ad latus ſiniſtrum. Græc. *λαιὸν*, *ἀριστερὸν*, *εὐώνυμον*. Scal. in Conject. Siniſtræ dicebantur *aves proſperæ*: contra impedientes aves, aut dicebantur *arculæ* ab arcendo: aut *Clivia*, quia difficilia vocabant *clivia*, ad verbum *ἀσθενώτη*. Aut *remoræ* aves à remorando: Aut *inebræ* & *enebræ*. Eo nomine omne obſtaculum intelligebatur. Aut *alteræ* aves, cum alteræ ſupervenirent, quæ felici auſpicio vitium facerent. Aut *volſgræ*, (à vulſum, volſum) qua ſe vellendo malum auſpicium faciebant. Eas intellexit Statius:

> ---- *Simul ora recurva*

Ungue

Ungue secant rabida planctumq; imitantibus alis.
Exagitant zephyros & plumea pectora cædunt.

Hæc ille, Causa vanitatis inde fuit. Crediderunt augures, quod homine in meridiem (quæ deorum sedes æstimabatur) spectante, ad sinistram ejus partes mundi exorientes sint; ad dextram occidentes. Inde sinistra auspicia fausta dici: quod ea, quæ oriuntur, quæque ortus causam tribuunt, meliora sint iis, quæ occidunt, quæve interitum rei demonstrant. Taubm. in Epid. a. 2. sc. 2. *Sinistra* & *sinistera*, ut dextera, in M. S. Plautino Camerarii; ἀριστερά. Veteres ἀριστερὰ vocabant τὰ μωρά: ut contra δεξιά, τὰ σωστά: ut notat Schol. Soph. in Ajace. *Dextera* & *dextra*, item *dextima* Varroni: à δεξιά, ᾶς. Subintelligitur manus. *Dexter*, δεξιτερὸς, δεξιός. Et *dexum* in Gloss. δεξιός. Item *Destra*, post dextra. A δέχομαι, quia sinistra agilior. Et manus est ὄργανον ἀντιληπτικὸν Galeno: ὄργανον ὀργάνων Arist. l. 3. de an. c. 8. *Dextralia* in antiq. Bibl. versione: Quæ LXXII περιδέξια vocant. Ambros. itemq; Jul. Capitolinus in Maximino nominant *Dextrocheria*.

Sinus vel sinum, priore producta. Virg. Eclog 7. Sinum lactis. Et ap. Plaut. in Curc. act. 1. sc 1. Est vas ventris tumidioris & rotundioris formæ, tanquam vortex aut instar turbinis Græc. est δῖνος, i.e. gyrus, turbo: & vas ad ad istius faciem effictum. Cyrenensib. δῖνος est ποδανιπτὴρ pollubrum. Syllabæ certæ proceritas in utroq; conjecturæ favet & significatio. δ vero in σ seu S mutari solere non infrequens: ut in ἴσμεν ἴδμεν: ὀσμὴ, ὀδμή: At *sinus*, prima brevi. κόλπος, affine est τῷ חֵצֶן, i. e. sinus, brachium verbum *insinuo* proprie utitur Tertull. *Moyses manum in sinum condit & emortuam profert, & rursus insinuat.* Et Apul. l. 9. *insinuatis manibus ambulabis mihi*. Estque *sinus* proprie cavitas intra brachiorum & pectoris complexum. A sinus faciunt nonnulli *Sino*, quod est proprie non impedio, ἐάω. Literæ vero assonant: non item significatio. Potius *Sino* est ab Heb. הֵנִיחַ quod LXXII ἐᾶν, παύειν, μεταλείπειν, ἀφιέναι vertunt.

Sion, צִיּוֹן, nomen montis, à *signo*: cujus in cacumine arx ejusdem nominis constructa: quæ à Davide capta,

 dein

Digitized by Google

dein audiit civitas Davidis. *Sion*, σιών, eſt ſpecula, tumulus: vel σκοπευτήριον, ut ait Euſeb. Pamph. de demonſt. 5. Rad צִיּוּן, ſtatua, titulus ſignũ, quod locatur in ſepulcro.

Siren, σειρὴν: vulgo à σύρειν. Rectius ab Hebr. שִׁיר, canticum. Suavitate cantus ſui trahebant illæ nimphæ prænavigantes. Uti Homer. odyſſ. 12. & Ovid. l. 5. met. deſcribit.

Apoll. σειρῆνες ἀηδονίδες ἡδείῃ θέλγουσαι μολπῇσιν ὅπως παρὰ πεῖσμα βάλοιτο. Auſon. in epitaphio Nepotiani Grammatici Sirenes vocat *melodas virgines.* Tertull. l. 3. contra Marcion. vocat *monſtruoſas fabuloſasq; cantrices.* Heſych. μελῳδούσας. Statius:

Non niſi tergeminum Sicula de virgine carmen.

Tergeminum: quia tres erant Sirenes; Parthenope, Leucoſia, Ligea. Quo numero triplex illa voluptas expingitur, quæ ἐν οἴνοις καὶ ἐν ποτοῖς καὶ ἐν ἀφροδισίοις: ap. Platonem & Ariſtotelem Suidas: σειρῆνες αἱ τῆς ψυχῆς ἐναρμόνιοι καὶ μουσικαὶ δυνάμεις. *Syrinx*. σύριγξ item à שִׁיר. Etiam שָׁרַק eſt ſibilavit. שְׁרֵקָה ſibilus. Inde quoque συρίζειν quod eſt ſibilare. Suid. συριγμὸς φωνὴ ἄσημος. Etiam Heſych. habet σύρειν συρίζειν. Et σῦρος eodem pertinet. Unde *ſuſurrus*: vel hoc commode inter τὰ πεποιημένα referendum. Danis etiam Suſer.

Sirius, σείριος: Stella in lingua caniculæ Ovid. 4. Faſt.

Eſt canis (Icarium dicunt,) quo ſidere moto
Tota ſitit tellus, præripiturq; ſeges. Virgil.

Præcipueq; vigil fervens cum Sirius ardet. Et Statius.
Illos implacido lethalis Sirius igni. Etiam eximie deſcribit Manil. l. 5.

Igitur rectius παρὰ τὸ ζεῖν: σείριος, ζείριος: unde σειριᾶν, σειραίνειν, i. e. ſiccare, areſacere: non contra nomen ab iſtis verbis, ut putabant. Suid. σεῖρ ὁ ἥλιος καὶ σείριος. A σειριᾷν & σειριᾶν eſt *Siriaſis*, inflammatio. Plin. l. 3. c. 15 aduſtio infantum, quæ vocatur Siriaſis. Full. l. 12. Miſc. c. 8. monet, à *Siris* (quod eſt inter alia nomen Nili) vocari ἀστέρα σείριον, *ſtellam Siriam*; quam *caniculam* appellamus. Ut ſit σείριος idem, quod νειλαῖος, *ſtella Niliaca*. Quia eodem

Digitized by Google

eodem ardentiſſimo æſtati tempore & caniculæ ſtella oritur & Nilus abundantiſſime creſcit.

Siſtrum, σεῖστρον à σείομαι: à concutiendo.

Hinc Ovid. 1. de Ponto:

Jactantem Pharia tinnula ſiſtra manu.

Et Martial. l. 14.

Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu.

Dum jactatur, aut quatitur, ſonat. Alii malunt ab Iſide inventrice. Vide Plutarch. in Iſide. Juven.

Iſis & irato feriat mea lumina ſiſtro.

Eandem genere in dextra ſiſtrum, Servius etiam notat. Eſt *Iſis* genius Ægypti: i. e. terra, lingua Ægyptior. Aut ab Hebr. אִשָּׁה, mulier, virgo: quam colebant Ægyptii. Nempe ex fama tenui inaudierant, aut ab accolis olim Iſraelitis didicerant; Virginem fore θεοτόκον: ut conjicit Peucer. de divin. Extiſpicum.

Siſyphus, σίσυφος, quaſi σιόσοφος: DEI Sapiens. Eſt enim σιὸς Deus: σοφὸς ſapiens. Ita *Sixtus* ab eodem σιὸς, σίοσσος, Deum ſonans: σιῦ σεσα. Primum *Siſſus*, *Siſtus*: poſt *Sixtus*: ut Ulyſſes Ulyxes: κάλλιστος, Calliſtus, Calixtus.

Sitarcia, vox paulo inſolentior. In Athenæo eſt σιταρχος vel σιτάρχης, h. e. præfectus annonæ: σιταρχία ſubſtantivum. Sed huc minus convenit. Atqui σιταρχία eſt annona quæ ſufficit: item ſaccus aut pera, qua annona recipitur, σκεῦος ἀρτοφόρον. Et ita puto *Sitarciam* fieri ex τοῦ σῖτον ἀρκεῖν. Vel (quod eodem tendit) à σῖτος & ἄρκιον vel ἄρκος. Quomodo & in Bibl. 1. Sam. 9. capitur: Panis defecit in *ſitarciis* noſtris & ſportulam non habemus. Ubi ἀπαιδεύτως *ciſtartiis*, alii *ſiſtartiis* temere inſerverunt. At pro *ſitarciis* poſuit Tremell. *Inſtrumentis* Pagnin. *Vaſis*. Ut ſitarcia ſit, quæ σῖτον continet, ſive panem. In Gloſſ. Arab. lat. legitur, *ſitarcia ſaccus vel pera*. Aliter vero Iſid. l. 20. c. 9. *Sitarciæ* nautarum ſunt: ab eo, quod *ſutæ* ſunt. Sed dicit Iſid. non docet. Apul l. 1. de aſin. Hac enim *ſitarcia* navigium Veneris indiget ſola.

Sitis. Scal. c. 126. L. L. Illud etiam obſervavimus eorum peculiare, accipere ſignificationem ex alia actione: σιτῶ (potius σιτέομαι dicendum) eſt cibum capio. At quia

è cibo oritur ſitis: iccirco ea occaſione id verbum recepere ad ſignificandum, quod ſequebatur, quippe τὸ δι-ψᾶν Ap. Hebr. שָׁתָה, bibit ſitiens, hauſit potum. שְׁתִי, ſitis. Quod propius videtur Græco Scaligeri. *Situla*, ap. Plaut qua *ſitis* reſtinguitur. Ponitur ita continens vas pro aqua, aut liquore. Nota eſt figura συνεκδοχή. Gl. Philox. *Situla* κάδος Cato c.10. & 11. habet etiam *ſitulum* aquarium. A *ſititum* fit *ſitibundus*: qua cauſa ſecundam merito producit. *Sitior*, qui ſitit, à ſititum: ut meſſor à meſſum: factor à factum. Idque κατὰ τὴν ἀναλογίαν.

Smaragdus, σμάραγδος, & μάραγδος, παρὰ τὸ σμαράσσειν ſplendere: ex μαίρειν: unde μαρμαίρειν: à fulgore aut luce ſcilicet eximia. Ovid. 2. Metam.

In ſolio Phœbus claris lucente Smaragdis.

Et Plin. l.37. c.6. ſunt Smaragdi radiantes. Statio:

Florentes igne Smaragdi. Arabibus dicitur *Zaniarut*: & quidem è Græco.

Sobrius, quaſi *ſebrius*, à *ſe*, particula στερητικῇ. *Sobrius* eſt non ebrius, non potus, ſiccus, νηφάλιος, ἀμέθυσος. *Male ſobrius* eſt non ſobrius, aut ebrius, ap. Tibull. Ut ap. Virg. 1. Georg. *male pinguis arena*, i.e. non pinguis, ſed arida, vel ſicca. Item *male feriatus*, i. e. non. *Ebrius* à *bria*, h. e. qui è bria nimium hauſit, poculis evacuandis qui delectatur, μεθυσθείς. *Bria* dolium vini plenum veteribus erat: aut verius poculum. Arnob. l. 6. contra gent. *Scyphos, brias, pateras.* vox ἀπὸ τοῦ βρύειν. ſcatere, plenum eſſe. Gloſſ. *Eria*, εἶδος αιτιου: lego εἶδος ἀγγείου. Manifeſto enim illud mendoſum. *Ebriulare*, eſt ebriare, ap. Laberium Nonium. *Ebrius* eſt etiam plenus, aut madidus. Ita uſus eſt Plaut. quam imitatur Prudentius:

Vivax flamma viget, ſeu cava teſtula
Succum linteolo ſuggerit ebrio.

Ita enim legendum: *Seu cava* ---non *ceu*, quod irrepſit, & verſum facit ἀσύνθετον. A verbo jam poſito βρύειν eſt etiam *embryo*, ἐμβρύων. Item ἔμβρυον quaſi τὸ ἐντὸς τῆς γαστρὸς βρύον, h. e intus in utero quaſi madidum, pullulans, & exortum. Sive initia per quæ, ſive materia ex qua, ſive locus in quo producitur embryo, ſpectentur, ſane nomen-

nomenclatio pro re commoda ἀπὸ τῦ βρύειν, satis videbitur. Gloss. ἔμβρυον *embrium*, ἐμβρυοθλαστῶ *eseco*. βρύω ab Heb. בְּאֵר fons.

Soccus : Propert. cui sæpe immundo sacra conteritur via socco. Vox γυναικεία : i. e. tegimentum pedum, aut indumentum, quo pedes operimus ; etiam ap Germanos. A סֹךְ *soch, soc* : vel סֻכָּה, tegmen, operimentum. Rad. סָכַךְ, texit, operuit : unde etiam *sagum*, ut in voce, *Saccus*, à nobis fuit monitum.

Socius, qui aliquid cum altero communiter habet. Gl. Philox. socius κοινωνός. Alludit Chald. זוּג jugum, communio, societas Scal. in Theoph de pl. Quæ generis habent *societatem*, Græcis dicuntur ὁμογενῆ : tametsi Cic. ita loquitur : & subest doctrinæ ratio. Quia species secant genus. A *secando* autem & *sequor* & *secta* & *socius*. Tamen cum Plinio planius *congeneres*. A *secando socius* : quia cuique sua portio. Unde communia Juris tribus titulis, pro socio, familiæ herciscundæ, communi dividendo. *Idem Scal.* Est à sequendo, *socius* & *secus*. Qui enim secundum me est, non est idem mecum. Et ita pro Scal. adduci potest עֲמִית, i. e. socius : à particula עֻמַּת, i. e. secundum, juxta. Vall. l. 4. c. 38. ita discriminat. *Socius est par : comes vero minor, quippe qui sequitur & ducem habet*, Et post: *Est præterea alia differentia inter comitem & socium: quod comes est qui utcunq; sequitur alterius ductum: socius plerumq; in negotiis seriisq; rebus & fortunæ arbitrio subjectis.* Qui vero causam hujus effati poscat, eadem opera aquā è pumice. Nam exemplū é Cic. *Non comitem se, sed ducem præbuit* : distinguit non socium, sed ducem & comitem ; qui proprie est, qui comitatur, qui *cum* i. e. una it. Et ultro fatetur ibidem Valla ; quod interdum comes pro socio capiatur. Verba sunt: *tametsi aliquando comitem pro socio dicimus, ut Cicero in Rhetoricis de illo viatore.* Vel ipsius ergo Vallæ confessione, ex autorib. quia discrepant, aut diversim utuntur, non eruitur discrimen *socii* & *comitis*: quod certo suppeditat etymon. *Sequor* ἕπω ἕπομαι. *Sequi* est *ire post* : ut describunt Hebr. לֶכֶת אַחַר ambulare post. De

ſequor. Ita Palmer. in Spicileg. *Sequi* cum aliquo, Plaut. Mil. a. 4. ſc. 6. eſt ſermonem cædere. *Inſequi* ap. Caton. eſt fari. Et *ſectiones* ap. Cæſ. de Bell. Gall. & alios, ſunt narrationes. Item *ſecare* pro ſequi. Virg. 6. Æn.

Ille viam ſecat ad naves ——— Et 10. Æn.

——— *Quam quisque ſecat ſpem.*

Hæc ille. Nos paululum iſta in girum ducamus è tam vago ambitu. Neceſſe eſt ſubintelligi aliquid, puta *verbum, vocem, ſermonem*, aut ſimile; ſi dicamus, ſequi, poſitum eſſe pro loqui. Nam ita ſimpliciter poſitum ut credamus, ne ipſe pater patratus perſuaſerit. Talia ſunt multa verba quibus ſine caſu addito, ſed addendo cum opus; utimur: ut *cogito, pario, edo* & ſimilia. Virg. 1. Æn.

——— *Tali fugientem eſt voce ſequutus.*

Æn. 10. ——— *Sidera voce ſequentem.*

Addit, quod alias omiſſum: ut in Plauto. *Sectiones* vero tropice pro narrationibus: quoniam diſtinctæ eæ, aut ordine ſuo diſtributæ. Quo ſenſu *Partitiones* etiam Ciceronis inſcribuntur. Quippe *ſectio* proprie eſt actio *ſecantis*: inde amplius fluxit ſignificatio *Secare* autem de via, de ſpe acceptum in Virg. commode exponitur per τὸ *dividere*. Qui ambulat, greſſibus aut pedibus quaſi metitur & ſecat viam: vel pulveri & luto imprimit veſtigia. Latinum vero ex Græco ſecare viam. Plutarch. Ἐπιτυχὸν δὲ τὸ πλὼ μέσην ἐν ἅπασι τέμνειν ἠμελήκασι. Μέσην, i. e. ὁδὸν. Qui vero ſperat, animum nunc huc, nunc dividit illuc. Et ubi ſpes mala, ſive metus, ingens in animo divulſio quædam & angor. *Sequeſter* dicitur, apud quem plures rem, de qua controverſia eſt, deponunt: ὁ μέσος καὶ μεσέγγυος. A *ſequendo*: quod ejus, qui electus ſit, utraq; pars fidem *ſequatur*. Agell. l. 20. Hebræi ita Deut. 5. 5. *Stans inter Jehovam & vos*: Targum: *Stans inter verbum Domini*, i. e. ſequeſter, μεσίτης. Quod apud ſequeſtrum depoſitum erat, *ſequeſtro* poſitum per adverbium dicebant. Ut à ſuadeo ſuadela: ſic à *ſequor, ſequela*, Tertull. de Trinit. & *obſequela* ap. Plaut. aſin. act. 1. ſc. 1. Amplius *Sculna* quaſi *ſeculna*, aut *ſequulna*, i. e. ſequeſter. *Sequius*, i. e. pejus, deterius. Sequiorem ſexum vocat Apul. Deteriora enim *ſequun-*

Digitized by Google

quuntur; meliora præcedunt. Ex eo posterior, est etiam deterior, χείρων. Et antiquum est optimũ. Hinc φέρτατος: Nihil mihi antiquius, i. e. melius aut potius. Aristot. τὸ πρεσβύτερον, ἡμιώτερον. A *prosequor* fit *prosequium*, ut obsequium, ab obsequor. *Prosequor* est officiosum verbũ, & in eodem significatu produco. Proprie de amicis, qui suos peregre euntes ad portam usq; comitantur, & in viam inducunt boni ominis, aut præsidii causa: ut in Plaut. notat clariss. Taubm. Sed ad *SECO*. Id facit Scal. 5. poet. 16. ab ἐκάς. Malim ab Heb. לָקַשׁ secuit, usus est sicilicibus. Ab eo nominant gramen aut fœnum, לֶקֶשׁ quod demeti solet, vel abscindi. A seco *Secale*, frumenti genus, proximum à tritico locum tenens. Italis etiam nunc *Segala*: Gallis *Seigle*. Quia frigoribus, cum alia pabula defecerint, ea bobus cæterisq; pecudibus optime *desecta* præbetur: uti vult Dodon. A *seco* fit *sica*, *sicarius*. Suid.

Σίκαι ἐπίκαμπη ξίφη, ὡς οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Romanæ igitur voces: *sica*, *sicarius*. Unde Græci suum, σικάριος. Justinian. Imp. *Sicarii* appellantur à *sica*, quod significat ferreum cultrum. Joseph. libro ultimo c. 7. Antiq. Judaicar. *Sicam* esse scribit gladiolum, instar Persiei acinacis incurvum. *Seculæ* sunt falces Varr. à secando. Item *sicilire*, quasi seculire. Inde *sicilces*. Enn. *Incedit veles vulgo sicelicibus latis*. Et per deminutionem, *siciliculæ*, i. e. parvæ sicilices, aut seculæ. Scalig. ad Festum: Gloss. *sicilia*, σμίλη χειροτόμος. Est autem vox magnæ Græciæ. Eo nomine intelligebant, quidquid secandi vim habet. Inde *sicilire prata*, secare. Ad Catull. *sicelices* aut *sicilices* cultra tonsoria vocat. *Sicilire* est cædere. *Sicilices* sunt, quas in sybinis, aut lanceis, aut venabuils αἰχμὰς Græci vocant. Hæc ille. A seco trahunt aliqui *serram*: vere trahunt. De Italorum quidem *seca* & *sega* consenserim: sed Latin. *serra* est à strepitu, qui fit geminata illa canis litera. Hebræis similiter מַשּׂוֹר *massor*. Verbum in *hiphil* exstat 1. Paral. 20. 3. Cæterum à *seco secavi*, *secui*, fit *secatum* & *sectum* & *sexum*: ut à fluo fluctum & fluxum. Inde varia. A *sectum Sector*, propriè qui *secat*. Inde qui veluti *secat* bona

na & ſuo commodo minutatim vendit. Nannius l. 9. Miſc. c.2. A ſectum etiam fit *ſecta*: quando homines in varias partes *ſcinduntur*: Græcis *Schiſma*, à σχίζω.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus,

inquit 2. Æn. Virg. Iſid. l. 8. c. 3. *Schiſma*, à ſciſſura animorum. A ſecta *ſectari*, *aſſectari*, h. e. ſectam aliquam ſequi & adhærere. Feſt. *Sectarius* vervex, qui gregem agnorum præcedens ducit: ap. Plaut. capt. a. 4. ſc. 2. Alciato ſic dicitur à *ſectis*, teſtibus. Aut rectius à *ſecta*: ut quaſi *ſecta*, h. e. ordinis cœtusque ſequentis princeps ac dux aliquis ſit *ſectarius*. A ſeco aut ab ἑκὰς fit etiam *Secus* & comp. *Sectius*, ac *ſecius*: quorum illud recentium: hoc prima producta antiquorum. A qua disjunctione eſt quoque *ſecundus*: a primo enim diſtinguitur. *Secundus*, quaſi *ſecandus*: quia in *ſecundo* incipit *ſectio* & diviſio. *Unum* eſt indiviſum: *duo*: prima diviſio. *Secunda fortuna* dicitur, quod ſecundum nos eſt, i. e. prope nos, ait Iſid. l. 10. *Seculum* Iſidoro, à *ſequor*: Varr. à *ſenex* Uterq; ἀνάρμοστος. Quia & modulus primæ repugnat. Ita jubet ἀναλογία: ut a potum poculum: à cœnatum cœnaculum: à jactum jaculum: ſic à *ſectum ſeculum*. Tractus enim ille certis temporum præſcriptionibus *ſecabatur* in partes. Turnebi etiam conjectura levis eſt. Lucr. l. 5. & 6.

——*ſcela ferarum*.

Igitur (inquit) Lucret. exiſtimavi non tam notionem hominib. Latinis receptam ſeqvutam eſſe in hac uſurpatione, quam vocabuli originem & natales. Nam ſeculum ab ἡλικία deduci videtur, cum adſpiratio millies in ſibilum abeat: λ autem & κ tranſponuntur. Hæc iſte. Interim Mtanut. affirmat in vetuſtis lib. numis ac lapidib. *Sæculum* per Æ reperiri. Quod factum exiſtimo, ut ita *ſeculum* prout certa pars temporis, à *ſeculis*, quæ ſunt falces ap. Varr. eo modo diſtingueretur. *Seculare*, quod ad *ſeculum* pertinet & quod in *ſeculo* ſemel fieri ſolet. Ut *ludi ſeculares* ap. Feſt. & Scal. l. 1. de emend. temp. Ovid. 2. Triſt. ita circumſcribit:

Juſſerat & Phœbo dici, quo tempore lucos
Fecit, quos ætas adſpicit una ſemel.

Segi-

Digitized by Google

Segimen, segmen: ut tegimen tegmen. Sunt admodum γλυκά. *Præsegmen,* quidquid præsecatur. Plaut. Aul. a. 2. sc. 5. dixit *præsegmina*, quæ Græci ἀπονυχίσματα; scilicet quæ unguibus emulis præscinduntur. A *sexum,* supino inusitato, est *sexus:* i.e. nota, qua mas & fœmina *disjungitur,* aut distinguitur. Similiter ap Heb. נְקֵבָה, nomen sexus dicitur à נָקַב, quod est fixit, perforavit. Ap. Ammian. l. 16. est *virile ac muliebre secus.* Sequitur ita Sallust. Et ap. Auson. *puerile secus.* *A secando.* Vel à *secus,* quod ἑτέρως. Est enim *sexus* ἑτερότης φύσεως. Scal. Ex. 107. *Silex,* Latina penitus vox: neque aliud quam lapidem significat, qui *sectus* & *lectus* est, quasi *secilex.* Ita *Sicilia* posteaquam ab Italia disjuncta fuit: quæ antea *Triquetra* diceretur. Idem repetit. 5. poet. 16. quæ à *trinis promontoriis* incolarum Græcor. lingua *Trinacria* appellata est: eam, cum esset Italiæ continens atque perpetua, maris vi disjectam, atque iccirco *Siciliam* dictam prodidere. A sicileo, i. e. seco: quia dissecta est quasi ab Italia. Unde Strab. est ἀπόῤῥωξ ἠπείρου.

Ovid. 4. Fast.

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor,
Trinacris à positu nomen adepta loci.

Secespita (ait Fest. ex Antistio Lab.) est cultrum ferreum, oblongum manubrio, rotundo, eburneo, vincto ad capulum, auro argentoque fixum clavis æneis: quo Flamines, Flaminicæ Virgines Pontificesque utebantur. A secando cespite. *Axicia* ap. Plaut. est forfex, qua secantur capilli quasi *Abscicia.* Aliis quasi *exicia.* *Exicare,* pro *execare* dicebant veteres. *Securis* non aliunde: quanquam clausula fere peregrina. Cato: *Arbomrias secures tres, cuneos tres habeat,* Legatur etiam Lips. l. 4. polior. dial. 4. *Exta* (ap. Fest.) quod ea diis prosecentur, quæ maxime *extant* eminentque. Nisi melius, quasi *Execta,* eliso medio. *Insecta* (Scal. ad Card. Ex. 226. s. 15.) definiebas, quæ in abscissa portione vitam retinerent. Quasi illud etymon esset à privatione, quasi, inquam, frustra secarentur. Haut ita est. Neque ea est vel res, vel nominis

ratio. Ἄτομα vocat Ariſtot. Plin. *Inſecta*; quæ inferiores aut ſuperiores partes, aut utraſque ſegmentis haberent diſcretas atque diſſitas. Videatur Plin. l. 11. c. 1. *Inſicia* ab *inſecando*: & poſtea eliſo *Ni ſicia*. Varro l. 4. L. L. *inſicia ab eo, quod inſecta caro*. Macrob. l. 7. Sat. 8. *Iſicium*, quod ab *inſectione inſicium* dictum: amiſſione enim literæ, poſtea, quod nunc habet nomen, obtinuit. Arnob. l. 7. *Quid ſibi hæc volunt, apexabo, inſicia, ſilicernia, longano? quæ ſunt nomina & farciminum genera, hirquino alia ſanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus* Caſaub. l. 9. c. 5. in Æthen. Inter cætera, quæ dicuntur in procelli ventrem condita nominantur & τὰ ἐκ τῶν ὀρχεῶν εἰς λεπτὰ κατακνιζόμενα (malim κατακνιζομένων) καὶ τῶν πταιρίδων περιμαχλίματα. tot Græcis dictionib. περιφράζει Leonides ſive Athenæus, quæ uno verbo Romani appellabant *Iſicia*. Hæc ille.

Sol (luminare illud *majus* ad perfecturam diei Gen. 1. 16. *Radiatum inſigne diei*, Lucret. l. 5.) ita dicitur quod *ſolus* eſſet, ſolus luceret, & reliquis ſtellis lucem impertiret. Cic. 2. de Nat. Deor. Forte ita: *Sol* ab ἥλιος, ἄλιος: ut ἡδὺ ἁδὺ, πηγὴ, παγὰ, ap. Theocr. Feciſſent aliter: vel *ſalius*, vel *ſalus*, vel *ſal*, vel *ſolus*. Obſtitit ſignificatio jam alio tralata. Ergo oportuit, Sol fieri. A Lat. fit Danic. **Sool**: & Germ. **Sonn.** Sol hodie Græcis eſt φωτεία. Eſt autem nomen *Individui*: poſtea ex accidente i. e. quia plures mundos præter naturæ ſeriem comminiſcerentur, ut Democr. pluraliter uſurpari cœpit: *ſoles*, item *lunæ*. Quamvis utrumque etiam pluraliter, illud pro *diebus*, iſtud pro *noctibus*, inveniatur. Sicuti etiam *Sol* pro *die* ſumitur Num. 25. 4. Gr. ἥλιος, ut etiam ἕλη & ἄλη, fit ab Heb. הֵילֵל, i. e. lucifer, Sol. A verbo הָלַל, *halal*. Quod in *Hiphil* ſplendere ac lucere ſignificat. Quamvis probabili apparatu Hugo Sanford. Coomſiorius pertendat ἥλιον eſſe ab Hebr. *El*, *Elochim*: l. 1. de deſc. Chriſti ad inf. Nec abnuit Cluver. l. 1. Germ. antiq. c. 26. Homer. ſolem vocat ἑκατόγχειρα, quaſi tu dicas *Centimanum*. Idque propter copiam radiorum, qui ita videntur nobis, reapſe non ſunt. Etiam propter innumera beneficia, quibus

Digitized by Google

quibus huic orbi prodest. *Solstitium*, quasi *solis statio*. Hinc *Solstitio* ap. Tertull. de Pall. Quando sol ad Tropicos venit, sistitur quodammodo & repetit inde priorem viam. Gloss. ἡλιοστάσια. Ut *lectistitium* in Gl. Isid. statio lecti. Legatur Nic. Muller l. 1 Instit. Astron. c. 11. 67. A solstitium *solstitialis*. Plaut. Pseud. a. 1. s. 1. Quasi *solstitialis herba* paulisper fui. Aliquib. est *ephemeron* herba, ut quæ ultra diem non vivat. Sed hoc falsum: & ideo appellatur ἐφήμερον, quod eo ipso die, quo sumtum, interficiat: ut notat etiam Renod. de mat. med. l. 1. sect. 2. c. 13. Diosc. l. 4. c. 79. 80. Auctumni (inquit idem) exitu florem edit croci. Ergo non est solstitialis herba. Turn. l. 24. c. 38. herba *solstitialis* est, quæ æstate crescit & propter anni vaporem mox exarescit. *Hæc ille*. Sed neque hoc satis. Non enim *solstitiale* est idem, quod æstivum, vel quod æstate crescit. Verum, quod ad solstitium pertinet, quod circa illud accidit. Hinc Plauto *Solstitialis* morbus. Cic. *Solstitialis* dies. Sen. 3. Nat. quæst. *Solstitialis* occidens. Liv. l. 1. *Solstitialis orbis*. Solino c. 18. *Solstitialis plaga*. Igitur herba solstitialis, quæcunq; tempore *Solstitii* nocte, præsertim frigidiuscula, ut solet, & rorulenta, subnascitur, & postea à calore solis diurni, qui tum maxime sævit, moritur, aut certe languescit. Simile est quod scribit Mercurial. l. 5. c. 3. Puto ego *solstitialem morbum* quemcumque pravum & lethalem vocari. Etenim *Solstitium* periculosum atque morbosum esse, unus ante omnes docuit Hippocr. l. de aere, aquis & locis. Post quem Arist. 1. sect. Probl. idem confirmavit. Hæc ille.

Soldanus; ap. Turcas, Saracenos, Arabes, alias ita dicitur Dynasta, imperator, qui aliis præest. Quod verbum in nostrorum quoque hominum ore est. Non nisi ab Hebr. שָׁלְטוֹן i. e. potens, δυνάστης. A שָׁלַט dominatus est valuit potestate.

Solœcus: nomen à Solon & οἶκος, quod testatur Diogn. Laert. Σόλοικος, Solorum habitator, Σόλοι οἰκῶν. In Cilicia

licia & Cypro opidum à Solone exſtructum & inde nominatum fuit; in quo puritas Attici ſermonis primum florebat; brevi poſt corrupta. Inde *Solœcus*, qui Atticus ortu, inter Solenſes vivens, linguæ ſuæ elegantiam corruperat. Ita peccantes dicti ſunt σολοικίζειν. Etymol. ait *Solœciſmum*, σολοικισμὸν, *quaſi* σόυ λόγυ αἰκισμὸν? quaſi ſanæ orationis vibicem, aut flagellum. Suid. σολοικισμὸς λόγος ἀκατάλληλ☉, ἄζακτος, ἀνακόλουθος. Strab. l. 14. τὸ σολοικίζειν ἐιτ' ἀπὸ Σόλων, ἐιτ' ἄλλοθ τῦ ὀνόματ☉ τύτυ πεπλασμένυ. Agel. l. 5. c. 20. *Solœciſmus* Latino vocabulo ab Aſinio Capitone, ejusdemque ætatis aliis *imparilitas* appellatus: à vetuſtiorib. Latinis *ſtribligo* dicebatur; à verſura videlicet & pravitate tortuoſæ orationis. Quod vitium Aſinius Capito hiſce verbis definit: *Solœciſmus eſt impar & inconveniens compoſitura partium orationis.* Hæc Agel. De ſolœciſmo vide quæ multis accurate diſſerit Ad. Th. *Siberus* Inſtit. Elocut.

Solvo, ſolvi, prius τετρόσυλλαβον fuiſſe, teſtatur τὸ *ſolutum.* Et ſic poetæ utuntur etiam. Catul in epithal. Juliæ;

Zonula ſolvunt ſinus Tibul. eleg 7.

Stamina non ulli diſſoluenda Deo.

Idem volunt voces congeneres, *alluo, eluo, diluo.* Et ſic etiam *ſolvo.* Idemque firmat etymon à *Luo,* λύω. *Solvo* à *ſe* & *luo*, quaſi *ſeluo*: uti *ſocors* quaſi *ſecors*, à ſe & cor Scal. l. 1. L.L.c.25. *Solvo*, ὅλον λύω. Totum enim & antea ligatum disjungitur, & ita *ſolvitur.* Ab eodem ὅλον eſt etiam *ſoleo.* Quod *ſoleo* facere, in eo ſum quaſi ὅλος, ſolus, totus. *Solitum*, quod *ſolum* facere conſuevimus Sed redeo ad *ſolvo.* Idem de L. L c. 93. quod aliquando vinctum fuerit, cum deſiit vinctum eſſe, *abſolutum* dictum eſt. Gloſſ. *abſolutum*, ἀπολελυμένον. *Abſolvit*, ἀπολύει. Idem Scal. Ex. 76. *Solum* eſt ab ὅλον. Oſca vox fuit *Solon*, ab Æolenſibus. Illi enim ὅλον, quod nomen univerſæ Græciæ commune fuit & *totum* ſignificandum. Igitur quia ſpongiæ partes diſſitæ ſunt, *ſolida* ſpongia non erit. igitur *ſolidum* à ſolum, h.e. proprie *ſolo* firmiter fixum, ἔμπεδον, quod habet πέδον immotam. Gl. Philox. *Solidum* ὁλόκληρον. Heb. סָלַד, i.e. ſolidus fuit, conſolidatus eſt. Idem in Th. de pl. ἴουλος

Græcis

Digitized by Google

Græcis est superficies, ἰδυς. ἀφυ. Quia sentitur tactu sedes. Nostrum *solum* tota massa est. Hoc n. est ὅλον, & Osce *Solon*: unde *soliferrea*. Iccirco JCti *solum* distinguunt à superficie: ut *solum sit ipsum* totum atque totius facies: *superficies*, quod *super facie* constitutum est, aut *supera facies*, ut ædes, columna est. Idem L.L. 89. *Solitaurilia*, non, ut sunt interpretati mali feritatem *sue*, *ove*, *tauro*: neque enim in voce hac, *soli*, est ovis: sed sic fuit per initia, *sue*, *soloce*, *tauro*. Sic enim pecudem lana tectam prisci appellarunt, quam ad sacrificinm *egregiam* habebant, i.e. è *grege* segregatam, integram, non tonsam: unde & nomen, quoniam cum tota lana esset. *Solon*, ὅλον, id est, totum: Etiam Festus de *Solitauria* & *Solo* legatur. Ὅλον à כּוֹל, *col*, i. e. omnis, cunctus. *Solea*, quod *solo* pedis subjicitur. Agell. l. 13. c. 20. omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infime teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis juncta sunt, *soleas*, dixerunt. Ab eo, quod *solum* premerent. Etiam *solum* aptissime fit à סָלָה calcare: ut πέδον à πούς. Est n. id, quod calcamus. Et sic *terra* à terendo dicta. Vel ut sella, ita *solum sollum*, à sedeo. Quomodo ἔδαφος ab ἕδος ex ἕζω. Et Heb. יָשַׁב. ἡ οἰκουμένη Etyma eodem collineant. *Præsul*, à *præ*, & *solum*, cui præest. *Phocas præsul* à præsiliendo. Sic enim inter Salios primus appellabatur propriè, quod tripudium auspicaretur. Ap. Cic. est *Præsultor*. Et forma ea fit præsul, uti *consul*, *exul*: scilicet à *salio* omnia satis commode. Nam & *exulem* dum ejicitur, exilire atque excedere è loco insesso oportet. Quo etiam major sic violentia innuitur. Alias non tam κυρίως dicitur *exul*, ab ex & solum. Ut scilicet *extorris* & ap. Isid. *exterris*, à terra, i. e. ejectus à terra, aut provincia aliqua, sive urbe. Græcis enim est ἄπολις. Iisdem *exul* est ἐξόριστος vel ἔξορος ap. Poll. l. 6. c. 48. Ἐξορισμὸς exilium, notante etiam Cæsellio & Agnæo Cornuto. Notat ejectionem extra *fines*. Virg. alludit 1. Ecl. *Nos patriæ fines & dulcia linquimus arva*. Quod minus rectè *Exsulium* efferatur. Lips. l. 3. var. Lect: c. 29. disputat. Etiam amplius de scriptione ἔτυμα utrum Exsul,

an exul? Quod ſimilia quoque attinet, ut exſpiro, expiro: exſpecto, expecto. Scal. c. 34. L. L. Cum vocibus (inquit) ab S incipientibus ſi componas, quid facias? Tollas ſibilum. Non enim neceſſarium eſt. Namque in X ſyllaba poteſt terminari: ſed ſoni ſuavitatem ſequendam cenſeo. Itaque commodius dicemus, *Exequor*, Græcor. exemplo, qui certis locis ἐκ, aliis ἐξ dicunt. Sed recentiores, ut ſapere videantur, omnia obturbant: at nos veterum ſequimur ſimplicitatem, qui *Exul*, ſcripſere, quanquam ab *Ex* & *ſolo* duceretur. Hoc itaque cum recte ſic ſe habeat, peſſimo argumento probandi rationem male inivere. Nam, inquiunt, ſi poſt X liceret ſervare S, initio vocum compoſitarum; pari ac ſimili lege etiam liceret poſt ψ. Sed non licet. Neque enim dicimus, *Abſſectum*, neque *Obſſeſſum*: ſed unica S fuit contentus uſus. Ubi dupliciter peccant. Primum cum putant S, quod in *exequor* eſt, præpoſitionis eſſe, non verbi. Hoc enim falſum eſt. Nam ſignificatio verbo debetur, ergo & partes. Et remanet veſtigium præpoſitionis Græcor. lege, quos imitamur, *Ecſequor*. Hæc ille. Cujus judicio plerique acquieſcunt. Ajunt enim κακοφωνία ſit, ſi illa ſibilans litera iteretur, ut *exſtinguo*. *Exſpiro*. Nec neceſſe eſt, principia ὑλικὰ vocum omnino remanere in compoſitione. E. g. *pomeridianus*, non poſt: *inquiro*, non inquæro. Quanquam hic integre ſuperſit S vocis primariæ: ſicut & in aliis: ut expiro: ab ἐκ, ec, & *ſpiro*; *ecſpiro*: ſicut *Ecfero* in Cic. l. 8. ad Att. ep. 3. ut correcta exemplaria & chirographa habent. Interim addunt: *Externo*, καταπλήττω, omnes ſcriptitant: non *exſterno*: cum tamen ſit à *ſterno*, ut *conſterno*. Scriptitant, *extinguo*, non *exſtinguo*: licet à *ſtinguo*. Nam concurrunt quatuor elementa CSST, quæ enunciationem faciunt aſperam. Ad periculum vero reſpondent, ambiguitatis aut erroris: ut dum aliquis *expectat* equum, i. e. præſtolator mittendum. ne *expectere* videatur: ne *expes*, i. e. ἄπους videatur, qui ſit *exſpes*, ἀνέλπιστος. Reſpondent (inquam) quod integra periodus cunctam ejusmodi difficultatem eximat. Ubi enim talis conciſa ſententia, in cujus interpretatatione ob ſibilum periclito-

Digitized by Google

ditetur aliquis: Plaut. Merc. Mercator *expes* patria fugere destinat. Ita Dum ovid. Ep. 6. ait: erret inops *expes*, cæde cruenta sua: quis intelliget de mutilo pedes, aut truncato. Nec vox apud priscos legitur autores *Expes*, ἄπους. Plinio quidem *Apodes*. Et Scal. in Farrag. Phal. alludit: Et *expem* refer, *expedem* referque. Atqui satis sit. Omnia quæ εἰς ἑκάτερον afferunt, huc contuli. Tu quisquis es, pondera: &, quod melius, sequere. Porro à *solum*, priori brevi, i. e. πέδον: differt *solum*, *solus*, μόνος: prima longa. Ad differentiam enim illius mutata est brevis in longam, aut geminata, velut alibi. Interim utrumque eandem agnoscit matrem. Nam omne quod *solum*, proportionem habet ad totum: & totum est *solum*, si partes intueare, quæ non *solæ*, non unæ, è quibus constituitur. Nec phrases adeo dissonant: *solum aurum accepit*, id est, totum, quod accepit, est aurum, citra admixtionem æris, argent. Maro. 3. Georg.

Heu male tum Libyæ solis erratur in arvis.

i. e. *totum*, in quo tum male erratur; sunt arva Libiæ. Talia ad similem faciem facile explicentur omnia, ut ortus innuatur, si opus sit ἐνοχλίζειν. Etiam *solus* bene quasi *sealius* dicitur, i. e. *sine aliis*, ab aliis separatus. Et *ullus* dicitur: ita etiam *solius*. Amplius à *solum* est *desolo*, i. e. vasto, solum reddo. *Consolor*, *solor*, *solatium*, à *solus* τροπικῶς. Puta à viduis, quæ cum se *solas* relictas lamentarentur, oratio leniens desideriũ, dicebatur *consolatio*. Et verò ubi aliquis *solus* est & vel à parentibus vel amicis in *solitudine* relictus: ibi requiritur παραμυθία & παρηγορία, qua desideria absentium leniantur. Isidorus l. 10. inde dictus *consolator*, quod *soli* se applicat, cui loquitur & *solitudinem* levat alloquio suo. *Solicitare* est *citare* ex *solo*; quod est ex suo loco, Fest. Aut *solicitare*, i. e *solũ* μόνον citare, i. e crebro exercere, multũ ciere. *Solus citus*, ὅλως κινηθείς. *Solitarius*, solus & unicus, qui *solitudinem* amat semotus ab aliis. Gloss. *Solitarius*, μονήρης. Atqui propriè μονήρης est uno ordine remorum instructus.

Solyma. Solem שָׁלֵם. *Jerusalem*, *Jeruschaalim*, est forma duali, quasi *visiones pacis*, רְאִי, visio. R. רָאָה, vidit, intui-

intuitus eſt. Aut doctrina pacis, à יָרָה, i. e. jecit, item emiſit verba, docuit. Quod deducta ſatis arguunt. *Salem* vero eſt à Rad שָׁלַם, i. e. iniit pacem cum aliquo, pacificatus eſt. שָׁלוֹם, eſt pax.

Somnium. A ſomno fit *ſomnium* & *inſomnium*, ἐνύπνιον, quod in ſomno & ſecundum quietem nobis objicitur. At *inſomnia*, ap. Non. Græcis ἀϋπνία, notat privationem Uti *inſomnis* eſt ἄϋπνος. Legatur etiam Macrob. in ſomn. Scip. l. 1. c. 3. Scal. in Hipp. de Inſomn: Græca vox: ὄνειρος ſomnium ſignificat, ſpecies illas ſcilicet, earumq; affectiones. Quam vocem priſci mortales à bene ominando fabricarunt. Ita enim dicebant ὄνεια, ἱερά. Nam conciſum fuit ὄναρ. Noſtra vox ſimpliciter, *ſomnium*, quaſi quod ſomni eſſet proprium. Græca & ipſa, ὕπνος: Unde & ἐνύπνιον: quod & nos *inſomnium*. Hæ appellationes univerſum ambitum ſomniorum communi ſignificatu amplectuntur. Unde Ariſtot. εὐθυόνειρον vocat eum, qui prioribus utitur ſomniis: quoniam ſunt etiam σκολιόνειροι, ſive ψευδόνειροι. *Idem ibidem*: Hoc vocant ὕπαρ, Græci: unde noſter *ſopor*: propterea quod corpus pæne mortuum eſt, in anima totus homo conſtitutus atque ipſa in ſeſe reducta, recepta, collecta. Ejus voculi originem & cauſam intelligamus: quoniam res vera ſubſit; ὅτι τὸ ὂν ὄντως ὕπεστι. Homer. in undeviceſ. Ulyſſe, ὕπαρ, non ὄναρ eſſe dicit: non quod res ipſa viſa eſſet: ſed quod vera portenderent rerum imagines. *Hæc Scal.* Sed ὕπαρ eſt potius ἐναργὴς ὄψις, i. e. evidens viſio. Plato de republ. l. 2. ὁ θεὸς ἁπλοῦν καὶ ἀληθὲς ὢν ἄλλους ἐξαπατᾷ οὐδ᾽ ὕπαρ οὐδ᾽ ὄναρ, i. e. *Deus, qui ſimplex eſt & verus, non decipit alios neq; in vigilia neq; in ſomno.* Melius videtur, ſi *ſopio* ducas à סוּף, quod eſt deſinere & ceſſare. Quippe *ſopor* ac *ſomnus* eſt ἀνάπαυσις acceſſatio quædam actionum, ubi ſenſus deſinunt agere. Juxta autoribus *ſopor* pro ſomno profundiori ſumitur. Gl. Cyr. κῶμα ſopor: quæ & καταφορά. Gloſſ. Philox. *ſopor* κάρωσις. Plin. l. 21. c. 18. *Junci ſemine ſomniū allici: ſed modum ſervandum, ne ſopor fiat.* Dioſc. ἡ Αἰθιοπικὴ χῆνος καρῶν λίαν.

Somnus,

Digitized by Google

Somnus, Agell. ut notavimus in voce *Hyades*, facit ab ὕπνος: *sypnus, sopnus, somnus*: serie quadam mutationis. Et pariter nos, aut facilius, faciamus à נוּם, i. e. dormivit. N. migrante in S. ut solet. Vel à שֵׁנָה itidem somnus. Cogita: quam ad *Turrim* lingua confusa sit: quam difficulter restituatur; & omnia e confuso ad principium unum, purum & quasi homini ingenitum, referantur. Cogita: & desines mirari, aut cavillari ejusmodi mutatiunculas. Autores commodis epitheris *somnum* amant describere: quibus naturam & utilitatem ejus aperiunt. Pers. sat. 5. *irriguo turgescere somno.*

Virg. 3: Æn. *fessos sopor irrigat artus.*

Ut enim placidus & naturæ amicus sit somnus, vapores, qui cerebrum perfundunt, ex alimento utili benignoque oriri oportet. Virg. 6. Æn. *Dulcis & alma quies.* Græc. est ὕπνος γλυκὺς, γλυκερὸς, γλυκύθυμος, μελιηδὴς, νήδυμος, μαλακός. A somnus *somnorinus*. Nonius: *Somnorinas* dixit, quæ in somnis videantur.

Varro prometh. l. 1.

Levis mens cum somnorinas imagines
Affatur, non umbrantur somno pupulæ.

Sorbeo, ῥοφέω: à sono sorbentis. Varr. l. 5. L. L. *Sorbere*, à vocis sono. Plaut alludit in Mil. a. 3. sc. 2. *Sorbet* dormiens. Pa. Quid *sorbet*? Lu. Illud *stertit*, volui dicere. Sed quia consimile est, quod stertas, quasi sorbeas. Ex quo intelligis, quod itidem *sterto* sit factitium. Idque propter S & R inprimis. Est enim sterto, sonum è naribus edo, ῥέγχω εὕδω: profunde dormio. *sorbeo* fit *sorbillo*. Turn. l. 25. Adv. c. 21. unico L scribendum putat: Et cyathos *sorbilans*. Plaut. Pœn. Victitandum *sorbilo*. Nam pleraque ejus formæ simplici L. scribuntur & corripiuntur. Catul. in Pas. Ad solam dominam usque pipilabat. Eodem modo *conscribilo*, penult. correpta legit ap. Catul. Epig. 22. *Hæc ille*: qui facile tamen refellitur. 1. Plauti testimonium non est satis certum, cum idem quoque in postrema regione admiserit Spondeum: Pœn. a. 1. sc. 2. Quamquam ibi sit nomen: victitandum *sorbilo*. Aliis *sorbitio* à *sorbitium*. Aliis *sorbillo* à sorbillum. 3. Ple-

raque verius exarantur duplici L.L. ut *cantillo, obſtrigillo, focillo, refocillo*,. 3. Verſus catulli adhuc ſub judice eſt. Plerique legunt *pipiebat* : de quo verbo multa in *Pipum*. 4. In altero Catulli poteſt rectiſſime retineri *conſcribillo*, nihil obſtante modulo. Immo vitiatur ex ſententia Turnebi. Ubique n. fit ſpondeus. Scal. legit *Conſcabillent*.

Sorites eſt ſpecies argumentationis, qua multa accumulantur. Latino verbo liceat *acervalem* appellare, Cic. 1. de div. Idem *Acad.* quæſt. Cum aliquid minutatim & gradatim adducitur, aut demitur, *ſoritas* hos vocant, quia acervum efficiunt uno addito grano. Perſ. ad finem Sat,

Jam decies redit in rugam : depinge, ubi ſiſtam
Inventus, Chryſippe, tui finitor acervi.

Σωρείτης ἀ σωρὸς, cumulus : item σώρακος, in *Ariſtoph.* pro acervo. *Alioquin ſoracum*, σώρακος, eſt genus vehiculi, quo ornamenta hiſtrionum portantur, ex Feſto. Idque ob varietatem & multitudinem veſtium, aliorumque.

Juven. Sat. 3.

—Longa coruſcat Sacro veniente abies—

Alii ſcribunt *ſarracum*. Sed Lambin. eligit *ſoracum* : & ſanè rectius. Suid. σωράκους diſertè ponit Heſych. σώρακοι· ἀγγεῖον. εἰς ὃ σῦκα ἐμβάλλεται ἢ ξυλοκαυθήλια. Poll. l.10. c. 29. σώρακος cenſetur inter vaſa fructus continentia : & exponitur *fiſcina*. Et ap. Comicos, inquit, ſic vocatur ἀγγεῖον in quo inſtrumenta hiſtrionum. Ergo σώρακος ἀ σωρὸς. Σωρὸς per abſciſſionem initii formes ex Hebr. חֲשֵׁרָה, i. e. moles, acervus. Etiam Hebr. שָׂרַע eſt exuberare. *A* σωρὸς eſt item *ſordeſco, ſordes*. *Aut.* Scal. in Theoph. Ea, quæ non niſi penitus abjiciuntur aut evertuntur, proprie ſunt σωρὸς δόματος. Cumulantur enim, ut ejiciantur. *Soriculata* veſtis ita explicatur à Turn, l. 24. *Adv.* c. 19. Ut *undulatæ* veſtes ſunt ap. Plin. l.8. c.48. quarum textura undas imitatur, *ſcutulatæ* ſcutulas; iridem *raſæ* & *Phryxianæ* rectæque de textura dicuntur : ſic & *ſoriculatæ*, quæ quidem perpetuis quibusdam ſuris & latioribus virgis regulatæ erant & eo texendi genere confectæ : ut ſint tanquam ſoriculatæ, *à ſuro*, cujus deminutivum eſt *ſurculus*. Niſi quis tamen *à ſuta* deducere malit.

Digitized by Google

malit. Quod si à *regula* derivari non placet, certe à *rica* & *ricula* deducatur. Hæc ille. At quid obstat, quo minus flectatur. à ῥυτίδα, ῥάκος, ῥυτίς. Idque propter copiam colorum & plicarum. Hinc & Varro vermiculatam & *soriculatam* vestem nominat.

Spatha, σπάθη. Veget. l. 2. c. 15. *Gladios majores, quos spathas vocant*. August. in 149. Ps. *Framea, quam vulgo spathium vocant*. *Spathula*, σπαθίον: *Spathalion*, σπαθάλιον. Ap. Martial. l. 13. *Spathalion Cariotarum*. Omnia primò à σπάω: quod à סָפָה. Ab eodem est *spasmus*: Celso, *distentio, nervorum rigor*, l. 2. c. 7. Aurel. *conductio & distentio* l. 7. acut. c. 8. Aliis convulsio. Item à σπάω, σπάδων: Latine *spado*, cui cremasteres sunt avulsi, i. e. nervi, quibus colei suspensi sunt. Budæus in Pand. Hesych. est εὐνοῦχος. Similiter dicitur ἐκτομίας à τέμνω: *Thlasias*, θλαδίας & θλασίας à θλάω: *Thlibias*, θλιβίας à θλίβω, h. e. Eunuchus: aut cui testiculi exemti, vel fracti, vel attriti: si verbatim reddas. Lev. 21. 20. thlibias teste. Martial.

Spadone cum sis eviratior fluxo.

A θλάω fit etiam *Thlaspi*, θλάσπι, herba, ut cujus semen veluti fractum ac contusum. Diosc. l. 2. c. 150. Semine nasturtii, incluso vasis in cacumine divisis lenticulæ effigie, nisi quod *infringitur*, unde nomen accepit. Hæc ille. Quod dicit *semine nasturtii*: Hinc barbaris thlaspi est nasturtium tectorum. *Lenticulæ*: ut cui semen thlaspi bene respondeat. Legit igitur Ruel. φακοειδής. Quamvis & vulgati quidam codices habeant δισκοειδής, i. e. disci figura.

Spathium, διάστημα, distantia. Lucr. l. 1. *Tunc porro locus ac spatium, quod inane vocamus*. A spatium verbum, *spatiari*, quod est proprie in stadio currere. Nam τὸ στάδιον Æoles vocabant σπάδιον: στήλη σπάλη: sicut contra σπουδή, σπουδή, *studium*. Unde Latini, qui presso pede veluti sequuntur Æoles, fecerunt *spatium* suum. Hinc in Eleg. de obitu Mecœnatis: *respatians* equus dicitur, qui finivit curriculum suum & *spatium*: Jos. Scal. *Stadium* στάδιον est ἀπὸ τῆς στάσεως, i. e. status: vel à στάδην. Est stadium certa loci distantia, ap. Herodot. l. 2. Strabon. l. 1. Plin, l. 3. c. 5.

Στατὸς, qui ſtetit, aut ſtat: qui in ſtabulo continetur. Scal. l. 5. poet. c. 3. *ſtabulatitium* dicunt Itali feliciſſima voce longeque evidentiore, quam Græci, σταθ. enim alibi etiam, quam in ſtabulo intelligam. *Sto* eſt à στῶ, ἱστάω, ἵστημι, i. e. ſtatuo, ſtabilio. Ab Hebr. שׁית ponere. השׁית ſtatuere. *Statim*, στάδην, i. e. fixe, conſtanter. Ἀναλόγως à ſtatum: quaſi ἱσταμένως. Plaut. amp. a. 1. ſ. 1. Ita *ſtatim* ſtant ſigna, neque nox quoquam concedit die. Idem: Ne recedit loco, quin *ſtatim* rem gerat, i. e. conſtanter. *Stiva* à ſtando, inquit Varr. l. 4. aut quaſi *ſtativa* per contractionem. Stat n. erecta, ut apprehendi facilè poſſit. Græc. ἐχέτλη. *Anteſto* & *antiſto* ap. Fulgent. i. e. præcello, ſto ante. *Antiſtes* ſicut *præſtes*: qui anteſtat vel antiſtat, προστάτης ἢ ἐπιστάτης. *Antiſtita* in fœminino, ap. Accium. *Superſtes*, qui ſuperſtat. *Adſtes*, quo poſt antiquos etiam Lipſius utitur, i. e. qui adſtat. Ab adſto etiam Varro facit *Haſta*. Ita inquit l. 4. L. L. *Haſta, quod aſtans ſolet ferri.* Namque haſta (antiquitus *aſta*) veluti adſtat militi, ut comes; alia tela non item. Adſtes ſimiliter Græce παραστάτης: ſicut ἀποστάτης, qui abſcedit, *apoſtata*: & hinc verbum *Apoſtatare* Eccleſ. c. 19. *Præſtes*, qui præſtat, i. e. antiſtes.

Ovid. 5. Faſt.

Præſtitibus Majalaribus ——

Præſto propriè anteſto, aut potior ſum: quod notat τὸ Præ. A præſtatum *præſtabile*, h. e. quod præſtat. Gl. Philox. *Præſtabilis* ἔξοχος. Scal. in Feſt. *Præſtum* veterib. erat in uſu, à quo remanſit *præſto* adverbiale. Ὑποκοριστικὸν *præſtulus*, vel ut antiqui ſcribebant, *præſtolus*. Inde *præſtolari*. *Præſtus* ſeu *præſtulus*, ἑτοιμος pro quo *præſens* uſitatum: ut *præſens* animus. Gloſſ. *præſens*, ἐπιφανὴς καὶ παρὼν καὶ ἐναλκὴς, i. e. fortis. Feſt. *præſtolari* dicitur is, qui ante ſtando ibi, quo venturum excipere vult, moratur. Gl. Philox. præſtulari, προσκαρτερεῖν, περιμένειν. Quantum *O* ſit, anquiritur. Plerique viri in hac palæſtra exercitatiſſimi producunt: neſcio cujus teſtimonio Poetæ. Terent. in Eun. videtur corripere: *Quem præſtolare Parmeno*

meno hic ante ostium? Et doctiss. poetar. Buchnan. Ps. 27. *Vita beata præstolor.* Nec ratio nulla est. Quia fit à diminuto *præstulus* seu *præstolus*, à *præstum*. Et videre pervelim hujus generis unum, quod brevis non sit penultimæ. Ergo ut *hasta hastula*: *pileus pileolus*: *pater paterculus*: *bentus, bentulus*: *limatus limatulus*: ita etiã *præstus præstolus*: & inde verbum *præstolor*. Ulterius, *Obsto* & *osto*: sicut *ostium*: quia obstet ingressuris, vel remoretur. Vel quia sit *os ædium*, per quod ingredimur. Ut à genitum, *genitrix*, *genetrix*: & propius ut à *restitum restitrix*: ita ab obstitũ, *obstitrix* & inde *obstetrix*. Quia parienti *obstat*, è regione stat. Gr. μαῖα, μαιεύτρια & ὀμφαλοτόμος: qui infantum umbilicos præsecat. *Restitrix* ap. Plaut. Truc. 2. 4. sc. 2. *Ego interim hic restitrix residebo*, i. e. interim hîc resistens remanebo. Pergamus. *Consto*, i. e. simul sto. Plaut. *Constant*, conferunt sermones, i. e. unà stant. Et Aulul adeunt, consistunt. Inde *Constantia*, pro firmitate: quia vis unita fortior. *Resto*, i. e. rursum sto. *Insto*, i. e. in ipsa re sto: interdum non sto. Ab instatum *instabilis*: ut à statum *stabilis*, ab affatum affabilis. Similiter ap. Gr. σάδιος ἢ σταθερὸς est stabilis, ab ἵστημι. Et contra ἄστατος, instabilis. Amplius à *stabilis* fit *stabilio*, i. e. stare facio. *Circumsto*, *circumstantia*, ἀνάλογως, sicut constantia. Scal. 3 poet. 119. quem numerum Trapezuntius est sequutus. Sic n. περίστασιν novo nomine interpretatur. Recte Sane. Nam quo jure dicimus *constantiam*, eodem etiam circumstantiam. Quint. l. 3. *Negotium* Latine appellat περίστασιν: verum laxa nimis voce. M. Gallio verbo usus est participio, nomine abstinuit. Dixit enim *res circumstantes*. Ejusdem originis est *stathmus*, σαθμὸς locus standi, mansio, ab ἵστημι. *Stater*, στατὴρ, pondus quatuor drachmarum. Hesych. στατὴρ τετράδραχμος. Ita n. legendum. *Statera*, instrumentum ponderandi sine lancibus. *Statera* Victruv. proprie est ἡμιζύγιον, φάλαγξ: Isid. *trutina Campana*. Nam τὸ ἱστάναι ponderare quoque, seu trutinare est. *Statura*, à statum: Ut à natum natura, à dictatum dictatura. Estque status quidam ac modus corporis. Gl. *Statura* ἀνάστημα, μέγεθος σώματος. Item à statum est *statuo*, i. e. efficio, ut stet

aut conſiſtat aliquid. *Statua*, quæ in ſignum honoris ac memoriæ *conſtituitur*: *A* ſtatutum *ſtatumen*: ut à munitū munimen, à notum nomen. *A* ſtatumen verbum *ſtatuminare*, ſanè emphaticum, ap. Plin. quod ſcioli fruſtra vellicant. Ut à ſatum ſativum, à natum nativum: ita à ſtatum *ſtativum*. Tertull. ideo l. 1. contra Marc. *Stativum* opponit mobili. *Stagnum*, i. e. aqua ſtans, ὕδωρ στάσιμον, τέναγος, τέλμα. Aut potius. ut Varro, à ϛεγνὸς, quia contineat aquam ne qua manare poſſit, ut etiam Feſtus ſcripſit. Unde *ſtativæ* aquæ dicuntur, quæ contrariæ ſunt manantibus & perennibus, cujusmodi ſunt fontes, rivi, fluvii. Varro de Admirandis ad Fundanium Socerum: Secundo de *ſtativis* aquis, ut ſunt lacus & ſtagna & putei & maria. Scal. in Conj. Ap. Heb. extat אגם: unde quis facit Latin. *ſtagnum*, & στεγνός: levi additiuncula: item ἰκμάς, leviori mutatio. *Statio*, locus ubi ſtatur. Ut à ratum *ratio*: à ſatum ſatio: ſic à ſtatum ſtatio. Virg. l. 4. Georg. —*ſtatio tutiſſima nautis.*

Tertul. de Reſur. carnis eſt *ſtatio* dentium. Eſt enim ſtatio proprie actio ſtantis & locus ubi ſtatur. *Stator* dictus eſt Jupiter: vel quod ſtent omnia ejus beneficio; ut ſcribit Sen. 4. de benef. Vel, quod cum templum ipſi voviſſet Romulus, exercitum poſt preces *ſtare* feciſſet; teſte Dionyſ. & Liv. l. 1. At ſcribit Valla l. 5. c. 6. *ſtator* magis à ſiſto, quam à ſto deſcendit. Immo rectiùs à ſtatum ſto, *ſtator*: ut à datum dator, à ſatum ſator. Ap. Plutarch. in Cic. eſt στήσιος Ζεὺς: itidem ab ἵστημι. Nec quidquam aliud *ſiſto*, quam *ſtare facio*: & ſtatum, ſi habet, à *ſto* mutuatur. Ut ita ſubtilitas Vellæ de nihilo fit. *Siſto*, i. e. ſtare facio, *ſtiti*: reſpondet Græc. ἵστημι, ἱστῶ. *Subſiſto*, quaſi ſub ſto, ὑφίστημι. *Exiſto*, quaſi extra ſiſtor, & appareo. *Stapeda*, nomen è nupero fœtu: à *ſtando* & *pede*: i. e. cui inſiſtunt equites. Fr. Philelphus ita *ſtapedam* patrum ætate appellavit. Budæus melius puriusque putavit circumſcribi & *ſubjicem pedaneum* dici: teſte Lipſ. l. 3. de mil. Rom. dial. 7. *Ferrum ſtanſile* nominat. Rob. Valturius de re milit. l. 10. c. 2. *Stapes* eſt Grapaldo. *Stapia* in vetuſtis inſript. & ap. Hieron. *Statuliber*, ἐλεύθερος χρόνῳ καὶ διαθήκῃ ἀφεθείς.

ἀφιδάι. Ubi pro χρόνω legendum videtur ὄρω, Jos. Scal. *Statuliber* (Fest. ait) est, qui testamento certa conditione proposita jubetur esse liber. Etsi per heredem est, quo minus *statuliber* præstare possit, quod præstare debeat: nihilominus liber esse videtur. *Stabulum*, ubi statur. Ut à pastū pabulum: à venatum venabulum: ita à statum stabulum. Quomodo etiam Græc. σταθμὸς est à στῆναι. Tertul. de Resur. carn. sunt *conceptuum stabula*. Videantur Joh. à Wouw. *animadv.* in Petron. *Naustibulum*, ναύσταθμος: navium statio. Formatur ut *prostibulum*: Græcis itidem προστάς. *Prostibulum*, locus, in quo *prostet*: *Prostibula*, quod *ante stabulum stet* quæstus diurni ac nocturni gratia, ut ait Nonius. *Stabulum* enim & meritorum est, quod ibi consistant: ubi & *statio* & *stare* recte de lupis.

Horat.

—— *Nullum nisi olenti in fornice* stantem.

Hinc etiam *fornicari* ap. script Ecclesiasticos est scortari: proprie autem *fornicare* est fornicem extruere, uti ap. Victruv. l. 5. c. 5. & l. 8. c. 7. videre est. Seneca: meritrix vocata es, in communi loco *stetisti*; *stetisti* puella in lupanari. Tertull. l. 2. ad Vxorem; Lupanar nominat *Consistorium* libidinum publicarum. Ambros. *diversoria libidinis*; de virgin. l. 2. Eadem dicitur etiam *proseda*, à *prosedendo*, Festo: & ap. Plaut. pœn. a. 1. sc. 2. quod ante *meritoria, fornices, & stabula* sederent. Etiam ap Hebræos impudicæ mulieres sedebant in bivio. Gen. 38. 14. *consedit in bivio*. Ezech. 16. 24. 25. *Ut exstrueres tibi fornicem, & faceres tibi suggestum in omni platea, & in omni capite via exstructo suggesto tuo, abominandā redderes pulchritudinem tuam.* Quur autem *prostibulum*, non *prostabulum* dicatur, rationem dat Meurs. è Sched. Langl. Dicebant, inquit, *stire & stare: obstiro, obstare*: sicut *artire, artare: impetrire, impetrare: negire, negare. Hinc negibundus* & *obstitus*, i. e. violatus, cui aliquid obstit: ap. Fest. Sic *abstit*, aut *obstit* dixit Ovid. 1. Met.

—— *Quæ pars admonet, abstit.*

Ita enim Priscian. citat: quanquam perperam pro *abstitit* positum ait. Sed consuetudo illa majorum commutandi

invicem literas, & nota & proba. Quod vero ex Ovidio citatur, ambiguæ lectionis. Neque *obſtitit* aut *abſtitit*: ſcilicet propter verſum, neque *obſtit* aut *obſtat* legendum eſſe conjicio, propter ſenſum aut contextum. Sed *abſit*. Ecce antecedentia: *Seque toro ponit, renovat lectusque locusque*

Alcyones lacrimas, & quæ pars admonet abſit.

Lectus renovat luctum, ſive lacrimas & admonet, quæ pars abſit, i. e. amaſium. Hoc enim pars lecti & pars alterius, quæ amat. Duo enim amantes unum ſunt. Sed hæc ὡς ἐν παρεκδρομῇ. *Interſtitium*, διάστημα, quod *interſtat*. Ammian. l. 22. *Quum tempus interſtetiſſet exiguum*. Juſtitium, quo *jus* veluti *ſtat*: juris quaſi *interſtitio*, ap. Agell. l. 20. c. 1. *Inſtitor*: ut à ſtatum ſtator: ſic ab inſtatum, *inſtator*, & *inſtitor*, i. e. qui inſtat & urget. Propterea Gloſſ. *inſtitor*: ἐργαστηριάρχης. Similiter à Gr. ἐφίστασθαι, quod eſt *inſtare* operi; fit ἐπιστάτης, h. e. curator aut inſtitor. Ulp. l. 24 ad edict. *Inſtitor* appellatus eſt ex eo, quod negotio gerendo *inſtet*. No. Attellanarius: *Inſtat* mercaturam, credo, ut rem faciat: Frugi eſt homo. Nunc ad *veſtibulum*, quod à ve & *ſtabulum* aliquibus magis abblanditur.

Ovid. 6. Faſt.

Hinc quoque veſtibulum dici reor, unde precamur,
Quam famur Veſtam, quæ loca prima tenet.

A Veſta. Eſt n. prima januæ pars & Veſtæ numini conſecrata 6. Æn. *Veſtibulum* ante ipſum. Eſtque in aditu, non quaſi ſtabulum grande, quodve importat. Agell. videatur l. 16. c. 5. *A ſtatum ſtamen*, ut à ſtratum ſtramen, à notum nomen. Eſt n. ſtamen filum in tela rectum & *ſtabile*. Et ſic Græc. στήμων, στῆμα, σταμὶν, ἱστὸς & ἵστασθαι Item ap. Hebr שְׁתִי eſt ſtamen quod in tela *conſtet*. Fr. Jun. in Not. ad Tertull. de Pall. *Aliud* (*inquit*) ſubtegmen. eſt, alud ſubtremen. Nam ſubtegmen, ſive (ut *Auguſtius* legit in Grammat) *Subtegimen* eſt interior pannus, quo veſtis ſuffulta eſt commoditatis aut ornatus ergo. *Subtemen* vero pars eſt interior panni, velamentum, ἢ ἔνδον ἐπιβολὴ quæ ſtamini ſubeſt: ut *trama*, ἢ ἔξωθεν ἐπι-

ἐπιπολὴ, ſuperior pars, quæ trameat ſtamen; diciturque, ut *tela*, à texendo *Temen*. Hinc quod ſubtexitur, *Subtemen*. Varr. itaque locus l.4. L. L. ſic emendandus: *ſtamen* à *ſtando* quod eo *ſtat* omne velamentum in tela (exterius puta corium, ut ita dicam, & interius panni, ὅτι ἔξωθεν καὶ ἔνδοθεν ἐπιπολὴ) *Subtemen*, quod *ſubit ſtamini*. *Trama*, quod trameat. Hæc ille. At malim cum Varr. *ſubtemen* à ſtamen flectere, potius quam à texendo. Neque enim idonea hic analogia. Et Tela non eſt ab illo, ut alibi docuimus. *Subtemen* itaque quaſi *ſubtamen*, eliſo S. *Subtegmen* autem ſane à ſubtegendo. Sunt enim diſtinctæ voces.

Sphacelus. Eſt à nominis origine rei natura ſæpe manifeſta. Proinde σφάκελος, παρὰ τοῦ σφάττειν, quaſi σφάγελος, ſicut σφαγὴ, In jugulatis enim amittitur omnis calor naturalis Eſt ergo membri mortificatio. At σφάττω ab Hebr. טָבַח jugulavit, ἔσφαξε.

Spero, σπαίρω, palpito: quod ſperantibus proprium, Aut rectius ab Hebr. שִׂבֵּר, i. e. ſperavit, ſpem fovit, expectavit. Antiquum eſt *Speres* ap. Nonium & Feſt. pro ſpes, ἐλπίς. Varro: *Sublimis ſperibus lactet ſuis*. Enn. l.16. *Spero, ſi ſperes quidquam prodeſſe potes ſunt*. A ſpero *ſperatum*. Inde ἐλδῶας *ſperata* eſt ſponſa. Nonius: *Virgo, priusquam petatur, ſperata dicitur*.

Sphinx, σφίγξ. Statius: Si ſphingos iniquæ Callidus ambages te præmonſtrante reſolvi; Σφίγγω, ſtringo. Meminit Diod. Sicul. l. 4. rerum antiq. c. 6. Strab. l. 5. Apollodor. l. 3. Biblioth. Higin. in Fabul. c.151. Videtur fuiſſe dæmon (ſi fuit) quæ formam *Simiarum* aſſumſit, quæ itidem *ſphinges* vocantur: ap. Solin. c.30. & Pier. hierogl. l.6.

Spica, Varr. l.1. rei ruſt. c.46. *Spica*, quam ruſtici, ut acceperunt antiquitus, vocant *ſpecam* à *ſpe* videtur nominata. Scal. in Conj. à σπάχυς Æolico pro στάχυς, quod eſt *ſpica*. Utrumque etymon ſatis probabile. A ſpica, *ſpiculum*, hoc eſt, cuſpis illa, quæ telis præfigitur, ad inſtar *ſpicæ*. Quidquid in acumen deſinit, veteres *ſpicum* vocabant: Unde deminutum fit *ſpiculum*. Quod notat etiam

Scal. in Propert. de *Spica Ciliſta* prolixe diſſerens. Gloſſ. Phil. *Spiculum* ἀκόντιον, ἀκίς. Gl. Cyr. ἀκοντίου εἶδος *geſa, ſpicula, ſparus.* A ſpiculum *ſpiculator,* qui ſpiculo inſtructus, ſatelles. Alius vero *ſpeculator,* qui ſpeculatur. *Speculatores* ſunt Heſychio πτεροφόροι: Dioni διόπται ἐρευνηταί. Sueton. legatur in Auguſt. c. 27. & in eum Caſaub. Suidas: σπεκουλάτωρες τῶν δορυφόρων. Revideatur theatrum.

Spinturnix, vel rectius *ſpinthurnix*. Eſt deformis, & inauſpicata avis, eademq; *ambuſtanea*, ſive incendiaria dicta ap. Plin, l 10. c. 13. quod de buſto, ſeu rogo aliquid carbonis in tecta deferret, itaq incendium portenderet. Siquidem σπινθὴρ eſt ſtrictura ignis, ſcintilla. *Spinther*, armillæ genus, quod mulieres antiquæ gerere ſolebant brachio ſummo ſiniſtro, Feſt. Puto à fulgore.

Splen, σπλὴν. *Splenium*, etiam *Aſplenum*, ἄσπληνον ap. Dioſcor. l. 1. c. 151. Vitruv. l. 1. c. 4. quia medetur *ſpleni*. Nic. Myrepſo dicitur σπληνοδάπανον: quod ſplenem abſumit. *Splen* dicitur etiam *Lien*: à λεῖος, quandoquidem lenis mollisque eſt. Vulgo dicitur, viſcus *linguoſum*. Nam linguæ bubulæ figuram aliqua repræſentat. Hippocrat. lib. de corp. Reſect. cum *planta* pedis comparat. Trajanus Imp. fiſcum lepide vocabat *Lienem*. Ut enim liene accreſcente, corpus reliqvum tabeſcit: ita fico, populus. Stratonicus citharœdus in Caria dicebat obambulare mortuos: quod *ſplenetici* eſſent omnes. Pallor enim (qui mortis color) à vitio lienis oritur. Qui contra ubi bene habet, & ſanguinem impurum commode expurgat, corpus univerſum floret: & ea cauſâ dicitur quoq; *riſum efficere*: vel eſſe *organon riſus*, ap. Viaticum. De line alias ex profeſſo Phyſ. & Medici agunt; & nominatim Celſus l. 4. c. 1. Laurent. op. Anat. c. 18.

Spondeo, promitto, proprie ἐν σπονδῇ, i. e. fœdore. Nam σπένδω, eſt paciſcor, fœdus ineo, libo: σπονδή, libatio. Hinc *ſponte* vi etymi eſt voluntate propria, aliquid *ſpondendi*. Gl. Philox. *Sponte* αὐθαιρέτως, ἑκουσίως. Ammian. l. 7. *Sponte propria*. Sponte idem eſt, ut vult Scal. Ex. 77. ac voluntarie & libenter. Hoc enim ex *ſponſionibus* natum eſt.

est. Sponsiones autem omnes voluntariæ. iccirco non sine libamentis fieri consueverant. *Sponte* itaq; ad ἄλογα καὶ ἄψυχα non adhibetur proprie. Deest enim voluntas: quæ est, rationalis appetitus. Porro *sponte* est ablativus & superest adhuc Genit. *spontis*. Ut: non sum meæ spontis. A spondeo est *sponsus*, *sponsa*, *desponsatio* & similia, quæ primo suo significatu sunt καθολικὰ: nunc restrictum sumuntur. Ergo *sponsus* est promissus, qui fidem matrimonii dedit: *Sponsa* promissa. Ulp. libr. sing. de Sponsal. *Sponsalia* dicta sunt à *spondendo*. Nam moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi uxores. *Consponsos* antiqui dicebant fide mutua colligatos, ap. Varr. l. 5. L. L. quem omnino hic mihi vide. Etiam inde *Sponda*, propriè super quam libabant. Postea latius exiit significatio. *Spondæus*, pes: à sacrificiis, in quibus canentes eo pede utebantur: σπονδὴ libatio. Unde idem pes ἐμβατήριος etiam dictus, quod eo sacerdotes ad aras progredientes uterentur, ut ejus pedis gravitas ominosis vocibus officeret, ne ad illorum aures pervenirent. Isid. l.1. orig. c.16. *Spondeus*, σπονδεῖος quia tractim sonet. Nam spondeus tractus quidam dicitur, i.e. sonus, qui fundebatur circa aures sacrificantium. Videatur etiam Diomedes l. 3.

Sporta est corbis, vel à σπάρτῳ, è quo contexi solet: vel levi mutatione à σπυρὶς, ejusmodi significatus. Σπυρὶς à πυρὸς, præposito σ. quod est triticū. Unde σπυρὶς exponitur τὸ τῶν πυρῶν ἄγγος, ap. Hesych. Scilicet à communiore usu.

Spuo, πτύω, quasi πτύω & σπύω. A spuo, sputum *spurcus*, quasi *Spurtus*, h.e. sputo & illuvie oblitus, immundus, καταπτυστος, dignus in quem despuant. A sputum *Spuma*. Macrob. spiritus ex anima calida *spumas* agit albas. A Spuma *pumex* lapis, quod spumæ densitate concretus fiat, ut ait Isid. l.16. orig. c. 3. Vel propter foramina, quibus abundat *pumex*; & qualia videntur minutulæ istæ bullæ in spuma esse. Scal. in Ætnam: *Pumex* spongiosus. Unde nomen habet. Nam *spumex* prius dictus fuit. Nihil enim aliud, quam spuma & fex quædam lapidum liquefactorum est, ut scoria aliorum metallorum. Hæc ille. Virg. 5. & 12. Æn. pumex est latebrosus: Ovidio multi-

multicavus Horat.l.1.od.11. Quæ nunc oppoſitis debilitat *pumicibus* mare.i.e. exeſis ac multicavis ſcopulis,ad quos fluctus alliſi franguntur. Martial.l.5. eſt *pumicata manus.* Ut l.1. *frons pumicata.* Quo ſenſu Ovid dixit 1.Triſt. eleg. 1. Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes.

Squalere,à ſquamarum crebritate, aſperitateque quæ in ſerpentium & piſcium coriis viſuntur, Agel.l.6. c. 6. Et Scal. è Feſto: ſqualidum, incultum & ſordidum. Sic appellatum, quod proxime ad *ſquamas* piſcium accedit. Itidem Enn. dici pallidum *ſqualidum*, autor eſt in Telepho: Quam veſtitus ſqualida ſtola! Scal. in Ariſt. hiſt. an. l. 1. c.7. Latini *ſqualorem* dixere & *ſquamam* eadem origine: quoniam, non ut in cute, æquabilis eſſet ſuperficies. Hoc enim eſt σκαλεύειν & σκαληνόν. Sed Martin. mavult *ſquamam* dici, quaſi *ſcamam*, à *ſcabo*: quod ſcabra ſit & ſcabendo auferri ſoleat.

Squaroſus Feſto itidem à ſquamarum piſcium ſimilitudine. Ad quod Joſ.Scal. *ſquara*, vel ut veteres ſcribebant, *Scara*, purum putum Græcum eſt, ἐσχάρα. Quod frequens in libris Græc.medicis, i.e. cruſta.

Stalagmion, eſt genus inaurium, ap. Feſt. Ita dicitur à ſimilitudine σταλαγμοῦ, h e. guttæ aut ſtillæ. Inde etiam *ſtalagmias*, σταλαγμίας, quaſi ſtillatitius. Plin. l.34. c.12. E *lateribus deſtillantes hiberno gelu ſtirias*, ſtalagmian *vocant*. Græc. σταλαγμὸς fit à σταλάζω: quod à στάζω, ſtillo. Inde στακτὸς ſtillatus ac liquidus. Ut ap. Ariſtophan. in Plut. στακτοῖς μύροις. A στακτὴ oritur Latin. *Stacte*: quod proprie nihil aliud, quam quod liquidum fluit & ſtillatur. Gl. Cyr. στακτή, *gutta*, Stacte, στακτή, ſcilicet σμύρνα ἢ μύῤῥα: cui opponitur πλαστὴ. Plin. l. 13. c. 1.. *myrrha & per ſe unguentum facit ſine oleo*, ſtacte *duntaxat*. Theophr. l.9. hiſt. plant. c. 4. Dioſc. l.1. c.74. Ap.Hebr. ſimiliter à נָטַף ſtillavit, oritur נָטָף *ſtacte*, *ſtilla*. Exod. 20. 34. נָטָף Jun. Tremell. & Buxtorf. vertunt *ſtacten*. LXXII στακτήν. Rectiſſime & pro etymo. Unde etiam נָטָף eſt σταγὼν Job. 36. c.27. & alibi.

ST, particula denotans ſilentium, propter ſibilum.

Signi-

Significat *Stare* & quiescere. Unde & Germ. Still. Et Hebr. שָׁתַק, silere, ab ST incipit. Hic animi causa aliquid de quæstione illa poetica addam, an *SC*, *SP*, *ST* vocales proxime antecedentes producant? Video diversos hic ire doctos, & alios negare, alios contra: Utrosque tamen suis niti exemplis. Ab illis stant:

Ovid. epist. 2. Her.

Spes bona dat vires animum quoq; spes bona firmat,
Vivere spe vidi ---- Idem l. 2. de ponto.
Ætneosq; lacus, & olentia stagna Palici. 7. Met.
Occidit ille Scinis, magnis male viribus usus. 4. Met.
Ambiguus fuerit modo vir, modo fæmina Scython.

Propert. l. 3. Eleg. 10.

Nunc ubi Scipiada classes ---- Idem l. 4. Eleg. 1.
Tam bene spondebant tunc omnia ---- l. 4. Eleg. 4.
Tu cape spinosi ---- Lucan.
Nil agimus, nisi sponte Dei. ---- Lucret.
---- *Quam lecti mollia strata.* Stat. Ferrea scuta legunt. Alteri isti respondent, *Primo*: Non injuria dubitari, an manuscripta bonæ notæ ubiq; habeant ita, uti citantur illi versus, aut similes. Et in Ovid. *olentis*, pro *olentia*: *Sinis* pro Scinis: in Stat. *suta*, pro *scuta*; in Lucan. *ni*, pro *nisi*, ὁ παρὰ μίκρ legi: cæteros pari etiam modo, aut simili forte. *Secundo*: Ut ut aliquot ejusmodi labeculæ vel in Ovid. vel in alio, intercurrant: eæ tamen ita raræ in tanta copia aut exiguæ, ut merito parvi æstimentur. *Tertio*: Opponuntur alii, qui dedita opera abstinuerunt. Ut Manil. Lucan. Mart. Juven. Tibull. de quo P. Meliss. Vitavit certe istam asperitatem Tibull. in elegiis suis. Nam qvum dicere posset

------ *Coronato vertice stare boves.*
Maluit, ---- *nunc ad præsepia debent*
Plena coronato stare boves capite. l. 2. El. 1.

Etiam Catull. Dum enim semel admisit carm. 65.

Testis erit magnus virtutibus unda Scamandri;

sequutus est Homerum: & notum, quod Veteres de Propriis non adeo soliciti sæpe fuerint. Sic Ovid. *Ille Scinis fæmina Scython*: Propert. *Nunc ubi Scipiada* ----

excu-

excusentur etiam. *Quarto*: Vel aurium judicio, dura sit & aspera quasi collisio literarum.

Regula certa, scopus.

Mole stat ingenti.

Ista scelesta schola est furum ---

State statim satrapæ ---

Iterum Meliss. Neque vero probarim illud Horatii.

--- *Quocumq; in fornice stantem.*

Quinto: Igitur Virgil, in perpetuum vitavit. Et hic præ aliis imitationis poeticæ exemplum, regula, principium, finis esse debet: censente Jul. Scal. Quod allegant --- *Ponite spes* --- Illud plane de nihilo: quia unum & ex opere nondum plene absoluto. *Sexto*: At demus: asperitas tanta non insit illis syllabis, ut producant breves. Qvur autem Catull.

Nec jam recuso, si nefaria scripta, carm. 45.

Est enim Scazon. Idem carm. 65.

Nulla fuga ratio, nulla spes - - Tibull.

Pro segete spicas, pro grege ferre dapem. Stat. 6. Theb. *Præceleres agile studium; & tenuissima virtus.* Juven.

Occulta spolia & plures de pace triumphos.

Quæ exempla adducit in antelogio Molodæsiæ Taubmann. *Septimo*: Quare *omniscius*, & *artiscius* I medium extendunt solum, omnium assensu? *Octavo*: Quur item τὸ RE in *respondeo, responso, resto, respergo, respicio* nunquam corripitur, ut in *Retribuo, refragor*, aut similib.? Ista ita disputant. Candidatus poeticæ ad trutinam pendat rationis. Et ut eo melius possit, in manus sumat, quæ acutiss. noster Barth. super hac re prolixe monuit in Claud. & Calpurn.

Stannum, à Latinis vocatur derivato nomine à στίμμι. Similem enim habet naturam. Aut propius scrutemur. Plin. l. 34. c. 16. ubi notat plumbum candidum, *cassiteron*, κασσίτερον ab Homero aliisque Græcis dictum: ait, *Ejus, qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur.* Ergo ita erit à στάζω, i.e. stillo, fluo: κατ' ἐξοχήν. Non dissimiliter Hebr. בְּדִיל, stannum; denominant à בדל, quod in Hiphil הִבְדִּיל est separavit, distinxit, discrevit.

At

Ac *plumbum* dicitur quasi *pelumbum* à πηλὸν, quod est lutum. Est enim metallum ignobilius; *luteæ* naturæ, & *terram* majori ex parte sapit. Huc etiam nos ducunt iterum Hebr. *Plumbum* illi vocant עֹפֶרֶת, quasi pulvereum & terreum: ab עָפָר pulvis. Quia plumbum terræ aut pulveris exstantiorem partem in se continet. LXXII vertunt μόλιβδον, Exod. 15. & alibi. Iidem interpretes עָפָר reddunt πηλὸν Job. 4. 19. ἔδαφος Jes. 25.12. γῆν Gen. 3. 14.

Stemma, στέμμα, i. e. corona serta, aut quod ad coronandum adhibetur. Στέφω, est corono, orno. Postea quia familiæ propter insignia merita coronabantur, una etiam id nominis acceperunt. Quamvis non familiæ quævis: sed plenæ meritis & dignæ laudibus ac coronis dicendæ στέμματα. Proprie si loquamur. Romani etiam suorum imagines in atriis disponere solebant in speciem *coronæ*, lineis quibusdam gradus cognationum & seriem notantibus. Sen. l. 3. de Benef. qui imagines in atrio exponunt & nomina familiæ suo longo ordine, ac multis illigata *flexuris* in parte primæ ædium collocant, non noti magis quam nobiles sunt. Huc faciunt, quæ *Lips.* erudite monet l. 1. Elect. 29. Scal. in Ceirin. Virg. Colum *nubere* dicunt Græci στέφειν. Et quæ velamina, vel *vellimina*, ut vocat Varro, dicuntur in colu, ea στέμματα in Oreste Euripides vocat. *Hæc ille.* A στέφω est στέφανος: & nomen proprium Stephanus. A צָנִיף, i. e. Stephanus, cidaris. צָנַף, i. e. circumligavit.

Sterilis, i. e. infœcundus, στεῖρος, στεῖρα. Unde & secundum aliquos, *stiria*. Aut potius dicta *stiria*, quasi στερεὰ gutta; quæ induruit. Virg. 3. Georg. Stiriaque impexis induruit horrida guttis. Στερέω, privo, orbo. Στέρησις, *carentia*, ut nonnulli interpretantur: sive *privatio*, ut ex Top. Cic, colligimus: Senecæ est *orbatio*.

Sterquilinium, à stercore, quasi *sterculinum*. Ita enim legit Manusc. Camerarii in Plaut. Cas. a. 1. sc. 1. Gl. Philox. *sterculinum*, κοπροδοχεῖον, κοπρεία, Gl. Cyr. κοπροθέσιον, *sterquilinium*.

Sterculius Saturnus dictus est, quod stercoris læta-mine

mine omnium primus fœcundarit terram. *Stercus* videtur fieri à στερεῖν, privare: quia excernitur & abjicitur. Quomodo etiam Hebr. פֶּרֶשׁ *stercus* fit à פָּרַשׁ separavit, dispersit. Græc. est κόπρος, σκὼρ, σκωρία Inde Lat. *scoria*. Scribon. Larg. dicit *fieri stercus*, pro σκωρίας σιδήρου. Hesych σκωρία ἡ χαλκώδης ὑπόσταθμη. Suid. σκὼρ δὲ τὸ κάτωθεν κόπρος. Latinis *scoria*, prima longa. Nam qui Maronis autoritatem contra obtendunt, maximas nugas agunt, cum ibi sit δισύλλαβον. Immo sunt qui hanc voculam è Virg. penitus exturbent. Ita Barth. in Ceiri, pro *scoria*, legit *carie*: ut integer versus sic habeat. *Sordibus & carie patiar tabescere tali*. Jos. Scal. reponit illud antiqvum *Scabre*. Non puto, *inquit*, Virgilium sordida verba, &, ut Agell. loquitur, maculantia ex plebis fece huc infersisse, ut tam culto ac tam nitido poematio tam sordidam verbi labem inspergeret. Præterea quis credat Virgilium modulum primæ syllabæ, quæ est in *scoria* ignorasse? Sed profecto legendum --- *scabre tabescere tali*. Varro: *ager derelinqueretur, ac periret scabre*. Quam scabrem intelligat, plane innuit illo: *Non styrace Idæo*. Significat ergo omnem neglectum munditiarum. Hæc Scaliger. A σκὼρ est etiam *scurra*, i. e. homo sordidus, obscœnus, ut nos hodie utimur. Et ita in Gl. Isid *scurra*, qui incopriatur. Aliter visum veritatis & antiquitatum ἐξερευνήτῃ. Turn. l. 19. c. 13. priscis illis erant *scurræ*, non tantum qui alienas epulas adipiscendi gratia joculari & scurrilia, funderent: sed homines etiam urbani, comes, elegantes, non rustici Hæc ille. Et aperte Plaut. Curc. Tum isti qui ludunt datatim servi *scurrarum* in via. Datatim, i. e. ut dent & reddant, ἀλληλοδότως: ut apud nos pilam. Ut à sensum, sensim: à tentum tentim; unde pedetentim: à statum statim: Ita à datum fit *datim*, & insita syllaba, datatim: ut alibi dictum. Sed hæc obiter. Scal ad Catull. Notum est ex Plauto, *scurras* & *urbanos* eosdem esse: quare & dicteriis sibi victum aucupabatur. Quia autem scenatici homines, quos βωλόχους vocant Græci, dicteria funditabant ad risum spectatoribus tollendum, propterea factum, ut Mimi, scurræ & urbani vo-

Digitized by Google

vocarentur. Juven.---- *Mimum agit ille Urbani qualem facundus* scurra *Catulli.* Et Mimum *scurram* vocat, & *urbanum* mimographum ipsum Catullum : quem aliter *Urbicum* Martial. *Urbicarium* Fulgent. Hinc cum idem Juvenal. Sat. 8. dixit *Trascurria* patritiorum, palam est, eum intelligere ad orchestram patritios transiisse. Male enim hodie legitur *Triscurria*, cui ineptum quoque interpretamentum apponunt. Idem in Fest : Non dubium, quin legendum sit, συνκορεῖν : ut scurra dictus, quasi *secura*, aut *sucurra*.

Stoici Philosophi στωικοὶ : ἀπὸ στοᾶς, à porticu. Pollux ait, τὸν περίστυλον τόπον vocari περίστοα, ab Atticis περίστοον. Dicitur στοὰ ab ἱστάω στάω : quod ibi starent ac morarentur. Similiter dicti Peripatetici, à περιπατεῖν πατέω à בעט, *baat*, conculcavit, pressit pedibus. Stoicæ sectæ caput & autor est Zeno, Cratetis cynici auditor, verecundia prohibitus, ne in illam impudentiam (Diogenis verba) se daret Strabo l. 14. Κίττιον, ἔχει λιμένα κλειστόν· ἐντεῦθέν ἐστι Ζήνων, ὁ τῆς στωϊκῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης. i.e. Cittium habet portum, qui claudi potest, illinc ortus Zeno, Stoicæ sectæ dux & princeps. Diog. Ζήνων κιττιεὺς, ἀπὸ κύπρου πολίσματος ἑλληνικοῦ, φοίνικας ἐποίκους ἐσχηκότος, Zeno Cittieus, è Cypri opidulo Græcanico, sed quod Phœnicas incolas habuit. Neque aliter fere Cic. 4. de fin. & 5. Tusc.

Stola. στολὴ, à στέλλομαι, i. e. accingor. Hesych. στολὴ ἔνδυμα περιβόλαιον. Horat. *ad talos demissa stola.* A στέλλω. Quis neget ab Hebr. שלח, i. e misit? *Instillo*, ab ἐν & στέλλω. Aut à σταλάω, στάζω. *Stilla* inde etiam. Est enim guttula, quæ cadit Gl. Phil. Stilla, σταγὼν, σταλαγμός. *Instillo*, quasi immitto per guttulas. Quinctil. Vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt, sensim & guttatim instillatum recipiunt. Scal. Exerc. 144. Ab his dicti *stolidi*, qui *Stolones* pro surculis accipiunt. Primorem enim, & hominis, & plantarum ætatem nondum scitam veteres judicabant. Unde ab illa prima emissione (hoc enim significat verbum Græc. στέλλειν, στόλος) & *stolidus* & contraste *stultos* : ab ætate vero nondum satis

 com-

Digitized by Google

composita dixerunt *Hebetes* eos, qui tardi essent. Hoc enim est הֵבָה. *Hebe* ap Poetas. Ibidem: *Stolones* sunt arborum pullationes ab Radice. Ap. Heb. est שָׁתַל, id est, insevit surculos aut stolones. שְׁתִילִים sunt plantulæ, νεόφυτα. Si Græcanicum tibi sordet inde sit stolo. *Apostolus* qui emittitur, Legatus. Tertulliano est *missus*, de præscript. adv, hæret. Casaub. contra Baron. Exerc. 14. s. 4. multis hanc dictionem explicat. *Epistola*, ἐπιστολὴ, ab ἐπιστέλλειν: quasi tu dicas *Missoriam*: vel cum Isid. *missam*: sed in veteri tamen Latinor. usu. Et Plaut. aliquoties usurpat, & Afran. Comœdiam etiam quampiam *Epistolam* inscripsit. U media Politianus, & non nemo hodie scribunt, freti autoritate librorum & lapidum, in quibus crebro sic reperias: sed, nisi fallor, ait Lips. nunquam ante Vespasiani ævum. Illis illud Scal. c. 21. L. L. occinatur: qui *epistulam*, & *adulescentes* malunt dicere, Umbros sese, non Romanos profitentur. Itaque *Epistola magis analogως* scribitur, & suavius sonat: *adolescens* item: quia ab adoleo, adolesco, id est, cresco, seu ætate augeor. Sed utrum *soboles*, an *suboles* rectius? Si faciendum quod ratio suadet, ex consensu omnium libror. & lapidum *suboles* scribi oportet. Et est à *suboleo*. Scio, literarum inter se permutatio creberrima est. Nec tamen U præpositionis SUB in O versa monstratur uspiam. Nec est, quod εὐφωνίαν forte prætendant meliorem, si retineatur, O, *soboles*. Similis enim futura est in U, si majore usu à nobis emolliatur, quod duriusculum auribus necdum assuetis accidit. Ab *oleo* est item *proles*, quasi *prooles*, Ergo est generale & proprie dicitur de progenie animatorum, sive hominum, sive brutorum, sive plantarum. Etiam assensu Virg. 3. Georg.

——*Prolem tarde crescentis olivæ.*

Improles, Festo, i. e. ἄπαις. Neque vocem pro re commodiorem hac Latium novit. Et quidni usurpes? Tertull. etiam habet *Illiberis*. l. 4. contra Marcion. *Proletarius*, ab officio prolis edendæ. Quia aliter Rempub. juvare non poterat. Agell. l. 16. c. 10. *Proletarius* sermo apud Plautum Merc. a. 1. sc. 1. est plebejus, vilis. *Indoles*, in-

quit Jos. Scal. *incrementum* significat, primigenia notione. ut apud Agell. *mendi indoles*. *Olere* enim crescere significat, & spem, quam ex vultu colligimus, virtutis futuræ in pueris: quæ vocatur χαρακτὴς à Græcis: ut ab Euripede dictum, ὡς δεινὸς τ᾽ εὐγενείας χαρακτής. Et sic *indoles* proprie erit vis innata, quæ se *crescendo* ostendit: ab *in* & *oleo*, id est, cresco, nascor. Gloss. ἐυφυΐα; *ingenium*, indoles. Et sic etiam *ingenium* est illa vis ingenita & à natura insita. *Inoleo*, *inolesco*. Agrætius: *adolescere augmenti est*; *inolescere coagmenti*; *exolescere vanescentis*. Fest. *Exoletus qui adolescere seu crescere desiit*. Gloss. *Exoletus*, ὑπέρακμος, ἐξώλης. *Obsoleo*, quasi *olere*, i.e. crescere desino. *Obsoletum*, quod jam pervenit ad terminum ἀκμῆς: & postea inveteratum. *Redoleo*, proprie est *rursum oleo*: postea odorem alicujus refero. Fateor, illa verba *oleo*, *inoleo*, *redoleo*, *obsoleo* sunt variæ significationis. Interim prima est, ut Saaliger ajebat, quod *oleo* sit augeor, cresco, tendo ad perfectionem, πρὸς τὸ ὅλον. Et apertè Servius: *adolere* proprie est augere. Quod notent quidam μωρόσοφοι. *Oleo* est etiam fœteo, aut odorem spiro; & ita respondet Hebræo אלח, in Niphal נֶאֱלַח, id est fœtuit.

Strangulo, στραγγαλόω & στραγγάλη, funis est aut laqueus. *Stranguria*, στραγγουρία: quod prematur quasi aut retineatur οὖρον. Vel à στράγξ, quia guttatim urina defluit. Stranguria Catoni de re rust. c. 156. est *lotium substillum*, Celso l. 2. c. 1. *Urinæ difficultas*.

Streblita & *striblita*. Est genus placentæ sine melle. Junius & bene, scribit *streblita*. Nam Turnebi opinio l. 23. c. 10. languida. Itaque recte addit, *Fortasse*. Striblita (inquit) eo *fortasse* appellata est, quod qui eam fingit, tanquam *scribit*: aut quod esset notis quibusdam signata, & tanquam scripta videretur. Est autem à forma, seu intorsione, στρεβλότης. Item *striblígo*, quo nomine solœcismus à vetustioribus Latinis dicebatur: à versuta & pravitate tortuosæ orationis, tanquam *streblígo* quædam. Στρεβλόω est verto, torqueo: Agell. lib. 5. c. 20. Hinc etiam *Strabus*, στραβός: postea *Strabo*, qui est oculis distor-

distortis. *Strobilus*, στρόβιλος: qui giratur & flexu vario torquetur veluti, sive turbo, sive nux pinea. Illorum autem & similium origo prima est στρέφω. Unde etiam Latin. *strepo*. Aut utrumque factitium à sono. Inde etiam στρέβος, ἡ τῶν ὑδάτων συστροφή: vortex aquarum, ubi strepitus. A στρέφω est *stropha*, στροφή. Gl. Isid. *Strofarius, strofosus*, impostor, fraudator. Mire enim flectitur: Græc. στροφαῖος. Epitheton Mercurii, qui se varie vertit & flectit. *Strophium*, στρόφιον: quod circumflectitur & cingit. Catull. de nupt. Pelei: *Non tereti Strophio lactentis vincta papillas*. Nec aliunde *Stroppus* & *struppus*, ap. Fest. Quasi *Strophus*, στρόφος. Notat enim aliquid contortum, ut funis, corona & simile.

Strenuus, recta à στρηνής: quasi στερεὸς, γεννὸς, h. e. durus, asper, generosus. Homer. Iliad. 2. αἰχμητὴς κρατερός. Odyss. 1. ἄλκιμος. Qualis describitur Fabius à Silio l. 7. ab initio:

--- viridiq; ad dura laborum
Bellator senio, jam castra movebat in hostem.
Sed mens humana major, nec tela, nec enses,
Nec fortes spectabat equos; tot millia contra
Pœnorum, invictumque ducem, tot in agmina solus
Ibat, & in sese cuncta arma virosq; gerebat.

Gl. Philox. *Strenue* σπουδαίως, γοργῶς. *Strenuus* ἰσχυρὸς.

Stringo, bene à στραγγὸς, vel στραγὸς: levi adeo mutatione. Est enim στραγγὸς tortus, obliquus, qui hinc inde flectitur & stringitur. Aut etiam à σφίγγω, quod itidem est *stringo*. Gloss. *stringit*, βρέχει, σφίγγει, ψάχει. Ita enim legendum, non βρύχει. *Strictim* tondere, hoc est, stringendo cutim. Ut à pictum pictura: Ita à *strictum*, *strictura*. Lucill. l. 3. *Crebræ ut scintillæ in stricturis*. Non. 1. 74. dicuntur proprie scintillæ, quod aut *stricte* emittantur, aut oculos suo fulgore *præstringant*. A stringo est etiam *strigilis*. instrumentum, quo corpus *destringimus* ac radimus. Ut Græc. ζύστρα est à ξύω. Casaub. in Athen. l. 3. c. 19. ὀδοντωτὴ ξύστρα, dentata strigil. Scal. in Theophidе plant. *stringere* Græc. στλεγγίζειν, idem quod detergere. Quoniam *Strigilibus* de tergo demebant in balneis sordes, quæ inde *Strigmenta* dicta sunt. *Strigilis* ap. Horat.

tat. est σλεγγὶς. Apul. describit in Floridis : Honestam strigileculam, recta fastigatione clausulæ, flexa tubulatione ligulæ, &c. *Strigosum* est macilentum, ut pecus, cui plurimum sit derasum, id est, φθινῶδες, & tabidum. *Strigillo*, stringo : *obstrigillo*, id est, obsto, remoror. *Striga* est ordo rerum inter se continue collocatarum, ut ait Fest. quod una sint constrictæ. *Strigare* quid sit exponit Scal. in Catal. *Strigare* dicuntur equi, quoties interquiescunt. Dictum à *striga*, quod erat μεταίχμιον, & spatium turmarum, in quo equi *stringebantur*; à quo nomen habet, ut ait Charisius. Hinc factum, ut quoties interquiescunt equi, & jumenta, dicantur *strigare*. Sicut in vulgari sermone Thusco, & Germanico *stallare* equos dicunt *peroriga*, (legatur Varr. l. 2. Rei Rust. c. 7.) cum ad urinam emittendam quiescant. Quia cum recenter veniunt in stabulum, quod nunc *stallam* vocant, tunc fere urinam solent emittere. Ergo *strigare* est à striga : quod castrense vocabulum. Nam etiam rustici *strigam* vocant, in arando sulcum, qui uno ductu prorsus peragitur in longitudinem, ut *scamnum* in latitudinem. Atque ut *strigare* equi dicuntur in actu intermittendo : Sic cum continuant actum, hoc dicitur *protelo ducere*.

Lucill. *Quem neq; Lucanis oriundi montibu' tauri*
Ducere protelo *validis cervicibu' possent.*

Namque *protelum* est continuatio & tenor.

Lucret. l. 2. *Undique* protelo *telorum continuato.*

In vet. illo Gloss. *protelum*, ζεύγλαμπον, vel ἔξαμπον, h.e. ζεύγλης, ἄπεζευμα. *Cobum* vocari ait Fest. Et quod Lucill. dicit, *protelo* ducere, est ἐξαμπρεύειν. Aristophani Lysistrata. Sed omittendum non est, eodem modo *strigosum* dictum à Lucillio non ἰσχνόν, ut vulgo accipimus : sed in hanc significationem, h.e. morabundum, & tergiversatorem. Postea vero jumenta macilenta ita dicta, quasi strigare dicantur, præ macie, & quia male curata. Ejus verba sunt : strigosu' bovinatorque ore improbu' duro. *Bovinator* enim ibi est tergiversator : à *bubus*, qui in medio actu strigare solent, neque uno protelo con-

 tinua-

Digitized by Google

tinuare. Videatur etiam Agell. l.11. c.7. Gloss. Isid. *Bovinatores*, inconstantes.

Strix, *striges*: sunt aves nocturnæ, ut ait Verrius: Græci στρίγγας appellant. Tibull. l.1. Eleg. *Semper & è tectis strix violenta canat*. A quo maleficis mulieribus nomen inditum, quas *volaticas* etiam vocant. Ovid. prolixe describit 6. Fast. sub finem:

Est illis strigibus nomen: sed nominis hujus
Causa, quod horrenda stridere *nocte solent*.

Strix, στρίξ, à στρίζω, quod est τρίζω, strido.

Strutheum, in Mimis præcipue vocant obscœnam partem virilem: à salacitate videlicet passeris, qui Gr. στρουθὸς dicitur, Fest. Sed & στρουθὸς Græcis est salax, libidinosus: ducta μεταφορᾷ à passere: ut dictum. Hesych. στρουθὸς ὁ καταφερὴς καὶ λάγνος. Στρουθίον passerculus; στρουθίζειν, passeris in modum pipere. Qui autem magna illa avis æque vocatur, *Struthio*, *struthocamelus*, στρουθοκάμηλος? Quantum memini, illa nunquam ita nude vocatur, *struthio*: verum ἐκ προσθήκης. Vel στρουθὸς μέγας: vel στρουθὸς λιβυκὸς: vel στρουθοκάμηλος, struthocamelus. Στρουθὸς quidem: cum id nomen generatim priscis fuerit idem, quod ales, aut etiam gallina. Cardan. l.10. *Struthio* (inquit) passerculus dicitur Græce, quasi per ironiam nomine composito; velut si quis pygmæum Gigantem diceret simul, vel homunculo giganteum. Huic Scal. Ex. 231. reponit: Nominis rationem subtilius eruere licet è veterum monumentis. Στρουθὸν prisci non *passerem* vocabant, sed *Gallinam*. Id quod etiam è Nicanoro, qui desitarum affectavit usum vocum, deprehendes. Et fortasse aves omnes, quas βαρείας dicit Aristoteles. Sane commodius στρουθὸς, speciei privata appellatione, quam ὄρνις, vocabulo totius generis debuit gallina designari. Quo in significato utinam accepisset doctiss. Athenæus. Qui cum Tetraonem, quem ipse τέτρακα vocat, in convivium intulisset, ait, ejus carnes tam bonas esse, quam τοῦ μεγάλου στρουθοῦ: quarum saporis ipse se non nescium profitetur. At longe est delicatissima Tetraonis caro. *Hæc ille*. Στρουθὸς igitur hic est avis. Et στρουθοκάμηλον cum

Scal.

Scal. Latine vertas *Avicamelum.* Sed quid hic camelus? Vel sit χαμηλὸς περὶ τὸ χαμαὶ cum à terra nunquam tollatur, ut ait Plin. Vel potius κάμηλος: quod colli & crurium longitudine camelum imitetur. Est enim homine ipso paulo procerioris staturæ. Hinc Oppiano ἀγκυλόδειρος. *Est bestia magis* (inquit Tertull. de velandis virgin.) *quam avis, licet pennata; brevi capite, protracta cervice, catera altegradia.* Scal in Auson. l. 2. c. 7. *Struthiocamelum* interpretamur *passerem marinum.* Nam quod avis esset, *passerem* vocarunt; imitatione Græcor. qui στρουθίον vocant. Quod peregrinus & ultramarinus, *marinum*, h. e. διαπόντιον Plaut. *Vola curriculo. Isthuc passer marinus in circo solet*, Perſ. a. 2. ſc. 2. Feſtus: Paſſer marinus, quem vocat vulgus Struthiocamelum. *Hæc ille.*

Studeo, ſtudium, proprie & vigore etymi notat magnam & *properatam* diligentiam, conatumque ſerium, quem ſedulo urgemus, nec ab eo avocari nos facile patimur. A συδὴ, pro σπουδή: quod à σπεύδω, i. e. feſtino: σπουδή feſtinatio, ſtudium. Hinc donat. *majoris operis eſt ſtudere, quam velle.* Idem: *ſtudium eſt dedita opera voluntatis hominis attentior atque impenſior.* Papias: *ſtudium eſt vehemens animi applicatio ad aliquid agendum.* Gl. Phil. *Studeo* φιλοπονῶ περὶ τὸ πρᾶγμα. Gl. Cyr. σπουδάζω *feſtino, propero, ſtudeo* Σπουδὴ *efficacia, opera, ſtudium, feſtinatio.* Φιλοπονία *ſtudium, induſtria.* Atq; ea notione etiam *ſtudeo* & *ſtudium* ab autorib. claſſicis uſurpari videbit; qui ſtudioſius paulo animum advertet.

Stupa, etiam *ſtypa*, à σύπη: & per additionem elementi, *ſtuppa*, σύππη. A σύφω, quod eſt adſtringo, & denſo. Ad hunc quippe uſum facit *ſtupa*, & quæ exinde fiunt. Etiam *ſtipes* fit à σύπος, quod (ut & σύπη ap. Heſych.) itidem eſt ſtipes ac truncus. Feſt *ſtipes fuſtis terra defixus.* A σύπος aut σύφω oritur etiam *ſtupeo* & *ſtupor.* Ita συφελὸς & συφλὸς eſt durus, aſper. rigidus. Quippe *ſtupidus* riget inſtar *ſtipitis*, σύπος, aut trunci. Ita etiam Hebræi loqvuntur 1. Samuel. 25. 37. *obſtupuit animus ejus, & ipſe fuit veluti lapis.* Terent. deſcribens ſtupidum & ſtultum ait Heautont. act. 5 ſc. 1. *Caudex, ſtipes, aſinus,*

 plum-

plumbeus. A *stipes* fit *stipo*, i. e. condenso, in unum cogo. Ni melius à στείβω, i. e. calco, & densum facio, ceu calcibus. Στιβαρὸς & στιφρὸς, i. e. densus, rigidus. Στιβὰς, stratum, stipatum & quasi calcatum: στίφος, i. e. globus militum densus, turma. Scal. in Theoph. de pl. *Stipare* est Græc. στείβειν: στίβος, iter calcatum, seu via calcata: & στίβος acies densa. Varr. l. 4. L. L. quod asses libræ pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in arca ponebant: sed in aliqua cella *stipabant*, i. e. componebant, quo minus loci occuparet, à stipando *stipem* dicere cœperunt. Festus: *stipem* dicebant pecuniam signatam, quod stiparetur. Ideo *stipulari* dicitur, cui interroganti aliquis spondet *stipem*, i. e. æs aut pecuniam. *Stipulatio*: Imp. Justin. *Stipulatio* hoc nomine inde utitur, quod *Stipulum* apud veteres firmum appellabatur; forte à *stipide* descendens. Ad illud Scip. Gent. Existimo, inquit, *stipulationem*, ut alia multa vocabula juris, in agris hoc nomen invenisse, & inter segetum manipulos, quos rustici *Stipulis* in morem nodi contortis adstringere & *obligare* solent. Unde & *obligatio* pariter suum invenerit; quæ vinculum quoque à nostris appellatur: quod ego nomen naturali illa significatione uno tantum loco memini, qui summe notandus, ap. Trogum l. 17. Cireno autem, inquit, condita fuit ab Aristeo; cui nomen Battos, propter linguæ *obligationem*, fuit: Hæc ille. Videatur etiam Briss. l. 5. de Form. *Stipula* à στύπος etiam: quia est caulis frumenti, vel id, quo subnititur frumentum. At *stipendium* fit à stipe. Varr. l. 4. L. L. *Stipendium à stipe dictum, quod æs quoque stipem dicebant.* Vel potius à *stipe pendenda.* Et sic formabitur *stipendium*: ut dispendium & compendium. A stipes vero *obstipus*: cujus collum est rigidum, instar *stipitis*; aut incurvatum. Horat. 1. Sat. 5.

Stes capite obstipo.——— Pers.

Obstipo capite———

Id est, rigido, ad modum stipitis.

Stuprum, quasi turpis stupor. Quia Venus dementet, & homines faciat stupidos aut stipites. Sane ratio probabi-

babilis: non item Etymon. Certe nimis violentũ ab illis verbis, præsertim duobus. Et quis nolit potius à σύω, σύομαι? Quod è caſſe obſcœnitatis. Vel plenius ſtuprum à σύειν & πιέζειν: ut ſit νεωτὰ παρθενεύειν. Modeſtin. l. 1. Regul. *Adulterium* in nupta admittitur: *Stuprum* in vidua, vel virgine, vel puero committitur. *Maſtupratores*, à ſtupro: vox redolet deteſtabile flagitium. Alii legunt, *Maſturbatores*. Sed utrumque rectum pro diverſa origine: ſcilicet *maris* & *manus*: *Stupro* & *turbo*. Paulo ad originem propius accedit: *manſturbator* à manu. Sed *maſtrupator* à mare. Gloſſ. *maſturbat, manuturbat*, δέφει καὶ δέφεται. ἔστι δὲ ῥῆμα κοινόν. Etiam μαστρωπεύω eſt proſtituo ad impudicitiam: quomodo ſolent μαστρωποὶ, i. e. lenones & lenæ. Heſych. μαστροπὸς, δύστροπος, παιδέραστος, ἀπατεὼν, προαγωγός.

Stylus, vel *ſtilus*, στύλος: ab ἵστημι, traditione Græcor. Proprie eſt columna: ab hujus vero forma, graphium ita dicitur. Cic. 4. Verr. vertit ſtilum in tabulis ſuis: quo facto cauſam omnem evertit ſuam. *Epyſtilium*, ἐπιστύλιον, i. e. trabs, quæ ponitur ſupra vel in columnis. *Periſtylium*, περιστύλιον, locus columnis cinctus.

Styx, στύξ: à στυγέω, odi Plato in Phædon.

Virg. 6. Æn.

---- *Triſtique palus inamabilis unda,*
Alligat & novies ſtyx interfuſa coercet.

Tibul. vocat *nigram paludem*. Hom. Odyſ. 5. στυγὸς ὕδωρ. Lycophron. στυγὸς κελαινῆς νασμόν.

Suaſum, quod *ſine baſis*, cortinis tinctorum ſua natura talis eſt, Scal. Ex. 325. *Suaſum* (inquit Feſt.) *colorem appellant, qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo. Inſuaſum appellant ſimilem luteo, qui fiebat fumoſo ſtillicidio.* Gloſſ. *Inſuaſum*, εἶδος δουκαρίου κεκαπνισμένου. Idem Scal. *pullus* color obſcurus item eſt, in lanis tantum nativus. Quia ſincerus eſt, ἄβαπτος: iccirco *purus, pullus*: ſicuti vinum, villum: unus, ullus. Ni malis à Græco πελὸς facere, i. e. niger, pulus. Ita enim libentius ſcriberem: ut & origo ſervaretur, & differentia eſſet, à *pullus*, πῶλος.

Sub, ab ὑπὸ, præfixo S: Ut ita ſub proprie ſit loco inferiori. Similiter ſit *ſuper*, ab ὑπὲρ. Hinc *ſupero*, i.e. ſuperſum. Superat hoſtes, i. e. ſuperior, atque potentior evadit. 1. Georg. Si *ſuperant* fœtus, i. e. ſuperſunt. Plaut. Stich. a. 2. 3. *Radioſus ecce ſol ſuperabat ex mari.*

Subare, verbum ſatis obſcœnum. A σύβαξ, item σύβακς, qui imitatur ſuem ſpurcitie, & inprimis libidine venerea. Sus enim animal valde libidinoſum & plenum ſeminis. Caro ſuilla corpus facit turgidum & copia ſeminali abundans. Atque ea cauſa, quod antiquitus, ex Hetruſca diſciplina, porcum mactabant: ſcilicet ad acuendam, ſive augendam Venerem: & inſuper bulbos, pineos, nucleos, erucas apponebant. Alii *ſubare* formant à θυᾷν. Sed id ſignificat generalius: nempe furere, impetu ruere præcipiti, poſtea etiam laſcivire & cupide ad Venerea rapi, veluti cum furore. Amor enim & Venus venenum eſt, ſi nimia: & via ad furorem. Rectius igitur à σύβαξ: quomodo χοῖρος non modo porcum, ſed & pudendum muliebre notat. Etiam χοιροπωλεῖν dicitur fœmina, dum ſe proſtituit. Porro ut ſubare ſit à σύβαξ: ita ſimiliter *Cuprare* καπρᾷν, à κάπρος, id eſt, ſus, aper. Neque aliud eſt *Surire*, ſcilicet à ſus, ap. Feſt. Arnob. l. 1. & Apul. in apol. Gloſſ. *Surit*, καπρᾷ. Simile eſt ap. antiquos *hirquitallire*: ab hirco. Cenſor. de Natal. c. 14. Quomodo τραγᾷν & τραγίζειν Græcis etiam ſumitur. Feſt. *hirquitalli* pueri primum ad virilitatem accedentes, à libidine ſcilicet hircorum dicti. Porro σύβαξ à σῦς, ὗς: unde *Sus* Latinum. Hebræi eo nomine equum inſigniunt, סוס A ſus *ſucula*, eſt proprie minor ſus: quomodo bucula ſit à bos. Inde *ſucula* καὶ μικρὰ φορεῖς eſt genus machinæ teretis materiæ & foratæ ac craſſæ, quam & uber ſcrofæ porci circumſtat: ap. Feſt. & Turn. l. 8. c. 6. A ſus, *ſeta* quaſi *ſueta*. Proprie eſt pilus ſuum aut porcorum. Quod etiam Iſid. innuit l. 12. Cui etiam *Sebum* dicitur, quaſi *Suebum*, quod plus pinguedinis hoc animal habeat, l. 20. Aut potius *ſebum* à στέαρ, quod idem. At στέαρ à στάω, ſto: quia ſic conſiſtens pinguedo. Dicitur *Sebum*, *ſepum*, & *ſevum*. Inde Anglis *Sewet* itidem eſt

est sevum. A σῦς est etiam σύβλων. Aliis scribitur σύβινη. Est hasta qua figuntur apri, ap. Hesych. Latinis est *Sybina, Sibyna* & *Sibina*. Enn. Illyrici restant sicis sibinisque fodantes. Utitur etiam Tertull. l. 3. contra Marc. c. 21. eamque de genere venabulor. esse ait l. 4. c. 1. Videatur etiam Lips. l. 3. de mil. Rom. dial. 4.

Sublesta: apage cum nugamento illo, *sublesta*, quasi *sublæsa*. In Gl. Isid. *Sublestus*, infirmus, tristis. *Sublestia*, infirmitas, tristitia. Audi Jos. Scal. in Copam: *Sublesta* pictura, est tantum primis lineamentis deformata, ac nullis coloribus adumbrata. Eaque Græce μονόγραμμος dicitur. *Lista* est γραμμή, teste illo vet. Gloss. Sic & hodie *lineam* vocamus vulgo in Gallia. dicta *Lista*, à λίσση, P. in T. Ut σάδιον, στάδιον: στουδίω, *studium*. Hinc ὑπόλισσος picturæ primum, h.e. ad verbum, *sublestæ*. Inde ad alia translatum sumitur pro evanido, tenui, languido. Ibidem quoque Etymon *Vappæ* appositum excipe: Latini vocarunt *Vappam*, Æolica voce. Nam ut Æoles pro ὄμμα dicebant ὄππα: sic, ut ego puto, pro βάμμα, βάππα. Quod ita vocarent, quidquid non merum, sed dilutum esset. Unde vinum spurcum, & fugiens eo nomine Latinis dicitur. Quod autem *Vappam* fœminino genere dixerunt, est eadem ratio, qua & schemam eodem genere declinarunt. Plaut. cum servili *Schema*. Sic *syrma* fœm. genere ap. Turpilum.

Sublicium, sublices. Fest. ait, quorundam opinione esse vocabulum Volscorum. Ad illud Jos. Scal. Nos censemus *sublicam* dictam, ut *obliquam*: & intelligi trabem. *Sublicus* ergo, & *oblicus*: vel *subliquus*, & *obliquus* composita sunt. Quorum simplex *liquus*, vel *liquis*. Vet. autor loquens de figuris, & lineamentis: Omnem autem summitatem metiundi observationes sunt duæ: *Enormis*, & *liquis*. Enormis, quæ in omnem actum rectis angulis continetur. *Liquis*, quæ minuendi laboris causa, & salva rectorum ratione angulorum secundum ipsam extremitatem subtenditur.

Sudes, sudetum. Lips. l. 5. de mil. Rom. dial. 5. *Sudes*, pro-

proprie *valli*, & inde compositum ex utroque, dixere *vallum*. Virg. priore & propria notione:

Quadrifidasq; Sudes & acuto robore vallos.

Ibi Serv. *Bis idem dixit. Nam, & valli & Sudes idem sunt.* Magis Prisci dixere & *suros*. *Suri, fustes*, ait Fest. unde ὑποσουρίσκων *surculi*. Idem Ennii *Crebrisura* notat: eaque voce notari *vallum crebis suris*, i. e. *palis munitum*. Sed *sudium* vox creberrima. Ut in Valer. l. 7. c. 7. *Tragulis & pilis, quia roboreæ sudes deerant, vallavit*. E robore eas sumit ex *acere* Propert. l. 4. *Hunc Tatius fontem vallo præcingit acerno*. Sed non est dubium, quin è quocunque & obvio ligno, robusto tamen, cum daretur. Iterum de Sudibus Ammian. l. 31. *Vallo sudibus fossaque firmato*. Idem: *Vallum sudibus densis, fossarum altitudine, cautius adstruebatur*, sæpiusque. In Vegetio igitur cum legitur, l. 4. c. 16. *Quibus protecti bellatores, si lutum obfuerit, civitatis fossatum etiam comportatis lapidibus complent*: longe aliam lectionem scripti libri præeunt: in quibus fere est, *bellatores sudatum auferunt*. Ex quo illud natum: *si lutum obfuerit*. Atqui (vide & considera) *luto* non ibi locus. Equidem lego: *Sudetum auferunt*. Sub musculis, inquit, protecti bellatores detrahunt sudes mœniorum, & fossas complent. Nam & in opidis etiam ista sudes. Sidonius ad Narbonem Martium:

Non te fossa patens, nec hispidarum
Objectu Sudium coronat agger.

Igitur qua forma *Vepres vepretum* faciunt, *salices salicetum*, tali *Sudes Sudetum*. In Suida est: Σέδετον, τὸ φοσσάτον: *Sedetum fossatum*. Vide ne Σούδετον vera lectio sit, *Sudetum*, nisi quis existimat à *sedibus* dictum hoc *sedetum*. Forma Sudium sive Vallorum quæ fuerit, diffuse in Polybio ipso nostro habes, de rebus Quinctii Flammini in Græcia. Ipsum vide. Inter alia ostendit, l. 17. non *æquabili & simplici ligno fuisse, sed habuisse*, ut ipse appellat, δύο κεραίας ἢ τρεῖς ἢ τέτταρας: *duas eminentias & velut cornua, aut tres aut quatuor*. Significat ramos in majore stipite, qui recisi ut cornua eminebant. Tales præsertim in summo grano, eoque Varro, me judice adspexit, cum scripsit,

de

de L. L. *Vallum, quod ea varicare nemo possit, vel quod singula ibi extrema bacilla furcillata figuram habeant Literæ* V. Duplex Etymon dat: sive quod nemo ea *varicando* transcendat, sive quod in capite extremo bacillorum V litera sit expressa. Ostendit amplius idem Polyb. *φιλοπόνως ἀπωξυμμένας τὰς κεραίας; studiose acutas fuisse eminentias illas Vallorum*: & causam addit, ne quis facile posset epprehendendo evellere, lubrico scilicet ligno. Causa etiam altera in promtu, contra transgressum aut transcensum. Hæc acumina Ammian. ita exprimit l. 25. *Castra ponuntur undique in modum mucronum præacutis sudibus fixis.* Isti sunt Valli aut Sudes, quas in aggere illo terreo defixas satis liquet. Veget. l. 3. c. 8. *super aggerem valli, hoc est, sudes vel tribuli lignei, per ordinem digeruntur.* Hactenus Lips.

Sufes, Sen. de tranquill. c. 3. *Non vis, nisi consul aut Prytanes aut ceryx aut sufes administrare rempublicam.* Sufes dictus est Pœnorum lingua summus magistratus: ut Oscorum *Medix*. Calidus in oratione in Cæciliũ: Nonne vobis. Porro qui Hebraice sciunt, & non ignorant Pœnos Tyriorum colonos esse, concedent mimi, *Sufes* idem esse, quod Græcis, *ἔφορος, ἐπόπτης. ἐπίσκοπος*, צוֹפֶה. Sic Carthaginensium arx *βύρσα* dicta per metathesin, quasi *βύσρα*. Nam sine dubio בוֹצרה, h. e. munitus locus, *ὄχυρος*. Quo nomine Idumæorum metropolis ita dicta, qui eadem lingua cum Carthaginensibus loquebantur. Nugaces Græci quidquid ad eorum linguam alludit, statim Græcum esse censent. Nam cum pro *βύσρα* quod eorum lingua non patiebatur, *βύρσαν* dixerunt, dictum factum pro Græco publicarunt atque proscripserunt. Hoc, quod hic notamus, scribimus iis, qui vel primis Hebr. literis tincti sunt, me verum dicere non negabunt. In utroque autem tam צוֹפֶה, quam בוֹצרה, Holem effertur more Syror. Hactenus Scal. in Fest. Cæterum *Sufes* non incommode fecerim à שֹׁפֵט: quasi *Sofet, sufet.* T enim & S non semel invicem commutantur. Et שֹׁפֵט est judex, magistratus:

nec

nec minus, quam *Sufes*. A שָׁפַט, i.e. judicavit. Est γενικὸν & late patet.

Suffio, fio, à θύω. Θ transit in F, ut sæpius: θὴρ, φὴρ, *fera*. Item θύμα, θύημα, suffimentum: unde *fumus*, pari ratione: θυμιᾶν fumigare. *Fumigium* & *infumibulum* vulgo dicitur καπνοδοχεῖον. Quod Martiali est *fumarium*. Plin. *spiramentum*. Similiter *fumaria*, herba, καπνὸς Gr. quia lacrimas instar *fumi* ciet, ap. Diosc. l. 9. c. 105. Græc. ἀτμὶς oritur ab Hebr. עתם, in Niphal נֶעְתַּם, obscuratus est, vapore oppletus est. Nec minus inde τὸ θύω, θύμα: sed rectius.

Suffoco, media longa, à *faux*, quæ strangulatur, spiritusque intercipitur. Ergo de animalibus proprie sumitur: non item de plantis, de stellis: ut assolent.

Ovid. in Ibin.

Suffocent animam dira venena tuam.

Offucare est aquam in fauces ad sorbendum dare, Fest. A faux est *faucale*, nunc *focale*, ap. Horat. l. 2. Sat. 3. Ut à vox vocale, à flos florale (unde *Floralia*) à rex regale: ita à faux focale, h. e. quod ad fauces pertinet: ut αὐχένιον, sive παραγνάθιον, redimiculum, quod ambit aut operit fauces.

Sugillo, συγγελῶ, i. e. simul rideo, illudo, contumelia afficio. γελάω: unde *Agelastus*, ἀγέλαστος. Aliud vero est ἀγελαστικόν: quod *non risibile* interpretatur. Jac. Greitser. sane cum risu doctorum. Non enim est à γελάω: sed ab ἀγελάζομαι, congrego. Hinc ἀγελαστικὰ vertit Cic. *congregabilia*. Et Eustathius συναγελαστικὰ ζῶα opponit τοῖς ἐν ἐρημίαις μονάζουσι: uti bene monuit in Greitsero triumph. Simon Stenius Lomacensis. Verbum autem γελάω est ab Heb. גָּלַע, γελασῖνος i. e. risor. *Gelasini*, γελασῖνοι: subaudi dentes, qui risu nudantur.

Catul. carm. 40.

Egnatius, quod candidos habet dentes,
Renidet usquequaque —— Mart. l. 7. epig. 22. Nec grata est facies cui *gelasinus* abest. *Sugillo*, aliis est à *sugo*, non male. Aliis est livido colore inquio: & propterea à

succo

succo dicitur, qui è percussione ad cutim fluat. Plin. l. 31. c. 9. ex ictu suffusis cruore oculis *suggillatisq;* cum myrrhæ pari pondere. Fest. *suggillatum* dici existimant ex Græco vocab. quod ea pars, quæ est sub collo, κυλὸν ab iis dicitur. Ad illud Jos. Scal. Inepta etymologia, ac propterea falsa. *Cinnus* est cilium, aut palpebra. Υποκοσμηκὸν *cillus*. Inde *subcillum*, & *subcillare*: quud postea *subgillum*, & *subgillare*, ὑπωπιάζειν. C in G. *Subicitare*, *Inicere*: *subigitare*, *inigere*. Præterea falsum est, suggillationes pertinere ad collum. Nisi mavis legere, *sub oculo*. Sed tunc quid Græce substituam, non video. Si κυλλὸν, nihil ago. Si γύαλον: nugas egero. Γύαλα quidem Græci τὰ κοιλώματα. Sed, quantum video, Verrius *sugillare* putat dictum, à *gula*, quæ dicta sit à Græco, qui γύαλον partem sub colo vocant. Hæc ille. Fr. Jun. in c. 39. apol. Tertul. monet *suggillo* fieri ex *sub* & *gilbus*: ut idem sit μωλωπίζω, quod gilvum efficio, lividum indo colorem. Gloss. *suggillat* πλήσσει, ὑπώπια ποιεῖ. *Suggillatus*, ὑπωπιασθείς. *Suggillatio*, ὑπωπιασμός.

Sulcus, ab ὁλκὸς, Fest. Scilicet ab ἕλκω: quia in agro sic protrahitur. Quod probat Turn. contra Varr. qui à *sustollo* perperam. *Bisulcus*, item *trisulcus*. Fest. *disulcus porcus dicitur, cum in cervice setas dividit.* Trisulcus τρίογχος, τριαύλαξ, τρίχιτος, in Gloss. Philox. Plaut. Pœn. a. 5. sc. 2. *Bisulcilingua* quasi proserpens bestia. Ita Aristor. l. 2. de part. animal. c. ult. *bisulcam* linguam serpentibus tribuit. At Virg. exauget: liuguis micat ore *trisulcis*. Idem quoque ait Plin. l. 11. c. 37.

Sulmo, Ovidii patria. Ptolom. σουλμών. Priscis *Solymum*, tradente Sil. l. 9. A *Solymo*, qui comes Æneæ. Ovid. 4. Fast.

Serus ab Iliacis, & post Antenora, flammis
Attulit Æneas in loca nostra deos.
Hujus erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida,
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Sulphur, aut *sulfur* dicitur quasi *Salis furfur*: quia igneas salis vires concocturæ, atque ex salsa materia, vi ignis excretum, in summo gradu retinet: uti bene disputat Bern. Gomes.

Gomes. l. 1. de Sale c. 5. Aliis quasi *sal urens.* Aut quasi *solum urens*, ὅλον πῦρ. Igneæ enim naturæ esse, facile liquet. Inter appellationes chymicas sulfuris est *pirsoli*: quasi Græcolatina, πῦρ Soli, h. e. ignis terræ. Si vox pure Latina sit *sulfur*: quasi *soli ferbor* dicetur etiam. Alias Græca origo arridet, ὅλον πῦρ: *sulpur*, *sulfur*. Gl. Philox. *sulpor bibum*, ἄπυρον. En *sulpor*, quasi *sulpur*: ut ita dictum etymon firmetur. Ovid. dicit, *bibacia Sulphura.* Idem 1. de arte: *Quæ de calido sulphure* ---- Græcis est *Thion*: θεῖον: quia res divina judicatur. Nam in religione suffiri solitum, ad domos expiandas, potentissima res in natura, inquit And. Cæsalp. Etiam θεῖον referetur ad θύω, odores accendo: & inde purgo: unde θύος suffimentum. Et verò etiam θειόω est suffigo & purgo, θυμιάω & καθαίρω. Hesych. θειῶσαι, θεῖον καθαίρεσθαι. Atqui θειόω à θεῖον, θεῖον, quod primo à θεός. Et hæc propria ac vera origo. *Thius* est etiam patruus, ap. Isid. l. 9. orig. c. 6. Ut n. parentes, dii liberis quasi sunt, ut Menander ait: θεὸς μέγιστος τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς: Ita post parentes θεῖοι, h. e. divi iisdem sunt patruus & avunculus. Quod Græci innuunt addentes: θεῖος πρὸς πατρὸς, patruus: θεῖος πρὸς μητρὸς, avunculus. Gloss. Arab. lat. Thius avunculus.

Summa. Qui *summa summarum* male dictum existimat, is Sus Minervam, h. e. barbarus reprehendit veræ Latinitatis lumina. Estque cum *multæ summæ* in assem rediguntur Lucret. est ipsum universum, τὸ σύμπαν, in quo infiniti sunt mundi. Uti inquit:

Sicut summarum summa est æterna ----

Plaut. Truc. a. 1. sc. 1. quam penes amantem *summa summarum* redit. Sen. epist. 40. *Summa summarum hæc erit: tardiloquum te esse jubeo.* Affine est illud Eccles. 12. 14. *Finis verbi omnis auditi.* Quasi dicat: Ad summam. Turn. l. 10. c. 25. & l. 29. c. 34. Dicitur quasi *suprema*: contracte *summa*: Ut *extrema*, *extima.* Ita à superiori membro, Græc. τὸ κεφάλαιον: immo & Heb. ראש, i. e. caput. Gloss. *Ad summam*, πρὸς τὸ πέρας. Aliter visum Scal. de plant. *summum* est concisum, quod integra voce fuit, *supremum.* At *summam* rei cum dicimus, id aliud est, & à

sumen-

sumendo sumtum est. Ut si dixerim cum Plauti parasito: quinquaginta, centum, triginta, sexaginta; miles statim quærit ibi: quanta isthæc hominum *summa* est? Propterea quod accipit ea quatuor membra, quæ sic sibi sumenda jubet miles, ut unus fiat numerus, qui eam ob causam dicatur *summa*. Hæc ille. A quo facere videtur, quod *summatim* idem est, quod breviter, & omnib. quasi simul sumtis, ac comprehensis. Et sic erit præcipuum, τὸ κεφάλαιον: ac supremum. Igitur & prius etymon tolerabile à *super*, *supremum*: aut etymo Scaligeri potius anteferendum. Senec. epist. 71. *Quod summum bonum est, supra se gradum non habet.* A superus, superior, *superrimus*, inde *supremus* & rursum *summus*. Proprie est maxime superus loco, altissimus, celsissimus. Et quia *supremum* respectu certæ χώρας etiam est extremum: pro eodem quoque ponitur. Gloss. Philox. *supremus* ἔσχατος, ὕστατος. Nec non *suprema* sunt extrema vitæ tempora & mors, ut sæpe ap. Tacit. Ammian. & Solin. *Super*, ὑπὲρ ab Hebr. עֵבֶר, i. e. ultra, citra, super. Τὸ Aiin ap. Græc. mutatur in spiritum: ap. Lat. in S vel H. Itaque recte scribitur *Heber*, *Hebræus*. ARa. עָבַר, i. e. transiit, præteriit, trajecit. Ex quo proficiscitur etiam nomen *Hebræi*, ἑβραῖοι, עִבְרִי. Videlicet ab *Heber*, עֵבֶר, i. e. peregrinator. Gen. 10. 24. August. l. 16. de Civ. Dei c. 11. Alii simpliciter ab עֵבֶר, i. e. ultra faciunt, putantque à facinore Abrahami, & ipsum, & posteros ita appellatos. Quod scilicet voci divinæ moriger ex *Ur* Chaldæorum profectus, inque terram Canaan iter facturus Euphratem trajecerit. Unde ab incolis *Iberus*, i. e. trajector, περάτης vocatus. Quod ut verum sit: illud certe Lutheri videtur altioris auræ in c. 14. Gen. *Heber* (inquit) cum reliqui omnes relicta sana doctrina, & vero Dei cultu converterentur ad diversas sectas in illo monstro divisionis linguarum, verum cultum retinuit, & se opposuit idololatriæ Babyloniorum, vicitque scandalum illud horrendum, quod Nimrod cum suis excitavit. Atque hanc ob causam meruit, ut tota ejus posteritas, h. e. Ecclesia ipsa usque ad Christum

Hebræi appellarentur. Hujus sectator cum esset Abraham, *Hebræus* dicitur, non tam propter sanguinem, quam propter religionem acceptam. Quod ad etymon attinet, עֵבֶר, est adverbium, & significat Trans, ultra. Nam Hebr. lingua non distinguit inter citra & ultra. Hinc עִבְרִי, transitor. Hoc nomen *Hebero* fortasse à parente per Spiritum S. est inditum, quod separaturus esset se ab idololatris, nec cum iis habitaturus. Hæc ille. Idem confirmat Perer. l. 5. in Gen. & l. 16. disp. 1.

Sumo, ab αἰσμέω, capite resecto, est suscipio, ὑπολαμβάνω. *Sumtus*, generatim quidquid insumitur, aut aliquo confertur. *A sumo* placet nonnullis derivare τὸ *Sumen*; forte ex illo Plaut. Cap. a. 4. sc. 3. *Quanta sumini absumedo.* At hic joci causa & festivitatis tantum illa assumta παρέγχυσις. Est ab Hebr. שָׁמַן, *schaman*, *saman*, pinguis fuit. Schindler. סַמִּין & סְמִינָה pinguedo, adeps. Tale enim *sumen*: & iccirco venter suillus ita appellatus, ob eminentiam. Quia sus præ aliis pingue animal & succiplenum. Alii opinantur: *Sumen*, quasi suis abdomen. Martial. l. 2. Mammas suminis, imbricemque porci. Et l. 13. Esse putes nondum sumen, sic ubere largo Effluit, & vivo lacte papilla tumet. Evolvatur etiam Plin. lib. 8. c. 51.

Super, ὑπέρ: veluti *sub* ex ὑπό, primitus *sup*, ut antiqua monumenta adhuc testantur. A super *supra*, ut ab infer *infra*, ab inter *intra*: ab exter *extra*: quomodo etiam à con *contra* dicitur. Scal. l. 8. L. L. c. 155. *Contra* est à *Cum*: Sunt enim *contraria* relativa: ergo simul. Fuit autem Græca κατὰ σύν. Nam ἐν fuit particula completiva, ἤτοι. Ea igitur genuit *contra*. Hæc ille. Ut ita *contra* primùm, ex origine significet τὸ simul vel conjunctim: Sicubi alterum cum altero aliqua convenit, vel ei respondet. Quomodo ap. Virg. est. *Italiam contra*. Dein κατὰ συμβεβηκὸς notat etiam τὸ ἀντί, zuwider/aliquam pugnam: dum, ubi duo conveniunt, ita non raro conveniunt, ut se invicem impugnent, & alterum alteri, quæcunque potest, inimica & adversa objiciat. Cic. de

nat.

Digitized by Google

nat. deor. Impia consuetudo est contra deos disputandi. Sed & per *aliter*, *secus*, *ex alia parte*, *potius*, & simili modo, pro sententia jubente, exponi solet. Interim hæc talia ad primam, quam posui, originem facile revocantur. Amplius vero & τὸ ὑπὲρ, Græcor. à tironibus observari eo magis debet, quo inde sententia magis variat: Nam & super & pro & ultra & aliter pro modo textus significat. Eph. c. 1. οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν: non cesso gratias agens pro vobis. Et alibi sæpius. Illud vero, è Cor. 15. 29. interpretes ob particulam ὑπὲρ valde exercuit: εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; id est, Si omnino mortui non resuscitantur, & quid baptizantur ὑπὲρ τῶν νεκρῶν? *Pro mortuis*, ut vet. interpres, Pagn. Erasm. Beza reddunt. Tremell. autem è *Syro*: *Super mortuis*. Quid Paulus vero inibi probet, notum est. Videlicet mortuos sine dubio olim resuscitandos esse. Argumenta producit multa sane & splendida. Quæ inter & hoc. Si mortui non resurgunt: quur subinde baptizantur ὑπὲρ τῶν νεκρῶν? Id est, jam mortuis accensendi vel imminentes vel vicini. Quales certe universi homines, etiam ethnicorum confessione: maxime vero Christiani, & nominatim tempore illo Pauli, quo Tyrannis crudescebat. Ergo baptizbantur ὡς νεκροί, ut jam jam morituri: Sed in spem vero τῆς ἀναστάσεως. Aut τὸ ὑπὲρ expresserit Latinum *ultra*, *post*: quod adhuc commodius, si non potius commodissimorū reor. Nempe si mortui non resurgunt: quid alii adhuc *ultra mortuos*, ut quibus nulla spes reviviscendi, baptizantur? Quorsum ea ceremonia aut Symbolo, quod reapse nihil denotet, opus est? Nonne satius, intermitti baptismum? Aliorum sententiæ hæ sunt. *Epiphan.* contra Cerinth. Bene, inquit, alii dictum hoc interpretantes dicunt, quod vicini morti, ἐὰν ὦσι κατηχούμενοι, si catechumeni fuerint, in hac ipsa spe, ante mortem lavacro digni fiant, ostendentes, quod mortuus etiam resurrecturus sit & propterea indiget remissione per lavacrum. Simplicissima (*addit Matthias Flacius*) expositio est Epiphanii contra Cerinthianos: quod intelligendum

 sit

ſit de iis, qui ſero converſi, aut inter catechizandum ſub mortis acceſſu baptizabantur, ut ſaltim mortuis prodeſſet baptiſmus, quandoquidem finis eorum vitæ jam adeſſet. *Hæc ille.* Chryſoſt. Quando baptizaturi ſumus, jubemus dicere: ὅτι πιστεύω εἰς νεκρῶν ἀνάστασιν, i. e. quia credo in mortuorum reſurrectionem, & in hac ipſa fide baptizamur. Nam poſt hanc ipſam confeſſionem cum aliis, tum demittimus in fontem ſacrorum illorum fluminum. Id igitur in memoriam revocans Paulus dixit: εἰ μὴ ἔστιν ἀνάστασις, τί καὶ βαπτίζῃ ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, τουτέστι τῶν σωμάτων. Καὶ γὰρ ἐπὶ τούτῳ βαπτίζῃ, τοῦ νεκροῦ σώματος ἀνάστασιν πιστεύων, i e. Si non eſt reſurrectio, ecquid baptizaris pro mortuis, hoc eſt, corporibus. Etenim in hoc baptizaris, mortui corporis reſurrectionem credens. *Ambroſ.* ad hunc locum: In tantum, inquit, ratam & ſtabilem vult oſtendere reſurrectionem mortuorum; ut exemplum de eorum, qui tam ſecuri erant, futura reſurectione: ut etiam pro mortuis baptizarentur: Si quem forte mors præveniſſet, timentes ne aut male aut non reſurgeret: aut qui baptiſatus non fuerat, vivus nomine mortui tingebatur. Unde ſubjecit: Quid & baptizantur pro illis? Exemplo hoc non factum illorum probat: ſed fixam fidem in reſurrectione oſtendit. Alii, in quib. & *Martin. Luther.* exponunt de illa conſuetudine, qua primitus Chriſtianis ſuper defunctorum ſepulcra aut tumulos, ſacra unda placuit ablui: & quidem in Symbolon futuræ reſurrectionis. Sed ea conſuetudo an mox ipſo illo Pauli tempore recepta ſit, non ſatis conſtat, *Bulling.* Primum, inquit, argumentum ſumſit à ſuperſtitione illorum, quam non probavit; ſed hactenus uſus eſt, quatenus ſuo inſtituto inſervire videbatur. Baptizabantur quidam ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, i. e. vice vel in commodum utilitatemque (quod ipſis videbatur) mortuorum; Siquidem morte fuiſſent præventi. Illi quidem animas crediderunt eſſe immortales: reſtat ergo, quod propter ipſa ſepulta corpora baptizabant; quod ſine reſurrectionis ſenſu fieri non poterat. Aut itaque reſurrectionem mortuorum eſſe neceſſe eſt, inquit; aut

veſtrum

Digitized by Google

vestrum illud pro mortuis susceptum baptisma supervacaneum esse necesse est. Sed hoc non dabitis cuiquam. Ipso igitur tingendi ritu vestro testameni resurrectionem mortuorum esse. Atqui ad hunc quidem modum interpretarunt omnes, quos ego viderim, expositores sacri, Tertull. Theophyl. Paraphr. Scholiast. & Ambros. Quod si per *enallogen* quis legat: Si omnino non resurgunt mortui, quid *baptizant* super mortuos? Passivum pro activo: Deinde vero ὑπὲρ τῶν νεκρῶν posuerit pro ὑπὲρ τοὺς νεκροὺς, super mortuos: simpliciorem colliget sensum hunc: Ea vero ceremonia, quia omnes pæne gentes super mortua & sepulta corpora baptizant, i. e. tingunt & aquam spargunt rigando, aperte testantur, flaccida ista in terram seminata corpora reflorituга. *Et post*: Proinde videtur Apostolus argumentum præsens ex ritu duxisse Gentilium, quem tamen non probavit, &c. *Beza*: Quintum argumentum à fine baptismi. Quod nimirum, qui baptizantur, pro mortuis baptizantur, id est, ut adversus mortem remedium habeant, quum baptismus sit regenerationis symbolum. *Et post*: Qui baptizantur, ut mors ipsa extinguatur, sive in resurrectionem ex mortuis, cujus symbolum est baptismus. *Id. in ult. Novi testam. edit.* argumentatur Paulus ab illa sepulcrali sive mortuali ablutione & unctione accurate jam inde à patribus usurpata, inter Judæos & in Talmudis tabulas demum relata; immo & à Christianis initio retenta, ut apparet ex Act. 9. 37. Sed paulatim, ut verisimile est, una cum legalib. ejusmodi ritibus abolita, quam fortassis etiam profani à veteribus patriarchis acceperunt. Unde illud: *Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit.* At inter Judæos dubium non est, quin hic ritus fuerit spei de corporum resurrectione quædam tessera & fidei professio. *Fr. Jun.* Quid illud, super mortuis? Illud continuationis sive transitionis est, tanquam si diceret Paulus Ubicunque fuit Evangelium, plurimi obdormierunt in CHristo, hac fide, consilio & fine, etiamque in Ecclesia vestra. Quod si sancti illi viri, qui hactenus obiverunt mortem, sua expectatione & fide declusi sunt; quid ergo à superstiti-

 bus

bus idem amplius agitur? Quur ita ad adhuc pergitur in Ecclesia, & qui nunc vivunt, mortuos in eodem officio persequuntur, si inania sunt omnia? Quur si mortui spe sua exciderunt, viventes desipiunt mortuos miseros imitando & super irrita illorum fide irritam faciunt suam? Hæc vocis ὑπὲρ & *super* significatio Græcis & Latinis auribus non insolens. Liv. 2. ab urbe condita, *super* bellum annona premente, id est, præter, & sexcenta alia. *Hæc ille.* Atque tot sententias huc congerere visum fuit, ut junioribus maxime planum fieret, quam una vocula totam sæpe periodum obturbet, & interpretibus negotium facessat: Quamque eadem scite, ac pro re nata exposita, multas ambages præcidat. Quod non nisi accuratiori linguarum cognitione fieri potest.

Superstitio. Analogia hæc est: ut à statum statio: ita, à *superstitum superstitio.* Quæ vero causa istius deductionis, nondum omnibus interpretib. convenit. Si verbum putemus ipsum, videtur *superstitio* nominata ex iis, quæ vel *insuper* vel *desuper instant* & imminent, adeoque metu superorum, homines percellunt. Id enim τὸ *Super* innuit. Hinc & Græc. est δεισιδαιμονία: quando dæmonum metus incessit homines. Qua de integr. libellum scripsit Plutarch. Gloss. Philox. Superstitio θρησκεία, δεισιδαιμονία. *Superstitio* (inquit Ob. Gifan. in Indice) *Lucretio videtur dicta, quod superstet vel superinstet mortalibus horribili adspectu.* Lucretii versus sunt l. 1.

Humana ante oculos fœde cum vita jaceret
In terris oppressa gravi sub religione:
Quæ caput à cœli regionibus ostendebat,
Horribili super adspectu mortalibus instans.

Serv. ad hunc vers. 8. Æn. Virg. *Vana superstitio veterumve ignara deorum;* Sic notat: Superstitio est timor superfluus & delirus. Aut ab aniculus dicta superstitio, quæ multis *superstites* per ætatem delirant & stultæ sunt. Aut, secundum Lucret. superstitio est *superstantium* rerum, id est, cœlestium & divinarum, quæ *super nos stant,* inanis

nis & superfluus timor. Hæc ille. Senec. epist. 123. *Superstitio error insanus est, amandos timet: quos colit, violat.* Sed audiamus & Cic. è lib. 2. de Nat. deor. *Qui totos*, inquit, *dies precabantur & immolabant, ut liberi sui sibi superstites essent*, superstitiosi *sunt appellati.* Quod nomen patuit postea latius. Et hoc ἐτυμον probat Fulgent. Placiades 1. mythol. Sed abnuit vero Lactant. quem l. 4. de vera Sap. c. 28. ita disputantem cernimus: Cic. in lib. de Nat. Deor. secundo dicit ita: Non enim Philosophi solum, verum etiam majores nostri superstitionem à religione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut sui sibi liberi superstites essent, superstitiosi snt appellati. Qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinerent, retractarent, & tanquam relegerent, ii dicti sunt religiosi ex relegendo, tanquam ex eligendo elegantes, & ex diligendo diligentes, & intelligendo intelligents. His enim omnibus inest vis legendi, eadem quæ in religioso. Ita factum est in superstitioso, & religioso, alterum vitii nomen, alterum laudis. Hęc interpretatio quam inepta sit, ex re ipsa licet noscere. Nam si in iisdem Diis colendis & superstitio & religio versatur, exigua, vel potius nulla distantia est. Quid inim mihi afferet causæ, cur precari pro salute filiorum semel religiosi, & idem decies facere superstitiosi esse hominis arbitretur? Si enim semel facere optimum, quanto magis sæpius? si hora prima, ergo & tota die. Si una hostia placabilis, placabiliores utique hostiæ plures, quia multiplicata obsequia demerentur potius, quam offendunt. Non enim odiosi nobis videntur ii famuli, qui assidui, & frequentes ad obsequium fuerint, sed magis chari. Cur igitur sit in culpa, & nomen reprehensibile suscipiat, qui aut filios suos magis diligit, aut Deos satis honorat, laudetur autem, qui minus? Quod argumentum etiam ex contrario valet. Si enim totos dies precari, & immolare criminis est, ergo & semel. Si superstites filios subinde optare, vitiosum est, superstitiosus igitur & ille, qui etiam raro id optaverit, aut cur vitii nomen sit ex eo tractũ, quo nihil hone-

 stius,

ſtius, nihil juſtius optari poteſt? Nam quod ait, religioſos à relegendo appellatos, qui retractent ea diligenter, quæ ad cultum Deorum pertineant: cur ergo illi, qui hoc ſæpe in die faciant, religioſorum nomen amittant, cum multo utiq; diligentius ex aſſiduitate ipſa relegant ea, quibus Dii coluntur? Quid ergo eſt? Nimirum religio veri cultus eſt; ſuperſtitio falſi. Et omnino quid colas, intereſt non quemadmodum coles, aut quid precere. Sed quia Deorum cultores religioſos ſe putant, cum ſint ſuperſtitioſi: nec religionem poſſunt à ſuperſtitione diſcernere, nec ſignificantiam nominum exprimere. Diximus nomen religionis à vinculo pietatis eſſe deductum, quod hominem ſibi Deus religaverit, & pietate conſtrinxerit: quia ſervire nos ei, ut Domino, & obſequi, ut patri, neceſſe eſt. Melius ergo id nomen Lucretius interpretatus eſt, quia ait religionum ſe nodos exolvere. Superſtitioſi autem vocantur, non qui filios ſuos ſuperſtites optant (omnes enim optamus) ſed aut ii, qui ſuperſtitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus ſuis ſuperſtites, celebrant imagines eorum domi, tanquam Deos penates. Nam qui novos ſibi ritus aſſumebant, ut in Deorum vicem mortuos honorarent, quos ex hominibus in cœlum receptos putabant, hos ſuperſtitioſos vocabant: Eos vero qui publicos & antiquos Deos colerent, religioſos nominabant. Unde Virgilius, 8. Æn.

Vana ſuperſtitio veterumq; ignara Deorum.

Sed cum veteres quoque Deos inveniamus eodem modo conſecratos eſſe poſt obitum, ſuperſtitioſi ergo, qui multos ac falſos Deos colunt. Nos autem religioſi, qui uni, & vero Deo ſupplicamus.

Supinus, ὕπτιος, qui dorſo incumbit, ut faciem convertat in cœlum. Dicitur à *ſub*: prout ſignificat, quod *infra* eſt, ſed reſpiciens ſurſum. Quomodo Græc. ὕπτιος, ex ὑπὸ. Agell. l. 13. c. 9. *Supinus*, ὕπτιος. Scalig. in Ariſt. hiſt. animal. l. 1. cap. 2. Sicut ὕπνος *ſomnus*: ita ὕπτιος ab antiquis *ſupus*. Poſtea ut à liberto *libertinus*: ita ab hoc *ſupinus*. Πρηνὴς iiſdem pænè elementis, *pronum*. Utroque

utitur

utitur Homerus. ὕπτιος ἐν κονίῃσι. Et πρηνὴς ἐς πεδίον. Utrumque divinus poeta imitatus. *Hæret curru resupinus inani*, & *Pronum sterne solo*. Est igitur *supinus*, qui cœlum versus habet faciem: *Pronus*, qui ad terram. Itaque colles *supinos* appellavit idem in 3. Georg. quorum non essent ad amussim directa latera, sed cœlum versus surrecta. *Pronum* autem aurigam in verbera, i. e. inclinato vultu designavit idem. Quibus rationibus apud Latinos id intelligitur *supinum*, cujus partes, quæ aut rectæ aut infernæ debent esse, sursum versum, inversæ spectant: *pronum* è contrario. Aristoteles vocabuli originem potius est sequutus. Est enim ὕπτιον, quod τὸ ὑπὸ notet. Cum igitur nostrum *supinum* superas spectet: ὕπτιον quod inferas: quis ὕπτια poterit *supina* interpretari? *Supinus* denominativum est: significatque eum, qui *supas*, id est, infernas partes inversas habet.

Supparum. Festus, *supparus* lineum puellarum vestimentum, quod & subucula appellatur. Ad quod Joseph. Scalig. recte (inquit) jam & supparum esse omne lineum velum, etiam verum est. Ita enim & vela in navibus vocabant. Unde Lucanus, & Seneca dixerunt, *suppara* velorum. *A suppar*, ut sit *par*, sive æquale, quod supra induatur: teste Varrone lib. 4. L. L. Commodius ab ὑπὸ sub & φᾶρος, id est, pallium, velum. Nec obstat quantitas primæ, ut suspicetur aliquis: Corripitur enim etiam; Ut apud Hesiodum, & in compositis: ut in βλέφαρον: quod dicitur, quasi τοῦ βλέποντος φᾶρος, tegmentum oculi. Φᾶρος ab Heb. פָּרֹכֶת, i. e. velum, operculum. Aliud est *pharos*, i. e. turris magna insulæ Ægypti, versus Alexandriam: sic dicta, quod flammarum indicio longe videatur à navigantibus: à φῶς & ὁρᾶν, ut placet Isid. l. 15. vel mutatione literæ, à φανός, i.e. lucidus, item fax, lampas, Plin. l. 36. c. 12. Strab. l. 17. Ammian. l. 22.

Surculus quasi *surgulus*: quia in arbore surgit & subnascitur. Scalig. Exerc. 140. Surculum esse stipitis partem, aut rami, & ratio vocis indicat, & declarat usus. Nam vox deminutionem notat, à suro. *Surum*, palum

 dice-

Digitized by Google

dixere prisci. Unde & *sura* in homine. Sanctæ linguæ est שׁרק, *sorck*, i.e. surculus tener, & flexibilis.

Surdus, ab Heb. חֵרֵשׁ, quod idem. Nec mutatiuncula illa sordescat tibi. *Absurdum*, quasi à surdo: h. e. ineptum, inconveniens: quo modo ap. Græc. κωφὸν. Ad quod surdus, quam audiens esse malis, ἀσύμφωνον. Quanquam & *surdum* significet id, quod non auditur, non gustatur, non olfit, non videtur: quod etiam Lexica assignant. Gloss. *absurdum*, ἀπρεπὴς ἀπὸ σώματος.

Sutor, à sutum, suo: ut altor ab altum, alo: pistor à pistum, pinso. Ut à suadeo suadela: ita à *suo sutela*: est etiam fraus, quomodo & *consuti doli* dicuntur, quia mire suuntur & confarcinantur. Ut Græcis est ῥάπτειν δόλον. Ita *Sutilis* à sutum: ut fictilis à fictum: plexilis è plexum: nexilis à nexum. Et amplius ut à fatum fabula, à clausum clausula: ita à situm *subula*, h. e. instrumentum, quo suitur. *Subulo* cervus ap. Plin. l. 11. cap. 37. cui cornua simplicia ad *subulæ* modum. Etiam *subolo*, ap. Festum est tibicen, αὐλητὴς: ita dictus à tibia oblongiori, in acutum desinente instar subulæ. *Suo* à σύω: quod vivit adhuc in comp. κασσύω, καττύω, ἐπικαττύω. Καττύω, vel κασσύω quasi καταισύω, à κατὰ. Ita Cretenses solebant: καββαλεῖν, pro καταβαλεῖν. Ut litera præpositionis migret in vicinam: quod nec alibi insolens. Græc. ῥάπτω, ῥαφὶς, ab Heb. תָּפַר, i. e. suit.

Syllogismus, συλλογισμὸς, à συλλογίζομαι, λογίζομαι: primum est λέγω. Syllogismus Latine est argumentatio: aut propius, *ratiocinium*. Gloss. Cyrill. λογισμὸς λογισθεὶς, ratiocinium. Marc. Capella & Sever. Boeth. vertunt *ratiocinationem*. Cap. Finck. doct. Syllog. c. 1. aliquot paginas in eruendo etymo, aliorumque sententiis percensendis consumit: atque ipsi denique arridet magis notatio à συλλογῇ τοῦ λόγου, h. e. Collectione rationis. Ratio enim tum colligi dicitur, quando conclusio infertur. Et sic Syllogismus nomen habet à conclusione potius, quam propositionibus. Hæc ille. Cui jam favet, quod Syllogismus Ciceroni est *rationis conclusio*: inter-

interdum & *argumenti conclusio*. Summa vero omnium, quos ibi laudat Finck. in idem redit; licet non omnes æque se explicent. Primum est λέγω. Hinc λόγος, λογίζομαι, λογισμός: & addita σὺν particula societatis & collectionis, συλλογίζομαι, συλλογισμός. Ex eo demum colligitur, qui propriè λέγω, quid item λόγος: & tandem quid Syllogismus. Gloss. συλλογισμός. *Computatio*, *pensatio*. Sed nihil Latio est, quod presse Græcorum satisfaciat: Ut satius sit Græcorum συλλογισμὸν in orbem Romanum admittere.

Syncope, figura usitata: ut *virûm* pro *virorum*. Rectius sentit Scal. c. 85. L.L. ὁμήρων, nobis non licuit servare, *Homerum*. Eadem enim fuisset vox cum accusativo: itaque caudam illam addidere, *Homerorum*: sane insuavem, quam etiam caudata litera explerent, R. scilicet. Ac per initia quidem, ut Græci loquebantur, sic Nos loquutos puto: ut censeam & *Meûm*, *Deûm* & *liberûm* dixisse pro *Meorum*, *deorum*, *liberorum*. Συγκοπὴ, συγκόπτω, κόπτω. ab Heb. קָפַד, præcidit: קָטַף, abscidit, amputavit. Item, חָטַב, cecidit ligna, resecuit.

Syngrapha, συγγραφὴ proprie & ad verbum est *conscriptio*. Postea dicitur syngrapha: quia ex utriusque contrahentis, sic rei consensu facta est. Fortasse etiam uterque nomen suum subscribebat, atque [etiam suo annulo obsignabat. *Graphicus* γραφικός, id est, ad unguem factus, venustus, scitoque ingenio, & quasi pictoris manu expolitus. Nam & γράφειν pingere est: γραφίς, stilus, penicillus. Ovidius *graphium* vocat, quo in pugillaribus scribitur. *Graphis*, autore Budæo, est lineamentorum ductus, & umbratilis pictura futuri operis. Verius tamen *graphium* & *graphidem* idem valere putetur. Ap. Mart. l. 14. epig. 18. *graphiarium*. Ap. Plautum *graphicus* nugator, Bacch. *Graphicus* fur, *graphice* exornari, Trin. *Graphicus* mortalis, Pseud. *Graphice* facetus, Pers. Hinc explicatur illud etiam Stich. a. 2. sc. 1. *Ex pictura astitit*. Scal. l. 3. poet. c. 33. verbo γραφικῶς designavit Plaut. quod hominem *ad unguem factum* Horat. *Grammatica*, γραμματικὴ, ἀπὸ τοῦ γράμματος. A principiis vocis, quæ & primitus ea considerat.

siderat. Latine ad verbum *Literatura*. Quinct. l. 2. c. 1. & 15. *Chirographon*, est manuscriptum. *Programma*, πρόγραμμα προγράφω, i. e. ante scribo. Hoc enim πρὸ. Inde programma etiam publice propositum. *Typographia* vulgo est officina, seu locus, in quo libri imprimuntur. Debebant *Typographeon*: sicut ζωγραφεῖον est officina pictoris. *Typographia* vero notat actionem: sicut νομογραφία legum scriptionem. A γράφω faciunt quidam Lat. *Scribo*. Ac primo τὸ γράφω est stilo literas figuro. Ita Homerus utitur Iliad. 3. γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ. Ubi Eustathius γράφειν exponit per τὸ ξέειν: idque ex usu veterum prisco. Eodem respectu duci etiam potest *scribo*, à σκάριφος, i. e. stilus. Nam primò *scribere* erat stilo pingere & notas in dura materie relinquere. Hesychius: σκάριφος· ξέσις, γραφή. Et, σκαριφᾶσθαι ξύειν, σκάπτειν, γράφειν. Ut à natum *natura*: ita à scriptum *scriptura*: propriè ex origine est opus scribendo factum, nec non motus, quo fit scriptura. A scriptum *scriptulum* & post eliso T scripulum & κατ' ἀντίστοιχον *scrupulum*, h. e. nota parvæ mensuræ, aut ipsa etiam mensura minor. Latino respondet Græcum γράμμα. Gl. Philox: *Scripulum* γράμμα, σταθμὸς. Græc. γράφω & Latin. *scribo* etiam aliqua accedit ad Hebr. גרף, i. e. compræhendit, convolvit. Aliis *Scribo* videtur esse à ספר, i. e. uumeravit, scripsit. Unde etiam ספר *sopher*, scriba, jurisperitus. *Scriptum*. γραπτὸν. Ut *nubo nuptum*. B in P, sic γράφω γραπτόν: φ in π. Nonnullis placet *Scribtum*: ut thematis litera maneat.

Syrupus: quod aliter *serapium*, σεράπιον Actuario. Nic. Myreps. *syrupus* est δροσάτον, ut monet Fusch. A δρόσος: ut notet succum quasi *roridum*. At Meurs. in Lex. Græco-barb putat mutilatum esse, pro ὑδροσοσάτον. Sed unde *syrupus*? Dicitur quasi συρίας ὀπὸς: succus, quo Syri, populus delicatissimus, impense delectabantur. Aliquid hoc. Et verò, si Græca vox, rectè ducetur à σύρω & ὀπὸς quia fit *extractus succus*. Quanquam antiquioribus Græcis vix *syrupi* nomen, ejusque parandi modus innotuit: ut monet etiam Renod. Instit. pharmaceut. l. 3. cap. 2. Simon Janu-

Januenſ. in clave ſanationis: *Sirupus eſt ab Arabico* Sirab, *quod eſt potio. Ubi nos ſirupum habemus, Arabes habent* Sirab.

T.

T*Abes*, nimia corporis attenuatio & macies, τηκεδών. Scal. τηκτικός, liquefaciens. Unde Latina vox *Tabes*, τήκω, τήκει βίος. *Liquefacit* autem: quia partium ingreditur ſoliditatem & ſolvit, ut ignis metalla, & lapides fuſiles. Hæc ille. Etiam claſſicis autoribus *Tabes* eſt τῆξις: *Tabeſcere* τήκεσθαι aut liquefieri. Ovid. 3. de Ponto:

Tinctaque mortifera tabe ſagitta madet. Lucret.

Tabifici radii ſolis -----

Id eſt, qui liquefaciunt nives. *Nix tabida*, i.e. quæ liqueſcit, ap. Liv. Item *prima tabe nivis.* ap. Lucan. l. 10. Sicut *tabes nimborum*, iterum in Lucret. i. e. qui arbuſta liquefaciunt & ſolvunt, ut putrida fiant & inutilia. Nimia enim humiditas noxia. Cato: *ſal tabeſcit.* Ipſe Cic. dureſcit humor; & idem viciſſim mollitur tepefactus, & *tabeſcit calore*, i.e. liquatur, & ſic attenuatus evaneſcit in aërem. *Tabeſco*, igitur eſt proprie liqueſio: *Tabes* eſt τῆξις. *Tabum*, ſanies aut ſanguis putridus. Et *fluere* dicuntur *membra tabo*, ap. Poetam. Hebr, aſſonat דְּאָבָה *deabah*, i. e. tabes, mœror. A Rad. דָּאַב, i. e. contabuit, elanguit. Et τήκω, τάκω, fit à חָתַךְ i. e. liquefecit, incidit: aut נָתַךְ corrupit, diviſit. *Tabanus*, muſcæ genus: Sic dicitur, quod corpore tabeat, i. e. gracilis ſit. Ita σφήξ eſt veſpa & cuneus: & σφηκώδης gracilis.

Tabula, Scal. cap. 31. L. L. Etiam falſo mutant in R, illo exemplo *Tabula*, *Taberna*. Nam *tabula* fuit deminutivum nominis, quod nunc non extat: à quo *taberina*, ut ſuterina, tonſterina: Sed in his E abiit. In *taberina* ſublatum eſt I. Omnino autem à tabula etiam *tabulerna*, ſicut naſiterna. Eſt autem T*aba* & *tabula*, παρὰ τὸ τάζω: quoniam tabulata inædibus & ulmis planitiem extendebant. Aut ulterius *Taba*, à תָּא, i. e. conclave, tabulatum, πρόκοιτον, procœton. 1. Reg. 14. 28. Τάζω à שָׁטַח, extendit, dilatavit. A tabella fit *tabellarius*, quod

adje-

adjectivum. Lex tabellaria, qua populus jubebatur tabella suffragium ferre. Cic. Non fuit latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. *Tabellarius* etiam, qui portabat tabellas, h. e. epistolas. Pro eo rectius hodie nobis est ἐπιστολεύς, γραμματοφόρος, cursor. Olim autem prius, quam chartha & membrana fuit inventa, tabulis vel acernis, vel faginis, vel abiegnis, vel buxeis, vel citrinis, etiam eburneis, vel id genus aliis, inscribebant sensa animi sui, & alio mittebant. Hinc *tabulæ, tabellæ* pro epistolis: ap. Romanos. Cujus generis sunt & *codicilli*, *codex*, *liber*; quibus nos hodieque utimur, ex antiquitate illa: quamvis materia nobis melior suppeditet, non autem vox. Plautus morem istum posuit in Pseud. act. 1. sc. 1. Per *ceram & lignum*, uti legit Lips. epist. Inst. c. 1. alii vero malunt *Linum*) *literásque interpretes*. Lignum cui literæ inscriptæ erant scilicet polito aut dolato. Etiam Homerus: γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ, scripsit in tabula plicata. *Ambrosius* in l. de Tobia: Causanti (debitori) incumbunt dicentes: Cum possides tua prædia. Nos nostram pecuniam non habemus. Aurum dedimus. *Lignum* tenemus. *Lignum*, id est, chirographi tabulæ: Item Claudius: Quod vulgo dicitur, liberis datam bonorum possessionem contra *lignum* esse. Id est, contra tabulas testamenti vel chirographi. Cæterum à taberna est *contubernium*, *contubernalis*, qui sub iisdem tabernis degit. Festo, *attubernalis*, id est, habitator continuæ tabernæ. In primævo idiomate invenitur טִפֵּל, concinnavit, assuit. Item, à taberna *tabernarius*. Diomed. l. 3. Tabernariæ fabulæ dicuntur, humilitate personarum & argumentorum similitudine, comœdiis pares, iu quibus non magistratus regesque, sed humiles homines & privatæ domus inducuntur: quæ quod olim *tabulis* tegerentur, communiter *tabernariæ* vocabantur. Sic in Cod. Justiniani sæpe, *tabernariæ* personæ, i. e. humiles ac sordidæ. Etiam à taberna *tabernaculum*, tugurium tabernæ simile.

Tada,

Tæda, male sine diphthongo scribitur: quia δᾷδες, δαϊδὶς, per inversionem. Nec aliunde nostrum *Titio*. Est vero δᾷδες fax magna & ardens: ut & δαΐς & δᾴς, à δαίω, i.e. flagro, uro, ardeo. Etiam אוד Hebræis est *titio*: אד vapor. Vertitur δαλός. Jes. 7. 4. & alibi. Inde *titio* & δαίω ducitur.

Tædet, *tædium*: scribitur etiam simplici E, *tedet*, Gl. Cyr. σπλαγχνίζομαι *tedo*. Et ita mavult etiam scribere Scalig. in Hist. Aristot. de anim. l. 7. c. 4. *Tedium*, inquit, est languor animi suspensi morâ. Τήλιον fuit longum antiquis: unde *telum* & *tela* & *mustela* & *tedium*: ut ne frustrà laborent scribere cum diphthongo. Hæc ille. A tedet est *tetrum*, h.e. fœtum colore, quod tedeat adspicere. Scribitur quoque *Tætrum*, uti communiter *Tædet*. A teter *tetricus*, h. e. teter vultu, severus. Gl. Philox. Tetricus αὐστηρός.

Talassius. Scalig. l. 1. poet. c. 50. Latini Talassum sive Talassionem, quare vocent in ambiguo est. Illud constat in raptu Sabinarum nomen inventum. Hersilium forma præstantissimam cum Romulo regi ferret unus è Pastoribus, ne ab obviis interciperetur, interpellantibus respondisse dicitur, eam sese ferre *Talassioni*. Alii militem sic vocatum, qui primus rapere inciperit. Et c. 101. historia est à Plutarcho scripta. Ambigit tamen indene, an à lanificio ducta sit ea vox: τοὺς ταλάρους enim etiam ταλάσιους vocatos ait, in quibus lana contineretur. Hæc ille. Nos posthabitis reliquorum opinionibus, aliud scrutabimur etymon:

Qua res, qua ratio suadet -----

Igitur *Thalassius* aut *Thalassio*, vel *Thalassius* est præses nuptiarum, omnium approbatione. Servire *Thalassio* est Venerem sectari: sive, operam dare liberis, ut ait Cic. ad Pætum. Venus è mari orta fingitur à poetis. Caussam Physici solertissime exponunt. Nam & humiditas opido promovet generationem atque incrementum: & salsedo stimulat Venerem; ut diximus in dictione *Venus*. Quæ ergo causa quur non à θάλασσα formetur? Θαλάσσιος est marinus, aut pontigena: ita enim Ve-

nus

nus describitur. Nec pauci, quamvis ignari originis, Thalassius scribunt: H inserto: sane rectius, cumque duplici, S.

Talentum, τάλαντον: παρὰ τὸ τλῆναι τὸ βάρος, Isid. l. 17. c. 24. *talentum* summum esse pondus perhibetur in Græcis. Fannius. Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis. Nam nihil his obolove minus, majusve talento. Etiam Budæus de asse l. 2. & 3. consulatur: nec non C. VVaser. l. 2. de numis Hebr. c. 16. & Capell. de numis & ponderibus.

Talitrum, dicitur à *talus*, quo fieri solet. Talitrum fit *medio digito adducto in sinum pollicis. & cum impetu abducto*, ut describit Scal. in Arist. hist. anim. l. 1. c. 9. *Talipedare*, itidem à *talis*. Ita enim Festus explicat. *Talipedare*, inquit, *antiqui dicebant pro vacillare pedibus lassitudine quasi trahat pedes, ut talis videatur insistere, aut identidem tollere pedes*. Est *talus* ossiculum prope quadratum, intra infimos tibiæ & suræ processus compræhensum, quod à malleolis excipitur & sub eis reconditur. Commodè formatur *talus* à τλῶ, tolerare, ferre: quia ad lationem animalis confert. De *talo* multa differit in Arist. hist. anim. l. 2. c. 7.

Talpa, Gr. est. σπάλαξ ἢ ἀσπάλαξ, à σπαῶ. Fodit enim & eruit terram. Ita etiam Heb. חֲפַר à חֲפֹר פֵּרוֹת fodit. Latini nomen ex eo fecerunt, quod αἰὼ κάτω θρυλλῶσι: Cœcutire talpam. Τυφλὸς τυφλὴ & τυφλά. Dein κατ' ἐνάλλαξιν, τυλφὰ, τάλφα: ut τήγανον τάγηνον: δαρτὰ δρατὰ: κάρτος, κράτος. Isid. l. 12. c. 3. *Talpa* ideo dicta, quod sit damnata cœcitate perpetua. Quanquam illa τυφλότης non accipienda ex indole vulgi, ὡς στέρησις: sed κατὰ σύγκρισιν. Neque enim omnino cæca est talpa: sed videt, licet non eo more aut modo, quo cœtera. Ejus insunt oculis tunicæ omnes, præter unam: etiam humores, qui sufficiant. Aristot. inter alia: Ἀφαιρεθέντος τοῦ δέρματος ὄντος παχέος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς κατὰ τὴν χώραν τὴν ἔξωθεν τῶν ὀμμάτων, ἔσωθεν εἰσὶν οἱ ὀφθαλμοὶ διεφθαρμένοι, πάντα ἔχοντες ταῦτα τὰ μέρη τοῖς ἀληθινοῖς. Plin. l. 11. c. 37. Talpis visus non est. Oculorum effigies inest, si quis prætentam detrahat mem-

membranam. Quomodo visus non est? ὀφθαλμοὺς μὴ γὰρ ἐν τῷ φανερῷ οὐκ ἔχει. Limitemus enim. Quippe ubi oculus, ipi visus. Aut is temere factus. Virg. 1. Georg.:

Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

Non dicit cœcos, sed oculis capros: bellissime ut solet. Pomp. Sab. *capti, id est, privati oculis*: sed falso. Quis enim privavit? Ante ergo viderunt. Recte Serv. *oculis capti*; h. e. oculis debiles. Recte inquam. Nam cætera, quæ addit, priorem istam ἐξήγησιν jugulant. Ut igitur captus pedibus, non est ἄπους, sed cujus pedes detinentur, ne ambulent: Ita captus oculis, non est cœcus, sed cujus oculi laborant. aut teguntur. Tales oculi talpæ, id est, tecti membrana aut cuticula; ut, quantum opus sit, per illos videat. Quid autem? lucem forte objectam: quam non appetit; sed potius aversatur, tanquam inutilem atque noxiam, ob levitatem. Præclare Scal. Ex. 144. Talpæ oculi dati sunt, non ad appetendum, quæ videat, sed ad fugiendum, quod illi visui, atque ejus vitæ noceat: ut occurrentem forte lucem sibi perniciosam cum patriis, nativis, salutaribus latebris commutet illico. Idem legatur in Arist. hist. anim. l. 1, c 9.

Tango, θιγγάνω, θίγω, ejusdem significatus; antique *Tago*. Ab Hebr. נגע, id est, tetigit. *Tagax* pro fure, Lucill. *Tax*, à sono tagentis. Plaut. Pers. a. 2. sc. 3. *Tax tax* tergo meo erit: factum græca imitatione λὰξ καὶ πὺξ: & respondet quoque sono, qui è vapulante resultat. *Contagium* à tactu. Analogia talis: Ut ab adigo adagium: ita à *contigo*, *contagium*. Passim est morbus, qui contactu inficit. Gloss. *Contagia*, νόσοι ἐν παρατριβῆς. Lucret.

Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

At χρωτώτερον. Arnob. l. 2. Utrum sapor in rebus sit an palati contagionibus fiat. *Contingo*, item *contiguum*, quod se mutuo tangit, ut à contineo continuum: sic à *contigo* contiguum. Item *Tignum* ad ædificia adhiberi solitum, ut inde contiguitas oriatur. Sive rectius, ut lego lignum, sic à tego *tignum*, etiam assentiente Ulp. *Pertica* quasi pertiga. Quomodo etiam Hispani *pertiga* dicunt.

Digitized by Google

Scal. in Th. de pl. Græci non habent vocem, qua nostram exprimant *perticam*, virgam longiorem. *Latam* Vascones vocant, in dimetiendis agris adhiberi solitam, à *pertingendo*. Rusticum instrumentum ad fructus decutiendos. *Integer* etiam, *integrare*, *attegrare*, *attigere*, non aliunde manant. Scal. meminit in Fest. *atteger est* προσθιγής, qui tactus & deminutus est. *Attigere* enim veteres, pro attingere: ut contra *integer* ἀθιγὴς, ἄθικτος. Itaque *integer* est non tactus, non imminutus: sed totus quasi, & incolumis. Agel. l. 2. c. 6. *taxo* pressius crebriusque est, quam *tango*: ut frequentativum. Significat quoque æstimo, precium constituo. *Taxatio* est æstimatio. Scilicet à frequenti illo *tactu*, aut *tractatu*, qui, ubi quid æstimandum & ponderandum, requiritur. *Duntaxat*, à *dum* & *taxo*: quasi dicas, *dum* hoc crebrius *tangit*, aut dum hoc æstimat. Manut. *dumtaxat*, per M, è veterib. libris & lapidibus asserit.

Tantalus, à τάλας, quasi παντάλας, aut ταλαίπωρος. Fabula etiam pueris nota.

Horat. 1. Sat 1.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
---- Flumina

Τάλας ab Hebr. דָּלַל, *dalal*, exhaustus est: דַּל, exhaustus, miser, ærumnosus.

Tartarus, τάρταρος. Ipsa vox aspere & horrendum sonat. Διὰ τὸ ταράσσεσθαι ἐκεῖ τὸν ἀέρα, vel quoniam opacis suis tenebris ταράσσει & ταρβεῖν ποιεῖ, id est, exterret atque stuporem incutit. Quod congruit cum sacris etiam. Ut 2. Petri 2. 4: Angelos σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους. Ubi Syrus ponit: *Usq. ad inferos* לְשִׁיוּל *depressit eos. Tartarino*, cum dixit Enn. horrendo & terribili Verrius vult accipi, à Tartoro; Fest. Multa de Tartaro congessit H. Sanford. Coomflor. Angl. de Desc. Christi ad inf. l. 2. Quæ videre præstat. Est & nomen gentile, *Tartarus*, *Tartari*. Ita enim communiter vocati solent populi illi Tauricæ Chersonesi: de quib. ait Haith. Arm. Mart. Proniov. & Full. l. 2. misc. c. 5. *Tartari*, inserto R: cre-

R: credo, ad immanitatem ita simul innuendam. Aliàs Germanis sunt *Tatern*: Ungaris *τεῦρε*. Et Joh. Lewenclav. à fluvio *Tatar*, quem accolunt: Haithonus à provincia ipsa *Tatar*, quam incolunt, dici *Tataros* aut etiam *Totaros*, existimant.

Tapes, *τάπης*, quasi *πάτης*, à *πατεῖσθαι*: dictantibus ita Græcis. Malim ab usu: scilicet ab Hebr. עָטַף, i. e. amictus vel opertus est. *Amphitapa*, ut ait Isid. l. 19. c. 26. sunt ex utraq; parte villosa tapeta. Vel, ut ait Nonius sunt vestes villosæ, utrinq; habentes villos. Quod & Baifius probat in lib. de re vest. c. 14. & dicit, id genus vestis utrinque villosum. Varro in Mævio: Alterum bene acceptum dormire sub amphitapa bene molli. Lucil. Sat. 3.

Psilæ atq; *amphitapæ*, villis ingentibu' molles.

Psila, *ψιλὴ* scilicet *τάπης*, i. e. tapes villis carens. Aliàs *ψιλὸς* est nudus. Pollux. l. 10. onom. c. 9. *ἀμφιτάπης* & *ἀμφίταπις* vocat. Etiam Latino utitur Ulpian. Ap. Plaut. Stich. a. 3. s. 1. consuta tapetia: item Pseud. a. 1. sc. 2. *belluata*, ab imaginibus belluarum, quæ erant intextæ *ζωωτά*. Non dissimile, quod Tremel. illud Ex. 35. 17. *Kelaim*, קְלָעִים à קָלַע, *kalah*, interpretatus est Tapetes *ocellatos*.

Tata, quid sit cum aliis expromit Scal. l. 1. in Auson. Ego puto verum esse, *Abare*, & esse *ὑποκορισμὸν*; quo frater, aut soror, fratrem, aut sororem compellat. Suid. *ἄπφα ἀδελφῆς ἢ ἀδελφοῦ ὑποκόρισμα*. *Ἄπφα* igitur fratris appellatio, ut *τέττα* minoris ad majorem. Sic Latine *Aba*, quo frater fratrem: *mamma*, quo junior anum appellat: *Tata* quo junior senem.

Mart. l. 1.

Mammas atq; tatas habet Afra: sed ipsa Tatarum
Dici, & mammarum maxima mamma potest.

Tata plane Græc. *τέττα*. *Τέττα γέρον*, Homer. Et in inscriptione vet.

M. ELpidius Pamphilus.
Plaroni: Tatæ *suo*
Bene merenti fecit.

Hæc ille. Ex Syriaco aut Hebr. illa omnia, *Tata*, *τέττα*,

Atta, aba, ἄπφα: suntque verba, quibus blandimur, more puerorum lallare incipientium: quibus amica & fere naturalia sunt ista: *atta, etta, τέτια, teta, tata*. Usus postea discrevit.

Taurus, ταῦρος, & inde Danicum Tiur. Scal. Ex. 206. f. 3 an *thur* à tauro sit vox corrupta, nescio. Id non me latet: *Taurus* vocem Syram esse, atque una cum aliis à Cadmo importatam, qua utuntur quoque Arabes, *Taur*. Et c. 38. L. L. à Syris hodie & à Mauris, qui inde advecti sunt, *Taur*, bovem discimus. Origo scilicet Hebr. שׁוֹר i. e. taurus, bos: ita dictus à torvo visu, aut à forma insigni. Chald. תּוֹר. A Rad. שׁוּר, i. e. inspexit, intuitus est. A quo & Græc ὁρῶν. Fest. *Tauras* vaccas steriles appellabant, ait Verr. quæ non magis pariant, quam Tauri. Sed vero similius sit ex Græco dictas, quia Græci ταύρους appellant. *Centaurus*, à κεντεῖν ταύρους: ob immanitatem.

Virg. 2. Georg:

---- Ille furentes
Centaurus letho domuit ----

Ovid. 12. Met.

Nam tibi sævorum sævissima centaurorum.

Stat.

Centauros habet arte truces ----

Palæphatus lib. Incredib. *centauros* fuisse putat taurorum abactores, quos ideo *stimulis* pungerent ac urgerent. Qui locus refertur etiam à Paulo Orosio l. 1. c. 13. Hieron. Jes. c. 14. *Centauri* nomen ex *asinis centaurisq;* compositum. Quasi dicas ex ὄνω καὶ κενταύρω factum animal, aut potius spectrum. Isid. l. 11. c. 3. *Onocentaurus*, quod media pars hominis species, media *asini*, esse dicatur: *Hippocentaurus*, quod equi hominisque in eo natura conjuncta fuisse putatur. A Chirone Centauro putatur etiam dici *Centaurium* herba, de qua agit Diosc. l. 3. c. 6. & 7. Plin. ait *fel terræ* vocari propter amaritudinem summam l. 25. c. 6. Hinc & Lucret. l. 2.

feriq; Centauri fœdo pertorquent ora sapore.

Virg. 4. Georg.

---- graveolentia centaurea

Sunt

Sunt tamen, qui à *centum* & *aurum* derivent: quomodo etiam Tausentgülden Kraut vocatur à Germ.

Tela, τῆλε: quia longius extenditur. Inde *subtile*, Scal. Ex. 1. à filis tenuioribus originem traxisse videtur, quæ in tela bene texta oculorum aciem pæne fallunt. Unde significationis proportio ad alia quoque sumta fuit. Ut subtilis exstitit, ita etiam *extilis*, postea *exilis*: quasi *ex tela*: scilicet filum tenue & instar lineolæ protractum. Gloss. *Exile*, ἰσχνόν. Plaut. Stich. a. 4. Uxor omnium me exilem atque inanem fecit ægritudinem. Aliis *exile* dicitur, ab *ilium*, quasi privatione & tenuitate. Sed prius etymon non modo ἀναλογία, sed etiam ratio manifestior probat. Ulterius quoque *telum*, à τῆλε τηλοῦ, missile, quod mitti in longinquum potest. Idem Scal. Ex. 325. s. 12. Τῆλε significat procul, longe: quæ autem procul sunt, tela requirunt. Et est *Telum*, ap. JCtos etiam omne, quod manu cujusque projicitur. Quomodo & βέλος Græcor. à βάλλειν. Admonent nos epigramm. in Xenoph. urbis faustissimæ scripta: καὶ τὰ βέλη ὁμοῦς ἐφέρετο: λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Gaius l. 1. ad legem XII. Tab. Telum volgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: Sed nunc omne significatur, quod mittitur manu. Itaque sequitur, ut & lapis & lignum & ferrum hoc nomine contineatur, dictumque ab eo, quod in longinquum mittatur. Græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ: & hanc significationem invenire possumus & in Græco nomine. Nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant; eoque nomine volgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur: sed non minus omne significatur, quod mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλειν. Hæc Gaius. Et sic Sisenna Hist. l. 3. Manuales lapides dispertit; propterea qnod is ager omnis hujusmodi telis abundabat. Et Petron. Arb. in Satir. de lapidatione loquens, *Extra teli conjectum*, inquit. Jos. Scal. ut Cicer. dixit parsimoniam non mediocre *telum* esse ad virtutem: sic hic omnia adjumenta vocat tela, elegantissime sane. Quod ad Græcor. imitationem dictum: ἡ φειδὼ οὐ φαῦλον ὅπλον πρὸς τὴν ἀρετήν. Ita loquitur Dionys. Halic. ita & Plaut. Epid. A *telum* est *protelum* i. e. tractus continuus

 tenor

tenor continuatus: & inde incitamentum, vel potius impulsio. In Plin. *protela* boum, sunt tractus boum. Lucret.

Et quasi protelo stimulatur ----

Protelare est longe propellere. Terent. Phorm. a. 1. sc. 4. Ne te iratus suis sævidicis dictus protelet. Ap. Tertull. de Spectac. *protelare ignorantiam*, Hebr. טול in hiphil הטיל, i. e. protelavit, ejecit eminus. *Mustela*, à mus, μῦς & τῆλε. Est enim mus longior.

Telones, τελώνης, publicanus, h. e. publici, aut vectigalis emtor, ab ὠνοῦμαι & τέλος. Strab. l. 4. vocat δημοσιώνας: quia τὰ δημόσια ὠνήσαντο. *Telonium*, τελώνιον, est locus in quo telones sedet & vectigal accipit. Suidas habet τελωνεῖον & τελώνιον, ὁ τόπος ἐν ᾧ καθίζεται ὁ τελώνης. Significat τέλος pecuniam, impensas, vectigal: quia τὸ εἶναι illorum non aliud, quam πρὸς τὸ τέλος, ἢ χρῆσιν: qua causa etiam τὸ χρῆμα appellatum. Et quid aurum? terra splendens ac scite mixta: usu valet, ex se nihil aut parum. Proprie autem τὸ τέλος est finis, terminus. Cic. passim vertit, *ultimum*, *extremum*, *summum*. l. 1. & 3. de finibus. Apud Philosophos effectionem perfectionemque rei significat: quia hæc τὸ πέρας καὶ ἀκρότατον. Vox fit ab Hebr. חדל, *chadal*, i. e. finiit, cessavit. *Apotelesma*, ἀποτέλεσμα, nihil est aliud quam ad finem perductum, opus elaboratum: cui opponitur interruptum & *affectum*, uti loquitur Cic. Ita a Plutarcho gesta Romuli dicunt ἀποτελέσματα. Gloss. ἀποτέλεσμα *Effectus*, eventus: ἀποτελῶ efficio. Apud Theophilum paraphrast. l. 3. Instit. Tit. 1. de hered. ἐξ ἀποτελέσματος. In effectu. Sed Latinum hoc non sufficit. Nam requiritur, quod & τέλος & τὸ ἀπὸ exprimat. Latini *absolutum*, *perfectum*, *elaboratum*, scitissime etiam vocant: sed malim vero *apotelesma*, ut quod & finem manifestius includit. Neque Latini, ut nec cætera Græcorum, fastidient. Multa de illa voce monet in aditu miscell. Theol. Goclenius.

Temetum idem quod vinum, οἶνος. Inde *abstemius*, i. e. à temeto, ἄοινος. Item ex eodem est *temulentus*, ait Plin. l. 14. c. 13. *Temetum*, medium cum initio producit. Horat. 2. ep.

ep. pullos, ova, cadum temeti: nempe modo isto Juven. Sat. 15. de Corcyrea temetum duxerat urna. Ita Jos. Scal. Ita Meliss. ita meliores poetæ cæteri. Contra Muretus in Galliambo lapsus est: ignosce lapsui & cave. Neque tamen ex eo quidquam decedit politissimo & oratori & poetæ. Sed *temetum* unde? An quasi *tenens mentem?* an à μέθυ, ἢ μέθη, per transpositionem? an melius detur etymon? N. L. Homero od. ξ est μέθυ γλυκύ, dulce: Euripidi, μέθυ οὔζωρον merum, non dilutum. Ita Plutarchus Symp. lib. 3. quæst. 2. scribit, μέθυ esse τὸν ἄπτηχυς ἄκρατον. Eustath. ut & Apollon. nominari vult, ἀπὸ τοῦ μεθιέναι καὶ ἀμελεῖν τοὺς πίνοντας: quod bibentes vinum negligant multa & omittant.

Tempe, τέμπεα, τέμπη. Loca amœna, ab aliis peculiariter *separata*, & quasi resecta, sive montibus, sive parietibus, sive sepibus: ut hodie horti, vineæ. Ælian, tempe Thessalica prolixè describit l. 3. c. 1. A τέμνω. Unde etiam τέμενος: à quo, probante Jos. Scal. *templum*. Τέμενος enim inter alia est delubrum: quia remotum ab aliis, aut distinctum. A templum, est *extemplo*, quod sacrorum: uti *ilicet* judiciorum. Varro l. 6. L.L. *Extemplo* est continuo, quod omne *templum* debet esse *circumseptum*; nec plusquam unum introitum habere. Nota, *circumseptũ*, & ita τέμενος. *Varro ibidem*: In terris dictum templum locus augurii aut auspicii causa quibusdam conceptis verbis *finitg*. Quamvis idem Varro templum dici velit à *tuor*. Quid si addamus, quasi *tuemplum: à tuor & amplum?* Quia patens illud spatium & quod oculi ex omni parte meriantur. In hoc templo (*inquit Varro*) faciundo arbores constitui fines apparet, & intra eas regiones, qua oculi conspiciunt, i.e. *tuimur*, à quo *templum* dictum, & *contemplare*. Ut ap. Enn. in Medea. *Contempla, & templum Cereris ad levam adspice.* Contemplare & conspicare idem esse apparet. Vide quæ plura de templo in aditu l. 6. Varro proponat ἀξιοθέατα non pœnitebit. Sed & *tempus*, ab eadem divisione. Est quippe quantitas discreta: ἀριθμὸς τῆς κινήσεως. Lucretius ita describit, ut etiam illam divisionem innuat: Tempus; *transactum quid sit in ævo. Tum*

quæ res instet, quid porro deinde sequatur: l. 1. A tempus *tempestus*, tempestivum, h.e. tempestati conveniens & opportunum. Quid sit *convivium tempestivum*, explicat Ald. Manut. quæsit. l. 1. c. 5. & Lips. ad l. 14. Tac. A tempestus *intempesta* superat. Attius in Bruto: Nocte intempesta nostram devenis domum. *Intempestam* Ælius dicebat, cum *tempus* agendi est nullum: Varro l. 6. L. L. *Tempestas* proprie est ætas aut tempus. Plaut. Casin. Ea tempestate flos poetarum fuit. Deinde κατὰ συμβεβηκὸς notat subita & adversa aeris παθήματα, adeoque etiam ad infortunia vertitur. *Temporius* ap. Ovid. 4. Met. Gloss. *Temporius* ἐνωρότερον. *Tempero* est, rem suo tempore facio. i.e. certo ordine ac modo, prudenter, nec nimis cito, nec nimis sero. *Temperantia*, qua quis temperat affectus suos. *Obtempero*, temperanti ac moderanti obsecundo. Ut πειθαρχῶ est τῷ ἄρχοντι πείθομαι. A tempus ducunt etiam *Tempora*: quia ex illa capitis parte anni aut ætas cognoscitur. Quidam scribunt *Timpora*: discriminis ergo. Et antiquitus I & E admodum promiscue utebantur. Ut igne, igni, amnes amnis: genetrix: genitrix: testibus MSS. Ubi utrum melius sit, analogia & etymon docet.

Tendo & teneo habent idem principium: τείνω, à τίω: unde & τανύω, & πιτάνω. Τάω à נָטָה, i. e. tetendit. Ut τηρέω, à נָטַר, i. e. servavit. *Pertendere* est τὸ ὑπὲρ διατείνεσθαι ad verbum. Propert. l. 2. El. 15. *pertendens* animo. A *tentum* est *tentorium*: ut à repositum repositorium. Constat fuisse è corio & pelle. Inde nomen, quia funibus tendebant & detendebant, ut ait Lips. l. 5. de mil. Rom c. 5. Item ab extentis pellibus *tentipellium*. Et amplius à tentum *tentigo*: sicut prurigo. Ex usu populari est in obscœnis: non ex proprio significatu. *Pedetentim* ita, ut *pedes tenduntur*. A τείνω, fit quoque ταινία. *tænia*, fascia proprie extensa, ταινιά. Hebr. אֵטוּן, tænia: unde & ὀθόνη. Item τόνος, *Tonus*: ἐντόω, τνῶ, i. e. intendo, *tono*. Et κατ' αὐλιστοίχον, *sono*, sonui: sicut tono, tonui. *Sonus* etiam potest esse ab Heb. שָׁאוֹן, quod significat strepitum ac tumultum. Neq; male à σείω ducetur. *Sonus* n. fit ex motu ac collisione

ne duorum corporum. Sed τόνος, *tonus* quoq; eamdem causam ingerit. A tono *tonitrus*, & *tonitru*, item *tonitrum* & *tonitruum*. Græc. βροντή. Utrumq; exprimit sonum illum terribilem in nubibus. *Tonitrus* ideo nonnemini dicitur quasi *tonus terrens*: sed *Trus* potius est λῆξις. *Tonitruum*, à Cæcinna *tonum* dictum, refert Sen. l. 2. Natur. quæst. & à priscis quidem *tonitruum*; ætate sua nonnisi *tonitrua* efferri. In sacris Exod. 9. 28. tonitru est sonus Dei. Item Jupiter Ennio est *altitonans*: Vulturnus Lucretio l. 5. item est altitonans. Idem l. 6. de tonitru: Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem. *Attonitus*, i. e. tonitru perculsus, ἐμβρόντητος. A τόνος est *Tenor*. Lips. c. 18. de pronunc. *Tonores* olim post *Tenores*. Audiatur etiam Scal. c. 53. L. L. Hos omnes Græci τόνους vocavere, translata ratione à fidibus, quarum intentione, aut remissione acutior graviorque redderetur vox. Inde nos *Tenores*: propterea quod nostrum *Tenere* inde duxissemus: sc. παρὰ τὸ τείνειν. Nam quod nisu quodam arceremus, id beneficio τῶν τεινόντων fieret, & translata fuit significatio ab helciariis & aurigis currus inhibentibus: item militibus quædam dividentibus. Hoc potes etiam percipere ex maximi poetæ Oppiani piscatione quadam, atque ante eum ex Theocrito: quorum versibus trahentium tenentiumq; nixu primarii nervi τένοντες extantes declarantur A τείνω, sive tendere, *tentum*, est *Tendo*, *tendinis*: ut gravedo, gravedinis. Quidam malunt *tendonis*: ut bibonis, comedonis, ganeonis. Sed ratio impar. Hæc significant personam: illud rem. *Retinaculum*, quo aliquid retinetur, frenum. Gloss. *Retinaculum* ἡνία, ῥυτῆρες. Ut à contineo continentia: ita à retineo *retinentia*, actio retinendi, apud Lucret. l. 3. Ab eodem τείνειν est & *tenuis*, τεταμένος Græce, extentus. *Attenuo* est tenue facio. *A teneo*, *tenebræ*: ut à lateo latebræ: à verto vertebræ: à salio salebræ: à scateo scatebræ. Ut à rapio rapax: ita teneo *tenax*: à pertineo *pertinax*, id est, qui obstinate tenet. Plautus alludit Capt. act. 2. sc. 2. Tenaxne est? immo pertenax. A supino *tentum* est *tentare*, id est diu multumque tendere, & tenere, πειράζειν. Lucret.

Digitized by Google

---- Quem neque morbus
Nec mors, nec luctus tentaret ---

Sustento est crebro aut valde sustineo. *Ostento*, frequenter ostendo. Qui enim re aliqua se multum efferunt: eam sæpe monstrare solent. *Abstentus*, ap. Cyprian. i.e. excommunicatus. Ulp. & African. Jcti, utuntur pro eo, qui se bonis paternis & hereditate *abstinuit*. Ultimo etiam *Temo* fit à τείνω: τὸ ἀποτεινόμενον ἀπὸ τῦ δίφρυ ξύλον, sive lignum, quod ad jugum inter boves excurrit.

Tener, παρὰ τὸ τείνειν, quod extendi possit. Aut recta à τέρην: παρὰ τὸ τείρειν, quod à טָרַח, quod plane idem. i. Cic. 5. de Fin. In primo ortu inest teneritas & mollitia quædam. *Teneresco* ap. Plin. *Tenerasco*, ap. Lucretium. In quo etiam *aura*, item *aer* dicitur *tener*, i. e. liquidus, subtilis, qui facile cedit, facile penitrat, facile etiam teritur & mutatur.

Tepeo, *tepor*, ut à caleo calor. Tepor est, ubi & caloris & frigoris aliquid æque concurrit; ut nec calidum fit nec frigidum corpus, in quo hæret. Ovid. vocat ideo teporem *lenem*: & Mantuan. *placidum*. A τύφω fumigo: ut tepere sit quasi à fumo, non à luculento igne calere.

Tergo, τέρσω. Repræsentat originem *Tersi*, *tersum*, & quantoque *Tertum*. *Tersa* enim omnia sicca: & *tergere* siccare est. Plautus annuit. Ornantur, lavantur, tergentur, poliuntur. Græcis ψάω est tergo, à בָּזָא. At ψαίρω, ψαρὸς à צָפַר, acceleravit, ocius movit. A περιψάω est *peripsema*, περίψημα 1. Cor. 4. 13. ramentum, quod abstergitur. A τέρσω volunt aliqui fieri *Torreo*, *tostum*. Sed falluntur. Potius est à θέρω, θερέω, θέρος. Unde θέρμη, *thermæ*. Ammiano l. 22. *therma lutra* θερμά. Seneca vocat Sudatoria. *Theristrum* ap. Hieronymum, & Isidorum, θέριστρον, i. e. æstiva vestis, aut tegimentum in æstu. Necessario autem *Torreo* finxere: propter verba illa *Tero*, & *Terreo* quæ jam inventa aliud exprimebant. *Torrens* est, ubi æstuat, unde & rapido fertur impetu. Virg. 10. Æn. *torrentis aquæ more*. Festus: *Torreus* pro *Exurens* ponitur: ut est apud Pacuvium in Antiopa: *Flammeo vapore torrens terræ fætum*

fœtum exufflerit. Arnob. l. 2. *licet omnibus ambiatur flammis torrentium fluminum.* Quia vero hieme major copia sit ejusmodi fluminis, sive aquæ pluviæ, unde *torrens* augetur, Græcis est, χειμάῤῥες, quia hieme fluat. Gloss. *Torrens*, χειμάῤῥες, ῥεῖθρον. Horatio quoque, *Flumen hibernum.* *Torris* stipes ambustus: aut κατάξηρ⊙ ἢ δίψηνς propter siccitatem. A *Torreo* fit etiam *Testa*, quasi *tosta*: scilicet à sole, aut igne. *Testudo*, cujus domuncula *testa* est. *Udo*, est κατάληξις: ut in magnitudo, lenitudo, pulchritudo. Θέρω (ut & una Latin. *torreo*) ab Hebræo דור *dur*, i. e. tostio, pyra.

Terminus, τέρμις vel τέρμα. i. e. meta. Est enim proprie terminus finis aut extremitas, quæ accessu solet teri: à τείρω, tero. *Terminalia* à termino, in cujus tutela erant agri ap. Varr. Liv. Dionys. l. 2. A τέρμις descendit quoque *Termes*, *termitis*. Quanquam termes non videtur proprie esse ramus ex arbore decerptus cum fructu; aut ramus olivæ, ut Porphyr. & Horat. posuit: sed ramus palmæ. A תָּמָר, i. e. palma. Quomodo videmus Agellium usurpasse. Interim de aliis etiam accipitur. *Amtermini*, qui circa terminos P. Romani viciniæ manent. Dicti sunt etiam *Amtermines*: quia *termen* quoque nominabant. Græcis ἀμφιτέρμονες. Cato in Orig. Orat. ponit hanc vocem *Amterminum*, i. e. circum. Ubi tamen est, qui valide pertendit, legendum esse *An-terminum*: & AN oriri ex Græco ἀν pro ἀνὰ. Frustra. Uti antea in vocula *AN* vidimus De *Amterminis* legatur porro Scalig. in Festum.

Tero. Veteres flexiones præteritornm aliter interdum formabant. Ut Plautus in Mil. *transmitteras*: pro transmiseras: nisi fit ἀντίστοιχον: ut *pulso*, *pulto*. *Premi*, pro *pressi* Cato capit. 66. *Consisti*, pro *constiti*. Ennius & alii. Ita etiam atterui pro attrivi in Propertio & Tacito. Sed ad originem. *Tero*, terere: τείρω, τρέω, τρῶ. *A tritum*, *tritura.* ut à natum natura. Virg. 1. Georg.

---- *Veniet tritura calore.*

Ergo *trituro*, verbum νεόφυτον, merito producetur. Aut potius *triturio*, favore analogiæ. Ut enim à nuptum nupturio:

pturio : à partum parturio : ita à tritum *triturio* dicitur. *Septemtrio*, à *septem trionibus*, i. e. stellis, quæ triones aut etiam ursos referunt. *Neque se septemtriones quoquam in cælo commovent*, Plaut. Amph. a. 1. sc. 1. Dicitur etiam plaustrum, ἅμαξα: Agell. l. 2. c. 21. *Triones*, quasi *Teriones*. Ita enim vocabantur prisce Boves. Ab officio *terendi*. 1. Cor. 9. βοῦς ἀλοῶν. Deut. 25. 4. Bos triturans Tertull. l. 2. contra Marc. *Bos terens*. vel Hebraice, *In tritura ejus*, בְּדִישׁוֹ. Gloss. *Triones* βόες ἀροτραῖοι. Quod messes equorum gressibus aut jumentis junctis *exterantur*: Varro testatur l. 1. re rust. c. 52. & Plin. l. 18. c. 30. Hodie in Occitania etiam equi idem faciunt. Sub dio æquatur in hunc usum area, disponitur ibi messis, atque hinc inde agitantur in eam terendam aut granula excutienda equi, quorum ita ungulæ obeunt vices flagrorum: ut testatur l. 14. de statu reipub. & relig. in Galliis. Neque frustra, *Triones* dici quasi *terriones*, ab aranda terra, Varro l. 6. L. L. Aliis quasi *striones*, à *stria*, quam proscindendo sulcos faciunt. *Turunda*, quasi *terenda*: subaudiatur offa. Ita *merenda*, *prabenda*, & alia sine substantivo. Fest. *Teres* in longitudinem rotundum. Fit terendo tale. A *tero* item est *triticum*, κατ᾽ ἐξοχήν. Quia facile è folliculis in area exteritur & inde in tenuissimam farinam resolvitur. A τείρω fluit *terebrum*. τέρετρον, *terebra*. Ut à lateo latebra: sic à tero terebra: & inde verbum terebrare. *Teredo*, τερηδών: vermis qui ligna terebrat: *Torno* τορνῶ, & abscisso T, *orno*, *ornatus*. Nisi *orno* sit ab ὡραῖος, i. e. pulchrum ac speciosum. *Toreuma*, τόρευμα. *Tornus*, τόρνος. Cic. Sallust. & Plinio *toreuma* est opus cœlatum, tornoq; factum. *Torus*, *torosus*, à τορὸς, id est, penetrans, validus. Scal. c. 101. L. L. par inscitia, cum *detero* verbum ex se gignere ajunt *Deterior*: quippe *deterior* passivam habet rationem significandi, ut quod fit plus *detritum*, *deterius* fit: & vox vetusta fuit, *Deter*. Inde quoque *detrimentum* à *detritu*: Apul. l. 6. met. *Limæ tenuantis detrimento conspicuum*: scilicet à deterendo. Varr. l. 5. L. L. *Intertrimentum* ab eo, quod duo, quæ *inter se tria* & deminuta: à quo etiam *intrigo* & *intertrigo* dicta. *Termentum*, quasi

tri-

trimentum in Plaut. Bacch. a. 4. s. 9. *Deteriæ* porcæ, i. e. macilentæ, ap. Fest. quibus multum veluti detritum & absumtum. *Torus* etiam ex eodem fonte, pro sponda aut lecto. Τόρος, quia artificialiter elaboretur, & tornetur. Quanquam Scal. in Varr. *Torus* quidquid rotundum. Τείρω, τρέω, τέτορα, τόρος. Unde τορεύω, τορεύματα & τόρνος. Idem rursus: *Torus* est (inquit) quivis funis ex loris *retortus*: unde nomen habet. Quam autem toris lecti tenderentur, ab eo *Toros* vocarunt. Id confirmat Hebræorum etymon simile. Nam & ipsis מִטָּה i. e. lectus, derivatur à Rad. נָטָה, i. e. extendit. A tero est *terra*. Scal. c. 78. L. L. *Terra*, nomen proprium est in singulari unius elementi. Cum autem in plurali ponitur, est idem nomen literis & materia, sed non substantia. Ælius scribit, à *terendo*: quod teratur pedibus. Itaque *Tera* in augurum libris & quibusdam archivis vel à τείρω, sicco: quia terra elementum siccissimum. Unde quoque *Aridam* Deus ipse vocat. Respondet Græcorum ἔρα. Martianus: *Heram* veteres *Terram* dixerunt. Ab Heb. אֶרֶץ, unde & nostrum Erd. Tacitus de moribus Germ. *In commune herthum, i. e, terram matrem colunt.* Mavelim ergo *Ertham* vel *hertham*, die Erde. *Minera* ex isto scaturit; מִן, i. e. à, ab, è & אֶרֶץ: sonat quasi de aut è terra. Sed & *tellus* inde fit. Nec absurde fiat ab Heb. תֵּבֵל. Ut *tellus* primario sit orbis, aut οἰκουμένη, ubi homines habitant. Quomodo Heb. etiam discernunt. Ut Ps. 24. הָאָרֶץ וּמְלוֹאָהּ תֵּבֵל *Meditullium*, quasi *meditellium*, i. e. medium terræ, seu media terra: ut mediterreus. In Gloss. μεσόγαιος, μεσόχωρος. Nam ut *Tullium*, pro appendice finali minus habeam, facit & quantitas & quod par exemplum non inveniatur. *Territorium*, i. e. certum terræ spatium, aut regionis: vel, ut Pompon. explicat, Lib. singul. Enchiridii, agrorum universitas intra fines cujusq; civitatis. Proprie autem à *terreo*: quod monet ἀναλογία. Ut à dormitum dormitorium, à purgatum purgatorium: sic à territum *territorium*. Quod primitus *deterrebat* & amolieba-

liebatur hostes Agennius Urbicus de Limitibus: *Territorium* est, quidquid hostis *terrendi* causa constitutum est. *A Terra* est *ater*: judicio Scal. Ex. 325. s. 17. restat omnium validissimus color, quem nigrum dicebamus. Is in suo summo fastigio *Ater* vocatur à Romanis, quam à præstanti gleba ita nominarunt. *Ater*, quasi à *terra*. Quid si etiã nunc magis argutemur? Chaldæam esse vocem, ut plerasque alias. Fumum n. ap. eos significat. Immo à קָדַר, i. e. ater fuit, atratus, obscurus fuit. Abjecta litera ק initiali. *Atrum* pro luctu ponitur Mal. 3. 14. Ab *atrum*, *atratum*, *atramentum*, i. e. μελάνιον. *Atrox* ab *ater*: feroces n. fuscescunt ira, idem Scal. Festo sic placet: *atroces* appellantur ex Græco: quia illi atrocia appellant; quæ cruda sunt. Et Jos. Scal. sane ἀτρὼξ est purum putum Græcum: ἀτρὼξ ἄτρωγος, quod nondum maturum esui. Ab α στερητικῷ & τρώγω, edo *Atrocem* vero pro crudo veteres usurpasse, testis Nævius, qui dixit: simul exta porricerent *atrocia* ministratores.

Terror Cic. 1. Tus: est *metus concutiens*. Ex quo fit, ut pudorem rubor: sic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. Scal. Ex. 312. *Terror* est affectus activus: verbum n. ipsum transmittit in alium actionẽ. Græca origo, τέρας. *Terrent* enim monstra. Etiam τὸ τάρβος Græcorum est terror. Ταρβαλέος terribilis. Ni quis ducat terreo, & ταράσσω à דָּהַר. i. e. terruit cum fragore. Plaut. Amph: Exurgite, inquit, qui *terrore* meo occidistis præ metu. Ut à verro verriculum: sic à terreo *terriculum*: unde *terriculare* & ab eo *terriculamentum*: ap. Apul. de Deo Socratis. Quo etiam Sidon. l. 7 epist. 1. utitur. Ita θάμβος est à רהם. in Niphal נִרְהַם, i. e. attonitus est cum timore, perculsus est.

Tesqua: quasi *Tuesca* ap. Varr. l. 6. L. L. Prius *Tesca*, δάσκια, ut censet Jos. Scal. Scilicet ab umbra, quæ Græcis σκιὰ. Δάσκιος, quasi δασύσκιος. Hostius de bello Istr. *tesca* violabis templa antiqua deûm. Lucano l. 6. tesqua sunt nemorosa.

Testamentum, documentum, quo quis testatur: quasi *testatio*

testatio mentis, ap. Jctos. Quasi τὸ *mentum*, sit à *mente*. Sed nulla vox alia visitur uspiam, quæ in *mentum* desinens, à mente ideo derivetur. Ἐπαγωγὴ in promtu nobis est. Interim voce *Testamentum* alluditur ad *mentem*. Nam sanum mente oportet esse, qui illud condat. Itaq; Alciat. l. 4. de verb. signif. & Keckerm. in syst. Log. cap. de Etym. recte vocant *allusionem* quandam, ut: qua ipsa res juxta attingitur. Certe γνήσιον καὶ ἀληθὲς ἔτυμον non est. Ita enim monet ἀναλογία. Ut à calceatum calceamentum: ab ornatum ornamentum: ita à testatum testamentum. *Mentum* est λῆξις ἄσημος. Veluti annotat Agell. l. 6. cap. 12. & Valla l. 6. c. 37. Cujac. l. 11. Obs. c. 37. De *testamentis veterum* legatur etiam Briss. l. 7. de Form. *Obtestari* est ob aliquam causam deos *testes* adhibere: ait Serv. in 9. Æneid. *Detestari* est testando removere. *Contestari* est, cum uterque reus dicit: *Testes estote*. Jos. Scalig. in Phall. magnis testibus ista res agetur; notat: *Testis* ὁ μάρτυς, ex antiqua lingua græca, ϑίστωρ: & μάρτυρες ϑιοῦ. Τοὺς διδύμους vtro (quos eleganter pares vocat Plinius) ita nominarunt, quod & ipsi μάρτυρες τοῦ ἀῤῥενώπου. Iccirco ambigue lusit Plautus in amph. act. 2. sc. 2. AL. *Testes*. AM. Quid *testiculare*? Nam, ut mos erat veterum, verbum formavit ex re, quam non intelligebat: ex teste *testiculari*. Ut Aristoph. ϑεομοφοριαζούσαις: χθὲς ἴφαγον κάρδαμα. Κλειτοκαρδαμίζεις. Hæc ille. *Testes* etiam vocantur *cleiternini* ab obscœno verbo κλειτορίζειν, ut notat in Anat. Laurentius. Ita *Colei Cliternini* apud Ciceronem. Quia videntur alludere non ad *Cliternum* opidum Italiæ: sed ad κλειτόριον. Cæterum & *testis* & ϑίστωρ primordia ducit ab Hebr. עד: si retro legas: more Latino.

Texo, est telam facio. Ita describit Ovid. 6. Met.

Et gracili geminas intendunt stamine telas:
Tela jugo juncta est, stamen secernit arundo:
Inseritur medium radiis subtemen acutis;
Quod digiti expediunt atque inter stamina ductum
Percussi feriunt insecti pectine dentes

Perott. simpliciter facit à tego *texo*, *quod quæ texuntur*,

magna ex parte teguntur. Non male. Et *texi* à tego quoad literas etiam assonat. Neque displicet *texo*, quasi *taxo*, à τάξις: quia *textum*, ὕφασμα, concinnum ordinem & serium filorxm requirit. Etiam Chald. itidem טָקַס est jungere, ordinare, aptare. A prætexo *prætextus*, vox latioris notionis, quam usus postea restrinxit. Inde *prætexta toga*, cui purpura erat *prætexta*, in extremitatibus aut oris: quod notat τὸ Præ. In Plutarcho exstat περιπόρφυρος, i. e. *prætextatus* & ipsa *prætexta*. Legatur Agel. l. 1. c. 26. Macrob. l. 1. Satur. c. 6. & 8. Ald. Manut in epist. de toga Rom. A *prætextus* fluit porro *prætextatus*, i. e. prætexta indutus. Fest. *prætextatum sermonem quidam putant dici, quod prætextatis nefas sit obscœno verbo uti.* Et ita *prætextatum* legit etiam Jos. Scal. Si jam sermo *prætextatus* erit obscœnus & impudicus: quod notat etiam Theod. Marcil. in Suet. Vespas. c. 22. ita dicetur κατ' ἀντίφρασιν. Tamen ita Turneb. l. 24. c. 36. *Prætextata verba* in Vespasiano c. 22. obscœna & turpia interpretor, à fabulis prætextis, quales Afranii fuerunt, in quibus fœdissima & turpissima argumenta erant. *Hæc ille.*

Thalamus, ὁ θάλαμος: non est vaporarium, aut conclave generaliter: sed primario usu, & primo suo significatu est cubiculum nuptiale, παρὰ τὸ θάλλειν & ἅμα, i. e. simul genialem vitam agere, ac virescere. Lucian. Æthiop. Θαλαμός ἐστι περικαλλὴς καὶ κλίνη νυμφική. Ubi videri amplius Joh. à VVouw. in animadv. in Petron. debet. A θάλλω est & *Talea*: à θάλεια (quod & θαλλὸς & θάλος & θαλλία) proprie ramus aut surculus virens, θαλλὸς, *Thallus*, ap. Columel.

Theatrum, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι. Unde & *Tuo*, *tueo*, θεάω, θεῶ & quæ hodie in usu, *Tuor*, *tueor*. Etiam θεωρῶ repræsentat *Tuor*, *tueor*. Proprie igitur est video, adspicio: quod etiam *Intueor*, *intuitus* & similia docent. Postea *tueor* est inspiciendo curo, & defendo. Quippe oculorum hic prima ratio. Hesych. θάοιζα θεωρῆσαι. *Tutela* est actio tuentis. *Tutor*, qui tuetur ac defendit. *Tutus*, proprie defensus à tueor, ἀσφαλής. Cassid. de theatro ita: cum agri cultores, feriatis diebus sacra diversis numinibus per lucos

vicos-

vicosque celebrarent, Athenienses primum agreste principium in urbanum spectaculum collegerunt, θέατρον Græco nomine, *visorium* appellantes, quod eminus turba conveniens, & adstans sine aliquo impedimento spectaret. Marcilius censet *spectaculum* dici à Plauto in Cur. a. 4. sc. 2. A *specere*, quod vetus verbum est. In compositis nunc frequens, & in suis deductis: ut *adspicere*, *conspicere*. Ut à sectum seculum: ita à spectum *speculum* & *specula*: unde aliquid specimus: vel de qua prospicimus, ut ait Varr. l. 5. L. L. A specula *speculari*. Vox sane ipsa militaris. Cum positis insidiis, aut è specubus contemplarentur agrestes olim Latini prælia inituri; aut supra *specus* ipsas èdito saxo stantes observarent, quid rerum agerent hostes. Vel *specere* à σκοπεῖν: ex Heb. שקף. In Niphal נִשְׁקַף spectavit, prospexit. *Specus* autem Græc. est σπέος: interposito C. Inde & *spelunca*, *spelæum*, σπήλαιον. A speculor est *speculator*. Gloss. *speculator*, ἐπόπτης, κατάσκοπος, Δήμιος. *Speculatus*, κατάσκοπος, καὶ ὁ ἀποκεφαλίζων. Inde Græci transtulerunt. Marc. 6. ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτορα. Firmic. l. 8. c. 26. speculatores vocat, *qui nudato gladio hominum amputent cervices*. Itaque (ut ait Casaub.) non à *speculis*, quod erat genus ἀκοντίων, *spiculatores*: sed à speculando dici *speculatores*, qui postea *scultatores* sint dicti, docti viri arbitrantur, quibus assentior. *Hæc ille*. *Despicio* proprie est deorsum specio. Plaut. Mil. per impluvium huc despexi proximum. Et Virgil. 1. Æn.

——Aut captas jam despectare videntur.

A *specio* (quo & Ulpian. ùtitur) frequent. fit *specto*. Etiã *expecto* ab isto. Dum operimur aliquem, crebrius eximur: hoc innuit EX; & spectamus venturum. Græc. καραδοκεῖν adhuc planius. Quippe innuit κάρη, id est, caput, quod exserit operiens sive expectans. A spectatum *spectaculum*, ut à ligatum ligaculum, à piatum piaculum. Id est, quidquid spectatur. Plaut. Pœn. *obtulisti tam lepidum spectaculum*. Sic etiam à spectum, *spectrum*, ut à clausum claustrum, à rasum rastrum: à scalptum, scalptrum.

 Id est,

Digitized by Google

Id eſt, quod ſpecitur, aut videtur. *Specimen*, quod ſpeciendum aut videndum datur, probandæ alicujus rei cauſa. *Species*, pro re viſa: Sicut *facies*, pro re facta. Ipſa igitur imago rei, quæ in *ſpeciendi* inſtrumentum reciperetur, *ſpecies* dicta. *Speculum*, in quo ea, quæ videntur, non ſunt; ſed eorum ſpecies. Ab Hebræis pariter ſpeculum dicitur רְאִי à רָאָה vidit, inſpexit. A Catull. carm. 42. dictum eſt *imaginoſum*, à rerum imitatione, quas objectas repræſentaret. *Conſpicillum* apud Plaut. per quod conſpicitur. *Conſpicilium* vulgo: rectius tamen *conſpicillum*. Ita enim vult analogia: ut *batulus bacillus*, *ſcamnum ſcabellum*: ita *ſpeculum*, *ſpecillum*, & poſtmodo *conſpicillum*. Var. l. 5. L. L. quo oculos inungimus, quibus ſpecimus Specillum. *Circumſpectus* eſt, non qui circumſpicit, ſed, ut Homerus dicebat, qui circumſtantium ora, atque oculos in ſe convertit: id quod cum fiat ob ejus præſtantiam, actum admirantium tranſtulere ad ſignificandum cauſam, propter quam admirarentur. Scalig. c. 86. 150. L. L. *Auſpicium*, quaſi *avis ſpicium*: à more veteri ſumtum, quo omnia geſta auſpicato, & præſertim in bellis. Legatur hic Briſſ. lib. 1. de Formul. *Auſpex*, οἰωνοσκόπος: *auſpicor*: à ſpectandis avibus. Ea forma eſt *cæliſpex* apud Aut. Victorem. Et in Gloſſ. Iſid. *oviſpex*, ovium inſpector. *Oriſpex*, oratum inſpector. Hodie, niſi me ratio fugit, nimis crebro, aut etiam aliquando improbule utimur; *auſpex auſpicium*, *augurium*, & ſi quæ hujus generis. Ut *oratio inauguralis*, *auſpicium novi anni*, *auſpicato venit*, *auſpice* Deo; & ſimilia. Sitne Deus auſpex, qui auſpicia deteſtatur & prohibet? Scio, quid contra argutentur: *Auſpicem* hic eſſe autorem vel adjutorem: *auſpicium* eſſe initium, autoritatem, ductum: atque ita de cæteris. Sed ad eundem lapidem impingunt. Nam & iſta pariter ab Ethnicis. Auſpex, ubi jam obſervat aves, dux & autor erat, ut inciperent & agerent, quod expediret. Ex eo *auſpicium* erat initium: *auſpicatum* idem erat, quod felix, quia ab avibus, deorum nunciis, probaretur. At ô miſeras hominum mentes, ô pectora cæca Gentium! *Su-*

ſpicio

ſpicio eſt proprie ſurſum ſpecio, ſurſum dirigo oculos. *Suſpicio* eſt actus ſuſpicientis. Poſtea eſt qualitas improbior, German. Argwohn: ab homine, qui ubique oculos animumque ſurſum vertit, nec præſentibus ac iis, quæ ante pedes, facile fidem habet. Scal. Ex. 317. ſ. 1. Suſpicio eſt damni incerti repræſentatio. *Suſpicio* tertiam à fine producit. Idque tam autoritate, quam ratione. Plaut. Amph. a. 1. ſ. 2.

Et ne in ſuſpicione ponatur ſtupri.
Et clandeſtina ut celetur ſuſpicio.

Idem afin. a. 4. ſc. 1. Suſpiciones omnes ab ſe ſegreget. Exempla etiam habes in Auſon. in Martial. quorum hic l. 11. epig. 46. ita:

Oblinitur minimæ ſi qua eſt ſuſpicio rimæ.

Idem vult Taubman. poeta cultiſſim. Et magnus ille Scalig. l. 7. poet. c. 2. ſ. p. ſatis (inquit) liquet, duas in unam vocales coaluiſſe. Namque ab eo, quod eſſet *ſuſpicitum*, *ſuſpicitio* fuit. Itaque ubi erit brevis, tum intelligetur ſyncope: ubi longa, ſynæreſis. Hæc ille. Ut igitur à *ſuſpicitum* fit *ſuſpectum*: ita à *ſuſpicitio*, *ſuſpectio*, poſtea *ſuſpicio*, quod proprietatem integri retinet, i. e. quantitatem.

Thebæ, Euſtath. teſte Iliad. 2. Διὰ τὸ θεῦσαι τὴν βῦν ἐ quod bos, Cadmi dux, eo usque cucurrerit: quam cum ille immolaſſet, civitatem vocavit Thebas. Alii è lingua Phœnicum faciunt, inde interpretantes arcam, aut navem forma arcæ. Scal. in 3. Varr. de re ruſt. *Cadmus Thebarum conditor nomen ei opido impoſuit, à naSicula, qua trajecerat.* Alii à Syris: quibus θῆβα bos eſt, ut ita cum priori conſentiat, ex Euſtath. Eadem urbs dicta eſt διόσπολις, & βύσιρις, ex Diodoro. Ab aliis *Heliopolis*, *Peluſium*, & *Stibes*, ex Stukio. Hieron. ſcribit ad Galatas, vocatam ſuo tempore *Thebeſtim*.

Theca, θήκη, in qua aliquid ponitur, τίθεται. *Entheca*, ἐνθήκη, qua imponitur aliquid. Sidonius finxit *enthecatum*: quod Turneb. merito improbat. Caſſian. de inſtit. monach. c. 4. Cumque totam *enthecam* Cœnobii ſuam

suam esse credat substantiam. Gelas. quæst. 12. c. 2. electo idoneo ab utraque parte custode credatur *enthecis*. Ita *apotheca*, qua reponitur. Isidor. l. 15. vertit *repositorium* vel *reconditorium*. Etiam εἰσθηκῶς sumitur, ut Matth. 6. εἰς ἀποθήκας, i. e. horrea, ut in quæ frumenta reponuntur.

Thensa. Muretus nimis generatim opinatur, quasi *Tensam*, à tendo. Uti ante eum Asconius. Propius noster Scal. l. 1. poet. c. 32. fuit thensa, inquit Servius, currus, quo deorum simulacra portabantur, ἀπὸ τοῦ θεῖου. Ad eundem usum *thensarum* meminit & Cic. Omnes dii, inquit, qui vehiculis thensarum solennes cœtus ludorum initis.

Therapia; Jul. Cæs. Scalig. in Theoph. de plant. distinguuntur inter se θεραπεία & ἰατρεία. Illa cultus tantum est, secundum Theophr. id est, opera, qua obsecundamus naturæ plantarum: hæc, cum aliquid facimus, quo avertantur noxia, aut vitia tollantur. Et tamen θεραπεία tam est προφυλακτικὴ, quam ἀφαιρετικὴ. Quin accuratiores ita existimant: vocem Syram esse, prima syllaba θε adjectitia. Ῥαφὴ namque Syris est medicina. Hoc ut placet: ita placet etiam τὸ θε neutiquam otiosum esse; sed in eo mysterio divinitatem quandam inesse, i. e. fit θεραπεία. Ut idem fit, quod est in divino nomine Raphael. Hebræi ita: רְפוּאָה, id est, medicina, remedium. רָפָא, sanavit, medicatus est, curavit morbum.

Theriacus, θηριακὸς, proprie ad feras pertinens. Postea singulatim theriaca, θηριακὴ: à θηρίον id est, fera. Siquidem *Theriaca* est, ut ait Avicenna, adversum venenata. Nam θηρία quidem universim bestias significant: sed à medicis speciatim modo pro venenatis capiuntur. Qua ratione θηριοδήκτους dici, non à bestiis, sed à *venenatis læsos* animadvertimus. Quin & Arabes è Græcorum lingua corrupta voce *Thiron* vocant viperam, genere, pro specie certa. Hinc etiam à quibusdam dicitur *Theriaca* proprie quæ ex *Therio*, id est,

Digitized by Google

id eſt, vipera conficitur. Legatur etiam *Ioh. Gorræus.* Audiamus vero *Ioſ. Quercetanum*, qui excuſſa *Alberti Magni, Aggregatoris Patavi, Petri de Abano* & aliorum ſententia tandem (*inquit lib. 1. Pharm. c. 23.*) concludimus: *Theriacam*, non à ſerpente quodam *thiro*, qui ejus compoſitionem ingrediatur, ſed à Græco vocabulo, quod eſt θηρίον ſeu θὴρ, i. e. *fera*, denominationem ſuam accepiſſe. Neque id propterea, quod ejusdem compoſitio *feram* vel *viperam*, excipiat, ut quidam falſo opinantur: ſed quod eodem *theriaca*, ſive cum vipera, ſive abſque vipera parata ſit, omnibus morſibus *venenatis*, à quacumque *fera* ſive *animali* illatis ſuccurrat. Sic & ab antiquis & à neotericis *trochiſci* dicuntur *theriacales*, non ratione ingredientis; ſed ab eorundem effectu, quem in pellendo *lethalium animalium* veneno manifeſte oſtendunt. *Hæc ille.* Latinum *fera* à φὴρ: Dorice pro θὴρ, θηρίον. Sed & Hebræos attende: פֶּרֶא. Nam פֶּרֶא, idem eſt, quod *fera:* & ſpeciatim *onager.* Gen. 16. 12. exponitur ferus, ἄγριος. Ab Hebr. ſimiliter eſt etiam German. Farr: פַּר, i. e. juvencus, filius bovis, ut Hebræus loqui amat. A θὴρ eſt θηρεύω ea forma, qua πιστεύω, φυτεύω. Scal. in Theoph. de plant. *ferox* (inquit) aliud, quam *ferum*. *Fera* ovis in Scythia, quæ nullis errat cuſtodita paſtoribus. At eadem neutiquam *ferox*. *Ferox* Alexander in Clyti cæde: intra oppidi mœnia nunquam *ferus*. Idem Scalig. in hiſt. Anim. l. 1. c. 2. *Ferum* & *ferocem* ab impetu veteres dixere: quoniam ſine ratione pro libidine moverentur. Sic enim loquuti ſunt de rebus conſilio carentibus. Sic Plato in Theæteto: φέρονται ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα. Apud Hebr. פֶּרֶךְ, ferocia, βία.

Theſmophoria, ſacra Cereris: quæ θεσμοφόρος καὶ θεσμοθέτης: Maroni *legifera*. Ovid. 5. Met.

Prima dedit leges: Cereris ſunt omnia munus.

Plutarch. in Quæſt. Arnob. lib. 5. contra gent. Δέω, δεσμός, per inverſionem, à צֶמֶד, i. e. conjugatio, συζυγία, colligatio duorum.

Theta, θῆτα, ex Heb. *Teth* vel *Theth*. Nomina enim literarum ap. Græcos & Latin. nascuntur ab Hebræis, ut in Manud. ad L. L. c. 4 ἐπιμελῶς probavi. Jos. Scalig. ad illud Ausonii, *Miscelle doctor θ tibi sit obscæno*, notat l. 2. c. 20. Est imprecatio (*inquiens*) ut tibi obscœno contingat θ, h. e. laqueus. Nam θ habet formam laquei collo involuti. Mandat igitur ei suspendium. Id sequenti versu declaratur:

Tuumq; nomen Θ *sectilis signet.*

Erat enim litera condemnatoria, quæ præcipiebat θανατοῦν. Martial. l. 8.

Nosti mortiferum prætoris, Castrice, Signum?
Est operæ precium discere Theta *novum.*

Quin & in castris militem ex coborte morte dispunctum hæc nota significabat, ut videmus in veterib. inscriptionibus. Legatur etiam Alexander Neapol. lib. 3. c. 5. Foquelinus in 4. Sat. Persii. Brodæus l. 1. epigr. εἰς πονηρούς.

Thiasus, θίασος: παρὰ τὸ θεῷ ᾄδειν. Athenæus l. 8. c. 16. θίασος dici vult quasi σίασος, à σιὸς pro θεός. Ita enim elementa σιὸς, δῖος, δὶς, θεὸς, *Deus*, *Dius* permutantur. Θίασος, quasi θεΐασος, à θεός. Hesych. θιάσοι χορείαι. Erat thiasus canticum tripudiantium in honorem numinis.

Theuth quis fuerit & quæ vocis ratio, melius exposuit nemo, quantum ego vidi, quam grande illud literatorum decus *Cluber*. Licet mihi partem illius dissertationis huc transscribere. Nomen (*inquit l. 1. Germ. antiq: c. 26.*) Mercurio tribuebant Celtæ THEUTH, multipliciter, pro dialectorum ratione, variatum; originemque suam ab eo sese ducere prædicabant, atque ideo hunc maxime omnium Deorum colebant, primum locum, primumq; honorem, præ cæteris, tribuentes. Ap. Græc. cum complures fabulosa statueret antiquitas ijsdem nominibus deos: de Mercuriis sic Cic. in tertio de divin. *Quartus Nilo patre satus; quem Ægyptii nefas habent nominare. Quintus, quem colunt Pheneatæ; qui Argum dicitur interemisse, ob eamq; causam in Ægyptum profugisse, atque Ægyptiis leges & literas tradidisse.* Hunc Ægyptii

THOYTH

Thoyth appellant: eodemque *nomine anni primus mensis apud eos vocatur.* Lactant. l. 1. c. 6. hunc Ciceronis locum allegans, mensem interpretatur Septembrē; quemadmodum & alii auctores. Sunt a. tam ap. Cic. quam apud Lactantium, variæ in variis exemplaribus vocabuli hujus scriptiones. Alia quippe habent Thoyth, alia Thouth, alia vero Thoth quædam etiam Theuth. Plato in Phædro ac Philebo, eadem huic Deo adscribens, quæ Cicero, dicto loco, & quæ Cæsar Com. 6. Mercurio, ΘΕΥΘ eum appellat. Quod equidem maxime omnium probaverim; siquidem ex ipsa Ægypto Plato id ipsum petiit: tum nostra etiam Germanorum gens nomen ex eo invenit Theutisci, vulgo *thi THEUTHISCHON:* Et Græcorum quoque ΘΕΟΣ, simulque Latinorum Deus originem inde ducunt; ut mox clarius ostendam. Quanquam idem vocabulum mirifice variatum reperio, non modo Ægyptiis, sed aliis etiam populis, Asiaticis juxta & Africis. Præcipua tamen sunt apud autores hæc duo; θὼθ, & θωύθ. Reliqua sunt ista: θεὺθ, θεύτ, θὼτ, θωύδ. Sed variatio hæc tam multiplex, ex facili vocalium, & consonantium Δ, Θ, & Τ, alterius in alteram versione nata est, quod mox infra patebit. Germanos quoque innumeris modis suum variavisse *Theut*, supra c. 9. demonstratum est. Nec *Titanis* vocabulū aliud fuisse puto, quam *Theut*, ab illo enim *Titanes* dicti fuere filii ejus, nempe angeli; ut infra, c. 31. ostendetur; & id etiam nomen uni soli tributum; quod passim testantur Poetæ. Cæterum quid vocabulum hoc antiquissimis illis mortalibus significaverit, haud facile promtu est. Id tamen mirari liceat; ipsius Dei, rerum cunctarum autoris, nomen uni mensium tributum, idque primo. Cujus rei ratio haud facile detur, nisi suspiceris, *Theuth* significasse *principium:* ideoque id vocabuli primo impositum mensi, quia sicut ipse Deus principium est atque origo omnium rerum conditarum, sic September mensis initium conditi mundi, ac temporis, & singulorum annorum. Et

priſcos quoque Germanos noſtros maximum deorum ſub patrio nomine *principii* coluiſſe, haud omnino vanas habeo conjecturas. Autor noſter annal. libr. I. ubi Germanicum Cæſarem, trajecto Rheno, in Marſos cum exercitu irrupiſſe tradit; *celeberrimum*, inquit, *illis gentibus templum, quod TANFANÆ vocabant, ſolo æquatur.* Heic, etiam ante meas haſce commentationes, doctiſſimi ac ſummi judicii viri dictum dei ſive deæ vocabulum interpretati ſunt, quaſi priſcis fuerit Germanis HH' ANFANG, quod nihil aliud, quam PRINCIPIUM, notat. Huic ſententiæ uti ego quoque accederem, movit, ſive dei, ſive deæ nomen, eidem autori, annal. IV. memoratum, in Friſiorum gente. *Mox compertum*, inquit, *à transfugis, nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhennæ vocant, pugna in poſterum extracta, confectos.* Heic quid *Baduhennæ* vocabulum ſignificet, conjecerint ij, quibus Arabum lingua cognita: Arabes quippe *principium* ſive *initium* dicunt BEDON. Cæterum Lactant. prædicto loco, Ægyptiorum THOTH, ſive THEUTH, cognominatum fuiſſe affirmat Τρισμέγιστον, i. e. *Ter maximum.* Quod epitheton ſine dubio ideo ab antiquiſſimis mortalium ei fuit tributum, quia omnium deorum habebatur præcipuus atque primus. Quod uni vero DEO, cunctarum rerum opifici, quam maxime conveniebat: quem, una cum MANNO, id eſt *Adamo*, originem ſuæ gentis, conditoremque priſci Celtæ noſtri prædicabant; ideoque ut deorum maximum colebant. Neque enim Lactantio adſentior, qui, prædicto loco *Theuth hunc, hominem* tantum fuiſſe *cenſet antiquiſſimum, & inſtructiſſimum omni genere doctrinæ; adeo, uti ei, ob multarum rerum & artium ſcientiam, Triſmegiſto cognomen impoſitum: qui ſcripſerit libros multos, ad cognitionem divinarum rerum pertinentes: quem non modo Platone, verum etiam Pythagora, ſeptemq. illis ſapientibus antiquiorem* adſeverat in lib. de ira DEI. c. 11. Etenim (ne ea hic repetam, quæ ſupra, c. 24 diſputavi) ſi hic THEUTH homo fuit, iſque Ægyptius, ſive Theologus, ſive Philoſophus; non modo

Celtæ

Digitized by Google

Celtæ nostri ab hoc se progenitos prædicare potuerunt? quomodo Græci cœleste numen ab hoc appellavere, ΘΕΟ'Ν, & Latini DEUM? quomodo complures, diversæque gentes, Ægyptii, Abissini, Arabes, & alii, ab ejus nomine primum anni mensem nominaruut? quomodo ab hoc Germani nostri dicti sunt THEUTHISCI? quomodo denique hunc MANNI, id est, *Adami* patrem dixerunt? Certe nulla ratione, nomenque id falso libris istis, si qui tales fuere, præscriptum fuisse opinor, uti fucus imperitis hominibus imponeretur, quasi summus ille atque maximus DEUS ea ipse tradidisset; quemadmodum de Mose falso adserit Diodorus, loco prædicto. Ni forte suspicari libeat, ipsum Adamum tales composuisse libros, non prosa, sed versibus: quod de Lino Græci, de Zoroastre tradiderunt Persæ. Quod ad unum pertinere Adamum, supra, cap. 24. demonstratum. Ubi etiam paruit, falso Ægyptios adscripsisse *Theuth* deo, quæ erant *Thami*, i. e. *Adami*. Error inde per longinqui temporis obscuritatem natus, quod ipse Adamus ea à Theuth, i. e. à Deo conditore suo acceperat; ut dicto c. 24. ostensum est. At Lactantius omnia gentium numina homines fuisse, seu ἀνθρωποφύεας, ut inquit Herodot. l. 1. i. e. ex hominib. in his terris natos, ex Græcor. opinatus est fabulositate: ideoque hoc uno argumento in omnib. libris suis eos confutat. Ad Germanor. igitur THEUTH redeo. Nomen id Mercurii dei multis seculis Celtæ simul, Ægyptiique, & aliæ forte plures gentes servarunt. Diutissime tamen Germani, qui & universæ genti suæ, & singulis hominibus varia inde imposuerunt nomina; ut supra, cap. 4. indicatum est. Ex reliquis populis, cum Græci τοῦ Θεοῦ vocabulum, & Latini Dei appellationem promiscue cuivis alii numini darent; supremo illi omnium deorum deo hi MERCURII, illi τοῦ Ἑρμοῦ, nova vocabula nescio unde quæsiverunt. Quem pro ingenita fabulositate, tantum quod non omnino è deorum numero, cœloque ejicientes, omnium reliquorum fecere nuncium, atque ministrum. Quanquam *Mercurii* voca-

Digitized by Google

bulum non in Italia demum à Latinis inventum, sed ex Asia, cum primis post inundationem terrarum mortalibus, eo delatum, cur credam, rationes habeo haud perinde absurdas. In primo enim libr. Reg. c. 11. 7. Ammonitarum Deus memoratur MOLECH: Et Lev. c. 18. 21. & c. 20. v. 2. 3. 4. & 5. liberos suos huic deo in sacrificium obtulisse homines, testatur divus Moses. In Reg. vero l. 2. c. 23. v. 10. eidem deo Ammonitas filios filiasque in sacris cremasse, narratur. Reg. autem l. 1. c. 11. v. 5. & 33. Item Reg. l. 2. c. 23. v. 13. idem Ammonitarum Deus vocatur MILCOM; & in prophetia Zephaniæ, c. 1. v. 5. MALCHAM; quod alii legunt MELEC. Hunc igitur eundem fuisse Latinorum MERCUR conjicio cum ex nomine, tum ex sacrificii genere. Nam Germanos quoq; suo Mercurio humanis litasse hostiis, auctor est Tacitus, in libro de Germania. Ceterum Paullus Diaconus, rerum Longobardicar. l. 1. c. 9. ita scribit: WODAN *sane, quem adjecta litera quidam* GWODAN *dixerunt, ipse est, qui apud Romanos Mercurius dicitur; & ab universis Germaniæ gentibus ut Deus adoratur; qui non circa hæc tempora, sed longe anterius, nec in Germania, sed in Græcia fuisse perhibetur. Hunc fere ad verbum sequutus Gotefridus Viterbiensis, in Chronico, parte XVII.* WOTAN, *inquit, quidam* GWOTAN, *adjecta litera, dixerunt; ipse est, qui apud Romanas dicitur Mercurius: & tunc ab universis Germanis ut Deus adorabatur, unde usque hodie* GOT *Teutonica lingua dicitur Deus.* Apud eundem Gothefridum Toclaus quidam, antiquitatum, ut ipse ait, commentator, tradit, *Vandalos, accedentes ad idolum suum* GODAN, *victoriam de Vinulis postulasse.* Quam fabulam Paullus quoque Diaconus, dicto loco, refert. Hanc DEI appellationem GOD, & variante dialecto GOT, qua etiam nunc utimur universi, plerique popularium meorum derivatam volunt à patrio vocabulo, quod varie, pro varia dialectorum ratione, scribitur, *god, good, goed, gud, gut;* significatque *bonum:* quia DEUS infinite bonus, fonsque & origo omnis bonitatis. Verum ego huic opinioni haud temere accesserim. Persis

L

Deus

DEUS dicitur CHODA, quod ex eodem fonte promanasse arbitrantur viri doctissimi, ex quo nostrum GOD. Quæ equidem conjectatio haud perinde absurda videri possit. Quid enim mirum, si utrumque vocabulum ex antiquissimo illo THEUTH profluxisse dicatur? Mensem Septembrem, ut supra dictum, à DEI nomine appellavere Ægyptii *Thoth*, & alia dialecto *Thod*. Fieri igitur perfacile potuit, uti Persæ sua lingua adspiratam Θ verterent in aliam adspiratam X: quod initio & Germanorum quidam fecisse potuere: deinde X mutato in adfinem literam Γ, tandem in fine addito N, factum GODAN. Verum tamen multo saniorem dari posse, solidioremque hujus vocabuli originationem, plane mihi persuadeo, *Jovis* nomen Græcis varie, pro multiplici dialectorum ratione, dictum fuisse Ζδὶς, Σδεὺς, Δεύς, Δὶς, Ζὴς, Ζαὶς, Ζλῶ, Ζεὺ, Δλῶ, Δαὶ, nemo Græcæ linguæ peritus ignorare potest. Adfines item esse literas Θ & Δ, item Θ & Σ, ita uti sæpius altera in alteram commutetur; vel pueri Grammatica Græca imbuti sciverint. Θ enim utriusque literæ vim quandam in se habet. Hinc ergo factum est, uti, qui Ægyptiis, & Celtis, aliisque fortasse gentibus, erat ΘΕΥΘ, Græcis deinde dictus sit ΘΕΟ'C, & ΣΕΟ'C, item ΘΙΟ'C, & ΣΙΟ'C, Latinis DEUS. Quum vero Z litera & ipsa disertam in se se haberet vim duarum simul literarum ΔΣ; quidam Græcorum antiquum vocabulum Θεὺθ protulerunt ζδὶς, primum Θ in Z, & ultimum in Σ vertentes. Alii deinde, Æolico ac Dorico more ΔΣ, quæ erant in Z, transpoentes, dixere Σδεὺς. Ut σδυγὸς ijsdem populis dictū, pro ζυγὸς. Et Persarum Deus Ὠρομάσδης, pro Ὠρομάζης: Palestinæ opidum Ἄζωτος, Latine *Azotus*, quod Judæis erat *Asdod*. Alii etiam, quemadmodum Latini, Θ in adfine Δ mutantes, vel Σ, quod erat in Z, rejicientes, pro Θεὺθ dixere Δεὺς. Alii hinc, diphthongum Ευ convertentes in vocalem I, pro Δεὺς dixere ΔΙ'ς. Unde postmodo obliqui casus in Ζεὺς recepti sunt, Διὸς, Διῒ, Δία, & plurali etiam numero, Δίες, Διῶν, Δισὶ, Δίας. Hinc quo-

quoque Latini antiqui pro Deus dixere *Dius*. Unde etiam nunc Hispanis Deus dicitur *Dios*, Italis *Dio*, Gallis *Dieu*, Britannis, quos VVallos vulgi consuetudo vocat, *Diw*. Hinc *Dis pater* nullus alius, quam *Iupiter*. Hinc etiam *Iupiter* ipse dictus *Diespiter*, quasi *Dis pater*: quemadmodum *Marspiter*, quasi *Mars pater*; sicuti *Liber pater*. Quippe cum omnium rerum, tam cœlestium, quam terrestrium, atque infernalium regnum atque potestas penes unum ab initio crederetur esse, *Theuth*, sive *Ditem patrem*, id est, Deum, rerum omnium auctorem; posteriores Græci infernalium regimen tribuerunt Plutoni, ceu peculiari deo; quem Latini interpretati sunt *Ditem patrem*: Jovis autem nomen antiquum, una auctum litera, dixere *Diespiter*; quasi esset *Diei pater*.

Sed & ipsa vox *dies* ἀπὸ τοῦ Διὸς nomine quæsita: quia summus ille ΘΕΥΘ, sive Διὸς, sive Δὶς, vera, æterna, atque unica lux, & *lucis* conditæ auctor: unde & *Lucetium* Salii in carmine canebant *Jovem*; & Cretenses τὴν ἡμέραν, id est, *diem*, vocabant δία; teste Macrob. Saturn. l. 1. c. 15. Slavi eadem ratione dixere diem *dan*, & *den*: quæ vocabula etiam nunc quibusdam Slavorum nationibus incorrupta durant; aliis ejusdem generis populis, variantibus dialectis, dicitur *dzen*, & *dzien*. Quæ cuncta nihil aliud sunt, quam variationes dialectorum ex uno eodemque vocabulo Theuth. Nam alii deinde Græcorum diphthongum Ευ vertentes in vocalem longam Η, pro Ζεὺς dixere Ζὴς. Mox Dorica dialecto, mutato Η in Α, factum est Ζὰς. Postea vero, cum obliqui casus à recto Ζὴς formativam literam haberent Ν; rectum quoque eadem formarunt Ζὴν. Quod iterum Dorica dialecto factum est Ζὰν. Alii hinc iterum, ut supra, ex Ζ abjicientes Σ, vocabulum formavere Δὴν. Et tandem Δὰν: quod idem est, quod Ζεὺς. Et hoc idem quod Θεὺθ. Illud igitur Germani ex Asia (unde & ipsi Græci, & Slavi) in suam deferentes terram Celticam, alii dixere Mercurium Dan. Unde in hunc usque diem Dani vocantur populi, qui alia

Digitized by Google

alia Dialecto quondam erant TEUTONI, sive TEUTONES; quod fusius infra aliis etiam comprobabitur argumentis. Alii vero vocabulum illud, in principio una syllaba auctum, protulere CODAN. Unde ipsa Danicarum Insularum maxima, quæ nunc vulgari vocabulo incolis vocatur *Sieland*, Melæ est CODANONIA; & ipsi incolæ Ptolemæo, ut infra ostendetur, CODANONES; & sinus his conterminus, qui nunc vulgo est Oost-See; Plinio ac Melæ dicitur CODANUS. Alii idem vocabulum fecere GODAN; quod referunt Toclacus ille, & Paullus Diacon. locis prædictis. Unde patriæ mihi terræ opidum, quod dicto sinui, & ori Vistulæ amnis adpositum, vulgari vocabulo, eadem dialecto, qua ipse Deus DAN, & gens DANI, dicitur DANZIG, Slavorum gentibus etiam nunc vocatur, eliso O GDANSK, & GDANSKO.

Thiras, Thraciæ, seu populorum in Thracia autor est; &, ut videtur, etiam *Tyrigetarum* vel *Turingorum*. Ex quo *Hieræ* fluvii interluentis Erfurdiam, nomen esse factum apparet: & *Erfurdiam* ipsam appellatam quasi *Tyrofurdum*, vel *Ierefurdum* per syncopen. Chronicon autem Turingicum ait nominatam esse *Erfurdiam*, ab *Erf*, molitore, & *Furt*, quod est transitus, inquit Dresser. Legatur Petr. Albinus in progymn. novæ Saxon. hist. Fr. Jun. in c. 10. Gen. *Thiras* consensione omnium autor est *Thracum* accolentium Pontum Euxinum atque Propontidem, quem Thraces *Odrysum* nominantes pro Deo habuerunt. *Ierosolymitanus* Turcos interpretatur: R. *Schelomo* Iarchi exponit *Paras*, id est, Persiam, ridicule.

Thomices, restes sunt è sparto tortæ. Dictio est è Græco ad Latinam formam efficta. *Θώμιγξ* est funiculus, *Θωμίζω* est fune constringo. Suidas: *θώμιγξ λεπτὸν χοινίον*.

Thorax, *θώραξ*. Græc. à *θορῶ*, salio: quod in ea cor perenni agitatur motu. Hebr. תְּהֹרָא, quod idem notat. Statius:

Nexilis emissa penitratur arundine thorax.

Scal.

Scal. in Aristot. hist. animal. l. 1. c. 8. Male Gaza interpretatus est thoracem *pectus*. Namque hoc ipso libro *thoracis* partes statuit philosophus & *pectus* & *ventrem*. Sic etiam militare munimentum, quo horum utrumque tegimur, apud veteres *thoracis* indicatur appellatione. Idem Scalig. ibidem c. 9. Plato in Timæo, aut simul confudit, aut quod pejus est, à pectore distinxit *thoracem*, ἐν δὲ τοῖς στήθεσι, καὶ τῷ καλουμένῳ θώρακι τὸ τῆς ψυχῆς θνητὸν μέρος ἐνέδει. Nam aut explicavit τὸ στῆθος per id, quod θώρακα vocabat: aut inferiorem tantum partem intellexit τὸν θώρακα: quippe in qua esset jecur: sedes animæ, ut ipse autumat, mortalis. Aristot. autem haut multo post utitur pro *pectore* tantum. Iccirco vox hæc cum esset ambigua: seipsum hic philosophus interpretatus est. Plin. quoque l. 20. & locis aliis multis: simul Cels. in 5. pro *pectore*. Prisci Latini pro toto tractu corporis nostri anteriore. Constat id ex eo, cum militare munimentum, quod eam partem usque ad pubem tegeret, *thoraca* nominarunt. A Galeno *pectus*.

Thronus, θρόνος. A θράω, sedeo. Est enim sella ac solium regale. Et sic *tholus* à θόλος. Ovid. 6. Fast. *Mox didici curvo nulla subesse tholo.* Legatur etiam Philander ad 4. Vitruvii. Θολὸς autem, id est, sordes turbidæ: θολόω turbo: à דלח, *dalach*, turbavit aquas.

Thuscum. Festus: *Tuscos* quidam dictos ajunt, à Tusco rege, Herculis filio. Alii, quod unice studiosi sacrificiorum, velut θυοσκόοι. Est θυοσκόος aruspex, qui θύος κοεῖ rem Victimariam intelligit: & θύος καίει, tus & sacrificia accendit. Aruspices erant Hetrusci: & hos divinos ex Hetruria etiam Ciceronis temporis petebant: l. 1. & 2. de Divin. Vox à θύω, i.e. sacrifico. A quo θυμιάω, θυμιάομαι *Thymiama*, θυμίαμα, Plinio vaporatio. Cic. *Suffimentum*. *Thyisca*, θυΐσκη, turibulum, acerra. 1. Reg. 3. 50. *Thymus* & *thymum*, θύμος: ab odoris fragrantia: θύος est odor. *Thymbra*, θύμβρα, Colum. l. 10. quia thymi saporem refert. *Thyades*, i. e. sacrificulæ Bacchi. *Thyone* mater Semeles matris Bacchi: qui propter ea *Thyoneus*

naeus audit. Omnia à θύειν. Vel propter sacrificia, vel furorem & impetum solennem. *Thyrsus*, θύρσος nec aliunde: erat enim Baccho sacer. *Ovid. 3. Met.* Ipse racemiferis frontem circumdatus uvis Pampineis agitat velatam frondibus hastam. *Lucret. l. 1.* percussit thyrso laudis spes magna meum cor. Admirabilis (*inquit ad illud Gifan.*) hæc est migratio. Olim thyrso percussi à Libero patre, furore Bacchi statim rapiebantur. Eos Græci θυρσοπλῆγας, ναρθηκοπλήκτους, &, quia νάρθηξ seu thyrsus hedera ab extrema parte obducta erat, κισσοπλήκτους vocant.

Thymelici, vel etiam *thumelici* ad thymelen pertinentes. Apul. in apolog. *choragium thymelicum*. Utitur hac voce & Ulp. Victruv. Isid. Salvian. ut notat Rittersh. in l. 6. Salv. Sunt, qui ducant, à muliere *Thymele*, Latini mimi uxore, ut quæ prima docuerit saltationem in scena. Suidas, à *thymele*, ara in theatro constituta. A θύειν, quod est sacrifico. Alii denique ἀπὸ τῆς θυμέλης, h. e. illa theatri parte, ubi histriones suos edunt gestus. Gloss. θυμέλη, scena: θυμελικός, scenius, histrio.

Thymus, θυμός, i. e. animus. Sæpe idem est quod ὀργή, ira: quia in & ab animo ille affectus. Sic apud Hebræos Jud. 10. 16. *Imminutus est animus ejus*, i. e. ira. *Enthymema*, quod in animo. Quinctilian. l. 5. c. 10. vocat commentum, vel commentationem. Gloss. ἐνθύμημα, cogitamentum, *commentum*. Quorum hoc magis Græcum attingit. Isid. l. 2. c. 9. *enthymema* Latinis mentis conceptio. Logici eodem usurpant, pro forma argumentandi. Cic. Ex contrariis conclusa, Græci ἐνθυμήματα appellant. Causam appellationis dat *Philoponus*: Quia in enthymemata relinquitur una præmissarum tacite animo concipienda & cogitanda. Inde Scal. l. 3. poet. c. 71. enthymema Syllogis. est *mutilus*, cum altera ex duabus prioribus propositionibus in animo suppressa, altera cum conclusione enunciatur. Ita & Zabarella l. 2. de Natur. Log. c. 17. vocat Syllogismum *truncatum*. Atque ea sententia omnium Logicorum, ut constans, ita firma & rationibus suis suffulta est: & quidem ex Aristot. cui enthymema est συλλογισμὸς ἀτελής. Jul. Pacius quidem

ἀτελῆ

ἁπλῆς, in quibusdam MSS: non inveniri scribit. Sed bene, quod ait, in quibusdam. Nam in quibusdam fide dignis etiam invenitur. Et sic Aristot. seorsum de Syllogismo egit & enthymemate: tanquam scilicet distinctis. Ejusque verba l. 2. prior. c. 27. notanda: ἐὰν μὲν ἡ μία λεχθῇ πρότασις, σημεῖον γίνεται μόνον: ἐὰν ἢ καὶ ἡ ἑτέρα προσληφθῇ, συλλογισμός. Etiam Johan. Nedel. Lipsiæ pro enthymemate, ut Syllogismo perfecto, splendide pugnat: Sed splendide, non item necessario. Et argumenta quæ alii contra afferunt, eludi quidem, elidi non possunt.

Thynnus, & *Thunnus*, Græce θύννος: non inique ab Hebr. תַּנִּין, *tannin*, i. e. balæna, cetus, serpens, aut animal marinum. Plin. lib. 9. c. 15. Scalig. in Aristot. hist. animal. l. 2. c. 16. *Dictum putant ita à Græcis propter impetum: hoc enim est* θύειν. At Hebræum magis arridet nostris oculis.

Tiara, τιάρα. Gestamen capitis apud Persas: uti Hesych. & alii innuunt. Videtur fieri ab Hebr. עָטַר, i. e. circumdedit, cinxit. עֲטָרָה, est tiara, corona. Nomen quoque fœminæ, *Atara*, i. e. corona. Et nomen opidi Num. 32. *Ataroth*, i. e. coronæ sive calamus inebriationis.

Tibris. Festus, à Tiberino rege Albanorum, quod in eo cecidisset. Ovid. 14 Met.

——— Ante fuit regnum: Tiberinus ab illis
Cœpit & in Thusci demersi fluminis undas
Nomina fecit aquæ ———

Idem 2. Fast.

Albula, quem Tiberim mersus Tiberinus in undis
Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.

Servius: *Tiberis* nomen ipsa etiam Alba vetustius esse contendit: ideoque nominis ejus originem ad *Thybrin* potius Hetruscorum regem referendum existimat, qui Latium crebris latrociniis infestans, tandem circa hunc fluvium est occisus. Cui sententiæ Virg. favet. 8. Æn.

Tum

Tum reges, asperq. immani corpore Thybris
A quo post Itali fluvium cognomine Thybrin
Diximus ———

Alii non tam, à nomine regis, quam injuriis & vi ejusdem *Thybrin* nominari volunt, quasi τὴν ὕβριν. Quod si verum sit, Græcanicum erit *Thybris*: Latinum *Tibris*, & *Tiberis*, unde *Tiberinus*. *Thyberis*, Θύβερις, Dionysio: τίβερις & θύμβερις Stephano. Etiam Manutius affirmat *Tiber* & *Tiberis* cum I, in antiq. lapidibus & numis reperiri. Horat. l. 1. od. 2. Tiberis est *flavus*: scilicet propter arenas. Ut Virgil. expresse 7. Æneid. & multa *flavus arena*. Ovid. 9. Met. In mare cum *fulva* prorumpit Tibris *arena*.

Timor, est metus mali approximantis, Cic. 4. Tusc. Scal. Ex. 312. *Timor* est expectatio eorum censuræ, qui in dignitate sunt constituti. παρὰ τὸ τιμᾶν. Unde ἐπιτιμᾶν. Species, sive notio, qua permovemur in eo affectu, dicitur *objurgatio*. Nec culpandum, si Latinum à δειμὸς, δεῖμα ducatur: quod à δείδω, ab Hebr. דרם in Niphal נִדְרַם territus est, timuit. A δεῖμα nonnullis fit *dama*: quia natura timidior sit: ap. Virgil. elog. 8. Imbelles damæ, ap. Martial. l. 13.

Tina, est nomen vasis vinarii. Plane Heb. orig. טְנֶא, id est, tina, vas, quo aliquid continetur, Hieron. vertit *cartallum*, i. e, sporta, aut canistrum in summitate amplum & extentum, secundum interpretes. LXXII. etiam habent κάρταλλον. Avenar. vertit *Tina*. Pagnin. *canistrum*. Tremell. *corbis*. Item עַטִּין, est tina, vas mulctrale.

Tingo, τέγγω: Tinctus, τεγκτὸς. A tinctum tinctura: ut à cultum cultura: à natum natura: à positum positura, ap. Lucret. ab arsum arsura, ap. Varr. à consitum consitura, ap. Cic. à conditum conditura, ap. Senec. ab incisum incisura, ap. Plin. Hæc enim est analogia. A tingo aliqui faciunt *Tinea*: non bene. Melius Isid. l. 12. c. 5 facit à *teneo*. Præ utroque etymo *Tinea* fit à τείνω: estque vermis longus, qui & *tænia*, ταινία: inde vermis qui vestes erodit.

Tinnio, tinnitus, tintinabulum: propter *II* & *NN* sunt rerum exiliter sonantium: quales laminæ aureæ, æneæ. Ita aures *tinnire* dicuntur. Glossar. *Tinnulum* τηλήκτερον. Talis enim ille sonus. Ovid. 6. Met. tinnitibus æris acuti. Plaut. Rud. Illud quidem *tinnimentum* est auribus. Idem Truc. a. 4. sc. 3. *tintinnaculos* viros vocat Carnifices, ut putat Turneb. l. 11. 21. vel tortores aut lorarios, qui loris bubulis sontes cædunt, Ut censet I. Langlæus. Vox est à sonitu, etiam undecunque. Sic etiam, adhibitis *liquidis* Hebr. צֶלְצְלִים vocant tintinabula. A צָלַל, tinnire, inter alia. Unde & ψάλλω, *Psallo* elicitur: Jul. C. Scal. c. 13. L. L. Tinnitui sese dat *N.* canere, hinnire.

Tipulæ & *Tipullæ* non sunt vermes, sed potius aliud insecti genus, quod semper in rivis & fontibus visitur, summa celeritate superficiem aquæ percurrens: quas vulgus Aquitanum, & accolæ Garumnæ *Capras* vocant. Itaque dictæ sunt παρὰ τὰ ἴφη. Τίφεα τὰ ἕλη, ubi *tipulæ* versari solent.

Tiro opponitur veterano: & fit (ut τήρων) à τείρω, τέρομαι. Id est, tener, rudis, domandus aut formandus. Cic. 2. Tusc. ætas tironum plerumque melior. Gloss. *Tiro* νεόλεκτος. *Tirones*, νεοστράτευτοι, νεοσύλλεκτοι.

Titillatio est dissipatio spirituum in partibus laxioribus: quo motu subsiliunt sensoriæ partes. In laxis enim facilior fit spirituum subsilitio, ait Scal. Ex. 317. s. 5. *Et post*: fit titillatio levi tractatione. Igitur est à τίλλω, geminata priori syllaba, i.e. vellico, attrecto leviter.

Titivillitium, ap. Plaut. in Cas. a. 2. sc. 6. Festus nullius significationis est, ut ap. Græcos & βλιτυρὶ, & σκινδαψός. Jos. Scal. *Titivillitium* inter ea censendum, quæ Græci Critici vocant ἀποφθεγματικὰ, Latini *effutilia*. Turneb. l. 16. c. 3. censet esse compositum è *textu* & *vilitate*, quasi *textivilitium*. Recte ita explicatur: *Titivilitium*, quasi *totivilitium*, i.e. totum inane & vile. Aut melius, quasi *Totivillitium*, à *villus*: I. e. totum ne villi, aut pili æstimandum. Ita loquimur; *floccifacio*; *pilum facio*. Pariter titivillitium à Villo: ut capillitium à capillo. Et

non

non emo titivillitio, id est, περὶ ὀλίγου ποιοῦμαι, non uno pilo dignor.

Titulus inscriptio operis, qua laudabile & honoratum hoc, τιτόν, efficitur. Etiam τίω exponit Hesych. τιμῶ. Scal. l. 1. poet. c. 9. *Titulus* est inscriptio nominis: non à *tutando*, ut ajebat Varro: sed παρὰ τὸ τίειν. Honor enim & titulus idem: nomen dico tam autoris, quam fabulæ. Τιμὴ honor est. *Titus*, Τιτός: deminutivum, *Titulus*, ἄτιτος, non honoratus. A Latinis Græci sum accepere, τίτλος.

Tityrus, *Satyrus*, σάτυρος. Hesych. τίτυρος, σάτυρος, κάλαμος ἢ ὄρνις. Pomp. Sabin. *Tityrus Libyca lingua hircus appellatur*. Et ita ab Hebr. שֵׂהשָׂעִיר, i. e. ovis bene lanata & quasi hispida, derivabitur. Solin. c. 4. *Sunt & simiæ, quas vocant Satyros*. Idem docet Plin. l. 8. c. 54. Macrob. l. 1 Sat. c. 8. Diomed. l. 1. Scalig. l. 1. poet. cap. 11. *Satyros* Ælianus ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι, quia essent dicacissimi. Sicuti σιλωνὸς παρὰ τὸ σιλλαίνειν: σιλλὸν enim ψόγον interpretantur. Satyrorum id etymon confutavimus in libris originum. Σάθη salacitatem dixere veteres. Nihil capra salacius. *Capripedes satyri*: quos item *Tityros* dictos ajunt. *Tityrus* autem capellam significavit priscis Æolensibus. Scal. in Varr. de re rust. *Sisara* est, *Erica*, quæ aliter Atheniensib. dicebatur *Tetralice*. Erat enim *Sisarra*, ovis major. Quam vocem puto fluxisse è Græcia. Σίσυρος enim πρόβατον. Argumento σισύρα: i. e. μαλλωτή, ap. Aristoph. & alios. Quarè, ut Tarentini, quos Romani sequuti sunt, pro σὺ, τὺ dicebant: sic pro σίσυρος, τίτυρος; ut σίσυρος, τίτυρος. Unde Serv. rectè dixit *sectarium vervecem* à Siculis τίτυρον vocatum. Casaub. l. 1. c. 1. de Sat. Ridiculum est, quod multis veterum placuit, dictos esse σατύρους παρὰ τὸ σεσηρέναι: quod more irridentium detorto ac depravato vultu essent. Id enim est σεσηρέναι, ut explicat Galen. Vel ab irrisu & cachinnis. Nam etsi ingenio & imaginibus plerisque Satyrorum etymon convenit, quorum erat proprium τὸ σιμὰ σεσηρότας μυχθίζειν, ut loquuntur poetæ: non tamen admittendum, quia caret analogia, cujus semper præcipua ha-

Digitized by Google

benda ratio. Probabilius alii, quia *Satyros* in Venerem pronos credebant, à voce σάθη, quæ eam partem significat, qua viri sumus: unde σάθωνες, *bene vasati*, σατύρους derivarunt: non quasi *Sathunos*, quod inepte scribitur ap. Macrob. quum lingua Græca eam formam non agnoscat: sed quasi *satheros*. Rara quidem formatio, sed quæ exemplo non careat. Nam ut ab ἅλμη ἁλμυρός: sic à σάθη σαθυρός: & corruptione literæ unius, σατυρός, libidinosus. Hesych. σατύρον, καταφερῆ: nempe πρὸς τὰ ἀφροδίσια. Melius vero σατυρόν accentu in postremam retracto. Ita enim exigit analogia, quando est nomen prædicationis. Cum autem transit in aliam formam, tum mutatur accentus. Σατύρα, nomen scorti ap. Athen. Sic etiam σάτυρος, cum pro Satyro accipitur. Quamobrem non temere elevanda fides huic veriloquio. Etsi non minus probabilia possunt afferri alia. Immo fortasse verius est, sicut de vocibus κωμῳδία & δρᾶμα docet Philosoph. Dores illas sibi vindicasse: ita hoc quoque vocabulum proprium eorum Dorum initio fuisse. Σάτυρ enim aut σάτηρ in illorum dialecto ludere significabat. Unde & διασάτηρ pro διαπαίζειν, Lacedæmonii usurparunt. Hesich. διασάτηρ, διαπαίζειν, Λάκωνες. *Et paulo post*. Quoniam antiquissima quæque Græcor. verba Hebr. sunt originis, sicut liquido probamus alibi: non absurde aliquis putet σάτυρους quasi סְתוּרִים, *Saturim* (à verbo סָתַר) esse dictos, qui in speluncis atque montibus latere putabantur, unde in hominum conspectum raro venirent. Hæc Casaub.

Tocullio. Turneb. Etiam Cicer. non neglecta vox ad Att. l. 2. Id est, minutus, seu pusillus fœnerator. A τόκος enim per deminutivum fit τοκύλλιον: unde & τοκυλλίων, i. e. fœneratorculus. Casaub. ad charact. Theophr. Fœnus horrendum ut minori cum invidia possint exercere, non solent grandem pecuniæ summam simul credere, neque in multos dies. Hi sunt, quos Græci τοκογλύφους, Latini Tocculliones dixerunt.

Tollo, à τίλλω: aut potius ταλάω ταλῶ, ab Hebr. תָּלָה, id est,

id est, sustulit, in altum tulit. Est enim tollo proprie ad ferendum elevo. Item נטל est tulit, sustulit. Prius *tolo*, unde *tolero*: ut à geno genero. Post geminatum est more veterum: *tolo tollo*: geno gigno: tago tango. *Tollo, tuli, tlatum*: post *latum*, T præciso. Ita dicebant *stlites, stlatum*: ut alibi monitum. *Sustollo, sustuli*: à *Sus*. Fero, quale præteritum habeat, suo in locu vidimus. A τελάω, τλαμὼν, *telamo*, apud Victruv. A tollo *tolleno*. Qua voce utitur Liv. Plin. Veget. Et Festus ait: *Tolleno* est genus machinæ, qua trahitur aqua, alteram partem prægravante pondere, dictus à *tollendo*. Gloss. *tolleno* κηλώνειον: quod à ξῦλον, lignum. Isid. *Telonem* hortulani vocant lignum longum, quo hauriunt aquam: & dictus *Telon* à longitudine. Τῆλυ enim Græce dicitur, quidquid longum.

Tomentum, à tondeo, tonsum & tontum: ut à moveo, motum, momentum. Apul. in apolog. est *stuppeum tomentum*. Martial. l. 14. Tomentum concisa palus. Scal. in Conject. proprie sunt ex ciliciis pilis: *Borram* vulgo vocamus. *Iis* igitur tomentis, aut ciliciis pilis implebant culcitas. Tamen olim, ut etiam hodie, culcitæ inferciebantur acere & glumo spicarum. Et quidquid tomento *Inculcabant*, vocabant *culcitam*. Unde ei nomen. Hæc ille.

Tomus, à τέμνω, τέτομα, id est, seco, scindo. *Anatomicus*, qui Tertull. de anima, c. 10. & 25. est, *medicus prosector*. Sed & quia ea, quæ rescinduntur, vilia sunt & contemta: inde à Τέμνω quoque Latin. *Temno*. Ab eodem *temere*: quia *temeritas* è contemtu rei oritur. *Tomacula*, quia fiat è concisis: τομή. Ἄτομον, *atomon*. Cic. 1. de fin. anatomi, i. e. corpora individua, ut solida, levia, & rotunda corpuscula. Scal. Exerc. 107. *Temese* opidum Plinius in tertio dicit, à Græcis *Tempsam* dictum. Statii carmen ipsum fabrica nobilitavit. Ubi non vulgaris addita est eruditio. Nam populi, quia supra pontum colunt, quorum chalybes vicinos dicebamus, simul cum ijs, qui Tartari nominantur, ferrum etiam nunc *Temir* vocant: Quamobrem ex antiquæ vo-

cis veſtigiis Græcum item verbum τέμνειν agnoſcant, par eſt. Hoc enim ferri maxime proprium eſt.

Tonſa. Feſt. *tonſam* Enn. ſignificat remum, quod quaſi *tondeatur* ferro, cum ait l. 7. Poſte recumbite, veſtraque pectora pellite tonſis. Aut à *tondendo*, h. e. diſtringendo, vel etiam tundendo fluctus. Virgil. 7. Æn. ---*in lento luctantur marmore tonſæ*. A tonſa *tonſilla*, ut à mamma mamilla. Feſtus: *tonſillam* ait eſſe Verrius palum dolatum in acumen, & cuſpide præferratum, ut exiſtimant quidam, cum figitur in litore, navis religandæ cauſa. Pacuv. in Med. *acceſſi ad eam & tonſillam pegi læto in litore*. Ultimo *tondeo* fit à τομεύω, τέμνω, quod eſt ſeco. Tondeo quaſi τομὴν δάω. Et τομὶς ſpeciatim eſt forfex, quo tondetur.

Topazium, τοπάζιον & τοπάζιος: à τοπάζειν, τόπος: quia magno olim ſtudio quæreretur. Lege Plin. l. 6. c. 39. Sed error iſte nimium popularis. *Pazion*, πάζιον, primum fuit: deinceps ex incuria dicam, an inſcitia, articulus τὸ coaluit cum nomine, τοπάζιον. *Pazion* ab Hebr. פָּז, quod eſt gemma illa, itemque aurum puriſſimum. פֻּז, inauratus eſt, obductus eſt auro optimo, & topazio. A τόπος autem fit τοπεῖον, τοπίον, *Topium*, *Topiarium*. Κατ' ἐξοχὴν ita dicebatur peculiaris locus, arboribus & herbis bene conſitus, ad voluptatem & delicias. Sic ὄρνις generatim eſt avis: poſtmodo κατ' ἐξαίρετον, gallina: ita & Topium: Turneb. l. 28. c. 23. *Topiarium* opus à topiis, quæ à funiculis nomen obtinuerunt. *Tophus* Virg. 2. Georg. *Et tophus ſcaber*. Itidem à τόπος: quia locis plenus & ſpongioſus. Etiam τρητὸς λίθος ἱυναςὴς Oppiano. Τόπος vero à בַּיִת, inverſe quod eſt domus, locus. Etiam poteſt eſſe à תָּפַשׂ quia loci eſt prehendere & excipere. *Atopon*, ἄτοπον: quod nullo loco habendum.

Torqueo, παρὰ τοῦ πλέρθου, id eſt, non recti ſeu inflexi & curvi: ἐκ πέπλακεν ἀπὸ τῆς ὀρθότητος, Scal. in Theophr. de pl. vel à τροπὴ, τροπάω. A tortum *tortor*, ut à piſtum piſtor, à ſatum ſator. A tortum *tortura*, ut à natum natura, à jactum jactura. A tortum *tormentum*, ut à motum momen-

momentum, ab excretum excrementum. Ac *tormentum* vero γυιμόν, hoc est, quo aliquid torquetur. Interim & πόδιος sumitur, pro fune protenso ac torto. Scalig. in Priap. *Tormentum* est funis tensus, ut in Ergatarum suculis & aliis ejuscemodi: quin simpliciter funis. Nam funem torquere, est σχοῖνον πλέκειν. *Propert.* l. 4. El. 3. dignior, obliquo funē qui torqueat ocno. *Tormentum* itaque funis. Et recte in Apuleio: capillus ipse, quem isti aperto mendacio ad lenocinium decoris promissum dixere, vides quam non sit amœnus ac delicatus, horrore impexus atq; impeditus, stuppeo *tormento* assimilis. Hæc Scaliger. A torqueo item fit *torques* propter flexum. Veluti ap. Hebræos itidem nominantur cathenulæ, שַׁרְשְׁרוֹת, quia sint intortæ, aut flexæ. Et ap. Græcos στρεπτὸς fit, itidem à στρέφω, flecto, torqueo, *Torquatus*, i. e. torque ornatus. Ab eodem torqueo etiam est *Torcular*. Q. enim è C. coaluit. De medii quantitate litigant, Priscian. Beda & alii, nec pauci, nec indocti producunt. At quid commodi analogiæ respondeant, nondum conspicor. *Specular* quippe brevis est medii. Et *torculus, torculum*, breve est: quidni etiam *Torcular?* Sunt enim ejusdem matris. Scal. in Ata: Scapos, labella *torcula* aclidem, scalmos.

Torvus, faciunt à *terreo*: quasi *tervus*. Unde etiam *protervus*. Quasi nempe *Torvus* sit, qui oculis *terreat*: quando & his ipsis, alii etiam affectus explicentur. Sane de oculis aut visu terribili toties usurpatur. Hinc illud vulgare: *Torvum videre*. Homer. Iliad. a. & alibi ὑποδραβλέπειν. Scilicet ab ῥεύω. Sicuti quoque ὑπόδραξ est *torvus*. Papias: *Torvus terribilis eo quod sit torvo vultu. Torvũ, terribile vultu, asperum, turbulentum, iratum.* Gloss. *Torvum*, λοξὸν, σκυθρωπόν, Ab eodem adspectu horribili Virg. dicitur 10. Æn. *torvus Abas*. Ovid. *torvus Procustes*. Iterum Virgil. 6. Æn. -- *torva tuentem*. Idem eclog. 2. *torva leæna*. Quod est epitheton ab oculorum sævitia, quæ summa in hac fera est Arnob. lib. 6. *Videmus leones torvissima facie*. Hinc etiam Leo ap. Hesiod. est βλοσυρής, id est, terribilis adspectu, à βλέμμα & σύρω: dum oculi velut

Digitized by Google

corrugantur. Ap. Oppian. πυέγλην@, ab igneis oculorum pupillis. Ap. Homer. ὑπὸ βλεμεαίνων. Nam βλεμεαίνειν (à βλέπω, βλέμμα & αἰνόν) est torvis oculis terrere, adeoque leonum proprium, uti observat Eustath. Eodem etiam tendit, quod idem leo ab Aristot. Homero & Hesiodo vocetur χάροψ vel χαροπὸς: quem Catull. epigr. 46. *cæsium* appellat. Dalechamp. in Plinii l. 8. c. 16. mavult *cæssium* vocari leonem, à καίεσθαι. Sed nihil equidem mutaverim in hoc Catull. versu: *Cæsio veniam obvius leoni*: quia leo glaucis oculis apparet horribilis. Ideo etiam Homero & Hesiodo γλαυκιόων dictus. Tales etiam oculi Bellonæ sunt: etiam eapropter perpetuo epitheto γλαυκῶπις Ἀθήνη ab Homero describitur. Ideoque τὸ *cæssium* hinc facessat: atqui etymon illud (*torvus à terreo*) triumphat.

Trabs, τράφηξ, Lycophron. Tamen Ennius *trafax*, vel, ut est apud Festum, *trifax*, dicit, pro trabe, sude, vel conto; *ut permaceret paries percessu trifaci*: Jos. Scalig. in Conject. Festus: Trabes proprie ligna duo conjuncta. *Trabea*, ita dicitur ob segmenta seu listas *trabium* instar limas & obliquas. Dionys. Halicarn. l. 2. τηβέννας ἐμπεπορπημένας περιπορφύρους, φοινικοπαρύφους, ἃς καλοῦσι τραβέας.

Tragœdia Tragœdus, τραγῳδός, ad verbum sonat *hircicen*. Horat. in arte:

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Tragœdia nomen traxit ab hirco, nullam aliam ob caussam, nisi quia in ejus numinis honorem ageretur ejusmodi fabula, cujus victima esset hircus. Eo igitur victores donati rem illi divinam fecere. Primum sane agi cœptam vindemiarum tempore scriptum est. Unde occasio data Grammaticis, uti παρὰ τὸ τρύγημα nomen ducerent, quasi τρυγῳδίαν, quam vocem integram etiam ap. Aristoph. habes, Ἀχαρνεῦσι. Qui eam primus dederit, haut ita pro comperto habetur. Satis constat illud, à Thespide poeta factam nitidiorem, qui primus pensiles scenas in plaustris circumegit, addiditque nudis oribus fecem pro persona. A quib. fecibus vinaceis alii Tragœdiæ nomen

nomen deductum maluere. Id enim significat τρύξ: quemadmodum τρύγημα vindemiam. Τράγος autem est caper. Scal. l 1.poet.c.6.

Trames id est, transversa via: à *trans* & *meo*. Onom. Trames, τριμμός. Plaut. domum ire cœpi tramite dextra via. A *trameando*, quod scilicet transversi scandant vias rectas. Nec insolens *Tra* pro *Trans* in compositis. Ut *trado*, quasi transdo: *tralatitium*: translatitium: *tramitto*, & transmitto: *trabiare* pro *transbiare*. Ita *trames* quasi transmes: facilitatis causa.

Transenna est in tendicula pedica, sive funiculus extentus, & ex eo apta machinula, quæ adhibetur ad turdos capiendos. Serv. ad illud 5. Æn. *Et volucrem trajecto in fune columbam*; notat: trajecto, extento; unde *transenna* dicitur extentus funis. Plaut. Bacch. a. 4. s. 6. nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit. *Transenna* quasi *transtenna*, aut *tenta*. Si è Latio elicias. In Hebr. אֶשְׁנַב, i. e. transenna, fenestra, per quam adspicimus. *Senna*: & compositum, *Transenna*, quo utimur. Brodæus l. 4. miscell. c. 19.

Tremor, ait *Gifan. JCtus proprie pro motu*. Immo aliquid plus, quam motus. Alioquin omne motum, etiam tremeret: nos, quia in continuo motu, semper tremeremus. Lucret. ----*Invitos cogens tremere atq. moveri*. Si *tremere* idem, quod *moveri*, sententia Gifani; non foret ταυτολογία? Sed *tremere*, est pavere ita, ut una quis concutiatur. Igitur motus ubique comitatur tremorem: nec ipse tamen est tremor. Scal. Ex. 312. *Tremor* & *Horror* corporis affectus sunt, ex affectibus animi pendentes. *Tremor* est motus ex motibus contrariis, ex Galeno. Græca tota vox, & factitia. *Tremo*, τρέμω, τρέω, τρόμος. Est item posita in motu corporis *Trepidatio*: cum tremor ita nos occupat, ut etiam consistere nequeamus. Aristotel. οἱ ἀγωνιῶντες σκαίρουσι τοῖς ποσί. Hoc enim *pedare* & *repedare* apud antiquos. Itaque non recte invenias aliquos Agoniæ vocabulo usos esse. Inde colligimus: *Tremere* esse proprie pavere aut metuere, sed cum quadam concussione aut motu Quod etiam *tremendus*, *tremefacio* & cætera

Digitized by Google

tera deducta confirmant. Dum igitur *Ennius* lumen vocat tremulum: *Lucret.* tremulos ignes: tremulum jubar ignis: *Virgil.* tremulas flammas: *Horat.* trementes silices: *Cic.* tremulos cometas; omnes, inquam, loquuntur tropice & intelligunt varium illum & paventi aut terrefacto similem motum: qui partim ab aere ἀεικινήτῳ evenit, partim ab oculo, veluti tremente, ubi species clarior videnda datur. Ap. Hebr. est רתת, inde, si libeat, τρέω. Item רטט, est tremor, horror.

Triarii. Varr. l. 4 L. L. *Hastati* dicti, qui primi hastis pugnabant: *Pilani*, qui pilis: *Principes*, qui à principio gladiis. Dicti quoque *Pilani*, *Triarii*, quod in acie *tertio ordine* extremis subsidio deponebantur. Eo, quod hi *subsiderent*: inde dictum *subsidium*. De quo Plautus: Agite, *subsidite* omnes, quasi solent *triarii*. Gloss. *Tertiarius*, ἔφεδρος: quasi dicas *subsessorem*, & in vicem locumque paratum. Ipsi etiam *Triarii* subsidebant, presso altero genu: uti ait Lipf. l. 2. de mil. Rom. dial. 1. & l. 4. dial. 1.

Tribulus, τρίβολος: nomen herbæ, à trino cuspide, βέλω, vel aculeo. Item stimulus, ab eadem figura. Fl. Veget. l. 3. de re mil. c. 24. Tribulus est quatuor palis confixum propugnaculum, quoquo modo abjeceris, tribus radiis stat, & erecto quarto infestum est. *Tribula*, apud Virgil. qua *terebantur*, aut exprimebantur grana è frumentis. Plin. l. 18. c. 30. messis ipsa alibi tribulis in areas aliqui equorum gressibus *exteritur*. Ut à fatum fabula: ita à tritum *tribula*. Inde *tribulo*, propriè tribula tero. Gloss. Cyr. θλίβω tribulo. Est *Tribulo*, verbum priscis incognitum. Ut ita sit tribulo idem, quod premo; affligo. Nisi allubescat, fieri, à τρίβολος, ut etiam tribula. Latinum verò etymon malo: à Tero.

Tribus. Scal. lib. 1. poet. c. 9. Romulus universum populum tres in partes cum divisisset, inde *Tribus* appellatæ sunt: tametsi major deinde numerus additus est: mansit tamen nomen. Inde *tribuo*, quasi in tres partes, aut classes elargior: Per tribus do. Alludit ad originem Sidon. carm. 13.

Gerio-

Digitized by Google

Geriones nos esse puta monstrumque *tributum*.

Similiter *Tribus* Græcis est τριττὺς: ap. Dion. Halicarn. Antiq. Rom. l. 2. A τρεῖς vel τρίς. *Tribunal* proprie tribuni solium, βῆμα. Pompon. libro Singul. Enchiridii. Dicti *Tribuni*, quod olim in tres partes populus divisus erat, & ex singulis singuli creabantur. Varr. l. 4. L. L. *Tributum* dictum à tribubus, quod ea pecunia, quæ à populo imperata erat, *tributim* à singulis pro porportione census exigebatur. Ab hoc ea, quæ assignata erat *attributum* dictum. Ac eo quoque, quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, *Tribuni* ærarii dicti. Id, quod *attributum* erat, æs militare: hoc est, quod ait Plaut. a. 3. Aulul. cedit miles, æs petit. *Tribules*, qui ex eadem tribu. *Triens* à numero ternario. Dividitur enim AS in 12. uncias, quarum pas tertia est triens. Scal. l. 3. poet. c. 24. prisci Latini *strenam*, quasi *Trenam* sunt interpretati: à *tertia* officii repræsentatione. Præponitur S ut in *stlite*, & *stloco* Festus: *Strenam* vocamus, quæ datur die religioso, ominis boni gratia, à numero, quo significatur, alterum *tertiumq*; similis commodi, vel uti *Trenam*. Symmach. l. 10. Nomen indicio est, viris strenuis streuas convenire ob virtutem. *Tres*, τρεῖς: *Tria*, τρία. *Tressis*, i. e. trium assium: ut ap. Græcos τριώβολον, *Triobolum*. *Ternus*, quasi *Trenus*, ut tres. *Tertius* τρίτος. Hesych. τίτρα ἡ τρίτη. Ubi Meursius τρίτα reponit. *Tertio* verbum, i. e. tertia vice itero, τριτόω. Verba *tertiata* interpretantur esse imperfecta, lapsantia, & ex pavore nutabunda: quando homo examinatus, non integra verba enunciat, sed vix *tertia* quæque profert, mediis in perturbatione suppressis, aut quasi semesis. Ego sic existimo: *Verba tertiata* sunt proprie *tertium* repetita & pathetica. Hoc in luctu & doloribus evenit, ut idem semel atque iterum dicatur: qualia hei, hei, ah, ah. Affectus cognitissimi sunt. Ubi enim cor pressum & afflictum, spiritibus huc undiquaque collectis: ibi voces erumpere ita repetitas & quasi fractas oportet.

Virg. 6. Æn.

Heu pietas, heu prisca fides.

Terent.

Terent. Adel. quid faciam? quid agam? quid clamem aut querar? ô cœlum, ô terra, ô maria Neptuni. Hoc est, *tertiare* verba. Pariter *tertiare* agrum, est tertio proscindere, τριπολεῖν. Scal. c. 93 L. L. omnis numerus *ternione* continetur. Nam unum numeri initium tantū est. *Dualis*, primus numerus imperfectus. *Ternio* autem primus numerus verus. Quod n. æquales in partes dividi potest, *Finiti* habet rationem: quod non potest, *Infiniti*: Et ternio ipse & numerum continet, & numeri principium: at dualis non nisi in principium, idque unum, resolvi potest. Itaq; potentialis numerus potius sit: quippe numeri potentiam, i. e. unitatem bis continens. Ternio autem actualis, qui quidem divisibilem fecerit indivisibilem. Quare Græci quoque περιττὸν nominavere. Nempe quem si dividas invenias infiniti habere aliquam imaginem, quæ supersit.

Tricæ, τρίχες: flatu omisso. Hinc flectitur τρίχινος, *Trichinus* & rursum *Tricinus*, pro tardo, & impedito, vel exucco: ut sunt capilli, aut crines. Ap. Varr. *Tricinus* quæstus & *uber*, invicem opponuntur *Trico*, qui impedit, & tricas facit. Lucill. Sat. l. 7.

Magnus trico fuit numarius solvere nulli
Lentus ——

Intrico media longa.

Horat. *Mercedem, aut numos unde extricat* ——

Jos. Scal. in Copam: *Trichilæ* nomine intelligit pergulas, quæ & *umbellæ* & *umbracula* vocabantur, σκιάδες Theocrito Syracusiis. Columella:

At qui sub *trichila* manantem repit ad undam.

Et post: Trichilam Græcam esse vocem si nihil aliud, certe CH adspiratum demonstrat. Dictum à densitate foliorum, quasi *Trichina*, N in L: ut nympha limpha. Τρίχινον Tarentini dicebant, pro spisso, à pilis. Varro: Quod *trichinus* quæstus erat, nunc etiam uberrimus. *Trichinum* quæstum vocat spissum *Spissum* enim veteribus erat tardum. Unde *spissigradissimi* senes: & *spisse* venire, h.e. βραδέως Plauto. Significat iis Varro quæstū tardum & sero venisse. Ergo Τρίχινος spissus. Et *trichina*, postea

Digitized by Google

postea *trichila* ἢ δασύφυλλ☉. Non est dubium quin ea sit etymologia. Descriptio ejusmodi trichilarum aut umbellarum exstat etiam Levit. 23. Nehem. 8. Amplius *Histrix*, ὕστριξ & ὕσθριξ: ab ὗς & θρὶξ: quia animal pilis suis, aut quasi jaculis quibusdam; ut vocat Mantuanus, ——*Et canibus jaculis bicoloribus histrix Noxia* Scal. in l. 1. Arist. de histo. Anim. c.7. *hystricem* commodissimè *spinum* dici censet.

Trigla, τρίγλη, quasi τριγλονή. Oppianus: accipiunt *Triglæ* terno cognomina partu.

Triremis, à remus: sicut *biremis*, *quadriremis*. Sueton. in Jul. Cæs. Biremes ac triremes, quadriremesque Tyriæ & Ægyptiæ classes. Aliquid ergo oportet ὑπακούειν, cum dico *Triremis*, vel *biremis*. Græcis *triremis* est, τριήρης: sicut διήρης, biremis. Ab ἐρετμὸς, ἐρέσσω, ἐρέσσω. Latin. *Remus* non alium agnoscit patrem, quam ἐρετμός amputato capite: i. e. E. *Remex*, qui remigat: & quia remo assidet, Græcis πρόσκωπ☉ vel ἐπίκωπ☉: quia remum agit, κωπηλάτης dicitur.

Trisso, à θράσσω, ταράσσω. i. e. turbo, affligo. Virgilius propterea conjunctim posuit, ut verbum mage aperiret vim nominis:

——— *Tristi turbatus pectora bello*. 8. Æn.

Scalig. Exer. 312. Tristitia est contractio spirituum à re non conveniente ad sua principia.

Triumphus, θρίαμβ☉, tralata adspiratione in ultimam, aut sublata. Quamvis ἔτυμον reponat. Ab ἀμφί. Ideo apud poetas sæpe ———*Tempora circum*. Δρίον vero est folium, frondes.

Ovid. lib. 4. Trist. eleg. 2.

Tempora Phœbeâ lauro cingentur, ioque
Miles io, magnâ voce triumphe canet.

Tibull. l. 2. el. 6.

Ipse gerens laurus, lauro devinctus agresti
Miles io, magnâ voce triumphe canet.

Pervetus enim, victori datam esse coronam è frondibus lauri, myrti, palmæ, oleæ, quercus, hederæ, apii. Etiam à gramine, aut herba. Ex quo venit: *dare & accipere herbam*. Maro,

Maro 3. Georg.

Labitur infelix studiorum atque immemor herbæ
Victor equus ———

Herbæ id est, pabuli, aut rectius victoriæ. Neque enim de omni equo loquitur in agro, aut pascuo: sed de eo, qui certaminibus destinatur, aut bellis. Ideo præponit *studia*, h. e. labores, cursum, saltum, quæ eo pertinent. Et addit, *Victor*: ut quid velit per herbam, melius explicet. Nonius aperte: *herbam* veteres palmam, vel victoriam, dici voluerunt. Et luculente Plin. l. 22. c. 34. Corona nulla fuit graminea nobilior, in majestate populi terrarum principis, præmiisque gloriæ. Gemmatæ & aureæ, vallares, murales, rostratæ, civicæ, triumphales post hanc fuere. Cæteras imperatores dedere: hanc solam miles imperatori. Dabatur viridi è gramine decerpto inde, ubi obsessos servasset aliquis. Namque summum apud antiquos signum victoriæ erat *herbam porrigere* victos: hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiam, cedere. Quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio. Legatur Lips. l. 5. de mil. Rom. dial. 17.

Trochus, τροχὸς: à τρέχω: quod à דָּרַךְ, *darach*, *drech*. Martial. l. 14. Inducenda *rota* est, dos nobis utile munus:
Iste *trochus* pueris, at mihi cantus erit.

Trochiscus, τροχίσκος, est orbiculus. *Trochilos*, τρόχιλος, avicula à celeritate cursus sic dicta: ap. Ammian. l. 22. *Trochæus*, τροχαῖος proprie cursorius, & cursui aptus. Inde in poetica est etiam *Trochæus*, τροχαῖος, pes, à volubilitate. Itaque etiam *Rotatilis* dictus est I C. Scal. Sic *Anapestus* ab ἀνὰ & παίειν: quia contra, quam in Dactylo pede terram feriebant. *Dactylus*, δάκτυλος: in poeticis pes, ab articulus digitorum. Ita *Molossus* à natione, quæ eo oblectabatur. Videatur Diomed. l. 3. Censorin. de metris. Terentianus de pedib. Isid. l. 1. c. 16. orig.

Troglodita, τρωγλοδύτης, h. e. qui τρώγλας δύει, cavernas subit, passer trochilus. Etiam populi dicuntur τρωγλοδύται, *Trogloditæ*, qui in cavernis habitant: ap. Arist. l. 8. hist. c. 11. Plin. l. 7. c. 8. Qui melius vocem hanc, ut & gen-

gentem ipsam descripserit, non vidi, quam C. VVaser. in Gesn. Mithrid. Æthiopes (*inquit*) orientales, Dicti etiam *Erembi*. Diodoro *Vvolgii*. Et *Trogloditi* quidem, ἀπὸ τῦ τρώγλας ὑποδιδύκειν : quod, ut Plin. Mela & alii testantur, specus sub terris excavare, & eos subire ac incolere solent. Hinc Dion. Alexand. illos ἐν πέτραισι κατωρυγέσι, in petris suffossis seu excavatis, ferarum ritu vitam vagam agere dicit. Hujus Trogloditicæ gentis regionisque tristia fata Iesaias prædicit c. 18. *Væ terræ umbræ alarum, quæ est ultra flumina Cusch.* Hic interpretibus Hebræis & aliis placet, *Trogloditarum* terram proprie intelligi: quæ appelletur *umbrosa alis*, ob navium & velorum obumbrantium frequentiam, quæ id navibus præstant, quod alæ avibus. Hinc Chald. paraphrastes: *Et vela eorum extenta sicut aquilarum volitantium*. Quanquam & *terra umbræ* alarum dici possit: quia *umbræ* ejus sint, quasi alatæ atque pennigeræ: Quippe quia post solstitium statim avolent. *Et post:* Vel certe magis ἁπλῶς dici potest *Terra umbræ alarum:* quia videlicet in universum umbræ ejus sint quasi alatæ, hoc est, raræ, momentaneæ, fugaces & citissime avolantes. *Et post:* Quid si dixeris *terram umbræ* alarum etiam cognominari, quia sub tentoriis umbrosis alarum instar expansis hæc quoque gens degit. Cæterum quæ in Hebræo est vox *tziltzal* à Symmacho non *umbra:* sed *sonitus* redditur, alludente forsan ad sonitum quasi serpentinum, quo illos in loquendo uti, Plin. & Mela testantur. Mela: *Strident* magis, quam loquuntur. Herodot. Troglodytæ nulla altera simili lingua utuntur, vespertilionum more *strident*. Sic hodie quoque Æthiopas quosdam in loquendo *singultire* Osorius testatur. Hieron. tamen *tziltzal gurgustium* vertit, respiciens ad Troglodytarum gurgustia subterranea. Alii *hamum* piscatorium: quo aut piscationem eorum, aut ἰχθυοφαγίαν significare voluerunt. Hæc ille.

Tropæum: ita enim scribatur, absque litera H. Quia Græcis τρόπαιον. A τρέπω. Est monumentũ τ̃ τῶν πολεμίων ἢ ἰχθρῶν τροπῆς: erigiturq; eo in loco potissimum, ubi hostes

stes fusi fugative. Nonius: spolia hostium stipitibus affixa tropæa vocantur. Inde Suidas *Tropæa* reddit νικητήρια: Hesych. σύμβολα νίκης. Videatur etiam Briss. l. 4. de Formul.

Trossulus. Festus: *Trossuli* equites dicti, quod opidum Tuscorum *Trossulum* sine opera peditum ceperint. Nonius: *Trossuli* dicti sunt, *Torosuli*, quasi habitiores: à torosa pinguedine. Jos. Scal. Autor Gloss. *Trosulus*: ὁ ἐν μικρῷ παχύς. Videtur velle, quasi *torosulos* dictos, quod ego valde amplector. Varro Sesquiulysse: Nunc emunt trossuli nardo nitido volgo Attico talento equum. Inde *Trossula* trabea dicitur apud veteres. Hæc cocco purpuraque prætexta erat: quam etiam auguralem vocabant: Græci ἐφεστρίδα. Etiam Lips. hîc excutiatur l. 2. Elect. c. 1. Philib. Beroald. in l. 7. Apulei de aur. asino, *Trosulus*, uno S, mavult: juxtaque originem (à *Torus*) latè persequitur.

Trudo Scal. in Theoph. de pl. Usus fuit hic verbo *Trudo*, non temere. Est enim *trudi*, *terra edi*. Non ignoravit omnium doctiss. poeta cum cecinit 3. Georg:

Truditur è sicco radix oleagina ligno.

Neque male trudo fiet à τρύω & ὠθέω. Quod enim Græcis ὠθέω, id propriè Latinis *trudo*: inquit Martinius. Gloss. Philox. *Trudit*, ὠθεῖ, ἐρείδει. A trusum *trusatile*, quod frequenter trudi solet ac potest.

Truo, trua, trulla. Varr. l. 4. L. L. *Truæ, quæ à culina in lavatrinam aquam fundunt.* Idem ibidem: *Trulla à similitudine trullæ.* Truo, turbo liquores in olla, aut etiam in patina. Casaub. in l. 7 Athen. c. 22. τορύνεσθαι culinæ vocabulum est. *Truare*, id est, τορύνῃ seu *truâ* κινεῖν, non in olla, verum in patina. De *trua* & *trulla* ita Scalig. ad Varr. l. 4. Inversum est pro *torulla*. Hinc Græci τορύνω. Aristophan. Avibus: Ἴττυς δ᾽ ἐπιθυμεῖ δεῖ τορύνης ἢ χύτρας. Interpretantur τὸ κινητήριον τῆς χύτρας esse: unde & *Truare*, τὸ κινεῖν, apud veteres. Idem in Festum: *Redamptruare* dicitur in Saliorum exultationibus, cum præsul *amptruavit*, quod est, motus edidit. Sequuti sumus veterem scripturam, *amptruare*, pro *antrua*-

truare: ut *temptare*, pro *tentare*, *ſumptus* pro *ſumtus*. Verum eſt à *trua* dictum *amtruare*, h e circumvolvere: ut cum *trua* olla circummovetur. ... abludit Græcor. δράω, τρέχω, δρέμω, δρό... iam non nulli *druo*, *andruo*, ſcribunt.

Truncus, *trunco*. Gloſſ. Philox. *Trun.* ... ἀκρωτηριάζω, κολοβοῖ. Italis eſt *troncare*: ex Latino, ut alia plerumque. Gloſſ. *Truncus*, στέλεχος, κορμός. Heſych. τρέγχος, στέλεχος, κλάδος, φυτὸν, βλάστημα. Scal. Exerc. 140. *Stipes, ubi truncatur, truncus eſt. Cadaver poeta abſciſſo capite truncum appellavit. Veteres lignatores, amputatis ramis, ab ſeſe relictum dicebant truncum.* Trunco eſt à τρύω, tero, conficio: τρύχω attero, concido. Ut ita propriè ac primo *truncus* ſit arboris reſectæ: deinde etiam alterius corporis.

Trygodæmones quaſi feculenti dæmones. A τρύξ & δαίμων. Ita ap. Ariſtoph. in nebulis dicuntur poetæ, quod fecibus, quas Græci τρύγας vocant, faciem obliti, ne cognoſcantur, publice ſua carmina recitent, & prætereuntes cavillis inceſſant. *Lacedæmones* λακεδαίμονες, i.e. lacus dæmonum, vel puteus inſanientium, ut vertit Arias Mont. *Cacodæmon*. κακοδαίμων, Latinè *maledeus*. Senec. in Thyeſte: *Quis* maledeorum *Tantalo vivas domos oſtendit?* Ita *Eudæmon*, εὐδαίμων eſt, ὁ εὖ ὁ δαίμων ᾗ σπουδαῖος, cujus dæmon eſt bonus: hoc eſt, cujus animus eſt bonus, ut ait Xenocrates ap. Ariſtot. l. 2. Top. c. 6. Cicer. de univerſ. Quos Græci δαίμονας appellant, noſtri, ut opinor, *Lares*. Gloſſ. δαιμόνιον *larva*. Poſidonius ita dici putat, quia ex æthere a ſubſtantia partita atq; diviſa qualitas illis eſt: ſive ἀπὸ τοῦ δαιομένου, i. e. καιομένου: ſive ἀπὸ τοῦ δαιομένου, h. e. μεριζομένου: Macrob. 1. Sat. c. 23. Auguſt. Steuchus hoc nomen ab Hebr. די *dai* elicit. Quia autem video, *dæmona* promiſcue pro Spiritu intelligente capi, ſententia Platonis in Cratilo valdius probatur: ut δαίμων ſit dictus quaſi δαήμων, i.e. ſciens, gnarus, intelligens. Δαίω eſt ſcio, novi. Ap. Homer. vox illa varie ponitur. Pytharogas ap. Euſeb. l. 14. de præp. Principiorum alterum eſſe *unionem*. i. e. deum & bonum: alterum infinitum *binionem*, i.e. *dæmonem* & malum. Pythagoras ite-

rum ap. Laert. Esse totum aera plenum animis, eosque & *dæmonas* & heroas existimare. Stoici ap. Plutarch. l. 1. de Placit. c. 8. δαίμονας finiunt ὁσίας ψυχικάς. Apul. de deo Socratis: Quodam significatu animus humanus, etiamnunc in corpore situs, *dæmon* nuncupatur. Epicharmus: ὁ τρόπος ἀνθρώποισι δαίμων ἀγαθὸς, οἷς ἢ ἒ κακὸς, i.e. mores homini *dæmon* bonus est, aut è diverso malus. Clemens Alexand. 5. Strom. Etiam Phocylides, angelos vocans *dæmones*, quosdam eorum bonos, quosdam pravos his versibus ostendit:

Miscentur *dæmones* mortalibus, at diversi:
Hi quidem, ut clades & tristia à nobis pellant.

Tertull. Apol. c. 32. Nescitis genios *dæmonas* dici, & inde deminutiva voce *dæmonia*. Aut potius à δαιμόνιος dicitur δαιμόνιον: sicuti τὸ θεῖον & alia. Lactant. l. 2. c. 14. Hi spiritus sibi geniorum nomen assumunt: Sic enim Latino sermone *Dæmones* interpretantur. Minutius Felix: magi quoque non tantum sciunt *dæmonas*, sed quidquid miraculi ludunt, per *dæmonas* faciunt. Et sic hodie plerumque *dæmon* sumitur pro malo spiritu: non quidem ex se aut propria notione, ut qua idem est, quod *intelligens*: sed κατὰ συμβεβηκός. Ap. Evangelistas δαιμόνιον est impurus ille spiritus. Δαιμονίζεσθαι, à diabolo agitari, vel incessi. Matth. 15. 22. Κακῶς δαιμονίζεται, i. e. male à dæmonio vexatur. Matth. 4. 24. δαιμονιζόμενος est *dæmoniacus*, qui agitatur à diabolo. Castellioni est *furiosus*. Sed non recte. Cùm illa vox non modo lata & ambigua sit: sed videri etiam possit illorum errorem confirmare, qui dæmonium nihil esse aliud putant, quam φρενῖτιν aut μανίαν, morbum scilicet, qui à medicis curatur. A δαίω, est etiam δαιδάλλω: item *dædalus*, δαίδαλος, ut sit solers, ingeniosus, sciens. Apud Ennium Minerva: Lucret. l. 1. tellus: Virgilium Circe vocatur *dædala*. Omnia vero δαίδαλος, δαιδάλλω, δαήμων, δαίμων, δαείω, δαίω, & quæ ex hac scatebra, principaliter fiunt ab Heb. ידע, *jadah, dah*, i. e. novit, scivit: מדע est cognitio, scientia, ἐπιστήμη.

Tubalcain, *Thubalkaiin*, תּוּבַל־קַיִן, i. e. terrenus posses-

possessor, seu Vulcanus, magister æris, sive metallorum. Nam ferri, ærisque usum docuit. Gen. 4. v. 22. A Rad. תֵּבֵל, id est, orbis, terra habitabilis Diodorus: *Vulcanus* ferri, æris, auri, argenti, omniumque, quæ igne fabricantur, artem invenit, eamque cæteros docuit. Unde nomen *Vulcani* factum, ecquis ambigat? Nam & is magister ignis, & Jovis faber creditus. Homerus vocat κλυτοτέχνην. Varro l. 4. à majori vi ignis & violentia nominatum putat. Consentit etiam Græcorum, ἥφαιστος: scilicet ex ἀφῆ ἱστίας. Vel ex Heb. עוף volare: & אֵשׁ, i. e. ignis. *Vulcanus* dicitur *claudus*, quia per naturã nunquam est rectus ignis, sed quasi *claudus*, ejusmodi speciẽ motumque habet, ut notat Isid. l. 8. orig. c. 11. August. l. 20. contra Faustum. Etiam claudus eget scipionis & alterius adminiculi: & sic ignis materia ligni, olei, ceræ sustentatur. Plaut. Amph. a. 1. sc. 1. *Vulcanum in cornu conclusum geris*, h. e. candelam in laterna cornea. Martial. l. 14. ep. 57. *Cornea si non sum, numquid sum fuscior?* Et Lucr. 6. Præterea lumen per cornu transit.

Tumultus. Cic. 8. Phil. quid aliud est tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major *tumor* oriatur? Unde & nomen ductum, quasi *tumor: Ultus* est terminus. Aliis *timor*. Sed rectius *Tumor* legitur. | Ita idem Cic. l. 14. ad Attic. epist. 5. *tumorem rerum* vocat. Et ibidem epist. 4. *Negotia tument.* Similiter Prop. l. 2. El. 16. Custodum tumor, id est, densa corona, & fretum illud turbæ, autore Palmerio. A tumore, *tumulus* 7. Æn. aggere composito tumuli. Est enim locus à terra eminens. Quomodo Judæis תֵּל tumulus, agger, Deut. 13. 16. oritur à תָּלַל id est, eminuit, tumulavit. A *tumeo* faciunt etiam *tuber*: aut potius ab Hebr. טַבּוּר, i. e. locus eminens. Scalig. in Th. de plant. aliud est *turgere* medicis, & philosophis, aliud *tumere*. *Turget*, quod *urgetur* ad motum ut, materia furens in morbis, atque effervescens. *Tumet* abscessus sæpe, neque turget, cum materia percocta est, aut cum factus est tofus. Turget in sene semen post allii & piperis usum. At nihil tumet. Arbor quæ fœtum me-

 dita-

Digitized by Google

ditatur, non ubique, non ſemper tumet. *Tumor* eſt ὄγκος græca origine, & patria τύμϐος. *Tumba*, ſepulcrum eſt & locus concavus. A *tumeo* eſt *contumax*: qui tumet pertinacia. Iſid. Gloſſ. *contumia*, contumelia. Aliis à contemno. Ab ὄγκος eſt *uncus*, *aduncus*. Idque ob tumorem, qui fit, dum reflectitur. Et ὄγκινος eſt *uncus*, uncinus, hamus: ap. Scholiaſt. Ariſtophanis & Pollucem. Nec non ap. Heſych. ὄγκη, eſt angulus. *Ancus*, ap. Feſt. qui aduncum brachium habet, ut exporrigi non poſſit. Ex eo etiam eſt *mancus*: vel, ut Iſidoro viſum, quaſi *manu ancus*. Nam *mancus* (ut eſt in Lex. Calepini) proprie dicitur, qui altera manu caret, mutilatus.

Tunica, à tuendo corpore ſecundum Varr. Aliis ab *induendo*, ut *inducula*. Longius petita eſt, inquiat aliquis. Quia vix duæ literæ in deducto: (*Tunica*) apparent: in primis vel induo, vel tueor. Certe plures ſunt in Hebræo, immo omnes: ſi primam colloces loco poſteriori: כְּתֹנֶת, id eſt, tunica. Manente ſic prima Græcum habet, χιτὼν, quod proprie eſt veſtis interior, ut tunica; ἱμάτιον exterior, ut pallium; & hanc proprietatem accuratè ſeruat Joh. c. 19. 23. Hebræum LXXII plerumque vertunt χιτῶνα. Nehem. 7. 20. στολὴν. *Hieronym. in ep. ad Fabiolam, quæ eſt de veſte ſacerdotali*: Secunda, *inquit*, ex lineo tunica eſt ποδήρης, id eſt, talaris duplici ſindone, quam & ipſam Joſephus byſſinam vocat, appellaturque כתנת *chetonet*, id eſt, χιτὼν, quod Heb. ſermone in lineam vertitur. Hæc adhæret corpori, & tam arcta eſt & ſtrictis manicis, ut nulla omnino in veſte ſit ruga & usque ad crura deſcendat. Volo pro legentis facilitate abuti ſermone vulgato. Solent militantes lineas, quas *camiſias* vocant, ſic aptas membris, & adſtrictas corporibus, ut expediti ſint, vel ad curſum, vel ad prælia dirigere jacula, tenere clypeum, enſem librare, & quocumque neceſſitas traxerit. *Hæc ille*. Unde & quid ſit χιτὼν intelligere eſt, & quid ἐπικάμισον ſive *Camiſia*, unde nos *Chemiſſe* diximus: & hoc amplius, quam vana ſit Græcorum grammaticorum vocis

χιτὼν

χετὸν παρὰ τὸ χέειν etymologia, inquit in Nov. Test. Casaubonus.

Turba, τύρβη: Attice pro σύρβη à σύρειν & βοᾶν: ut commotionem streperam ac vocalem notet. *Turbare*, est turbam facere. *Perturbare* est admodum turbare, θορυβεῖν περίοδον. A turba deminutum *Turbella*. Alii volunt *turbela*: sicut suadela. Non bene. Regula talis est: ubi nomen fit à verbo, ut nulla significetur deminutio, ibi L unum sufficit. Ut *loquor loquela: suadeo suadela: tueor tuela: obsequor obsequela: candeo candela: niteo nitela*. Contra ubi subest deminutio, rectius geminatur L. *Furca furcula furcilla: puer puerulus puellus: mamma mammula mammilla: tener tenerulus tenellus: catus catulus catellus: os osculum, oscillum*. Sic *turba, turbula, turbella*. *Turbo* dicitur, ut ait Apulejus, qui repentinis flatibus prosilit, atque universa *perturbat*: lib. de mundo. A Lucretio l. 5. dicitur turbo violentus: & l. 6. ventus *versabundus*. Turba ab Heb. הַרְבֵּה, multitudo, copia. Etiam *Turpe* à τύρβη, i. e. à turbatione & ἀταξίᾳ: ubi omnia sursum deorsum moventur, honestate ac legibus insuper habitus.

Turca, καὶ μετὰ θέσιν, à קֵדָר, qui est secundus filius Ismaelis filii Abrahæ ex Hagar Gen. 25. habetque nomen à luctu. Ita viri docti suspicantur: qui idem ferunt judicium de *Muscovitis*. Dresser. 1. Mell. *mesech*, vel *Mosech* (à Rad. מָשַׁךְ, i. e. protraxit, produxit) tendens arcum, *Mysis* & *Moschis*, vel *Muscovitis* initium & nomen dedit. Quamvis Muscovitæ Græcam originem habere videantur, ex voce μόσχος vitulus: βίος, vel βιωτός: quasi ex pecore viventes. Philip. Cluver. Turcas à *Thogarma* deducit lib. 1. German. antiq. c. 4. Martinius: *Turca* vel *Turcus* idem, qui vagus, νομάς. Arab. תָּרַךְ est relinquere, deserere. Jos. Scal. l. 3. canon. chronolog. Propriè *Turcoman* aut *Turomen*, est νομαδικός, qui stabile stabulum, ut Plautus loquitur, non habet: cujusmodi est natio, unde isti *Turcomanni* sumebantur, Circassis finitima. Rabbini Turcos vocant *terram Gomer*.

C. VVaser. in Mithrid. Gesneri. *Turcorum* sive Turcarum nomen, hominem significat agrestem, durum, vagum, qui instar Nomadum vitam agit. Unde *Scytharum*, quos *Tartaros* nominant, progeniem esse, fere omnes scriptores testantur. Melas certe *Turcas* refert inter Scythas: & Chalcondylas idem argumentis ac conjecturis nonnullis probat. Notat Leonclavius, *Osmanos* milites & aulicos moleste ferre, si quis eos *Turcos*, ceu rusticos, appellet; qui semetipsos potius *Islamos* nominant, hoc est, unanimes & inter se pacificos. Unde precari non cessant Deum, ut inter se perpetuo discordes esse velit *Gauros*, h. e. Christianos, quos veluti gentiles aut paganos ab Hebr. *Goi* vel *Goim* sic vocant. Idem ibidem: *Moschi* sunt iidem, qui *Mossynœci*, à turribus ligneis appellati, teste Apollonio: vel potius à Moscho, Noachi nepote, quem *Moschum* Strabo ex Posidonio hariolatur Sidonium fuisse Philosophum, ante Trojana tempora florentem, primum de atomis dogmatis autorem.

Turma, Var. l.4. *Turma, terma* est: E in U abiit: quod terdeni equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Ramnium, & Lucerum fiebant. Turneb. ad illud: *Turma, Terma*, vetus *terima*. Curiatius quoque ap. Festum, quasi *Terimam* dictam refert. Jos. Scal. *Turma*, τόρμα, τόρμος rotunditas, ut cohors: quia cohortes villaticæ rotundæ. A τείρω, τερῶ τόρμος: ut à φέρω, φορμὸς: à κείρω κορμὸς: à μοίρω, μορμώ. Lips. etiam videatur l.2. de mil. Rom. c.6.

Turris, τύῤῥις, τύρσις. Ut Attice θαρσὸς θαῤῥὸς: κόρση κόῤῥη: ita τύρσις τύῤῥις. Dicta à Tyrrhenis turrium inventoribus. Nisi illi magis ab istis. C. Rhod. l. 6. c 18. Dionysius ait à Tyrrhenis densius extructæ domus vocantur *Tyrses*. Sed & hinc conciliatum nomen *Tyrrhenis* produnt nonnulli, à *tyrsium* monumentis: velut Mossinœcis in Asia de turribus dicunt: *Tyrses* nominat quoque Xenophon. Ap. Heb. צור, est petra, vel turris habens aciem angustam. Unde טור, mons: & ita hinc ædificium celsum, in acutum exiens. A Rad. צור, i.e. angustavit, compressit, constrinxit. Inde turrim trahere satius.

Tus,

Tus, aliis à θύιαξ, Scalig. l. 1. de plant. dicitur à tundendo, *tusum*. Nec immerito. Nam & apud Hebræos נכאת aromata, item à contusione nomen acceperunt, à נכה Plaut. Aulul. act. 2. sc. 8. ut vitium senis triparci ubique delinearet, *tusculum* fecit. Legatur Clusius hist. arom. l. 1. c. 6.

Typhon, τυφὼν, ventus, quidam ignescens: Plinio est vortex. A τύφω, fumum excito, accendo, inflammo. Proprie *typhus*, τύφος, fumus. Inde levis ac fumi instar vana jactatio animiq; fastus. Arnob. l. 2. *Mentis elatio & typhus*. Græc. τύφω ab Hebr. דָּבָה i.e. fumavit, emisit fumum, & vaporem. *Typhoëa*, τυφῶια pro τυφώεια, ap. Virgil. item Typhoïa, τυφαόνια, i.e. ardentia, fumantia.

Typus, τύπος est figura impressa ab aliqua vi: nota pulsando facta, atq; ita corpori dura impressa. A τύπτω ἔτυπον. Hebr. תפף, i.e. pulsavit, percussit. A τύπτω est τυπῶ, *Tudo*, *tundo*: ut *tago*, *tango*. Et *tudito*, in Festo, Enn. Lucret. *Tudes*, quo pulsamus. Item *Tympanum*, τύμπανον: organon, quod pulsatur: à τύπτω: sicut Heb. תף, id est, tympanum LXXII. τύμπανον Gen. 31. Exod. 15. & alibi. Oritur è radice apposita. De *tympano* legatur Lips. l. 4. de mil. Rom. dial. 10. *Tubus* etiam à τύπος facili mutatione. Nam tubus ab artifice excavatus canalis est. A tubus etiam *Tuba*: ap. Lips. l. 4. de mil. Rom. dial. 10. Quippe *tuba* referebat *tubum* sive canalem. *Tibia* dicitur quasi *tubia*: quia tibia, h. e. cruris os furæ oppositum, est veluti tubus & canalis teres. Similiter Hispanis *canilla de la pierna*: canna pedis. Camerar. probl. etym. dec. 1. Quid est *Tubus* & unde nomen factum? An constat significari nomine quasi *fistulas tumidas* æquæ ductuum, de quibus illa erumpit? & ideo grammatici nomen à *tumore* duci volunt? Sed veniri in mentem alicui possit, græcam esse originem nominis: ut sint *Tubi* quasi τύποι, mutata tenui litera in mediã, sicut in *Burro*, qui est πυῤῥός. De ductibus autem aquarum, τύπων nomine usos fuisse græcos, intelligi potest ex iis, quæ leguntur in libello Plutarch. de discernẽdo amico ab assenta-

tore: ubi dicit quod assentator multiplex sit ac varius: εἰς ἄλλοι ἐξ ἄλλου τόπου, ὥσπερ τὸ μεταχεόμενον ὕδωρ ταῖς ἀγγείοις ἀεὶ, καὶ μετασχηματιζόμενον τοῖς ὑποδεχομένοις. Sed hoc relinquatur in medio. A *tubo* autem deminutum *Tubulus* est; proprium idem nomen hominis improbi, & hinc poetæ *Tibulli* nomen factum geminata litera. Nam de usitata mutatione ι & υ dictum paulo ante, & notissima res est. Hæc Camerar.

Tyrannus, τύραννος. Usitate à τρύειν. Sed hoc postmodum contigit. Igitur verior quærenda nobis origo. Initio enim nomen fuit honestum & amabile.

Virg. 7. Æneid.

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

Martial. lib. 9.

Hoc habuit numen Pellæi mensa *tyranni*.

id est, regis: ut notat etiam Raderus. Exinde degeneravit, nequitia quorundam. Sicut etiam alia multa: ut *Sophistæ, latro, parasitus, pappas, magia*: Schöfft/ quo abutuntur Germani à שׁוֹפֵט, i.e. judex: item *Calmeuser*, à כָּל־טוּסָר, ut sit homo omnis doctrinæ, φιλόμουσος ἢ πολυίστωρ. Sic *Tyrannus* origine vox honesta: à τύρρις, τύρσις. Turres enim & arces Tyrannorum aut gubernatorum propriæ. Sic ἄκρον, i.e. celsissimus vel princeps fit ab ἄκρος. Ἀκροφιρεῖν, i.e. πρωτεῖα, primas partes ferre. Sic Jupiter nuncupatur ἄκραιος, à celso loco, vel arce, vel monte. Et apud nos à *pyrgo* dicuntur *Burggravii*. Videatur etiam Fuller. l. 4. Misc. c. 11.

V.

V*Acuum* à vaco: ut pascuum à pasco: propriè quod *vacat* & inane est, κενόν. Lucret. l. 1. conjungit:

vacuum constaret inane. Et Prudent. Cathem.
vacuum per inane volantes.

Vacuna, vacantium & otiosorum dea Gentibus Turneb. l. 1. c. 23. Ovid. 6. Fast.

Nam quoque cum fiunt antiquæ sacra *Vacunæ*,
Ante *Vacunales* stantque caduntque focos.

Legatur etiam Lilius Gregor. Girald. Syntag. l. 10. qui numi-

numina Gentilitatis apprime descripsit & multa notavit ad omnem historiam utilia. Ut ab ango angina: à fodio fodina: ita etiam à *vaco vacina* ἀναλόγως: & postea *vagina*, h. e. capsa teli, ξιφοθήκη, ut Gloss. Philox. habet. *Vagina* enim *vacat* aut *vacua* est & ita apta ad recipiendum telum & si quæ talia. *Vaco* primitus oritur ab Hebræo בַּק *bak, vak,* quod contractum è בָּקַק quod est evacuare & exhaurire.

Valetudo, cum sit à *valeo*, id est, sanus, potens sum: κυρίως notat εὐεξίαν corporis. Cic. 2. offic. *valetudo* sustentatur notitia sui corporis, & observatione, quæ res, aut prodesse solent, aut obesse. Oritur ab οὖλος, i. e. sanus, οὔλιος, οὔλω, οὐλέω & οὐλόω. Quoties enim O abit in V? Inde *valeo*. Hesych. οὖλε ὑγίαινε. Homer. odyss. ω: οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν. Assonat etiam Heb. חָלַם, *chalam*, quod etiam est convalescere & sanum esse. *Validus*, qui valet. Opponitur *invalidus*. Item *valetudo* adversa, sicut vires infirmæ. Melius enim apponitur ἐπίθετον quoddam, distinctionis causa: licet in trivio sit μέσον. Ita Gloss. adversam valetudinem interpretatur νόσον *Valetudinarius* usitate est νοσηρός. *Valde* per contractionem, à *valide*: sicut *caldum*, pro *calidum*. *Valdius* Horatio, pro *validius*. Cæterum invenias quoque *valitudo*, secunda brevi. Et suspicatur Manutius, duplex esse supinum: ut *olitum* & *oletum*: sic *valitum* & *valetum*. A quorum illo *valitudo*: ab hoc *valetudo*.

Horat. *Dura valetudo*.

Vallis, à viriditate & florum benigna copia, quam suppeditat humiditas maxime & calor temperatus: θαλλὸς, θάλος, θάλλω. Aliis à *vallis*, quibus muniatur. Sed à monte vero (qui apricus) *reducitur vallis*, h. e. deprimitur, sinuatur, vel etiam ab æstu nimio absconditur. Inde Virg. 8. Æn. natumque in valle *reducta*. Horat. l. 1. Carm. od. 17. Hic in *reducta* valle caniculæ Vitabis æstus. Idem lib. Epod. od. 2. Aut in *reducta* valle mugientium. Et sic Hebræis vallis nominatur בִּקְעָה, quia à montibus reducitur & quasi dissecatur. Nam בָּקַע est scidit aut fidit.

 Vallo,

Vallo, βάλλω, i. e. jacio, figo, pono. Βόλος, jactus: βόλιτον seu βόλβιτον, & βόλβιτος, i. e. stercus, quoniam excernitur. Inde Latinum priscum ap. Fest. *imbulbitare*, i. e. stercore inquinare, ἐμβολβιτεῖν. Βάλλω ab Hebr. פָּלַח, discidit, disjecit, ἔβαλε. Διαβάλλω, trajacio: τροπικῶς calumnior. Διάβολος, *diabolus*, i. e. calumniator. Isidoro vertitur, *criminator*. Tertull. *delator* l. 2. contra Marcionem. Διαβολή *delatura* eidem lib. 5. contra Marcion. In Syriaca paraphrasi Matth. 4. 1. diabolus est *promulgator obtrectationis*. In sancta lingua est שֵׁד, id est, vastator: unde χέτλιος. Ad Rad. שָׁדַד, i. e. vastavit, exterminavit. Ibidem שָׂטָן, id est, adversarius, *Satan*. A Rad. שָׂטַן, i. e. adversarius est. Jobi 1. 6. Aquila retinet Hebræam σατάν. LXXII. vertitur διάβολος: Theodotioni ἀντικείμενος, quam rectissime. Pro Διάβολος legitur etiam ζάβολος à ζα intensivo: & inde *Zabolus*, apud Cyprian. Hilar. & Papiam. Nam Æolico more dicitur ζαβάλλειν pro διαβάλλειν. Et sic *Zabolus* pro diabolus.

Varius, πολύχρους. Cic. 2. de Fin. *varietas* proprie in disparibus caloribus dicitur: sed transfertur in multa contraria. Fit varius à βαλιὸς & βαλίος, à βάλλω. A abit in R. ut ex σίλφη, *Sirpe*. Et contra R in L, ut *lilium*, λείριον. *Lirinon*, λείρινον, liliaceum.

Varus, Scalig. in Conject. erant *vari* proprie bacula furcillata, ut interpretatur Varro, & informia. Alii scribunt *Varri*. Unde *Varrones*, duri & σκληροὶ homines. A varo fit *varix* i. e. vena nimium intumescens & *obtorta*. Dicitur, quod sit *varus*, hoc est, obtortus. Ex *varo* fit *vallus*. Hinc *vallum*, quod ex iis fieret. *Intervallum*: vox rustica, i. e, spatium inter bacula, i. e. *vallum*. Nunc ἐν πλάτει sumitur. Gloss. Isid. *Intervallum*, medium inter fossam & murum. A varus est *varicari*, i. e. distortum esse, deflecti, divertere: ab illis bacillis, vel etiam cruribus distortis. Gloss. *varicat*, ὑπερβαίνει. Plus adhuc est *prævaricari*, i.e. nimium in alteram partem varicari pede. Cic. ap. Isid. Quid est tam *prævarum*? Idem Cic. in par-

partit: *Prævaricator* significat eum, qui in contrariis causis, quasi *varie* esse positus videatur. Plin. l. 18. c. 19. Arator nisi incurvus *prævaricatur*. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caveatur, ubi inventum est. Ulpian. l. 6. ad Edict. *prævaricator* est quasi *varicator*, qui diversam partem adjuvat, prodita causa sua. Legatur Cujac. in fine l. 9. observ.

Vas, vadis. Sponsor erat sistendi aliquem judicio, sive publico sive privato. A *vado*: ap. Scal. c. 29. L.L. quod is, qui *vadem* dedit, *vadere* possit, i. e. aliqua decedere, & sua componere. *Vadari*, vades postulare. *Vadimonium*, sponsio comparendi in judicio ad diem certum. Idem Scal. ibidem: *Vadum*, qua valere, i. e. flumen transire licet. Gloss. Philox. Vada βράχη. Gloss. Cyr. βράχη θαλάσσης vada. Latinum Vado à βαδίζω, βάδω, ἔιμι. Expressit Plaut. in asin. a. 3. sc. 3. *Badizas*, aut *badissas* tollutim, i. e. ut *tollas* pedes more equorum. *Evadere* pro fieri. Cicer. in Verr. Tu ejusmodi evasisti in furis, & divisoris disciplina educatus. In orat. E Philosophor. Scholis tales fere evadunt. Liv. l. 1. Juvenis evasit veræ indolis regiæ. Ita dicimus Latine: *Evadit* vir magnus. Vulgo, *evadit* in magnum virum. Illo scilicet Terentiano decipiuntur: Evadet in magnum malum. Sed hoc aliud, i. e. erumpet.

Vasallus. *Vasarii* nomine intelligitur omnis illa supellex, & instrumentum, quo magistratus in provinciam abiturus instruebatur & hodieque nobilium clientes *Vasalli*, tanquam in Vasario eorum sint, & vasa eorum censeantur, appellantur. Icti ita: *Vasallus*, ὑποκοσμητικῶς, deminutivo nomine, inferioris ordinis cliens: i. e. qui in *vassi* fide, & clientela est. Lege Hotoman. in Disput. Feud. Petr. Heig. l. 1. quæst. 2. Turnebum l. 21. c. 15. Schottum nodor. Cicer. l. 1. c. 3. Cornel. Kilian. in Lexico.

Veho, ab ὀχέω: ὄχος currus. A vectum *vectigal*: ita æs dicitur, quod ob tributum ac stipendium & equestre & ordinarium, populo debetur, Festus. Videatur etiam Cujacius l. 7. observ. c. 4. Proprie vectigal est, quod

ex

Digitized by Google

ex *vectum* penditur. A vectum est *vectis*, hoc est, baculus, quo aliquid suspensum & sublatum *vehitur*, inque alto gestatur. Quomodo etiam ὀχὺς, vectis, fit ab ὀχέω. A veho, vectum, vexum: est *vecto*, *vexo*: item *convexum*. Gloss, *convexum*, περιφερὴς. *Devexum*, κατωφερής. Tertull. l. 2. contra Marcion: *Opus pronum & devexum ad terram*. De cœlo sæpius legitur. Arnobius l. 1. *convexio cœli*. Seneca Hippol. convexa tangit supera. Ovid. 4. Pont. convexa sidera. Virg. 4. Æn. cœli convexa tueri. Et 1. Æn. convexa polus dum sidera pascet. Ad quod Turneb. l. 5. c. 5. Ego, *inquit*, convexa dici astra interpretor, non singula, sed universa. Convexitatem enim eandem, quam cœlum, efficiunt, toto obsita & dispersa cœlo undique in orbem. *Hæc ille*. Proprie, si originem spectemus, *convexa* sidera, sunt simul *vexa*, h. e. mota in circulum, περιφερόμενα. Cœlum quippe & stellæ ἀεικίνητοι. Verbum *vexo* explicat Agel. l. 2. c. 6. *Vexo*, grave verbum est, factumque ab eo videtur, quod est *vehere*: in quo inest jam vis quædam alieni arbitrii. Non enim sui potens, qui vehitur. Lucr. l. 6. *In summũ veniunt vexata periclum*. Et l. 5. Aut cecidisse urbes magno vexamine mundi. Ut trado, à trans & do, in prol. Phorm. Terent. transdo: sic *traho*, à trans & veho: *tractum travectũ*. Et hæc vera origo, nec quærenda alia. Trahere Græcis ἕλκειν: ab Heb. הָלַךְ ducere. Quid ἕλκω & ἑλκύζω: describit Aristot. l. 4. meteor, c. 9. A tractum *tracto*: ut à captum capto: à raptum rapto: à *mactum* (quod à *mauctum*, *mangeo*, quasi *magis augeo*) Macto. Lucretius dixit, tractare vitam: quod Virgilius, ducere. *Tractatus*, quid sit proprie, manifestarium: usitate est ἐξήγησις, δήλωσις, explicatio. Item quid *attrecto*, & *contrecto*, origo jam edita ostendit. *Detracto*, aut crebrius *detrecto*, dicitur quasi *non tracto*, h. e. defugio, recuso. Festus: *detrectare est male tractare*. Gloss. διαψηλαφᾶν, διατυπτεῖν, λοιδορεῖν. Similiter *obtrectare* sumitur. Festus: *Obtrectat contra sententiã tractat. Obtrectator, qui facit quid contra recte tractantẽ*. Vide *Amo*. A traho est item *tragula*, quasi *trahula*: quod, ut

ut ait Festus, scuto infixa trahatur, Lips. insuper meminit l. 4. polior. dial. 4. Etiam *hamotrahones* sunt piscatores, ap. Festum. Amplius à *vebo* est etiam *asivida:* vox paulo insolentior. Id est, qui *asino vebitur.* Ita enim exponit J. Scal. in Copam: In prologo (inquit) Bacchid. Plauti præposito, ita Silenus de se ait:

Asibidam me Ionii vocitant greges.

Greges autem Jonii sunt histriones. Ut alterutrum sit legendum, *Asibidam,* an *Alibidam,* plane ignoraremus, nisi subjunxisset,

Quod asino vebar senex veturio.

Legendũ enim *Asivida.* Prius enim dictus *Asivebida* forma patronymica. Qualia multa componit Plaut. jocans, ut *rapacida, plagipadita,* Hoc ex imitatione Æolũ, qui fere epitheta patronymicãs formãt, ut σπουδαρχίδης. *Asinivehida* autem ratio etymi postulabat. Sed consultum est euphoniæ, ut σκαλόγγος, pro σκαλολόγγος: ἀμφιβολόγγος pro ἀμφιβολολόγγος. *Veturium* in illo prologo est τὸ κτῆνος, quasi *vebiterium:* ut asivida pro asivehida. Inde *veterinaria* animal... Ergo Asivida Silenus, ὀνοβάτης. Hæc ille.

Vellus, lana ovium conglobata: quia *velat* ovem. Vel quod ante tonsuram *velleretur* lana, Varr. l. 4. L.L. *Villus* κατ' ἀντίστιχον: & inde *vilis:* prout pili, flocci, hili alias etiam sunt nomina vilitatis ac contemtus. Sed nec Græcor. dissimile, μαλλὸς. Ἀμφίμαλλος, utrinque villosus. Ap. Plin. *amphimalla.* A vello *vulsum,* est *vulsella,* ap. Martial. vel *volsella:* instrumentum quo pilus è cute radicitus evellunt, τριχολαβίς. A vello *vellico* i. e. frequenter & carptim vello. *Vello* autem ab εἴλω, εἴλλω, ἴλλω, ἐξείλλω, ejicio: εἰλέω, εἰλεὸς. *Ileus:* item inde *Helix,* ἕλιξ, & εἴλιξ. Μαλλὸς ab Hebr. מְעִיל *meil,* tegimentum, pallium.

Velox, à volando. *Volucris,* i. e. volatilis. Utque *volucris* à volo: sic etiam *avis* ab Hebr. עוֹף quomodo & aves עָפוֹר *volantes* Ies. 31. 5. dicuntur. *Volucriter* aliquoties ap. Ammianum: i.e. celeriter, à volatu avium. *Volaticus* est Cicer. homo levis: Græcis μετάωρος & ἀλλοπρόσαλ-

σπιλ®. Item à *volo* non paucis dicuntur *velites*, quasi *volites*: qui, ut Ælianus scribit, levissime omnium armantur. Etiam nominantur levis armaturæ milites: Cæsar l. 7. Bell. Gall. Val. Maxim. l. 2. c. 3. Polybius vocat γροσφομάχους: uti censet Lips. l. 2. de mil. Rom. dial. 1. Idem de ijsdem amplius differit l. 3. de mil. Rom. dial. 1. & l. 4. dial. 2. Inde *velitatio*, i. e. levis exercitatio, aut veræ pugnæ simulacrum, προαγώνισμα, ἢ σκιαμαχία. A volatu etiam dicitur *vultur*: sicut in sancta ling. דָּאָה, i. e. vultur, eodem modo dicitur): à rad. דָּאָה, i. e. volavit ocius & continuo.

Venetus color, inquit Veget. cœruleus est & marinis fluctibus similis. Scal. Ex. 325. s. 10. De *Veneto* colore quid sentirem: diu anceps dubitavi. Nondum enim ap. veterum quempiam reperiebam. Recentiores alii alio tendere. Domitius tam in sexto, quam in decimo apud Martialem & dissimulavit & præteriit. Egnatius semel atque iterum scribit eum esse, quem vulgus *Giallo* vocat. Dictio mera German. Geel. Inveni tamen ap. Cassiodor. quatuor fuisse aurigarum factiones totidem similes temporib. anni. *Prasinam* veris viriditati. *Roseam* æstatis incendiis. *Candidam* ab auctumni nivibus. *Cæruleam* ab imbribus hibernis. Quæ tametsi non omnino quadrant, tamen id, quod est, docent: *Cæruleum* esse *Venetum*. Olympidorus in primo Meteoron ait: Prasinum & *Venetum* in nocte non videri. At *Geel* refert lucis speciē, non est ergo hic ille. Hadr. Jun. ita conjungit: *Venetus* Vegetio. *Thalassinus* Lucret. *Cymatilis* Plauto: θαλάττιον, καλάϊνον Photioni: ἠεροειδὴς Homero.

Venio. Scal. c. 27. L. L. *Ai* mutatur in *E* breve, βαίνω, venio. Imperite namque verbum hoc ita sunt interpretati, quasi *versus nos eo*. Βαίνω, βῆμι, βάω, βῶ. Heb. בּוֹא, *bo*, i. e. venit. *Convenio*, i. e. simul, una venio. *Revenio*, i. e. rursum venio. Qui eam vocem flagellant, non possunt discernere inter τὸ *redeo, revenio, revertor*: quæ sane differunt. Et una flagellant Plaut. in Amph. Terent. in Hecyr. Cic. in orat. *Invenio* est in rem venio: quod est ἐφευρίσκω. *Venia*, quæ optanti *venit*, aut per quam *venire* licet.

cet. Plane ex origine utitur Prudent. Cathem. Instar fellis aqua tristifico in lacu. Fit ligni *venia* mel velut Atticum. *Venia*, i.e. interventu vel accessione, dum lignum advenit. *Ventus* à *Ventum*: omnis ventus *venit*, aut excitatur. Congruit ad illud: *Ventus est aer motus*: ἀὴρ κινούμενος. Vel, ut Arist. mavult, μᾶλλον γὰρ κίνησις ἀέρος τὸ πνεῦμα. l. 4. Top. c. 5. Consentit Salomon Eccles. 1. v. 6. conversatione sua circumiens *properat* aër. *Vir venti* est levis: Hos. 9. 7. Quomodo *ventosus* itidem Latinis. Græcis ἀνεμιαῖος ἄνθρωπος: & Plutarcho de audiendo, ὑπηνέμιος λόγος. A ventus *ventulus*, deminutū. A ventulus *ventulo*, & postea κατ' συγκοπὴν *ventilo*, quod est, aëre leviter moto ventulū facio. Ut à volutatum volutabrum: ita à ventilatū *ventilabrum*, instrumentum *ventilandi*, quo jactari solet maxime frumentū, ut purgetur. Ab adventum *adventus*, ἐπέλευσις, ἐπηλυσία, *Advena* ἔπηλυς, qui advenit: προσήλυτος: Latine *proselytus*: ad verbum & proprie *advena*. Inde in sacris προσήλυτος dicitur, qui è Gentilitate conversus ad Judæorum sacra *veniebat*. LXXII. Hebr. גר vertunt πάροικον: & sæpissime προσήλυτον. Legatur Schindl. in Lex. & Casaub. Ex. 1. ad annal. Baronii. A conventū *conventus*, συνέλευσις. A convenio *convena*, ὅμηλυς. *convenæ* τυνήλυδες: proprie qui conveniūt. Plaut. Mil. Glor. *Qui amantès una inter se facerē convenas*, i.e. ut *conveniant* & conspirēt. Ita *transvena* est ap. Tertull. l. de spectac. A proventū, *proventus*, quod provenit: ut *reditus* à reditū, redeo. Græc. πρόσοδος ab ὁδός. Apulejus. Lucrosum prosperumq; *proventum* nunciavit. Dicitur de frugib. terræ & fructibus. Ut Hebr. תְּבוּאָה proventus, reditus, proprie *venturus*, à themate בּוֹא venit. *Venilia* Scalig. in Conject. ad illa Varronis: venilia à *veniendo*, ac *vento* illo, quem Plaut. (Cist. a. 1. sc. 1.) dicit, quod ille dixit, qui secundo vento vectus est, Tranquillo mari ventum gaudeo; notat: Etymon *Veniliæ* deducit Varro ab eo genere loquendi, quo advenientem aliquem excipiebant, cum dicebant: ventum gaudeo: quod usurpat Plaut. in versu à Varr. adducto. Ad quod idem allusit facetissime in Cur.

CUR

CUR: obsecro hercle quid &c. Nam τὰ ῥιπίζειν dicebant ventum facere. C. Licinius Imbrex, vetus comicus: Resupina, obstito capitulo, sibi *ventum* facere tunicula. Quamquam melius & frequentius dicerent, Facere ventulum: ut parasitus correxerit imperitum juvenem ob insolentiam loquendi. Terent. Eunuch. cape hoc flabellum & ventulum huic sic facito. Vertanius putavit hic agi de vento secundo. In quo insigniter lapsus est. Nam quod Varro non poterat satis exprimere genus illud loquendi; iccirco adduxit versum Plauti. Si enim de vento secundo intellexisset, non opus erat versum Plauti laudare.

Venter, quia huc omnia feruntur. Potius ab ἔντερον: per augmentum τοῦ V. Quia venter est intestinorum locus. Assonat etiam γάστρον. Ab Hebr. בֶּטֶן, quod idem. Ut à funis funiculus; à collis colliculus: Sic à *venter ventriculus:* & sonat, quasi minor venter. Ab ἔντερον, ἐντερεύω est *Entero:* & quod usitatum, *Exentero;* ἐξεντερίζω, intestina extraho. *Dysenteria, δυσεντερία.* Celsus intestinorum tormina exponit: quod infert δύς. Scal. in Arist. hist. de animal. l. 10. c. 7. Interpretati sumus δυσεντερίαν, *cruentum alui profluvium.* Nam hîc δύς non significat difficultatem: sed malitiam morbi. Pessime autem nobiscum agitur, cum sanguis vitæ thesaurus corrumpitur atq; amittitur. Latini, qui δυσεντερίαν, *alui difficultates,* interpretati sunt, non solum non sunt assequuti, quod volebant: sed etiã contrarium significatum fabricati sunt. Difficili namq; aluo laborare, est non facile dejicere. At contra dysenterici nimis facile: quippe etiã inviti. Sed neque Pauli interpres recte *tormina* transtulit: quanquam è Celso videtur. Scilicet dolorem in genere intestinorũ, ad speciem incommode coarctavit. At ibi ille, inquit, cum intestina exulcerantur, fieri dysenteriam: quanquam à jecore quoque. Sed ante hunc Galenus *intestinorum* vocat *ulcus,* in 1. *de locis male affectis.* Quare in 12. de *medicandi ratione,* capri hircive sevo procurat. ipsam. In 2. autem de *locis malis affectis,* ostendit à quibusdam *cruentam excretionem* appellatam: ab aliis autem dysenteriam: quoniam non unus tantum humor

ogro-

egrediatur. Ejus pace dicamus: non ea fuit causa, ut δυς diversitatem significaret. Itaque in 7. *Contagiorum*, Hippocrates Eratolai puerum dysentericum subcruenta dejecisse dicit: ubi declarat pæne nominis rationem. *Ventre*, inquit, *vehementer dolebat*. In libro autem qui de *morbis exterioribus* male inscribitur, quem Galenus Polybi opus esse dicit, ita scriptū est: Dysenteriæ comitem dolorem esse. Cum autē excrementa diversa quidem, sed cum sanguine: igitur derasis intestinis. *Hæc Scal.*

Venum, non *vænum*. Dicimus enim *vendo*, non vændo: quod est *venum do*: & integre, *venundo*. *Veneo*, est venum eo. A *ventum*; ejecto T. quod vendebatur publice, id *venire* aliunde dicebant, & comportari: Sic etiam Græci loquuntur. Strabo l.3. Georg. πολλὴ δὲ καὶ ἐσθὴς πρότερον ἤρχετο. Theophr de lapidib. ἀνθράκιον τὸ ἐξερχόμενον τῆς Ἀρκαδίας. Aut simpliciter *venum* à Græco ὤνιον, quod idem significat. Scal. in conject. *venire contra aurum*, est magno venire. Ita enim veteres semper fere dicebant, metaphora à lance momentanea, in qua appendebatur æs. Nam quod præponderat, id contra esse, h. e. ἀντίῤῥεπον dicebant. Unde æs contrarium vocabant æs grave, autore Festo: scilicet ἀντίῤῥοπον. Hæc Scal. Plautus, *talento contra carus non est*. Et in Epid. non carus est auro contra. *Non carus*, i.e. non æstimandus, aut metiendus auro contra dato. *Carum* enim est proprie, ex idiom. Hebr. quod æstimatur, quod singulare precium requirit. Ergo non carum auro est, non æstimandum auro, non comparandum auro; tanti precii, ut aurum contrarium, vel contra oppositum non sufficiat. Germani pariter: **Es ist nicht mit Gelde oder Golde zubezahlen.** Cæterum à vendo; *venditum*, est *vendito*, i. e. assidue aut crebro vendo: postea venditionis causa ostendo, vendere cupio, apud Cicer.

Venus, à venio: quia *Venus* ad omnia *venit* & omnia inde *veniunt*. Legatur Luctatius in 4. lib. Thebaid. Statii, Macrob. l.1. c.17. Cic. 2. de nat. deor. quæ dea ad res omnes veniret, *Venerem* nostri nominaverunt, atque ex ea potius *venustas*, quam *Venus* ex venustate. Et

certa est analogia, ut à vetus vetustus: ab onus onustus: ita à *Venus Venustus*, Dicitur *Acidalia*: ab ἀκὶς, ἰδ@. Quis nescit spicula amoris? Et Cupido dictus est Orpheo τοξαλκής. Ovid. *pharetratus* puer: Senecæ, teliger. *Aphrodite*, ἀφροδίτη, ἀφρῷ: quia è spuma maris emerserit. Ἀφρὸς spuma est. *Epaphroditus*, ἐπαφρόδιτος, venustus, amabilis. Nomen proprium. Philip. a. Sic & *Afra* est venusta, vel etiam lasciva. *Afrotum* in Isid. l. 20. Quod Latine vocat *spumeum*. Et ap. Arnob. l. 7. *Africia* genus libi esse videtur, aut certe pultis. *Frutinal* est templum Veneris *fruti*, ap. Festum: quod est ab integro ἀφροδίτη. Jos. Scal. Veneris *Fruti* meminerunt, Solinus: dum ait: simulacrum dedicat Veneri matri, quæ *Fruti* dicitur. August. l. 4. de civit. c. 21. quam divam *Fruti* vocat Gloss. Sine dubio *Fruti* detruncatum est ex ἀφροδίτη. Nam cum post tempora Numæ in urbem Venus recepta sit, non potuit habere nomen Latinum, sed Græcum, *Afrodite*, quod distortum in *Fruta*, seu *Fruti*. Eadem appellatur *Pontigena* vulgo: *Pontia* ap. Pausan. l. 2. *Marina* Horatio: ποντία κύπρις Euripidi in Hippol. ἐπιποντία, Hesych. *pelagia*, Artemidoro: ἁλιγενὴς usitate. Orta enim è mari.

5. Æneid.

Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis,
Unde genus ducis ---

Ovid. 4. Met.

--- Aliqua & mihi gratia Ponto est,
Si tamen in medio quondam concreta profundo,
Spuma fui, gratumq; manet mihi nomen ab illa.

Causam affert Lang. epist. med. l. 2. ep. 32. Et B. Porta l. 8. Sal (ait) optime genituræ consulit. Nam non solum Venerem titillat: sed etiam fœcunditatem præstat. Ægyptii suos canes ad coitum inertes salsamentis alacriores ad Venerem reddunt. Argumentum est quoque fœcunditatis, quod naves maritimæ, Plutarcho teste, tam immensa murium prole, & fœcunditate onerantur: nec desunt, qui fœminas mures absq; masculi coitu, solo salis linctu concipere affirment. Et salsamentariæ mulieres incontinenter pruriunt, & spectatæ sunt fœcunditatis. Ob id Po-

etæ

etæ Venerem ἁλιγενῆ, i. e. salo vel mari ortam finxerunt. Ægyptii sacerdotes, eodem Plutarcho teste, à sale, & salsis eduliis religiose abstinent, cum illa tentiginem, & libidinem excitent. Amplius *Venus*, etiam dicitur *verticordia* ap. Julium Obsequentem de prodigiis: Val. Max. l. 8. c. 16. Etiam dicitur *Melænis*, quod occulta esse debeat, abstrusa, & noctu potius operata: sub quo nomine delubra ei in Arcadia prope *Mantineam*, & in Craneo Corinthiorum suburbano luco extructa sunt, Pausan. l. 4. & 8.

Vepris. Sunt *vepres* ab Æolico dicti. Nam βρῶπες ipsis dicuntur, qui ab aliis ῥῶπες: ut βραδινὸν, βράκος, pro ῥαδινὸν, ῥάκος. Et Alexander Ætolus ap. Macrob. dixit de Diana: βρύτειραν ὀϊστῶν, h.e. ῥύτειραν. Ῥάκος, inversis elementis, fit à קרע, i. e. scidit, rupit.

Ver, quasi *viver*, quod omnia vivere eo tempore incipiant, Varro. Rectius ab ἔαρ, & contracte ἦρ: Jonice βῆρ. Inde *ver*, *veris*, *verinus*, postea *vernus*. Inde *verno*, i. e. verna sum temperie. À ver, *vernus*, *vernalis*: ut à lethum, lethalis: à majus, pro magnus: *majalis*: postea ita sus appellatus, scilicet à magnitudine, aut ὀχεία. Utrumque vero & *vernalis* & *vernilis* invenitur: sicut juvenalis, juvenilis. Interim *vernilis* recta statuitur fieri à *verna*, h.e. ad vernam pertinens. Ut à puer puerilis, à servus servilis: sic à verna *vernilis*. Quæ tamen analogia etiam *vernalis* tuetur. Ut à rex regalis, à via vialis: ita à verna *vernalis*. Hinc *vernaliter* in Horatii 1. 2. Sat. 6. & ap. Nonium, Nisi mendum hic lateat. *Vernilitas* ap. Senec. epist. 45. *Verniliter* ap. eumdem l. 2. de benef. c. 11. Ibi Lipsius. *Verniliter*, blande & cum adulatione, sine animi tui sensu. Vox à *vernis*, id est, servulis, qui fere blandinntur. Inde *vernilis* κολακικὸς in Glossis priscis. Etiam à verna *vernaculus*, i.e. domi natus, domesticus, οἰκοτραφὴς, in regione nostra ortus. Ut à juvenis *junix*: ita à vernus *vernix*, h.e. lacrima juniperi, quæ *verno* tempore solet defluere. Vox Botanicis & medicis non incognita; quam etiam Scal. 2. de plant. volens admittit. *Verculum* à vere, deminutum, & ὑποκοριστικόν. *Vernæ*, qui in illis vere nati, quod tempus, duce natura, fœturæ est, Festus. He-

bræi vernas vocant, *dominatos*. Gen. 14. 14. Gloss. *bernæ*, *οἰκογενεῖς*. Non longe abest Hebr. בַּר filius. Ἔαρ ab ἱέω: quod tum tellus omnia denuo emittat.

Verbum. Scal. c. 110. L L. *berbi* vocabulum ab ipsa aeris materia quæ *berberaretur*, propterea quod vox esset aeris impulsi sonus. Sic Plaut. in Amph. a. 1 sc. 1. voce facit verberari aures Mercurii. Idem l. 3. poet. c. 84. *proberbium*, quod ipsum verbum ex se sit, ac præterea pro alio verbo, i. e. sensu supponatur. Eadem analogia exstitit & *Diberbium*: & notat ob particulam Di, distinctionem. *Libius*: inde ad manum cantari histrionibus cœptum diverbiaque tantum ipsorum voci relicta. *Veriberbium*, est verum verbum Plaut. capt. Ap. Heb. est דָּבָר, verbum: inde fortean quæritur Latinum. Vel à Græco εἴρω, ἐρέω, si Gamma Æolicum præponatur: i. e. dico, loquor.

Vermis: si Gamma Æolicum præponas, à רִמָּה, vermis, è materie putrida natus. Aut à רָמַשׂ, i. e. reptavit, רֶמֶשׂ, reptile. Quod vermibus proprium. Lucret. l. 5. *bermen* dixit: ut sanguen *Vita*, inquit, *pribarant berminasæba*. A vermis *berminculus*: ut à venter ventriculus. Verbum est *bermiculor*, ap. Plin: à vermiculis arrodor. *Vermiculatum*, Plinio itidem l. 35. c. 1. tropice de opere dicitur pictoris, sculptoris & architecti: quod ita pictum aut fictum sit, ut vermiculos referat: quod ita exscalptum aut exesum quasi sit, ut à vermibus solet. Similiter Græcis est σκωληκοειδὴς, h. e. quod imitatur vermes. Cantic. 1. 11. *muranulas bermiculatas argento*. Hebr. נְקֻדּוֹת, i. e. *punctatas*, ut sic dicam. LXXII. μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου. Porro à *bermis*, *bermen*, sunt etiam *bermina*, i. e. dolores corporis, cum quodam minuto motu, quasi à *bermibus* scindatur, ap. Fest. Hic dolor Græce στρόφος dicitur. Inde etiam *berminare*, i. e. dolores pati. Pomponius hernia Pappi: *Decimo mense demum turget, berminatur, parturit*. Martial. *Sic tibi morosa prurigine berminat auris*. Seneca quæst. Nat. l. 2. c. 31. *Fulmine icta intra paucos dies*

dies verminant. Idem Senec. epist. 95. *cerebri æstuantis verminationes* dicit Gloss. *verminat,* σκωληκιᾷ.

Verruca, est tuberculum; cutis, quod extrudit copia bilis flavæ. Dicitur à *verro:* quia cutem *verrit,* h. e. radit aut perstringit: quia etiam *verritur* & ejicitur: uti exstantiores quisquiliæ solent. Ut à veho vehiculum: ita à verro *verriculum,* hoc est, quo aliquid *verritur:* ut scopæ & retia quædam. Gloss. Philox. *verriculum* σαγήνη. *Verro* est rado, perstringo, & inprimis rado superficiem scopis. A σαίρω levi mutatione: aut à κορέω: unde Germ **Kehren.** Etiam bene convenit σύρω, ἐρύω, εἰρύω, si Gamma Æolicum præponas, hoc est, traho. Ut sit *verro,* scopas traho in superficie. Tamen significatio omnium ad idem redit. Etiam, si Hebræum assumas בֵּרֵר *barar,* quod est purgare & mundare. LXXII. reddunt per διακρίνειν, ἐκλέγειν, ἀφορίζειν. Quid enim aliud *verrere,* quam purgare: ita scopas admovere, ut omnia fiant munda & abjecta? Silius l. 6. *Verrunt tecta deum.* Ibi Dan. Heinsius noster: *Verrunt* πλύνουσι. Crinibus enim templa, extrema impendente calamitate, verrebant Romanæ. Quod πλύνειν Polyb. l. 8. dixit. Lucret. l. 5. *verrentes æquora venti,* & l. 6. *venti verrentes æquora ponti.* Virg. l. 3. Georg. *simul æquora verrens.* Et 3. Æn. *nautæ Annix torquent spumas & cærula verrunt.* Satis jam patet τοῦ *verrere* significatio & etymon.

Versutus. Cic. de Nat. deor. *versutos* eos appello, quorum mens celeriter *versatur.* Suid. γιγγλύμου πολυστροφώτερος, i. e. cardine versatilior. Plaut. Ep. a. 3. sc. 2. *versutiores,* quam rota figularis. Virg. 3. & 4. Æn.

Animum nunc huc, nunc dividit illuc. - - - -

Gloss. Philox. *versutus,* πολύστροφος, ποικιλόφρων. Ergo *versutum* à verto, *versum:* & proprie est, quod facile se *vertit* aut *vertitur.* Inde metaphorice ad animum transfertur. *Verto* autem (Græce τρέπω) est proprie situm muto: *verto, vorto: ab* ὄρον ὠθῶ: aut simplicius à φέρω, φορέω. Etenim φορά huc requiritur, ut aliquid *vertat* se &mutet locum situmque. *Vertens* est qui & vertit & vertitur. Mensis *vertens* & annus *vertens* ubi dicitur: uterq;

Digitized by Google

integer intelligitur. Et sic Virg. similiter 1. Æn. *olim volventibus annis.* Ita enim Græci loquuntur, περιπλομένου ἐνιαυτοῦ & περιτελλομένου ἐνιαυτοῦ. Videatur Turn, l. 16. Adv. c. 13. A versum *verso*, quod notat frequentiam. A versatum *versatile*: ut à volatum volatile. Lucret. l. 5. *mundi magnum & versatile templum.* Ut à lateo latebræ: Ita à *verto vertebræ* quib. aliquid *vertitur*. Nominatim & εἰδικῶς, spinæ os. Ut à tentum tentigo: ita à *vertum vertigo*, h. e. versio quædam. Speciatim affectus capitis, quum *verti* obvia putantur. Ut ab indico index: ita à *verto vertex*: & κατ' ἀντίστοιχον, à *vorto, vortex*: proprie quod in se *versum* ac contortum est. Ita *vortex* in fluvio: ubi aqua giratur & in se vertitur. *Vertex* in capite: propter flexum capillorum, quod in girum inibi quodammodo *vertantur.* Etiam *vertex* pars montis superior. Gloss. Philox: *vertex* ἴλιγξ ὕδατος. *Vertex* montis κεφαλὴ ὄρους, ἀκρώρεια. Apul. 1. Met. vertex montis. Ita dicitur Deut. 33. 15. *A capite montium antiquitatis.* Jos. 15. 9. *mons à vertice suo.* Similiter à verto, *Vertumnus*: Propert. l. 4 Eleg. 2.

> *Opportuna mea est cunctis natura figuris.*
> *In quamcunq; voles*, verte, *decorus ero.*
> *Vertumnus* verso *dicor ab omne deus.*
> *Seu quia* vertentis *fructum percepimus anni.*
> *Vertumni rursus credidit esse sacrum.*

Ovid. 4. Fast.

> *Nomen ab* averso *ceperat amne deus.*

Versicolor est vertens colorem. Amplius quid sit, docet Scal. in The. de plant. mihi quidem non omnis novatio videtur necessaria: vere tamen *versicolor* erit in pavone, aut columba, aut anate mare pluma colli; quoniam colorem mutant sua versione. Sic panni quidã serici, quos iccirco vulgus *Cambiantes*, flexionis origine græca, vocat. *Versipellis*, qui mutat pellem, ap. Plaut. in prolog. Amph. Declarat etiam Plin. l. 8. c. 22. M. Capellæ l. 6. de nuptiis philologiæ, est *versiformis* cupitor. Tertull. de pall. totum *versiforme*. Amplius *Verticordia*, Venus corda animosq; vertit. Ovid. 3. Fast. Inde Venus verso nomine corda tenet. *Diverticulum*, à diverto: aut, ut in Gloss, *deverticulum*, i. e. παρατροπὴ ὁδοῦ,

δῷ, ἐκτροπή. Cum de via, vertimur ad πανδοχεῖον. *Divortium*; Gajus l. 11. ad edictum provinciale. *Divortium* vel à *diversitate* mentium dictum est: vel quia in *diversas* partes eunt, qui distrahunt matrimonium. Simpliciter vero est à supino *divertum*, *Divertium*, & κατ' αὔξησιν, *Divortium*. Ut à tortum, tortium, quod est in *nasturtium* & similia. *Adversaria*, sunt codices tumultuarii: quia semper præsto, & ad manum sunt, *adversi*, i.e. objecti. Aut ab *advertendo*, & scitu necessaria consignando. *Versus* etiam à *vertendo*, *versum*: de quo Scal. l. 2. poet. c. 5. *Vertere* idem est, quod sulcare, aut scalpere: tollere aliquid è superficie ita, ut depressio relinquatur. In ceris igitur stilo cum ducerent notas, frequentativo usi sunt, sicut & agricolæ. *Vertunt* enim terram, quia quod subtus erat, supra ut sit faciunt. Sic Cic. dicit *liras exarare*. Ad eum modum *versus* dicti sunt lineæ illæ, sive sulci, quibus verba scribebantur. Itaq; in omni scriptura tractus singuli orationis *versus* sunt appellati. Postea cum redegissent cantum ad numerum castigatiorem, antiquum *versus* nomen sibi fecere peculiare. *Hæc Scal.* Ubi mirum, quid Viris doctiss. (Martin. in Lex. excipio) in mentem veniat, quod pro *vertere*, substituant *Verrere*. Plane contra mentem Scaligeri: & præter rationem. *Verrere* est σαίρειν, quisquilias colligere scopis, & ita postmodum trahere. At *vertere* est sulcare aliquid tollere è superficie, ut depressio relinquatur. Et *versus* dicti sunt sulci, Varro l. 1. rei rust. c. 10. quomodo igitur à *verro*, i. e. traho, ut explicant? Non enim dum *verris*, sed dum *vertis*, sulcos facis. Neque *verso* est frequentativum à *verro*: sed *verto*. Neque *verrere*, sed *vertere* competit agricolis. Ut Græcis τὸ πολεῖν est etiam vertere agrum, aut arare: τρίπολος, est Terra ter proscissa aut versa. Sic igitur & Latinis est *vertere*, Plin. quo in genere censoria castigatio erat, minus arare, quam *vertere*. Virg. 1. Georg.

Versando terram experti -----

Ita rustici nostrates etiamnunc sua lingua utuntur τῷ *vertere*. Postea ab agricolis id verbi tralatum est ad animum & scripturam. Ad animum: Cicero, si me amas, dis-

Digitized by Google

diligenter *adverte*. Idem: Etiam illud pro tua prudentia debes *animadvertere*. Ad scripturam: Quinctius Atta.

Vertamus ferrum, à cerá, mucroneq; aremus.

Osseo ----

Et hinc *Adversaria* quoque dicta. Iterum more Græcor. qui à στρέφω, βουστροφηδὸν, βουστροφηδόν, formam scripturæ à *conversione* bovis arantis nominant: ut notat Pausan. & Marius Victorinus; cui etiam etymon versus à versura placet. *Cætera de genere hoc longum est, si dicere coner.* Satis, quæ posui: & vel unum elidat omnia quæ pro, *verro* aliquis afferat: inprimis librum Scaligeri impressum. Fateor, in eo est satis expresse τὸ *verrere*; sed semel, & culpa typographi. Quod docent sequentia: & rationes. Quibus utrum plus fidei dandum, an Typothetæ, disputare quid opus?

Veru, dici putatur à *versum*, *verto*: quia toties in girum vertitur. Quod etiam Germani in sua dictione Bratenwender notant. A veru, *verutum*. Lips. l. 4. Poliorc. dial. 4. *Verutum*: Cui nomen & formatio ab ipso *veru*, quod refert Festus: *Veruta pila dicuntur, quod veluti verum habent præfixa.* Itaque alii *Veruinam* dixerunt, quæ vox in Plauto: & Isidorus explicat, *Veruina jaculi genus longum, quod aliqui Verutum nominant.* Non nemo etiam *veru* dixit, ut Sidonius - ruit aclide fossus Ille, veruq; ali9.

Ait *fossus*. bene: est n. spiculum tenue & longum, aptum forare. Silius, 3. --- Tenui pugnax instare veruto Virg. 7.

Et tenui pugnant mucrone, veruq; Sabello.

Qui velut proprium *Samnitium* facit, immo Grammatici nomen eorū hinc petunt. Fest. *Samnites ab hastis appellati sunt, quas Græcia σαυνία appellant, has n. ferre assueti erant.* Propius Græcanicam dialectum tangit etymon, qui Σαυνῖται dicunt & scribunt. Et *Saunia* recte *Veruta* reddi discamus è Dionys. qui uti Liv. in classib. armandis *Verutum* scribit, ipse σαυνίον. Alibi etiam σαυνίῳ διαπερονηθεὶς *Saunio transfossus*, quod hujus est teli. Etsi Samnites, igitur (ii cum Sabellis iidem) primo & proprie u.i; tamen & alii Itali: tribuitque Volscis Poeta idem 2. Georg.

Assuetumque malo Ligurem, Volscosq; verutos
Extulit -----

Miror hactenus sic legi, cum *Veruto* verissimum sit: dicatque, Ligures, malo sive labori suetos, Volscos jaculationi & bello. Hoc equidem malo, quam *Verutos* dicere, veru armatos. Livius levi armaturæ tribuit, sed veteri. Ut initio belli Punici Secundi: *Romani pedites verutis conjectis avertere elephantos.* Etsi *hastæ Velitares* haud longe iverunt ab istis, si non eædem. Meminerunt *Verutorum* alii, inferiore etiam ævo. Ut Plin. l. 33. cap. 3. *Ferasque argenteis verutis incessere tunc primum visum.* Ita enim libri aliquot scripti: haud dubie verius, quam *vasis*, quod vulgo editur. Etsi alii etiam scripti, *bastis*: pariter recte. Significat autem Plinius, tantam abundantiam & profusionem Cæsaris in venatoriis ludis fuisse, ut in cætero apparatu argenteo, feras etiam peti interficique jusserit lanceis ex argento. Utitur & Ammian. l. 27. *Verutis hostilibus forabantur & pilis*: tribuitque Romanis. Servat ipse discrimen, ut videtur, quod Vegetius suggessit lib. 2. cap. 15. Duplex Romanis esse *Pilum*, Majus & Minus: quorum illud *Pilum* vulgo, istud (inquit) *tunc verriculum, nunc verutum dicitur.* Ambigimus. & itane olim *verriculum?* non convenit ea vox in telum: magis *Veruculum*, qua voce Plinius usus. Sed nec id verum puto, & nonne clarum est, priscos *Verutum* dixisse? & valde quidem priscos, quod exempla evincant. Dubito, an non scripserit Vegetius: *quod tunc verutum nunc veruta dicitur.* Genus enim ætas immutavit. Atque ita in Gloss. Βηρῦτα, εἶδος ἀκοντίου: *Veruta, genus jaculi.* In Leone Imp. Βηρύτια, τὰ ῥιπτάρια λέγονται, *Viruttæ, Rhiptaria dicuntur.*

Vesper, & vesperus primo ex origine: ἕσπερος, *hesperus.* Plinio est *vesperum* tempus, pro vespertinum. Docet id etiam *vespera.* Plauto in Fragm. *vesperna* idem est, quod cœna. *Vesperugo*, stella quia veseperi ptodit seu apparet. Victruv. l. 9. c. 4. *Vespertilio*, in Gloss. Isid. est serotinus. Dicitur quasi *vespertinio.* Est communiter vespertina avis. Ovid. 4. met.

Tectaque, non silvas celebrant, lucemque perosæ
Nocte volant, seroque tenent à vespere *nomen.*

Græcis eodem modo νυκτερὶς, *Nycteris.* Et Hebr. עֲטַלֵּף Levit. 11. 19. est vespertilio, avis, quæ in caligine & obscuritate volitat, interdiu latet. Ex עיט, avis, ab עיט in hiphil הֵעִיט involavit: & deinde עָלַף, velavit, texit.

Vespillo, Apud Festum *vespillones* dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt: quia *vespertino* tempore eos efferunt, utpote quos funebri pompa efferri prohibebat inopia. Ergo *vespillo* ea causa à *vespere*. Aliis à *vesper* & *pallium*. Aliis à *binis palliis*: ut quæ funera indicarent. Hinc *bispellones* aut *bispelliones* appellabantur νεκροθάπται. Glossarium, *bispelliones* νεκροθάπται. *Bispello* νεκροφόρος. Quid si vero recta ducatur à *ve* & *sepelio*? Prius *vespelio*: deinde *vespillo*. Verbum *sepelio* huc aptissime quadrat. Et attestantur Glossæ Isid. *Vespeliones*, fossarii, qui mortuos sepeliunt. Videatur etiam Turn. l. 14. Adv. c. 3.

Vestis, ab ἐσθὴς, præfixa V litera, more Æolico. Quanquam Scalig. abnuat c. 26. L. L. Neque (inquit) quod possent suspicari, *vestis* ab ἐσθὴς: sed à ve & ἐπενδὺς, Græca origine, Latina terminatione. *Hæc ille.* Sed tam facile Latinum ab ἐσθὴς fiat. Etiam Laconibus βέτον est vestis. Hesychius: βέτον τὸ ἱμάτιον ὑπὸ Λακώνων. A *vestio*, *investio*, fecerunt *investitura*: Scitum sane & dignum elegantia Longobardorum. *Investis* proprie est ἀνείμων, nudus, veste carens. Et sic capit Tertull. lib. de pall. c 3. & l. 2. ad uxorem cap. 8. Pueri *investes* dicuntur imberbes, quod puri à pilis & lanugine, quæ *vestis* Virgilio & antiquis. Et contra *vesticipes* Ausonio puberes sunt. Ex quo habitu corporis pubertas olim in judiciis probata. *Vestispica*, quæ vestem spicit, i. e. tuetur, ἱματιοφύλαξ. Ut *vestispicus* in masculino (aut etiam *vestispex*) i. e. vestium custos, inquit Nonius. *Vestiplica*, fœmina quæ vestes plicat, in Gloss. Isid. Cæterum Vesti σινδόνιον est indumentum. Et rursus *indubiæ* ab induo: sicut

ἐκδύματα ab exuo. Et ſicut Græc. *ἐνδύματα* ab *ἐνδύω*. Nec non *inducula* & *induſium*, ab induo, *indutum* & *induſum*: non quod *intus erat*, ut Varro opinatur. Græc eſt *ἐνδύω*, *induo*: *ἐπενδύω*, ap. Plutarchum, ſuperinduo. Ἐπένδυμα & Joh. 21. *ἐπενδύτης*, proprie quod ſuperinduitur. Interpretes tamen variant. Vetus ponit, *tunicam*. Arabs קמיץ, quod eſt *χιτὼν* aut tunica. Caſtellio *induſium*, non incommode: ut & Beza, *amiculum*. Reſpexerunt ambo originem. Ex Poll. l. 7. c. 12. (*inquit Beza*) conſtat hoc nomine intelligi *χιτωνίσκον*, i. e. amiculum ex lino, quod videlicet natanti minime obſiſteret, & *λίνεον πέπλον* vertit Nonnus. *Hæc ille*. At Nonnus vero tam varie eum locum tractat, ut vix ſtatui poſſit ex ipſius verbis, quid *ἐπενδύτην* eſſe putarit. Legatur Full. l. 2. miſc. c. 11. Cæterum, ut *ἐνδύω induo*: ita etiam dicitur *ἐκδύω* & Latine *exuo*, prius vero *exduo*. Non *exſuo*: ne videatur à *ſuo* fieri. Et rurſum *Subucula*, quaſi *ſubducula*: velut *inducula*. Simplex eſt *δύω*: Latin. *duo*: quod ſaltim in compoſitis, *δύω* i. e. induo. A *νε* & *δύω*, vel *Ne* & *duo*, eſt *nudus*, i. e. non indutus, non veſtitus, non tectus, *γυμνὸς*. A *dub* & *δύω* ab Heb. יָעַט *jaat*, *da*, veſtiit. *Δύω*, i. e. ſubeo, ab עָרַה ſubiit, ingreſſus eſt. Ita Græc. *λῶπος*, i. e. veſtimentum: *λοπὸς*, *λέπος*, i. e. cortex, liber: à לְבוּשׁ *leſuſch*, quod eſt veſtis, indumentum.

Veternus, ſua notione infert *inveteratum πάθος καὶ δυσκίνητον*: qualis eſt ſæpe morbus, pigritia, & ſomnus nimius. Ut enim ab alter alternus: ſic à *vetus* ſive *veter veternus κατ' ἀναλογίαν* ducitur. Papias, *Veternum* otium pigritia. *Veternus* pro morbo, Græcis eſt *λήθαργος*: à *λήθη*, oblivio: & *ἀργὸν*, torpidum. Celſ. l. 3. c. 20. Morbus eſt, i. e. marcor & inexpugnabilis fere *dormiendi* neceſſitas: ubi nihil, niſi *oblivio* & *otium* dominatur. Similiter apud medicos eſt *Coma*, *κῶμα*: quod factum ex *κοίμημα*, à *κοιμάω*. Germanis Schlaffſucht. A perpetuitate ſomni profundioris. Erotianus *κῶμα* exponit, *τὸν ὕπνον καὶ οἷον κοίμημα*. *Veternoſus* eſt *veterni* plenus, vietus, vetuſtata aut *veterno* æger. Varro eumenid: *arquatis & veternoſis* quæ

quæ luteæ non sunt, atque ut lutea videntur Fest. *Veternosus dicitur, qui gravi premitur somno.* Arnob. l. 1. *manus intercutes & veternosæ fugiebant undæ.* Ubi omittere non possum, quod in Heb. lingua similis dictionum ratio inveniatur. Nam יָשֵׁן, *jaschan*, est dormivit. Inde in Niphal נוֹשָׁן, *noschan*, est inveterascere. Nec non יָשָׁן, *jaschan*, est vetus. Et Lev. 13. v. 11. est lepra inveterata.

Via. Jos. Scal. à *via villa.* Gloss. Philox. *Villa*, ἔπαυλις, ἐποίκιον. At villa rectius à *vebo:* prius *vebilla:* quia fructus agri eo *vebebantur.* A villa *villicus*, hoc est, qui *villam* gubernat. Varro l. 1. cap. 2. *Villicus agri colendi causa constitutus; atque appellatus* à villa, *quod ab eo in eam convehuntur fructus & evehuntur, cum eveneunt.* Nonius; *villicari est rusticari vel villæ præesse.* Scalig. in Varr. *Via* ab οἴμα in Apollonio: scilicet ab ἴω, unde εἶμι, quod est eo. Nam *via* est, qua *imus*, qua *incedimus.* Simpliciter Varro facit à *vehendo*: ut *via* quasi *veha* videatur dicta. Ejus verba sunt l. 1. c. 2. *Rustici etiamnunc viam vebam appellant propter vecturas.* Utrumque etymon eadem prope nititur ratione. Isid. conjungit l. 15. orig. c. 16. *Via est, qua potest ire vehiculum.* Notetur primo *ire*: deinde *vehiculum*: quod à vehendo. Scal. L. L. c. 29. *E in I abit: veha via: ut vult Varro.* A via *vialis*: ut à rivus rivalis, à fatum fatalis. Plaut. Merc. *Invoco vos Lares viales.* Græcis θεοὶ ἐνόδιοι. Dicebantur etiam *dii vii*: item *dii semitales*, à semita: ut disserit Scal. in Catalect. & Turn. l. 7. Adv. c. 15. A viare, viatum, *viaticum*: ut à lunatum lunaticum, à fanatum (*profanare* in usu) fanaticum. *Viaticum* Græcis itidem ἐφόδιον. *Avium* est à via, ἀνόδευτον. *Pervium* per viam. *Obvium*, ob viam, Græcis ἀντικέλευθον. Conjuncte *obviam* & verbum *obviare.* *Bivium* à binis viis. Hebræis Gen. 38. 14. dicitur *porta oculorum*: scilicet à binis oculis. *Bivium* similiter Græcis ἄμφοδος. *Trivium* τρίοδος. A viis facit Varro *vicum.* Aut ab Heb. שׁוּק, per metastasin: i. e. platea, vicus. Aut qui Græcum malit ab οἶκος. A *vicus*, *vicinus*: ut à mare marinus, à fera ferinus. Nam NUS est clausula terminalis.

Vibex.

Vibex. Livor percutiendo factus Scalig. in conject. ἴβυκας Græci vocant στιγμὰς, Hesych. Inde vibices. Apul. l. 9. *Vibicibus libedinis totam cutem depicti.* Hinc Scal. Ex. 325. f. 15. *Grisum* vulgus vocat. Itali *Beretinum*, voce Gothica. Quod eo fuscius erit, fiet plumbeum & *libidum* : à regione, quasi λιβυκόν. Græci πελιδνὸν qui in *bibicibus*. Idem de caus. c. 26. *Λίβυς libidus.* Intelligit Afrum. Quippe Africæ imminet ardens cœlum, unde incolis color plumbeus lividusque. Juven. Sat. 16. Et nigram infami tumidis livoribus offam.

Victima, erant majora sacrificia Scalig. in Catal. ad illa: Et maxima taurus *bictima*, notat: Vides doctiss. poetam Virgilium victimam de magnis dixisse, certus, veteribus illis, qui pure loquebantur, observatum fuisse. Quod verum esse manifesto Plaut. docet in Pseud. a. 1. s. 3. ex verbis lenonis: Nolo *bictimas* ; minimis me extis placari volo. Nam *minima* exta opposuit *bictimis*. Sed ludit comice in voce *minimis*, respiciens ad minas viginti, quib. sibi litari volebat. Adolescens vero jocum non percipiens, jubet arcessi agnos: quia eæ sunt minimæ hostiæ, & quæ vere victimæ dici non possunt, cum ait : *propera, quid stas? arcesse agnos.* Itaque male legitur hodie, *agninis extis.* Vox fluit à *bictum*, *binco.* Ita ap. Agell. legimus *hostiam* post cœsos *hostes* à sacerdote quovis immolari solitam: *bictimam* ejus, qui vicisset, manib. Ovid. 1. Fast.

Victima, *quæ cecidit dextra bictrice bocatur* :
Hostibus à domitis hostia *nomen habet.*

Vinco est à vi: Is enim vincit, qui vi prævalet. Nec admodum dissonat, νικάω, παρὰ τὸ μὴ εἴκειν, à non cedendendo : *Perbicax* à victum, i. e. pervincere semper volens. A victum, victor, *bictoria*, h. e. victoris status, qui hostes debellavit & sibi subjecit. *Probinciæ* appellantur, quod P. Rom. eas *probicit*, id est, ante vicit, Festus. *Nice*, νίκη. Ab Hebr. נָכָה : quod est percutere. *Eunice*, ab εὖ & νίκη. *Veronica* φερενίκη, quæ victoriam reportat. Sicut *Andronicus*, ἀνδρόνικος Rom. 16. vir vincens, aut viros vincens. Dicitur ergo *Veronica*, communiter : aliis *Pheronica* ex Græco φερονίκη. Macedonica dialecto βερενίκη

sive

sive βερνίκη, pro φερενίκη: sicuti βίκρος pro πίκρος, βίλιππος pro φίλιππος ap. Macedonas invenitur. Inde etiam *Beronice*, *Berenice*, & *Bernice*, βερνίκη Act. 25. 13. Amplius à νίκη venit *Niceterium*, νικητήριον h. e. victoriæ præmium, Juven, Satir. 3. Et ceromarico fert *niceteria* collo. *Epinicon*, ἐπινίκιον: quod fit parta victoria. *Nicolaus*, i. e. victor populi, λαοῦ: sicut *Menelaus* est robur populi, aut animus, μένος. Λαὸς ab Hebr. לְאֹם, i. e. populus: vel à לוֹעֵז, i. e. *Laicus*. Nicolao respondet *Demosthenes*: à δῆμος, & σθένω. Σθένος, i. e. Robur. Σθένος à חָסֹן, i. e. corroboravit. A σθένω, *steno*, quod in compositis exstat, ut *obstino*, *destino*. Firmitatem & robur notat. Festus: *Obstinat*, obfirmat. Ulterius à δῆμος est *Demonicus*, & inverse, *Nicodemus*. At *Demetrius* est terror populi: τρέω, i. e. tremo. Alioquin δημήτριος est Cerealis. Δῆμος vero populus. *Epidemius*, ἐπιδήμιος, ἐπίδημος. *Damium* est sacrificium, quod pro populo fiebat; δήμιον, i. e. publicum; Festus. Δῆμος ab Hebr. עַם: ut sit δῆμος proprie multitudo copiosa, aut agmen populi confertum. A Rad. עָמַם: unde & ἄμμος, arena collecta, qua operitur solum. Ab ἄμμος est ψάμμος.

Video est proprie oculis percipio. Macrob. 1. Sat. c. 15. quod Græci ἰδεῖν dicunt: nos V litera addita *videre* dicimus. Græcum εἴδω, εἰδέω, εἶδος, ἰδὲ & reliqua, ab Hebr. יָדַע, novit, vidit. *Invidia* tum est, cum invidetur. Ab invidendo autem *invidentia* recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ: quod verbum deductum est, à nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Menalippa: *Florem quisnam Liberum invidet meum?* Male Latine videtur: sed præclare Actius. Ut enim *videri*, sic *invideri*, *florem* rectius, quam *flori* dicitur: nos consuetudine prohibemur. Poeta jus suum tenuit, & dixit audacius. Ut disserit 3. Tusc. Cic. qui ibidem, invidos livescere ex nimia videndi cura, ait. De invidia & odio legatur etiam libellus Plutarchi. *Invisus*, κνεῖος est *non visus*: vulgo inimicus, cui oculos quasi denegamus: quale

&

& verbum eſt, *Deſpicio.* Hebræis eſt *malignus oculus* Deut. 15. 9. Prov. 23. 6. Contra *reſpicere* eſt favere, juvare: etiam ap. Hebræos. Gen. 4. 4. *Et bonus oculo* Pro. 22. v. 9. eſt benignus ac fautor. *Inviſitatus*, i. e. non ſæpe viſus, haut ſemel apud Livium eſt, teſte Lipſio: apud Apuleium Colvio: qui etiam *invidere*, pro non videre præſtat. Et *inviſus*, pro *non viſus*, Cic. dixit in orat: ſuper Aruſp. Reſp. *Non inviſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra*: notante Scal. contra Eraſmum. Ita Caſaubonus in Apolog. Apuleis: digna, inquit, vox Apulejo *invidere*, pro non videre: ut *inviſus* pro non viſus apud M. Tullium. Si quis propter hujuſmodi voces faſtidiendam putet hujus eruditiſſimi ſcriptoris orationem, eum ego cenſeo quid ſit Latine ſcire protſus ignorare. Nam certum eſt, optimos quosque Latinitatis autores pleriſque compoſitis cum *re* & *in* & *ex* multifariam uti ſolitos. Hæc ille. *Invidendus*, ut *acumen invidendum*, cui invideri poſſit: aut, quod *Futurum* ingerit, non videndum amplius: id eſt, rarum, ſingulare, excellens, quale futura ſecula non videbunt, aut ferent. Ut ab audio audientia: ita à provideo *providentia*, hoc eſt, actus providentis & futura diſpicientis, Græcis πρόνοια. Gloſſ. προβλέπω, προορῶ, provideo, proſpicio *Provideo*, i. e. ante video. *Prudens*, quaſi *providens*. Germ. itidem Vorſichtig. Cic. 1. de Leg. qui ingenii aciem exacuerit ad bona deligenda, & rejicienda contraria: quæ virtus ex providendo eſt *prudentia* appellata. Græci melius φρόνησιν appellant: mentem potius, quam ſenſum intuiti. Ni velis *prudens*, à φράδων. At prius etymon è Latino præſtat. *Midas*, quaſi μὴ ἰδών. Hujus nota eſt inſipientia, & aures aſininæ. *Videlicet* eſt videre licet, vel videas licet, vel potius *vide-licet*: ſuæ originis caſum interdum retinet, Turneb. l. 15. c. 1. Scal. Ex. 325. *Viridis* à vegeto adſpectu: à video. Et: *vitrum* veteres à videndo nominarunt, quaſi *vidrum*. In antiquiquiſs. libris eſt פרח, viror: & פרח, viruit. Inde potius *vireo* eſt. Et DIS in *viridis*, à vireo, eſt κατάληξις κοινή. Ut DUS, in vividus à vivo, LIS in labilis à labor: in nobilis à noſco,

ſco. A vireo eſt & *virga*, virgula: hinc *virguletum* poſteà *virgultum*. Ab εἴδω eſt & ἰδέα & εἰδέα: quod ratione accentus medium producit: alioquin ap. Latinos corripit. Cic. 1. Acad. ἰδέαν à Platone nominatam, nos recte *ſpeciem* poſſumus dicere. Sen. epiſt. 58. eſt *exemplar*. Tertull. in lib. de anim. *Ideæ*, i. e. formæ exemplares. *Idyllion*: quod imitatione aliquid repræſentaret, à ſpecie, i. e. imagine: εἰδύλλια παρὰ τὰ εἴδη καὶ τὰς ἰδέας dixere, deminutivo flexu, vel propter brevitatem, vel ob modeſtiam, ac rei humilitatem. *Idolum* εἴδωλον, ab εἶδος, aut εἴδομαι. Proprie eſt idem, quod ſimulacrum, imago, ſpecies; quia viſui objicitur. Gloſſ. εἴδωλον, ſimulacrum, larva. Tertullian. de idololat. c. 3. ad hoc neceſſaria eſt vocabuli interpretatio: εἶδος Græce formam ſonat: ab eo per deminutionem εἴδωλον deductum æque apud nos *formulam* facit. Igitur omnis *forma* vel *formula*, *idolum* ſe dici expoſcit. Inde idololatria omnis circa omne *idolum famulatus & ſervitus*. Hæc ille. Tamen ex analogia Græca & uſu autorum, εἴδωλον, non eſt vox deminutiva: ſed recta fluit ab εἴδομαι. Exod. 20. 4. Ne facias tibi פֶּסֶל. Ibi paraphraſis Chald. ponit צְלָם, i. e. ſtatuam, imaginem, ipſo Aria Montano interprete. Septuaginta vertunt εἴδωλον. At Deut. 5. 14. eandem vocem פֶּסֶל vertunt γλυπτόν: ſicuti Jeſ. 40. 19. reddunt εἰκόνα. Juſtinus Martyr contra Tryph. Deus per Moſen ſanxit μήτε εἰκόνα μήτε ὁμοίωμα ποιῆσαι. Vulgato Interpreti eſt *imago*, *ſimilitudo*. Cicero de Fin. itidem idola exponit imagines. Videatur Joh. Rainold. Theol. Anglus qui tom. 2. de apocryphis, dictiones *idoli*, *ſimulacri*, & ſimilium fuſiſſime, ſi ullus unquam, explicatas dedit. *Idoleum*, εἰδωλεῖον, i. e. delubrum, aut ædes idolorum. Formatur ut δοχεῖον, γυναικεῖον, χορηγεῖον, μεριτευομεῖον. 1. Cor. 8. ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, id eſt, in fano aut æde ſuperſtitioſa. Prudent.

Et quis in idolio recubans inter ſacra mille ----

De epulo, aut convivio qui accipiat, non de loco. Hellenismi ignatus eſt. In *idolum*, Prudentius mediam corripit.

Digitized by Google

phon Grammaticꝰ per ἔνδειαν, quæ ſit στοιχείου ἢ στοιχείων ἐλάττωσις: ut σκῦπτον, pro σκῆπτρον: εἴδωλον pro εἴδωλον Scal. l. 2. Auſon. c. 21. In Græcis nominibus non quantitatem, ſed accentum ſpectabant: quia, ut etiam notat Serv. in lib. de accentibus, Latini eundem accentum, quem Græci habent, efferunt in Græcis nominibus, v. g. quia Græcis vox hæc εἴδωλα habet accentum in prima, Latini eodem accentu extulere idola. Quæ quidem vox ſemper eſt dactylus ap. Prudent. Græcis dicitur Εὐριπίδης: eodem accentu Latini ſemper extulerunt. Propterea penultimam producit Sidonius, non quantitatem, ſed accentum Græcum ſecutus: Orcheſtram quatit alter Euripides. Iidem Græci dicunt, μαρσύας. Propterea ſecundam producit idem: Marſyæque timet manum, ac rudentem. Iidem Græci pronunciant ἄρατος: nomen ejus, qui ſcripſit phęnomena. Sidonius contra veterum Latinorum morem, qui mediam ſemper produxerunt, corripit: *Diverſas Arato vias cucurrit*: Denique inſpice totum Sidonium, totum Prudentium, & alios, invenies ſemper eos, non ſyllabas Græcas, ſed accentum Græcorum eſſe ſecutos. Sic Auſonius in voce τρίγωνος facit, quia accentus non eſt in media, quæ longa eſt: propterea eam corripit: Per totidem partes Trigonorum regula currit. Et: Fulgur tetragono aſpectu vitale coruſcat. Quis audebit dicere, Auſonium ignoratione Græcarum literarum hoc commiſiſſe? Nemo ſanus quidem, ut puto. Sed iis temporib. ſtulte videbatur non ibi producere ſyllabam, ubi accentus eſſet: quia is eſt mos Linguæ Latin. adeo, ut Plautus in hoc ſecutus ſit judicium vulgi: quia non cum doctis, ſed cum plebe ſibi rem eſſe videret. Nam ſemper apud illum Phædromus eſt dactylus: quia Græce φαίδρομος. Item quia φίλιππος dicitur, accentus in prima, eodem modo mediam corripit: & nunquam aliter invenies apud Plautum, quin mediam in nomine Philippus corripuerit. Quod mirum eſt in poſitione. Sed quærenti cauſam, accentum ſemper prætexet. Talia multa ſunt apud Plautum, &c. Contra

tra ætate Plauti, ut in quantitate syllabarum: sic & in declinationibus Latinismos admittebant. Dicebant enim Nestorem, Hectorem, quomodo rectorem, mensorem.

Vigandus, VVigand, Wickgand/ qui favet præsidio, quod est VVick, VVig. Ita *Otmar*, *Utmar*, *Hutmar*, quasi Hausmeier, vel Husmeier, i. e. præfectus domus, cui domus commendata. Rupertus, Ruprecht/ est Ruhewerd/ dignus honesto otio & quiete: vel dignus qui consulatur, Rathwerd. *Sigfridus*, Seifried/ i. e. victor pro pace, vel assertor pacis & tranquillitatis. *Charges*, vel & *Charies*, mutilatum ex *Eucharius*, à χάρις: sicut *Eucharis* etiam legitur Ecclesiastici capit 6. *Anshelmus*, quasi Haushelm/ galea & tutamen domus: vel quasi, ad galeam, paratus ad pugnam & defensionem. *Ericus*, Erich/ quasi Ehrenreich/ dives honoris, qui abundat honoribus & dignitate. *Hoier*, *Hoierus*, quasi Hochehr/ in alto honore constitutus. Sic etiam ex Hoch factum est Hauck/ *Hugo*, i. e. celsus ac eminens. Item *Haubold* vel Hauchold, quasi hoch und hold/ altus & gratiosus, χαρίεις. *Nithard*, quasi Nicht hart/ non durus aut rigidus, sed comis, facilis, benignus. *Rudiger*, quasi ruhe Beger/ avidus otii ac quietis, vel emeritus & rude donandus. *Volcmarus*, Volckmar/ quasi Volckmeier/ populo præfectus. *Reinhard*, quasi rein art/ bonæ ac puræ indolis: vel puri consilii, ut Reichard, dives consilii, sententia Lutheri. *Kilianus*, Kiligen/ est *Chilianus*: ut *Vitus* est avitus: nomina seniorum. *Liborius*, Liebert/ vel Liebwerd/ est amandus, amore dignus. *Leopoldus*, vel Leupold, Erasmus, quasi Lieb und hold/ quem amore & gratia prosequimur. Just. Lipsius. *Leodegarius*, collector populi: *Leodepoldus*, & brevius *Leopoldus* tutor assertorque populi, qui aliter etiam est *Thieboldus* vel *Thiebaudus*. Nonne & hic illud *Thiede* agnoscis, sed, quod amat nostra lingua, curtatum? *Theodabadus* etiam ille Gothorum, sive Theodatus, populi benefactor, nomen habent isthinc. Hæc ille l. 2. Polior. dial. 2. Quid *Leode* & dein *Theode*, dictum in Ludovicus. Ulterius *Bertholdus*, Berthold/ quasi Werdhold/ dignus favore. *Tilemanus*,

manus, Tileman, quasi Theilman / vir qui dividere scit & suum cuique tribuere: Græce μεριστής. Apud Judæos sic vocabantur *meristæ*, qui dividerent aut separarent Scripturas: ut eorum meminit Justinus contra Tryph. & Isid l 8. orig. c. 4. *Gunterus*, Gunther / quasi gunstiger / qui favet. Sicuti *Gunthold*, est favor & amor, ap. Aventinum. *Gervasius*, Gerves, quasi gar vest / i.e. strenuus & animi plenus, *Ferdinandus*, Ferdinand. κατὰ μετάθεσιν, quasi Friedeman *Ferdeman*, uti suspicantur. *Gotschaltus*, Gotschalck / Dei servus aus divinorum peritus: quod innuit τὸ Schalck / ut superius in Marschalck diximus. *Cornelius*, quasi *coronelius* a, à corona: Græce στέφανος. *Valerius*, i. e. robustus, validus: à valeo: ut *Valens*, *Valentinus*. Ita etiam *Æmilius* ab αἱμύλιος, αἱμύλος (unde & Latin. *æmulus*) i. e. blandus, lepidus. Hesych. ἀπατηλός. Item ἀστεῖος & affabilis. Ab Æmilius *Æmilianus*: & rursum *Maximilianus*, vel potius *Maxæmilianus*. *VValpurgis*, id est, vallum & pyrgus, vel à verwalten / walten / & Burg / pyrgus. scilicet custos pyrgi. *Ursula* ab ursa: ut *Bernhardus*, à Beern / *Cunigunda*, Kunigund / i.e. Kunig gund favens regi, favor regis. *Gertrudis*, Gertraut / gern treu / vel gar treu. Quomodo *Gutdraud*, *Gutdrud* est bene fidens, nihil mali timens, apud Aventinum. *Mechtildis*, Mechtild / quasi mechtige heldin / heroina potens. *Leonora* & integrum, *Eleonora* est ὄρος ἐλέου, mons misericordiæ. *Voitlandia* Æneæ Silvio dicitur. *Advocatorum* terra & *Prætoriana*. Voit est advocatus seu prætor. Nomen ex eo sortita, quod quatuor olim Romani imperii prætoribus suberat, ut notat Abrahamus Ortelius. Voeth dicitur Aventino à βοηθὸς: Vothei à βοήθεια, hoc est, auxilium, patrocinium. Idem Ortelius: *Marsorum*, qui à *Marso* originem trahunt, meminit Strabo, eosque ante multa secula ex locis Rheno finitimus in profundam atque palustrem regionem migrasse memorat. Horum posteri *Theutomarsi*, sive, ut vulgo pronunciant, *Thietmarsi* ante CCCC. annos, antiquissimæ Stadiensium familiæ

patuerunt Hæc ille. Similia vocum Germanicarum etyma adducit in vestibulo annalium Boiorum Johannes Aventinus. Et passim Cluver. de Germ. antiq.

Viginti : Græcis εἴκοσι, εἴκας Dorice εἴκατι & rursum Laconice βείκατι, i. e. viginti. Martin. in Lex. Latinum *viginti* facit ab illo Laconico βείκατι, quod plane idem. Et inde levi mutatione, fiat *viginti*. Papias : *Viginti, quasi decem bis geniti*. Aliquid dicit. Nam omnino viginti dicitur quasi *biginti*, à bis : ut triginta à tres : quadraginta à quatuor. Et alias B. toties in V transit. Sed *ginti* aut etiam *ginta* redolet Græcor. κόντα. quod in compositione numerum denarium notat. Ut ergo Græci dicunt τριάκοντα, τεσσαράκοντα, πεντήκοντα ; Ita Latini inde etiam fecerunt triginta. Et sic etiam *viginta* , aut *biginta* : postea longa dies invexit *viginti*. Similiter Hebræis עֶשְׂרִים est viginti pro עֶשְׂרִים bis dena : עֶשֶׂת & עֶשֶׂר est decem.

Vinum à Græc. οἶνος. Æoles, quos maxime repræsentant Latini, ϝοῖνος. Ab Heb. יַיִן, i. e. vinum. *Invinius* , ἄοινος apud antiquos quos sequitur Lips. l. 3. epist. quæst. ep. 2. *Vitis* à vino ; inquit Varro : videlicet ejectis aliquot elementis, quasi dicas, *vinitis*. Heb. גֶּפֶן, est vitis. Aliis *vitis* quasi *vita*, quod vinum ingens vitæ humanæ bonum sit, cor ac spiritus eximie recreans, ut notat Matthiol. in l. 5. Diosc. c. 7. *Vinea*, locus aut septum, in quo vites plantantur, οἰνάς. Etiam bellicum instrumentum ita dicitur. Lucan.

Tunc adoperta levi procredit vinea terra ;
Sub cujus pluteis & tecta fronde latentes
Moliri nunc ima pavent, & vertere ferro
Mœnia ----

Unde elicitur, quur vinea dicta? Quod etiam notavit Hotomannus : quod , ut in plerisque locis vineæ sepibus vimineis, ita hæc tectis vimineis muniri soleant. Lips. l. 1. poliorc. dial. 7. *Vinea* à similitudine veræ illius dicta, quæ jugata & in tectum allevata. Sub illa quia considere fas , & latera sic clausa : hæc quoque *Militaris*

Digitized by Google

litteris nomen sumsit. Hieron. c. 1. appellat cum additamento *testudinem vineam*. Turn. Adv. 11. c. 24. *Vindemia* à *demendo vino*: quando uvæ decerpuntur de vitibus. Metaphorice alio tralata cernitur. Plin. prima mellis *vindemia* melior. Columella: mox vere transacto sequitur mellis *vindemia*. Ἀναλόγως ut *vindemia*, factum est *Lupulidemia*, ap. Ad. Th. Siber. *Virgidemia* ap. Plaut. Rud. a. 3. sc. 2. Cæterum Græci carmen peculiare frequentarunt tempore torcularium, seu vindemiæ, quod vocarunt λήναιον καὶ ἐπιλήναιον: in honorem Liberi patris. Ληνός est lacus præli torculari. Inde & *Lenæus*, ληναῖος, non à leniendo, ut quidam pertendunt. *Lenæon*, ληναιών, Januarius: quia hoc mense Bacho torcularium præsidi festum celebra- Casaubonus exer. 13. in annales Barnii. Porro *villum* deminutum est. Prius *vinulum*, deinde contracte *villum*, ap. Terent. Adelph. Quid *vinnulum aut vinulum* sit Dousa exponit: Nugatorium hoc verbum est (inquit) *vinula*. Quocirca cum Nonio potius rescribatur *vinnula*. Sic Isid. l. 2. orig *vinnulata* vox est lenis, & mollis, atque flexibilis: & *vinnulata* dicta à *vinno*, i. e. cincinno molliter flexo. Unde nunc primum discimus vocem *vinnulam*, seu *vinnulatam*, ad fractas & concisas illas effœminantissimis modis in concentu musico flexiones proprie pertinere: quod modulationis genus chroma indigitat Boethius, quasi tu coloratam vocum compositionem interpretere, minuritioni citandæ uniter accommodatam. Et festive Plaut. Asin. a. 1. sc. 3. qui ab hac forma *vinnulam* orationem appellat; blanditias meritricias chromaticæ illius musicæ inmodum flexuosas, cincinnitasque, nec nisi affectibus commovendis excogitatas, id est, dicta infracta, & quasi modulata voce labiis tenus modo, non autem è pectore penitissimo enunciata, nota meritricum arte. Hæc ille. Mihi sic videtur: *orationem vinnulam* esse esse dulcem, mollem, liquidam, quæ *vinum* redoleat; à *vino*: adeoque plane amatoriam: qualis è vino contingit, & inter pocula. Tunc enim miris modis jocamur, immo ineptimus. Inde etiam οἶνος θελξίφρων Nonno. Notum: Sine Cerere, & Baccho friget

Venus. Scribendum etiam esse *vinnulum* cum Nonio, ut ut sic distinguatur à *vinulum*, quod deminutivum. Ut ita nihil opus sit *vinno*, id est, cinno Isidori, nec tam remota interpolatione. Plaut. Pœn. a. sc. suo more, i. e. lepide vocat *vinum sine dentibus* vetus. Senex enim ἀνόδους. Vel dulce, quod non radat palatum, & fauces, sicut acidum, austerumve. Empodocles vinum vocat σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ, id est, putrefactam in ligno aquam, quod tamen Aristot. non adeo probat l. 4. Top. c. 5. Anacreon vinum vocat γόνον ἀμπέλου, filium vineæ. Pindarus Nem. 9. βιατὰν ἀμπέλου παῖδα, i. e. violentum vineæ filium. Euripides: μελαίνης μητρὸς οὐ ζωρὸς μέθυ. Idem γάλα τῆς ἀφροδίτης. Romani in sacris, *Lac bonæ deæ*. Jones vinum appellarunt πηλὸν; à colore nigricante, aut quia feculentum. Sicuti & Homer. αἴθοπα οἶνον sæpe vocat. Contra Chaldæus Paraph. per *rubrum vinum* τὸ יין, *jain*, fere semper exponit. Prov. 23. 31. *ne respicio vinum, quum rubescit: quum exhibet in poculo oculum suum.* Vinum recens dicitur *mustum* usitate: καθ' ὑπεροχήν. Hebr עָסִיס dicitur succus aut mustum: à calcando. Nam עָסַס est calcare aut exprimere. LXXII. vertitur νᾶμα Cant. 8. vers. 2. γλυκασμὸς Joel 3. 18. οἶνος νέος Jes. 49. 26. A mustum fit *musteum*, i. e. proprie musti saporem referens, dulce & amabile. Alias est lati significatus, idem, quod novum, νέον. Ita Plauto *musta* Juvenca, est nova. Et monet idem origo, quam suggerit Scal. in Varr. rei rust. Græc. quidquid novellum, vocant μόσχον, ut

Homer.

----Μόσχοισι λύγοισι.

Latini idem retinuerunt. Nam ab eo manifesto dictum est *mostum*: seu, ut nunc scribit, *mustum*; ut *musta* poma, *musta* ætas, Nævio: *mustum* vinum. Isid. l. 12. c. 8. *Bibiones* sunt, qui in vino nascuntur; quos vulgo *mustiones* à *musto* appellant. Afranius: Ex ore in oculis tuis *bibiones* involant.

Viola:

Viola: ὑποκοριστικῶς (ait Jos. Scal.) ab ἴον: quod idem significat. Sicut & *Vigil*, ἀγρυπνός. Unde ἀγρυπνία. Tantum hic, fateor, supersunt literæ aliquot radicales. Nec mirũ. Vulgus ita solet, & tam res, quam verba In aliena lingua sæpe detorquet, ut à suis civibus, si qui ab illo ævo prisco rediront, difficulter agnoscerentur.

Vipera, quasi *Vipara*, quod cum *vi pariat*. Aut recte quasi vivipera. Sicut *puerpera* à *puer* & *pario*. Priscianus lib. 6. Pueri fœmininum, *pueram* antiquissimi dicebant: unde & *puerpera*; quæ puerum vel pueram parit. *Basilius*: viperas utero devorato fama est in lucem prodire. Quod idem testatur Plutarchus, Horus l. 2. Apul. in Magia, Hieron. Rhodig. l. 6. c. 13. Sed & Græcis *Echidna*, ἔχιδνα, ἔχις dicitur; παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ γεννῶ. Renodæus Paris. med. l. 3. de mat. Med. c. 30. *Vipera* dicitur, quod *vivum pariat*, contra serpentum aliorum morem, qui prius ova in lucem edunt. Vipera quidem ovumprocreat piscium ovis simile; sed intra se tantũ, tantumq; vivos catulos parit membranis involutos. Evenit autem aliquando, ut posteriores quærentes exitum, & impatientes moræ diuturnioris, *erodant* matris uterum & latera; sicque *matricidæ* prodeunt. *Hæc illa*. Legatur Arist. l. 5. cap. ult. Matthiol. in l. 2. Diosc. c. 16. Scal. Ex. 201. & in Aristot. hist. de anim. l. 2. c. 18. Brodæus l. 5. misc. c. 11. Ut viperà formatur: ita *juniperus*, mutato genere. Quia *junes* baccas *parit*, aliis perpetuo subnascentibus. Bauhin. in l. 1. Diosc. c. 87. & quia ἀείφυλλος, cariem vetustatemque non sentit, ut ait Plin. l. 16. c. 41. *Junis* est viridantis ætatis: contractum ex Juvenis. *Juniculus* ἀναλόγως ad arbores transfertur, iterum ap. Plin.

Virgilius. Eustath. in Navium catalogo ap. Homer. nec non Suidas Οὐεργίλιος, *Vergilius* scripsit, ut & Joh. Baptista Pius, item C. Rhodig. lib. 7. antiq. cap. 4. & alii. Contra Donatus, Ethicographus, Pierius, Manutius & complures malunt, *Virgilius*. Sic etiam spectatur in publicis monumentis: nec non in Græcis plerumq; epigram-

matis. Nam & collectaneorum 2. ap. Græcos, item in rusticicis præceptis sic comperi annotatum: βιργίλιος. In fragmentis Cæcilii Minutiani, Apuleii, veter. Grammatici scriptum comperi: *Virgilium* à *virgis* esse cognominatum. Cui suffragatur illud Calvi:

Et vates cui virga *dedit memorabile nomen*
Laurea - - -

Huic sententiæ Priscianus quoque adjicit calculum. Neque citra causam. Ut enim à cicere Cicero, à pisis Piso, à similibus alii sunt dicti: Ita à *virga*, *virgula*, *Virgulius* & κατ' ἀπῖ͂συγκοπὴν *Virgilius*: quod nomen etiam alii, præter poetam illum Mantuanum, Romæ antea gesserunt. Alii non male conjiciunt: *Virgilium* quasi *Virginium*, à virginali modestia & verecundia nominatum esse. Quo sensu & *Parthenias* audiit. Hinc in libris manuscriptis pæne omnibus hęc visitur inscriptio: *P. Partheniatis Virgilii Maronis liber*; uti notavit Sebast. Corradus; & ante eum prolixe Pier. in l. 4. Georg.

Virtus: ut ἀνδρεία, ab ἀνὴρ (unde nomen, *Andreas* proprium *Andronicus*, i. e. virorum victor: *Andruare*, vetus verbum, ἀνδρίζεσθαι), Ita, secundum Cic. 2. Tus. appellata est ex *viro virtus*. *Viri* enim propria maxime fortitudo, cujus munera duo sunt maxima, mortis dolorisque contemtio. Et Scal. *virtus* apud majores nostros pro fortitudine tantum accipiebatur. Plaut. Asin. ista *virtus* est, quando usus est, qui malum fert fortiter. Sed & à viro sunt *vires*: eadem de causa. Nam mollities propria fœminarum. Aut vires à *vis*. A vires est *viriosus*, quo utitur etiam Tertull. advers. Valentin. c. 14. *Exercitata vitia & usu viriosa*. Hoc est ἰσχυρὰ καὶ δυνατὰ πάθη. Evidentius vero à viro *vira*, ap. Fest. & rursum à vira *virago*: & amplius eliso elemento, *Virgo*. Nam *vira*, h. e. fœmina, è viro condita & viri causa condita est. Et ita ap. Hebr. ab איש est אשה *isschah*, fœmina. Hinc rectissime Tremell. & Jun. Gen. 2. 23. τὸ *isschah* verterunt *viram*: & Lutherus Germ. Männin. *Viras* interpretatur Symmach. ἀνδρίδας. In Josepho occurrit Græce ἰσσα. Ita enim legendum: vel certe ἰσσά, E pro I more

more antiquo. A *vira* dicitur *bivira* ap. Nonium c. 2. *Vidua univira*, ap. Tertull. l. 1. ad uxorem. *Alia sacra coronat univira, alia multivira*: ap. Minut. Felicem in Octavio. Unde autem VIR? *A vis*: quia virtus & vires & vis sit viri propria. Aut recta ab איש *isch*. Ita etiam Heb. גֶּבֶר vir. LXXII. ἀνὴρ, ἄνθρωπος, ἀνδρεῖος, ἄῤῥην, ducitur à גָּבַר i. e. valuit, robustus fuit. *Vis* ab ἴς præposito digamma Æolorum. A vis est etiam *vieo*, h. e. vi adhibita flecto. *Vietus*, proprie flexus: & inde languidus ac debilitatus. *Vimen*, virgultum flexile: quia facile *vietur*. Ab eadem vi est etiam *vigeo*: quasi *vi ago*; vigeo, hoc est, vi ac robore polleo. Et κατ' ἀντίστοιχον, *vegeo*, unde nota satis *vegetus* & *vegeto*. Gloss. *vigor*, δύναμις, ἰσχὺς, ῥώμη. Aliis vegeo ab εὖ ἔχω. Sed prius mavelim. A vis etiam est *vix*. Nota difficultatis: ubi opes est vi. Scal. L. L. c. 31. X. additum est in *Vix*, adverbio, à *vi*: quod negat facilitatem. Unde *vices*. Nam quod per *vices* fit, videtur difficile esse, *vix* fieri. Fortasse etiam rectum ipsum fuit, *Vix vicis*. Hæc ille. A vices *vicarius*, h. e. qui alterius vicem obit. Suid. βικάριος διάδοχος. A vicis *vicissus*, unde nobis *vicissim*: à vicissus *vicissitudo*: ut à necessus (unde adhuc *necessum*) necessitudo. Omnia tamen primo, & *vix* & *vir*, & *vis*, & ἴς & ἰσχὺς & βία & reliqua manant è fonte Israelis, quem citavimus איש. Cæterum à *vir*, est *evirare*, apud Nonium, & Varr. Sicut effœminare, à fœmina. Jos. Scal. *Levir*, ἀνδράδελφος, ex Græco δαήρ. Quare propterea prima producitur ut apud Senecam in Octavia. Sic etiam ex Græco *socer*: nimirum ab ἑκυρός. Etiam potest duci à Chald. זוג, quod est conjugium: ut γαμβρὸς à γάμος. *Socrus* est uxor soceri: Prisc. l. 6. Similiter *glos*, per contractionem, à γάλως. *Nurus* à νυός.

Viscus & *viscum*: Germ. Mistell. Athen. l. 10. c. 19. *Viscum* nominat δρυὸς ἱδρῶτα. Plin. l. 16. c. 44. *Satum nullo modo nascitur, nec nisi per album avium redditum, maximè palumbis ac turdis*. Virg. ita circumscribit Æn. 6.

Quale solet silvis brumali frigore viscum
Fronde virere nova, quod non sua seminat arbos.

 Lega-

Legatur Theophr. l. 2. de caus. plant. c. 23. Diosc. l. 3. c. 87. & in eumdem Matthiolus & Bauhinus. Ipsa vox *viscus* fit à Græco ἰξὸς, & per digamma Æolicum Fἰξὸς, quod idem. Ab ἴσχω, i. e. remoror, aut retineo. Est enim tenax, ut ex eo gluten fiat. Unde etiam gluten, κόλλα, vocatur *viscus*. Etiam inde *viscus*, *visceris*, Græcè σπλάγχνον: quia *viscida caro* appareat. Isid. l. 11. c. 1. *viscera* vitalia, id est, circumfusa cordis loca, quasi *viscosa* eo, quod ibi vita & anima continetur. Guliel. Stuckius de Sacro-Gentil. *Viscus*, inquit, videtur dici quasi *vescum* (ut vescumque papaver) à *vescendo*. Quia homines *visceribus* vescuntur, tanquam cibis delicatis. Vel quia *visci* instar tenacis atque sequacis corpori adhærent & quasi agglutinata sunt. Hinc vox *viscerum* metaphorice sæpe pro re quavis abdita, abstrusa, penitus infixa & inhærente accipitur. *Viscera* tamen etiam à *vivendo* dicta. Hæc ille. Rectius etymon *visceris* à *visco*, uti dicebam. Gloss. Cyr. Δ̓γροιμν κρέας, *visceratio*, Cic. 1. Tusc. Quæst. è veteri poeta: *Evisceratus* latere pendens saxa spargens tabo, sanie, & sanguine atro.

Visurgis; ut fluvius Saxoniæ, ita etiam nomen agnoscet vernaculum. Vadianus in l. 3. Melæ: *Visurgis*, hodie der Weser/ tanquam dicas der Visurg. Hoc enim inde natum est. Hæc ille. Nos hodieque dicimus die Weser/ vel die Wåser: quasi die Wasser: ob aquarum diversarum confluxum. Ergo *Visurgis* inde corruptum. Felix Fidlerus in Fluminibus (quæ edidit Paulus Melissus) ita describit *Visurgin*:

Effundit celerem Turingica silva Visurgim:
Hessia montanis quà jacet orta jugis.

Sidonio est *Vvisara*. Aliis *Vvisura*. Straboni Βισουργις. Dioni Οὐίσουργις. Etiam *Iturgus* vocatur. Cajus Pedo Albinovanus de morte Drusi Neronis:

Rhenus, & Alpinæ valles, & sanguine nigro
Decolor infecta testis Iturgus aqua.

Ibi Jos. Scal. Dicitur & *Visurgus* pro varietate idiomatum linguæ Germanicæ. Nam Saxones & omnes Oceani accolæ T usurpant: alii duplex ss, θάλαττα, θάλασσα.

Sic

Sic Wasser/ Watter/ Water. *Iturgus* autem videtur detortum ex Wetergen/ hoc est, ob aquilas quæ inibi confluunt.

Vitium à *vito* faciunt. Aut potius à *vi*. Nam omne vitium consistit ἐν τῇ ὑπερβολῇ & cum impetu quodam agit, virtuti adversando. Jos. Scaliger: Quod Latinis est *vitium*, id Græci, quo exprimant, non habent. Nam non est κακία; quæ aliud est apud Jctum interpretantem ædilitium edictum. πάθος pro eo usurpamus, quia melius non habemus: & Planudes quoque eodem utitur. *Hæc ille.* Unde discimus, quod Græca lingua, quamvis amplissima merito audiat, interdum etiam deficiat. Quod & vocula, *existimatio*, idem Jos. Scalig. probat: *Existimationem, inquiens*, ut mediocriter docti sciunt, vulgus nostrum vocat *reputationem*. Eam Græci nullo idoneo verbo exprimere possunt. Nos eo, quod proxime ab ea notior, abest, ἐπιτιμία; quia melius comminisci non possumus, contenti erimus. *Nonius Marcellus*: *Morbus* est cum accessu aut temporis aut contagii. *Vitium* perpetua & insanabilis atque irrevocabilis causa est. Atque is videtur τὸ *vim* respicere. Sed & *morbus* ac *vitium* conjunguntur in Edicto Ædilium curulium: Titulus servorum singulorum ut scriptus sit curato ita, ut intelligi recte possit, quid *morbi vitiique* cuique sit. Ea Modestinus differ. 9. ita distinguit: *Ut morbus* sit temporalis corporis imbecillitas. *Vitium* vero perpetuum corporis impedimentum: veluti si talum excussit. Labeo apud Sabinum: *Morbus* est habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus facit deteriorem, & cui morbus est, is etiam *vitiosus* est. Neque id tamen contra fit. Post enim, qui *vitiosus* est, non *morbosus* esse, ut *balbus* & *atypus*, vitiosi magis, quam morbosi sunt: & equus mordax aut calcitro, vitiosus, non morbosus est. *Ulpianus* pro eodem accipi *morbum* & *vitium* ait: & Ædiles tollendæ dubitationis causa bis κατὰ τῶ αὐτῶ idem posuisse. Sed Ulpianum aberrare, vel illud Cic. 4. Tuscul. docuerit: *Morbum* appellant totius corporis corruptionem: *ægrotationem* morbum cum imbecillitate:

Vitium

Vitium cum partes corporis inter se dissident. Ausf. Popma sententiæ Labeonis adstipulatur: & quantum revera *morbus* & *vitium* distent, non modo usus recte loquentium, sed etiam etymon ostendit.

Vitricus, P in V, quasi *Vatricus*, *Patricus*, πατρικὸς, πάτρωος. Gloss. Isid. Vitricus *patricus*. Et Gloss. Philox. Vitricus, πατρωὸς. Vox sapiente consilio facta. *Vitricus* enim neque ipse pater est, neque alter. Utrumque natura negat. Et tamen *patrius* ille est, non alienus, non hostis. *Patrius*, quia patri succedit: quia fide & amore complectitur privignum, non vulgari, sed patrio. Et hoc juris est. Illud vero facti, quod notant alii. *Vitricus*, inquiunt, dictus à *vi* & trico: *quod per vim irrumpat in ædes & familiam alienam; uti plerumque solet imperiosum & impetuosum istud hominum genus.*

Vitulor, Nonius à *vita* deducit, quæ interdum lætitiam, lubentiamque signat. Unde dea hilaritatis præses *Vitula*. Nævius Lycurgo:

Ducite eo argutis linguis mutas quadrupedes.
Ut in venatu vitulantes *ex suis*
Locis non mittant Pœnis decoratos feris,

Neque aliter Enn. ap. Fest. *Habet is coronam* vitulans *victoria*. Festus: *Vitulans lætans gaudio, ut prato vitulus.* Etiam Varro, à *vitulo* deducit, quod Jos. Scal. rectum putat. Id enim est μοσχιᾶν Græce apud Menandrum. Atque istum Nævii versum ita laudat: Ut in venatu vitulantes ex aviis Locis. Lips. l. 5. Antiq. Lect. c. 22. Utq; Latini una voce dicunt vitulari: ita Hebræi phrasi Ps. 29. 6. Facit ut exiliant sicut vitulus. *Vitulus est* est ἰταλὸς, quod taurum notat, autore Hesych. Ut ab anulus anellus: ita à vitulus *vitellus*, apud Plautum in Asin. act. 3. sc. 3. A-gell. lib. 11. c. 1. refert, quod Timæus & Varro *Italiam*, ab ἰταλοῖς denominarint; quorum inibi magna copia fuerit, buceraque in ea terra gigni, pascique solita sint compluria. Aristoteles docet, *Italiam* ab *Italo* rege appellatam esse, quæ prius *Oenotria* dicta fuit. Alii vocem hujus regionis non discernunt ab αἰταλία, mutantque ω in α, & ad imitationem dialecti *Æolicæ*, vel κατ' ἀφαι-

Digitized by Google

ἀφαίρεσιν, a, initialem literam abjiciunt. Romani enim, qui Latinæ gentis fuere caput, lingua ſunt olim uſi, quæ ad Æolicam proprietatem accedit, Dionyſio Halicarnaſſeo teſte, cui Priſcian. aſſentit & Quinct. l. 1. cap. 9. Joſ. Scalig. ita: *Italia* quaſi *Attalia*. Sane ἄττης eſt nomen Lydium & Phrygium. *Lydos* vero in Italiam veniſſe nemo dubitat. Legatur præterea Herodotus l. 1. Strabo l. 5. & 6.

Vivo, βιόω, βιῶ. *Vita*, βίος. Inde eſt *vitare*, h. e. ita *vitam* curare (quæ ſane bonum nimis amabile & precioſum) ut quæ ei proſunt, arripiantur: quæ ei nocent, fugiantur. Idipſum olfecit Papias: *Vitare eſt*, inquit, *quidquid contra vitam eſt, declinare.* Recte profecto. Ex eo poſtea *vitare, devitare, evitare* communiter notat effugere ac declinare. Quamvis omnia illa, quæ fugere ſtudemus, etiam *vitam ipſam* attineant. Sed & *evitare* idem eſt, quod tollere *è vita*. Cic. l. 3. Tuſc. quæſt. ex veteri poeta hæc citat: *Hac omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari.* Papias: *Evitatus*, i. e. *vita privatus.* Onomaſt: *evito* exponit per ἀναιρίζω. Legatur Lipſ. l. 2. Antiq. Lect. c. 11. Inſuper *Invito* notionem *vita* manifeſtò ingerit. *Invito* h. e. *ad vitam* una agendam (quo nihil ſuavius) ad communionem bonorum voco & allicio: uti etiam eo fine *convivia* inſtruuntur. A Græco βίος fit Ἀμφίβια, i. e. utrobique viventia. A βίος deducit Scal. l. 7. L. L. c. 150. *Beatus* divitem notat, qui multa bene, ac benigne poteſt agere: at *Beatus* paſſivum eſt participium, quem bonis, ut appellant Græci βίον, fortuna voluit beari. *Beo*, βιῶ. Job. 12. 7. *vivere* eſt beatum eſſe, feliciter vivere. Plaut. Aulul. Neque unquam quidquam me juvat, quod edo domi.

Foris aliquantillum etiam quod guſto, id *beat.* I. e. facit πρὸς τὸν βίον, juvat, vel prodeſt vitæ. Ulp. l. 59. ad Edictum: *Beare* eſt prodeſſe. Olim *beati* μακαρῖται dicebantur mortui διὰ τὸ ἀφανισμόν. Theoc. id. 2. Æſchyl. in Perſ. ubi Scholiaſtes male notat, μακαρίτας dici τοὺς τεθνεῶτας: μακαρίους δὲ τοὺς ζῶντας. Neque enim id perpetuum. Nam & νεκροὶ μακάριοι dicuntur eodem ſenſu, quo

μακα-

μακαρῖται. Sic & *felix* Latinis. Horatius: Omnes compo-sui *felices?* nunc ego resto. Ita enim Scal. hanc vocem ibi accipit. Sunt autem mortui dicti felices, aut beati: non quia mortui: enim θάνατος τῶν φοβερῶν φοβερώτατον ex Aristotele: sed quia meliorem vitam ingressi etiam Ethnicis credebantur. *A vivo* est *vivarium*, ubi continentur vel aves, vel pisces, vel feræ, quæ dumtaxat ad victum spectant, Valla l. 1. c. 8. *Redivivus*: Jos. Scal. *Redivivum* ædificium est ex vetusto renovatum. Est enim verbum tectonicum. Unde Cic. in Verrem: Utrum existimatis minus operis esse, unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide *redivivo*. Itaque veteres magistri vertunt, redivivus, παλίγχυτος. Sic Catull. carm. 17. pontem *irredivivum* dixit, qui prolapsus denuo instaurari non possit. Sed Tropice: quasi ædificia, sint ἔμψυχα. Proprie *redivivus* est, qui redit in vitam παλίνζωος. *Cœnobium*, κοινὸς βίος. *Cœnobitæ* sunt Isidoro, in commune viventes. *Convivo*, συμβιόω. Plautus, tecum convivere. Cic. Senect. Bene majores nostri accubationem epularem amicorum, qui vitæ conjunctionem haberent, *convivium* nominarunt: melius quam Græci, qui hoc idem tum *compotationem*, tum *concœnationem* vocant. Omnium optime Germani addunt τὸ εὖ ζῆν, Wolleben. *Convivator*, qui instruit convivium, aut præest. *Magistrum* vocat Juven. Sat. 3. *dictatorem* Plautus: *patrem cœnæ*, Horat. l. 2. s. 8. *Convivii dominum*, Agell. l. 13. c. 11. *Modimperatorem* Varro l. 20. qui modum imperat. *Regem convivii* Sidon. l. 9. Græci vocant συμποσίαρχον, βασιλέα, item στρατηγόν. Qua postrema voce & Plautus usus est Sticho act. 5. sc. 4.

----- Dum ea se exornat, nos volo
Tamen ludere inter nos. *Strategum* te facio huic convivio.

Nota; olim jactu talorum fuisse electum convivatorem: quod facit, ut autores multi intelligantur. Plautus in Mostell. Vide *tali* ubi sint. In asin: Jace pater *talos*, ut porro nos jaciamus. Talorum jactus varii: *Venus*, *Canis*, *Senio*, *Chius*. Qui Venerem jecerat, magister convivii erat. Index Horatii l. 2. od. 7. quem *Venus*

Digitized by Google

mus arbitrum Dicet bibendi? Etiam aliæ (ut quidam volunt) imagines, aut icunculæ insc alptæ talis fuere: ut vulturis, Herculis & similium. Quo referunt illud Plaut. Cistel. *Herculem jacto Basilicum.* Qui tamen Lipsio idem, qui Veneris. Legatur Scal. in Arist. hist. anim. l. 2. c. 7. Pollux, Turneb. in Advers. Casaubon. in Sueton. Augusto c. 71. Taubman. in Cur. & Persam Plauti, & alii.

Ulna: Servius, ulna proprie ad spatium in quantum utraque extenditur manus. Quur hoc propriè? Quia Maro 3. Eclog: Tres pateat cœli spatium non amplius *ulnas*. Alius: *ulna* proprie brachium. Quare? usu aliorum, nominatim Catonis:

Pueri instar bimuli tremula patris dormientis in *ulna*. Et hoc recte. *Ulna κυρίως* brachium, cubitus. Ex eo deinde sumta mensuræ ratio, aut spatii. Suetonius unum exponit cubitum: scilicet ex origine. *Ulna* ὠλένη, ὤλην, si ε excludatur: ὠλένη cubitus, brachium, πῆχυς. Hinc ἀκρωλένια, extremitates cubitorum. Et Juno dicitur, λευκώλενος, à candidis brachiis. Et ὠλεκρανίζειν Comicis est ferire cubiti aut brachii extremo, quod κρᾶνον, aut κρανίον, καθ' ὁμοιότητα ita nuncupetur. Poll. l. 2. c. 4.

Umbilicus, ὀμφαλικὸς, ὀμφαλὸς: φ in B, ut vulgò *obsonium*. In Plauto Men. act. 1. sc. 2. ad *umbilicum*, i. e. ad mediam partem. *Umbilicus* enim media pars in corpore. Cic. 6. in Verr. qui locus, quod in media Insula situs est, *Umbilicus Siciliæ* nominatur. Ap. Horat. epod. 14. promissum carmen, Jambos ad *Umbilicum* ducere, pro fine usurpatur. Nam & umbilicus in animali est finis aut radix, qua universum corpus terminatur & hæret. Etiam solebant (quæ altera ratio) veteres librorum tegimenta *umbilicis* ornare; & tum opus erat perfectum. Mart. l. 4. ep. ult. Jam pervenimus usque ad *umbilicum*. Apud Hebræos *umbilicus terræ*, est editior locus terræ. Jud. 9. 37. Ezech. 38. 12.

Umbo. Turnebus in Varr. & Scalig. in Conj. Lego in Varr. *umbones* à Græco, quod ἄμβωνες. Græci ἄμβωνας vocant quidquid extumidum est, & prominet, ut ventrem

Digitized by Google

trem ampullarum, Plutarchus Lycurgo. In montibus quoque ὑψηλοὺς τόπους ita vocant. Itaq; quidam poeta vetus sic scripserat ἐπ' ὄρος ἀμβῶνεσσι. Sic quoque Latin. *umbonem* in eam significationem usurparunt. Statius Achill.

----- *Undisona quos circuit* umbo *Maleæ.*

Id est, quod Poetis Græcis, πρών. Idem in Theb.

Stant juga & objectus geminis umbonibus *agger.*

Idem in via Domitiana:

Tunc umbonibus *hinc & hinc coactis.* In Theb.

----- *Vasto metuenda* umbone *ferarum.*

Satis apparet, quur postea umbones in clipeis appellarunt, quos vocat ὀμφαλοὺς. Polyb. l. 6. Ab ἄμβων etiam rectâ fit *Ambo, ambonis*: qua voce utuntur Script. Ecclesiastici pro pulpito aut suggestu Episcopi in templo docentis. Ut ita non recte VValafridus Strabo *ambiendo* duxerit. Ultimo ἄμβων, ἄμβη, oritur ab ἀναβαίνειν.

Umbra: reperies quoque *bumbra.* Non secus atque *ulcus, hulcus,* ἕλκος. Veteres enim teste Quinct. interdum negligebant flatum: *ircus, ædus. Umbri* apud Varronem l. 6. & Isid. l. 12. piscis genus, à colore *umbræ.* In Gloss. σκιὸς, ἰχθύς. Et communiter Græcis σκιαδεὺς, item σκίαινα est ille piscis, σκιά. Vulgo dicitur *umbra, aer carens sole, quod fit alicujus corporis objectu præsertim nubium.* Duplex erratum. Neque umbra aer est; sed in aere, ἀπουσία φωτός. Neque fit objectu inprimis nubium: sed terræ, & cæterorum, propter terram Hæc enim, ut corpus opacum, spargit umbram in alteram partem à sole aversam. Atque sic efficitur nox, quæ nihil aliud, quam umbra terræ, quod Cicero testatur. Ovid. 15. Met.

Umbraq; tellu-is tenebras induxerit orbi. Lucret. l. 4.

------ *Nigrai noctis ad umbram.* Et rursum l. 6.

------ *Terram nox obruit umbris.* Virg. 8. Ecl.

------ *Noctis disce*r*at umbra.*

Umbra itaque à terra, cujus etiam *color* dicitur: & vox ab *humo, bumbra,* umbra: *bra* est λῆξις. Varro etiam consentit l. 4. L. L. uti notat Aus. Popma: *eo, quod deorsum cadit in terram.* Malim, quia umbra terræ color: Is niger sive ater. Cujus proportionem habet umbra, nox, tenebræ. Ovid. 4. Fast.

Jam

Jam color unus inest rebus, tenebrisq; teguntur. Omnia——
Nec quemquam fugit, noctem à colore illo solere describi *nigram, atram, opacam, obscuram, fuscam,* ἐρεβεννήν. μέλαιναν, ὀρφναίαν, μελανόπτερον: & quæ similia congerunt.

Virg. l. 1. Æn.

——Ponto nox incubat atra.

Idem 2. Æn.

——nox atra cava circumvolat umbra.

4. Æn.

Sic fatus, nocti se immiscuit atræ.

5. Æn.

Et nox atra polum bigis subvecta tenebat.

7. Æn.

Jam mediam nigra carpebat nocte quietem.

Unda, quasi *uda*, ab ὕδος, ὕδωρ. *Undulatus*, referens imaginem *undulæ*: ap. Nonium. *Sudor* est aqua, quæ è poris à calore apertis manat, ὕδωρ: sicut ab eodem est ἴδος, ἱδρώς. Ab eodem ὕδωρ est *clepsydra*, à κλέπτω: quia *furtim* & clam aquam subtrahendo, ut vix sentiri potuerit, apud veteres, horas distinguebat: velut arena apud nos. Cleomedes in De cœlest. corp. videtur appellasse *hydrologium*: ut notat etiam Rhodig. l. 18. c. 39. Cæsar. l. 5. clepsydras vocat *mensuras ex aqua*. Lips. *vascula aquaria* l. 5. de mil. Rom. dial. 9. Apul. ita circumscribit: *ad dicendi spatium vasculo quodam in vicem coli graciliter fistulato ac per hoc guttatim defluo infusa aqua, populum sic adorat*: fermè ab initio l. 3. met. Clepsydræ imitatione fieri potest *clepsamathos* vel *clesammos*: ab ἄμμος, ἄμαθος, i. e. arena. Ab udum est *Sudum*, quasi *Se udum*, i. e. sine *undo*, h. e. pluvia, nimbo & tempestatibus aliis. Scal. in Theoph. *Vdum uvidum*, & *udor*, ab ὕδωρ ab ὕειν. Ἰκμάς ad verbum, *mador*. Quæ vox Græcus etiam parentes habet, τὸ μαδᾶν. A *madeo madidus*, item *madusa*, (aut rectius, Madulsa) i. e. ebrius ap. Fest. Nec non *matula* ab eodem madeo. Græc. vero μαδᾶν pendet ab Hebr. מָטָר quod est pluvia, mador. Scal. in Theoph. Hoc est *uber glebæ* Virgilianum, dictum à succo, ὕειν. Unde *uligo*, ab ὕλη. Quia Syri, unde Græci per Cadmū acceperunt, ὕλω aquam di-

 cebant

dicebant. Aliis *uber* ab εὐφορεῖν & εὐπορεῖν: quod ſanè alludit. Aliis uber ab οὖθαρ. Sicuti Homer. οὖθαρ ἀρούρης: ita Maro, *uberæ glubæ*. Hebræis Gen. 45. 18 eſt *pinguedo terræ*. De *uligine* Scal. repetit Ex. 39. Cum in Græciam Cadmus, ſimul cum literis, non paucas voces attuliſſet, ὕλην quoque importavit, quod aquam Syris piſcis ſignificavit. Unde *uligo* & *ulua*, etiam ap. Latinos. Alias Hebr. אֶגֶל eſt uligo. gutta, humor è rore rarefacto. Ni rectius *uligo* quaſi *udeligo*, ab *udum*: ſicuti à *vitia vitiligo*, ap. Joſ. Scal. Ab *unda* eſt etiam *abunde*, quod plus ſatis. Itaque vulgo dicitur: *Satis abundeq;*. Etiam verba inde *abundo*, *exundo*, *redundo*. Metaphora facilis & patula. Ratione item Æolica ab *unda fundere*, eſt, ut quod proprium undæ & liquidorum: *Undo*, *fundo* cujus *fudi* etiam reſipit τὸ *udum*. Eodem vero reddit, *undare*, *undere*, ac dein *fundere*, quomodo ſtare, ſtire, præſtare, præſtire, præſtatum, præſtitum.

Unguis: olim *unx* & *onx*. Gloſſ. Græcolatin. *Uncx*, ὄνυξ. Poſtea molliori ſono exſtitit *unguis*: ab ὄνυξ, ὄνυχος. Eſt quod corneum in extremis digitis manuum ac pedum. *Ad unguem*, h. e. perfecte. Quali etiam proverbio Germani utuntur. Horat. l. 5. 5.

— Fronteius ad unguem Factus homo.

Idem de arte:

Perfectum decies non caſtigavit ad unguem.

Videtur phraſis ab eo tralata, qui nimis nimiſque ſe polit & ad omne elegantiarum decus ſe componit ita, ut ne *ungues* prætermittat. Alii à marmorariis dici putant, qui juncturas marmorum tum demum perfectas vocant, ſi *unguis* ſuperductus non offendatur: Phil. Beroaldus in Comell. Ab unguis *ungula*, i. e. cornea pars pedis in equis, bobus, & ſimilibus. Feſt. *Ungulatos*, habentes ungues magnos atque aſperos Cato appellavit.

Unus, ab obliquo ἑνός, mutato E brevi, in V longum. Ab unum *unio*, ἑνόω, i. e. unum facio. Apul. l. 11. *Unita ratio numinis*. Nomen *unio*, *unionis*, dicitur ab unum: ut ἑνότης ab ἕν: ἕνωσις ab ἑνόω. Item inſignis illa margarita, quæ quia num-

nunquam eodem partu *bina* editur, *Unio* dicta est. Ut autor est Plin. Solin. Ammian. Marcell. Alias plures sæpe margaritæ in una concha inveniuntur: & quidem aliquando *viginti*, teste Æliano l. 13. c. 26. Immo Vesput. Amer. in orbe novo, *centum ac triginta* margaritas se invenisse in concha una testatur. Hoc autem nihil etymo contradicit. Nam ut ait Marcellinus sub finem l. 23. Gravidæ edunt minutos binos, vel ternos, vel *uniones*, sic appellatos, quod ejus terræ conchulæ singulos aliquoties pariant, sed majores. Et Plin. l. 9. c. 35. Ælius Stilo Jugurthino bello *unionum* nomen impositum maxime grandibus margaritis, prodit. Et ante: *Nulli duo* reperiuntur indiscreti: unde nomen *unionum* Romanæ imposuere deliciæ. *Universus*, i. e. unum versus, vel in unum versus & redactus: καθόλη. *Universum* τὸ πᾶν. Legatur Cic. de *Universitate* disceptatio. *Unicus* est idem, qui singularis, solus. Plaut. Capt. a. 1. sc. 2. *Tibi ille unicus est, mihi etiam unico magis unicus.* Festus: Sardanapalus fuit *unicæ* luxuriæ, id est, solius. Postea quia id, quod solum excellit: unicus est etiam, quia eximius, præstans. Afranius: quis tam sagaci corde atque ingenio unico? i. e. præclaro. Turpilius: homo *unica* est natura & singularia. Plaut. Asi. 4. 1. Tu poeta prorsus ad eam rem *unicus*, i. e. eximius vel etiam solus. *Ullus*, ab *uno* ducitur. Fuit primo *Unulus*, post contracte *Ullus*. *Nullus*, *ne ullus*, ut Græcor. ὀυδεὶς μηδεὶς: ex ὀυδὲ & μηδὲ εἷς. *Nullus dubito*, existimatur elegantius, quam *Non dubito.* At parum subest elegantiæ. Nam & origo & ratio reclamat. Quid enim est? *Non unus dubito*: aut *ne ullus ego*. Efficacius & commodius ἀπόφασις fit, ubi adverbium præcesserit. *Trinunus* quod nove, sed optime Deo tribuitur: facit obliquos, *Trinunius*, non *Trinuni*. Nisi hoc per archaismum excuses. Dicebant enim *uni uno*. Paul. Meliss. etiam fecit *Triunitas*. Lib. 1. Meletem. od. 16.

O æquæva *Triunitas*,
Sive *Uniternitas* coæqua.

Proprium est *prope unum*. R intercessit, ut eo robustior sit vox. Aut simpliciter à *prope*: ut ita *proprium* sit, admodū

prope, ἴδιον, à communitate separatum. Cæterum à Græco est *Cathena*, καθ' ἕνα, ex ordine, quo unum alteri & quidem simili jungitur. Nec inscite à κατέχειν.

Voco, φωνέω Scal. l. 7. poet. c. 1. s. p. facit à βοάω. Φωνὴ, quasi φῶς νοός: quia sit nota mentis, ut quidam derivant. *Vociferor*, proprie vocem effero, clamo. *Invocatus*, i. e. non vocatus, Plaut. Capt. A. 1. sc. 1. Et quia *invocatus* soleo esse in convivio. Nam IN & privationem & augmentum sæpe infert. *Vox* dicitur contracte: unde obliqui producuntur, φωνὴ: sicut lux. Ut à rex regalis: ita à vox *vocalis*, φωνήεις. Inde rursum *Bivocalis*, etiam ap. Lips. aliâs diphthongus. *Phthongus*, φθόγγος, sonitus: à φθέγγομαι. Videatur Vitruv. l. 5. c. 4. A *vox* similiter est *convicium* quasi *convocium*, καταβόησις: ut quando voces duorum velut colliduntur, ut alter præ altero vix audiatur. *Mimus*: Ingenuus animus non fert vocis verbera, i. e. convicia. Bene Gloss. *conviciatur*, καταβοᾷ. Festus à *vicis* mavult. Pessimi nonnulli à *vitio*. Multa super ea voce Valla l. 6. El. c. 52. non pauca perperam. Ulp. l. 77. ad Edict. *convicium* dicitur vel à concitatione, vel à conventu, h. e. à collatione vocum. Cum enim in unum plures voces conferuntur, *convicium* appellatur, quasi *convocium*. Etiam Plato τὴν φωνὴν ponit in Lege de Convicio: οἱ δὲ σμικρὰς ἔχοντες ψοφούμενοι πολλὴν φωνὴν ἱέντες κακῶς ἀλλήλους βλασφημοῦντες λέγουσιν. At *convitium* distinguitur à *convicium*, hoc à voce φωνή: illud à *vitium* & notat plurimum simul ædificiorum labem aut vitium. Ut apparet ex quodam epigrammate, quod Veronæ: *Convitium* refecerunt, valvas, limen, de sua pecunia laribus dant.

Volguinus, i. e. Nicolaus, demonicus, Volckwin: Et Græcolat. *VVenceslaus*, *Vincesłaus*, *Balduinus*, Ταχύνικος, qui cito vincit. *Albuinus*, *Alboinus*, *Alguinus*, & *Alcuvvinus*, i. e. παντονίκης, omnium victor. *Audoinus* (inquit Luther.) si Italico more, N. pro L. scriptum est, idem quod *Alboinus*. Illi enim scribunt *Bononia*, cum dicant Bologna. Aiioquin erit *Handvvin*, i. e. dextera victrix. *Gosvvin*, videtur esse *Husvvin*, i. e. victor domorum. Aut melius *Josquin*, quod nomen insignis musicus in Belgio fecit celebre.

lebre. Est vero deminutivum à *Jost*, corrupto. Integrum est *Justus*.

Volpes, aut *Vulpes* usitate. Græc. ἀλώπηξ: παρὰ τὸ ἀλῦν τὰ ὦπα: quia per ambages & giros cursitando fallit quasi oculos: adeoque, ut ait philosoph. l. 1. de hist. animal. c. 1. est animal πανοῦργον καὶ κακοῦργον. Simonidi est ἀλιτρὴ ἀλώπηξ. Horat. ad Pisones: Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. Scal. in Conject. ἀλώπηξ, Æolice Fαλώπηξ, *Valupes*: quæ deinde *Volpes*, non *volipes*. ut Varro voluit.

Voro, βορῶ: mos ferinus. βορὸς, *vorax* βορά, esca, proprie animalium brutorum. Etiam Heb. ברה est comedit, pastu se refecit. Græcor. νεβρὸς, i. e. hinnulus, dicitur à νε & βορά. quia nondum carpit pabulum, sed adhuc lac matris sugit. Inde est Latin. *Nebris*, νεβρὶς, i. e. hinnuli pellis. Statius Achil. 1. *Ut verò à tereti demisit* nebrida *collo*: τὴν νεβρίδα. Et Thebaid. 2. *aut avidas Bacchum scelerare parentes* Nebridas. Ibi Placidus interpres notat: *Nebridas pelles damarum*, νεβρίδας. Glossæ Isid. *Nebris Dianæ*, *corium Dianæ*, *quæ cum cervo pingitur*. Sed redeo ad Lanum. A voratum *vorago*: ut à plantatum *plantago*. Nam & *vorago* est barathrum profundum, omnia velut absorbens. Gloss. *vorago*, χάσμα. *Vorare* μεταφορικῶς, pro avide & probe accipere sumitur. Plaut. in Asin. 3. sc. 3. *Mea dicta devorate*. Idem in Pœnulo: *orationem aures devorant*. Similis tralatio exstat etiam in sacris literis. Jer. 15. 16. Quum adfuerunt verba tua, *comedi* illa. Ezech. 3. 1. filii hominis, quod præsens est tibi *comede*: *comede* volumen hoc, deinde abi, alloquere domum Israel.

Voveo, *votum*. Sane non abludit Hebr. תָּאַב, desideravit: תַּאֲבָה, desiderium, votum, εὐχή. Clariss. Wig. Spanheim. *votum* à *volitum*, dici putat: Quia *votum* κυρίως καὶ πρώτως sit voluntas seria, animo concepta, ac deliberata rei cujuspiam agendæ. Dein speciatim votum est, qua Deo obligamur, sponsio, uti Cic. definit de Legibus hoc est, spontanea pollicitatio. Thomas Aquinas quæst. 88. art. 1. Magister Sentent. l. 4.

 dist.

Digitized by Google

dist. 38. Hactenus Spanh. Meo sensu ita res habet. Ut à fari *fatum*, à foveo *fotum*, à moveo *motum*: ita à voveo, *votum*. Et rursus ut à fatum fativus, à natum nativus, ita à votum *votivus*. *Vovere* autem dicitur quasi *ve avere*, *vaver*, postea simplici vocali, *vovere*: pro fuga ὁμωνυμίας, ne sit *vavere*, cum sit *favere* aliud: pronunciatu vix distinctum. *Voveo* enim est *aveo*: immo plus, quod notat τὸ *Ve*, h. e. valde aveo aut desidero. Idque consona autorum usurpatione. Interim non omittendum reor, quod scribit Scal. Ex. 310. sect. 1. Optatio affectus est, hactenus præteritus à Philosophis. Est enim aliud à *voto*; quod ad aras, aut in periculis, contentiore voce fundebant populi preces diis suis: παρὰ τὸ βοᾶν. *Votum* igitur, ut aliquid ex antiquorum ritibus acute dicamus, est provocatio, deorum ad beneficia. Dabant enim aut pollicebantur, ut acciperent. Pocillum vini, aut mulsi, Mezentius Jovi, si vicisset. *Optatio* est idem, quod votum: sed sine stipulatione, simplex. Cum *opem* à Deo petimus: hæc enim in ipso verbo sunt: i. e. cum oramus animo, (nam in optatione accidens est, non necessarium) ut supplementum mittat Deus inopiæ nostræ. *Votum* Cic. vocat *sponsionem, qua obligamur* Deo. Philo, *petitionem boni alicujus à* Deo. Jos. Scal. *optare* est eligere, considerare: ut pars *optare* locum, i. e. eligere. Est optio electus, ab ὄπλω. Hinc à Plutarcho, ὀπτίων exponitur, ὁ δὲ ὀπλήρων ὑπηρεσίας πλῶν, id est, qui per *visores* ministeria obit. Legatur Varro l. 4. L. L. Nonius c. 2. Veget. l. 2. c. 7. Ab opto *optatum*, *optatissimum*: & postea concisius *optimum*: h. e. maximè bonum, prout *optare* possumus. Similiter Græcis λώϊον & λῷστος optimus, dicitur à λῶ, quod est volo & expeto. *Optimates*, ἄριστοι, πρωτοπολῖται, optimi inter cives.

Upupa quod rex fuerit, poetæ fabulantur, & mutatus in hanc avem, quæ etiam nunc filium Ityn clamet, & desideret, jugulatum à matre Procne: ultura stuprum sorori illatum à marito. Ovid. 6. Met. Vox tota est à sono avis istius proprio: *pupu*, apud Varronem. Ut vero figmentum de metamorphosi poetæ facerent plausibilius,

lius, sumserunt Græc. ὅπυ πῦ, i. e. *ubi, ubi*: quod est citantis & inquirentis. Ὅπυ, & Doricum πῦ, ab Hebr. אֵיפֹה, ubinam: & פֹּה est hic. Aliis tamen *upupa* ab *epops* paulum mutatis literis. Ovid. 6. Met. Nomen epops volucri.

Urbs, ab Hebr. עִיר, quod idem. LXXII plerumque vertunt πόλιν. Alii faciunt ab antiquo *urbare* & *orbare*: unde & *orbis*. Nec displicet. Est enim circulo circumscribere, aut termino. Ab ὅρος, οὖρος. Orbis uno termino clauditur, id est, circulo. Urbes eodem, aut saltim certo designantur limite, qui circulum majori parte repræsentet.

Virg. de Ænea l. 7.

ipse humile designat mœnia fossa.

i. e. urbem definit, ὁρίζει. Pompon. lib. sing. Enchiridii. *Urbs* ab *urbo* appellata est. *Urbare* est aratro definire, & Varus ait, *urbum* appellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet. De aratro sic Cato ap. Isid. Qui urbem novam condit tauro & vacca aret: ubi arverit, murum faciet: ubi *portam* vult esse, aratrum sustollat, *portam* appellet. Manilius de scorpio l. 4.

Urbibus augebit, terras junctisque juvencis
mœnia succinctus curvo describit aratro.

Scal. in Varr. *Urbare* & *orbare* est circulo circumscribere. Inde *urbs* & *orbis*. Ab orbis fit *orbita*. Est enim *orbita* idem, quod orbis: inde vestigium decurrentis rotæ, quod fit actâ in *orbem* rotâ: ἁρματροχία.

Urgeo, proprie est ad opus faciendum hortor, aut impello: nec aliter Autores capiunt. Ab εἴργω urgeo, ὀργέω: quod tantum in compositis exstat. ἀγαθουργέω, κακουργέω, γεωργέω. Gloss. urget, ἐπείγει, καταπείγει, ἐπίκειται. Ab urgeo facit Isaacus Casaubonus, *Indulgeo*. Indulgere, inquit, proprie est contrarium τοῦ urgere. Ea n. origo vocis. Indulgare, pro *Inurgere* dixerunt, inserto D. ut indolescere pro inolescere: unde & *indoles*. Deinde L pro R posito. Urgere est severi ἐργοδιώκτου, qui pensum morose exigit. Indulgere est ejus, qui summo jure aliquid remittit: ut fere parentes liberis.

Digitized by Google

Urim & Thummim, fuiſſe in περιστηθίῳ Pontificis è 28. v. 30. Exedi ſatis apparet. quid fuerit, non ita. Num. 27. 21. Eleazar, Aaronis ſucceſſor, jubetur conſulere *Urim*. Et 1. Sam. 28.6. non reſpondet ei Jehova, neque per ſomnia, neque per *Urim*. E quibus per *Urim* & *Thummim* reſponſa divinitus eſſe data certum eſt: quomodo, incertum. Plerique putant, luce pulchrius micante, ſi Deus annuiſſet. Neque id temere: אוּרִים, ſonant lumina: ab אוֹר, nituit, ſplenduit תֻּמִּים, pefectiones: à תָּמַם, i. e. omnibus modis perfectus eſt. Schindl. in Lex. *Urim & Thummim, Luces & rectitudines.* Lux videtur *mentem* notare: integritas *voluntatem.* Has voces 72 interpretantur, δήλωσιν καὶ ἀλήθειαν, declarationem & veritatem: Chaldæus, ut mos Hebr. fuit myſteria condere, ſervavit ἀνερμηνεύτως. Quàm ineptè Bellarm. l. 4. de Rom. Pont. c. 3. poſuerit illarum dictionum (*urim* & *thummim*) etyma: pudet dicere. Et jam ante Joh. Reinold. Tom. 2. de lib. apocr. præl. 224. ſolidè oſtendit.

Urinare, Gloſſ. *Urinator* κολυμβητής, δύτης. Firmicus in paraphraſi. Sphæræ barbaricæ videtur *orci ſcopularios* vocare urinatores. *Orci ſcopuli*, ἄδου σκόπελοι, cæci & latentes, καὶ ὕφαλοι: ut *orci galea*, latens aut quæ latere facit. Sunt igitur *orci ſcopularii*, qui maris latentes ſcopulos tentant. Manil. l. 5. ita deſcribit:

> Corporaque immergunt undis, ipſumque ſub antris
> Nerea & æquoreas conantur viſere nymphas,
> Exportantque maris prædas & rapta profundo
> Naufragia atque imas avidi ſcrutantur arenas.

Cæterum *Urinare* faciunt ab Urna: ſed Varro contra. Non incommodum forte ſi ab οὖρος (unde & *ovum urinum*) formaveris. Nam pulmones urinatorum perhibentur eſſe admodum cavi & ſic diſpoſiti, ut diutius aerem ſive τὸ οὖρον πρὸς τὴν ἀναπνοὴν cohibeant. Keckerm. l. 3. Phyſ. Urinatores, *inquit*, admodum ægra uti reſpiratione. Nam etſi per ſuas fiſtulas & vitra aerem attrahant: tamen id inter natandum neceſſe eſt impedite fieri. Niſi quod quod nonnulli homines adeo capaces habeant pul-

pulmones,ut magnam copiam aeris initio attractam,diu possint fovere pro cordis refrigeratione, præcipue sub aqua,quæ ipsa frigida est. *Hæc ille.* Scal. in Conject. aliud etymon eruit: Varro, *inquit*, cum ab urinando *urnæ* veriverbium deduceret,*urinare* quoq; unde esset, declarabat.In quibus postremis verbis peccatum est ab imperio librario.Quæ ita restituenda sunt: *Urinare est mergi in aquam in urbum: fictum ab urbo,quod ita flexum ut redeat sursum versus: ut in aratro,quod est urbum.* Quod enim *in urbum* scriptum esset, non *in urvum*, causa fuit erroris in docto librario. Est autem *urvum* sive *urbum* (utrumq; enim invenimus) τὸ ἀνάκμον,sursum versus reflexum. Qui in aquam mergitur,ut iterum sursum versus existat, dicitur *urinare*, Quod etymon Varr. mihi & eruditum valde &verum esse videtur.*Urvare* ergo,ita se jactare,ut sursum denuo excitet se.Unde *amburvare* ap.Lucillium dicuntur Salii,qui eo modo corpora saltu reciprocabant.

Præsul ut amburvat, sic volgu redandruat inde.

At in Festo & Nonio mendosissime ille versus legitur hodie. Græce dicitur κυβιστᾶν,id est, κολυμβᾶν,interprete Suida. Hæc Scaliger.

Uro,πυρέω: πῦρ ignis.Primo enim fuit *Buro*,postea *Uro*, πυρῶ. Reliquum est *comburo* & *bustum*, id est, locus proprie ubi cadaver combustum esset. Statius eam ob caussam dixit,*fumantia busta.* Et Lucret. l. 3. *Busto* addit *Cinefactum.* Apul. l. 4. metam. anum decrepitam vocat *busti cadaver.* Apud Tertull de anima: & hinc ap. Lipf. in not. ad l. 2. de cruce est *vivicomburium*, quando vivi concremantur, ut olim Christiani: de quo in Apolog. passim queritur Tertull. *Ustrina* similiter vel *ustrinum*: ubi aliquid uritur. Gloss. Philox. Ustrina, πυρκαϊά. Speciatim ustrina,ubi combustum cadaver, alibi vero sepultum. Inscriptio Romæ: HUIC MONUMENTO USTRINAM APPLICARE NON LICET. *Locustæ* quod *loca* omnia,quæ insident, veluti *ustulant*,& omnia frugum ac fructuum genera depascunt. Quam calamitatem populi Africæ nimis quam experiuntur, & Historici prolixe nobis describunt. Videatur Plin. l. 9. c. 30.

c.30. Martin. in Lex. *Pruina*, quæ densior & compactior est nive, ideoque ob partium constitutionem *urit*. Unde nomen. *Urit ergo plus*: Sicut arundo ignita plus, quam stupa; Uti ait J. C. Scal. Quomodo autem pruina, aut etiam nix urat, dictum in dictione *Boreas*. Sed & evidentius inde fit *Pruna* quasi *prura*. A *prurio* scilicet: quod dicitur quasi *prourio* aut *prouro*. Virgil. 5. Æn. subjiciunt verubus prunas & viscera torrent, ut à prurio *prurigo*; ita ab uro *urigo* apud Apulejum l.1. metam. Nunc ad similia. *Burrhus*, πυῤῥὸς, i.e. rutilus, instar ignis. Fest. rustici *burram* appellant buculam, quæ rostrum habet rufum. Pari modo rubens cibo, ac potione ex prandio *burrus* vocatur. Quod verbum in eodem sensu retinet Hispanica lingua. *Burraceos* enim vocat ebriosos: & vas vinarium, *burraceam*. Neque aliter Gen. 49. 12. *rubicundus* oculis ex vino, Prov. 23. vers.29. Cui est *rubedo* oculorum. *Pyrethrum*, πύρεθρον, πύρεθρος, πύρειον, πύρηθρον: herba ab ignea qualitate. Germ. inde Bertram. Ex eadam origine est etiam *Pyra*, πυρά, & Jonice πυρή, i. e. strues lignorum, cui ignis subjectus. *Pyramis*, πυραμὶς: quia structura instar ignis, acuminata: quam ob rationem inde etiam *pyrum*, *pyrus* flectitur. Renod. de mat. med. l. 1. f. 6. c. 2. pyrus à turbinata pyramidis instar effigie sic dicta. *Pyrula*, vel *pirula* à pyro. Narium recta pars propter quod æqualiter fit in longitudine & rotunditate porrecta, columna vocatur: extremitas ejus, *pirula*, à formula *pomi piri*, Isid. l. 11. *Pirulam* Græci σφαίριον, interfinium ἰσθμὸν vocant. Arnob. hoc interfinium vocat *imbricem*. *Pyrites*, lapis quoniam ignis insit: Latini *ignarium* vocant: quidam *vivum*. *Pyrrhichium* vocant, ut ego arbitror, ab *ignea* celeritate, inquit Scal. l. 2. poet. 3. c. Pyrrichius Censorino cap. ult. est *celeripes*. Et Sidon. l.9. epist. 15. *Ille pes celerrimus. Bene nuncupatus quondam ab arte pyrricha.* Videatur Diomed. l.3. Item *pyrgus*, πύργος: unde Germ. Burg. Cluver. l.1. Germ. antiq. c. 13. pertendit Burg antiquissimam ap. Germanos appellationem esse. Contra Casaub. in l.3. Strab. apud Hebræos בִּירָה, est arx, τεῖχος, palatium: à quo *Baris*, βάρις. Quomodo

modo. & LXXII. Hebræum vertunt βάρειν Dan. 8. 2. & alibi. Ap. Syros בּוּרָא, est ignis. Πῦρ autem est primitus ab Hebr. אוּר, i. e. ignis, focus, Radic. est אוֹר, i. e. illuxit. Item בָּעַר est arsit. Et חָרַר, ustus est. A πυρῶ est quoque factum à Romanis, *Puro.* Ignis beneficio omnia fiunt pura, ut aurum. Ovid. omnia purgat edax ignis. *Purum putum* dicimus, ita, ut *putum* sit à *putando*, non à *puro*: ap. Agell. l. 6. c. 5. Aliis *putum* à πυσὸν dicitur: Sed est fere alius significationis, habetque primam longam, autoritate Juvenalis. Ap Hebr. vero expresse est בַּר, i. e. purus: בָּרָה, pura. Rad. בָּרַר, i. e. purificavit. Si inde allubescat ducere Latinum. A *purus* est *purgo*. i. e. purum facio: Sicut *indago*, qua de forma alibi monitum. Aut purgo simpliciter quasi *purigo*; uti dicitur *purifico*, καθαρoποιῶ. Ab *uro* etiam fit *urtica*, & quidem tali analogia: Ut à lectum lectica: ita ab *urtum* (pro *ustum*) urtica. Est enim quod ait Macrob. *igneæ naturæ*; ejusque folia mordacia, ut ait Plin, l. 16. c. 24. Ovid. 2. de arte, Urtica itidem est *mordax*. Et Juven. Sat. 11. *acris*. Etiam Jobi 20. 7. exstat: *Urtica pungebantur. Ira* quasi *ura.* Heb. חָרָה, i. e. exarsit ira: & חֳרִי: i. e. ardor: hinc & ὀργή. Affine est τῷ, חָרַר, i. e. aruit, exustus est. Exod. 11. 8. 2. Chron. 25. 10. *in accensione iræ.* Jer. 21. 5. *ira & excandescentia & fervore magno.* Nam *ira* est ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος ἢ θερμοῦ, l. 1. de anima c. 1. Quo nomine etiam *excandescentia* Latinis dicta. Dum vero Valla l. 6. c. 11. aliunde causam venatur, vel à sole, vel igne, vel mari, aliquid conatur quidem, sed conatur tantum, parum efficit. Inter alia sic ait: quod *Sol quanto candidior, tanto ardentior: ita animus dum ira concitatus est, inflammatus, incensus, & excandescens dicitur.* Sed hoc est αἰτεῖσθαι τὸ ἐν ἀρχῇ. Id quæritur enim, qvur homo dicatur inflammari aut excandescere quando ira subit. Causam ex Aristotele dedimus. Græc. κοτέω, κότος est à קוּט, i. e. ægre tulit, pertæsus fuit, aut iratus. *Dirum* est à DEI *ira*, ait Scal. in Th. de pl. Festus: *Dirus, Dei ira natus.* Ap. Hebr. est דֵּרָאוֹן, i. e. diræ. Ab *ira* est etiam *irrito*:

ἰρίζω consonat. Aut potius *κατ' ὀνοματοποιίαν* à litera canina & strepero illo sono RR, quo canes aut etiam homines lacessuntur, & ad iram provocantur. Quod non modo consonus autorum usus testatum facit: sed etiam ipsæ res, quibus *irrito, prorito*, *irritabilis* & similia adduntur, plane confirmant. Plaut. amph. act. 2. sc. 2. *Irritabis crabrones*, Idem Capt. a.3. sc.1. *Ne canem quidem irritatam voluit*. Virg. 4. Æn. ---- *ira irritata deorum*. Et 10. Æn. *Irritatque virum telis*. Proinde recte scribit Nonius: *Irritare tractum à canibus, qui, cum provocantur, irriunt*. Cassiod. Ps. 73. *Irritat, à canibus tractum est, quorum latratibus R litera plurimum sonat*. Et Lucill. da R litera (ut Donat. ait Adelphis.) *Irritata canis, quod R quam plurima dicat*. Sollinus Apoll. Sidon. l.7. epist. 3. *Veluti est canibus innatum, ut etsi non latrant, tamen hirriant*. Et epist.16. l.9. *Prodat hirritu rabiem canino*.

Urina, οὖρον: οὐρέω, urinam reddo. *Palinurus*, παλίνουρος, qui iterum meiit. *Lyncurium*, ad verbum sonat, *Lyncis urina*: λυγκὸς οὖρον. Gemmam esse volunt & ita dictam: quod sit glaciata *lyncis urina*. Sed confutatur hæc opinio ab iis, qui hanc naturam probius rationis atq; experientiæ radio dimensi sunt: ut est Plin. l.8. c. 38. & l.37. c.2. & 3. Scal. Ex. 104. s.12. Cunr. Gesn. Ulyss. Aldrovand. in Lynce, Brodæus l. 3. misc. c. 10. & alii. Videtur itaque ex similitudine literarum *Lyncurium* pro *Ligurium* irrepsisse. Scribitur enim λιγύριον, λιγγύριον & λυγγύριον. Joseph. l. 5. ἀλώπηξ λιγύριον. LXXII Exod. 28. 19. λιγύριον καὶ ἀχάτης. Plin. l. 37. c. 2. Theophr. in *Liguria* effodi dixit. Alii dixere *Langurium*. Strabo de Ligurib. loquens l. 4. πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λιγγύριον παρ' αὐτοῖς, ὅ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσιν, i. e. abundat vero apud illos *lingurium*, quod nonnulli *electrum* cognominant. Dioscor. lib. 2. c. 74. scribit: Λυγγύριον esse, quod ab aliquibus vocatur ἤλεκτρον πτερυγοφόρον, *electrum*, quod pennas ad se trahit. Et Boëth. l. 2. de gemmis cap. 158. *Lyncurium* ad hyacinthum reducit; quæ ita *succinum* exacte referat, ut ab illo arbitris oculis discerni haut possit. Porro *succinum* dicitur etiam Græcis ἅρπαξ, *harpax*,

Digitized by Google

pax, quod tritum, ubi incaluit, paleas & alia minuta ad se rapit aut trahit. Idem vocatur *Electrum*, ἤλεκτρον à fulgore solis æmulo. Ἠλέκτωρ sol: ejusdem ortus cum ἥλιος, non, ut Græcis commentari libuit. *Succinum* vero, quia ab initio *succus*: & is quidem mollis aut fluidus ita, ut bestiolæ puta, culices, muscæ, formicæ, araneæ, erucæ, item folia arborum, stipites herbarum, algæ, festucæ & similia, implicentur, quæ postmodum, ubi induruit, intus apparent. Quamvis & sæpius meræ tantum figuræ ex lineolis ita & coloribus, ut nulla ejusmodi bestiola, vel aliud, subsit, videantur. Dan. Hermann. Prussus, *ranam & lacertam* succino Prussiaco insitam (*quæ Jascus Gedani monumenta insignia servat*) erudito carmine celebravit: quod *Laur. Scholz.* med. Historiæ succini ab Andr. Aurifabro Uratisl. editæ l. 5. Epist. med. adjunxit. At unde ille succus? Ex arboribus quibusdam: sensu aliquam multorum.

Virg. Eclog. 8.

Pinguia corticibus sudent electra myricæ.

Et Claudian.

Roscida frondosæ revocant electra sorores. Plin. l. 37. c. 3. Nascitur defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi incerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundantia: densatur rigore vel tepore auctumnali.

Isid. l. 16. c. 8. *Fertur arboris succus esse, & ob id succinum appellari.* Alii succum, & quasi sudorem quendam terræ aut saxorum existimant: & ad classem bituminis pertinere. Georg. Agric. de Nat. foss. l. 4. Quod ut verum libens accipio: ita nec veterum traditiones plane obelisco configendas puto. Nam ex arboribus manare succinum potest: non omnibus, sed certis aliquibus, & illis, quæ satæ sint in locis succino abundantibus. Et terra succinum: ab hac derivatur in arbores: ex his iterum in terram. Quale enim solum, tales sunt arbores. Videatur Andr. Libav. qui post alios integrum librum de Succino edidit.

Ursus, ab *ursum* ꝟ urgeo: à ferocia & impetu hujus animalis. Hebr. דוב appellatur, ab halitu seu fumo. Isid. l. 12.

l.12. Fertur dictus, quod ore suo formet fœtus, quasi orsus. Et vulgaris nenia est, fœtum ursæ *informem* edi, quem linctu ita perfici oporteat. At non ita. Lingitur enim, ut purus ac tersus efficiatur. Scal. Exerc. 6. s. ult. Bonum vero. Phidiam, si quantum demendum quantum relinquendum sit, sciat. Quid hujusce fabulæ autoribus fidei habendum sit, ex hac historia cognosces. In nostris alpibus venatores fœtam ursam cepere: dissectâ ea, fœtus plane formatus intus inventus est. Matthiol. in l.2. Diosc. c. 37. In valle Anania supra Tridentum vidimus nos prægrandem ursam prægnantem, ab ipsis venatoribus exenteratam, cujus catuli adhuc in utero existentes, omnibus suis membris distinctis ac formatis reperti sunt, non autem informes. Hæc ille. Idem confirmat Gesner. de Animalib. Dalecamp. in l.8. Plinii c. 36.

Uter, cui liquor infusus alio deportatur, aut asservatur. ἀσκός. Isid. l.20. orig. c.6. *Uteres ab utero.* Idque propter similitudinem. *Uter*, uteri & *uterus* proprie officina mulierum, in qua concipitur fœtus. Vulgo τὸ ἐμβρυοδόχον ἔντερον, uti ait Lucianus. Hinc *uterum ferre*: ἐν γαστρὶ ἔχειν Luc. 1. 18. 23. Et *Uterinus*, ex eodem *utero* editus: ut *fratres uterini*, ὁμογάστριοι. Isid. l. 11. c.1. *Uterum* solæ mulieres habent, in quo concipiunt. Vocatur uterus, quod duplex sit & ab *utraque* in duas se dividit partes. Facit ergo Isidorus, ab *uter*, *uterque*. Sed rectius ducitur ab ἦτρον & ἴτρον: quæ est pars umbilico subjecta: idem quod ὑπογάστριον, ut scribit Pollux. l. 2. Suidas ἦτρον exponit κάλυμμα τῆς μήτρας, i. e. tegumentum matricis. Hebr. רחם est itidem vulva & uterus. LXXII. vertunt μήτραν, κοιλίαν, γαστέρα.

Uter est ὁ ἕτερος Scal. c. 127. L. L. *Uter* pronomen esse constat: non enim differt à *Qui*, nisi per modum: quoniam duobus tantum apponitur, *Uter*: *Qui* vero pluribus Et c.93. *Uterque* non habet relationem à duobus ad singulos: sed à singulis ad duos transfert significatum. Nam cum dicas, *Uter*? unum intelligis ex duobus. Itaque colliges ambos in responsione sic: & hic & hic per conjunctionem *Que*, *Uterque*. Itaque non est dividuum sed

sed dividuo contrarium. *Neuter* quasi ne *uter*. Uti Græcis οὐδέτερος, quasi οὐδ᾽ ἕτερος & οὐδ᾽ ἕτερος. Recentiores delicati malunt dicere, *Generis neutrius*: quam *neutri*. Sed antiqui sic inflexere. *Uter, utri, utro*: sicut *unus, uni, uno, unum, une*, ut est ap. Catull. Et Terent. *mihi solæ*.

Utor, χράομαι: unde Latini fecerint. Jos. Scal. in Conj. ἰνοσ δίχως tradit: ἔθω, εἴωθα, unde εἴωθα factum: ut ab εἴκω, ἔοικα. Ab illo εἴωθα, *oitor, oisus*: *utor, usus*: ut μοῖρας, μῦσαι. Ut à labor, labilis: ita ab *utor utilis*, χρήσιμος: quo uti possumus. Ab utens *utensilis*, *utensile*, hoc est, quod ad *utendum* factum est: ut sunt varia vitæ humanæ instrumenta. *Utensilia*, ap. Colum. l. 8. & 11. *Utensilitas*, ap. Tertull. de habitu muliebri. Ut à natum natura, à statum statura: ita ab *usum, usura*: & proprie est ipse usus, χρῆσις: postea secundum eminentiam *fœnus*, τόκος. *Vsurpo*, crebro utor: ingerit manifesto frequentiam. Ut à factum, facto, factito. ita ἀναλόγως ab *usum, uso, usito*. Agell. l. 1. c. 10. & l. 17. c. 1. *usitor*, χρῶμαι, seu potius frequenter utor. *Vsitatum* communiter est consuetum ac solitum. A Gr. χράομαι est χρεία utilitas. Postmodo ap. Rhetoras *chria*, dictum utile. Latini, ut Scal. l. 1. c. 20. Lect. Auson. ait, *scitum & oraculum* vocant. Catachresis, κατάχρησις, Latine Festo & Quinctil. l. 8. c. 6. *abusio* redditur. *Panchrestum* est omnibus utile, vel omnino utile. Ap. C, c. 6. Vrr. *Panchrestum* medicamentum: πάγχρηστον, à χράομαι. Salvianus εἰδικῶς utitur prosċitamentis & dulcibus placentis. *Panchrestarios*, inde dictos, coquis proxime adjungit Arnob. l. 2.

Vxor, ὄαρ: videtur dicta quasi *juxor*, à jugo: uti *conjux* à conjugo. Græcis etiam σύζυξ & ὁμόζυξ. Alias uxor, quasi *unxor*. Ita dicta, quia adipe postes novi mariti *ungeret*, ut Plin. l. 28. c. 9. tradit. At Servius in 4. Æn. vult oleo, Polyd. Virg. vult, *adipe suillo*. Huic unctioni & deam suo more i. e. inepte *unxiam* præfecerunt. Ut videre est ap. Martianum Philo. 2. ubi *Iterducam, Domiducam, Vnxiam, Cinxiam* nominat. Arnob. l. 3. adv. gent. Unctionibus superest *Vnxia*, Cingulorum *Cinxia* replicationi, *Victua* & *Potua* sanctissimæ victui potuique procurant.

Digitized by Google

curant. ô egregia numinum & singularis interpretatio potestatum, nisi postes virorum adipali *unguine* oblinerentur à sponsis, nisi virginalia vincula jam ferventes dissolverent. *Vxorius*: γυναικεῖος: *uxorium* proprie quod ad uxorem pertinet. Vir postea uxorius est etiam mollis, qui totus ac uxore pendet, γυναικοκρατούμενος. Gloss. *uxorius*, γυναικομανής. *Vxoriosus*, ὁ τὴν ἰδίαν γυναῖκα φιλῶν: qui propriam uxorem diligit.

Xenium, ξένιον, ἐξένιον, id est donum hospitale seu munus, quod datur hospiti. *Xeniola* deminute Apulejus. Victruv. l. 6. c. 10. *Pictores ea, quæ mittebantur hospitibus, imitantes xenia appellaverunt.* Martial. l. 13. inscripsit, Xenia, in quem vide Raderum, *Proxeneta*, προξενητής. *Proxenus*, πρόξενος. Ab excipiendo hospites. Dein laxius fusa significatio. Lipsius in 119. epist. Senecæ: proxeneta, velut pararius, conciliator, & interpres, qui partes contracturas medius ipse jungit. *Polyxenus*, πολύξενος: quasi tu dicas, multorum hospitum. *Xenodochium*, aut *Xenodocheon*, ξενοδοχεῖον: à δέχομαι, i. e. hospitum receptaculum. ξένος ἢ ξεῖνος ab Hebr. זון, i. e. aluit, pavit. Etiam שָׁכַן, est habitavit, mansit.

Zabad, Ζαβὰδ est dos, sive dotatus. *Zabadias*, Ζαβαδίας, dos, δῶρον domini. *Zabulon*, Ζαβουλὼν, habitans vel habitaculum. *Zacchæus* Ζακχαῖος, purus vel nitidus: Syro idiomate justus, δίκαιος. *Zaccharias*, Ζαχαρίας memoria, vel etiam masculus domini. *Zebedæus* est dotatus, vel fluxus validior, Ζεβεδαῖος. Addam his & similia ex Hebræis; satis quidem obvia, sed quorum significatus non ubivis expromti. Ita *Nahum* Ναοὺμ, est consolator, item pœnitens ac gemens. Sic enim apud Hieronymum in Nominibus ex epist. Barnabæ legendum, ex codice Toletano. *Gemens*, inquam, non *Germen*. *Abigail*, Ἀβιγαὶλ, pater exultationis, vel patris exaltatio. *Abner*, Ἀβεννὴρ, patris lucerna. *Abram*, Ἄβραμ, pater excelsus, postea Abraham, Ἀβραὰμ, dictus, pater multitudinis. *Amalec*, Ἀμαλὴκ, populus lambens: vel, ex Hebræo & Syro, populus percutiens. *Ammon*, Ἀμμὰν, populus ejus. Ubi vero alpha priori loco ponitur, Græce Ἀμὼν, *Ammon*, est fidelis

aut

aut verax. *Artaxerxes*, ἀρθαστεθὰ, Hebr. ארתחששתא est lumen, sive maledictio, silentium, vel festinationem, ponens, aut fervor lætitiæ. Commune nomen est, ut Lyrano in 1. Esd. c. 4. & Metasthenì Persæ placet, regum Persarum: sicuti Cæsar, Romanor. imperatorum. *Azotii*, ἄζωτιοι, Hebraice *Asdodi*, i. e. ignis dilecti vel patrui. *Baruch*, Βαρὺχ, benedictus, vel genuflexus. *Belga*, Hebr. βελγὰ, refrigerium, vel corroboratio. 1. Paral. 24. *Benjamin*, Βενιαμὶν, filius dextræ. *Benoni*, υἱὸς ὀδύνης μου, filius doloris mei. *Bethulia*, Βετυλυά, virgo domini, aut domus parturiens dominum. Nomen opidi. Judit. 6. *Booz*, Βοόζ, in fortitudine aut in hirco. *Cappadoces*, καππαδόκες, in Hebr. *caphthorim*, i. e. sphærulæ, sive poma: aut vola, vel palma turturum aut exploratorum Deut. 2. *Chaldæa*, χαλδαία, quasi dœmones, aut quasi deprædatores, vel quasi mamillæ, vel quasi agri. Chaldæi olim *Caschdim*, per aphæresin ab *Arpacschad*, Gen. 10. 22. Videatur etiam Full. l. 1. Misc. c. 16. *Cham*, χὰμ, calidus, vel Calor, aut niger, Filius Noah. Gen. 5. Ab eo in sacris literis Ægyptus, dicitur terra *Cham*, ut Ps. 105. notante Hieron. in Quæst. Heb. *Cleophas* aut potius *Cleopas*, κλεόπας, i. e. gloria omnis. Syro *Cleiupha*. Jos. Scal. in animad. Eusebii existimat κλεοφᾶς dici pro κλεόφιλος: & κλεοπᾶς pro κλεόπατρος. Luc. 24. *Emmaus*, ἐμμαοὺς, timens consilium, vel matris aut gentis consilium. Luc. 24. Etiam Ptolomæus habet Ἐμμαοὺς. Apud Sozomenum vero l. 5. scribitur Ἐμμαῦ. *Esau*, Ἡσαῦ, faciens, vel operans, aut tinea ejus. *Gad*, γὰδ, felix vel accinctus. *Genesar*, sive *Genezareth*, γεννησαρὲτ, hortus vel protectio principis. *Golgotha*, γολγοθᾶ, calvaria: ubi *scilicet* sunt calvariæ mortuorum. Syrum sive Chald. est, quoad λέξιν. Videatur Casaub. contra Baron. Exerc. 16. s. 81. *Idumæa*, ἰδουμαία, אדום, ruffa, terrena, vel sanguinea. *Iezabel*, Ἰεζαβὲλ, Insula habitaculi, vel væ habitaculo. *Joppe*, Ἰόππη, pulchritudo aut decor. *Iosaphat*, Ἰωσαφάτ, Dominus judex, vel domini judicium. *Isaac*, Ἰσαὰκ, risus. Gen. 17. *Iudæus*, Ἰουδαῖος, Heb. יהודי, celebrans, laudans, vel etiam confitens. Hinc & *Iudas*, Ἰούδας: item *Iudith*, Ἰουδίθ. *Lamech*, λάμεχ, pauper humiliatus aut percussus

Manasse, μανασσῆς, oblitus aut oblivio. *Marantha*, Μαρὰν ἀθὰ, Dominus noster venit: Syrum est. 1. Cor. 16. Ubi Syrus interpres habet מָרַן אֶתָא, *Maran*, est dominus noster. Nempe מָרָא est dominus: addito ן affixo, uti vocant. Idq; ex Hebr. מוֹרֶה doctor, magister: δυνάστης Jobi 36. 22. אֲתָה est venit: proprie Chaldaicum, uti notat Buxtorf. *Nazaræus*, נָזִיר verbatim sonat *separatus*. LXXII scribunt Ναζηραῖος, aut ναζὶρ Jud. 13. 5. 7. & 16. v. 18. Thren. 4. 7. ubi Symmachus vertit ἀφωρισμένοι. Num. 6. LXXII reddunt, εὐξάμενοι, ἡγνισμένοι, votivi. Amos 2. 11. LXXII ἡγιασμένοι. Ratio appellationis exstat Num. 6. 2. Votum Nazir ad separandum Domino. *Nazareth*, Ναζαρὲθ patria Christi Matth. 2. Inde Christus dicitur נִצְרִי *Nazarenus*, Græce Ναζαρηνὸς vel Ναζωραῖος: à נְצֶרֶת, *Nazareth*. Syrus scribit, נָצְרַת. Origo dictionis est à נֵצֶר surculus, flos, germen floridum. Inde jam patet, quid *Nazaræus* & *Nazarenus* differat: & quod Christus non Nazareus aut Naziræus à voto: sed Nazarenus ab opido dictus sit. *Ninive*, vel potius *Nineve*, Hebræis quippe נִינְוֵה Jonæ 1. 2. Ptolemæo est Νινυὴ & Νῖνος: Ammiano *Ninus*, Straboni Νῖνον: Tacito *Nyros*: Josepho Νίνυ βασίλεια. Unde & vox videtur facta à *Nin*, *Ninus*: & *Nave*, נָוֶה q. d. Nini domicilium pulchrum ac speciosum. *Palæstina*, παλαιστίνη, i.e. conspersa, scilicet cinere vel pulvere: Hebræis dicitur *Peleseth*. *Palæstinos* vocant interpretes, ἀλλοφύλους, alienigenas: Græci Φιλιστιαίους, *philistæos* & *philistinos* Jud. 3. *Samaria*, שֹׁמְרוֹן, σαμαρεὼν, custodia, vel adamas, vel vepres. Ut *Samir*, σαμὶρ, custodia seu spina. *Saul*, σαῦλ postulatus, aut fovea. *Simeon*, συμεὼν audiens vel exauditio: Item ejus significatus est & Simon. *Thabor*, θαβὼρ: electio sive puritas: aut Syriace contritio vel confractio *Thaddæus*, θαδδαῖος, laudans sive confitens.

Zamia: Plaut. Aul. act. 2. sc. 2. *ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam zizaniam*. Plin. l. 16. c. 27. Quæ se in arbore ipsa divisere vocantur Zamiæ. *Zamia*, ζημία, ζημία, ζημίη: à זָהַם damnavit, ut perniciosum rejecit.

Vel à זָעַם, detestatus est, repudiavit. Gloss. Cyr. ζημία jactura, multa, dispendium, fraus, detrimentum, damnum.

Zea, ζία, ἡ ζειά. Germ. Speltz. *Zeopyron* nomen habet è *Zea* & *pyro*: quod mediam inter illa naturam, & quasi ex ipsis compositam sortiatur: Galenus l. 1. de alim. Fac. c. 13. De *zea* ut & aliis Scal. de Insom. *Ptisana*, inquit, nomen deductum etiam ad alias materias, ex Horatio scimus; qui ex oriza *ptisanum* dixit, voce deminutivâ. Quanquam ex aliis frugibus certa sibi nomina comparavit: Ut apud Græc. χόνδρος, quem corrupto nomine *Candarusium* vocant Arabes: Latini *Alicam*. Ea ex Zea fiebat. Ex frumento quoque factam ait Plin. tam ap. Latinos, quàm ap. Græcos, translato nomine ab ipsa fruge, ex qua fiebat, in rem ipsam factam. Siquidem *Chondros* tritici genus, ex quo, quæ fieret *ptisana chondros* quoque dicta fuit. Eodem modo *Zea*, quam nunc *speltam* vulgus vocat, *alica* quoq; dicta est: ex qua, quæ fieret prisana, nihilominus alica nominaretur. Sed & ars finxit nomina. Nam ex viridi hordeo *polenta* dicebatur. *Ptisana* ex integro percocto, atq; excreto: *omelysis* ex molito. *Polentam* quoque ex tosto facit Galenus.

Zebaoth, vel *Tsebaóth*. Græcis, κύριος σαβαώθ, i.e. Dominus Sabaoth. Hebr. צְבָאוֹת, Zebaóth, i. e. exercitus, στρατιά. Ps. 89. 9. κύριος ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων. Jes. 3. 15. κύριος στρατιῶν. Aquila vertit, ὁ κύριος τῶν στρατευμάτων. Latinis est bellipotens, vel armipotens. Arabice צָבָא, militavit. Unde etiam ξίφος, instrumentum militare, ensis. *Xiphias*, ξιφίας. Est nomen cometæ, à similitudine gladii. *Xiphias* etiam piscis, ξιφίας, σπαθίας. Latinis est *Gladius*: Venetis *Spada*. Rostrum instar gladii figuratum, dedit nomen. *Xiphion*, ξίφιον, gladiolus herba: cujus folia ad modum gladii formata crescunt.

Zephyrus, ζέφυρος: optime, quasi ζωὴν φέρων, vel ζωηφόρος. Quia *vitalem* succum animatis insinuat. Eustath. γόνιμος καὶ πολύκαρπος καὶ πρὸς ἐπίπνοιαν ζωτικὴν συντελῶν. Gloss. Cyr. ζέφυρος, *favonius*. Videatur Franc. Floridi Sabini l. 2. Succiss. c. 5. Plin. l. 16. c. 25. *Favonio maritantur*

vivescentia è terra: quo etiam equa in Hispania. Ita est genitalis spiritus mundi. Et l.4. c. 22. Sanè Justinus è Trogo Pomp. l.44. hist. *vento equas fœtus concipere*, fabulis accenset. At rem ita habere autores multi iidemq; graves è magisterio experientiæ docent. *Silius Italicus*:

———mirabile dictu;
Nullus erat pater: ad zephyri nova flamina campis
Vettonum eductum genitrix effuderat Harpe.

Et rursum:

Hinc adeo, cum ver placidum flatusq; tepescit,
Concubitus servans tacitos grex prostat equarum,
Et venerem occultam genitali concipit aurâ.

Columella: Cum sit notissimum, etiam in sacro monte Hispaniæ, qui procurit in occidentem, juxta Oceanum, frequenter equas sine coitu ventrem pertulisse. *Martianus Capella de Ulysipone agens*: In ejus confinio equarum fœtura ventis maritantibus inolescit. *Solinus*: In proximis Ulyssiponis equæ lasciviunt mira fœcunditate. Nam spirante vento Favonio concipiunt, & sitientes viros aurarum spiritu maritantur. Sed de hoc argumento Physici. Nos redimus ad nostra. *Zephyrus* ergo rectè dicitur, quasi ζωηφόρος: ζωὴ à ζάω, quod est vivo. Ab eodem ζάω est etiam ζῶον, animal, quod vivit maxime & opera edit vitæ admodum illustria. Sic & Hebræis חַיָּה, *chaiiah*, i.e. animal, nomen à *vivendo* habet. Ζωόφυτον, simul animal & planta, quod Philosophis una voce, *plantanimal*. *Zoopyron*, Zopyron, herba similis serpillo. Plin. l.24. 15. Ζωόπυρον, Ζωοπυρέω: quia vita animati consistit in igne, h. e. calore nativo. Sed & ignis alioquin dicitur vivere. Horat. 3. Carm. 21. vivæq; producent lucernæ.

Zizanium, ζιζάνιον: quod exprimit Syrus, זִיזָנָא. Suidas, ζιζάνιον, ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρα: In triviis flectunt παρὰ τοῦ σίτου: quasi σιτοσίνιον, aut σιτοϊζάνιον. Quod frugibus innascatur & noceat. Quia verò pleraque hactenus, sive ducta, sive tracta sint nobis ex Hebraicis: & hoc faciamus à צִיץ. Istæ enim herbæ præter flores, & eos quidem speciosos

tiosos plerumque, nihil ad esum conferunt, ut fruges. Dico, ad esum non usum; quem medici experiuntur. Ut ita *zizania* sint quæ tantum florent, sine fructu *βρώσιμα*. Ut sunt ononis, gnaphalium, ptarmica, anagallis, centaurium, galiopsis, stœchas, linaria & alia, quæ omnibus obvia.

Zodiacus, Aristot λοξὸς κύκλος. Apul. de mundo: *Signifer obliqua circumplexione circumdatus & signis duodecim illuminatus*. Manil. l. 1. *ingenti stellatus balteus orbe*. Vulgo ἀπὸ τῆς ζωῆς: quod vitam & vigorem sol cum cæteris planetis sub isto circulo, nobis largiatur. Verius ἀπὸ τῶν ζωδίων (quanquam & hoc. ἀ ζωὴ ζάω) id est ab animalibus. Quorum & configurationes & nomina publicitus trita. Similis est Græcanica vox τῦ σημειοφόρυ. Lucan. & Claudian. appellant *signiferum*. A duodecim signis, aut animalibus. Gloss. ζωδιοφόρος, signifer.

Zygæna, ζύγαινα ap. Aristot. l. 2. hist. An. 18. Ubi interpres J. C. Scal. retinet *zyganam*. At Gaza vertit *libellam*. Quia hic piscis *libellam* aut libram figura sui corporis aptè refert: uti monet etiam Rondeletius. Ζύγαινα à ζυγὸς, quod inter alia etiam trutina est.

Digitized by Google

INDEX

Pro Manuductione & originibus latinæ linguæ.

A.

A 102. 179
Aaron 542
Ἀάζειν 712
Ab 179
Aba 826. 1077
Abactor 209
Abagio 209
Abbas 826
Abarea 179
Abare 1077
Abacus 826
Abazea 179
Abazos ibid.
Abdias 497
Abdo 414
Abdomen ibid.
Abedo 429
Abella 273
Abel 179
Abelmaim ibid.
Abies 439
Abigeus 209
Abigail 1186
Abitio 756
Ablectæ ædes 414
Ablectum ibid.
Ablegmina ibid.
Ablego 424
Abner 1186
Abnoctare 761
Abominor 781
Aborigenes 789
Aborigines populi 164. 165
Aborior 790
Abraham 1186
Abortus 790
Abrotonum 180
Abs
Abscondo 414
Absconse ibid.
Absconsum ibid.
Absinthium 180
Absis ibid.
Absolutum 1022. 1080
Abstentus 1084
Abstemius 1080
Absurdum 1068
Abunde 1172
Abundo ibid.
Ἄβυσσος 180
Abyssus ibid.
Ac 179
Academia 180. 181
Ἄκανθα 185. 339

Acan-

Digitized by Google

acanthis 339
acanthus 185
acatium ibid.
ἄκατος ibid.
accendo 329
accentor 334
accentus quid 332
accentus tres ibid.
acceptor 536
accidere 142
accido 179. 313
accieo 360
accipiter 536
accitus 360
acclivis 367
accubatio veterum 368
accubuus 391
accuratum 50. 377
accurate loqui; & quomodo 108. & seq.
accursius 32
accusatio 348
accuso ibid.
acedia 441
aceo 189
acer ibid.
acerbus ibid.
acerosus ibid.
acersecomes 59. 371
acervus 189
acesce 189
aceta 190
acetare 993
acetarium 190
acetum ibid.
ach 212. 717
achaia 212
ἀχαριστία 62
achates 856
achasdarpan 968
achaschterani 231
achelous 242
achamenes 186
achæmenia ibid.
achamenii ibid.
acheus 250
acheron 187
acherontius 336
acheta 359
achias 497
achillea 187
achilleus ibid.
achilles ibid.
ἄχθος 267
achivus 250
ἀχέω 212
ἄχνη 207
achor 723
achores 187
ἄχος 187. 212
ἄχυρον 188
acicula 189
acidalia 1140
acidus 189
acies 189
acinaces 190
acinacium ibid.
acinus ibid.
acini partes 299
aclides 187
acratum 679
acona 190
ἄκρατος 679
aconitum 190
acosmus 382
acre 188

acribes 188
ἄκριβις 178. 188
acridium 286
acrimonia 188
ἀκρωλίνια 1169
acroamaticum 134
ἄκριος Iupiter 1130
acroceraunia 352
acroſtichis 188
acta 627
actioſus 208
actus 586
actutum 211
aculeus 199
acumen ibid.
acuo 189
acus, aceris 188
acus, acus 189
acutum 713
ἄκων 190
acutus accentus 332
ad 752. 763
adagium 290. 760. 1075
adaias 497
adamas 416. 417
Adam 23. 1098
adar 472
adclive 367
Adeodatus 673
adeps 191
adgrettus 520
adhortor 699
adiantum 191
adipalis ibid.
adiaphoron 468
adigo 209
adipiſcor 239
adjugo 586
adjumentum 587
adminiculum 665
admiror 177
admoneo 699
adolabilis 416
adoleſcens 1044
adolphus 934
adnovitius 760
adorare 790
adorea 430. 431
ador 430
adoriri 142
adorioſus 431
Adonias 497
adrumo 940
adſeſtrix 771
adſpicere 1091
adſpiratio Græca 176
adſpiratio ubi ibid.
adſpiro 177
adſtes 1030
adſtringere frontem 334
adſum 886
advena 1137
adverſaria 1145
adverſipedes 61. 847
adulator 516
adulor 192
adulatoris ſynonyma ibid.
adulterium 216
aduncus 1126
adur 431
adus ibid.
ἀδιώνατοι 62
adytum 191
Ædes 193
Ædifico 757
Æditimus 144. 194

Digitized by Google

Æditiuens 194
æditūus 144. 194
aer 192
aedon 856
affirmo 482
Ægidius 194
ægilips 371
ægilops 194
ægis ibid.
ægoceros 380
ægritudo 112
ægrotatio 112. 1165
ægrum 195
ægyptii an antiquissimi 26
ægyptiorum litera 19
ægyptium 195
Ægyptus 195. 276
ælius stolopræconius 592
Æmilianus 1157
Æmilius 593. 1157
æmulus 1157
æneatores 201
æneas 195
æneolum 201
Ænesius Jupiter 563
æneus 201
ænigmata quid 196
ænigma 195
αἰνιγμα ibid.
αἶνος ibid.
ænobarbus 593
ænulum 201
æolica dialectus 30. 300. 332.
αἰὼν 146. 409. (1141.
æorpata 222. 258.
æquidiale 407
æquimamus 663
æquinoctiale 407
æqualitas 197
æquivoca 125. 541
æquivocorum distinctio 78
æquor 50. 197
æquus ibid.
æquus animus 43
aer 192
ἀὴρ ibid.
ærarium 201
æra 197
æria 276
ærificum 201
aere diruti ibid.
æripes ibid.
æreus 198
ærius ibid.
ærumnabile 200
ærumnatus ibid.
ærumna ibid.
ærumna quid ibid.
æruscare 201
æs ibid.
æs alienum ibid.
αἰσχρία 1060
æstas 200
æstus ibid.
ætas 204
æternus 203
æther 202
æthiops 442
aethon 203
αἴθω ibid.
æthra 202
ætna 203
ætna epitheta ibid.
ætus 528
ævitas 204
æviternus 203

æbum	146. 203. 409	ἄγγος	207
afer	932	ἄγημα	209
affabilis	456	aggredi	142
affamen	59. 456. 765	agina	209
affaniæ	309	agmen	208. 209. 449
affatim	40. 456	aglaia	356
affatus	456	agna	207
affectum	1080	agnatus	511
affinis	477	agnes	207
affligi	571	agnomen	756
afra	1140	agnus	207
aforus	242	ago	208
africa	932	agolum	208
africanus	593	agon	208
africia	1140	agonalia	ibid.
afrotum	1140	agonia	ibid.
ἀγαπάω	226	agonius	ibid.
ἀγαρηνοὶ	526	ἀγορά	803
agaso	264	ogoræus	563
agatha	207	ἄγω	208
ἀγαθὸν	207	agripeta	889
ἀγγέλλω	231	agrimensor	689
age	208	agrippa	848
ἀγείρω	158	agrippæ	ibid.
agelastus	1056	ἀγωγὴ	208
ἀγελαστικὸν	ib.	ἀγραυλεῖν	62. 63
ἀγέλη	208	ἀγρὸς	205
agellius	205	agrosus	ibid.
agellus	ib.	ἀγχίνοος	902
agenor	592	ἀγχίνοια	ibid.
ager	142. 205.	ἄγχω	902
ager arvus	205	ah	717
ager novalis	ibid.	aha	ib.
ager restibilis	ib.	Ahalab	276
agger	206	Aharon	542
aggero	ib.	αἰ αἶ	812. 432. 717.
aggestum	ib.	αἰάζω	232
aggestus	ibid.	Ajax	ib.

αἰδοῖ

Digitized by Google

αἰβοῖ 717
αἰγίλωψ 194
αἰγίλιψ 371
αἰχμὴ 1017
ἀΐδης 193
αἰδαῖον 961
αἰδὼς ib.
αἶνος 195. 436
αἶξ 194
αἰπόλια 296
αἴρω 465
αἰσθητικὸν 985
αἰσθητὸν ib.
αἴτιον 348
al 64. 427.
ala 213. 854
alabastrum 214
alacre 188
ἀλαλάζειν 712
alapa 371
alaricus 1001
alastor 214
alaudæ vox 519
alauda 500
alba lepra 898
Alban 215
Albertus 1001
albuinus 1174
albis 214
Albrecht 1001
albus 142. 215.
alceus 215
alce ib.
alcuinus 1174
ἀλκὴ 215
acidalia 1140
alcides 215
alchymia 64. 427.
alchimista 427
alea 532
alkum 215
alemani 256
alembic 417
ales 214
alesco 217
Alexandri equus 303
alga 215
algeo ib.
algus ib.
ἁλίβας 876
alica 1188
alid 215
alienus 417
alieniloquium 53. 895
alioquin 216
alipilus 806
alipilarius ib.
ἁλίζω 578
alius 215
aliuta ibid.
allectus 129
allegere 423
allegoria 895
alligo 423
allodium 216
ἀλλοίωσις 215. 216
ἄλλος 529
allucinare 529
allucinatio ibid.
allucita 530
allusionem 1089
almanac 64. 427. 441. 657
almageste 64. 427.
almities 216
almus ib.
alo ib.

alnus

alnus	217	Amanuensis	229.663
alpes	215	ἀμάμυξις	674
alpha	217	amaracus	221
ἀλφὰ	ibid.	amaranthus	ibid.
ἀλφεῖν	ibid.	amarico	668
Alphonsus	935	amarities animi	758
alpum	215	amarus	667
alsine	217	amasium	226
alsior	215	amatorium	ibid.
ἄλσος	217	Amazones	221. 671.
Alstedii etyma	151	ἀμάω	690
altare	243	ambages	209. 220
altellus	216	ambarvales	254
alte ligatus	217	ambaxi	211
alterutrius	215	ambedo	220
alter	215	ambegnus	208
altero	216	ambi	220
alterco	215	ambidens	237
alteruter	ibid.	ambidexter	664
Altrat	385	ambigo	209
altitonans	1073	ambiguitas qui tollenda	79
altum	218	ambiguum	209
altum pro mari	ibid.	ambimanus	664
altus	157	ambio	438
altus altellus	216	ambitio	145. 438
altus in Musica	569	ambitus	145. 438
alvus	639	ambones	1170
alucinor	529	ambo	221
alumen	577	Ambrosia	740
alumnus	217	Ambrosius	11. ibid.
ἄλξ	215	ambub	1008
ἀλώπηξ	331. 1175	ambubajæ	Ibid.
am	209. 220. 232	ambulla	306
ἅμα	225	ambulo	221
amabo	123	amburo	220
ἀμαδρυάδες	418	amburvare	1179
Amalec	1186	ambustanea	1036
ἅμαξα	690	amecus	227

Digitized by Google

amen 224
amentare ibid.
amentum 223. 239
ἀμίεγω 228
amethystus 225
amictus 351
amicio 220. 551
amicitia 227
amiculum 551. 1149
amicus 45. 227. 394
amistis 398
amita 227
amitto 49. 694
Ammon 187
ammoniacum 187
ἄμμος 1152
Ammon 1186
amnis 225
ἀμνὸς 207. 208
amœcus 227
amœnus 131. 719
amolior 435
amomum 363
amon 1186
amo 225
amor 45. 143. 225
amor igneus 225
amor quid ib.
ἀμοργὴ 228
amphibia 1167
amphimalla 1135
amphisbona 923
amphitrite 489
amphitapa 1077
ἀμφιτάπης ib.
amphitruo 489
amphora 467
ampirius 801
amplector 220. 1007
ampliatus 228
amplum ib.
amplustre ib.
amplus 227
ampulla 306
Ampullagium 915
amputo 909
amsegetes 982
amtermini 1085
amtruare 57. 1123
amuletum 435
amurca 228
anaboladium 55. 345
an 220. 232
ἀναχωδὸν 328
anadema 409
analecta 424
ἀναλέκτης ibid.
analogia 425
analogia quid 175
analysis 812
ἀναλύειν 812. 813.
anakim 289
ἀναμάρτητος 62
ananias 497
anapæstus 1120
anarrhinon 737
anas 228. 232
Anastasius 579
ἀνάθημα 228
Anatomicus 1111
ἄναξ 289
Ancæsa 315
anceps 338
anchusa 249
Ancke 409
ancele 218. 687

ancilla

ancilla	229. 400	angulus	256
ancillariolus	229	angustia	158. 250
ancipit	338	angustus	250
anclare	229	ἄνια	195. 842
ancona	390	anima quid	230
ancora	128	animans	231
anctum	249	anima	53. 230.
ancula	229	anima afflatus	231
anculi	ibid.	animaduerto	1146
anculo	ib.	animæquus	43. 197
ancus	400. 1126	anima simplex	107
Andionus	1174	animal	231
Andreas	592. 339. 1167	anima flatus	230
Ἀνδρεία	43. 1003. 1162	animecum	197
Andronicus	1151. 1162	animus	230
Androsemon	229	animus proprie	ibid.
androsaces	ibid.	anitas	232
andruare	993. 1123. 1162	anna	580
anellus	232	anna perenna	233
anemone	227	annare	ib.
anemos	229. 230	annales	145. 233
anfractus	221. 489	annalis	233
agari	231	anniculus	233
angaria	231	annona	ibid.
angario	ibid.	annotinus	ib.
ἀγγεῖαι	1028	annulus	232
angelus	231	annus	ib.
angerania	250	anni tempestates	514
anguitenens	782	annus vertens	232. 1143
angina	249	ἀνόντοι	61
angiportus	250. 882	anodis	715
angia	257	anquina	250
ango	158. 249	anquire	ib.
angor	249	anquiro	220. 221
angrint	257	ansa	223. 244
Angst	158	Anselmus	1156
agnilla	51. 250	ante	238
anguis	141. 250	antecanis	331

ante-

Digitized by Google

antecellere 350
antecessor 182
antecænium 888
antemna 225
antenor 592
antes 238
antesto 1030
anthesterion 241
anthirrinon 737
anthracotheiosalenitrum 750
anthyrius 304
antiæ 238
ἀντιάκειραι 222
ἀντίχειρ 667
antica 182
anticipo 335
anticum 181. 238
antidotum 414
antigena 503
antilogium 428
antipagmenta 238
antipas 828
antipater ib.
anthipathia 831
ἀντιπαραγγεῖν 519
antipodes 61. 847
antiqua omittantur 57
antiquæ voces 54
antiqua toleranda 58
antiquum 182. 238
antiquus melius 238. 1017
antisto 1030
antistes 182. 1030
antistita 1030
ἀντίστοιχον 178
antlare 229. 450
ἄντλος 450
ἄντλημα ibid.
antium 450
ἄντικει 60
antroare 238
antruare 238. 993
antrum 238
anulus 232
anus ib.
anxia 249
anxium ibid.
anxum ib.
anxus 563
aorta 238
apage 179. 208
apella 922. 992
apennius 129
aperio 926
apes 239. 848
apex 239
apexabo 56
ἀφάνιαι 309
apher 931
aphesios 563
ἄφλαστος 228
ἀφθαρσία 61
aphrodite 1140
aphros 242
ἀφρὸς 242. 1140
ἀφροσέληνον 636
apiastrum 240
apicæ oves 515
apina 309
apiscor 239
apium 240
ἀπλοκύων 331
ἀπλοῦς 1007
aplustræ 228
ἀπὸ 179
apo 239

apodea

apodes	399. 1025	apus	399
ἀποκαραδοκία	62	aqua	3. 242
apollo	240	aquæductus	242
ἀπολογεῖν	240	aqualicium	243
ἀπολιτικώτατος	61	aquagium	243. 700
apologia	240	aqualicus	243
apologus quid?	240	aqualicus	ibid.
ἀπορία	419	aqualis	ibid.
aporiari	ibid.	aquila	243
apoſtata	1030	aquilex	233
apoſtatare	ibid.	aquilicet	243
Apoſtolus	8044	aquileges	ibid.
ἀποθίωσις	61	aquilius	ibid.
apoteleſma	1080	aquilo	ibid.
apotheca	1094	aquilus	ibid.
appareo	818	aquula	242
apparitor	124. 818.	ara, ἀρὰ	243
appello	993	arabia	353
appetitus	867	arabs	253. 527
appeto	ib.	arabs in deſerto	527
appetones	ibid.	arachne	244
ἄπφα	1077	arad	308
apprimus	891	aram	252
appreciatus	922	araneus	244
apricatio	931	ἀρόσιμον	346
apricum	931	ararat	244
aprici ſenes	ibid.	ἀρόσω	711. 942
Aprilis	241	aratrum	254
aprugnus	324	arbilla	353
apſis	180	arbiter	439
ἄπιστος	836	arbor	245
apto	239	arca	246
aptus	ibid.	arcanus	ibid.
aptum	112	arceo	345
ἄπτω	239	ἀρκία	ib.
apua	242	arcera	246
apud	763	arceſſo	246
apulia	536	ἀρχή	300. 892.

archi-

Digitized by Google

archigubernus 522
ἀρχίμιμος 691
architectus 246
archivum 300
archio 246
arcirma ib.
arcitum 245
arctophylax 247
arctos 247
arctum 245
arcturus 247
arcuatus morbus 274
arcubiæ 246
arculæ 1010
arcus 246
arcus cœlestis 582
arcus multicolor ibid.
ardea 192
ardelio ibid.
ardeo 248
aduum 141. 192
area 623
arena 247
in arenam descendere 362
areo 247
areopagus 670
areopagitæ ib.
ares 248. 902
aretalogus 248
ἄρης 902
ἀρετὴ 43. 902
arferia 467
arferium ib.
argas 250
argentangina 249
argentum ib.
argentum aridum ib.
argentum pustulatum 899
argentum vivum 249
ἀργία 250
argilla 250
argivus 250
argus 250. 788
ἀργὸν 195. 1149
argumentum ab etymis 113. 161. & seq.
argumentatio 251
argumentum ib.
arguo 250
argutum 251
argutulus ibid.
argutor ibid.
aridum 247
arida 1087
aridus amor [illegible]
Ariel 901
aries animal 251. 902
aries machina 251
arieto ib.
arilator 252
ariminus 257
arimphæi 258
arinistus 935
arioth 901
ariodruda 418
ariovistus 935
aripertus 1001
ἀριστερὰ 1011
arista 247
aristobula 935
aristolochia 251
aristophorum 467
ἄριστος 247. 263.
Aristoteles optimus philologorum 148
aristum 247

ἀριθμὸς 761.762
arma 252. 661
armea 252
armenia ibid.
armentum 254. 493
armilla 252
armiluſtrium ib.
armum ibid.
armus ibid.
Arnobius 12
Arnoldus 934
Arnulfus ib.
arquus 993
aro 254
aroma 775
arrha 235
arrhabo ibid.
ἄῤῥην 901
arrigo 924
arrilator 252
ars 902
ars pavimenti 722
ars diſſerendi 983
arſe verſe 566
artare 44. 1034.
Artaxerxes 1187
artemon 186
arteria 253
arteriæ deſcriptio ib.
artium quarundarũ initia (244
articulatim 253
articulus 253
artiplex 1006
artificina 454
artitus 829. 902
artocreas 806
artopta ib.
ἄρτος ἰπνίτης 7. 805
atrotrogus 808
arto 44
artua 253
artum 44
artus 245. 253
arvectum 993
arvina 253
arvipendium 254
aruncus 445
ἄρουρα 254
aruſpex 244
arva, arvâ 57. 254
arventores 246
arvum 205. 254
arvus ager 205
arx 246
aſael 497
Aſaph 277
as 297. 1117
aſcanii 254
aſcenas ibid.
aſcenazim 255
aſcenez ibid.
aſcenazes 257
Aſcherleuben 255
aſcia 212
aſcites 922
ἄση 267
aſellus 263
aſer ibid.
aſia 200
aſinæ cognomentum 593
aſiones 539
ἀσκήπτων 593
ἀσκός 947
aſilus 776
aſilum ib.
aſinarii Iudæi 263

aſivi-

aſiuida 1135
aſinus 263
aſmus 227
aſphaltites 264
aſphaltopiſſa 265
aſpharagus 264
aſpecere 174
ἀσπιδοῦχος 448
aſper 275
ἀσπὶς 387
aſplenum 978. 1036
aſprum 275
ἀσπερότης ibid.
aſſecla
aſſectari 1018
aſſemtari 192
aſſentari 792
aſſentator ib.
aſſa 248
aſſare ibid.
aſſa uox 248. 333
aſſamenta 248
aſſeres 212
aſſeſſor 219
aſſeſtrix 248. 771
aſſeuero 995
aſſicinium 333
aſſidelæ 771
aſſidue 771
aſſiduus 391. 770
aſſultor ephiali 392
aſſum 886
aſſur 263
aſſyria ibid.
aſtanda 231
aſta 1030
aſtaboras 749
aſtaroth 265
aſtarte 265
aſter 266
aſtræa ib.
aſtropæus ibid.
aſtapus 748
ἀστερόπην 266
ἀστεροβλῆτις 999
aſtrum 266. 999
aſtus 266
aſtuſapes 749
aſylum 267
aſymbolus 719
at
atad 267
atadim ibid.
atara 1106
artaroth ibid.
atat 717
ἄτη 267
ate ibid.
ater 348. 1088
athalia 497
Athanaſius 267
athenæ 267. 185
athenæum 267
athletice 803
ἄθικτος 1067
ἀτμὶς 1056
atlantides 870
atomi 1111
atomi ſimplices 170
ἄτοπον 1112
atque 531
atqui 752
atramentum 50. 1088
atramentum rubrum 109
atratum 1088
atrienſis 268

Digitized by Google

aritum 268
atropos 820
atrox 1088
atrum ib.
atta 826. 1078
attalaricus 1001
attalicum 274
attaminatus 375
attegiæ 403
attegrare 1076
atteger ibid.
attenuo 1083
attigere 1076
ἄτινς 1167
attila 1072
attonitus 1083
attributum 1117
attubernalis 1072
attudim 539
ἀτοχία 61
auaritia quid? 270
auarus 269. 270
auca 773
auceps 336
aucha 773
auctionari 270
auctor ib.
auctumnus 270. 784
aucupari 163
aucupium ibid.
audacia 143. 273
audaciter 273
audax ibid.
audentia 143
audeo 273
audio 268
aue 269
auellana 273
aueo 269
auernus 270
auerruncare 942
aues altera 1010
aues bona 66
aues veterum auspicum 1010
aufero 468
αὐγὴ
augeo 270
augmen 59. 272
augurium 506
Augustinus 12. 270
Augustinus Cæsar 149
Augustus 250. 270. 981
auicamelus 1049
auium 1150
auis 213. 1135
aula 273. 777
aulæum 274
aulicus ibid.
ἄυος 247
ἄυρα 269
aura ibid.
auræ vitales 230
aurea 269
auresco 274
auri descriptio ibid.
aurichalcum 788
auriga 269
ἄυριον 274
auris 268
aurora 274
αὐρῆς ib.
aurugo 274
aurum ib.
ausculto 268
auses ib.
ausonia 14

auspex

Digitized by

auspex 1092
auspicatum ibid.
auspicium 145.1092
auster 530
austerus 275
austria 531
aut 10.531
αὐτματός 556
autem 531
authepsa 275
αὐτόαν 556
autor 142.270
autores varii latini 32
autores latini legendi 40.133
αὐτόχθονες 782
autumo 270
avunculus 827
avus 826
auxilium 271
αὔξησις 270
αὔξω ib.
αὔω 247
ἀξιέλεγκος 212
axia 212
axicia 1019
axula axilla 854
axioma 412
axis 211
axo 854
ἄξων 211
Azanias 497
Azarias ibid.
Azazias ibid.
Azot 555.1101
Azotii 1187

B

BA 309
Bahalia 275
Bahal 255.275 285
bahalim 275
βαβάζειν 712
barbare 713
Babel 279
babiger 713
babigera ib.
Babylon 279
bacaudæ 284
bacca 297.703
baccæ
bacillus 1092
bacchus 279
baculus 283
badissare 1133
badius 284
bagaudæ 284
βάκχος 279
baja 284
βάϊνα 1136
βαῖμοι 296
balanos 513
balæna 285
βάλαινα ibid.
βαλανεῖον ibid.
balare 794
balaustinus 939
balatro 287
balbus 593.794
balduinus 1174
balineum 285
balla 798
ballematica cymbala 711
ballista 345
ballisterium 838
βάλλω 1132
balneum 285
balsamen 955

 bal-

balſamin, 285
balſamum, ib.
balteus 661
balteum ib.
Balthaſar 286
bamma ibid.
bamoth 186
banajas, 497
banda 286
Banderherr ibid.
bendolieri 285. 527
Bandophorus, 286
βάπτω 286
baptiſmus 69 286
Barabbas 276
Barachias, 497
baraia 498
barathrum 287
barathro, ibid.
barba 728
bar 288
barbara 669
barbaræ phraſes, 97
barbaraquæ 94
barbariſmus 98
barbar 287
barbaria 288
barbarus 287
barbati 593
barbatus 728
barbatuli ib.
barbigenium 729
barbitum ibid.
barbiton & habitores 288
βαρχὸς 535
barburim 298
bardiaci 657
bardus 288
bare 518
barieſus, 289
bariona 852
βάρις 1180
baris ib.
Barnabas, 276
baro, 855
barrire 714
barritus 432
barſemæus 269
Bartholomæus 288
Bartimæus 289
Bartoli vox 151
Baruch 1187
βασιλεὺς 289
Baſilicum ibid.
Baſilius 289
Baſiliſcus, ibid.
baſis 227 822
baſium 227
βασκαίνω 460
baſſareus 280. 281
baſſatum 569
baſſus ibid.
Batalus 289
batecha 842
βατεύειν 289
βάθος 180
batillum 826
βάτος 289. 331
batrachus 715
battus 289
βατταρίζειν, ibid.
batualia 290
batuo 289
batuatores, 290
batus 289
bau 715

bare

Digitized by Google

baubari 112
baubo 714
baucalium 715
baucal 293
baucis 742
baxea 56. 290
βάξις 290
βάζω 179
bdellium 293
bdolach ibid.
bdolchon ibid.
be 22
βῆ 795
βῆλον 794
beare 1167
beatus ibid.
beati mortui ib.
bedolach 293
beelzebub 722
Begehren 158
bek 26. 806
βέκκος ibid.
bel 291
belenus 292
belenium 191. 292
belga 1187
belial 276
bellaria 415
bellerophon 290
bellua 290. 291
belluata 1077
bellum 290
bellus 415
βέλος 1079
belus 291
belzaar 293
bembi imitatio 65
beno 415
beneficium 454
benevolus 142. 479
benevolentia 479
Beniamin 1187
benignus 415
benna 928
benoni 1187
benus 415
ber 58
Bereiten 518
beer 1157
Bernhardus 12. 308
berenice 1152
bernice ibid.
bereſchit 310
Berg
bertus 984
Bertholdus 1156
beſeleel 497
beſſis 292
bes 292
beſtia 296
βήσσειν 712
beta 292
betere 439
Bethabera 276
Bethania ibid.
Bethel 292
Betheſda 276
Bethlehem 292
Beta ib.
Bethulia 1187
Beto 439
Bethphage 267
Bethſaida ibid.
Bezar 293
βία 1163
Bibiones 1160

Digitized by Google

biblica dicta 15. 55. variis in locis.
bibliotheca 146
bibo 874
biclinium 367
binio 1124
bicinium 333
bicus 293
bidens 237. 430
biduum 407
bifariam 50. 456
bifax 452
biformis 282
bigæ 586
bigamus 294
bigne 509
bignus ibid.
bilix 618
Bilibaldus 981
bilis 470
bimater 280
bimus 233
βινεῖν 421
binomus 755
binus 421
biotharatus 267
bipater 280
bipennis 863
bis 421
bispello 1148
bisulcus 1057
bisulcilingua ibid.
bitienses 439
bitire ib.
bitumen 863
bivium 1150
bivira 1163
bivocalis 120. 1174
blactero 295. 520
βλάκτει 295
blatero ibid.
blasius 289
blæsus 294. 593
blammata 294
blasphemus 294
blatta ib.
βλὰξ 295
βλεμεαίνειν 1114
βλέννος 294
βληχάομαι 795
blenna 294
blennus ibid.
blepharo ibid.
βλέφαρον 294. 1067
bliteus 295
blitum *ibid.*
βλιτυρί 1108
βλοσυρός 1113
βλύω 242. 307
boare 714
bobus primæ brevi 124
bocal 293
bocas 297
βόεια 296
βοεύς *ib.*
Bohemia 295
bohemundus 1000
boia 296
bolchon 293
boletus 297
bolis ib.
bolus ib.
βῶλος ib.
bombalio 112. 710
bombarda 711
bombilo 710

bom-

bombus 710
bombyx ibid.
βωμὸς 244
bonum 414
boo 297
booz 1187
βορβορίζειν 709
boreas 298
borra 1111
Born 323
bos 296
bos Luca 433. 632
bos in lingua 82
βοῶ 297
boſphorus ibid.
botrus 299
botryo ibid.
βοῦ 204. 298. 306. 717
boves mortui 51
bovinator 57. 1047
βȣ̃λομαι 479
βοῦς 296
βῶς ibid.
Brabantia
brabeon 300
βραβεὺς ibid.
brabo
braca 300
brachiale ibid.
brachium ibid.
βραγκὸς ibid.
βράζω 300.489
bractea ibid.
branchia 301
Brandeburg ibid.
βραδῦς
βράγχος 301
braſica 301
braſſica 301
Braunſchweig ibid.
βρεκεκεκὲξ 715
βρέγμα 336
βρέχω 301
brenn ibid.
βρέμω 710
Brennburg 301
brenno ibid.
breve 302
brevis in natura 143
brevitas ſermonis 70. 105
brevis ſermo unde ibid.
brevia 301
brevia à longis 632
brevis 301
breviſtirpia 870
βρήσσειν 712
βρήττειν ibid.
bria 1014
Brieff 302
briſæus 280
briſſonius 150
brithomartis
bromius 280. 710
βροντᾶν 710
bronteum 69. 711
bruges 245. 859
bruma 302
bruno 301
bruta 302
brutum 303
βρύειν 245. 1014
βρύχειν 710
βρύλλειν 714
βρώσκω 303
bu 298. 303. 306. 308. 309
bua 568

bubalus 296
bubare 715
bubile 297
bubo 715
bubona 878
bubulcitare 296
bubulcus ibid.
bubſequa 296
bucæda ibid.
bucerda 685
bubus 296.124
bubilis 297
buccina 131.303
buccinium
buccinum 108
buccones 516
buccul ejus 593
bucephalus 303
bucera 296
bucida ibid.
bucolica ibid.
bucolus ibid.
bucranion 304.737
bucula 296
bugloſſus 623.743
bulbus 305
bulla 306.661
bullatus 661
bulga 671
bullio 307
βυλὴ 306
bullo 307
βυλομαι 479
bulimia 305
bumaſtus 307
bumulgus 707
buo 567
buphtalmus 308
bupreſtis 297
bura ibid.
Burchardus 308.1001
burdo 308.645
Burggraff 667
Burggravii ibid.
Burg 667.1180
buricus 308,309
buro 159.1179
burraceus 1180
burrio 307
burſa 353
burra 307.1180
burrhus 290.1180
burrus 307.1180
bus 296
βύρσης Thebæ dictæ 1093
buſiris 297
buſtra 438
βυστροφὴ 1146
buſtum 66.112.1179
butes 297
buttubata 309
butyrum 297
butum 567
buxus 470.663.863
βυσσὸς 180
βύζειν 715
byrſa 353.1055
byſſus 309
βυθὸς 180

C.

CAbala 309
καββαλεῖν 310
καββαλεῖν 1068
caballus 310
καβάλλης ibid.
cabo ibid.

cabus 311. 968
κακάβη 310
cacabe 311
cacabare 715
cacabus 310
καχέκτης 61
κάκκη 715
cachinnor 311
cacivora avis 714
κακοφωνία 101
caco 714
cacodæmon 1123
cacula 654. 901
caculatus 901
cacumen 189
cacuminare ibid.
cacus 901
cadaveroſum 311
cadaveroſa facies 311. 702
cadaver 311. 340
cadere cauſa 312
cadeſa 313
cadmia 184
cadmilus ibid.
cadmus 181. 1093. & ſeqq.
cado 311
caduceator 313
caduceum 123. 313
caducifer 313
caduciter ibid.
caducum 313
cadus 314
cœci 593
cæcias 314
cædo ibid.
cædes ibid.
cæduus idid.
cælo 315
cælum 315. 370
cæmentum 587
καίνω 314
cæſar 316
καισάραι ibid.
cæſarea ibid.
cæſareati 315
cæſaries ibid.
cæſones ibid.
cæſpes ibid.
cæſtus 343
cæſum 373
cætera 317
καγχάζω 311
Cain 277
καινὸν 435
καίω 320. 328
Caiphas 277
καισὰρ 316
Cajus 592
Cala 322
Calabria 319
calam 366
calamiſtrum 317
calamitas ibid.
κάλχαμος 317
καλαμαία ibid.
calamus 158
calare 318
calaſis 320
calathus 331
calator 318
calcar 324
calces ibid.
calceus 175. 324
calciatrappæ 709
calcitro 324
calco ibid.

cal-

calculi in ludis 360
calculus 324
caldum 1131
καλεῖν 318
καλήτωρ ibid.
calendarium 319. 441
calendæ 319
calendæ qui ſcribatur ibid.
caleo 349
caligæ 320
caligo ibid.
calix 321
calixtus 1013
calleo 324
callidi ibid.
Calliope 721
callis 324
callus ibid.
κάλλος 372
καλικύριος 995
calmeuſer 1130
calones 322. 995
calon 320
κᾶλον 320. 322
καλὸν 327
καλὸς ibid.
calor 349. 469
calpar 323
calopodium 322. 847
calpe 323
Calpurnius 177
calumnia 323
calvo 323. 364
calva 364
calvus ibid.
calx 323
καλύπτειν 322
calyptra ibid.
calyx 321
κάματος 590
cambiantes 1144
cambre 383
κάμηλος 325. 1049
camelus 159. 325
camena 333
camera 325
camerarius 325
camers 670
cammarus 396
caminus 349
cammurus 396
campana 325
campana ſupellex ibid.
campania 325. 536
campe 173
camphora 326. 1008
campter 327
καμπτὴρ ibid.
κάμπτω 334. 396
καμπτὸς 396
campus 326
camurus 396
camus 327
cana 331
Canaan 805
cana culex
canabis 172
canalicolæ 327
canalis ibid.
cancellare 328
cancellarius ibid.
cancelli ibid.
cancer 328. 502
candace 277
candaruſium 1189
candela 329

can-

candeo 328
caneo 329
candidati ibid.
candidum 142. 328
cando 328
caneæ 330
canicæ ibid.
canimen 509
canis fœmina avidior 330
canis 176. 330
caniſtrum 331
canities 329
canna 327
cannabis 173
cano 332
cano quid ibid.
canon 924
cantus 332
canta ibid.
cantare 323
cantharus 524
cantharis ibid.
cantherii ibid.
cantherinum 524
κανθήλιος & κάνθων 369. 524
canthus 334
canus 329
capedo 335
caper 334
capero ibid.
caphthorim 1187
caphura 326. 1008
capida 398
capides 335
capillamentum 337
capillatum ibid.
capillus 337. 860
capio 335
κάπη 335. 348
capis ibid.
capiſtrum 337
capitale ibid.
capitellum 974
capitium 337
capito ibid.
capitolinus 337. 562
capitolium ibid.
capitulum 336
cappadox 1187
κάπος 327
cappa 326
capræ 1108
caprare 1052
capricerda 720
caprificus 334
caprimulgus 334
capripes 334. 1109
κάπετος 173
caprotina 335
capſa 336
capularis ibid.
capula 335
capulum 336
capur 326
caput 336
carabus 328
caracalla 338
καραδοκίω 1091
carbaſus 338
carbatina 385
carbo 338
carbunculus 338
carcer 328. 914
κάρκαρος 914
καρκίνος 328

carci-

carcinus 328
cardea 624
cardo 376
carduelis 339
carduus 339. 725
carectum 339
careo 340
carere 339
carex ibid.
carina 111
caritas 340
carl 338
carmel 277
carmen 333.339
carmino 339
carna 340
carnifex 340.963
carnis 340
carnivorus 61
caro 339.340.963
Carolus 338
carpentum pompaticum 878
carpo 339
carpobalſamum 285
καρπὸς 339
carrus 418. 927
cartallum 1107
carthago 311
cartilago 340
κάρφω 338
carum 340. 1139
caryon 342
κάρυον 342.767
κάσα 350
caſa ibid.
caſaria 342
caſeus 350
caſia 342
caſina 350
Caſinna ibid.
Caſpar 679
caſſis 498
caſſita 500
caſſiteron 1040
caſſum 340
κασσύω 1068
caſtaneæ 513
caſtellum 854
caſtigo 344
caſtor 343
caſtoreum ibid.
καστὸς 344
caſtrum 312.438
caſtrare 344
caſtus 343.344
caſuum mutatio 176
κατάχρησις 1185
catadupi 123
κατάπλειστοι 342
catamitus 502
catampo 222
catapulta 345. 838
κατάρρω 346
catarracta 549
κατάσκοπος
cataſta 346
catax 345
catecheſis 422
catharis 207
καθαρὸς ibid.
catharma 346
cathedra 772
cathedra peſtilentiæ 6
cathena 1174
catellus 330
catil-

catillare	330	κείρω	339
catinus	120. 826	kelami	
κατηφίω	404	calare	351
Cato	330	κελαρίζειν	710
catogeum	346	celebrare	319
catomum	347	celebris	ibid.
catonium	346	celer	350. 593
catullire	330	celeriter	57
Catullus	ibid.	celes	350
catulus	ibid.	celeusma	351
catus	ibid.	celeusta	ibid.
κάτω	347	κελεύω	351
caudex	346	celio	370
caudicaria	ibid.	cella	351
caudica	346	cello	350. 791
cavea	348	κέλλω	350
caveo	45. 347	celones	350
caverna	348	κηλὸν	349
cavile	ibid.	celox	350
cavillare	347	celsum	ibid.
cavillum	ibid.	celta	256
caula	348	celte	55. 370
caulis	ibid.	celo	351
cavo	347	cemmerii	518
caupo	783	κίμμεροι	518
caupona	ibid.	cenez	277
caupones	ibid.	κενήριον	352
causia	349	κενὸν	ibid.
causa	348	cenotaphium	ibid.
cauter	349	κενόω	ibid.
cauterium	ibid.	censeo	351
cautus	348	censor	ibid.
cavum	ibid.	κῆνσος	351
κύδαξ	441	centaurium	1078
κῦδος	ibid	centaurus	ibid.
cedo	315	centenarius	352
cedron	277	κεντέω	344. 352
cedrus	350	centipeda	351
febres	1143		

cento

cento 352
centrum ibid.
centumpondium ibid.
centum 352
centuria ibid.
centurio 351
cenum 352
cepa 336
cephalus 704
cephanet 275.276
cephas 852
κῆπος 327
cepurica ibid.
cera 352
κέρας 379.398
ceraſtes 380
ceraunia 352
κεραυνὸς ibid.
κεράω 383
cerberus 352
cerberion 517
κερβερεγκίνδυνος 353
cercolips 371
cercurus 353
cerdo ibid.
cereber 336
cerebrum ibid.
ceremonia 354
cereo ibid.
ceres 353
kerethi 386. 915
cerethæi 915
cereviſia 353
cereus 352. 496
cerinus 1010
cerniculum 355
cerno ibid.
cernuo 355
cernulus 355
cernuus ibid.
cero 352
ceroma 352
cerritus 354
cerrones 506
cerro ibid.
certo 355
certum ibid.
cerva χαλκόπους
cervus 380
cerus 354
cerus manus 354. 658
cerycia 956
ceſnas
ceſpes 316
ceſton 345
ceſtus 343
cete 173
cetus ibid.
χαύναι 483
χάλκεις 320
χαλάω 320.349
χάλιξ 323
χαλκεῖον 349
χαλκόπους 201
chaldæa 1187
chalybes 356
chalybs 355
cham 276. 1187
chamam 394
chamædrys 418
chammanim 186
χαμηλὸς 545
chamos 373
χάος 312.483.570.581
cyaracter 567. 1045
χαράσσω 567

char-

charges 1156
charis 340
chariſius 580
chariſtia 915
charitas 340
charites 356
charta 567
charum 340
charybdis 356
chaſidah 500
chaſcapuſch 749
chaſma 483
chatti 935
χάζομαι 312. 654
χεῖμα 547
χεῖρον 679
chela 357
chelidonia 540
χελιδὼν ib.
chelys 357
χέλυς ib.
chemiſſe 1126
chermes 357
χερσόνησος 576
cherubim 989
χέω 523
chi 22
chilianus 1156
chilias 691
chilo 144. 591
chilus 358
χειλὸς ib.
chimerii 517
chirographum 1070
chiromaxion 530
chirotheca 667
chirurgus 788
χιτὼν 1126
χιτωνίσκον 1149
chius 751
chlamys 515. 953
chlæna 590
χλιαίνω ib.
χλόος 487
χλωρεὺς ibid.
chloris ib.
χοῖρος 881. 909. 1052
cholera 470
χωλέπυς 369
chondros 1189
χῶρος 786
choragium thymelicū 1105
choragus 381
choraules ibid.
chorda 357
chorea 381
χόρτος 371. 534
chorus χορὸς 381
χράω 530
χρεῖος 583
χρῆμα 1080
chremes 146
χρέμπτομαι ib.
chira 1185
Chriſtus 565
chromaticum 357
χρόα ib.
χρῶμα 357. 1159
chryſanthemum 358
chryſites 358
chyſolythus ibid.
chryſomallus ib.
chryſomela ib.
chryſopolis ibid.
chryſorrhoa 748
χρυσὸς 358

 chry-

Digitized by Google

Chryſoſtomus 358
χεὰς 357
χθόνιος Jupiter 363
chun 277
χυμὸς 545
κιβωτὸς 358
chuſi 442
cibus 358
κίβισις ib.
cicada 358
cicadæ ſtridulæ 359
κικυὸς 392
κικκαβὴ 715
κικκαβαῦ ibid.
ciccum 359
cicer Ib.
Cicero 359. 592
Cicero etymologus 149
Ciceronis laus 40.149
Cicero non omnibus placuit 54
Ciceronem imitari 65
κίκι 929
cicinum 931
cicindela 319
ciconia 519
cicum 359
cicur 664
cidaris 365
cieo 360
cilium 375
Kiliani Etimologicum 150
cillere 791
cillus 1057
cimbri 27.257.517
cimmerii ib.
cimmerium opidum 517
cinædus 361
cincinati 593
cincinnus 361
cinctutum 211
κινεῖν 361
Kinn 680
cingo 361
cingulum 361. 661
cinerarius 362
cineres 66
cinifio 362
cinis ib.
ciniſculus ibid.
cinamomum 363
cinnamum ib.
cinnus 361. 1057
cinyræ 365
κινύρομαι ib.
cinxia 362. 1185
κηραίνα 377
circenſes ludi 364
circino ibid.
circinus ibid.
circius ibid.
κίρκος ibid.
circuitus 438
circulus 364
circum ibid.
circumferentia 63
circumflexus 333
circumjectum 551
circumloquium 53
circummæniti 718
circumſpectus 1092
circumſeptum 1081
circumſtantia 1031
circumſto ibid.
Kirche 399
circus 364
ciri ibid.

ciris 364. 528
ciror 364
circus ib.
cis 336. 365
cisium 927
cissybium 398
cista 7. 336
cisterna 336
citare 413
citanis 365
cithara 365
cithæron 817
citharus 365
cito 360
cittim 581
civis 439
civitas ibid.
clades 317
κλάδος ib.
clam 366
clamare 365
clanculum 366
clandestinus 124. 366
clangor 303
κλαρῶται 995
clarus 318
clarigo ib.
κλᾶσις 317
classicus 318
classis ibid.
clathrus 366
clava 372
Claudius Imp. Philologus (149
claudo 365
claudit ibid.
claudus ibid.
clavis 366
claustrum 349. 366
clausula 366
clavus 372
κλεὶς 366
κλείω 365
Clemens 680
cleiternini 1089
clenodium 269
cleopas 1187
clepo 275. 467
clepsammos 1171
clepsydra 152. 1171
cleropeplon 740
cledus ibid.
clericus ib.
clima 366
clingo 365
clinicus 366
clinice 367
clino 366
κλίνω ib.
clinopodium 843
clio 721
clitella 268
κλῖτος 367
κλιτὺς 367. 369
cliternum 1089
cliviæ 1010
clivus 367
clogmus 716
Kloster 158
clostrum 158. 366
clotho 820
clozare 716
cluda 783
cludo 365
cludus ib.
cluo 369
clusius 581

elutum 369
clypeus 322. 397
clypeus & scutum differunt
χλαῖνα 369. (322
χλάζειν 716
κνάπτω 516
Knappe ib.
cnaſon ibid.
cneipor 341
κνίφας 385
cnephoſum ib.
cneus 592
κνισσᾶν 386
coactus 210
coagulum ibid.
coaleo 217
coaleſco ibid.
coax 715
coaxo 212. 715
κόβαλος 383
cocio 252
coccyx 369
coccus 907
cochlea 369
cochlearium ib.
κόχλος ib.
cocles 397. 593. 775
cocti 211
coctio 252
cocula 211
κωκύειν 717
codex 346. 1072
cælebs 371
codicillus 346 1072
cœliſpex 1092
cœlum 370
cœli materia 955
cœlum non coloratum 370
cœmetrium 128
cæna 888
cænacula 889
cænaturio ibid.
cæna terreſtris 888
cœnipeta 889
cœnobium 1168
cœnobitæ ib.
cœnum 769
cœo 438
cœpi 129
coerceo 246
coerctio ibid.
cæruleus 370
cœſius 370
cæſna
cœtus 439
cogito 50. 210. 220
cognatum 488
cognatus 511
cognomen 756
cognomina 541
cognomenta varia 592
cogo 50. 210
cohibeo 525
cohivum ib.
cohors 371
cohortales aves 371
cohum 370. 484. 526
κοιμητήριον 988
coinquio 250
κοινὰ ὑποκειμ 754
κοῖλον 371
κοινή 888
coire 438
coitio 439
κολάπτω 371
colaphus ib.

coldin-

coldingi Etymologicum 151
coles 348
colis ib.
colica 373
coliculus 348
collactaneus 69. 591
collativum 468
collegium 424
collega ibid.
colleum 392
collimo 626
collineo ibid.
collis 327
collum 374
collutulo 58. 637
colluvies 639
collybus 835
collyræ 372
collurium 372
colocynthim 930
colo 372
colonia R. missus 16
colon 73. 373
colophon 372
color ibid.
colorare 357
colossus 161. 173
coluber 250
columbaria 372
columbus ibid.
colum 332
columen 393
columis ibid.
columus ibid.
columna ibid.
κολυμβάω 372
κῶμα, coma 1149
coma 374
comossar 373
combennones 928
combito 439
comburo 1179
comburentes Hieronymo Seraphim 988
comedo 429 1175
comessor 373
comes 438. 1015
comestor 373
comera 374
comire 438
comissa 373
commissari ibid.
comiter ibid.
comites 438
comitia ibid.
comitiales 438 455
comma 73 373
commater 69. 672
commeatus 682
commensales 578
commendare 665
commentari 699
commensum 689
commentum 699
commercia 682
commictilis 678
comminisci 698
comminus 144 665
commisero 61
commodum 678
commoneo 609
commulco 894
communio civitatis 17
communis 719
communiter ibid.

commutatio 216
como 374
κομῶ ibid.
comædia 372
comædia est speculum ib.
compages 804
compar 811
comparare ibid.
compater 672
comparativi geminati exempla
comparativa unde 891
compassus 64
compedes 847
compendium 839
compellere 111. 993
comperendinare 408
comperio 926
compernes 843
compertus 926
compesco 823
competitor 120
compilo 121. 861
compita 867
complector 1007
complices 1006
complodo 503
complures 881
compos 884
κομψῶς
computatio 909. 1069
comus 373
con 221. 925
conatus 541
concalium 375
concapes 537
concerræ 506
concerrones ib.
concha 172
conchea bacca 669
conchylis
concido 313
conciliare 375
concilium 220. 319. 375
concinno 361
concio 360
concipilo 404
concisum 314
conclassare 318
conclavia 366
concors 376
conculco 324
conditivum 987
conditorium ibid.
conditura 94
condalium 375
condalus ibid.
condecentia 689
condo 414
conducit 420
conduco 420
condus 414
condylus 375
κονεῖν 563
confarreatio 459
confero 468
confestim 438
confit 482
confluges 242
confusio ling. qualis 29
congeneres 1015
congeniculo 506
conger 177
congero 206
congerrones 506
congruo 521
congrus 177

κόνις

κόνις 190. 363
conisso 59. 362
κονιστήριον 362
conjugium 586
conjux 132. 586
conivum 526
conniveo 765
connivo ibid.
connubium 765
conopeum 393. 502.
conor 541
conquinire 331
conquiniscere ibid.
conquirere 249
conregio 993
conrumo 940
consalaneus 578
conscarificat 972
conservator Jupiter 563
confero 984
confessus 219
conscio 977
considero 130. 1000
conscientia 977
conscribillo 1027
consiliari 220
consilium 219. 306
consisti 1085
consistorium 346
consitura 94
consivius 581
consobriuus 491
consolor 1025
consolator ibid.
consolida ragalis 212
consors 466
consonar. vet.mutatio 993
conspicere 1091
conspicillum 1092
consponsi 1037
consternatio 351
constantia 1031
consto 48. 0131
consualia 220
consuetudo 178
consuetudo loquendi ib.
Consul 219. 1023
consulcare frontem 334
consultum 220
consus ibid.
contagium 1075
contamino 375
contemnere 143
contempla 1081
contemplor ib.
contemporaneus 61
contemporalis ibid.
contestor 1089
contiguum 1075
contingere 142. 1075
contor 375
contra 1060
contractura 94
contubernium 1072
contubernalis ib.
contumax 2126
contumelia 588
contus 375
convena 1137
convenio 136
convexum 1134
convicium 1174
civitium ibid.
convivator 1168
convivere ib.
convivii magister ib.
convivium ibid.

convivium tempestivū 1082
conus 375
coocles 775
coopia 783
copa 783
copona ibid.
cophinus 121. 375
copia 783
copis 782
cops 783
κοπιὺς 315
κόπαια 305
κοπαατίας 304
coprias 960
copronymus ib.
coprion ibid.
κόπρος 1042. 943.
κόπτω 1069
copula 123 376
coquo 210
corax 381
cor 376
coralium 378
coram 376
corbis 1107
corbitor 381
corculum 376. 678
corcyra 353
cordæi 244
cordatus 376
cordax 302
cordicitus 376
cordolium 416
κορδῦλοι
cordum 543
κορέω 1143
corigium 457
corinna 350
corinthus 327
corium 339
cornelius 1157
cornicen 146. 333
cornicum oculos configere (378
cornix 378. 715.
cornicis vox 716
cornu 159. 379
cornus 380
corolla ibid.
corollarium 380
corona 380. 1041
coronæ variæ 1120
coronis 372
corpocidina 599
corpus 340
corrigo 925
corrugo 943
corruo ib.
corruptela 142
corruptio ibid.
cors 371
cortex 403
cortina 371
corvinus 593
corvitor 381
corvus ibid.
corufco 514
κορυνηφόροι 995
κόρυς 363. 387
corufſare 362
corymbus 281
κορυφή 372
coryphæus ibid.
cos 189
Coſaki 285. 527
coſmus 382
coſtæ 791

cota

cota 387
κοτία 1181
cottabus 382
coturnix 715
cothurnus 173
cotyla 605
covali 383
coxigat 345
coxo ibid.
κῦος 388
κατίλλειν 710
craber 477
crabro 477. 713
crama 383
crambe ibid.
cracere 477. 518
κρανεία 380
cranium 336
κραντὴς 354
crapula 383
craſſus 386. 593
craſtinus 408
crater 383
crates ibid.
κράζω 365. 716
creber 384. 477
Krebs 382
crebeſco 382
credo 414. 909
crembalum 711
cremo 349
cremutium ibid.
crenæ 836
creo 354
crepax 385
creperum ibid.
crepida ibid.
crepido ibid.
crepitaculum 385
crepo 384
crepundia 385
crepus 386
crepuſculum 385. 386
cres 386
creſco ibid.
creta ibid.
crex 519
cribrum 477
crimen 355
crinis 355. 375
κρίνα 355
κριὸς 251
criſpus 386
criſpi 593
criſſare 386
criſta 387
κρίζειν 713
croceus 387
crocitare 716
crocodilus 387
crocota ibid.
crocotula ibid.
crocotium ibid.
κρόκος ibid.
κρόνος 613
κροτίω 264. 386
crotalium ibid.
κρότος ibid.
cruciarius 389
crucificatus, crucifer ibid.
cruciſalus ibid.
crucium vinum ibid
crucigeri origines 151
crucio 388

Digitized by Google

crudarium	388	culeus	392
crudelis	ibid.	culex	ibid.
crudus	ibid.	culigna	321
cruentus	ibid.	culina	349
crumena	671	culleus	392
crumenifeca	ibid.	culmen	393
crumata	386	culmus	ibid.
cruor	388	culo	772
χειράποδα	980	culpæ	56
crurifragium	490	culter	393
crus	396	cultrum	ibid.
crufta	377	cultri lapidei	599
crux	388. 830	cultus	372
κρόος	388	culullus	321
crypta	389	cum	1060
crypticus.	ibid.	cum	48
κρύπτω	390	cumatile	242
cryftallus	ibid.	cumba	398
cryftallus qui glacies	ibid.	cumber	518
Ctefius Jupiter	563	cumbo	391
cubicularius	448	cuminum	349
cubile	391	cuminum pallens	ibid.
cubo	ibid	cummi	993
cubitum	390	cumprimis	925
cubitura	94	cummer	518
cubitus	ibid.	cumulus	541
κύβος	391	cunæ	361
cubus	ibid.	cunabulum	ibid.
cuctio	252	cunctio	252
cuculus	369	cunctor	781
cucumis	392	cunctus	ibid.
cucurbita	ibid.	cuniculus	394
cudere	912	cunire	769
cudo	392. 912	Cunigunda	1157
cugurrire	716	Cunradus	395
cui	122. 443	cupa	783
cul	912	cupedia	ibid.
culcita	128. 384. 1111	cupidicinus	888

Cupi-

Cupido 143
cupressus 395
cur 569
cura 377
curgulio 516
curetes 386
curis 915
curia 377
curialis ibid.
curio ibid.
curiosus ibid.
curio agnus 378
curriculum 418
curro ibid.
currus ibid.
curtus 396
curs 377. 396
curulis 632
curvus 396
cuspis ibid.
custodia 860
cutis 922
κυβερνάω 521
cyclus 321
cyclas Helenæ 185
cyclopeus 502
cyclops 397
κύκλος 398
κύδος 912
κύδρος ibid.
cygnus 777
cygnus canis 777 & seqq.
κυκάω 211. 361
cylindrus 321
cyllenius 683
cyllus ibid.
κυλλόω ibid.
κύλιξ 321. 398
κυλίω 321
κῦμα 242
cumatile ibid.
cymba 398
cymbalum 711
cymbium 398
κυμινοπρίστης 394
cynalopex 331
κυνεῖν ibid.
Cynici ibid.
Cyniphes 56
Cynocephalus 303
Cynomorion 445
cynosuræ 796
cynosbaton 330
cyparissus 303. 395
cyperus 398
κύπειρος ibid.
κυφὸς 398. 508
Cyprianus 12. 359
Cypselius 399
Cyprus 799
κύπτω 508
κυριακὴ 399
Cyriacus ibid.
Cyrillus 400
κῦρος 399
Cyrus ibid.
κύρω 418
cytinus 915
cytisus 172
κύων 330

D.

Dacnades 400
δάκνω ibid.
Dacrima 129. 596
δάκρυμα ibid.

dacty-

INDEX.

dactylus 412. 800
dactylus in Poetica 1180
Dædalus 1124
Dagnades 400
Dagobertus 1001
Dagon 266
δαίμων 1123
δαιμονίζευς 1124
δαιδάλλω ibid.
δαίω 1073. 1123
Dama 995. 1107.
δάμαλις
δαμάω 416
damium 1152
damnum 142. 408
Danna 497
Dan 497. 1102
Daniel 497
Daniſta 415
δάνος ibid.
δαπανᾶν 401
dapes 142
dapinare 401
dapnum ibid.
Daphne ibid.
Daphnis ibid.
daps ibid.
dapſilis ibid.
δαρθάνω 404
Darius 277
Darudes ibid.
δασὺς 402
δάσκιος 1088
datatim 1042
dator 414
David 434
Davus 994
Dea Jana 409

de 52. 873
deartuare 253
debeo 525
debilis ibid.
deblatero 295
decanus 996
δέκα ibid.
δεκακυμία 997
decem 996
decens 997
decemviri 996
decido 313
decimus 593. 997
decempeda 847
decertare 873
decet 997
decipere 335
decipula 720
decipulum ibid.
Decius 593
declamatio 365
δύκα 400
declivis 367
decus 603
decollare 374
decorus 997
decrepare 385
decrepitus ibid.
decretorius 93
decreta 355
decultare 268
decumanus 997
decumari ibid.
decumatum ibid.
decurio 996
decuplus 997
decus 603. 997
definire 478

Digitized by Google

dedolere 416
defectio 143
defendo 52. 401
defloccatā 486
deformis 399. 489
defunctum 188
degenero 510
Degenbardus 308
Degen ibid.
deglubo 515
deglutio ibid.
dego 210
degulator 522
dejana 409
dejero 588
deificatio 61
δειμὸς 1107
deinceps 335
δεῖμα 1107
δεινὸς 444
δεῖπνον 888
δεισιδαιμονία 1064
δεῖται 1000
deiviana 409
delactatus 591
delator 1132
delatura ibid.
deleo 610
delectatio 595
delerare 646
delerus ibid.
deliberare 617
delibutus 568
delibuo ibid.
delicatus 595
deliciæ 128. 595
delirare 646
delirus ibid.
delictum 423
delitesco 610
deliquium 423
deliquum ibid.
delius 241
delphin 402
delta 217
delticus ibid.
δέλτος ibid.
delubrum 539
deluvium 640
δῆμος 340
δημότης 672
demens 680
demetrius 1152
dimidium 670
deminuo 693
demonicus 1152
demo 610. 890
demori 438
demosthenes 2001. 1152
δῆμος 1152
δῆν 407
denarius perfectus 997
denarii 533
denasare 374. 737
denicales feriæ 745
denique 997
denominativa 541
dens 429
dens elephantis 421
dens molaris 430
densus 402. 425
dentale 430
dentati 593
dentes intellectus 430
dentes molares ibid.
dentex ibid.

denti-

by Google

dentifrangibula 490
dentifricium 492
dentiscalpium 430
denuo 760
δεόμενος 1000
Deo omnia præsentia 406
deorum gentiliũ nomina 561
deorsum 896
depalator 855
depalmare 801
depannis 873
depeculor 122
depes 399
depesta 607. 608
depetigo 867
depilis 861
depilo ibid.
deplere 873
depontanus 66
depositum 878
depopulor 880
deprecor 889
depso 275
depransus 888
depreciatus 922
depudicare 873
δεξιτὰ 266
deris 402
deruncinatus 942
des 292
desero 984
deses 770
desiderium 1000
desidero ibid.
desisto 52
δεσμὸς 1095
despitio 143. 1094. 1153
desponsatio 1037
desolo 1025
destino 1152
destituo 52
destra 1011
desugo 873
desultorius 219
desum 886
deter 1089
deteria 1087
detero 1086
deterior ibid.
deterius ibid.
detestari 1089
detracto 1134
detrecto ibid.
detumeo 873
detrimentum 571. 1086
devergium 457
devexum 1134
deud 255. 1002
Deudisch 255
deunx 292
devirgino 873
Deus 146. 405. 1097
Deus esse nobit 555
Deus quomodo præpotens 885
dex 411
δεξιὰ 1011
dexter ibid.
dextans 292
dextralia 1011
dextrocheria ibid.
θεὺς 405
δίω 1095
δία 401. 424. 553
Διαβολὺ 323
diaboli hircorum species 539

dia-

diabolus 161. 1132
diacaryon 342
diaconus 363
diadema 408
diadematus ibid.
δίαιτα 409
diæta ibid.
Dialectica 628
Dialectus 424
dialogus 628
Diana 409
diaphragma ibid.
διάφραξις 410
διάψαλμα 050
diarium 407
διάζωμα 410
dibalare 794
dibrachis 302
δικᾶν 410
δίκη 410. 411
dichotomia prima 553
dicis cauſa 411
dico 410
dicto ibid
dictito ibid.
dictum factum 211
dicta 145
dicterium 411
dictio 656
dictum 317
dido 414. 434
didymus 411. 189
dictator 1168
Diettwald 981
dierectus 407
diericus 1001
dies 407. 1102
dieſpiter 562. 1102
Dieterich 1001
diffarreatio 459
differo 468
differtum 458
diffinire 478
digitus 412
dignorare 755
dignus 412
Digobertus 1001
Dii ẟii 1150
Dii ſemitales ibid.
Diioẟis 562
dilaniare 598
dilaudo 812
diligentia 411
diligo ibid.
diluculum 385. 644
diluta 750
diluẟium 640
dimidium 676
diminuo 693
diminutio ibid.
dintrire 519
diobolaris 772
Dionyſius 280. 282
Δῖος 405
δίοπος 590
διόσπολις Thebæ dictæ 1093
diplus 1007
diplois 420
diploma ibid.
διπλόος 420. 1007.
dipſas 413
dipſacus ibid.
diphteria 962
diribere 413
diribitores 414
diribitorium ibid.

diri-

dirimere 413
dirum 1181
di, dis 420. 553. 811
dis 262.405.420.553.811
dis 405. 553
discepto 335
discere quid 163
discere duplex ibid.
discerno 355
discidium 315
disciplina 414
discinctus 362
discipulus 414
disco 410. 414
discordor 376
discordia ibid.
discors ibid.
discretus 355
discrimen 355
discupio 812
discus 172
disertus 983
dispando 825
dispar 811
disparatum 817
dispendium 839
dispennite 254
disputatio 909
dispesco 823
disseptum 410
dissero 983
dissertatio ibid.
dissidium 770
dissimulare 1006
dissipare 896
dissors 466
δισάσις 419
disulcus 1057
distinctio per comma 73
dit 981
dithyrambus 280
ditio 406
dito ibid.
ditesco ibid.
diu 407
diverbium 1142
diverticulum 1144
dives 406
divido 809
dividia 553
dividuo ibid.
dividuum ibid.
divinatio 407
divinum gentibus 67
divinus vir ibid.
divinus 406
divira 552
divortium 1145
dium 407
diurnus ibid.
dius 405.1096
diutinus 407
diuturnus ibid.
diutule
divus 406
do, δῶ 414
doceo 415
dod 255.1002
dodanim 415
dodonaeum 415. 398
dodrans 292
doeg 277
dogma 414
δοκιμασία ibid.
dolabella 592
dolon 186

dolor

Dolor 415
Δόλος 416
Dolus ibid.
Δόλων 186
Domare 157.416
Domicænium 888
Domiduca 1185
Domiducus 658
Dominæ 539
Dominabilis 755
Dominus 416
Domiporta 360
Domitius 658
Domkirche 399
Δόμος 341. 416
Domuitio 416
Domus ibid.
Domus Dominica 399
Domus pro ſepulcro 987
Donatus 161
δόναξ 726
δονῶ, δονέω 208.726
Donivorus 61
Donum 414
Dormio 404.757
Dormito 404
Dormitorium 405. 988
Dorothea 673
δόρπον 888
δόρυ 420
δορυφόροι 994
Dos 414
Doto ibid.
Dotata 44
δόξα 415
Drachma 417
Draco 142.417
Drama 417
δρᾶν ibid.
Drau 418
Drinſare 519
Dromas camelus 417
Dromedarius ibid.
Dromo ibid.
δρόμος ibid.
δρόος 937.1070
Drua 993
Drudiæ 210
Drychten 418
Druſilla 937
Dryades 418
δρυμὸς ibid.
δρυμῶν ibid.
δρυὸς ibid.
Dualis numerus 1118
Dubenus 417
Dubiat 419
Dubitatio ibid.
Dubito ibid.
Duco 419
Ductor ibid.
Dudum 407
Düd 255.1002
Duellator 290
Duellona ibid.
Duellum 58. 290
Dulcacidum 189
Dumectum 339
Dumetum ibid.
Duidens 237
Duo verbum 1149
Duo 1018
Dumus 418
Duntaxat 1038. 1076
Duodecim 997
Duplex 1006

Duplus 420
Durare 157
Durateus 420
Duricordia 61.377
Durus 420
Duro ibid.
Dusii 391
Dusmus 856
Dux 419
δὺς 420
δυστυχία 61
Dyris 748
Dysenteria 1138
δύω 1149
δύω 191.353.587
δυσφάγος 62

E.

E 102 ἦ 10
ἰαμὶν 6
Ebaldus 981
ἔαρ 1141
ἔβελος 221
ἥβη 1044
Ebenus 221
ebriamen 998
ebriulare 1014
ebrius ibid.
ebur 421
ἐκ, ec 1024
ecastor 731
eccardus 395
ecce 577
ecclesia 319
ecclesiola 319
ecclesia est ἑδραίωμα veritatis 10
Ecclesiastes 219
ecere 731
ecfero 998

ἐχεδημία 108
echeneis 739
Echidna 1161
Echo 83.422
Echo jocosa 422
Ἔχω 526
ἐκάζειν
eclipsis 423
eclipsis solis ibid.
ecloga 423.426
eclogium 426.428
ἔκπληξις 351
Ekron 723
ecta 536
ἔδαφος 1022
Edax 329
edeatra ibid.
ἰδιατρὸς ibid.
Eden 434
edera 429
Edepol 66.731
Edo 429
Edom 195
ἁδδὴν 480
Edon
ἕδρα 11.771
ἑδραίωμα 10.11.771
ἡδὺς 480
edulica 875
edulis 429
edurus 420.512
Edus 532
edusa 875
effatus 456
effatum 412
effectus 1080
efferre 1024
effigies 146.366
effictim 571

effœtus

Digitized by Google

INDEX

effætus 488
egelidus 511
egeſtas 652.832
Eggero 206
ἐγγὺς 848
ἐγείρω 789
ego 443.177
egregius 113.522.890.1023
egretta 528
egrex 890
egus 652
Ebeu 717
Ejæ 712
ἐὰν 567
κὰν 567
ἐν αὐτῷ 995
εἴδω 1152
εἰμὶ 386
εἶμι 1150
εἱρμὸς 982
εἶρος ibid.
ejulo 588.717
εἰραφιώτης 280
εἰλεῶ 356
εἰλύν 823
εἰρεσιώνη 281
elaboratum 1080
elaphus 431
ἐλαφηβολιὼν cur dicatur Februarius 472
el. 433.522
ἐλασμὸς 200
ἐλάτη 439
ἐλάω 200
ἐλαύνω ibid.
Elbarbar 287
Eldad 497
Eleazar ibid.
Elebas ibid.
Elecebra 595
ἑλικτὴρ 1183
electrum 788.1183
elegans & eligans 867
elegantia ſermonis 92
elegia 431
eleleu 280
ἐλελίζειν 712
elementum 432
eleonora 1157
ἐλλὸς 431
elgibbor 522
elephantias 433
elephas 432.316
elephantis manus 433
Elffenbein 421
Eliab 433
Eliaſaph ibid.
Eliam ibid.
Elias ibid.
Elicator 598
Eliel 433
Elices 595
Elicius 562
Eligo 423
Elimes 624
eliminium 620
elimino 620
ἥλιος 1020
Eliſa 433
Eliſeus ibid.
Eliſabet ibid.
Eliu ibid.
eliud ibid.
elixo 322
Elohim 554
ἔλλειψις 423

Kkkk 2 *Ellogi-*

Ellogium 426
Ellogii nomen πολύσημον 427
ellus 583
eloquentia 631
elſchaddai 552
elucum 534
eluel
eluela 833
elyſium 434
ἔλυμος 425
ἦμος 302
emanceps 664
embamma 286
embali 345
embolon 345
embryo 1014
Emaus 1187
emendo 693
ementum 699
emericus 1001
emim 277
eminus 144. 665
eminentia 887
Emmaus 1187
emineo 665
emiſſarius 695
emiſſitius ibid.
emo 890
emolumentum 434
emperium 419
ἔμπορος ibid.
ἔμφυτον 488
empirica 926
emplaſtrum 871
en 570
ἐνάρετος 43. 902
encania 425
enchiridion 667
encomium 436
encryphias 389
endo 569
enebra 1010
eneco & enico 746
ἐνδελέχεια 437
enebra 525
enedra 772
Engern 257
enhydros 552
enim 570
enimvero ibid.
ἐνιαυτὸς 233
enneas 996
ἦνος 233
ἔνος ibid.
enodis 751
enorme 755. 1053
ens 405. 886
entelechia 437
enthecatum 1094
entheca ibid.
entheatus 406
entheus ibid.
enthymema 1105
enthymema eſt imperfectus ſyllogiſmus 79
entero 1138
eos 449
eo 437
ἐπαγωγὴ 419
epænus 436
epaphroditus 1140
epar 440
ἐπενδύτης 1149
epha 440
ephalmator 851
ephebus 898

ephe-

ephemeris 233. 407. 441
ephemeron 440. 1021
ephialtes 391
ephippium 538
ἤφαιστ☉ 1125
ἠφίω 404
Ephodus 688
Ephraim 277
Ephrata 277
Ephod 180
Epibades 441
Epibda ibid.
epicedium ibid.
ἐπιχεῖν 171
epicrocum 387
epicus poeta 656
Epidemius 1152
ἐπιγνμνάζεσθ 523
Epidromus 186
Epigramma 134
Epilepsia 442
Epimethus 894
Epinicion 1152
ἐπινίκιον 8. 9.
ἐπινῖκαι 8
Epiri 56
Episcopus 436
ἐπιφαίζειν 712
ἐπιτιμᾶν 1107
ἐπιστήμη 976
Epistola 1044
Epistolographus
Epistomium 792
Epistylium 974. 1051
Epitaphium 441
Epitogium 404
Epol 731
Epomis 388
Epops 442. 1177
ἐπόπτης 1055
Epos 656
epulæ 142
Equa Thessala 304
equirine 731
Equus 423. 538
Equus gradarius 310. 520
equidem 443
Equi monstrosi 303
Equi notati ibid.
Equisetum 538
ἱερὰ 982
ἱερὰ 1087
ἱερὸν 227
Erasmus 227. 1156
erastus 227
erato 721
ercisco 761
Erd 1087
Ἔρχομαι 780
Erctum citum 761
Erebus 444
Erembi 1121
Eremus 741
Eremita ibid.
ἐρδυνάω 980
ἐρδυνᾶτε γραφάς 84
Erfurdia 1103
Ergasterium 787
Ergastularius ibid.
Ergastulum ibid.
Ἔργον 787
Ergastulus 1002
ergo 788
Erhardus 308
Ericius 399
Erica 1109

Ericus 1156
Erigeron 205. 810
ἔριθος 982
eris 444
ἐρὶν ibid.
Ernestus 935. 991
erneum 534
ἔρανε 992
eros 227
ἐρεύγω 445
ἐρέφω 790
eritudo 982
erogenium
ἕρπυλλος 992
erro 444
errunco 942
ἔρση 937
erubesco 939
eructo 445
erudio 918
eruditus ibid.
erugo 445
ἔρυμος 933
eruo 942
ervum 445
ervilia ibid.
erythræum mare 446
Erythra 447
ἐρυθρὸν 446
eryngium 445
erysipelas ibid.
ἔρως 227
Esau 1187
esca 358
escatilis 429
escaria 358
esculetum ibid.
esculentum 358
esculus ibid.
Eselias 498
ἔσχαρα 200
ἐσχατόκολλα 374
essentia 886
Essæi 792
estha 474
Esther 277
ἑστία 473
estur 429
estrices ibid.
estrix 429. 771
esuries 429
esurigo ibid.
eta 22
etas 204
etesiæ 444
eth 752
etha dicendum 22
et 751
ἔτι ibid.
ethecæ 277
ethicum 444
ethnicorum dii 561
ethnica non ita crebro usurpanda 66. 400
ἦτος 444. 682
etiam 731. 752
ἔτος 204. 425
etta 1078
etymi abusus 161
etymon ad res facit 153
etymi argumentum 113
etyma qui fiant 172. 279
etyma non ubique 172
etymi opposita 147
etyma probant Logici 153

etymo-

Etymologia quid 114. 146. 245
Etymi ſynonyma 144
Etymon 144. 425
etymon duplex 146
etymi utilitas 114. & ſeqq.
etymum dat argumenta 162
etymi diſtinctio 161
etymi varietas 172
etymologiæ modus 172. 279
evadere 1133
Evan 794
Evangelium 231
evax 794
εὖ 269
eubulus 395
eucharius 1156
εὔχομαι 269
εὔχαρις 1156
Euclio 369
eudæmon 1123
eudiæon 447
εὐδιαῖος ibid.
εὔδιος 407
Eudoxus 415
euge 570
eugium 448
εὐμήχανος 61
eviſceratus 1164
evirare 1163
evitare 1167
evius 280. 794
eulalia 597
eulogium 426. 428
εὖιν 448
eunice 1151
eunuchus 448. 1029
εὐνοῦχος ibid.
euphemia 161. 454
Evoe 794
Evo ibid.
Evolare 666
εὔφθογγον 713
Euphonia 178
euphrates 448
εὐφρᾶν 356
euphroſyne 350
euripus 120. 449
Europa 449
eurus 449
εὐστατόνοι ſervi 995
euterpe 721
εὐτερπής ibid.
εὐτυχία 61
ex 1091
exactum 188. 449
Exaggero 206
examen 161. 239. 449. 848
exanimatio 351
exantlo 229. 450
exapla 228
exbua 568
exbuo ibid.
excandeſcentia 1181
excello 350
excelſum ibid.
Excerebratus 336
excido 313
excidium 315
excipulum 336
excipuum ibid.
excornis 380
excors 61
excrementa 63
excuratus 377
excurio ibid.
excuſare 348

exedra 772
exedo 429
Ἐξεῖναι 887
exemplar 1154
Exemplaria librorum 34
Exemplum 228
exentero 1138
exequiæ 495
exequor 1024
exerceo 246
exercitus ibid.
exertum 575
exerta 575
exertim 982
exesse 887
exico 1019
exigo 50. 209
exiguum 209
exile 1079
eximius 890
eximo ibid.
existo 1032
existimatio 1165
exitiale 438
exitium
exlex 595
exinas
exoculo 775
Exodus 688
exodium ibid.
exoleta omittantur 57
exoletus 1045
exorditæ 451
exordium 450
exos 791
exotericum
expars 819
expectatio 142
expecto 1091
expectorare 351
expedio 49. 847
expensæ 839
expergiscor 924
expergo 819
experior 926
expers 819
expeto 867
expes 1025
expilator 861
expilo ibid.
explicit 451
expliciunt ibid.
explodo 503
explorator 143. 568
exploro 568
expelire
exsulsum 579
Exsulium 1023
exsangue cuminum 394
exta 1019
extemplo 438. 1081
extilis 1079
extorris 1023
extra 1060
extrema linea amare 85. & seqq.
extremum 86. 1080
extraneum 315
extus 569
exul 1023
exultatio 503
exuo 1149
Ἐξουσία 887
exuviæ 51. 640. 1148
Ezechias 498
Ezechiel 497
Ezob 549

F.Fa-

F.

F 102
Faba 853
faber 452
fabia 360
Fabianus 161.359
Fabius 359.592
Q. Fabius Pictor 592
fabula 366.456
Fac 452
faceſſo 452
facetus 456
facies 142.404.452.479.1092
facies terræ 479
facilis 142.451
facinus 49.467
facio 451.879
faciſcor 452
facior ibid.
factio ibid.
factioſus ibid.
factiſta 875
factitius 397
facul 912
facultas 451
facundus 456
fagus 852
fagus olim edebatur ibid.
falantum 797
falæ ibid.
falarica ibid.
falco 454
fallo 454
falſus ibid.
falx 452
famæ deſcriptio 96
fama 146.454
famella 454
fames 853
fames canina 306
familia 142.853
familiaris 48.853
famoſus 454
famul 853
famulus ibid.
fanaticum 457
fanum 457
far 459
farcimen 458
farcinare ibid.
farcinor 459
farcio ibid.
farcior ibid.
fari 455
farina 459
farrago ibid.
fartacea 459
Farr 1095
farreatio 459
farreum 459
fartum, fartor 458
farſatio
fas 455
faſces 461
faſcia ibid.
faſcis ibid.
faſcinum 460
faſti 455
Faſti dies ibid.
faſtigium 457
faſtrada 935
faſtus 457
faſtoſus ibid.
fateor 456
fatigo 123.210
fatim 123.210.456

fatiſco	123. 456
fatuellus	456
fatum	455. 461
fari vox prolixe exponitur	461
fatuus	456. 725
fatua	456. 292
favea	360
faveo	456
favia	360
favii	ibid.
favilla	464
favitor	633
faunus	457
faunus ſicarius	391
Favonius	457. 759. 1189
Favoniana	457
fauſtus	456
fax	598
faxo	854
febris	471
februare	472
februus	ibid.
Februarius	ibid.
feciales	451
felix	128. 464. 1168
feltra	375
femen	465
femur	465
fendo	401
feneſtra	465
fera	466. 1095
feralia	468
ferculum	465
Ferdinandus	1157
fere	467
Ferentarius	465
Feretrum	ibid.
Feretrus Jupiter	563
feria	473
feriæ	ibid.
feriari	ibid.
ferire	ibid.
ferme	467
fermentum	469
fero	465
ferox	1095
ferrum	336
fertile	465
fertores	457
fertum	ibid.
ferula	465
ferveo	469
fervor	ibid.
ferus	1095
feſceninum	472
feſtinare	142. 438
feſti origines	148
feſtivitas	473
feſtivum	ibid.
feſtra	465
feſtum	473
feudum	476
fiber	477
Fibra	ibid.
fibula	
ficedula	478
ficoſus	ibid.
ficoſiſſimus	ibid.
ficula	ibid.
ficus ſterilis	ibid.
ficus	ibid.
ficum dividere	ibid.
fides	866
fidelis	142
fides pro chordis	866

fidi-

Digitized by Google

fidicien.	333	flamines	ibid.
fidicula	365	flammea viola	ibid.
fidius	405. 957	flaſcæ	1008
fiducia	866	flare	486
fidus	142	flator	485
fiduſtum	377	flavus	939
figulus	478	flecto	486
figura	ibid.	flexum	ibid.
Filia Metaph.	422	flexura	94
filius	481	fligo	571
filum	572	flo	486
fimbria	477	floccus	ibid.
findo	482	flora	487
fingo	478	floralia	1056
finientes	542	flos nomine regis inſignitus	212
finio	477		
finis	ibid.	flos	487
finitus	ibid.	fluctus	242
finitum	1118	fluentum	388
finitores	989	fluges	242
fio	481. 1056	flumen	242. 154
firmamentum	482	fluo	242
firmum	ibid.	fluona	878
fiſcina	483. 822. 1082	fluſtrum	438. 638
fiſcus	483. 822	flutæ	487
fiſſiculo	482	fluxum	242
fiſtula	485	fo	455
fixæ ſtellæ	869	focale	1056
flabellum	486	focillo	487
flabrum	ibid.	foculare	ibid.
flacci	593	focus	174. 487
flagitium	485	fodina	487
flagitatus	ibid.	fodio	ibid.
flagitator	ibid.	fœcundus	488
flagro	486	fœdifragus	489
flagrum	485	fœdus ferire unde	948
flama	486	fœdus ſalis	577
flamen	ibid.	fœmina	488

fœniculum 775
fœniſeca 671
fœniſecium 671
fœnum 488
fœnus 488. 1185
fœtus 488
folium 174. 488
follis 877
folliculus acini 299
folus 993
fomentum 633
fomes ibid.
fonus 495
for 336. 455
foramen 466
foras exiens 342
foras 466
forbea 489
forceps 336
forculus 624
forda 466. 993
fordicidia 993
fores 466
forfex 336
foria 611
forica ibid.
foris 466
forma 177. 1154. 489
forma vocis 172
formica 174. 465
formicatio ibid.
formicinus 701
formido 51. 489
formoſus 454. 489
formum 469
fornacalia 915
foro 466
fornax 469. 915
fornicari 1033
fornus 469
forpex 336
fors 466
forſan ibid.
forſex 336
forſitan 66
forte 66. 466
Fortis 466
fortitudo ibid.
Fortitudo olim magna virtus 1162
fortuitus 520
fortuna 66. 466
forum 466
forus ibid.
foſtis 993
foſſa 487
fovea 488
foveo ibid.
fragilis 632
fragor 489. 632
frago ibid.
fragus 490
framea 56. 936
Franciſcus 400
francus ibid.
frango 489
frater 490
fratrare 491
fratricida 315
fratruelis 672
fraus 877
fraxare 489
fraxator ibid.
fremo 710
φελὼ 571
frendeo 710

frenum

frenum	128. 490	frutex	245
frequens	489	frutetum	339
fressa faba	710	fruti	1140
fretare	471	frutinal	ibid.
fretum	ibid.	frutum	ibid.
fribolum	492	fuat	58
fribusculum	ibid.	fucus	494
frico	ibid.	fuga	ibid.
Fridericus	953. 1001	fugax	ibid.
Friganum	492	fugio	ibid.
frigilla	931	fugo	ibid.
frigo	492	Fulbertus	1001
frigus	931	fulcio	855
frigus noxium	215	fulcrum	ibid.
frigus urit	298	fulgeo	496
frigutire	931	furgur	ibid.
fringilla	ibid.	fuligo	496
fritillare	716	fulmen	ibid.
fritinnire	716	fulmen sereno aëre	74
frivolus	492	fulmentum	855
frons	492	fulvus	496
frontones	593	fumaria	1056
frondator	493	fumarium	ibid.
fros	492	fumigium	ibid.
fructus	493	fumus	ibid.
frugalitas	494	funale	496
fruges	245. 493	funambuli	851
frugi	494	funda	402. 550
frugiperda	493	fundamentum	849
fruitus	ibid.	fundere	142. 1172
frumentatio	493	funditus	849
frumentum	493	fundus	569. 849
frunifcor	571	funeræ	495
frunitus	ibid.	funesto	ibid
fruns	492	fungeri etymologiam	150
fruor	493	fungus	297. 298
frustrum	438	funus	112. 495
frustum	819		

Funus

Digitized by Google

Funus duplex vel indictivũ vel ſimpludiarium 1007
funis 494
funus imaginarium 352
fuo 482
fur 466.766
furca 469
furcifer ibid.
furere 386.496
furfur ibid.
furfurio 519
furia 386.496
furnus 469
furvus 496
fuſco ibid.
fuſcum ibid.
fuſtigo 344
futo 923
futuere 910

G.

GAbbatha 389
gaba ibid.
Gabalus ibid.
Gabel ibid.
Gabriel 308.497
Gœſa 508
Gad 1187
Gagates 498
Γαῖα 511
Gajus 592
Γαίω 623
Gal. 591
Gali ibid.
Γάλα ibid.
Galion ibid.
Galactites ibid
Galatæ 256.501
Galatea 591
Galaxia ibid.
Galbanum 498
Galea 194.498
Galea è pellibus 498. ſeq.
Galge 389
Γαλέη 499
Galenus philologus 148
Galerita 500
Galerus 499
Galgal 277
Galilea ibid.
Galli 500
Gallinæ Filius albæ 83
Gallus 372
Galnapis 56
Γαλεώνη 591
Gamaliel 497
Gamma 22
Gamma Æolicum 19
Gammadæi 911
Γάμος 294
Gandolfus 935
Ganeum 501
Gangræna 502
Gannio ibid.
Γαῖος 501
Ganſa 773
Ganymedes 502
Γαύναξ ibid.
Γαργαρισμὸς 503
Gargarizare ibid.
Gargarus ibid.
Garibaldus 981
Gariodruda 418
Garrio 506
Garrulus ibid.
Garum 668
Γαρύω 506

Gaſpar

Gaſpar 679
gaudeo 503
gau 512
gaudium 143.503.596
Γαῦρος 503
Gaza ibid.
Gazabar ibid.
Γῆ 511
Gebhard 305
Gebrath ibid.
Gedeon 277
Gehenna 503
Gelaſinus 1056
Γελάω ibid.
Gelidus 511
Gelu 511
Γείρω 789
gemino 504
geminus 504.593
gemini 504
gemma 505
gemma & margarita differunt 670
gemo 504
Γέμω ibid.
gemurſa 505
gena ibid.
gener 509
generamen 318
generatio 482
genero 510
generor 757
generoſus 510
generum mutatio 176
Genezareth 1187
genialis 510
geno 508
Γίνω ibid.
geniculo 505
genimen 509
genitor ibid.
Genitrix 128.509
genius 510.1124
gentilis origines 150
genu 505
genuinus dens 430
genus 142.510.159
gens 159.508
gentilis 510
gentes antiquitate certant 26
Geometra 689
Geon 748
Georgius 788
Gephyra 668
Γεφυροποιοὶ ibid.
Gepidæ 900
Geranium 521
Γέρανος ibid.
Geren ibid.
Gere porro 384
Geres 354
Gerium 521
Germanica ex Hebræis & Latinis 158
Germanica Lingua 24
Germani unde 27.109.255
Germani 256
Germanica lingua an prima 169
Germanica an ſimpliciſſima 24.170
Germanus 25.509
Germanitas ibid.
Germen 333.509
Gero 206
Gerones 207

Digitized by Google

gerre 158
gerræ 506
gerrum ibid,
Gertrud 1157
Gerſon 277. 278
Geruch 158
gerulus 206. 506
geruli figulus 206
Γέρων 1002
Γηρῶ
Gervaſius 1157
Geſum 224.507
geſtio 206
geſtus 344
Γηθέω 503
Gethſemani 278
Gibbor 522
Gibbus 508
Gibea 389
Gichon 748
γίγαρτον 300
Gigas 392. 508
γιγνώσκω 508.744
gigno 508
gingipedium 978
gingiva 508
gingriba 716
gingrina ibid.
gingino ibid.
gingrum ibid.
ginnus 537
Γινομαι 508
Girgillus 511
giro ibid.
girus 159. 511
glabella 515
glaber 477
Glacies thorox 511
glacies ibid.
glama 512
glans 513
Γλάφω 515
glaucoma 514
glaucus ibid.
gleba ibid.
gliſco ibid.
Γλισχρὸν ibid.
globus ibid.
glocire 716
glocitare ibid.
glomus 515
gloria eſt crocodilus 387
gloria 603. 622
glorioſus 622
glos 1163
Γλῶσσα 612
gloſſarium ibid.
glubo 515
gluma 515
glumus ibid.
glut ibid.
glutio ibid.
gluto ibid.
gluttus ibid.
gnatho 339. 516.
Γναφεὺς 516
gnaruro 755
gnarures 57,755
gnarus 755
gnaro ibid.
gnarrat ibid.
gnarigo ibid.
gnarurare 57. 755
gnatus 510
gnavus 516
Γνώμων 755

gnoſco

Gnoſco 754
Γνώφῳ 516
Gnus 415
Γοάω 635
Gœddeus Philologus 150
Golgatha 1187
Gomer 257.278.517.1127
Γόμος
Γόνυ 505
Gopher 395
Gorgon 518
Gorgoneus 518
Goropius Refutatus 24. 169 & ſeqq.
Goſuvin 1174
Gothardus 308
Goti 255
Gott ibid.
Gotſchaltus 1157
Grabatus 518
Gracere ibid.
Gracilis ibid.
Graculus ibid.
Græcæ lingnæ uſus 7.8.
Græcæ literæ 19
Græcæ literæ ex hebræis 21
Græca è Latinis 166
Græca mixta Latinis 60
Græca latinis ſæpe meliora ibid.
Greca ſunt originis Hebr. 29
Græcari 807
Græca latinis antiquiores 41.64
Grallator 520
Gramen 318.509
Gramiæ 512
Δραμματοὺς 695
Grammatica. 1069
Grammaticæ multæ 1
Grammatica quid 148
Gradior 520
Gradarius equus 520
Gradivus 520
Grande 142. 207
Grandiri 58. 207
Grando 520
Granum ibid.
Giaphiarium 1069
Graphicus ibid.
Graphis ibid.
Graphium ibid.
Γράφω 478. 1069
Γράσων 539
Graſſor 520
Gratia 356. 520
Gratiæ 356
Gratianus 580
Gratitare 716
Gratuitus 520
Gratulor ibid.
Gratum ibid.
Grator ibid.
Grave 667
Gravis accentus 332
Graxo 854
Γραίω 669
Gregorius 521
Γρηγορέω ibid.
Gregor Franci ὀνοματοσκι-ψία ſacra 151
Greſſus 520
Grillus 146
Γρῖπος 196
Griphus 196
Griſum 1151

Groma 386
Gromagenus ibid.
Grossus 354
gruere 521
grumus 157. 520
gruma 387
grundiles 602
grundio ibid.
grunnio 146.112.602
Grus 157.521
γρυλλίζω 146
γρυλλίων ibid.
γρύλλος ibid.
γρῦ 602
γρύζω 146.602
γρυπάλιον 1002
Gryps ibid.
guberna 522
guber 521
gubernio 522
gubernium ibid.
guberno 159 521
gula 522
gulo 523
gumio 523
Gunterus 1157
Gurges 503
Gutta 523
guttum 398
guttur 523
gutturnium ibid.
guttus ibid.
γύαλα 521
Gymnasium 523
γυμνάζειν ibid.
γυμνῆται 995
gymnocrithum 524
gymnosophistæ 650
γυναικεῖον 1003
γωνία 488
γῦρος 511
gyrus ibid.

H.

H H litera est 20.102.176
ibid.
Habel 179
habena 233.247
habeo 524
habitior 525
habita 524
habitus 525
Haceldama 278
Had 158
Hades 194
Hadria 128
Hadrianus ibid.
Hadrianus Imperator Græcus 149
ἅγιος 207
ἁγνός ibid.
αἱρέω 526
hæreses Judæorum ibid.
hæresis ibid.
Hagar ibid.
hagareni ibid.
halogoras 529
halare 712
halcedo 527
halcyon ibid.
Halec ibid.
haleces ibid.
halias 577
haliaetus 528
halimus 577
Halleiujah 554
ἄλλομαι 218
hallucinor 529

Hallus,

Hallus, Hallum ibid.
hallux ibid.
halo 528
halitus 192
halophantæ 529
halos 528
ἅλς 576
Hama 56
ἅμμος 225
ἀμφετάνω 834
ἅμαξα 530. 1086
hamadryades 418
hamaxari 530
hamaxobius ibid.
Hammon 187
Hamus 173
Hamuel 497
hamotrahones 1135
Hannibal 580
Handwin 1174
ἁπλοῦς 1007
Hara 530
hariolor
ἁρμὸν 333
harpago 920
harpalus 920
harpe 190. 920
harpax 919. 1183
ἁρπάζω 920
harpyja ibid.
haruga 244
haruspex ibid.
hasadiæ 498
hasta 1030
hastati 1116
hatto 826. 935
Haubold 1156
haveo 269
Haurio 530
Haußbrenner 301
Haustrum 366
haut 531
Hazael 497
he 717
hebdomas 996
Hebel 179
ἕβενος 222
hebenus ibid.
hebe 464. 898. 1044
ἥβη 898. 1044
hebes 1044
heber 1059
Hebræus ibid.
Hebræorum etyma 166
Hebræorum literæ 19
Hebræa lingua 4. 5
Hebræa utilitas ibid.
Hebræa prima 3. 29. 166. 115
Hebræa præstantissima 28. 166. seqq
Hebræorum scriptio 126
Hebræorum pricipium 1059
hecademus 180
hecate 409
hecatombe 297
hecticum 526
hedera 429
ἡδονὴ 486
ἑδραίωμα 10
hedus 531
Heer 257
Hegerat 395
Hegewalt 981
hei 717
ἥλιος 1020
Heinricus 100
Helciarius 531

Digitized by Google

INDEX.

Helcium 532
ἕλκω 532.1134
Helicops 443
Helrocaminum 187
helicon 816.185.
heliopolis 1093
helios 291
helix 1135
helleborus 532
ἕλη 1020
ἕλκος 1170
helota 995
helucum 532
helvigii orig. German. 150
heluo 807
belluo 807
helus 807
helycon 185
hemina 113.120.532
hemo 545.833.905
Hengst 257
ἠφίω 404
heram 1087
herba solstitialis 1021
herbam porrigere 1120
herceus 563
hercisco 760
herctum citum 761
hercules 533
herculeus
here 570
heredipeta 889
heres 534
heri 473
ἑρμηνεύς 683
Herman 257
Hermannus ibid.
hermes 683
Hermon 278.741
Hermula 683
hernia 534
hernica 536
Herodes 534
herodion 500
heroina 534
heros 67.534
ἕρπυλλος 992
ἕρπω 992
herus 534
hertha 1086
hesperia 165
hesperus 1147
hessi 935
hesternus 473
hetta 536
ἰτέα 474
hetarea 771
hettwig 635
hetto 635.826
hettila 1002
hetruria 535
heva 269
heu 717
hexastichon 524
ἠκρίσμα
hiasco 583
hibernus 547
hic 583
hiems 547
hiera 1103
hieracium 536
hierax ibid.
ἱεροφάντης 879
Hieronymus 12
hilaris 536
hilaria ibid.

Hilari-

Hilarius 12
ἱλάω 536
Hiltebertus 1001
Hiltebrand 301
hilum 746
hinnio 714
hinnom 504
hinnulus 536
hinnus ibid.
hio 483
hippaco 538
hippago 538
hippitare ibid.
hippocentaurus 1078
hippocreni 836
hippomanes 537
hippuris 538
hippus ibid.
ἥρως 533
hircus 538
hircosus ibid.
hircus dux 539
hircus dæmon ibid.
hirquitallire 1052
hirnea 534
hirsutus 543
hirtus ibid.
hirundo 540
hirundinaria 540
hirudo 722
hisco 483
ἱστορέω 542
Hispania 278, 395
ἱστορία 145.540
historiographus 541
ἵστωρ 540.542
histrix 1119
hitta 536
hordeum 542
Hitto ibid.
Hittus ibid.
hiulcus 867
hodidocus 770
hodie 407
Hoier 1156
ὁδός 689
hoi 208.717
holocaustum 349
Holofernus 278
ὕλον 1022
holophanta 529
holosericum 989
holus 806
homerda 685
homicida 315
homilia 541
Homillus 904
ὅμιλος 541
Homines numeri 748
Homo 905
homonyma 78.541
homonyma qui distinguantur 78
ὁμῶς 905
homulus 904
honestus 142
Honor 541. 603
ὅπου 1177
Hora 159.514
horaum 514
horatius 541
Horatius Explicat. 74.83.84
422
ὀργάω 1078
hordicida 993
horda 465.993
Horeb 153.985

Horizon ibid.
Hornotinus 233.514
Horno 233
hornum 514
ὅρος 542.1177
horrens pilus 543
horrere 142
horreum 460
horripilor 543
horror 542.111
hortor 699
hortus 543
horus 513
Hosanna 543
ὅσιος 916
ὅσιον 207
Hospes 206
Hospitalis Jupiter 563
hostia 442
quomodo græci vocent ibid.
ὅσις 206
hostilitas ibid.
hostimentum 545
hostire ibid.
hostis 206
ὗτος 916
hugo 1156
hulderieus 580.1001
humaniores literæ 545
humanitas ibid.
humanus ibid.
humare 545.986
humbra 1170
humerus 388
humidum 142
humilæ 163.440
humeo 545
humi ibid.
Humo ibid.
Humor ibid
humus ibid.
hurpices 641
Huswin. 1174
Hutmar 1156
hyas 546
hyacinthus Poetarum 213
hyades 546
hyæna 129
hybernus 547
ὕδωρ 1171
hydrops ibid.
hydrus 739
hyems 547
hydrargyros 249
hydrologium 1171
ὕδω 549
hygiea 548
ὑγιὴς ibid.
hugo
ὑλᾶν 714
hylax ibid.
ὕλη 432.1004.1171
hymen 548
Hymenæus ibid.
hymnus 549
hypenemia 795
ὑπὲρ 1052.1052
ὑπέκκαυμα 349
ὑπὸ 1052.
hypobolimæum 345
hypocaustum 349
hypocrita 549
ὑφερβὸς 547
ὡραῖος Jupiter 563
Hyssopus 144.549
hysterema 415
ὕστερος 415

I.

I 19.21.102.
Ja 554
ἴα 195
ἰάομαι ibid.
jacio 550
Jacobus ibid.
Jacobus Cujacius 150
jactura 550
jaculum,rete ibid.
Jadaia 498
Jadihel 497
jah 554
jair 278
jairus ibid.
ἴακχος 280
jalemus 597
jam 301
ἰαμβίζειν 550
jambres 275
jambus 550
jana 409
janua 483
Januarius 580
janus 165 483.580
janus bifrons 580
Janus Junonius, Consivius, Quirinus, Patulcius & Clusius 581
japetus 551
Japhet ibid.
jason 195
jaspis 552
ἰατρεία & [illegible] distinguuntur 1094
javan 581
iberus 1059
iccirco 364
Ichneumon 552
ἰκμάς 10.30 1171
icon- 567
jcteris 274
Jctis ibid.
idea 67.1153
ἰδεῖν 1153
idem 583
identidem ibid.
idoleum 1154
ἰδιογνώμων 61
idiomata 69
idololatria 1154
idolum 122.1154
iduare 552
idulis 429.552
Idumæa 1187
idus 552
idyllion 1154
Jehova nomen Mosi primo patuit 554
Jehova vox non verti potest 556
Jehova vox pronunciari potest 558
Jehova 115 553.& seqq.
Jehovi 553
jehu 278
jejus 241
jentaculum 564
jentare ibid.
Jeremias 498
Jericho 278
Iectan 768
Jerobeam 275
Jerusalem 1025
Ierosolyma 278
Iesaias 565

Digitized by Google

Jesus 564
Jezabel 1187
igitur 208
ignarium 1180
ignarus 755
ignarures ibid.
ignitabulum 566
ignavus 516
ignis 566
ignis vivere dicitur 1190
ignobilis 755
ignis Veste sacer 475. 566
ignominia 755
ignoro ibid.
ignosco 122
ileus 1135
ilex 566
ilia 495
ilicet 438. 977
ille 583
illecebra 595
illex 59. 595
illiberis 1044
illicium 595
illix ibid.
illico 52
illimis 620
ἴλλος 1052
illustrare 639
illustris 129
illuvies 639
imago 566
imaginor 567
imaginosum 567. 1092
imaginacula 855
imbecillis 141. 283
imbellis 163. 290
imber 567
imberbis 729
imbito 439
imbrex 567. 1180
imbricitor 567
imbricus ibid.
imbrumari 302
imbulbitare 1132
imbuo 567
imitari quid 65
imitor 566
imitari naturam 68
immanis 142. 658
Immanuel 497
immineo 665
imminuere 692
immo 569
immolo 435
immoderatus 678
immunis 719
immus 569
imor 566
impancro 806
impartes 819
impeccabilis 62
impeccantia ibid.
impedio 49. 847
impedimentum 49. 847
impendium 839
impensa 830
imperator Jupiter 563
impero 817
impescere 823
impete 867
impetigo ibid.
impetrire 829
impetritum 387. 829
impetro 829
impeto 867

impe-

Digitized by Google

impetus ibid.
implere 873
imploro 568
impluvium 242
impluviatus color 242
impomenta. 879
impono 51.879
importunus 882
impoſſibile 62.884
impos 884
impoſtor 879
impoſtura ibid.
impotens 884
impræſentiarum 886
imprecor 889
improbus 525
improles 1044
imputatum 909
imus 569
in 268. 531
ina 495
inane ibid.
inars 902
inaudio 268
incæduus 314
incalationes 318
incaſſum 340
incendo 329. 982
incentivum 333
incentor 334
incepto 335
inceſtus 344.345
inceſto 345
incido 313
inciens 360
incieo ibid.
inchoo 229.590
incile 687
inciſura 94
incita 360
incitæ lineæ ibid.
incitega 404
inciti calculi 360
inclino 366
inclitus 369
incolumis 393
incontaminatus 375
incorruptela 61
increbeſco 384
increpo ibid.
incubus 391
inculco 324 1112
incunabula 361
incuria 377
incus 912
incuſo 348
incutio 912
incurvicervicum 396
inda bellua 434
indago 210. 1181
inde 569
indemnatus 400
indemnis 401
index 412
indicitare 360.410
indico 419
indigena 309.569
indigito 360.410.412
indigna 412
indignor 412
indignatio ibid.
indignitas ibid.
indigus 652
indipiſco 239
indo 569
indogredi 569.921

indolentia 416
indoles 1045. 1177
indoloria 416
indomitus ibid.
indoſtruum 569
induciæ 123. 419
inductio 419
inducula 1126. 1149
indulgentia 93
indulgere 1177
indulgere genio 570
indumentum 1148
induo ibid.
induperator 921
Induſium 1149
induſtrium 569. 570
induviæ 640. 1149
ineber 525
inebræ 525. 1010
inedia 429
ineptia 94. 240
ineptus 239
inermis 252
iners 163. 902
[illegible] 495
infantare 491
infans 456
infantia ibid.
infenſus 401
infer 569
infercio 459
inferilia 569
inferiæ 468
inferium ibid.
inferna 569
inferus ibid.
infeſtum 473
inficetus 456
infilare 572
infinitus 477
infinitum 1118
infinitas 477
infidia 866
infit 482
infiteor 456
infitiæ ibid.
infligere 571
inforo 466
infortunium 61
infra 1060
infractus 489
infronitus 571
infrunitus ibid.
infula 572
infumibulum 1056
infuſco 497
ingeniarii 647
ingeniculo 506
ingenium 509. 1045
ingens 509
ingenuus 113. 509
ingluvies 523
ingluvioſus ibid.
ingratiis 520
ingratitudo 62. 520
ingratum 520
ingruo 521
inhibæ 525
inhibeo ibid.
inicere 413. 1057
inigo 206. 1057
iniquum 197
inire 438
initus ibid.
initium ibid.
injuria 588

injux

injux 586
inivus 391
inluſtris 129
innocens 745
inoleo 1045
inops 782
inquilinus 572
inquino 122. 769
inquiro 912
inquio 423
inquiſitum 48
inruo 943
inſanum 954
inſcius 977
inſedabilter 981
inſecta 1020
inſequi 1016
inſero 967
inſeri & innaſci differentia 488
inſerta 575
inſertim 982
Inſicia 1020
inſeſſor 770
inſidiæ ibid.
inſignis 574
inſinuo 1011
inſipare 896
inſomnia 1026
inſomnium ibid.
inſomnis ibid.
inſopitus dracq 417
inſtar 572
inſtare ibid.
inſtabilis 1031
inſtauro 573
inſtigo 574. 321
inſtilllo 1043
inſtituo 49
inſtitor 1034
inſto 1031, 1034
inſtita 575
inſtitor ibid.
iuſtrumentum 571
inſtruo ibid.
inſula 576
inſultum 579
inſulſus ibid.
inſum 886
intaminatus 375
integer 1076
integrare ibid.
intelligo 423
intempeſta 678. 1082
inter, intra 569. 1060
interamma 687
intercalare 318
intercapedo 335
intercido 313
intercilium 375
intercus 922
intercutitus ibid.
interdiu 407
interficere 745
intergeries 506
intergerriri ibid.
interpellare 993
interpolare 877
interpolis ibid.
intermiſſum 49
internecium 746
internus 569
interpres 579
interpretor ibid.
interſcapilium 974
inter ſacrum & ſaxum 948
interſtitium 1034

Digitized by Google

intertrigo 1086
intertrimentum ibid.
intervallum 1132
inteſtinus 569
intimus ibid.
intimare ibid.
intinctus 286
intra 1060
intrigo 1086
intro 569
intrico 121.1118
intuitiva notitia 985
intueor, intuitus 1090
intus 569
invenio 925.1136
inveſtio 1148
inveſtis ibid.
inveſtitura ibid.
inveteratus 204.1149
invidere 45.1152
invidendus 1153
invidentia 1152
invinius 1158
inviſitatus 1158
inviſus 1152
invitare 1167
invocatus 1174
involare 666
inuſitata verba 70
innus 391
io 584
Joachimus 579
jobus 580
jocundus 585
jocus ibid.
Joel 497
Joannes 580
Johannis Fungeri Etymologicum 150
Joh. Gœddeus ibid.
Jonia 581
Jonas 842
Joppe 1187
Jordanis 278
Jo 794
Joſaphat 1187
Joſeph 581
Cephanet dicitur 276
Joſeph Scaliger 150
Joſquin 1174
Joſt 1175
Joſua 565
Jota 662
Jona 842
Jovis 67.146.560.1101
Jovis nomina 562
ἴκλον 587
Jova 554
Jous
ipſe 583
ipſillices 595
ipſiplices ibid.
ἴπτομαι 214
ira 1181
ira quid 470.1181
ira qui fiat ibid.
iracundi 471
Irenæns 953
ircus 538
iris 582
Irmen 684
Irmenſeul ibid.
irnea 534
ἱερὸς 582
irpex 641
irpices

irpices ibid.
irpini ibid.
irpus ibid.
irredivivus 1168
irretio 927
irritabile 1182
irritare ibid.
irritum 927
irrumo 941
irus 582
is 583
ἴς 158. 1164
Isaac 1187
isce 583
isicia 56. 1020
Islami 1128
Ismael 497
Ismaelim 527
ἴσημι 977
ἰσόχειρος 61
ἰσχὺς 1163
Isidori etyma 148
Isis 1013
Israel 583
Iste 220. 583
Italia 1166
Italica lingua unde 14
Ita 531
item ibid.
iter 437
iter viæ ibid.
iterduca 1185
itinerarium 437
iterum ibid.
ἰθύφαλλος cognomentum Priapi 891
itidem 583
Iturgus 1165
Juba 584
Jubar ibid.
Jubilæus ibid.
jubeo 588
jubilo 584
jubilum ibid.
jucundus 585
Juda ibid.
Judæa ibid.
Judæi, verpi, apellæ 992
Judæus 585. 1187
Judas ibid.
Judicium 410
Judico ibid.
Judith 1187
Juga 586
Jugere ibid.
Jugerum 586
Jugire 716
Jugis 586
Jugites ibid.
Juglans 513
Jugula ibid.
jugulare 745
jugum 585
jugus 586
Jul. Cæs. de Analogia 149
Jul. Cæs. Scaliger 41. 150
Julius 587
Julus ibid.
jumentum 587
junctura 94
Juncus 174
Junius 653
jungo 586
juniculus 1161
junii 592
junior 653

Digitized by Google

juniperus 1161
junis 653.1161
Junius mensis 652
junix 653. 1141
Juno 587
Jupiter 130.561
Juramentum 588
JurecousultiPhilologi 150
Jureconsultus 588
jurgo 588. 668
juro 588
jus 587
jusjurandum ibid.
jussum 588
justitia ibid
justum ibid.
juvenalis 653.1141
juvencus 653
juvenis ibid.
juvo 560
juxta 586
ἰὼ 587 717
ἰύζειν 717

L.

L λᾶας 39. 102, 599
labana 215
Laban ibid.
labar 245. 589
labarum 588
laberna 39.603
Labes 589
λαβεῖν 590
labeatus 591
labeo 704
labile 590
labium 148.590.621
Labo 589
Labor 590
Laborum 589
labra 245
labradeus 562
labratum 591
labrax 641
labrum 143.590
labrusca ibid.
lac 591
lacedæmones 1123
λακερύζειν 10
lacerna 594
lacero 594
lacesso 595
laciniatim 594
lacinia ibid.
laconismus 105
lacones ubi breves 105
lacrima 129 595
λάκος 594
λάχνη 598
lachesis 820
lacones breviloqui 105.170
lacio 594
lactantius 12
lactes 591
lactuca 592
lactucini ibid.
lacuna 594
lacunar ibid.
lacunarium ibid.
lacus ibid.
lædo 596
lælaps ibid.
læna ibid.
lætamen 597
lætitia 143.596

lætus

INDEX.

latus 596
labinus 970
labus 129. 597
laba 129
lagena 597
lageos 609
lageum 748
lagopus 847
laicus 1152
λαλῶ 597
lallare 597. 714. 742
lallantium voces 671
lallus, lalla 597. 742
lama 512
lamech 1187
lamia 512
λαμβάνω 590
lamda 22
lambo 714
lamentum 597
lamentandi verba 598
λαμιίαι 512
lamina 200
lamna ibid.
lampas 598
Lampertus 1001
lampetra 851
λάμπω 749
lampurus 598
lampyris ibid.
lana ibid.
lanceare 630
lancea 223. 630
lancinare 630
λαγχάνω ibid.
λάχω ibid.
Landolphus 934
λανθάνω 610
lanerum 914
langueo 601
languor ibid.
laniena 598
lanificium 990
lanista 599
lanitium filvarum 990
lanius 598
lanugo 598
lanx satura 967
λαὸς 1152
lapathum 173
lapicadina 599
lapicida ibid.
lapicidina ibid.
lapis 562. 599
lapit 601
lapto 714
laquearium 594
laqueus 323
lares 602. 1123
lares viales 1150
largiri 808
largus ibid.
lar cunctalis cœlestis 602
lar 602
lars ibid.
larva 601. 1123
lascivus 602
λάσκω 610
laser 591
laserpitium ibid.
lassus 602
latam 1076
latebra 610
lateo ibid.
laterculus 611
later ibid.

laterna

Laterna 611
Latex 112.611
latia 612
latiaris 612
latialis. 13.562.612
latinus 612
latibulum 51.610
Latinæ linguæ quatuor 33
latini libri multi 33
Latina sic dicta 13
Latinæ linguæ appellationes ibid.
Latina è Græcis 19.30.164
Latina an Italica dicatur 14
Latina vox 172
Latinæ vocis scriptio 127
Latinæ linguæ utilitas 3.4
Latinæ linguæ diffusio 4. 15. & seqq. 36
Latina & Græca ex Hebræis 30.113
Latini autores 32.& seqq.
Latini vetustissimi 32
Latini legendi 40
latium 13.612
latrare 714
latrina 611
latrocinari 612
latro 611. 1130
latus 295.611
lavacrum 286.633
lavatrina 611
laucus 640
laudare 603
lavernalis 602
laverna 39. 602
lavernio 602
Laumedo 502
laveo 637
Laus 603
lautitia 640
lautia ibid.
lautumia 599
lax 323
laxo 594
Lazarus 497
Lea ibid.
lebes 603
lebitonarium 56.604
λεχαῖα 604
lectica ibid.
lecticustos 448
lectisternium 604
lectistitium 1021
λέκτρον 604
lectus ibid.
Lecythus 605
ledo 596
legare 424
legatus ibid.
legicrepus 385
legio 424.619
legifera 1095
legitimum 425
lego 423
λέγω ibid.
legulus 425
legumen ibid.
λειτουργία 61.605
lema 512
λήμη ibid.
lemma 608
lemnisci 605
lemuralia 606
lemures ibid.
lenæus 156. 1159
lenæum 1159

λήνος

λιῶος	ibid.	Leudulphus	934
lenis	598.1084	Levi	613
lens	55.607	levitonarium	604
lentare	489	Leviathan	613
lenticula	55.607	levidense	ibid.
lentiscus	607	levigo	597
lentulus	592	Levinus	613
lentum	607	levir	1163
Leo	ibid.	levis	597
Leo torvus	1113	λευκόνιος	760
Leodegarius	1156	Lex	425
Leodes	934.211	libanotis	615
Leonora	1157	Libanus	ibid.
Leodovicus	934	libentia	617
Leodolphus	ibid.	libellus	609
Leonbardus	308.1001	liberale	142.615
Leosthenes	1001	liberator Jupiter	563
Lepesta	607	Liber, libri	477.608
Leopoldus	1156	liber	615
lepidium	515	libero	ibid.
lepidum	698	liberi	392.616
lepis	ibid.	libertas	615
λίπω	ibid.	libertini	245.616
λίποςα	609	libertus	616
λίπος	608.1149	liberum	ibid.
λέπρα	897	libet	618
lepra	ibid.	libido	ibid.
lepus	341.609	libitina	617
lerare	646	libitinarius	ibid.
λέσχη	610	liba	615
Lessus	609	Liborius	1156
Lethargus	1149	libra	617
Letha	610	Libs	ibid.
Letho	ibid.	libum	616
Lethum	610	Libya	617
Leucothea	636	λίβυς	618.1151
Leudes	216	Lichanus	621
Leudevicus	635	λίχνος	ibid. & 523

Mmmm Licini-

Digitized by Google

Licinius 644
Licinius Muræna 592
licium 618
lictor ibid.
lien 1036
lien risum efficit ibid.
ligare 618
λίγξεν 713
λίγξ 718
ligo, ligonis 619
lignum 1072
ligula 622
ligures 535
ligurio 621
Lilium 1132
lima 713
limaceum 906
limax 621
limbus 624
limen 619
limes 624
limentinus ibid.
liminium 620
limitanei 624
limitaneus ibid.
limitaris Jupiter 563
limpha 749
limphaticus ibid.
limpidum ibid.
limus 620
linaria 626
linctus 323
linea quid 87.626
linea unde 626
linea extrema 85. & seqq.
linere 626
lingo 423.621
lingua 621
Linguarium ibid.
Lingulaca 622
linguax ibid.
linguarum corruptio 13.166.
linguarum similitudo 177. & seqq.
lingula 622
linguosus 622.1036
lingurium 1182
linna 962
linquo 423
linteum 626
linum ibid.
lipare 623
liparis ibid.
λιπαρεῖ 862
lipa 623.857
lipire 601.623
lippa 623.857
lippus 623
Lipsia 14.857
Lips 371.617
liquo 916
liquor 323
liquis 1053
liquus ibid.
lira 645
λῆρει 657
lirare 646
liratim ibid.
lirinon 931.1132
liropipium 740
lis 623
λισσόμεν 625
lista 1053
lita 625
litare ibid.
litania ibid.
litabicus 635

Litera

Litera 18.625.626
Literæ eædem ibid.
literarum efficiens & finis ib.
Literæ latinorum 19
literarum materia 18
literarum mutatio 177.1034
literarum quantitas 126
literarum figura 21.127.
literarum forma 18
literarum potestas 102
literarum blanda collocatio 100
litigo 623
litigium ibid.
lito 625
litura 626
liturgia 605
litus 130.627
lituus 623
lityerse 599
livia 627
lividus 1151
lix 322
lixa 322
lixiones ibid.
lixivium ibid.
λόχος 628
λώβη 589
locarium 628
locuples ibid.
locus ibid.
locusta 161.1178
locutelejus 631
lodix 640
Lodolphus 934
Loemeus 292
loemius 241
λόγχη 630
λοιμὸς 6
Logica 628
λογίζομαι 1069
Logicæ regulæ 162
logi 631
logomachia 648
λόγος 424
logus 968
lolium 777
Lombarda 711
lonchitis 630
lonchus ibid.
longa natura
longæ à brevibus 632
longano 630
longanon ibid.
longiloquium 53
longævus 203
longum ibid.
longus 593.630
λόπος 1149
loquendi quæ causa 140
loquela 631
loquor ibid.
lora 808
lorica 631
loripes 846
Lotharius 935
Lotharingia ibid.
lotium 640
lotos 631
lotrina 611
λωίον 679
λῶτος 631
λῶπος 1149
lua 637
lubar 245
lubet 618

lubratenum	245	Ludus	623
lubricum	590	Luela	637
Luca	631	luella	763
luca	ibid.	lues	637
Lucanus	246.632	Luithulfus	934
lucar	638.644	lumbricus	635
Lucas	644	lugeo	ibid.
Lucerna	611.632.644	lumbus	618
luceo	644	lumen	644
lucetius	562.1102	lunaris	636
Lucia	644	lunaticus	ibid.
Lucidus	ibid.	luna	635
lucillus	642	lunata	838
lucina	635	lunchus	630
lucini	530	luo	637. 1022
lucinius	644	lupa	642
lucius	592.641.644	lupanar	642.1033
lucripeta	889	lupa raba	713
lucrum	638	luparia	642
lucta	632	lupatum	641
lucubro	ibid.	lupercalia	643
lucubratissimus	62	luperci	634. 642
luculentus	632	lupinum	640
lucumones	642	lupinus	ibid.
lucunculus	633	lupiludemia	1159
lucuns	ibid.	lupulus salictarius	218
lucuniter	ibid.	lupus	178.641
lucus	644	lura	808
lud	634	lurcho	807
lude	934	luridus	808
ludibrium	634	lusci	593
ludicer	ibid.	luscinia	856
ludio	633	luscini	530.593.856
ludius	ibid.634	lusciosus	530
ludiæ unda	634	luscus	539.856
Ludo	633	lustrale	630
Ludolphus	934	lustrare	111. 630
Ludovicus	634	lustrum	638

lusius

lusus 633
luteus 643
luteolus ibid.
Lutheri etyma 149
lutra 638
lutum 637
lutumones 642
lux accidens divinum 406
lux 146. 158. 632. 643
luxatio 632
luxo ibid.
luxum 639
luxuries ibid.
luxus ibid.
luza 767
Lya 637
Lyæus 281. 624. 615
Lycæus Jupiter 563
cycaonia 642
lycaon ibid.
lyceum 644
lycia 645
λύγη 635
λυγίω ibid.
lychnis 644
Lychnuchus ibid.
Lychnus ibid.
lycisca 645
lycius 241. 642. 645
lycus 641
lydia 633
lydus 633. 1167
λύειν μίτραν 645
λύγος 618
lympha 749
lyncurium 1182
λύπη 641
λύπρον 998
Lyra 643
Lyricum
lysanias 842
lysimachia 648
lysius 615. 624
lyta 638
lythirambus 280
lytierse 599
lytra 638
lytron ibid.
λύω 1022

M.

M Ma 19. 102. 731
Macadonia 581
macellum 272 854
maceo 648
maceria 647
macer 648
macero ibid.
μακέτης 581
machæra 394 648
machærium 648
machina 647
machiones 647
μάχαιρα 638
macies ibid.
macreo ibid.
Macrobius ibid.
μακρός ibid.
macrocolum 373
macte 272
macto 50, 271, 1134
macta 271
mactus 50. 271
mactea 673
macula 648
μαδᾶν 1171

Μαδαρὸς	861
Madeo	1171
Madeixa	688
Madidus	998. 1171
Μαδὸς	861
Madulſa	998. 1171
Maduſa	ibid.
Magale	649
Magar	527
Magaria	649
Μαγαρίζειν	527
Mahgerin	526
Magdalena	649
Magdala	ibid.
Magia	650. 1130
Magis	481
Magis malo	480
Magiſter	159. 649
Magiſtratus	651
Magiſtro	650
Magmen	272
Magmentum	ibid.
Magmentatum	272
Magmentarium	ibid.
Magnanimus	215
Magnes	651
Magnifico	272
Magnus	142. 652
Magus	159. 650
Mahomet	278
Mahumites	ibid.
Maia	328
Maialis	1141
Majeſtas	652
Major	ibid.
Majus	ibid.
Majus menſis	ibid.
Majus Deus	ibid
Mala	678. 854
Malachias	497
Malacia	653
Malacio	ibid.
Malaciſſo	ibid.
Malagma	ibid.
Malaxo	ibid.
Malchus	679
Maledeus	1123
Malignus	415
Malleolus	654
Malleus	653
Μαλλὸς	1135
Malluvium	640
Malo	271. 480
Maltha	654
Maltha inſula	678
Malva	654
Malus arbor	678
Malum	ibid.
Mali non eſt efficiens	423
Malum quid	142. 423
Malus	654
Mambre	275
Mamers	670. 901
Mamertus	670
Mamertinus	ibid.
Mamilla	632. 671
Mamillana	671
Mamma	309. 671
Mamma	1077
Mammare	671
Mammon	654
Mammoſa Ceres	354
Mamphula	655
Mamphur	656
Mamphul	655

Man-

Digitized by Google

Μανακὸς 427.657
Manacus 657
Man 659
Manaca 441
Manare 663
Manasse 1118
Manceps 664
Mancipium ibid.
Mancus 1126
Mandare 665
Mandibula 429
Mando ibid.
Mandragoras 656
Mane 657
Maneo 658
Manduco 429
Maneros 959
Manes 658
Manganum 648
Mango 665
Manicæ 964
Manifestum 665
Manipularis 224. 665
Manipulus 685
Manius 593
Manna 157.659
Mannus 255.308.1098
Μανὸν 663
Mansveldia 255
Manſturbator 1051
Manſtutor 664
Manſuetus ibid.
Mantare 658
Mantelium 665
Mantellum 666
Mauterium ibid.
Mantica 660
Manticulæ 665
Manticulari ibid.
Manticularia ibid.
Mantile ibid.
Mantiſa 666
Manturna 658
Manuarius ibid.
Manubiæ 664
Manubrium ibid.
Manuco diata 662
Manumiſſus 664
Manus 658
Manus 662
Manus piceata 869
Mauuſcripta. 34.67
Μάω, μῶ 725
Μαῖω 682
Mapalia 649
Mappa 665
Maraia 668
Maran 1188
Maranatha. ibid.
Μαραίνω 221
Mara 668
Mare rubrum 446
Mar 668
Marc 667. 683
Marcellus 161. 593
Marceo 221
Marchio 667
Marcipor 341
Marck 624
Marckrat 395
Marcus 592
Marculus ibid.
Mare 159.667
Mare cur ſalſum 576
Mare amarum ibid.
Margarita 669.93.
Marggraff 6678

Margo 668
Mar 276.671
Maria&mõtes polliceri ib.
Maria 276
Marina Venus 1140
Marimuth 668
Maritus 901
Μαρμαίρειν 668. 1014
Marmor 668
Maro 592
Mars 670.901
Marquardus 395
Marſi 1157
Marſchallus 670
Marſpiter 562. 1102
Mars ſtella 870
Marſupium 146.671
Martha 668
Martin. Luth.Etyma 149
Martialis 670
Martinii etyma 151
Martinus 670
Martius 670
Martolosii 285 527
Μαρτύρια 884
Mas 901
Maſſa 671
Μαστάομαι 854
Maſſaris 672
Maſſones 647
Maſtico 854
Maſtigia 672
Maſtix ibid.
Maſtruca 56.962
Maſtruga 962
Maſtupratores 1051
Maſturbatores ibid.
Maſtus 307
Mathematica 673
Mater 159.674
Matertera 672
Materia 672
Materia vocis 172
Μαθεῖν 673
Matrimonium 672
Matrona ibid.
Matricida 315. 1161
Matrix 672
Matruelis 677
Matta 196
Matteolæ 674
Matthæus 673
Matthias ibid.
Mattya 673
Ματτυάζειν ibid.
Mattici ibid.
Maturus 674
Matula 1171
Matuta 658.674
Matutinus 658
Mavors 670.901
Mauritania 674
Mauricatim ibid.
Mauritius ibid.
Maurus ibid.
Maxæmilianus 1157
Maxilla 854
Maximus 625
Maxo 854
Maza 671
Me 731
Meatus 682
Μὴ 751
Mecare 714
Mecaſtor 66. 731
Meckern 714

Μη-

Μυκᾶγξ ibid.
Mechanicum 647
Mechthildis 1157
Mecænas 675
Mecum 925
Meddix 924
Mediator 677
Media 676
Mediastinus 677
Medica mala 675
Medicina ars muta 548
Medicina 677
Medici Philologi 154
Meditor 675
Medrirrina 435. 677
Meditullium 1087
Medius fidius 405. 731
Mediotumum 676
Medioxumum ibid.
Medium 158. 676
Medix 1055. 908
Medulla 676
Medullitus 376
Megalesia 652
Megapolis 304
Mehe 680
Mehercule 66. 534
Μειλίχιος 283. 477. 563
Meio 678
Μείρω 757
Μείρομαι ibid.
Μείζων 652
Melænis 1141
Melacætum 979
Melampus 848
Melampodion ibid.
Melanchth. de linguis 160
Melancoryphus 478
Melanurus 598. 775
Melcha 679
Melchias ibid.
Melchior ibid.
Melchisedech ibid.
Melchisua ibid.
Melere 893
Mel 678
Melculum ibid.
Melia 679
Melicraton 679
Melimela 678
Meliom 679
Melior ibid.
Melis ibid.
Melissophyllon 240
Μέλλω 893
Mellona 878
Melita 678
Μελίζειν 680
Melon 747
Μῆλον 678
Melos 679
Μέλη unde 680
Melos Chromaticum 357
Melota 795
Melpomene 721
Membrum 679
Membrana 680
Memini 698
Memor ibid.
Memoria ibid.
Memorare ibid.
Memoria ab etymis juvatur 156.157
Memoria 987
Mena 995
Menceps 664

Μλω 681
Μλῶα ibid.
Menda 693
Mendax ibid.
Mendacium ibid.
Mendicum 693
Mendicium 186
Mendicus 693
Mendum ibid.
Μλωιαῖ☉ 657
Menelaus 1152
Meneo 698
Menerva 693.746
Meni 681
Meniſcor 698
Mens 680
Menſa 244. 676
Menſch 158
Menſis 681
Menſtruum ibid.
Menſurnum ibid.
Mentio 698
Mentiri ibid.
Mentum 680. 1088
Meo 682
Μέζω 228
Mercava 310
Merces 758
Mercor 682
Mercurius 681. 1099
Mercurius πομπαῖ☉ dictus 877
Mercuri med. brevi 120. 682
Mercurii Epitheta 683
Merda 684
Μέρδω ibid.
Merenda 564. 1086
Merendare 564
Mereo 757
Merga 685
Merges ibid.
Mergo 668
Mergus 668
Meri 671
Meridies 480. 676
Meridies noctis 677
Meriſta 1157
Meritrix 509. 758
Μηρυῤῥαφὴς Bachus 281
Μηρὸς 280. 281
Merops 837
Medula 685
Merus ibid.
Merula 685. 399
Merum 686
Meſancylum 223. 687
Meſenterium 676
Meſopotamia 687
Meſſala orator 249
Meſſala 593
Meſſias 566
Μεσὸς 873
Meta 689
Meta 688
Μεταβολαὶ notabiles 177. 178
Metallum 113 159. 687
Metaphorica obſcura & perſpicua 91
Metaphoræ gratæ 104
Metaphorica delectant 103
Metari 689
Metator ibid.
Metatorium 690
Metaxa 56. 688
Metaxarii 56. 688
Metatheſis 968
Meteoron 122. 688

Methodus 688. 122
Μίϑω 543
Metior 689
Meto 690
Metreta 689. 938
Metropolis 672
Metrum 689
Metuo 543
Metus ibid.
Mi 443
Mica 121. 705
Michael 497
Mictilis 678
Midas 1153
Migro 690
Mihi 443
Miles 690
Milesiæ literæ 184
Milium 691
Mille ibid.
Milliare ibid.
Milliaria varia 814
Milvus 691
Μύλη ibid.
Mimus ibid.
Mine 692
Minare ibid.
Mina 691
Minari 692
Mina ovis 693
Minerva ibid.
Minera 1087
Mingens ad parietem 678
Mingo ibid.
Minime gentium 693
Ministerium 666
Ministro ibid.
Minister 691
Minor 692
Mintrare 519
Minnith 244
Minulfus 934
Minuo 692
Μινύω ibid.
Minurio ibid. 716
Minuritio 692
Minutal ibid.
Miphtan 241
Miriones 61
Miriophyllum 691
Mis 443
Misceo 159. 584. 694
Μισγία 649
Miscuus 694
Miser 832
Miseret me ibid.
Misericordia 376
Misericordiæ viscera 377
Μισία 776
Misraim 276
Missa 695. 1044
Missiculo 482
Missilia 695
Missoria 1044
Missus 465. 695. 1044
Missus coloniarum 16
Mistor 729
Mistur ibid.
Mistum 694
Mixtum ibid
Mithridates rex πολύγλωττος 149
Militare 690
Minutiloquium 53

Mitila-

Mitilare 519
Mitis 694
Μίτον 696
Mitra 696
Mitto 694
Mna 691
Μνάομαι 698
Μνήμη 680.698
Μνᾶσθαι 995
Mnemosynon 698
Moab 278
Moderor 678
Modestia 677
Modialis 678
Modicum 783
Modimperator 1168
Modius 678
Μόδιος ibid.
Modulor 111. 678
Modulus 678
Modus 677
Mœchari 697
Mœchus 172.697
Mæne 718
Mœnia 131. 718
Mœra 820
Mœror 758
Mœri 718
Mœros 131. 718
Mœstum 142.758
Mœtinum 724
Moim 697
Μοῖρος 718. 820
Mola 158.435
Molares dentes 430
Molere 435
Molech 679
Moles 435
Molestus 435
Molinum saxum ibid.
Molitrina ibid.
Mollio 697
Mollis ibid.
Mollusca ibid.
Moloche 654
Molochinarius ibid.
Molochites ibid.
Molossus in Poetica 1120
Μῦλος 435
Molucrum ibid.
Momar 697
Momen 242. 251. 726
Momenrum 251.725
Momus 697
Monachus 698
Monas ibid.
Monedula 699
Μονήρης 881.1025
Moneo 698
Moneta Juno 699
Moneta ibid.
Monialis 698
Monile 699
Monios 704.881
Monoceros 380
Monomei 757
Μόνος 700
Mons ibid.
Mons procopia ibid.
Monstro 791
Monstrum 638.700
Monumentum 112. 443. 698. 699. 987.
Mopsus 434
Mora 386. 820
Morbus 756.1165

Morbus

Morbus sacer 442
Morbus sonticus 1009
Mordeo 430
Mordices ibid.
Moretum 701
Μωραίνομαι 702
Μοργὴ
Μορφὴ 489
Morion 674
Morior 757
Μορμύρειν 709
Mors 157. 756
Morsello 345
Mors solutio 813
Mortalis 757
Mortarium 701
Morticinus ibid.
Mortui boves 51
Morus arbor 703
Morum ibid.
Morus 675. 702
Morulus 675
Mos 682
Μοχθός 77
Μοχθήματα 77
Moschi 1127
Moschopulus 460
Moses 703
Moses idem cum Baccho putatur 273
Mosiolum
Moses cornutus 380
Mosi postumant 546
Mostellaria 701
Mostellum ibid.
Motacilla 726
Motus & mutatio 725
Μόθος 546
Μόθων 726
Moveo 725
Mox 726
Mu 724
Muccinium 704
Muccus 704
Muceo 705. 807
Mucesco 705
Mucerda 685. 720
Mucidus 705
Mucro 705
Mucus 705
Mugil 704
Muginari 714
Mugio ibid.
Mugitus 710
Mugo 704
Mulceo 697
Mulgeo 705
Mulciber 477
Mulctra 705
Mulsum 697
Multare 708
Mulier 705
Mullare 708
Multa 708
Mullei calcei 708
Multifariam 456
Mulsifarium 455
Multiloquium 53
Multitia 694
Multum 708
Mulus 435. 645
Mundus 382
Mundi ibid.
Muna 719
Mundus Muliebris 382
Mungo 704

Muui-

Digitized by Google

Municeps 719
Munifex 719
Munifer ibid.
munio ibid.
munis ibid.
munus 718
munimentum 719
muræna 487.592
murcia 728
murex 708
muria 668.708
muricidium 720
muricidus ibid.
murmur 709.718
murrha 726
murus 718
Murren 709
murrare ibid.
murratus ibid.
murrire 720
murretum 728
murtia ibid.
muscipula 720
mus ibid.
mus Pharaonis 552
musa 720
musaicus 722
muscovitæ 1127
musca 722
muscus 723
muscum ibid.
muscum 720
musica 721
musicus ibid.
musivum 721
musivarios ibid.
musso 724
musta juvenca 1160
Mustela 1073.1080
musteum 678.1160
mustiones 1160
mustricula 720
mustum 1160
mutæ artes 548
mutilare 723
mutilus 294.723
mutinum 724
mutire 519
mutonium 724
muttonium ibid.
muto 725
mutus 724
mutire ibid.
muti ibid.
mutuum ibid.
μῦ 717
μυκάω 146
μυκῶμαι 146
mycenæ 716
μυκτὴς 704
myia 723
myiodes 723
μύλη 1006
myobarbum 353.535
myon 353
myoparo 353.856
myops 443
μυωπία ibid.
myrica 726
myriophyllon 691
myrmecia 465
myrmecium ibid.
myrmidones ibid.
Myrobalanus 513.727
myrrha 726
myrothecium 727

Myropola

Myropola ibid.
Myron ibid.
Myrsine ibid.
Myrtillus ibid.
Myrtus ibid.
myrtites ibid.
myrteus ibid.
μύστα 704
mysta 729
mystæ 720
mystax 728
mysterium 720.729
μύστης 729
μυστηρίζειν 717
μυσος 436
myxa 704
myxinus ibid.
μύζω ibid.
μύω 729
μύω. μῦα 725
μῦσαι & μῦσαι ibid.
μῦσαι ibid.

N.

N Naaria 19.102
Nabal 278
Nabathæa 730
nablium ibid.
nablà ibid.
nablum ibid.
naca 739
naca ibid.
nacca ibid.
næ 730
Ναὶ ibid.
Nahum 1106
Naim 719

Namuel 497
nam 570
nanea 409
νᾶνος 760
nanus ibid.
nanus barbatos 535
napea 738
napus ibid.
narcissus, νάρκισσος 732
nardus pistica 732.735
nardus 732
nares 736
narica 738
nar 736
narrò 755
narthecium 738
nasco 510
nasor ibid. & 757
nasicornis 380
nasiterna 737
nasi brevis & longi ibid.
naso 593
nassa 738
nasturnium 737
nasutus ibid.
nasus ibid.
natalis 510
Nathan 673
nathania 498
Nathanael 497
natinare 739
natio 511
nata 228.739
natolia 738
natrix 739
natus 510
nanci 739
navarchus 740
Naucle-

Nauclerus ibid.
naufragium ibid.
naufragare ibid.
navigo 740
navis constrata 403
naulum
nausea 48.739
naustibulum 1033
nauta 740
navita ibid.
nautea ibid.
navus 516
Nazaraeus 1188
Nazareth ibid.
Nazarenus ibid.
Νῆ 531.731
Νήφαλος, νήφω 731
ne 751.891
nebula 158.766
nebulo 766
nebris 1175
nec 751
necessarium 886
necesse ibid.
necessis & necessus 886.1163
necessitas 886
necessitudo 887.1163
necia 745
neco 210.745
νεκρὸς 745
nectar 740
necto 744
nefandus 455
nefantia ibid.
nefarium ibid.
nefastus ibid.
nefas 455
nefasti dies ibid.
nefrendus 710
negligo 424
negire 1033
negibundus ibid.
nego 210
negotium 794
negotinumia 763
nehemia 497
νέμεσις 762
nemesis ibid.
nemo 904
nempe 570
νέμω 681.742
nemus 146.742
nemus βαθύσκιον 320
nenia 741
nenum 57.751
νέφος 766
neo 744
νέος 746.760
neophytus 760
νεόφυτον 760.1044
neotericus 760
νέω 739
νέωμα 646
νήω 741
νεώτερος 760
νεωτερικὸς ibid.
nepa 742.751
nepenthes 743
νήπιος 456
νήποδες 743.751
nepos 743
neptunus 744.751
neque 751
nequam 197
nequeo 439
nequior 50

Nereis

Nereis	745	Ninive	1188
Nereides	ibid.	nisi	752
Nereus	738. 744	nisi	528
Nerites	738	nitela	750
Nero	593. 745	nitedula	ibid.
Nerio	745	Nithard	1156
nervus	ibid.	nitor	750
nescio	977	nitrum	ibid.
nescius	ibid.	nix	751
Nῆσσα	218	No	739
nevolo	479	Noacb	278
neuter	1185	nobilis	755
neutiquam	122	nobilitas	ibid.
nex	745	noceo	745
nexilis	744	noctifer	761
ni	891	noctiluca	ibid.
νικάω	1151	noctis descriptio	761
nictare	765	noctividua	ibid.
nice	1151	noctua	ibid.
niceterium	1252	nocturnus	ibid.
Nicodemus	ibid.	noctuvigila	ibid.
Nicolaus	1001	nodus	223. 751
nideo	992	nodutis	751
nidor	ibid.	nolentia	479
nidus	746	nolo	ibid.
niger	745	Noma	741
nigri	ibid.	Nomades	ibid.
nihil	746	nomen	158. 632. 756
nilicola	747	nomenclator	755
nili nomina		nominalia	756
nilus	747	nominare	632. ibid.
nimbus	750	nominatim	756
nimpha	749	nomina à verbis	176
nimirum	752	nomisma	763
Nina	742	non	751
ninguidus	751	nona	753
ninguis	ibid.	nonaria	754
ninguo	ibid.	nonus	ibid.

νοέω 176. 754
νοός 754
νόμος 762
Nonna 698
Nonnus ibid.
norma 755
noſco 932. 754
noſocomeon 756
νόσος ibid.
νοωσὸς 746
noſter 443. 444
noſtras ibid.
nota 632. 755
notare ibid.
notamen 755
nothus 758
notio 754
notitia 755
notitia ſenſitiva 985
notum 632
notus 759
novacula 760
novale ibid.
nova nomina 68. 69
novellus
novem 754. 996
november 998
novalis 205. 760
novenſiles 996
noverca 760
noviſſimum 996
novitius 128. 360
novitas 760
novo ibid.
novus ibid.
nox 761
noxa 745
nubes 404. 766
nubo 52. 140
nucifrangibulum 490. 767
nucleus 767
nudius 408
nudipes 847
nudius tertius 408
nudus 1149
nugæ 741
nullus dubito 1173
nullus ibid.
numella 763
numen 765
numero 762
numero perfectus 997
numerus 761
numerus oratorius 104
Numi 763
Numbaſius ibid.
Numidæ. Numidia 741
numus 763
nunc ibid.
nuncius 764
nuncupo 760. 764
nundinæ 754
nundinalis ibid.
nuo 764
nuper 984
nupta 52
nupta verba 766
nuptiæ 765
nurus 1163
nuto 765
nutrio 767
nutritor 766
nutrix ibid.
nutus 765
nux 767
nycticorax 381

nycte-

nysteris	761. 1148
Nymphaea	750
Nympha	749
νυκάζω	405. 765

O.

O	21. 102. 717. 794
Ob	179. 268. 336
Obadias	498
obba	874
obbibo	ibid.
obedio	50. 268
obelias	772
obeliscus	ibid.
obelus	ibid.
obesum	429
obesse	792
obex	551
objices	ibid.
objicio	550
obiter	438
obitus	753
objurgatio	1107
objurgare	588
oblectamentum	595
obligatio	1050
obliquus	1053
oblitero	626
oblucinasse	530
obmitto	995
obnoctari	761
obnubo	766
obrisum	767
obrizum	ibid.
obrussa	59
obrussum	767
obscanus	769
obscurus	769
obscuritas sermonis	70
obsecrare	949
obses	770
obsequela	1016
obsideo	770
obsipare	896
obsoleo	1045
obsolette	ibid.
obstetrix	792
obstino	1152
obstipus	1050
obstitus	1033
obstare	792. 1031
obstrigillo	1029
obtempero	1082
obtestari	1089
obthuro	420
obtrectare	1134
obtrectatio	227
obvagulari	864
obviam	438. 1150
obvium	1150
obviare	ibid.
obolus	772
occare	ibid.
occa	ibid.
occo	ibid.
occatio	ibid.
occasio	313
occasus	ibid.
occentare	333. 485
occido	311
occido	745
occillo	772
occipitium	336
occiput	ibid.
occaecatio	772

occulo	772	Oesophagus	852
occupo	335	œstro percitus	776
Oceanus	773	œstrum	ibid.
Ocha	ibid.	offero	468
ocellatos	1077	officina	453
ocellæ	350. 593	officiperda	493
Ochozias	498	officium	453
ocimum	774	officio	ibid.
ocior	ibid.	officiosus	719
ocius	ibid.	offucare	1056
ocles	775	offuciæ	494
ὀκλάζειν	317	offusco	496
ocrea	188	offusio	494
ocris	ibid.	ὀγὴν	773
ὄκρις	ibid.	ὄγκος	264
octo	996	ὀγκάομαι	ibid.
october	ibid.	oggannire	502
oculeus	771	oh	717
oculi in amore	226. 227	οἰμώζω	ibid.
oculis capti	1075	οἲ	ibid.
oculis lædere	512	οἶμος	895
oculissimus	775	οἰνὰς	842. 1158
oculitus	ibid.	οἶνος	1158
oculare	ibid.	olea	776
oculus	774	ὠλεκρανίζειν	1169
oculus malignus	829	oleo	1045
oculus patrans	ibid.	ὀλίω	777
odefacit	775	ὀλιτὴς	ibid.
odi	ibid.	oleum	776
odor	ibid.	olim	ibid.
odoratum	ibid.	oliva	ibid.
odorus	ibid.	olla	777
ὀδοὺς	419	ὄλλυμι	ibid.
odium	142. 775	ὀλολύζειν	716
odrysus	1103	olor	777
œdipus	848	ὅλον	1022
œnomeli	679	olradus	395
œnotrii populi	165. 1166	Oltrat	ibid.

olus

olus 806
Olympius Jupiter 563
Olympus 202
ὁμαλὸς 186
ὄμβρος 567
omelysis 1189
omen 780
omentum 414
omitto 695
omnis 781
ὄμνυμι 224
ὀμνύω ibid.
omnipotens 884
ὁμογενὴς 1015
ὦμος 388
ὠμὸς ibid.
ὁμὸς 1005
ὁμῶ & ὁμῶς 905. 1005
on 541
onager 264. 1095
onagus 264
ὄναρ 1026
onco 264
ὄνειρος 1026
ὀνέω 541
ὄνημι ibid.
oniscus 264
onobatis 264. 1135
onocentaurus 1078
onochelus 264
onocratalus ibid.
ὄνομα 756
onor 541
ὄνος 264
onus ibid.
onustus ibid.
opacum 781
opera 599
operio 790
opica 782
ὀπάω 823
opes 782
opfern 158
Ophir 768
Ophiuchus 782
ὄφις 782
ὀφθαλμία 775
opici 782
opido ibid.
opidum ibid.
opilio 794
oppilo 861
opimus 782
opinor 571
opiparum 782
opitulor ibid.
opium 783
opobalsamum 285
oppedo 121
opperior 926
oppeto 867
oporinus 783
opportunus 883
oppubiæ 614
ops 782
ὦψ 442
optimum 1176
ὄψον 785
opsonium 784
opsonari ibid.
optatio 1176
optimates 1176
Opt. Max. 562
optineo 993
opto 1176
opulentus Jupiter 564

opus 590
ὀπώρα 783
orare 791
ora 786
oraculum 791
orata 592
oratio 791
oratio inauguralis 1092
oratio perspicua 69
oratores philologi 148
oratori legenda 40. 65
oratori prosunt etyma 155
orbare 790. 1177
orbis 1177
orbita ibid.
orbus 790
orcare 519
orca 786
orchesis ibid.
orchestra ibid.
orchites 918
orci scopularii 1178
orcibus thesaurus 987
orcus 786. 963
ὅρκιος *Jupiter* 563
ordino 787
ordiri 111. 450
ordium 450
ordo 141
ordo in sermone 71
orea 269
Oreb 253
ὀρέγεσθαι 1000
ὀρεσκοῖος 371
orexis 1000
organon 787
organicen ibid.
organicus ibid.
orgia 787
ὀργὴ 1181
orichalcum 788
oricilla 269. 929
originatio duplex 161
originatio quid 144
origo 789
orion 513. 632
ὄρλον 450
oriundus 789
orior ibid.
orispex 1092
ὄρνις [542. 1112
orno 1086
ornus 790
orobanche 445
orobia ibid.
orobus ibid.
ὄρος 542
oro 458
ὄρω 699
orphanus 790
ὄρφνη ibid.
orrhopygium 910
orthodoxus 415
orthagraphia in quibus consistat 126
orthographa ab etymis 127
orthographia 126
ὄρτυξ 715
ὀρύσσω 254
oryza 790
Osaias 498
Osanna 544
Osbaldus 981
oscedo 64. 979
os, oris 142. 791
os sacrum 442

os

os sublinere 792
os, ossis 791
oscillum ibid.
oscines 333
oscita 792
oscitatio 52.791
oscitantia 791
oscito ibid.
ὄχ⊙ 544.723
ὄχη 723
oscum 792
oscus ibid.
osculor 791
osce 333
Osee 498
osiris 793
ossum 791
ostentum 700
ostento 1084
ostium 192.1031
Osterreich 531
osor 775
osto 1031
ostrina 908
ostrum ibid.
otium 793
ὀθόνη 1082
ὄφρυες 535
ὀτοτύζειν 717
Ottilia 826
Otmar 1156
Otto 826
ὀττοτοῖ 717
oves 782.794
ovis 794
ovispex 1092
ὀικία 886
ovo, are 794
ovum urinum 795.1178
ova callosa
ovum 795
ὦ 1096
ὖς 268
oxalis 199
oxia ibid.
ὄξ⊙ 190
ὀξὺς 77.185

P.

PAbulari 823
pabulum ibid.
pacatus 823
paciscor ibid.
pactus 804
paco 823
pacta 145
pæctum 823
πάγκραπες θυσία 967
παχύς 402
pæan 241
pædicare 941
pædidosus 899
pæne 128.950
pages 804
pagina 404.804
paganalia 836
pagani ibid.
pago 663.804
pagus 836
παῖς 899
palæstina 1188
παλαιὸς 157
palæstra 130.797
palæus 797
palam ibid.
πάλαι ibid.

pala 799
palanga 853
palatha 478
palatini 667.797
palatium 797
palantes ibid.
palatum 798
palare 869
palearia 798
pales 823
palea 79
palinurus 1182
palla 799
pallium ibid.
palimpsestus 799
palisia 824
palilitium sidus 546
palinxestus 799
palinxystus ibid.
pallas 383
pallor 800
πάλλαξ 837. 993
palmæ 800
palmarium 8011
palmare 800
palmes ibid.
palmosus 801
palumbes 519
palus, udis 797
palus 854
paludamenta 952
palpo 801
palpebræ 294
palpito 801
pampino ibid.
pampinus ibid.
pan 801. 823
pana 802
pancro 806
pan mortuus 802
panacea ibid.
panchrestum 1185
panchrestarii ibid.
pancratice 803
pancraticum ibid.
pancia 809
panda 804
pandecta 803
pandex 804
pandiculor ibid.
pando 803
pandora 414
panegyris 803
πανελλήνιος Jupiter 563
pango 244. 804
panicæ 806
panici terrores 802
panicula 806
panicum 804
panifragium 490
panis 805
panis ἐπιούσιος ibid.
panitæ 391
pansa 593
πανσπερμία 967
pannuceus 809
pannus ibid.
panuelium 809
pannotus 269
πάνταθλος 902
pantex 808
pantheon ibid.
panther ibid.
panthera ibid.
pantheron ibid.
pantices ibid.

pan-

pantomimus 691
panos panicos 802
panus 806. 809
papa 809. 827
papaver 311. 827
Papæ 531
παφλάζω 718. 486
papilio 810
papilla 809
papiſſare 827
pappa 309 810. 827
παππάζω 827
pappare ibid.
pappæus 563
pappas 810. 827. 1130
πάππαξ 714
pappus 810
papula ibid.
papus 827
papyrus 810
παρά 811
par ibid.
parabole 811
paraclesus 319
παραδειγματίζειν 412
paradigma ibid.
paradiſus 812
paradoxum 415
paralyſis 812
parapherna 814
pararius 427. 817
paraſange 814
paraſitaſter 516
paraſitus 516. 1130
paraſcevæ 840
parca 820
parco 819
parcus 820
parcimonia 820
pardes 812
pardalis 814
paredrus 772. 219
pardus 814
pareĉtatus 815
paraſelene ibid.
pareas ibid.
parelius ibid.
pareo 818
parens 900
parergum 788
pariare 819
paries ib.
parietes concratitii ib.
pario 811. 900
parnaſſus 816
paro 817
parœmia 314. 894
parones 353
paronomaſia 116
paronyma 541
parricida 816
parra 818
parreo ibid.
paropſis 785
paroxyſmus 190
παρρησία 941
pars 819
parſimonia 820
parthenium 812
παρθενῶνες 342
parthenopipus 821
parthenius 820
participare 819
partior ib.
partiones 1016
parum 821

parvitas 821
parvum ibid.
parviſſimus 58
paſceolus 822
paſcha 161 822
paſco 823
paſcales ib.
paſcuus 205. 823
paſſer 824
paſſer marinus 295. 1049
paſſio 830
paſſim 825
paſſum 666
paſſus 157. 822.
paſtophorium 56. 824
paſtinaca 804
paſtinare ib.
paſtinum ibid.
paſtor 823
παστὸς 824
paſtus 93
patagium 825
πάταιος ibid.
patales 238
patalia 825
patali bos 238. 825
patella 825
patellarii ib.
pateo ib.
patera ibid.
pater 146. 826.
pater patratus 829
πατίω 1043
παθεῖν 830
patibulum ibid.
patina 825
patior 830
πάτος 324
patratus 829
patres Latini 12
patria 828
patriarcha ibid.
patrimonium 672
patrimus 124. 829
patrimum 829
patriſſo 379
patritius 829
patrius 1166
patro 829
patronus 828
patruelis 672
patruus ib.
patulcius 581
patulus 825
pauciloquium 53
paucitas 921
paucum ibid.
paverata 614
pavera ib.
paulum 821
Paulus 831
Pavidenſis 614
pavimentum ib.
pavo 518. 816
pavire 58. 614
pavor 38. 614
pauper 821. 832
pauperies 142
paupero 832
paupertas 142. 832
pauſarius 824
pauſa ib.
pauſii Dii ibid.
pauſilypus ibid.
pauxillum 854
pax 823. 832

paxil-

paxillus	854	pelasgi	837
pazar	293	πελικὸς	454
pazion	1118	pelacanus	837
πάω	823	πείθω	866
peccatum quid	834	πλεικὶς	627
pecco	834	pelerthi	915
Pecten	833	pelethæi	ibid.
pecto	ib.	pellare	993
pectus	833. 1104	pellego	924
peculatus	835	pellecebræ	837
peculiaris	8. 835	pellex	595. 836
peculium	835	pellicere	836
pecunia æstimatur	ibid.	pellis	993
pecunia	82. 834	pello	ib.
pecus	832	pelluvium	640
pedamentum	847	Peloponnesus	837
peda	ib.	pelops	ibi
pedarii	846	pelta	ib.
pedale	ibid.	pelvis	640
pedema	868	pelusiota	137
pedetentim	1042. 1082	pelusium	1093
pedica	847	πέμπω	694
pediculus	ibid.	penates	840
pediculosus	ib.	pendeo	839
pedisequa	ibid.	pendo	ibid.
pedicosus	ib.	pendulus	ib.
pedidosus	835	penes	839 950
pedo	ib.	πένης	995
pedor	ibid.	πνέζω	
pedum	846	peninsula	576
pedusculus	837	penitrabile	840
πηγὴ	836	penitrale	ib.
πηγνύω	804	penitro	ib.
pegasus	836	penitus	839
peiero	588	penna	844
pelagia	906. 1140	pensiculo	482
pelagus	668	pensile	839
πελαργὸς	519	pensum	ibid.

pen-

Digitized by Google

pentateuchus	247	peremtorium	82. 890
penthathlus	902	perenticida	842
pentecoste	841	perendie	408
penula	841	perendinus	ib.
penulatus	ibid.	perenne	234
penuria	841	perennare	233
penus	840	perfica	452
pepo	842	perfrictæ frontis	492
πεπειμένα	709	perfrico	ibid.
peplis	ibid.	pergo	924
peplus	740. 841	pergula	ibid.
peplum	ibid.	perhilum	746
per	52. 763	πειδίπνιον	1003
pera	842	περιδέξια	1011
peragro	205	perio	915
peranna	233	perior	ibid.
perbibesia	429	periculum	428. 915
perbito	439	perimere	745. 890
perbonus	763	periodus longæ	71. 72
percello	351	periodus	688
percieo	360	περίφερα	63
percitus	ibid.	peripatetici	1043
percipio	52	periodi quales	72
percontari	375	peripsema	1084
perculsio	351	perire	428
percunctari	781	periscelis	56. 973
percutio	38	peristeria	842
perdius	407	peristylium	1051
perdix	715	περίπλωμα	63
perdo	414	periurium	588
perduellis	290	perizoma	361. 410
πέρδω	835	perlustrare	639
peredia	429	perna	843
peredo	ib.	pernicies	745
perfectum	1080	pernico, perneco	746
peregrè	205	pernices & pestis	745
peregrinus	206	pernix	843
peremne	234	pernoctari	261

pero

pero 842
περῶ 843
peroriga 1047
perperam 843
perperus ibid.
perpetro 829
perpessio 830
perpes 586. 844
perpetuitas 203
perpetuum 844
perplexus 1007
persa 845
persevero 995
Persia 845
Persiii scriptio 81
persollatata 845
persona 82. 845
personata 845
perspicua vox 139
perspicuitas significandi qualis 140
perspicuitas sermonis 69
perspicuitas unde ib.
pertendo 1082
pertica 1075
pertinax 1083
pertisum 666
pervicax 1151
pervium 1150
peruli 842
[illegible] ὀρφυρῶ 907
pes apud nautas 186
pes 159. 846
pescium 833
pessimum 849
pessulus 755
pesum 666
pessum 666. 849
pessundo 849
pestile 850
pestilentia ib.
pestilitas ib.
pestis 849
petalum 850
petaminarius 851
petasites 850
petaso ibid.
petasus ib.
πιλίον 803. 850
πίτυρον 851
petaurista 850
πίθω 866
peto 112. 866
petere canem lapide 867
πίπερι 214
πέπερι 851
petora ibid.
petoritum 122. 851. 927
petra 851
petrones 852
petrelæon 776
petroleum ib.
Petrus 851
petulans 867
petulcus ibid.
Pfaffen 650
φάγω 852
phædria ibid.
phædrus ibid.
phaeton 486
phagedæna 306
phago 852
φάγος ibid.
phalæna 285
phalanx 853
phalerata 797

phale-

phaleræ 797
φαλλὸς 853
phallus 891
phanes 241
φαντασία 855
φανταστικὸν ib.
φάντασμα ibid.
Phonuel 491
Pharao 855
Pharetra 856
Pharisæus 857
pharmacon 856
φάρος 1067
pharos ibid.
φάσκος 483. 822
phaselus 856
φάος 457. 855
φάω 457. 486
φέγγος 486
φέρβω 489
φέρω 465
pheronica 1151
φερτὸν 883
φεύγω 494
phiala 1008
φιλάργυρος 270
Philippus 257. 538
philistæi 1188
philologi 148
philologia commēdata 147
philologiæ hostes confutantur 147
philologiæ usus 152
philomela 856
φιλοσοφία 61
philosophra 961
philtron 226
philyra 857
φίττα 718
φίμωσις 548
φλάω 486
φλάω 102. 486
φλέγω 486
phlegeton ibid.
phlegma ib.
φλιὰ 291
φλοῖσβος 102. 718
plox 486
φλύω, φλύζω 307
phlyus 280
phœbus 241
phoca 857
φωνὴ 1143
φορὰ 404. 1147
phœnix 284. 805
phœnicia 805
phœnices ibid.
phœnices literar. autores 23
φόρμιγξ 883
φόρτος ibid.
φωλεὸς 383
phæniceus 284
φράγω 489
phrasis 858
phrath 448
φράτηρ 490
φρέαρ 323. 490
φρὴν 410. 571
φρύνησις 1153
φεύγειν 492
phy 717
φύξιος Jupiter 563
φυλακὴ 859
φύλαξ ib.
φύλλον 488
phylacterium 859

φύσις

φύσει 485
φυσάω ibid.
physicum 488
physiognomon ibid.
φαλιὸς 383
φανέω 1174
phrygum antiquitas 16
phrygia 858
phryx 419
φθινόπωρον 784
Phthongus 1174
phutiel 932
phutiphar ib.
pica 519
picare 869
picavaria 519
picea 869
piceata manus ibid.
picinum ibid.
pico ib.
pietas 397
pietaticultrix 519
piger 157
piget 860
pignus 663
pigritia 860
pila 860
pilani 861. 1116
pilasca 1008
Pilatus 278 861
pilentum 861. 927
pileta ibid.
pileum 860
pileus ibid
pilicrepus 385
pililudius 860
pilo 861
pilosus 391. 860
πῖλος 860
pilum 861. 1147
pilumnus 591
pilus 860
πιμελή 782
πίναξ 862
pinacotheca 862
pincerna 383
pingo 478
pinguis 652. 862
pinna 862
πινύειν 571
pinso 863
pinus ib.
pipare 864
piper ib.
piperatum ibid.
pipi 557
pipilo 864
pipillo ibid.
pipulum ib.
pipio 865. 824
pipiunculus 536
πιπλεῖν 311
pipulo differre 485. 864
pipulo poscere 884
pipus 864
pira 112
pirata 549
pirula 1180
pisare 863
pisceps 335
pisces sacri 442
piscis 861
piscis fœcundus 865
pistrinum 863
piso ib.
pison fluvius 448

pistris

piſtris 892
piſtrix ib.
pis 916
πισσάσφαλτου 265
πίσις 866
πιστικὸς 733
piſtillum 863
piſtor 863
piſum 863
πίθηκος 1005
pithecium ibid.
pityſma 868
pitiſſo 875
pitpit 916
pituita 121. 866
pitho 866
pithyſma 868
πτύσμα ibid.
pithyliſmate ibid.
pius 406
pix 159. 869
placenta 295
placacidum 1084
πλάκες 295
plaga 872
plagiarius ib.
plagium ibid.
plago ib.
plagi patidas 873. 1135
plagula 872
plancæ 853
plancus 593. 853. 871
planetarum nomina 870
planeta 869
πλανάω ibid.
plango 872
plangon 871
plaguncula ib.
planta pedis 871
planta ibid.
plantago 1175
plantanimal 1190
planus 295. 869
plane 295
plaſma 871
plaſmare ibid.
plaſmator ib.
plaſtes ib.
platæa 295
platea ibid.
platanus ibid.
plateſſa ibid.
Plato philologus 148
Plato 30. 295
πλατὺ 442
plaudo 503
plauſitare 519
plauſtrum 503. 853
plauti laus 53
plauti ſententiæ 43
plauti ſermo proprius 48
plautus 593. 871
plautus defenſus 53
πλὰξ 295
plebes 873
plebs ib.
plebiſcitum ib.
πλέκω 1007
plecto 871. 1007
plectrum 871
πλημμελὴς 680
πλημμέλημα ib.
πληροφορία 873
πλειάς 870
plenus 873
πλεονεξία 526

pleo

pleo 873
plerique 873
plerique omnes ibid.
plerumque 74
plenus 294
πλέιν ibid.
πλεῖμος 904
plerus 873
plexus 1007
plica ibid.
πληγὴ 872
ploro 568
plotæ 871
ploti ib.
pluma 860
plumare ibid.
plumbum 1040
plura 881
pluris 890
plurifarium 455
πλύσιος 887
plus minus 892
plus 881. 892
pluto 887
pluvia 242
pluo ib.
πλεύμων 904
poca 875
pocillum 874
pocilator ib.
poculum ibid.
poculorum nomina 398
poculum amotis 226
podagra 848
poderes 847
podex 835
ποιεῖν 873
poema 875
poesis 876
ποιέω 875
ποθεῖν 868
pœna 159. 875
pæti 593
pœnitet 875
poeseos ætates 38
poetæ prosunt etyma 155
poeta 875
poetice 876
ποιμὴν 794
pol 66
polæ 877
polea 903
polemos 800
polenta 667. 1189
policus 563
polimenta 877
polio 876. 877
polire agros ibid.
πολύμηλος
πολιὸν 877
pollen 667
polleo ibid.
pollex ib.
polliceor 694
pollinctor 58. 876
pollubrum 639
polluceo 644
polluo 639
pollingo 876
pollio 877
πολλοὶ 876. 880
polonia 876
pollubrum 603
pollux 349
polorum quies 247
polulæ 877

polvinar 877
polus uterque 247
polyandrion 757
πολυχρυσότατος 62
polymnia 721
polyphemus 454. 1000
polymitus 694
πολύοψος 785
polypodion 847
polyplusius 887
polypus 846
πολυτεκνία laudabilis 616
polyxenus 1186
πολύυμνιος 721
πόμα 878
pomœrium 351. 718
Pomerania 877
pomono 878
pompa 877
pompaticum 878
Pompæus 877
pomum 878
pomus ib.
pone 764
pondus 839
ponga 523
pono 878
ποιῶ ibid.
pons 668
pontia 1140
Pontifex 879
unde & quare ita dicat. ib.
pontigena Venus 1073 1140
pontus 668
popanum 880
popæ ibid.
popina ibid.
poples 1007
poplicola 131
popiſmus
ποππύζειν 712
ποππυσμὸς ibid.
populor 880
populus duplex, alba & nigra 880
populus terræ ib.
popyſma
porca 246
por 341
porceo 246
porcus 881
porphyrio 907
porphyrites ib.
porphyrius 906
porricio 552
porro ib.
porta 883
portentum 700
por πόρ 900
πορθμὸς 882
portio 819
portiſculus 351. 882
portior 883
porto ib.
portorium ibid.
portumnus 744. 882
portunus ibid.
portus 882
portus corporis 987
porus 419
poſca 868. 875
poſcinumina 763
poſculenta 875
poſco 868
poſitura 94. 1107
poſitus dictionum 99

poſte-

Digitized by Google

posterus	546. 883	præbitò	439
post festum	438	præbitum	525
posthumare	545	præcanis	331
posthumus	546. 593	præcapes	337
postilla	583	præcello	350
postliminio	620	præceps	537
postmœnium	718	præcedaneum	315
possibile	884	præcido	315
possideo	770	præcidaneum	ibid.
post	763. 883	præcidanea agna	ib.
posticum	238	præcipere	335
postliminium	620	præcino	332
postes	878	præcise	315
postridie	407	præcipitare	337
postum	878	præcipium	338
πόσθωνες	908	præcipuum	336
postremus	546	præco	332
postulo	868	præconius	592
postumare	546	præcoquus	211
postumus	ibid.	præcordia	376
possum	884	præcox	211
pote	ibid.	prædicare	410
potens	ibid.	præditus	414
potestas	ibid.	prædium	885
potina	875	præfica	452
potior	884	præfiscine	460
potis	59. 884	prægenerare	510
potissum	884	præire	439
potio	874	prægnare	510
potium	640	præhendo	402
poto	874	præmetia	57
potua	875. 1185	præmium	890
potor	874	præoccupare	93
potus	ib.	prænotens	884
potus	878. 908	præponem	756
præ	891	præpedio	847
præbeo	525	præpes	844
præbenda	1086	præpetere	ibid.

præputium 908
præruptus 942
præſagire 948
præs 885
Præſcius 977
præſens 1019
præſentia 886
præſegmina 1019
præſes 219
præſeſſe 885
præſertim 981
præſepe 996
præſica 301
præſidero 1000
præſidium 770
præſtega 403
præſtes 602. 1030
præſtigiæ 403
præſtabilis 1030
præſtare ibid.
præſto ibid.
præſtum ibid.
præſtolor ib.
præſtolus 125. 977. 1020
præſul 219. 1023
præſultor 1023
præſum 886
præterpropter 891
præter ib.
præterita apud alios atque alios diverſa
prætexo 1090
prætexta ibid.
prætexatus ibid.
prætor 439
prævaricator 1133
prandium 888
πρέϊος 889
præſica 301
pratum 818
pravus 889
precor ib.
precioſus 921
precium ib.
prehendo 402
premi 1085
πρήθω 892
πρηνὴς 895
preſter 889
priamus 890
priapus ibid.
pdridem 891
pridie 407
pri 891
prior ib.
primetia 57
primicapes 337
primipilus 861
primoris, primus, primitus (891
principale 438
princeps 335. 891. 1116
principium 338
priſcus 891
priſci latini ib.
πρίσης 892
priſtinus 891
priſtis 892
privignus 893
privilegium ib.
privimeria 757
privatus 893
privo ib.
privus 881. 893
pro 209. 428
probatum 143
proboſcis 433

pro-

probare 467
probrum ib.
probus 525
pro 717. 848
procalare 318
procare 921
procacitas 867
procapes 337
procedo 725
proceleusmaticus 351
procella 159. 350.
procellere 350
proceres 891
prociduum 313
proclivis 367
proconsul 220
procul 774. 1006
proculus 593
proculco 924
procurro 725
procyon 331
prodere 143
prodeo 725
prodigium 700
prodigo 209
prodigus ib.
prodo 414
proditor ibid.
prodromus 417
profanare 457
profanum ibid.
profectio 452
profligo 571
proficio 725
proficiscor 452
profundus 849
proficuus 694
progredior 725
programma 1070
proh 717
προῒξ 911
prolecebræ 595
proles 130. 1044
proletarius 1044
prolixus 594
prolixitas sermonis 107
πρόλοβον 338. 523
prologium 427. 428
prologus 427
prolubium 639
proluvium ibid.
proluvies ibid.
prolyta 638
promellere 893
prometheus 894
promissa 145
promiscuus 694
promissus 694
promitto ib.
promontorium 700
promulco 894
promtuarium 894
promulgo 705
promulsis 697
promus 414. 894
promuscis 433
promo 894
promoveo 725
πρηνὸς 895
πρηνοπὴς ibid.
pronunciatio 119
pronunciationis modus 72
pronus 895. 1066
proœmium 894
propalam 797
propages 804

Digitized by Google

propala 427
propediem 408
prope 848. 895
propero 142 818
Propheta 458
prophetare ib.
propino 428. 874
propitius 895
propala 427
propos 884
propria vox 67. 116. 139
proprie loqui 110
propria unde 112
proprium 145. 1173
propter 848
propudia 899
propula 427
prora 895
πρῷρα ibid
proretra ibid.
proreus ibid.
proritare 1182
prorsum 896
prosa ib.
προσάιτης 1010
prosapia 896
προσκυνεῖν 792
προστέλλωαι 782
proseda 1033
proselytus 1137
proserpina 409
prosecta 424
prosiciæ ib.
prosequium 1017
prosequior ibid.
πρόσωπον 840
προσωπολεψία ibid.
prosper 467
prostibilis 805
prostibulum 805. 1033
prostibula 1033
prosum 886
prosus 896
protelare 1080
protelo ducere 1047
protelum 58. 1047. 1079
protervus 1113
protocolum 374
protocollum ib.
protopapa 827
protropum 897
provideo 1153
proventus 1137
proverbium 1142
providentia 1153
provincia 1158
proxeneta 62. 1186
proxenus 1186
proximus 652
prudens 1153
prudentii aliquot loca 35. & seqq. 1154
pruina 1180
pruna ibid.
prurio ibid.
prurigo 939. 973. 1180
prytaneum 897
πρυτανεία ib.
πρῶτον 891
ψάλλω 1108
ψάω 1084
ψαρὸς ibid.
ψαίρω ib. & 492
ψάμμος 1152
psantherin 655

ψιαλ-

ψιαίζειν 712
ψελλὸς ibid.
pſiathium 56
pſila 1077
ψιλὸς ibid.
ψιθυρίζειν 710
ψὶξ 897
ψιττάζειν 712
ψίττα ib.
pſomus 897
pſora 285. 897
pſyllium 902
ψύχωσις 897
ψυχαλὶς ib.
ψηφοθέται 722
ψηφοβόλοι ib.
πτεροφόροι 497
πτερὸν 14
ptiſana 864. 1189
ptiſanarium 1189
ptolomæus 288
πτῶμα 311
pubes 898
publicanus 881. 1080
publicus 880
publipor 341
publius 593
pudor 899
pudet ib.
pudibundus ib.
pudicus ib.
puella 900
puella viro juncta ibid.
puellus ibid.
puera 900. 1161
Puer 899
puerpera 1161
pugil 663
pugillares 663
pugillus 403. 663
pugino 663
pugna 662
pugnus ib.
pul 932
pulcher 900
pulchralia 415
pulegium 902
pulex 902
pullarius 903
pullaſter ibid.
pullinus 903
pullulo ibid.
pullulus ibid.
pullus ibid.
pullus adjectivum 1051
pulmentaria 904
pulmentum ib.
pulmonaria ib.
pulmo ib. & 301
pulmonça 809
pulpa 801
pulpare 519
puls 904
pulſo 993 1085
pultifagus 852
pulto 993. 1085
pulvinar 877
pulvis 993
pumicatus 1037
pumex 1037
pumilio 904. 910
pumilus 904
punctum 71. 663
pungo 663
punicus 805
punio 875

puniceus 284
pupa 111. 113. 159
pupilla 111. 113. 898
pupillus 898
puppis 896
pupula 111. 113
pupulus 111
pupus 111. 113. 159. 898
purgo 1181
puritas sermonis 92
puro 1181
purpura 906
purpureus ibid.
purpurissatæ buccæ 907
purum putum 1181
pus 899
pusillanimis 231
pusillus 143
pusula 899
pusio 800
pustula 899
puta 909
putamen ibid.
putare ib.
putator ibid.
putaine ibid.
puteal 875
put 932
puteo 899
puteus 875
putidus 899
putilla 908
putillum ibid.
putiphar 932
putissimus 908
putria 986
puto 908
puttana ibid.
putus 908
putum purum 1181
puxus 663
πυανία 904. 967
πυανεψία ibid.
pyctos 663
pyga 910
pygæus ibid.
pygion ibid.
pygmæus ib.
πυγμή ibid.
pylorus 912
πύλη ib.
πυππάζειν 712
πύππαξ ibid.
πῦρ 159. 1179. 1181
pyralis 285
pyra 1180
pyrausta 285
pyramis 1180
pyrethrum ibid.
pyrgus 159. 316. 1180
pyrites 1180
pyrichius ib.
pyropus 338
πυρός 897
pyrula 1180
pyrus ib.
pythagoras 29. 1123
pythia 241
pythius Apollo ibid.
python ibid.
πύθω ib.
pyxis 663

Q.

Q. 103
quadra 913

quadra-

quadragesima 913
quadrans ibid.
quadraginta ibid.
quadrantal ibid.
quadrantaria ibid.
quadrifariam ibid.
quadriga 586
quadrimus 233
quadrum 913
quadro ibid.
quæro 912
quæso ibid.
quæstor ibid.
quale ibid.
qualum 1331
qualus 331
quanta memoriæ difficulter inhærent 156
quantitas dictionum 110. 428. 1155
quare 569. 788
quartana 93
quasi 569
quatio 912
quatuor 123. 912
quaxare 715
que 752
quercetum 358
quercera febris 914. 993
querula 142. 916
querimonia ibid.
queror 916
querquerus 914. 993
quia 788
quiditas 887
quietorium 988
qui 1184
quin 751
quinare 769
quinarii 533
Quinctus 593. 913
Quinctius 913
Quinctilius ibid.
Quinctilis 587. 913
Quinctilianus 913
quinire 331
quinquatria 914
quinquatrus ibid.
quinquertio 902
quinque 913
quinqtus ibid.
quinqueviri 211
quinticapes 337
Quintinus 914
quintipor 341
quirinalia 915
Quirinus ibid.
Quiris ibid.
Quirites 916
quiritor 519. 916
quiror 916
quirito ibid.
quis 912. 916
quisquilia 916
quocirca 364
quoniam 788
quotannis 93. 233
quot calendis 93. 233. 408
quot mensibus 93
quot diebus 408
quotidianus 110
quotidie 93. 408
quotumum 676
quotus 916
quur 569

R.

R. 20. 102
Raamias 498
Rabbi 916
ῥάϐδος 918
Rabbuni
Rabb 917
rabere ibid.
rabies ibid.
rabiosus ibid.
rabo 413. 917
rabula 917
raca ibid.
racemus 299
ῥαχὶ 489
Rachel 308
rado 175
radiolæ 918
ῥάξος 300. 1141
radius 918
radius non re ipsa in sole 919
ῥαδινεγὲς 788
radix 918
Raguel 497
ralla 614
rama 933
ramus 919
rana 715
rancidus 919
rancor ibid.
ranceo ibid.
ῥανῒς 736
rapacida 1135
rapax 385. 919
Raphael 1094
rapidus 919
rapio 919
ῥάπτω 656
raptim 920
raphanus 177
rapum 920
ῥάπυς ibid.
rapunculus ibid.
rapus ibid.
Rapsod 655
rara dictiones 393
rasina 937
rastrum 175. 366
ratio 926. 1032
ratiocinatio 976
ratum 926
Rauch
rauceo 713
raucesco ibid.
raucus ibid.
raudum 918
rauduſculum ibid.
ravis 713
ravus ibid.
Raymundus 1000
re 221
Rebecca 278
rebito 439
recalcitro 324
reckrat 395
recens 920
recentare ibid.
recensitus 121
reciconiare 519
recidiva semina 313
recidivum ibid.
recido ibid.
reciperare 58. 404. 921
reciprocare 921

reci-

reciprocum 404
recitabulum 361
recitare 361
reclinis 367
recoctus 211
recordor 876. 698
ῥευτὴς Rector 925
rectus 924
recupero 404. 921
recusare 348
recutitus 922
redamptruare 1121
redeo 1136
redhibeo 525
redimiculum 551
redimio ibid.
reditus 1137
redivibus 1168
redolea 1045
reduvia 640
refello 454
refero 468
refertum 458
refocillo 487
refragor 490
refrico 491
refriva 467
refuto 923
rego ibid.
regifugium 924
regimen 633
regio 924
regius morbus 638
regnum 633
Regulus 924
regula 175. 366. 633. 924
reiculum 551
rejice 112
rejicio 122. 551
rejiculum 551
rejicula 551
Reichard 395. 1156
Reinhard 1156
religio 618
religiosum 143
reliquum 425
reluvia 460
remelliginus 893
rementus 699
remeo 681
remex 1119
reminiscor 210
remissa 696
remora aves 1010
remulco 894
Remus 1119
ren 937
reor 927
repagulum 173. 210
repedo 847
repentinus 992
reperio 925
repeto 866
repo 992
repetunda 866
ῥέπω 992
repotia 640. 874.
reprahenda 402
repudium 899
requietorium 988
res plures verbis 60
reserare 988
res 926
reseda 981
reses 770. 926
resina 937

resi-

resipio 959
respatians equus 1029
respicio 1040
resteuro 573
restibilis 205
restitrix 1031
restis 927
resto 1031
rete 927
reticulum
retinaculum 1083
retinentia ibid.
retortus 1087
revenio 59. 1136
reus 926
Rex 633. 923
ῥίζα 923
ῥῶσις 926. 940
Rhamnus 927
Rhamnusia ibid.
ῥάζις 932
Rhapsodia 655
ῥάσσω 932
ῥάπτω 655. 1068
ῥαθαγεῖν 711
ῥαφὴ 1094
ῥαφίς 1068
Rheda 927
Rhea 937
Rhegini 257
Rhenones 962
Rhenus 928
Rhenus Iber ibid.
Rhetorica 940
Rhetor ibid.
ῥέω 736
ῥέω 940. 941
ῥίζα 919
ῥῖνα 713
Rinotmetus 787
rhinoceros 380
Rhododaphne 938
Rhodus 278
ῥύζει 943
ῥύτη ibid.
ῥύω 942
ῥοιζεῖν 718
ῥοῖζος ibid.
Ronchus 710
ῥοθεῖν 718
ῥόθος ibid.
Rica 929
Richardus 395
ricinium 929
ricinus ibid.
ricidipna ibid.
rictus 992
rideo 991
riechen 158
rigo 937
rigeo 931
rigidus ibid.
riginus 929
riguus 937
rima 932
rimari ibid.
ῥινεῖν 621
ringo 736
Riphat 27. 258
Riphat 258
Ripa 627
risus 992
risibile ibid.
rivalis 937
rivus ibid.
rixor 932

ῥου-

ῥωννύω 933
Robertus 1001
Robeus 940
Robigo ibid.
Robigus ibid.
robora 933
roboraria 933
robur 932
Rodolphus 934
Roch
rodo 175
Rogel 278
rogo 935
rogus 112. 935
Roma 13. 933
Roma septicollis ibid.
Romana lingua 13
Romani vocantur Græci 31
Romani Græcæ originis 164
Romphæa 935
Romulus 933
roridus 937
ros ibid.
ros marinus 615
rosa 938
rostrum 175
rostra ibid.
rota 938
rotatilis pes Trochæus 1130
rotæ fervidæ 938
rotundus ibid.
rubecula 939
Ruben 278
Rubellio 939
ruber ibid.
rubesco ibid.
rubeta ibid.
rubeus ibid.
rubigalia 940
rubigo 939
rubidus 940
rubinus 338
rubor ibid.
rubrica 940
rubus 939
ructo 445
ructus ibid.
rudera 918
rudens 264
rudentisibilus ibid.
rude 918
rudiger 1156
rudo 264
rudio ibid.
rudus 918
rufi 593
rufus ibid. & 940
ruga 943
Rugemann 1000
rugio 714
rugo 445
ruma 942
rumen ibid.
rumigo ibid.
rumito 940
tumo 827. 941
rumor 940
rumino 941
rumis ibid.
rumpo ibid.
runcina 942
runco ibid.
runcatio 942
runca ibid.
ruo ibid.
ῥύω ibid.

Ruper-

Rupertus 1001. 1156
rupes 941
rupicapra 215. 942
rupices 852. 942
rupo 941
rursum 896
rus 142. 254
rusticus 254
rusticari 63
russari 711
russus 767
rusus 896
rutellum 943
ruta ibid.
rutilus 939
rutrum 943

S.

S. 21. 103
Saba 943
Sabaia 944
sabbathum 945
sabbatum ibid.
sabbatarius 946
sabadius 94
sabæa messis 943
sabanum 945
σαβάζιος Bacchus 281. 944
σαβάζειν 944
σαβάζιος 281. 944
Sabini 945
σαβοῖ 944
sabulum 946
saburra 523. 946
saburratæ mulieres 523
saccare 947
saccatum ibid.
sacchar 998
saccharum 998
σακκίζειν 947
saccellus ibid.
sacculus ibid.
sacciperium 842
saccus 159. 947
sacramentum 956
sacerdos 650. 956
sacer 948. 442
sacrificium 949
sacrilegus ibid.
sacrosanctum 956
sacrum 143
Sadducæi 278
Sælah 949
sæpe 950
sæpes ibid.
sæpus ibid.
sævio 950
sævum ibid.
sag 948
saga ibid.
sagauri ibid.
sagax 948
sagena ibid.
sagina 950
saginare ibid.
saggi 948
sagiro ibid.
sagitta 947
sagmen 948. 956
sagum 947. 951. 1015
salacia 579
salacio 1218
sal nota perpetuitatis 577
sal indicus 998
sal 159. 577. 1140
sal infatuatus 702

sala-

Digitized by Google

salamandra 576
Salamiel 497
salaputium 908
salarii 579
salarium 82. 579
salax 218
salebræ ibid.
salem 1026
salem odit satanas 577
salesco 578
sales 577
salicetum 218
salictum ibid.
salii ibid.
salillum 578
salinum ibid.
salio 218
salire quid ibid.
salisatores 219
salissatio ibid.
salito 218
salitor 219
salitus 218
saliva 953
salivarium ibid.
salivam movere ibid.
salivatum 968
salivosus ibid.
salix frugiperda 493
salix 218
sallo 578
Sallustius 106. 131
Salmacidum 579
Salome 278
Salomon 953
salsamentum 578
salsolla 577
saltem 218
saltim 218
salto 210. 218
saltuatim 218
saltus ibid.
saluber 955
salubris 218
salum 576
salus ibid. & 954.
salutaris Jupiter 563
salvia 954
salvus ibid.
salutaris digitus 412
saluto 954
Samachias 498
Samaria 1188
samen 955
sambuca 1008
samir 1188
samium 385. 398
samphora 305
Samson 278
Samuel 497
sanctus 143. 498
sanctuarium 956
sancus 957
san 305
sandalium 957
sandaligeruli ibid.
sandalum 958
sandapila 958. 987
sandyx 958
sane 952
Sanfordus Philologus 150
sanguen 958
sanguis 948. 958
sanguinarius 959
sangus 957
sanguisuga 722. 959

san-

ſanguiſorbe	722	Sardoa	240. 965
ſanitas	952	ſardonius riſus	965
ſannæ	959	Sarmatia	ibid.
ſanna rugoſa	ibid.	Sarmatæ	ibid.
ſanqualis	957	ſarmenta	ibid.
ſantalum	958	ſarmentitius	212
ſanus	954	ſaro	965
σάος	ibid.	ſarpo	196. 965
ſapa	960	ſarptum	965
ſaperda	959	ſarrio	idib.
ſapientia	ibid.	ſarritor	ibid.
ſapiens	ibid.	ſart	966
ſapio	959	ſartago	ibid.
ſapor	960	ſartor	964. 965
ſaporatus	ibid.	ſat	966
Sapphirus	961	ſatageus	210
σαπρὸς	960	ſatago	209
Sar	583. 907	ſatanas	1132
Sarabara	55. 962	σάπυρ	1110
Saraballa	55	ſatias	58
Sarapis	989	ſatiatus	142
Sarra	907	σάθυ	1109
Sarranum	ibid.	σάθη	613. 1110
Sarraceni	527	σάθων	1110
Sarcaſmus	963	ſaties	966
σαρκάζω	963	ſatis	ibid.
ſarcina	458. 963	ſatius	ibid.
ſarcinare	963	ſatietas	143. 966
ſarcio	964	ſatio	966
ſarcinator	ibid.	ſatira	967
ſarcinatrix	ibid.	ſatrapa	968
Sarcophagus	62. 963. 987	ſatum	ibid.
σάρξ	963	ſatura	967
ſarctor	964	ſatur	ibid.
ſarculum	966	ſaturatus	142
Sardanapalus	964	ſaturo	757. 967
Sardanapallus	ibid.	ſaturitas	143
Sardinia	965	ſaturnalia	613

ſatur-

Saturnius mons 337
Saturnus 13. 612
Saturnus ſtella 870
Σατύρα 1110
Satyra 967
Satyrus 1109
Satyrium 305
Σάττω 947. 966
Saucio 189
Saufeia 945
Sauſſen ibid.
Saugen 158
Saul 1188
Savium 968
Saunia 1146
Saurex 965
Saurita 965
Sauromata ibid.
σαῦρος ibid.
Saxum 948
Scabellum 971. 1092
Scaber 477. 968
Scabinus 969
Scabo 968
Scabreo 968
Schaddai
Σκαιὸς 970
Scæa ibid.
Σκαίρω 998
Scæva ibid.
Scævola ibid.
Scævum 969
Σκάλλω 970
Scala 970
Scaligeri linguarum peritiſſimi 150
Scalpo 970
Scalpturatum 971
Scalptio 970
Scamma 969
Scammonia 286
Scamnum 971. 1047
Scandiani 27
Scando 971
Scandula 484
Scanſilis 971
Scandalum 970
Scapha 276. 968
Scapi 374
Scapteſula 969
Scaptenſula ibid.
Σκέπτω 968
Σκάπτος 972
Scapulæ 974
Scapus ibid.
Scarifo 972
Scarifico ibid.
Scarabæus 971
Scara 200. 1038
Scaroſus 1038
Scarra 200
Scarreo 477. 968
Scarroſus 477
Scateo 972
Scatebra ibid.
Scaturio ibid.
Scaturigo 973
Σκελετὸς ibid.
Σκεδάζω 912
Σκέλος 973
Σκηνόω ibid.
Sceletum 973
Scelus 973
Σκίαινα 1170
Σκιαδεῦς 1170
Σκηνὴ 974

ſcena 973
ſcenitæ 527. 974
ſcenopegia 974
σκηνὸς ibid.
σκέπω 978
ſceptici ibid.
ſceptrum 974
σκέπτομαι 978
ſcardai 554
ſchamaim 955
ſcheba 944
ſchema 526. 1053
ſchedia 974
ſcheda ib.
ſchemhamphoraſch 559
σχέτλιος 1132
σχέω 974
ſchidium 975
ſchidia ib.
ſchida 975
σχίδος ib.
Schoſſt 1130
σκεῦος 841
Schurmund 979
ſchiſma 483. 1018
ſchiſtus 975
σχίζω ib. & 1018
ſchœnobates 975
ſchœnobaticus ibid.
Schorbock 979
ſcœnicula 975
ſchœnicula ib.
ſchola ibid.
ſchorbutus 64
χολὴ 976
ſciatheras 976
σκιαγραφῆς 61
ſcientia 976
ſcilicet 977. 429
ſcilla 177
ſcimpodium 518
ſcindo 482
ſciuoula 282
ſcintilla ibid.
ſciopedes 976
ſciolus ibid.
ſciopus ibid.
ſcio ibid.
ſciotericon ib.
ſcipiones gentilis origenes 150
ſcipio 593. 974
σκήπτων
ſcirpus 196
σκιρτάω 998
ſciſcitor 977
ſciſco 857. 977
ſcitamentum 977
ſcitari ibid.
ſcitulus ibid.
ſcitus ib.
ſcitum ibid.
ſcius 977
ſciulus ib.
ſciolus ib.
ſciurus 174
σκληραγωγία 61. 377
ſclopus 711
ſclopetum ibid.
ſclopendrium 978
ſclopendra ibid.
σκλοπία ibid.
ſcobs 969
ſcolops 578
ſcomma 173
σκοπία 978

ſcopæ

ſcopæ 969
σκοπεῖν 978. 1091
ſcopes 539
ſcopulus 357. 978
ſcopus 978
ſcorbutus ib.
σκῶρ 1042
σκωρία ib.
ſcoria ib.
ſcorpiones 51. 683. 742
ſcorpius 51. 979
ſcorpius in bello 51
ſcorteum 339
ſcortum ibid.
ſcotoma 976
ſcreatus 146
ſcribo ſcribtum 1070
ſcriptura ibid.
ſcripulum ibid.
ſcriptionis ratio 21. 126
ſcropha 146
ſcropha dictus Tremellius 593
ſcrotum 339
ſcrupeda 980
ſcrupulus ibid.
ſcrupulum ibid. 1070
ſcrupus 980
ſcruta ibid.
ſcrutarius ib.
ſcrutor ibid.
ſcrutum 339
ſculpo 515
ſculponea 56. 980
ſculna 1016
ſcultatores 1091
ſcurra 1042
ſcurus 769
ſcuta 922
ſcutella ibid.
ſcutica ibid.
ſcutula ibid.
ſcutulatum 922. 1028
ſcutum 322. 922
ſcybalum 980
σκύλαξ 357
ſcylla 356
σκύμνος 357
ſcyphus 981
ſcytala 922
ſeba 944
ſe 49. 439. 531. 1014
ſedaldus 981
Sebaſtianus 161. 359. 981
ſebaſtus 981
ſebazius 281
σέβω 981
ſebum 1051
ſecale 1017
ſeceſpita 1019
ſecius [illegible]. 1018
ſeco 1016
ſecors 376. 566
ſecretus 355
ſectarius 1018
ſecta 1015. 1018
ſectio 101
ſectiones ib.
ſector 1017
ſeculæ 1016
ſeculare 1018
ſeculum 633. 1018
ſecunda fortuna 1018
ſecundus ibid.
ſecuris 1019
ſecurus 378

Secus 121. 1015. 1019
Secus muliebre 1019
ſedare 981
ſedes 194. 771
ſedes pro ſepulcro 987
ſed 531
ſedeo 219. 771
ſedigitus 593
ſedile 771
ſeditio 439
ſedulus 416
ſedulo 49. 416
ſedulitas 49
ſeges 982
ſegeſtria 402
ſegeſtra ibid.
ſegeſtus 257
ſegmen 1019
ſegnis 566
ſchirim 539
σειρὰ 988
σειρᾶν 1012
ſejugæ 586
σείω 1082
σεισαὶς 726
σεῖσμα ibid.
σέλας 6,7
σελήνη 636
ſelenites ibid.
ſella 771
ſemaxi 211
ſemaxius 212
ſembella 617
ſemel 1006
σεμνότερ' 574
Semeias 497
ſemen 905. 982
ſemeſtre 481
ſemicolon 73
σεμίδαλις 1006
ſemidei 534
ſeminiverbius 982
ſemi 533
ſemipater ibid.
ſemiplotia 871
ſemita 533
ſemjuiri Cybeles ſecerdotes 500
ſemones 905
ſemper 984
ſempervivum ibid.
ſempiternus 203
ſenaculum 204
ſenatus 204. 306
ſeneca 204
ſenecio 204. 810.
ſennecta 204
ſeneo ibid.
ſenex ibid.
ſenes honorandi 379
ſenior 204
ſenſibilis 985
ſenſilis ibid.
ſenſus ibid.
Senticetum 984
ſentio 985
ſententia 986
ſentes 984
ſentus ibid.
ſeparatim 719
ſepelio 876. 986.
ſepes 996
ſepia 986
ſepire 995
ſeps 986
ſeps tabificus ibid.

ſeptem 995
September 1097
ſeptemtrio 130. 1086
ſeptimana 996
ſeptiſtellum 870
ſeptum 410.996
ſepulcrum 112.986
σήπω 986
ſequadra 755
ſequela 1016
ſequeſter 1016
ſequeſtro ibid.
ſequius 238. 1016
ſequor 1014
ſer 989
σειρά 988
ſera ibid.
ſeranus 592
ſeraphim 988
ſeraphinus ibid.
ſerapium 1070
ſerapis 989
ſereſcit 991
ſerenitas ibid.
ſerenus idid.
ſeres 989
Sergius Orata 592
ſericum 174. 989
ſeries 982
ſerium 991
ſermo 982
ſermonis formæ 41. 491
ſermonis obſcuritas 70
ſero 982
ſerotinum 994
ſerpens 142.992
ſerpens vectis 992
ſerpo 992
ſerpyllum 992
ſerra 713. 1017
ſertat 983
ſerti flores ibid.
ſertum 972
ſervator Jupiter 563
ſervitudo 982
ſervos ibid.
ſervo 994
ſerò 142.982
ſerum 142. 994
ſerus 994
ſervus 994
ſeſſilis 771.992
ſeſquata 533
ſequi ibid.
ſeſquiculeare 392
ſeſtertius 533
ſeta 1052
Severinus 270
Severus 995
ſevum 254.1052
ſex 995
ſextans 113
ſextus 593
ſexus 1019
σὴς 365
σιαλὶς
ſibda 441
ſibilus 710
ſibilo 712
Sibylla 405
ſi 752
ſic ibid.
ſica 1017
ſicarius ibid.
ſiccus 998
ſicilire 1017

ſicera 997
ſicilia 1019
ſicilies 1017
ſicilicula ib.
ſicinium 333
ſiclus 998
ſiculus 697
σικυὸς 392
ſiderari 999
ſideratio ib.
ſiderites 651
ſido 771
ſidon 999
ſidonii 805. 999
ſidus 131 999
ſigaleon 711
σιγᾶν ib.
ſigbertus 1001
ſigfridus 1156
ſigillatim 574
ſigillum 574. 403
Sigismundus 1000
ſignifer 1191
ſignifico 574
ſigma 368
ſignificare multa quid 139
ſignum 574
ſignata virgo 899
ſilenus 1002
ſileo 711
ſili 593
ſilex 599. 1019
ſilicernium 56. 1002
ſiligo 1003
ſiliqua 1004
σιλλαίνω 1002
σίλλος ib.
ſilones 593
Silveſtris 1005
Silvanus ibid.
Silva 1004
Simeon 1188
Simia 1005
Simi 593
ſimicipium 336
ſimila 1006
ſimilis 1005
ſimillimus ibid.
ſimitu 1006
Simon 1188
ſimplex homo duplex nequam 81
ſiplex ib.& 1006
ſimplicius an prius 170
ſimplus 1007
ſimpuvium 568
ſimpludiarium 1007
ſimpo 1008
ſimpulum ibid.
ſimulacrum 1006
ſimul 143 912
ſimulo 1006
ſimultas ibid.
ſimulter 1005
ſimus ibid.
ſina 985
ſinæus ibid.
Sinai 174 984
ſinapi 1009
ſincerus ibid.
ſincinnium 333
ſincinniſtæ ibid.
ſinenſium voces 170
ſineræ 1011
ſiciput 336
ſindon 1008. 1010

ſin-

ſingulare 1010
ſingulatim 574
ſinguli 1010
ſingultio 515
ſingultus ib.
ſingulum 1010
ſiniſtæ aves ibid.
ſiniſtrum ibid.
ſinon 1009
ſino 1011
ſinus ib.
σίνω 1009
Sion 1011
σιὸς 1013
σιωπᾷν 711
ſiparium 896
ſiparum 186
ſipare 896
σιφλὸς 712
ſiphon 981
ſiphra 679
ſiphylis 1009
ſiremps 1006
ſiren 1012
ſirenes cur tres ibid.
ſirius ib.
ſiriaſis ibid.
ſiris 747. 1012
ſirpare 196
ſirpea ib.
ſirpe 591. 1132
ſirpi 196
ſirpîces 641
ſirpìculæ 196
ſis 273. 479
Siſarra 1109
Siſara ibid.
ſiſto 1032
ſiſtrum 1013
ſiſyphus ibid.
ſitarcia 55. 1013
σίταρχος 1013
ſitia 413
ſiti 333
ſitibundus 1014
ſiticines 333
ſitis 981. 1013
ſititor 1013
σιτῶ ibid.
ſito Ceres 516
ſitula 413. 1014
σῖτος 1190
σίττω 712
ſive 10. 752
σιωπᾷν 711
σίζω 146. 712
Sixtus 1013
σκληροκαρδία 61
σκιαγράφης ibid.
σμαραγεῖν 711
ſmaragdus 1014
ſmegma 173
σμέρδω 684
σμερδαλέος ibid.
σμινθες 723
ſmintheus ibid.
ſmyrnion 726
ſobrinus 491
ſobrius 1014
ſoccus 1015
ſocer 1163
ſocienus 417
ſocius 1015
& comes differunt ib.
ſocordia 124
ſocors 376. 1022

Digitized by Google

Socrus 1163
Sodalis 771
Sodes 273. 479
Solarium 82.628
Sol 1020
centimanus 1020
Sol non obſcuratur 423.109
ſolatium 1025
Sold 158
Soldanus 1021
Soldum 158
Solea 1023
ſoleo 1022
ſolemne 234
ſolenne ibid.
ſolere 1022
ſolers 902
ſolertia ibid.
ſoles 1020
ſolicitare 1025
ſolidum 1022
ſoliferrea 1023
ſoloquium 53
ſolitaurilia 1023
ſolitarius 1025
ſolitum 1022
ſolium 771
ſollum 235. 1023
ſolon 1021
ſoloecus 1022
ſolœciſmus 98.1022
ſolo 1023
ſolor 1025
ſolox 1022
ſolſtitialis 1021
ſolſtitium ibid.
ſolum 1022
ſolvo 1022
ſolus citus 1025
ſolymus 1057
ſolyma 1025
σῶμα 340
ſomnium 1026
ſomni deſcriptio ibid.
ſomnus ibid.
ſomnorinus 1027
ſonipes 847
ſono 1082
ſons 1009
ſonticus ibid.
ſonus 1082
ſonus horridus in ſermone 100
ſonus inſuavis per S.
σύφος 961
σοφία 960
Sophiſta 961. 1130
Sophonias 497
ſophos grande 961
σοφῶς ibid.
ſopor 1026
ſoporus 36
ſopio 1026
ſoracum 1028
ſorbeo 1027
ſorbillo ibid.
ſordes 1028
ſordeſco ibid.
ſorex 965
ſoriculata 1028
ſorites ibid.
σωρὸς ibid.
ſoror 491
ſororiare ibid.
ſorpſi 1027
ſors 466

Soſia 565
ſoſpes ibid.
ſoſpitator ibid.
ſoſpito ibid.
ſoſtrata ibid.
ſoſtrum ibid.
Soter ibid.
σωτὴρ Jup. 563
ſpaco 400
ſpadix 284
Σπάλαξ 1074
Spado 1029
σπαράσσω 711
ſpargo 759
ſpartium ibid.
ſpartum ibid.
ſpartiaria ibid.
σπαρτὶ 782
Spaſmus 1029
Spatha 936
Spathalion 1029
ſpatiari ibid.
ſpatium ibid.
σπάω ibid.
ſpecies 1092.1154
ſpecillum 1092
ſpecimen 1091
ſpecio ibid.
σπίκος ibid.
ſpectaculum ibid.
ſpectatum 143
ſpecto 1091
ſpectrum ibid.
ſpecula ibid.
ſpecular 1113
ſpeculari 1091
ſpeculatus, ſpeculum, ſpeculator 143. 1036. 1091
ſpecus 1091
σπείρω 982
ſpelæum 1091
ſpelunca ibid.
ſpelta 1189
ſperata 145. 1035
ſperatum 1035
ſperma 759. 982
σπερμολόγος 982
ſperno 759
ſperes 1035
ſpero ibid.
ſpes 142
Sphacelus 1035
Sphalma 454
σφάττω 1035
Sphæra 364
σφηκώδης 477. 1071
σφίγγω 1035
Sphinx ibid.
σφραγὶς 724
σπίνος 712
σπίζα ibid.
ſpica 1035
ſpiculator 1036. 1091
ſpiculum 919. 1035. 1091
ſpicum 1035
Spinther 1036
Spinthurnix ibid.
ſpira 173. 974
ſpiro 192
ſpiritus ibid.
ſpiſſa 614. 1118
ſpiſſi gradiſſimi 1118
ſpithamæus 910
σπίζω 712
ſplen 1036
ſplenium ibid.

ſpolio 267
ſponda 1037
ſpondeo 1036
σπονδεῖα 398
ſpondeus 1037
ſpongia 297. 298
σπόγγος ibid.
ſponſalia 1037
ſponſa 145. 1037
ſponſus 1037
ſponte 163, 1036
ſporta 1037
ſpuma ibid.
ſpumex ibid.
ſpuo 1037
ſpurciloquium 53
ſpurcus 1037
ſpuria 759
ſpurius 592. 759
ſpurii Favonii 759
σπυρὶς 1037
ſqualeo 1038
ſqualidum ibid.
ſqualor ibid.
ſquama ibid.
ſquara ibid.
ſquaroſus ibid.
ſquilla 167
ſt 712. 1038
ſtabilio 1031
ſtabilis ibid.
ſtabulátitium 1030
ſtabulum 51. 1033
ſtabula cadaverum 988
ſtacte 1038
ſtadium 1029
ſtagneum 993
ſtagnum 1032
ſtalagmias 1038
ſtalagmion ibid.
ſtallare 1047
ſtamen 1034
στήμων 1034
ſtannum 1040
ſtapeda 1032
ſtapes ibid.
ſtapia ibid.
ſtater 1031
ſtatera ibid.
ſtathmus ibid.
ſtatim 49. 123. 1030
ſtatio 1032
ſtativum ibid.
ſtativæ aquæ ibid.
ſtator Jupiter 563. 1032
στατὸς 1030
ſtatua ſalis 577
ſtatuliber 1032
ſtatuo 49. 1031
ſtatua 1032
ſtatura 572. 1031
ſtatumen 189. 1032
ſtatuminare 189. 1032
ſtauri 573
σταυρόω ibid.
στίκε 1082
ſtega 403
στέγαστρον ibid.
στέγω ibid.
στεγνόν 1032
ſtella 637. 999
στίλλω 1043
ſtellio 637
ſtemma 1041
στενάζω 1152
ſteno ibid.

στε-

στενοχωρεία	250. 1152	ſtiva	1030
στενὸς	1152	ſtlves	1093
Stephanus	1041	ſtloppus	711
στέφω	ibid	ſtoa	1043
ſtercilinium	993	ſto	50. 1030
ſterculinum	1041	ſtoici	1043
ſtercutius	ibid.	ſtola	ibid.
ſtercus	1042	στολὴ	404
στερεόν	482	ſtolidus	1043
στερέωμα	ibid.	ſtolo	1044
στέρησις	1041	ſtomachari	470.471
ſterilis	1041	ſtomachus	ibid.
στεροπὴ	266	στομακάκη	64. 979.
ſterno	318	ſtomocaxia	ibid.
ſternuo	ibid.	ſtoria	318
ſternuto	ibid.	ſtrabo	593.1046
ſternutamentum	ibid.	ſtrabus	1046
ſterquilinium	993	ſtrages	242.317
ſterto	1027	ſtragulum	175. 317
στιβαρὸς	1050	ſtramen	317
στιβὰς	604. 1050	ſtrangulo	1045
ſtichi	994	ſtranguria	ibid.
ſtigma	574	στράπτω	266
ſtigmatias	ibid.	ſtratagema	128. 211
ſtigmaticus	ibid.	ſtrategus	1168
ſtigo	ibid.	ſtratiota	211
ſtilla	1038.1043	στρατὸς	211
ſtimulus	574	ſtrator	317
ſtipendium	1050	ſtratum	ibid.
ſtipes	1049	ſtreblita	1045
ſtipo	1050	ſtrena	1117
ſtipulatio	ibid	ſtrenuus	1046
ſtipulor	ibid.	ſtrepo	ibid.
ſtipula	1050	ſtriata frons	334
ſtipulum	ibid.	ſtribligo	1022.1045
ſtire	387. 1033	ſtrictim	1046
ſtiria	1041	ſtrictura	ibid.
ſtirps	870	ſtrideo	718

ſtri-

Digitized by Google

Stridit 712
Stridor 718
Striga 1047
ſtrigare 1047
ſtrigilis 1046
ſtrigillo 1047
ſtrigmenta 1046
ſtrigoſus 1047
ſtriones 1086
ſtringo 1035. 1046
ſtrix 1048
ſtrobilus 1046
στρέβος ibid.
ſtrofarius ibid.
ſtrofoſus ibid.
στρογγύλοι 938. 939
στροφαῖος dictns Mercurius 1046
ſtropha ibid.
ſtrophium ibid.
ſtroppus ibid.
ſtructura ſermonis 99
ſtrues 51
ſtruices ibid.
ſtruo ibid.
ſtrumentum ibid.
ſtruppus 1046
ſtrutheum 1048
ſtruthio ibid.
ſtrutho camelus ibid.
στρουθίζειν ibid.
στρουθὸς ibid.
ſtudeo 1049
ſtudioſus ibid.
ſtudium 1029. 1049
ſtultiloquium 53
ſtultus 441
ſtupa 1049
Stupeo ibid.
Stupeln 158
ſtupidus 1049
ſtupor ibid.
ſtuprum 1050
ſtylus 1051
ſtypa 1049
ſtyx 1051
ſuada 866
ſuadela 631
ſuaſus 1051
ſuavitas ſermonis 103
ſuavium 968
ſub 896. 1052. 1060
ſubcillum 1057
ſubcillare ibid.
ſub Dio 407
ſubdival 268
ſubare 1052
ſubcutaneum 922
ſuber 477
ſubices 551
ſubicitare 413. 1157
ſubire 438
ſubjices 551
ſubjicio 551
ſubitarium 438
ſubitum ibid.
ſubjux 131. 586
ſubleſta 1053
ſubleſtis ibid.
ſubleſtia ibid.
ſublicium 1053
ſublimis 620
ſubnovis 760
ſuboles rectum 129. 1044
ſubruberes 941
ſubrumus 941

ſubſar-

Subſarcinati 458
Subſcus 912
ſubſcudines 56
ſubſes 770
ſubſidium 770. 1116
ſubſiſto 1032
ſubſtantia 887
ſubtegmen 1034
ſubtemen ibid.
ſubter 848
ſubtercutaneum 922
ſubtilis 141.1079
ſubtiloquentia 631
ſububeres 941
ſubucula 1149
ſubula 1068
ſubulo ibid.
ſubventaneum 795
ſubculcus 547
ſuccedaneum 315
ſuccendo 329
ſuccenſeo 351
ſuccentor 334
ſuccentiva ibid.
ſuccenturiati 352
ſuccidaneum 315
ſuccidia ibid.
ſuccinum 1182
ſuccifivum 314
ſuccollare 374
ſucculæ 546
ſuccus 960
ſuccudo 912
ſucerda 720.685
ſucula 1052
ſudes 1053
ſudetum ibid.
ſudor 1171
ſudum ibid.
ſuffarcinata canthara 459
ſuffarcinatus 458
ſufes 1055
ſuffimentum 1056
ſuffio ibid.
ſuffiſcus 877
ſuffoco 123. 1056
ſuffragium 490
ſuffrago ibid.
ſuffragor ibid.
ſuggeſtus 206
ſuggillo 1056
ſuggillatus 1057
ſuggrundia 206
ſuillus 592
ſulcus 1057
ſulmo ibid.
ſulphur ibid.
ſultis 273. 479
ſum 886
ſumen 1060
ſumma 1058
ſummanare 658.666
ſummanus 124. 658
ſummamus Jupiter 563
ſumma ſummarum 1058
ſummum 1058.1080
ſumo 1060
ſumtus ibid.
ſumptus 1123
ſummuſſi 724
ſuo 1068
ſuppellex 640
ſuper 547. 1052. 1059
ſuperbire 440
ſupero 1052
ſuperbus 111. 113. 440

ſuperci-

ſupercilium 375
ſuperficies 479. 1023
ſuperfluitas 63
ſuperire 440
ſuperſum 806
ſupervaganea 210
ſupo 896
ſuperſtes 1030
ſuperſtitio 1064
ſupinus 542. 1066
ſuppar 811. 1067
ſupparus 1067
ſuppedaneum 847
ſuppedito ibid.
ſuppeto 867
ſuppetiæ ibid.
ſupplex 1007
ſupplicium ibid.
ſupplico ibid.
ſupra 1060
ſupremus 1058
ſura 1028. 1068
ſurculus 1028. 1056. 1067
ſurdus 1068
ſurgo 896. 924
ſurire 1052
ſurſum 896
ſurus 1028. 1054
ſus 896. 1052
Suſan 580
Suſanna ibid.
ſuſcipio 896
ſuſcitare 361. 896
ſuſcitabulum 361
ſuſinon 931
ſuſpectio 1093
σῶσον 580
ſuſpicio 896. 1093
ſuſque deque 896
ſuſtento 896. 1084
ſuſtineo 896
ſuſtollo 1111
ſuſurrus 1012
ſuſum 896
ſutela 1068
ſutilis ibid.
ſutor ibid.
συβώτης 296
συβώτια ibid.
ſycaminus 703
σικχὸν 998
σύβαξ 1052
σύβαξ ibid.
συβήνη 1053
ſycomorus 703
ſycophanta 529
συλάω 267
ſylla 405
ſyllogiſmus 1068
ſyllogiſmus eſt λόγος 81
ſyllogiſmus imperfectus Enthymema 79
σύμβασις 439
ſymbola 345
ſymbolum ibid.
συμμιστρία 689
ſymmiſta 729
ſympathia 830
σύμφυτον 488
ſymphytum 489
σύμψαλμοι 950
συμφορῶ 174
ſympuvium 568
συναλίζομαι 578
ſyncope 1069
συναγελαστικὰ ζῶα 1056

ſynech-

ſynechdoche 803
ſynedrion 219. 772
συνεργὸς 788
συνουσία 887
συνουσιαστὴς ibid.
ſyngrapha 1069
συγχυρεία 84
ſynodus 688
ſynonyma 541
Syria 252. 263
ſyrinx 1012
Syriaca ex Græcis 166
ſyrma 196. 842. 1053
Syrorum dialectus 166
σύριγξ 1012
συῤῥοὴ 711
συῤῥαψῳδεῖν ibid.
ſyrtis 196
ſyrupus 1070
σύρω 196
σύζυγος 132
σύω 1068

T.

TA 309
Taautes 184
Taba 1071
Tabanus 776. 1071
tabellarius 1072
taberna 1071
tabernaculum 1072
tabernarius ibid.
tabes 1071
tabeſco ibid.
tabia 986
tabitha nix 1071
Tabitha 278
tabula 1071
tabulerna 1071
tabum ibid.
τάκω ibid.
tada 1073
tædet 129. 1073
tædium ibid.
Tænia 1082. 1107
Taganita 549
tagax 1075
tages 256
tago 1075
Tachs 191
ταλαίπωρος 61
ταλάσιον 208
τάλας 1076
talaſſius 1073
talaſſioni ibid.
ταλάω 1074. 1110
talea 1090
talentum 1074
talipedo ibid.
talitrum ibid.
Talmud 673
talorum jactus 1168
talus 1074
talpa 174. 1074
talpa non cæca 1074
ταμίας 414. 894
tamino 375
tango 244. 1075
tantalus 1076
tantare 713
tapes 1077
tapetia belluata ibid.
τάφος 441
ταράσσω 288. 1088
ταράττομαι 1122
taratantara 713

ταρ-

ταρβαλέος 1088
tardus 288
tarpejus mons 337
tarpaius 562
tartarus 1076
tartari 1076. 1128
tartarino 1076
tarſus 279
tata 309.672.1077
tatar 1077
taur 1078
taurus 77.1078
taura 1078
Tax tax 1075
taxatio 1076
τάξις 787. 1090
taxus ibid.
τάζω 1071
τάω 1082
tau 574
te 443
τέχνη 902
tectorium 403
tectum ibid.
tecum 925
τήκω 1071
tega 404
teges 403. 404
tegillum 403
tegimen ibid.
tego ibid.
tegmen 404
tegula 124. 175.404.633
tegumentum 404
τείνω 1082
τεῖχος 247
τείρω 1085
tela 1035. 1073. 1079
Telamo 1111
Tela venenata 190
Telemachius 137
tellus 142.1087.
tellus extra ſidera 90
telones 1080
τέλος 1111
telonium 1080
τίλος 1080
τῆλυ 1111
telum 919.1073.1079
temen 1035
τέμενος 1081
temere 1111
temeritas ibid.
temeſe ibid.
temetum 1080
temir 1111
temno ibid.
τέμνος 1081
temo 1084
tempe 111.1081
temperatura 94
Temporantia 1082
Tempero ibid.
Tempeſtas 1082
Tempeſtivus ibid.
Tempeſtus 678.1082
Templum 1081
Templum pro ſepulcro 988
Tempora 1082
Temporius ibid.
Tempſa 1111
Temptare 1123
Tempus 1081
tempus corrumpit 173
temulentus 1080
tenax 1083

Tendi-

Tendicula 1083
Tendo 1082. 1083
τένδω 429
tenebrio 766
tenebræ 1083
teneo 1082
tenens mentem 1081
tener 1084
tenerasco ibid.
teneresco ibid.
tenor 1083
tentigo 1082
tentipellium ibid.
tento 1083
tentum ibid.
tentorium 1082
tenuis 1083
tepeo 1084
tepor ibid.
τίφεα 362
tera 1087
terebrum 1086
teredo ibid.
terenda 564
teres 1086
τηρέω 1082
tergemini 504
tergo 1084
τύχειον 411
teriones 1086
termentum ibid.
termen 1085
termes ibid.
terminalia ibid.
terminus ibid.
ternio 1118
ternus 1117
tero 1084. 1085
τείρω 1084
terpsichore 721
terra mater 1087
Terra 142. 159. 1023. 1087
terreo 1084
Terra quomodo Vesta 474. & *seqq.*
Terriculamentum 1088
terriculum ibid.
terriculare ibid.
terrigena 632. 903
terriones 1086
territo 50
territorium 1087
terror 50. 1088
Tersa 1084
tersum ibid.
tertiarius 1116
tertiata verba 1117
terticapes 337
tertio 1117
Tertullianus 12
tertum 1084
tesca 1088
tesqua ibid.
tesella 913
tessellatus ibid.
tessellationem 722
tessellatores ibid.
tessera 913
testa 1085
testatio 1089
Testamentum 1088
testes 1089
testes classici 319
testis 1089
testiculare ibid.
testudo 1085

Digitized by Google

Tesum 666
τετράζωνος 391
Tetragrammaton 553
Tetricum 1073
Tetrum ibid.
tetrinire 519
τέτλα 1077
tettigonia 359
tetralice 1109
teucer 247
τεῦχος ibid.
τεύχω 247.902
Teucrion 247
teusca 261
theud ibid.
teutones 255
teuto 255.261
τῆλε 1079
texere 1089
textum 1090
thabor 1188
θᾶκος 772
Thaddeus 1188
Thalamus 1090
Thalassus 1073
thalassinus color 1136
thalassius 1073
thalassio ibid.
thales 30
thalia 356.721
θάλλω 1090
thallus ibid.
thalmud 673
θάμβος 1088
θάμνος 418
θάπτειν 441
θαῦμα 582
tharsis 278
Thaumantias 582
θαυμάζω 582
θαυμαστής 61
theatrum 1090
θεάω ibid.
theba 184. 1093
thebestim 1093
theca ibid.
θῆλυς 488
thensa 1094
Theobaldus 981
θεόδωρος 673
Theodoricus 1001
Theophilus ibid.
Theodahadus 1156
θεραπεία προφυλακτικὴ & ἀφαιρετική 1094
Therapia ibid.
θεὸς 256.405.1097
θηρεύειν 1095
θὴρ 808.1094
θηριόδηκτοι 1094
θηρίον ibid.
θεῶν 689
Theriaca 1094
Theristrum 56.1084
Therme 1084
θέρμη ibid.
θέρος ibid.
θέρω 1085
Thesaurus 274
θεσμοκοίλιοι
θεσμοφόρος & θεσμοθέτης Ceres 1095
Thesmophoria 1095
Thessali equi 304
thessalus 305
thessali venefici ibid.

θεωρ

θίσωξ	1089	Thuro	420
θίσωξ	ibid.	thuſcum	1104
Theutomarſi	1157	thyades	ibid.
θίω	195.689	thybris	1106
Theuda	995	thymbra	1104
theuth	1096	thyiſca	ibid.
theta	1095	thymbræus	241
Thiaſus	1096	thymele	1105
Thieboldus	1156	thymelæa	776
θηγάνω	1075	thymiama	1104
θήγω	ibid.	thymelici	1105
thimelæa	776	thymum	1104
thion	1058	thymus	1104.1105
thiræ	1103	thynnus	1106
thiron	1094	thyonæus	1104
thius	1058	thyone	ibid.
thitmarſi	1157	thyrſus	1105
thlaſpi	1029	θύελλα	359
thlaſias	1029	θύω	1056
thlibias	ibid.	θύος	1104
thogarma	27.257	θῶκος	772
θόλος	1104	τί ἦν εἶναι	15.887
tholus	1104	ti	443
thomas	411	tiara	1107
thomices	1103	tiber	1107
θώμιγξ	ibid.	tiberis	627.1106
thoot	183.1097	tibia	442
thorax	1103	tibia	1129
thouth	183.1097	tibicen	333
thraces	1103	tibris	1106
threnus	717	tigillum	403.632
θρηνεῖν	211.1064	tignum	1075
θρυλλεῖν	710	Tilemannus	1157
thronus	1104	tilietum	857
thummim	1178	timar	476
thunnus	1106	timariota	ibid.
Θύρα	420	τιμὴ	1109
thur	1078	timoleon	1001

Digitized by Google

Timor 87.142.1107
Timpora 1082
tina 1107
tinea ibid.
tingo 1107
tinctura ibid.
tinnio 112.1108
tinnimentum 1108
tinnitus ibid.
tinnulum ibid.
tintinabula ibid.
tintinaculũ ibid.
tipula ibid.
tipold 981
tireli 519
tiro 1108
tis 443
tisiphone 496
titanes 508. 1097
τίθημι 49.195
titia 309
titillatio, titillo 1108
titir 1073
τιτυβίζειν 716
τιτθὸς 672
titivillitium 1108
titulus 1109
titus 592.1109
tityrus 645. 1109
Tobias 415
τόκος 488
Tocullio 1110
toga 154.404
toga quid ibid.
toleto 1111
τολύπη 806
tolleno 1111
tollo 1110
tollutim 1133
Tomacula 1111
tomentum 1111
Tomus 1111
tondere 1112
tonitrum 1083
tonitruum ibid.
tonans Jupiter 563
tonitrus 1083
tono 1082
tonsæ 1112
tonsilla ibid.
tonstrina 638
tonstrum ibid.
tonus 1082
τονθορύζειν 709
Topazium 1112
toper 57.984
tophet 504
Tophus 1112
topiarium ibid.
topium ibid.
τόπος ibid.
torcular 125. 1113
torculum 1113
tormentum 1112
toreuma 1086
torno ibid.
tornus ibid.
torquatus 592. 1113
torqueo 1112
torques 1113
torrens 1084
torris 1085
torreo 1084
toresus 1086
τορὸς ibid.
τόρος 1087

Digitized by Google

Torus 131.1086.1087
Tortor 1112
Tortura ibid.
Torvus 1113
tostum 1084
tottila 1002
totus 916
τοξικὸν 191
toxicum 190
τόξον 191
trabea 1114
trabs ibid.
trabes ibid.
Tractatus 1134
tracto ibid.
trado 414.1115
tradux 124.420
trafax 1114
tragicomœdia 373
Tragœdia 1114
τράγος 335.1115
Tragelaphus 215
tragula 1134
traho 1134
tragema 806
translatio unde 116
trama 1034
trames 1115
tra, trans ibid.
transenna ibid.
transfretare 471
translata 116.139
translata unde 139
translata perspicua 144
transmitteras 1085
transtrum 438
transvena 1137
transversum 410.624
τράπεζα 146
Trapezita ibid.
τραπεζοκόρος 192
trascurria 1043
travjare 1115
τραυλίζειν 712
τρέχω 1120
tremere 1115
tremendus 1115
tremor 1115
trena 1117
trepidare 142
trepidatio 1115
τρέπω 1121
tres 1117
tressis ibid.
τρία 1116
Tribrachus 302
triarii 1116
τρίβος 324
tribula 1116
tribules ibid.
tribulo ibid.
tribulus 1116
tribunus 1117
tribus 1116
tribuo 1116
Tribunal 1117
tributum ibid.
tricæ 1118
trichila ibid.
tricinus ibid.
trico ibid.
triclinium 367
tridens 174.430
tridens neptuni ibid.
triduum 121.407
triens 1117

Trieteris 204
Trifariam 456
Trifax 1114
trigla 1119
triga 586
trilix 618
trimentum 1086
trimestre 681
trimus 236
trinacria 1019
trinitas divina 69
trinitatis divinæ mysterium 558
trinus 236
trinunus 69. 1173
triobolon 772. 1117
triones 1086
triphallus 891
triplex 1006
triplus 1007
tripudium 614
triquetra 1019
triremis 1119
triseclisenex 205
triste 142
trisso 1119
tristega 403
tristegus ibid.
trisulcus 1057
triticum 1086
tritura 633. 1085
tritum 1085
triturio ibid.
trituro ibid.
trivium 1150
trivia 409
triumphus 1119
triunitas 1173
Τρίζειν 718
Trochæus 1120
Trochilus 924. 1120
trochiscus 1095. 1120
trochus 1120
troglodyta ibid.
τρόμος 1115
tropæum 127. 1121
trophonius 563
tropica 76. 77
tropica obscura 76. 139
tropica perspicua 78
tropica notant multa 77
tropica delectant 103
trossulus 1121
trua 993. 1122
truare 1122
trucido 314
trucider ibid.
trudo 1122
trulla 1122
truncare 1123
truncus ibid.
trusatile 1122
truthin 418
trutillare 716
trutina 173
trux 314
trygodæmones 1123
tu 309. 443
tuba 1129
tubalcain 1124
tuber 477. 1125
tubuccinor 309
tubus 1129
tubulus 1130
tudes 1129

Tudito

Digitized by Google

Tudite ibid.
Tueor 1090
Tuimur 1081
Tugend 308
tugurium 404
tuisco 355
tullium 1087
tumba 1126
tumeo 1125
tumor 1125
tumultus ibid.
tumulus ibid.
tundo 314.1129
tunica 1126
tuo 1090
tuor 1081.1090
tueo ibid.
tueor ibid.
turbare 1127
turba ibid.
turbella ibid.
turbo ibid.
turca 1127
turceman ibid.
turgeo 1125
turingia 1103
turma 1128
turpe 1127
turris 159.1128
turris stratonis 316
turrilia 628
turtur 715
turunda 564.1086
tus 130, 615 1129
tusculum 1129
tuscus 1104
tussis 712
tutela 1090
Tute 220
Tutus 1090
Tygranes 258
tympanites 922
τυφλὸς 1074
τυφλότης ibid.
tympanum 1129
typhœa ibid.
typhon ibid.
τύφω 1084. 1129
typhus 1129
typographia 1070
typus 1129
tyrannus 1130
tyrigeta 1103
tyrii 805
tyrus 907
tyrrheni 165. 1128
tyrses 1128
τυτὸ 761
tzathar 549
Zzilzhal 1121

V.

V 20. 102
Vacca 297
Vacó 1131
Vacuna 67. 1130
Vacuum 1130
Vacillo 284
Vadimonium 1133
Vadari ibid.
Vado ibid.
Vadum 632.1133
Væ 717
Vafer 932
Vah 717
Vagilo 714
Vagina 1131

Vagio 713
Vago 210
Vagor ibid.
vagus ibid.
vagulo 714
valde 1131
Valentia 933
Valentinus 1157
valerius
valetudinarius 1131
valetudo 1131
valgus 593
validus 1131
valitudo ibid.
vallæ elegantiæ 93
vallæ objectio 161
vallis 1131
vallo 1132
vallus 1054. 1132
vallum 1055 1132
VValpurgis 1157
vannus 798
vanus 495
vappa 1053
varia 815
vari 1132
varietas ibid.
varietas delectat 103
varius 593. 1132
varicari 1132
varix 1132
varro ibid.
Varro Etymologus 148
varro corrigitur 164. 357
varrones 852. 1132
varus 593. 1132
vas, vasis 841
vas, vadis 1133
Vasallus ibid.
Vates 456
Vaticanus 713
vber 1118. 1171
vdor 1171
vdum ibid.
vecors 376
vectigal 1133
vectis 1134
ve 350. 561. 680. 717. 926
vegeo 1163
vegetus ibid.
vegeto ibid.
vegrande 163. 680
vehemens 163 680
veho 1133
vejovis 561
velatus 799
velata mulier 766
velites 1136
velitatio ibid.
velivolum 799
vello 1135
vellico ibid.
velo 799
vellus 1135
velox 992. 1135
velum 799. 854
venabulum 494
vena 494
venari ibid.
VVenceslaus 1174
vendico 410
vendito 1139
venenum 191
veneo 1139
veneripeta 889
veneror 927

Ven[illegible]us

Venetus color 1136
Venia 1136.1136
venilia 1137
venio 1136
venor 494
venter 1138
ventilo 1137
ventilabrum ibid.
ventriculus 1138
ventriloqui 874
ventus 1137
ventosus ibid.
venum 1139
venundo 1139
venus in cepis 327
venustus 1140
venus 1139
venus myrthæa 728
venus cur è mari 1140.1073
vepres 1141
veratrum 532
verare ibid.
ver 1141
verba à nominibus 176
verba facta 709
verborum cura ibid.
verbum 48.1142
verculum 678.1141
verecundia 927
verecundus 927
veredus 927
vereor 543. 927
vergere 142
vergens ætate 385
vergiliæ 870
veriloquium 425
vernius 1141
veritas quid 426.926
veriverbium 1142
vermen ibid.
vermiculor ibid.
vermiculatum 1029. 1142
verminare 1142
verna 1141
vernaculus ibid.
vernalis ibid.
vernilis ibid.
verniliter ibid.
vernare 464.1141
vernix 1141
vernus ibid.
Veronica 1151
verpi Judæi appellantur 992
verpus ibid.
verrere 1143
verriculum 551.1143
verruca 1143
verse arse 566
versicUlor 1144
versipelllis ibid.
versatile ibid.
verso ibid.
versura 64
versutus 1143
versutum 211
versus 1145
vertebræ 1144
vertens 233.1143
vextex 145. 1144
verticordia 1141.1144
vertigo 664.1144
verto 1143
verum 926
vertumnus 744.
1144
veru 1146

Digitized by Google

Vagio	713	Vasallus	ibid.
Vago	210	Vates	456
Vagor	ibid.	Vaticanus	713
vagus	ibid.	vber	1118. 1171
vagulo	714	vdor	1171
valde	1131	vdum	ibid.
Valentia	933	vecors	376
Valentinus	1157	vectigal	1133
valerius		vectis	1134
valetudinarius	1131	ve	350.561. 680. 717.926
valetudo	1131	vegeo	1163
valgus	593	vegetus	ibid.
validus	1131	vegeto	ibid.
valitudo	ibid.	vegrande	163.680
vallæ elegantiæ	93	vehemens	163 680
vallæ objectio	161	veho	1133
vallis	1131	vejovis	561
vallo	1132	velatus	799
vallus	1054. 1132	velata mulier	766
vallum	1055 1132	velites	1136
VValpurgis	1157	velitatio	ibid.
vannus	798	velivolum	799
vanus	495	vello	1135
vappa	1053	vellico	ibid.
varia	815	velo	799
vari	1132	vellus	1135
varietas	ibid.	velox	992.1135
varietas delectat	103	velum	799.854
varius	593.1132	venabulum	494
varicari	1132	vena	494
varix	1132	venari	ibid.
varro	ibid.	VVenceslaus	1174
Varro Etymologus	148	vendico	410
varro corrigitur	164. 357	vendito	1139
varrones	852. 1132	venenum	191
varus	593. 1132	veneo	1139
vas, vasis	841	veneripeta	889
vas, vadis	1133	veneror	927

Venetus

Digitized by Google

Venetus color 1136
Venia 1136.1136
venilia 1137
venio 1136
venor 494
venter 1138
ventilo 1137
ventilabrum ibid.
ventriculus 1138
ventriloqui 874
ventus 1137
ventoſus ibid.
venum 1139
venundo 1139
venus in cepis 327
venuſtus 1 40
venus 1139
venus myrthæa 728
venus cur è mari 1140.1073
vepres 1141
veratrum 532
verare ibid.
ver 1141
verba à nominibus 176
verba facta 709
verborum cura ibid.
verbum 48.1142
verculum 678.1141
verecundia 927
verecundus 927
veredus 927
vereor 543. 927
vergere 142
vergens ætate 385
vergiliæ 870
veriloquium 425
vernius 1141
veritas quid 426.926
veriverbium 1142
vermen ibid.
vermiculor ibid.
vermiculatum 1029. 1142
verminare 1142
verna 1141
vernaculus ibid.
vernalis ibid.
vernilis ibid.
verniliter ibid.
vernare 464.1141
vernix 1141
vernus ibid.
Veronica 1151
verpi Judæi appellantur 992
verpus ibid.
verrere 1143
verriculum 551.1143
verruca 1143
verſe arſe 566
verſicUlor 1144
verſipelllis ibid.
verſatile ibid.
verſo ibid.
verſura 64
verſutus 1143
verſutum 211
verſus 1145
vertebræ 1144
vertens 233.1143
vextex 145. 1144
verticordia 1141.1144
vertigo 664.1144
verto 1143
verum 926
vertumnus 744.
1144
veru 1146

Vervactum 205
Verutum 1146
vescor 358
vesculi ibid.
vescus ibid.
vesca ibid.
vescum ibid.
vesica 485
vesper 1147
vespertilio ibid.
vesperna 1147.
vesperugo ibid.
vespertilio ibid.
vesperum 1147
vespillo 58.1148
vesta 473
vestales virgines ibid.
vestes aliquarum gentium 951
vestibulum 1034
vesticipes 1148
vestificina 454
vestispex 1148
vestispica 1148
vestigium 575
vestigo ibid.
vestiplica 1148
vestis 1148
veteranus 204.1108
veteratores 204
veterinaria 1135
veternosus 1149
veternus 1149
veterum non omnia usurpanda 66
vetus 51.204.1149
veturium 1135
vetustas corrumpit 235
Vexillum 854
Vexo 1134
vexum 854
via 1150
Uhr 158
vialis 1141.1150
viaticum 1150
vibex 1151
vicarius 1163
vices ibid.
vicinus 1150
vicissus 1163
vicissim ibid.
vicissitudo ibid.
victima 1151
victoria ibid.
victua 875.1185
vicus 1150
vide 122
videlicet 977.1153
videns 458
video 355.1152
vidua 552
vieo 1163
vietus 121.1163
vigandus 1156
vigil 1161
vigilantius 421
vigilius ibid.
viginta 1158
viginti ibid.
vigor 1163
Vilhelmus 301
VVilibaldus 981
Vilis 1135
villicus 1150
villa 1150

Villi-

villicari	ibid.	Virgilii laus	34. 40
villum	1159	Virgilius elegans	96
villus	1135	Virginensis	362
Villwalde	981	virgo	900, 1162
vimen	1163	signata	899
vinacia	300	imminuta	ibid.
vinulum	1159	virgultum	1153
vindemia	ibid.	viridis	ibid.
vindiciæ	410	viriplaca	658
vindico	ibid.	virtus	43. 1162
vindex	411	virtus sermonis	69
vinco	1151	viscum	1163
vinea	1158	viscus	173. 1163
vinibua	309. 568	vis	159. 1163
vini appellationes	1160	visorium	1091
vini descriptio	1158	visꝰ prima linea amoris	89
vinnula orario	1159	visurgis	1164
vinnulum	ibid.	vita	1167
vinum & sicera distinguuntur	998	vitalis auræ	230
vinum	1158	vitare	1167
vinum crucium	389	vitiligo	1172
viola	1161	vitellus	1166
vipera	ibid.	vitilitigator	923
viræ	1162	vitis	299. 1158
virago	ibid.	vitium	1165
vireo	1153	Vitium & morbus differunt	1165
vireones	487	vitricus	1166
vires	1162	vitrum	1153
viria	56. 252	vitula	1166
vir	1162	vitulor	123. 1166
vir venti	1137	vitulum	123
viriolæ	56. 252	vitulus	123. 1166
viriosus	1162	Vitupero	818
virga	1153. 1162		122
virgata	951	vitus	1156
virgidemia	1159	vivarium	812
Virgilius	1161		1148

Digitized by Google

Vivicomburium 1179
Vividus 1153
vivo 1167
vix 1163
vixit 757
ulcus 1170
uligo 1171
ulna 1169
ullus 1173
uls 57
ultimum 1080
ultrò 479
ulva 1172
ulula 716
ululo ibid.
umbilicus 1169
umbo ibid.
umbra 1170
umbra color terræ 1170
umbraticola 61
umbri 536
umbri 1170
una 143
uncare 519
uncia 764
uncus 1126
unda 1171
undecim 997
undulatæ vestes 1028
undulatus 1171
ungustum 377
unguis 1172
unicornis 380
ungula 1172
unicus 1010. 1173
unimammæ 222. 671
unio 1123.1163
unio hypostatica 69
unire 1172
unus 1018. 1172
universus 1173
univira 1163
unonyma 541
unxia Dea 1185
vocalis 1174
vocare ibid.
vocabula à natura 709.112
voces avium 518.& seqq.
voces παθῶν 598
voces pro rerum cognitione 282
voces contractæ 652
vocis literæ essentiales 175
vocis literæ communes 175
Voitlandia 1157
vola 666
volare 214
volares 666
volaticus 1048. 1135
Volck 158
Volema 666
Volckmar 1001. 1156
volentia 479
Volgivaga 759
Volguinus 1174
Volones 479
volpes 1175
Volfgang 935
Volsella 1135
Volsgræ 1010
voltus 479
volucris 1135
volucriter ibid.
volumen 772
volvo ibid.
volupe 58.479

volu-

voluptas 480
volutabrum 773
vomer 445
vomica ibid.
vomitus 445
vomo ibid.
vorago 1175
vorare dicta ibid.
vorax 1175
vorsoria 64
vortex 113. 145. 1144
vorto 1143
vortuna 466
voro 1175
votum ibid.
voveo ibid.
vox 1174
vox cognitionis principium 289
vex est signum 174
vox latina 172
vox perspicua 139
vox propria 116. 139
Vox propria evidens 139
vox translata 116. 139
vox una significat unum 77. 113
Upupa 1176
Upilio 794
Uranie 721
Uranos 202
Urbanus 1042
urbare 1177
urbicarius 1043
urbicus ibid.
urbs 1177
urbum 1177
Urceus 786
οὔριος Jupiter 563
urgeo 1177
Urias 498
Uriel 497
urigo 1180
urim 1178
urinare 1178
urina 1182
urinator 1178
urinum 796
urna 1178
urinon 796
uro 159. 1179
uropyginm 910
Ursula 1157
ursus 1183
ursæ fœtus 1184
urtica 604. 1181
urvare 1179
urus 542
usitata verba 70
usitatum 410. 1185
usque 752
ustrina 112. 1179
usura 488. 1185
usurpo 1185
utensilis 1185
utres 1184
uterinus 1184
ut 751
uterus 1184
uterque 1184
uter 1184
ut differat à qui ibid.
uti 751
utilis 1185

utinam

Ultinam 751
ὖθως 1172
utor 1185
uva 299
VVarreman 258
Westenreich 531
uvidum 142. 1171
VVig 301.634.1156
VVolrath 395
Vulcanus 131.1125
Vulcanus in cornu 1125
vulgi loquela 1161
vulgus 880
vulgo ibid.
vulsella 1135
vulpes 1175
vultur 1136
vulturinus 195
vultus 142.479
uxor 1185
uxoriosus 1186
uxorius 1186

X.

XEnium 1186
Xeniola ibid.
Xenodochium ibid.
ξίφος 1189
Xiphion 1189
Xiphias ibid.
Xystus 799
ξύστρα 1046

Y.

Y in I Latinum transit 1005

ὕλη 1004. 1171
ὑλοτομεῖν 1005
ὑλήμμονας ibid.
ὕπαρ 1026
ὕπνος ibid.
ὕπτιος 1066
ὕστερ 1052.1059
ὗς 1052
ὑσέρημος 883
ὑφορβὸς 547
ὕψιστος Jupiter 563

Z.

ZAbad 1186
Zabadias ibid.
Zabolus 1132
Zabulon 1186
Zachæus ibid.
Zacharias ibid.
Ζάλη 596
Zaima 1188
Ζημία ibid.
Ζάω 1190
Zea 1189
Zeb 308
Zebaoth 1189
Zebedæus 1186
zelotypia 227
zelotypus 227
zelus ibid.
Ζεῖν 1012
Ζείειος ibid.
zeopyron 1189
zephyria 796
zephyrus 1189
zeta 23

Ζῶα

Digitized by Google

INDEX.

Ζῆνα cur Jovem dicant 562
Ζητέω 999
zinzulare 716
zinzilulare ibid.
zincillare ibid.
Ζεὺς 562
zinnah 158
Zinne ibid.
zizanium 1190
zodiacus 1191
Ζωδιοφόρος ibid.
Ζωγραφεῖον 1070
zona 361
zoopyron 1190
Ζόφος 385
zygæna 191
zygia 586
Ζυγὸν 1191
Ζῦμος 470
zythus 353
Zur, Hebr. 599
Ζῶον 1190
Ζωόφυτον ibid.
Ζωοτοκά 1077
Ζωνύω 361

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google